

Ministero Istruzione  
CIVILE

93

Jan 17

N° 9  
22-26

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35

Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
A  
3

4  
3  
920

g-a-a-7

Nº 3  
22-26



*Deel Collegii de halogno de h. de granada 13.224*




DIDACI  
**R V I Z**  
DE MONTOYA  
HISPALENSIS,  
e Societate IESV,  
IN COLLEGIO HISPALENSI  
S. Hermenegildi Theologiae Professoris,  
COMMENTARIUM  
AC DISPUTATIONES  
*Ad quaestiones XXIII. & XXIV.  
ex prima parte S. Thome,*  
De Praedestinatione, ac reprobatione  
hominum, & Angelorum.  
*Cum quadrigeno Indice, I. Disputationum, & Sectionum;  
II. & III. Locorum cum communium,  
tum Scripturae sanctae; IV. Rerum  
& verborum copiosissimo.*  
PRODEUNT NUNC PRIMUM  
Cum privilegio Regis

LVGDUNI  
SYMPTIBVS IACOBI CARDON  
M. DC. XXVIII

*C. Audran fecit.*

*Dava el Rio de los Hermanos Guzmanes de este Collegio.*



ILLVSTRISSIMO D. D.

*L A V R E N T I O*

DE CARDENAS,

ET BALDA, COMITI DE LA  
Puebla, Marchioni de Vacares, Equiti de  
Calatraua, Regiæ Hispaniarum Oeco-  
nomo, à secretioribus status regni, bellique  
consiliis, summo Indiarum Senatus Gu-  
bernatori, Hispalensis reipublicæ Præfe-  
cto nuper, Magistro militum maximo,  
& ibidem Indorum commerciis, publicis-  
que vectigalibus Præposito, &c.

*VERAM ET PERPETVAM F.*



QVEM ADMODVM ille, qui nulla  
prouocatus offensa, spontaneo  
furore rapitur ad atroces iniu-  
rias, virus euomit acerbissimis,  
quod antea coquebat in corde:  
non aliter ille, qui nullis delinitis officiis,  
nihil promeritum beneficiis cumulat, flam-  
mas spirat eius, quæ prius ardebat in pectore  
charitas, & beneuolentia. Tua verò quàm

ã 2 vehe

vehementer incensa fuerit aduersus Iesu Societatem vniuersam, non potest epistolæ breuitas explicare. Sed tamen eius splendor peculiaris enituit in me, Societatis eiusdem infimum, nulla tibi familiaritate notum, obsequio nullo promeritum, nihil postulantem, imò nihil minus cogitantem, quando mearum lucubrationum studia promouere, difficultatésque typographiæ superare, copioso subsidio voluisti liberalitate tam subita, & inopinata, quàm merè gratuita, proindeque pura, & aliena ab intuitu cuiusque vel minimæ retributionis. Eam ob causam iterum atque iterum prohibuisti, ne præsens opus de Prædestinatione tibi, sed Deo, vel alicui Sanctorum consecrarem. Sed dum querelas supplices interpono precibus, ostendens, vtiliorem, & præstantiorem eleemosynam esse patrociniū authoris, & libri suscipere; vix potui veniam obtinere dicandi, rigida tamen conditione restrictam, ne tuas virtutes, nec eximiam antiquissimi generis nobilitatem, & res præclarè gestas attingerem. Durum est feruentis iræ linguam comprimere: durius tamen (vt mihi videtur) affectum animi grati cohibere, & os erumpens in laudes obstruere. Consolatur me tamen Ambrosius Mediolanensis, vel potius Aquitanicus Prosper ad Demetriadem ita præfatus: Si laudes tuas scribere aggrediar, & maiorum seriem, quæ

quæ per te multum illustratur, euoluam: onerosum me fortè, & impudentem videri posse arbitror, qui vel humanæ tibi gloriæ tentationem adulando ingeram, vel tuis, actorum prædicationibus ingenium meum par esse præsumam. Dum igitur Dei thesaurum abscondis, à latronibus securiorem seruas, onus viribus impar deponis à meis humeris, præsentem literas ab adulationis suspicionem liberas, & melius quàm Gyges annuli palam ad se conuertens, vt à nemine conspicere possit, Lydiorum tyrannidem occupauit, omnium, qui tuo regimine fruuntur, corda prædaris tanto magis, quanto diligentius te ipsum, & tuum splendorem occultare conaris. Proinde iussionibus malo tuis, quàm meæ propensione seruire, certiore inde spem concipiens, fore, vt Deum, & in ipso virtutes, quarum author est, in æternum laudare non cessem, tutissimus à tuo superbiæ, necnon à meo adulationis periculo.

*Illustrissima tuæ Dominationis*

Perpetuus Capellanus, & in  
Christo seruus,

DIDACVS RVIZ.

C E N S V R A.

**M**Anus hominis ( iubente Senatu regio, imò fauente Deo ) missa est ad me, in qua erat inuolutus liber. expandi illum, & habebat in fronte eius scriptum, *Disputationes & Commentarij Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, de Societate IESV, de Prædestinatione ac reprobatione hominum & Angelorum, ad quæstionem 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ*, & ad nomen amantissimi ac religiosissimi mei Præceptoris ac magistri commota sunt viscera mea, anima mea liquefacta est, vt magister meus in hoc volumine locutus est. Sub illius enim disciplina tæque quaterque felix Dialecticam ac Logicam professus sum. Non legi ergo solum, sed comedi volumen istud. cibauit me Dominus volumine isto, factum est in ore meo dulce sicut mel. Huius enim sapientissimi ac eruditissimi viri, sicut ista integra Religiosorum est corona, sic & omnibus modis irreprehensibilis doctrina, tot sanctorum Patrum scriptis, tot Conciliorum decretis, tot denique sacræ Scripturæ insignita testimoniis, (post tot sapientes Theologorum vigilias) non actum agit, sed nouum in quacumque disputatione spargit splendorem. Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi, vt vos omnes testes sitis dignum huiusmodi tractatum vt lucem videat, imò vt lucem afferat, sapientiam præstans paruulis. Hoc meum iudicium, saluo meliori. In Carmelo Matritensi 25. Augusti 1628.

Magister Fr. Augustinus Nuñez  
del Gadillo.

*Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Bætica.*

**I**oannes Muñoz de Galuez Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Bætica. Potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P. N. Mutio Vitellefco Generali Præposito nostræ Societatis, facultatem concedo, vt Disputationes, & Commentarij à R. P. Didaco Ruiz de Montoya Hispalensi, de Societate IESV, de Prædestinatione, ac reprobatione hominum, & Angelorum, ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ, & nostræ Societatis virorum grauium, atque sapientum iudicio iam examinati, & approbati, typis mandentur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, ac nostri officij sigillo munitas dedimus Hispali 21. die Iunij anni 1628.

Ioannes Muñoz de Galuez.

Petrus de Fonfeca Secretarius.

A P P R O B A T I O.

**D**E mandato D. D. Ludouici Venegas de Figueroa, Archiepiscopi Hispalensis Prouisoris, & Vicarij Generalis, vidi, & perlegi librum, cui titulus est, *Disputationes & Commentarij Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, de Societate IESV, de Prædestinatione, ac reprobatione hominum, & Angelorum, ad quæstionem 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ*. Quid verò sentiam de auctore, dicerem, nisi in alio eiusdem opere dixissem, non quæ volui, quæ quidem magna; neque quæ ipse habet, quæ maxima; sed quæ pro mea tenuitate potui, quæ minima quidem fuerunt. Quid autem de opere iudicem, paucis accipe. Tractat sapienter, dilucidè, & pro dignitate materiem Theologicarum omnium profundissimam: enauigatque, quantum humano intellectui conceditur, immensum illud diuinæ prædestinationis pelagus. Nullæ hinc prauarum doctrinarum voragines; nullæ bonorum morum syrtes. Imò verò puram, Catholicamque doctrinam iuxta sacrarum Scripturarum & Patrum mentem sincerè sequitur, acutè prosequitur, & meo quidem iudicio, verè assequitur, scopulisque vitatis scopum collimat. Dignum sanè opus, quod prælo mandetur, pro studentium, atque docentium vtilitate. Hispali 26. die Iunij 1628.

D. Don Gondifaluus à Corduba.

*FACULTAS R. P. PROVINCIALIS  
Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi.*

**S**TEPHANVS BINETVS Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1533. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Febr. 111. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis omnibus compositos, absque superiorum permissione imprimant: permittit IACOB CARDON Lugdunensi Bibliopolæ, vt *Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, de Societate IESV, Commentarijs ac Disputationibus ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ, de Prædestinatione, ac reprobatione hominum, & Angelorum*, ad sex primos annos imprimeret liberè diuendere possit. Datum Lugduni die 13. Augusti 1629.

STEPHAN. BINETVS.

A P P R O B A T I O.

**I**OANNE CLAVDIUS DE VILLE, in Sacra Theologia Magister, in Archiepiscopatu Lugdunensi Promotor Generalis, & in hac Dicecesi à Domino Alphonso Ludouico du Lessis de Richelieu, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo Lugdunensi, Galliarumque Primatè, in librorum censuram incumbere iussi: fidem facimus, nos *Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, de Societate IESV, Commentarijs ac Disputationibus ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ, de Prædestinatione, ac reprobatione hominum, & Angelorum*, perlegisse, omniâque in illis iuxta orthodoxam Catholicæ, Apostolicæ ac Romanæ Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum sanam doctrinam summa cum eruditione exponi Lugduni 8. Augusti 1629.

DE VILLE.

*R. D. D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE,  
huius libri imprimendi facultas.*

**T**HOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus, quod inscribitur, *Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, de Societate IESV, Commentarij ac Disputationes ad quæstiones 23. & 24. ex prima parte S. Thomæ, de Prædestinatione, ac reprobatione hominum, & Angelorum*, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 9. Augusti 1629.

MESCHATIN LA FAYE.

SVMMA PRIVILECII  
à Christianissimo Galliarum  
Rege concessi.


**L**UDOVICI XIII. Galliae & Navarrae Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus Literis cautum, ne quis in Regno suo, aliisve lociditioni suae subiectis, intra sex proximos annos, adie impressionis primae inchoandos, ac numeranos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quovis modo, & ratione curet librum, qui inscribitur, *Didaci Ruiz de Montoya Hispalensis, è Societate IESU, Commentarij ac disputationes ad quaestiones 23. & 24. ex prima parte S. Thomae, de Praedestinatione pro reprobatione hominum, & Angelorum*, praeter IACOBVM CARDON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti IACOBI CARDON. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisve poenis originari Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Valentiae 9. Aprilis 1629.

*De mandato Regis*

Signatum

SENAVLT.

INDEX



INDEX

Quaestionum, titulorum, disputationum,  
& sectionum, quae in hoc opere  
tractantur.

<i>PROOEMIUM.</i>	fol. 1.	2. Reprobationem extitisse, quodammodo necessarium fuit, licet absolute potuerit non existere.	18
<b>QVAESTIO XXIII.</b>		3. Non metaphorice, sed proprie fuisse reprobationem ab aeterno, totam in Deo formaliter.	20
<i>De praedestinatione.</i>		4. Imperium diuini intellectus est actus, in quo formaliter consistit reprobatio.	21
<b>ARTICVLVS I.</b>		5. Difficultates aliae de comparatione reprobationis cum praedestinatione, & cum prouidentia.	23
<i>Utrum homines praedestinentur à Deo.</i>		6. Supernaturalitas reprobationis, obiectum, & effectus breuiter attinguntur.	24
<b>ARTICVLVS II.</b>		<b>ARTICVLVS IV.</b>	
<i>Utrum praedestinatio aliquid ponat in praedestinato.</i>		<i>Utrum praedestinati eligantur.</i>	
<b>DISPUTATIO I.</b>		<b>ARTICVLVS V.</b>	
<i>Quanam sit intrinseca quidditas, &amp; extrinsecum obiectum praedestinationis.</i>		<i>Utrum praescientia meritorum sit causa praedestinationis.</i>	
<i>Seccio 1.</i> <b>Q</b> UA sit etymologia verbi praedestino, ac quam antecessorem importet.	fol. 3.	<b>DISPUTATIO III.</b>	
2. Quanam res abusuè, & quae proprie dicantur praedestinari.	4	<i>Utrum increata praedestinationis causam dari sit possibile, solum de potentia absoluta.</i>	
3. De propria significatione praedestinationis inferuntur corollaria.	6	<i>Seccio 1.</i> Ordinis ratio in doctrina seruandi, & status disputationis.	25
4. Praedestinationis existentia simpliciter libera, sed quodammodo necessaria.	7	2. Negatiuae sententiae authores, & argumenta.	26
5. Praedestinationem ab aeterno fuisse rotam, & completam in Deo formaliter.	8	3. Praedestinationis increatae dari causam secundum rationem, fuit possibile de potentia absoluta.	27
6. Explicatur imperium intellectus diuini, in quo formaliter, & vltimò consistit praedestinatio.	10	4. Probationes aliae possibilitatis eiusdem.	29
7. Praedestinationis definitiones, & illius discrimen à gratia, & à praescientia.	12	5. Solutio argumentorum, quae posita sunt in sectione secunda.	32
8. Praedestinationis subiectum, & obiectum, non solum formale, sed etiam materiale, ac eiusdem effectus breuiter explicantur.	14	<b>DISPUTATIO IV.</b>	
9. Utrum praedestinatio differat à prouidentia, quoniam efficax est, & pars prouidentiae.	15	<i>Utrum causa praedestinationis comprehendat simul causam electionis ad gloriam, &amp; causam electionis ad gratiam.</i>	
<b>ARTICVLVS III.</b>		<i>Seccio 1.</i> Sententia, negans praedestinationem ad gloriam, proponitur, & electionis proprietates explicatur.	33
<i>Utrum Deus aliquem hominem reprobet.</i>		2. Praedestinatio ad gloriam probatur.	34
<b>DISPUTATIO II.</b>		3. Non ad solam gloriam, sed ad gratiam quoque praedestinantur.	36
<i>Quanam sit reprobationis quidditas, &amp; obiectum.</i>		<b>DISPV</b>	
<i>Seccio 1.</i> Varia nomina reprobatorum exponuntur.	17		
<i>Ruiz de Praedestinatione.</i>			



DISPUTATIO V.

*Utrum operationes moraliter honeste, absque auxilio gratiae conceptae, fuerint causa praedestinationis, aut reprobationis.*

- Sectio 1.* Errores negantium libertatem occasione praedestinationis, & error Origenis. 37  
 2. Duo errores Pelagij, & Coelestij circa necessitatem gratiae, & causam praedestinationis. 39  
 3. Gratiae necessitas ad opera pietatis, & ad praedestinationis effectus, probatur. 40  
 4. Praedestinationis ad gloriam ex virtutibus naturae nulla causa, nec ratio praebet. 41  
 5. De potentia absoluta, de quibusdam illationibus circa praedestinationis causam, ac de reprobatione quatuor difficultates. 43  
 6. Nec paruuli, nec adulti propter opera conditionaliter futura praedestinantur, aut reprobantur. 44

DISPUTATIO VI.

*Utrum creata praedestinationis, id est, omnium effectuum, ab increata praedestinatione procedentium, detur causa ex parte nostra.*

- Sectio 1.* De potentia ordinaria. 46  
 2. Utrum de potentia absoluta potuerit ex parte nostra praebere causam omnium effectuum praedestinationis. 48

DISPUTATIO VII.

*Quidnam omnes Scholastici docerint de causa praedestinationis, aut reprobationis ex parte nostra.*

- Sectio 1.* Concedentium praedictam causam opiniones variae. 50  
 2. Censura praecedentium opinionum. 52  
 3. Utrum bonus usus primae gratiae prauius, ratio fuerit tribuendi eandem primam gratiam. 53  
 4. Nullam esse causam ex parte nostra concessam, vel negatam praedestinationis, probabilior est sententia. 56

DISPUTATIO VIII.

*Utrum Scriptura doceat, ex parte nostra nullam esse causam praedestinationis concessam, vel negatam.*

- Sectio 1.* Romanorum cap. 9. Iacob & Esau non esse propositos in exemplum praedestinatorum, & reprobatorum, aliqui probare conantur. 57  
 2. Iacob & Esau fuisse propositos in exemplum praedestinatorum, & reprobatorum. 59  
 3. Utrum ex eisdem verbis ad Rom. cap. 9. colligatur praedestinatio ante prauius merita. 61  
 4. Utrum similitudine figuli, & luti probet Apostolus, diuinum beneplacitum, ante prauius opera, causam vnicam esse praedestinandum, vel negandi praedestinationem. 64  
 5. Triplex analogia dierum, luti, & fortis ad probandum praedestinandum modum supradictum. 66  
 6. Electio Dei discernens homines probat praedestinationem ante prauius opera. 69  
 7. Deus trahit, introdit, & cogit, quia praedestinat, nulla ratione desumpta ex futuris operibus. 71  
 8. Deus sibi relinquens fideles, & suas oues ser-

uans, ostendit, totam rationem discriminis à Deo provenire. 72

9. Libera Dei potestas saluandi quoscumque velit, & condendi nouam creaturam, idem probat. 75  
 10. Quia Deus fecit ventura, & quia perseverantiam, & fidem Sanctis donauit, probatur praedestinatio ante prauius opera. 77  
 11. Vocatio secundum propositum & humana voluntas à Domino praeparata, probant praedestinationem ante prauius merita. 80  
 12. Praedestinationis eiusdem alia plures probationes ex sacris literis remittuntur ad disputationes sequentes. 83

DISPUTATIO IX.

*Quis sit legitimus intellectus ad Scripturas, quibus probari videbatur praedestinatio propter merita prauius.*

- Sectio 1.* De verbis, *Quos praesciuit, & praedestinauit, Rom. 8.* 85  
 2. Utrum occultas praedestinandum rationes significauerit Apostolus, exclamans: *O altitudo diuinitarum, &c.* 87  
 3. Proposita difficultas expeditur in decreto praedestinandum, partem vnam in eo distinguendo, cuius nulla est ratio, alias verò partes notando, quarum occultae sunt rationes. 89  
 4. Duo testimonia ex 2. ad Tim. 2. & Apoc. 3. 90  
 5. Soluitur argumentum ex multis locis Scripturae, quibus aeterni praemij ratio redditur ex operibus. 91

DISPUTATIO X.

*Quid Augustinus senserit de electione ad gloriam ante prauius merita.*

- Sectio 1.* Augustini sententia de praedestinatione, quo in articulo sit à Summis Pontificibus approbata. 92  
 2. Augustini doctrina de electione ad gloriam ante prauius merita. ibid.  
 3. Aduersariorum argumenta retorquentur. 94  
 4. Explicantur Augustini testimonia, quae afferuntur pro electione, supponente praescientiam meritorum. 96  
 5. Quae restant explicanda ex testimoniis Augustini. 98  
 6. De reprobatione quid Augustinus sentiat. 100

DISPUTATIO XI.

*Utrum reliqui Patres docerint electionem ad gloriam ante prauius opera.*

- Sectio 1.* Docent Prosper, Fulgentius, & Petrus Diaconus. 100  
 2. Eorundem testimonia in oppositum explicantur. 101  
 3. Chrysostrum aperte faretur praedestinationis, quae sit causa meritorum & gloriae. 103  
 4. Cateri Graecorum Patres eandem praedestinationem agnoscunt. 104  
 5. Latini Patres docent praedestinationem non ex prauius operibus, sed ex gratuita beneuolentia. 105  
 6. Praescientiam practica, & factiuam meritorum intelligunt Patres, qui rationem praedestinationis reddunt ex praescientia, praecipue verò Chrysostrum. 108  
 7. Intel-

7. Intellectus idem ad similes sententias aliorum Patrum Graecorum adhiberi debet. 109  
 8. Latinis Patribus eadem expositio debetur. 111

DISPUTATIO XII.

*Quanam sint rationes pro utraque parte controversae de causa praedestinationis.*

- Sectio 1.* Rationes, quae probant, bonum usum diuinae gratiae prauius, non fuisse rationem praedestinationis. 113  
 2. Rationes aliae, de paruulis, de vitae periodo, & de conformitate membrorum. 116  
 3. Aduersus eos, qui, negata causa praedestinationis ad gratiam, concedunt causam praedestinationis ad gloriam. 117  
 4. Eiusdem opinionis solutiones redarguuntur, & argumenta retorquentur. 119  
 5. Ab ordine obiectorum non bene deducitur ordo electionis, & praescientiae diuinae. 121  
 6. Diluuntur aduersariorum fundamenta proposita in praecedenti sectione. 124  
 7. Utrum intentionis & executionis volitiones in Deo distinguantur. 125  
 8. Nec peccatum in Deo refundi, nec maiorem esse debuisse numerum praedestinatorum, sequitur ex praedestinatione constituta ante prauius opera. 127  
 9. De proprietate electionis aliud argumentum soluitur. 129

DISPUTATIO XIII.

*Utrum praedestinatio, vel reprobatio supponat originale peccatum.*

- Sectio 1.* Utrum praedestinatio in communi & vage sumpta supponat originale peccatum. Vbi de praedestinatione conditionali, siue antecedenti. 130  
 2. Utrum originale peccatum fuerit praesuppositum ad reprobationem vagam, & in communi. 131  
 3. Soluuntur argumenta posita sectione praecedenti pro prima sententia. 133  
 4. Utrum iidem homines praedestinati, iidemque reprobatifuerint, quamuis Adamus non peccaret. 134  
 5. Utrum ante prauius originale peccatum Deus praedestinauerit, & reprobauerit singulos homines in particulari. 136

DISPUTATIO XIV.

*Utrum originale peccatum fuerit causa reprobationis.*

- Prooemium explicans aequiuocationem verborum. 140  
*Sectio 1.* Utrum originale peccatum sit negatiuae reprobationis causa simpliciter requisita. ibid.  
 2. Peccatum originale non est causa discriminis, sed omnes homines potuerunt reprobari propter illud. 142  
 3. Peccatum originale reprobationis causam esse reprobis nunquam iustificandis. 143  
 4. Utrum originata peccata sint causa reprobationis, vel solum originans peccatum. 146  
 5. Reprobatio vaga, & reprobatio conditionalis non supponit, vt rationem, & causam, peccatum originale. 147  
 6. Reprobis, quibus remittitur originale peccatum, causa est reprobationis negatiuae. 148  
 7. Reprobationis causa inadaequata, per accidens, Ruiz de Praedestinatione. 149

- & remota, est peccatum originale remittendum. 150  
 8. Oppositae sententiae argumenta soluuntur. 151  
 9. De aliis modis dicendi, praecipue verò de remissionis peccati originalis. 153

DISPUTATIO XV.

*Utrum peccata personalia, prauius, & futura, fuerint causa reprobationis.*

- Sectio 1.* Doctorum placita. 154  
 2. Reprobationis negatiuae causam non fuisse personale peccatum. 155  
 3. Reprobationis punitiuae, & obdurationis causa est peccatum personale. 160  
 4. Appendix, utrum paruuli reproberentur ante prauius negationem Baptismi, & mortem. 163  
 5. Utrum reprobationis aequae ac praedestinationis nulla sit causa ex parte hominum. 164  
 6. De odio, induratione, aliisque proprietatibus argumenta soluuntur. 165  
 7. Quae prouidentiae suauitatem oppugnare videntur argumenta soluuntur. 167  
 8. Alia quatuor argumenta diluuntur. 169

DISPUTATIO XVI.

*Quos fines intendat diuina prouidentia circa reprobos.*

- Praefatio generaliter tractans de finibus intentis. 169  
*Sectio 1.* Nec ad malum calpe, nec ad omissionem virtutis, quae necessaria sit ad salutem, reprobi praedestinantur. 170  
 2. Ex praecedenti doctrina colligitur solutio quarundam obiectio- num, exponendo quid peccant reprobi, quando dicant orantes: Fiat voluntas tua. 171  
 3. Utrum Deus reprobos praedestinet ad permissionem peccati. 173  
 4. Ad malum peccae praedestinari reprobos à Deo. ibid.  
 5. Utrum ostensio iustitiae fuerit finis compleris, & per se intentus. 175  
 6. Utrum ostensio iustitiae punitiuae sit finis efficaciter intentus in permissione cuiusque peccati reprobatorum. 176  
 7. Utrum praedestinatorum utilitas sit finis intentus in perditione reprobatorum. 180  
 8. Quomodo Deus suam gloriam colligat ex reprobis. 186  
 9. Soluuntur obiectiones duae de tanta multitudine reprobatorum, & de vitando maiori malo. 187

DISPUTATIO XVII.

*Utrum diuina prouidentia circa reprobos eorum bonum & utilitatem intenderit.*

- Sectio 1.* Quare Deus creet homines, quos praescit esse damnandos, an, vt ostendat bonitatem conferendo beneficia illis. 187  
 2. Reprobo melius est, maiusque beneficium creari, quam non creari. 189  
 3. Ex voluntate antecedenti seruandi reprobos, argumenta contra reprobationem ante prauius peccata. 190  
 4. Reprobos Deus vult saluos fieri etiam post prauius originale peccatum. 192  
 5. Dei erga reprobos non simulata, sed vera beneuolentia defenditur ab argumentis propositis sect. 3. 193

DISPUTATIO XVIII.

*Utrum personarum acceptio sit prædestinare quosdam, ceterisque negare prædestinationem, sine præcognita ratione discriminis.*

- Sectio 1.* De beneficiis merè gratuitis inæqualiter distribuendis. 195  
 2. Beneficia, quæ iustitiam sapiunt, nisi æqualiter distribuere Deo, fuisset personarum acceptor. 200  
 3. Iuxta prædicta æqualitatis genera veniunt exponendi Latini Patres, qui frequenter æqualitatem ex parte Dei laudant. 202  
 4. Græcis Patribus debetur expositio de generibus æqualitatis, de quibus Latini declarati sunt. 203

DISPUTATIO XIX.

*Utrum hominibus sit optabilis nemini negatam fuisse prædestinationem ante prævisam mortem in peccato mortali.*

Appendix de remedio tentationis circa reprobationem. 208

DISPUTATIO XX.

*Utrum silentio sit occultanda prædestinatio ante prævisa opera.*

- Sectio 1.* Non rudibus, sed literatis, & ingeniosis est tradenda. 209  
 2. Methodus, & mensura proponendi doctrinam de prædestinatione. 210

DISPUTATIO XXI.

*Utrum omne, quod ad gloriam obtinendam conducit, & ipsa gloria, sit effectus prædestinationis.*

- Sectio 1.* Utrum effectus prædestinationis sit omne, quod provenit in salutem. 211  
 2. Quas conditiones exigat prædestinationis effectus. 212  
 3. Utrum gloria beatitudinis sit effectus prædestinationis. 213

DISPUTATIO XXII.

*Utrum gratia sit effectus prædestinationis.*

- Sectio 1.* De gratia in communi. 215  
 2. Vocationem esse prædestinationis effectum. ib.  
 3. Utrum præparatio Dei, ut concurrat nobiscum ad supernaturales actus, sit effectus prædestinationis. 417  
 4. Utrum actiones supernaturales, qua ratione procedunt à libero arbitrio, sint effectus prædestinationis. 218  
 5. Contra præcedentem decisionem argumenta solvuntur. 220  
 6. Iustificatio, perseverantia, & omnes habitus supernaturales sunt effectus prædestinationis. 221  
 7. Iustificatio, & merita, quæ mortali peccato intermittuntur, absolute sunt effectus prædestinationis. 223

DISPUTATIO XXIII.

*Utrum peccata, & bona, qua circa peccata Deo operatur, sint effectus prædestinationis.*

- Sectio 1.* De peccatis, & eorum permissione. 224

2. Solvuntur argumenta, quæ contra præcedentes conclusiones opponuntur. 225  
 3. Bona, quæ Deus colligit ex peccatis prædestinationum, sunt effectus prædestinationis. 226  
 4. Utrum permissio quorumlibet impedimento- rum crescendi meritis, & gloria, sit effectus prædestinationis. 229

DISPUTATIO XXIV.

*Utrum naturalia bona sint effectus prædestinationis.*

- Sectio 1.* De actionibus moraliter honestis. 229  
 2. Quælibet naturalia beneficia, quæ conducunt ad finem prædestinationis, sunt effectus illius. 230  
 3. Congruitas indolis, ingenij, consuetudinis, & liberalium disciplinarum, est effectus prædestinationis. 232  
 4. Corporis dispositio ex multiplici causa proveniens. 234  
 5. Circumstantia quoque temporis opportuni Dei prædestinatione præordinatur, tanquam illius effectus. 236  
 6. Vitæ brevitatis, aut longitudo, matura morte conclusa, valde propria est prædestinationis effectui. 237  
 7. Substantiâ hominis, & quæ pertinent ad eius constitutionem, effectus prædestinationis esse. 239  
 8. Solvuntur alia argumenta, quæ superiorem doctrinam oppugnare, aut limitare contendunt. 241

DISPUTATIO XXV.

*Utrum bona unius hominis sint effectus prædestinationis alterius.*

- Sectio 1.* Respondens affirmatiuè. 242  
 2. Naturalia quoque bona quorundam prædestinationum multoties sunt effectus prædestinationis aliorum hominum. 243  
 3. Corrigitis, & punientis operatio est effectus prædestinationis multorum, qui corriguntur, & puniuntur. 244  
 4. Angelorum etiam bona sunt effectus prædestinationis hominum. 245

DISPUTATIO XXVI.

*Per quas physicas, & reales causas producantur effectus prædestinationis.*

- Sectio 1.* De causa finali. 246  
 2. De causa materiali, formali, & efficiente prædictorum effectuum. 247  
 3. De modo, quo prædestinatio causat suos effectus, quæstiuncule quinque. ibid.

DISPUTATIO XXVII.

*Quo sensu Deus operetur totum, & liberum arbitrium nihil operetur ex se ipso.*

- Sectio 1.* Totum bonum est Deo tribuendum, quia totum Deus operatur. 248  
 2. Homines aliquid operari simul cum Deo, principaliter operante. 250  
 3. Nostrum, ac nobis proprium esse bonum opus, supposita diuina gratia. 251  
 4. Rationibus confirmatur, nos operari per gratiam, & nostrum esse, quod operantur, & nobis aliquo modo tribuendum. 254  
 5. Variæ

5. Variæ rationes ad concilianda dogmata præcedentium sectionum. 255  
 6. Ipsum etiam actualiter concurrere per liberum arbitrium, est effectus Dei, & gratia. 258  
 7. Ipsum actualiter velle, & quorumlibet virtutum actus, sunt gratia, & effectus Dei adiuvantis. 261  
 8. Utrum liberi arbitrij concursus, etiam qua ratione procedit à libero arbitrio, sit effectus diuinæ gratia. 262

DISPUTATIO XXVIII.

*Ad præstantiora loca Scriptura, quibus Deo tribuitur causalitas nostrarum operationum, quis fuerit intellectus Patrum.*

- Sectio 1.* De omnibus testimoniis in generali, & peculiariter de 11. & 36. cap. Ezech. 263  
 2. De verbis ad Philipp. 2. *Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere.* 265  
 3. Ad alia testimonia extenditur eadem expositio, & explicatur magis. 268  
 4. De verbis Apostoli ad Rom. 9. *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserens est Dei.* 269  
 5. Cum prædicta expositione consonant alia duæ cæterorum Patrum. 271  
 6. Exponuntur cætera Scripturæ testimonia, cursum, vias, & gressus, non hominis, sed Dei solius esse, dicentia. 273  
 7. Aliquid ex seipsis agant, qui spiritu Dei aguntur. 275  
 8. Licet ad Filium venire nemo possit, nisi quem Pater traxerit, sua tamen libertatis est venire, vel non venire. 278  
 9. Aliis Scripturæ testimoniis corroboratur trahentis motio, relinquens liberam potestatem non veniendi. 281  
 10. Etiam qui non veniunt, aliquo modo trahuntur; & qui veniunt, aliquo modo Deum trahunt. 283  
 11. Ex præcedentibus colligitur similis expositio: *Omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me, Ioan. 6.* 285  
 12. Diuinæ voluntati posse, aut non posse resisti, quo sensu dicant literæ factæ. 287  
 13. Quam diximus possibilitatem resistantiæ, corroborant potius, quam oppugnant argumenta posita sect. præced. à princip. 289

DISPUTATIO XXIX.

*Utrum Deus sit adequata, totalis, & sola causa, faciens, ut velimus, & faciamus.*

- Sectio 1.* Quæ circa partialitatem sunt extra controuersiam. 291  
 2. Contendebat enixè Caluinus Deum esse totalem, & adæquatam causam, refutando partialitatem causalitatem arbitrij. 292  
 3. In modo causandi prædestinationis, aut prouidentia, Deus est partialis causa bonorum actuum. 293  
 4. Partialitas in genere causæ particularis, & in genere efficientis ut sic. 295  
 5. Quomodo Deus sit totalis, vel partialis causa, faciens ut velimus, & conuertamur. 297  
 6. Solvuntur argumenta, quæ contendunt, ad actus supernaturales Deum non esse partialem causam. 300  
 7. Solvuntur argumenta, quæ contendunt Deum solum, & totaliter facere, ut velimus, & faciamus. 302

*Finis de Prædestinatione.*

8. Contra parrialem, & immediatam efficientiam liberi arbitrij argumenta solvuntur. 304  
 9. Vires aliquas efficiendi, & non efficiendi aliquid ex se ipso libero arbitrio concedit Christus Dominus, Ioan. 15. dicens: *Sine me nihil potestis facere.* 306

DISPUTATIO XXX.

*Appendix ad præcedentes. Scripturæ sacre se inuicem exponunt, cum eandem operationem nunc Deo, nunc homini tribuunt.*

- Sectio 1.* De corde, & variis operationibus circa illud. 311  
 2. Mutua expositio Scripturarum, secundum quas Deo cooperatur arbitrium, ut spiritu sancto impleatur, redimat, liberet, viuificet, custodiat, &c. 312  
 3. Collatio Scripturarum, quæ pertinent ad cognitionem, necnon ad motum, & cursum. 314  
 4. Eadem exponendi ratio circa victoriam, ornatum, incrementum, locutionem, sanctificationem, & alia. 315

DISPUTATIO XXXI.

*Utrum homo propterea non conuertatur, quia non vult, vel potius, quia Deus eum non prædestinat: & contrario, etiam ideo conuertatur, quia Deus eum prædestinat, vel quia vult.*

- Sectio 1.* Contraria proportio, iuxta quam Dei liberalitati, & prædestinationi assignatur causalitas cuiuslibet gratia, & cooperationis cum illa; sed libero arbitrio, utrum ideo conuertatur, quia Deus eum prædestinat, vel quia vult. 317  
 2. Utrum homo propterea non conuertatur, quia Deus illum non prædestinauit, vel quia Deus non vult. 319  
 3. Prima & principalis causa, propter quam non conuertitur homo, quando tenetur, est, quia non vult. 321  
 4. Conuertionis, & auxiliorum ratio, vel causa quo sensu dicatur esse, quoniam volumus, ibid.  
 5. Quibusdam argumentis in contrarium respondetur. 323

DISPUTATIO XXXII.

*Utrum causalitas diuina prædestinationis sit omnino prior, quam concursus liberi arbitrij.*

- Sectio 1.* Quæ circa prioritatem sunt certa, præmittuntur. 325  
 2. Quæ prioritas secundum naturam, aut secundum rationem conueniat cooperationi prædestinantis Dei. 326  
 3. Quantum ad producendum substantiam actus, voluntatem non esse causam primam, causando. 328  
 4. Voluntatis humanæ cooperatio quodam infimo genere prioritatis est prior, quam actualis concursus diuinæ prædestinationis. 329  
 5. Eadem prioritas cooperationis humanæ declaratur amplius, & corroboratur. 331

DISPUTATIO XXXIII.

*Utrum liberum arbitrium sit instrumentum Dei ad opera supernaturalia.*

- Sectio 1.* Esse aliquo modo instrumentum. 333  
 2. Libe



2. Liberum arbitrium propriè & in rigore esse instrumentum Dei ad opera supernaturalia, quibus fundamentis affirmant aliqui Doctores. 335
3. Non instrumentum, sed principalis causa est homo per liberum arbitrium etiam ad producendas supernaturales operationes. 336
4. Satisfit obiectionibus, propositis in sect. 2. 340
5. Vtrum gratia præueniens, & habitus infusus sint instrumenta Dei. 341

DISPUTATIO XXXIV.

*Quis sit legitimus intellectus ad Apostolum 1. Cor. 4. quantum ad totalem, vel partialem causalitatem diuinae praedestinationis, & liberi arbitrij discernentis, vel accipientis.*

- Sectio 1. Quæ sit illa discretio, & quæ dona Dei, de quibus eo loco tractat Apostolus.* 342
2. Vtrum solus Deus sit totalis, & adæquata causa discriminis, quo iustus discernitur ab iniusto. 344
  3. Contra partialem causalitatem discernendi se ipsum, quam libero arbitrio concessimus, argumenta & solutiones. 347
  4. Libera potestas accipiendi, & non accipiendi dona, quæ Deus offert, colligitur ex præsentis testimonio Pauli. 348
  5. Eadem recipiendi, & non recipiendi possibilitas corroboratur rationibus, & explicatur magis. 350
  6. Deo, & sibi dat homo, Deusque ab illo recipit: atque inde probatur liberi arbitrij cooperatio ad actiones supernaturales. 352

DISPUTATIO XXXV.

*Vtrum gloriam sublimiorem sibi, suamque gratia Deus conciliet, si dimittat arbitrium expeditum ab antecedenti necessitate.*

- Sectio 1. Rationes dubitandi.* 355
2. Summa laus, & gloria prædestinationis & gratiæ consistit in eo, quod libero arbitrio communicet laudem, & gloriam secundariam ita cooperandi, ut possit cooperari. 356
  3. Ad maiorem gloriam antecedentis voluntatis saluandi quoslibet, etiam præcitos, & ad maiorem humilitatem præcitorum proficit eadem possibilitas cooperandi. 359
  4. Veram laudem, & gloriam Deus concedit hominibus, & Angelis: & ea quaeritur honestè per opera. 361
  5. Laudat Deus, & glorificat etiam in hoc sæculo, vel exterius apud alios homines, vel interius tantum in propria conscientia. 363
  6. Laus & gloria, quam Deus tribuit, probat libertatis indifferentiam, antecedenti necessitate solutam. 364
  7. Christi D. & Beatiss. Virginis laus & gloria fortius vrget, ut admittantur, quæ præcedentibus sectionibus probata sunt. 365
  8. Gloriantur in Domino Sancti, etiam in vita mortali, seruatis istius gloriæ conditionibus. 367
  9. Vtrum secundum se ipsam propria sibi laude, & gloria laudetur, & gloriatur persona, quæ laudatur & gloriatur in Domino. 370

10. Gloria & laus, Angelis & hominibus propria, recurrit in laudem & gloriam Dei. 373
11. Multiplex, & graue periculum se laudandi, atque gloriandi in præsentis sæculo. 374
12. Quæ necessitas, & quibus conditionibus dat veniam, ut inter præsentia pericula gloriaris, atque lauderis. 376
13. Aliis hominibus laudem, & gloriam deferretur, & frequenter necessarium est. 378
14. Satisfit argumentis propositis in sectione prima. 379

DISPUTATIO XXXVI.

*Vtrum gratitudo, & oratio probent, liberum arbitrium seipsum secundariò determinare ad agenda, nec totaliter à Deo prædeterminari.*

- Sectio 1. Gratitudinis erga Deum rationes augentur, si libero arbitrio conceditur, ut se ipsum secundariò determinet ad bona opera.* 380
2. Gratitudinis erga homines nulla potest ratio subsistere, nisi liberum arbitrium se ipsum determinet ad benefaciendum. 383
  3. Orationis proprius effectus probat eandem indifferentiam arbitrij, ut secundariò se determinet. 385

DISPUTATIO XXXVII.

*Vtrum spes, siue confidentia, prout refertur ad operationes liberi arbitrij, probet illius indifferentiam, antecedenti necessitate solutam.*

- Sectio 1. Sectariorum error, & explicatio spei, quatenus secundariò nititur in arbitrio creato.* 386
2. Spes, & confidentia, in Angelis, aut hominibus collocata, probat eorum indifferentiam, ut partialiter, & secundariò seipsum determinent. 387
  3. Superiorem doctrinam corroborat triplex habitudo, secundum quam contingit, de homine confidere post Deum, & in Deo. 389
  4. Fiducia in homine collata, sicut oportet, in Dei maiorem fiduciam recurrit, sed raro, ut cautè adhibenda. 391

DISPUTATIO XXXVIII.

*Quinam sint effectus reprobationis.*

- Sectio 1. De effectu reprobationis in communi.* 393
2. Vtrum peccata sint effectus reprobationis, saltem prout poena. 394
  3. Declaratur, quo sensu formalis essentia peccati, prout adiunctam habet rationem poenæ, possit esse reprobationis effectus. 395
  4. Vtrum sit effectus reprobationis obduratio, atque finalis impoenitentia. 398
  5. Vtrum permissio peccati originalis sit effectus reprobationis. 399
  6. Vtrum poena sit effectus reprobationis. 400
  7. Vtrum permissio peccati personalis sit effectus reprobationis. 401
  8. Vtrum sit reprobationis effectus gratiam negare, aut concedere. 403
  9. Vtrum creatio hominis, & omnes circumstantiæ naturales illius, sint effectus reprobationis. 404

DISP

DISPUTATIO XXXIX.

*Vtrum præcipuus effectus beneuolentiæ Dei erga reprobos, sit possibilitas obtinendi vitam eternam.*

- Sectio 1. Huius, & nouem sequentium disputationum obiectum, & errores, ac opiniones circa illud.* 406
2. Distinctio possibilitatis proximæ, vel remotæ declaratur, & probatur. 408
  3. Prædictæ possibilitatis generalitas distinguitur gradibus certitudinis, & probatur similitudine lucis, & Solis. 410
  4. Eadem auxiliorum generalitas probatur generalitate diuinæ uocationis, voluntatis, & redemptionis. 413
  5. Aliorum Patrum testimonium pro prædicta generalitate auxiliorum. 415
  6. Concilia quoque decernunt, liberam possibilitatem bene operandi. 419
  7. Ex contradictorio errore colligitur, quæ fuerit mens Conciliorum & Patrum. 420
  8. Impossibilitatem bene operandi Patres abhorrent, etiam quando illam sonat expressè cortex locutionis sacræ. 421
  9. Inter miracula, & opera gratiæ iustificantis discrimen Patres constituunt liberam operandi possibilitatem. 424
  10. Eandem possibilitatem actualiter operandi bonum, probat rationis dominium ad subiudicandum appetitum, Genes. 4. 425
  11. Prodigis filius, Luc. 15. probat liberam possibilitatem actualiter operandi. 427
  12. Præsentis sæculi discrimen à futuro, probat liberam possibilitatem actualiter operandi. 428
  13. Intra nos, & in nobis non essent regnum, & bona opera, nisi libera foret nobis eorum possibilitas. 431

DISPUTATIO XL.

*Quid statuerit Scholasticorum autoritas, & ratio circa generalitatem auxilij sufficientis.*

- Sectio 1. S. Thomas, Bonauentura, & Antoninus eam testantur apertè.* 432
2. Albertus, Alexander, Aluifiodorensis, & antiquiores discipuli S. Thomæ. 435
  3. Antiqui Scholastici post tempora S. Thomæ & illius doctrinæ non additi. 436
  4. Authores ætatis nostræ propinquiores. 439
  5. Alij recentiores. 442
  6. Theologica ratione probatur prædicta generalitas sufficientiæ. 443

DISPUTATIO XLI.

*Vtrum iustificationem impediendi principium rectè probet deesse nihil absolutè necessarium ad illam actualiter obtinendam.*

- Sectio 1. Initium impediendi iustificationem non à nobis, sed à Deo foret, si Deus negaret aliquid simpliciter requisitum ad actualiter operandum.* 445
2. De resistentia hominum, & de principio impediendi perseverantiam Angelorum probationes duæ. 448
  3. Obiectio soluitur de proportionata causalitate affirmationis & negationis. 450

4. Ut subtrahantur auxilia, ratio detur ex nostra culpa. 451
5. Compendio explicatur ratio, atque mensura subtrahendi auxilia gratiæ. 453
6. Expectat Deus, ut misereatur peccatoris, ac proinde non denegat aliquid absoluti requisitum, ut actualiter conuertatur. 455
7. Idem genus expectandi probatur aliis argumentis. 458
8. Solutiones refutantur, & attingitur generalis argumentorum solutio. 461

DISPUTATIO XLII.

*Vtrum probationes gratiæ in vacuum receptæ, prout defuisse nihil requisitum ad actualem cooperationem.*

- Sectio 1. De uinea, terra sterili, & thesaurizante iram.* 462
2. Similitudine ludi puerilis Christus D. ostendit, ex parte Dei nihil defuisse Iudæis, ut conuertentur. 464
  3. Auari diuitis excusatio repulsa probat eandem veritatem. 465
  4. Exteriora quælibet auxilia in sacris literis interiori gratia intelliguntur animata. 466
  5. Exprobratio trium ciuitatum Galilææ probat eandem sufficientiam, cui deficit nihil requisitum ad actualiter operandum. 469
  6. Solutiones refutantur. 474
  7. Vnius sanctitas alterius peccata non damnet, nisi peccatori fuisset absolutè possibile, sanctum actualiter imitari. 476
  8. Eundem à comparatione locum frequentant Patres, ut probent possibilitatem bene operandi. 479

DISPUTATIO XLIII.

*Quomodo ex obligatione præceptorum colligatur sufficientia ita plena, ut nihil desit absolute requisitum.*

- Sectio 1. Proponitur primum argumentum, & variæ illius solutiones incipiunt refutari.* 482
2. Præceptorum materia, & forma probat, arbitrio peccatoris esse absolutè possibile actualiter explere præcepta. 483
  3. Suanitas legis Euangelicæ confirmat, etiam peccatoribus esse absolutè possibile actualiter explere præcepta. 485
  4. Facilitas, & suauitas Euangelica in præcedentes leges, & quælibet illarum præcepta redundant. 488
  5. Variæ rationes, quibus Patres confirmant prædictam possibilitatem, & facilitatem. 489

DISPUTATIO XLIV.

*Vtrum theologicæ spei, atque timoris rationes, probent sufficientiam reducibilem ad actum.*

- Sectio 1. Spei obiectum, certitudo, & fundamentum ad hunc finem expenditur.* 492
2. Dei timor, præcipue filialis, cuiusque obiectum, & leges probant sufficientiam reducibilem ad actum. 495

DISPUTATIO XLV.

*Utrum à prædicta generalitate sufficientis auxilij sit excipiendus aliquis status hominum eorum, quibus affulsit aliqua notitia supernaturalium mysteriorum.*

- Sectio 1.* De præcitis, siue quando sunt in gratia, siue in peccato mortali. 498
2. Contra conclusiones positas in sectione præcedenti quædam argumenta soluuntur. 499
  3. Obduratos, & derelictos à Deo, sufficientibus auxiliis non destitui. 502
  4. Trium nationū insigniter induratarum exemplis eadem veritas comprobatur. 504
  5. Generalibus solutionibus enumeratis, soluuntur argumenta duo ex impossibilitate, & desertione Dei. 507
  6. Cætera argumenta, ex sacris literis, & ex ratione desumpta. 509
  7. Exponuntur Augustini testimonia, quæ videntur obduratis negare sufficientiam. 511
  8. Alios Patres non dissimili sensu fuisse locutos. 515

DISPUTATIO XLVI.

*Utrum omnibus barbaris, ad quos nulla prorsus rerum supernaturalium fama penetravit, dentur auxilia sufficientia.*

- Sectio 1.* Rationes dubitandi. 516
2. Quibuslibet barbaris auxilia sufficientia præberi, probatur ab inexcusabilitate Gentilium, Rom. 1. 518
  3. Opus legis, scriptum in cordibus, & ordinatissima rerum visibilium gubernatio similes alias probationes subministrant. 521
  4. Eandem conclusionem probat Angelorum custodia, & gratiæ communicatio independentis ab operibus merè naturalibus. 523
  5. Rerum supernaturalium notitia carentibus quomodo possint supernaturales illustrationes, & inspirationes infundi. 524
  6. Communior sententia Scholasticorum aperuit supradictam viam excitandi barbaros ad supernaturalia. 526
  7. Licet infideles cooperentur prioribus auxiliis, nonnunquam vltioribus priuari, quædam argumenta contendunt. 528
  8. Soluuntur argumenta propofita in sectione 1. 530

DISPUTATIO XLVII.

*Utrum omnibus momentis, & ad omnes actiones auxilia sufficientia tribuantur.*

- Sectio 1.* Partem affirmatiuam suadere poterant sequentia fundamenta. 535
2. Non omnibus momentis adesse gratiam, quæ sufficienter excitet ad salutem. 536
  3. Ad operationes gratiæ gratis datæ, necnon ad Euangelicam perfectionem sufficiens auxilium quomodo conferatur. 540
  4. Diluuntur fundamenta, quæ suadere poterant oppositum suprà sect. 1. 542

DISPUTATIO XLVIII.

*Utrum incrementa perfectionis actualiter acquirere sit omnibus iustis absolute possibile virtute sufficientis auxilij.*

- Sectio 1.* Affirmatiuæ partis rationes defenduntur. 544
2. Ex Apostolo ad Philippenf. 3. eiusdem possibilitatis proficiendi probatio secunda. 545
  3. Variæ rationes ex Scriptura, & Patribus ad eandem possibilitatem proficiendi. 546
  4. Obligatio proficiendi probat eandem auxiliorum sufficientiam, cui ex requisitis deficiat nihil. 550
  5. Ad præcedentes rationes eneruandas obicitones. 552

DISPUTATIO XLIX.

*Utrum omnibus paruulis ante rationis usum morituris, sufficiens auxilium, seu remedium tribuatur.*

- Sectio 1.* Prosperi, Augustini, & Scholasticorum sententiæ, quæ videntur in ver se pugnarè. 553
2. Decisio, directè respondens titulo disputationis. 555
  3. Utrum Deus velit omnes paruulos saluos fieri. 557
  4. Alia argumenta de Redemptione Christi Domini, de martyrio, & parentum orationibus, vel aliis actionibus. 560

DISPUTATIO L.

*Utrum Angeli propter opera præmissa fuerint prædestinati, vel reprobati.*

- Sectio 1.* Utrum Angeli fuerint prædestinati. 562
2. Utrum opera, per solas vires naturæ elicta, fuerint ratio prædestinandi Angelos. ibid.
  3. Utrum præscientia boni vsus gratiæ fuerit ratio prædestinandi Angelos, iuxta varias sententias Scholasticorum. 563
  4. Quantum ad media prædestinationis ac reprobationis maior fuit æqualitas diuinæ benevolentiæ erga cunctos Angelos, etiam præcitos, quàm erga cunctos homines. 565
  5. Quantum ad media negandi prædestinationem, multo mitior est Angelorum reprobatio, minorèque rigorem exercet, quàm reprobatio hominum. 568
  6. Prædestinati sunt Angeli prius, quàm præiuderetur eorum perseverantiæ. 569
  7. Appendix de prædestinatione in statu innocentie. 572

DISPUTATIO LI.

*Quinam sint effectus prædestinationis, ac reprobationis.*

DISPUTATIO LII.

*Utrum reprobatio Angelorum sit prior prædestinatione hominum.*

ARTICVLVS VI.

*Utrum prædestinatio sit certa.*

ARTICVLVS VII.

*Utrum numerus prædestinatorum sit certus.*

DISPV

DISPUTATIO LIII.

*Qualis, & quanta sit certitudo prædestinationis, ac reprobationis.*

- Sectio 1.* Certam esse prædestinationem, ac reprobationem. 576
2. Certum esse Deo prædestinatorum numerum tam formalem, quàm materialem, ex vi non tantum præscientiæ, sed etiam prædefinitio- nis. 579
  3. Prædicta certitudo materialis numeri probatur ex sacris literis. 580
  4. Prædictæ certitudinis origo, discriminè que tam in modo, quàm in proprietate. 582
  5. Determinata media prædestinationis & mensura gratiæ, & gloriæ sunt Dei prædefinitio- ne præscripta. 583
  6. Prædefinitio gradus ampliatur, & explicatur magis. 584
  7. Soluuntur argumenta, quæ contendunt incertam esse prædestinationem. 585
  8. Certa sunt ex vi prædefinitio- nis reprobatorum numerus, pœnæ quantitas, & media reprobationis. 587

DISPUTATIO LIV.

*Utrum prædestinatorum numerus sit minor multitudine reprobatorum.*

- Sectio 1.* Præmissis aliquibus, quæ certa sunt, referuntur tres sententiæ, & conclusiones proponuntur. 588
2. Euangeliorum testimonia præcipua pro paucitate prædestinatorum. 590
  3. Quoniam ex peccatoribus pauciores sunt, qui veram pœnitentiam agant, probatur eadem conclusio. 591
  4. Plura loca Scripturæ confirmant, quàm asserimus paucitatem prædestinatorum. 594
  5. Contrariæ opinionis argumenta soluuntur. ibid.
  6. Fœminarum esse prædestinatum maiorem numerum, quàm virorum. 595

DISPUTATIO LV.

*Utrum arbitrij libertas rectè cum diuina prædestinatione, ac reprobatione consentiat.*

- Sectio 1.* Utrum prædestinatio sit in potestate prædestinati. 596
2. Simpliciter non est in potestate prædestinati sua prædestinatio, sed tantum secundum quid. 597
  3. Magis explicatur, quantum deficiat, ne prædestinatio simpliciter, & propriè sit in potestate prædestinati. 599
  4. Utrum in potestate reprobati sit positum non prædestinari, vel reprobari. 601
  5. Utrum prædestinatus possit damnari, reprobisque saluari. 602
  6. Determinata præscientia conditionalium futurorum requiritur, vt cum libertate conciliari possit prædestinatio ante præiussa opera. 605
  7. Scientia moralis infallibilitatis, etiam determinata, & in individuo, non plene conciliat prædestinationem cum libertate. 606
  8. Conditionali præscientia congruentis, & opportuniæ vocationis, & gratiæ, libertatem cum prædestinatione conciliat August. 609

9. Iterum Augustinus, & alij Patres prædestinationis concessæ, vel negatæ rationem, aut concordiam ex præscientia conditionata desumunt. 610
10. Rationes à priori, propter quas concordia prædestinationis, & reprobationis exigat scientiam conditionalium futurorum. 613
11. Soluuntur obiectiones aduersus concordiam hæcenus explicatam. 614

DISPUTATIO LVI.

*Utrum alicui certa sit sua, vel aliorum prædestinatio.*

- Sectio 1.* Negatiua pars deducitur ex Scriptura. 617
2. Patres docent incertitudinem prædestinationis, & vtilitates illius. 619
  3. Moralis certitudinis quis gradus, & quibus signis haberi possit de prædestinatione. 620

ARTICVLVS VIII.

*Utrum prædestinatio possit inuari precibus Sancto- rum.*

DISPUTATIO LVII.

*Utrum Christus Dominus fuerit causa prædestinationis, & reprobationis hominum, & Angelorum.*

- Sectio 1.* Finalem causam cuiuslibet prædestinationis fuisse Christum Dominum. 621
2. Exemplaris causa cuiuslibet prædestinationis Christus Dominus. 622
  3. Sententiæ de causalitate meritoria prædestinationis ex parte Christi Domini. 624
  4. Incarnatio, Passio, & merita Christi Domini qua ratione fuerint nostræ prædestinationis effectus. 625
  5. Declaratur modus, & ratio prædestinandi Christum, & cæteros electos cum dependentia, & causalitate reciproca. 626
  6. Æternæ, & increatæ dilectionis & prædestinationis hominum causam meritoriam fuisse prædestinationem Christi Domini, & illius passionem, & opera. 628
  7. Ipsi etiam electionis, prout discernit, & discrimen constituit prædestinatorum à præcitis, meritoria causa fuit Christus Dominus. 630
  8. Soluuntur argumenta, quæ contendunt Christum nullis hominibus meruisse electionem determinatam per sua ipsius merita. 633
  9. Utrum Christus Dominus fuerit causa reprobationis. 630
  10. Prædestinationis Angelorum Christus Dominus fuit causa, sed non reprobationis. 637

DISPUTATIO LVIII.

*Utrum aliquis purus homo fuerit causa prædestinationis alterius hominis.*

- Sectio 1.* Finali, & exemplari causa negata, referuntur sententiæ, concedens causam meritoriam. 638
2. Nullus homo purus de facto meruit electio- nem.

*Index Quaestionum, Titulorum, Disputationum, & Sectionum.*

nem alterius, licet non implicet iurisdictionem. 640  
 3. Alterius hominis reprobationem vtrum aliquis meruerit. 641

DISPUTATIO LIX.

*Quis ordo prioritatis secundum rationem seruatus fuerit inter actus, quibus diuina praedestinatio, vel reprobatio percipitur.*

Sectioni 1. Generaliores regulae prioritatis. 642  
 2. Praestantioribus rebus in particulari prioritatis ordines assignantur. 643

QVAESTIO XXIV.

*De libro vitae.*

ARTICVLVS I.

*Vtrum liber vitae sit idem, quod praedestinatio.*

ARTICVLVS II.

*Vtrum liber vitae sit solum respectu vitae gloriae praedestinatorum.*

ARTICVLVS III.

*Vtrum aliquis deleatur de libro vitae.*

DISPUTATIO LX.

*Quoniam rei veritas significetur omnibus metaphoris pertinentibus ad librum vitae.*

Sectioni 1. Metaphoricam esse significationem libri & scribendi, ac delendi. 644  
 2. Vtrum praescientia praedestinatorum ad vitam, sit liber vitae. 645  
 3. Vtrum vitae gratiae, ac bonorum operum sit etiam liber vitae. 646  
 4. Per attributionem ad primum analogatum aliae res dicuntur liber vitae. 647  
 5. Vtrum scriptus sit etiam liber mortis. 648  
 6. Vtrum aliquis deleatur de libro vitae. 650  
 7. Vtrum diuinam visionis carentiam aeternam petierit Moyses Exodi 32. dicens: Dele me de libro tuo; eandemque desiderauerit Apostolus Rom. 9. 651  
 8. Ampliatur desiderium illud ad carentiam iustificationis, & adduntur limitationes, & aliae explicationes. 652

F I N I S.

INDEX




I N D E X  
 Disputationum, & materiarum

PER LOCOS COMMUNES.


A		F	
ACCEPTIO personarum.	195.2	Fines intenti circa reprobos.	169.2
Adulti.	44.1	G	
Angeli.	562.1	Generalitas sufficientia.	432.2
Angeli { reprobatio.	573.2	Gratia.	215.1
Angeli { praedestinatio, ac reprobatio, eorumque effectus.	572.2	Gratia necessitas.	39.1.40.1
Arbitrii libertas.	355.1.596.1	Gratia probationes.	462.1
Auxiliorum sufficientia.	535.1	Gratitudo.	380.2
B		H	
Bonum intentum circa reprobos.	187.2	Homo.	638.2
Bona { qua Deus operatur circa peccata.	224.1	Hominis { conuersio.	317.2
Bona { naturalia.	229.2	Hominis { praedestinatio.	573.2
Bona { vniuers.	244.1	I	
Barbari.	516.1	Iacob & Esau exemplaria { praedestinatorum.	59.1
C		Iacob & Esau exemplaria { reprobatorum. ibid.	59.1
Causa { praedestinationis.	33.2	Incrementum perfectionis.	544.1
Causa { praedestinationis { increata.	25.1	Iustificatio.	444.2
Causa { praedestinationis { creata ex parte nostra.	46.1.50.2	L	
Causa { electionis { ad gloriam.	33.2	Liber vitae.	644.1
Causa { electionis { ad gratiam.	ibid.	Liberum arbitrium.	248.1.325.1.333.1
Causa { reprobationis ex parte nostra.	50.2	Libertas arbitrii.	355.1.596.1
Causa effectuum praedestinationis physicae & reales.	246.2	M	
Causalitas { nostrarum operationum.	263.2	Merita prauiusa.	85.2
Causalitas { diuinae praedestinationis.	291.2.325.1	N	
Certitudo { praedestinationis.	617.2	Necessitas gratiae.	39.1.40.1
Certitudo { praedestinationis ac reprobationis.	576.2	Numerus praedestinatorum.	588.1
Christus Dominus.	621.2	O	
Confidentia.	386.2	Obiectum { praedestinationis.	3.1
Conuersio hominis.	317.2	Obiectum { reprobationis.	ibid.
D		Obligatio praeceptorum.	482.1
Deus operans.	248.1	Operationes moraliter honestae.	37.2
E		Operationum nostrarum causalitas.	263.2
Effectus { praedestinationis.	211.2.215.1	Oratio.	380.2
Effectus { reprobationis.	393.2	Ordo prioritatis.	642.1
Effectus { praedestinationis ac reprobationis Angelorum.	572.2	P	
Effectuum praedestinationis causa physicae, & reales.	246.2	Parnuli.	44.1.553.2
Electio { ad gloriam.	33.2	Peccatum { originale.	130.1.140.1
Electio { ad gratiam.	ibid.	Peccatum { personale.	154.1
Electio { ad gloriam ante prauiusa merita.	92.1.100.2	Peccata.	224.1
		Perfectionis incrementum.	544.1
		Personarum acceptio.	195.2
		Possibilitas obtinendi vitam aeternam.	406.2
		Praeceptorum obligatio.	482.1
		Præde	

Prædestinatio	ad gloriam.	34.1	Probatio sufficientiæ reducibilis ad actum.	
	ad gratiam.	36.2	492.1	
	creata.	46.1	Probationes gratia recepta in vacuum.	462.1
	increated.	25.1		
	propter merita prævisa.	85.2		
Prædestinationis	ante prævisam mortem in peccato mortali.	205.1	Quidditas prædestinationis.	3.1
	ante prævisa opera.	209	Reprobationis.	17.2
	hominum.	573.2		
Prædestinationis	obiectum.	3.1	Reprobatio Angelorum.	573.2
	quidditas.	ibid.	quidditas.	17.2
	causa.	33.2	Reprobationis obiectum.	ibid.
	effectus.	211.2.215.1	effectus.	393.2
Prædestinationis ac reprobationis certitudo.	certitudo.	617.2	Spes.	386.2
	576.2		Sufficientiæ reducibilis ad actum.	492.1
Prædestinatorum numerus.	588.1	Sufficientiæ auxiliiorum.	535.1	
Præsciti.	498.2	Sufficientiæ qualitas.	432.2	
Principium impediendi iustificacionem.	444.2	Vita æterna.	406.2	
Prioritatis ordo.	642.1	Vilitas intenta circa reprobos.	187.2	

FINIS.



DISPV



DISPUTATIONES,  
ET  
COMMENTARII  
DIDACI RVIZ  
DE MONTOYA,  
E SOCIETATE IESV,  
DE PRÆDESTINATIONE,  
ac reprobatione hominum,  
& Angelorum.

Ad questionem XXIII. & XXIV. ex prima parte S. Thomæ.

PROOEMIUM.

**A**LTI TUDINEM diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, & incomprehensibilia iudicia, quorum admiratione percussus Apostolus exclamat, aggrediamur verierabundi, fidei lumine duce, non plus sapientes, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem, & humilitatem, suspicientes, & quanta potuerimus vigilantia considerantes, antiquorum Patrum & Scholasticorum doctrinam; sunt enim cœlestia lumina, quæ viam ostendunt nautis in hoc ambiguo pelago. Concurrunt in eo contrariæ difficultates: est enim infinitæ profunditatis; sed tamen idem vadis, & scopulis periculosum. Est & immensum æquor; idem tamen est angustissimum fretum, inter libertatem meritorum, & prædestinationem ita conclusum, vt æstuet, concitetur, & efferuescat vndis sententiarum, & collisione se mutuo frangentium argumentorum, inter quæ vix pateat exitus nostris ingeniolis, nisi valde strictus, & arctus. Fallit etiam multos, quibus euersum infimo solo videtur esse, quando vix eius superficies suprema conspicitur.

Difficultatem auferent multiplices controuersiæ, à quibus pendet notitia prædestinationis, nisi fuissent tribus præcedentibus tomis explicatæ. Prima fuit de præscientia contingentium, ac præcipue conditionaliter futurorum: de qua totus ferè tomus *De scientia Dei* tractauit. Secunda de concursu primæ, & vniuersalissimæ causæ ad qualliber operationes, siue honestas, siue turpes, atque prohibitas: in qua versatæ sunt plurimæ disputatio-

Ruiz de Prædestinatione. A nes

1. Materia grauis & difficilis.

2. Que ad illam supponatur in præcedentibus tomis.

nes tomi De voluntate Dei, præsertim disput. 45. & quinque sequentes. Tertia de quidditate, ac modo prouidentia diuinæ, cuius vniuersali declaratione fuit etiam non mediocriter illustrata quidditas prædestinationis in præcedenti tomo De prouidentia, quinque prioribus disputationibus. Quarta de prædefinitionibus operationum humanarum, seu vagè in genere, vel in specie, seu determinatè in indiuiduo cum omnibus circumstantiis: hanc dedit præcedens tomus De prouidentia, à disput. 6. vsque ad 13. Quinta de ordine prioritatis diuinarum intellectuum, & volitionum: de quo dictum est tomo De voluntate Dei, disput. 22. 23. & 24. Duæ aliæ sunt partes magis intimè cum prædestinatione coniunctæ, videlicet humanarum virium extrema debilitas ad præbendum initium, aut qualemcumque causam prædestinationis; & indigentia diuinæ gratiæ præuenientis, & cooperantis. Ambæ tractatæ sunt in tomo præcedenti, prior à disput. 14. vsque ad 28. posterior inde vsque ad finem operis.

3. Reprobatio præterea sic est implicata, & intricata prædestinationi, vt multoties ab ea non possit extricari, & separari. Tunc igitur de vtraque simul agendum nobis erit; curantibus vt seorsim explicentur, quotiescumque quæstionis nodus permiserit, eas abinuicem separari. Deinde, quoniam vera sententia de causa prædestinationis videtur infirmioribus, in desperationem agere: monstrabimus amorem potius inflammare, & spem firmiorem erigere quibuscumque desiderantibus æternam salutem.

4. Rei præsentis tanta grauitas est, vt si magis studere breuitati licet in aliis; in hac minus deesse liceat plenitudini. Potentiam postea, beatitudinemque diuinam breuiori tractatu, Deo fauente, dabimus. Quamuis enim breuiores esse videantur, quam vt separatim volumina efficiant; attamen illæ solæ restant inter prædestinationem ac Trinitatem iam pro nostra tenuitate tractatam.

QVÆ



QVÆSTIO XXIII. DE PRÆDESTINATIONE.

ARTIC. I. Utrum homines prædestinentur à Deo.

ARTIC. II. Utrum prædestinatio aliquid ponat in prædestinato.

DISPUTATIO I.

Quanam sit intrinseca quidditas, & extrinsecum obiectum prædestinationis.

SECTIO I.

Quæ sit etymologia verbi prædestino, ac quam antecessionem importet.

1. Destinationes plures significationes.



ESTINANDI verbum plures habet significationes, ex quibus quatuor sunt præcipuæ: quarum duæ parum vîtatæ sunt apud authores profanos, & apud sacros authores inaudita. Primò namque destinare significat emere; sicut Plautus in Rudente dixit: Minis triginta sibi puellam destinat. Secundò destinare significat alligare; vt Apuleius lib. 4. de asino aureo ait: Arreptum me loro quam valido ad ansulam quamdam destinatum.

2. Verùm his acceptionibus prætermisissis, tanquam alienis ab instituto præsentis, duas alias frequentiores, & supernaturali prouidentia congruentes consideremus. Nam & destinare nonnunquam est mittere; quemadmodum lib. 1. Machab. cap. 1. Destinauerunt aliquos de populo, & abierunt ad Regem. Ac Suetonius in vita Galbæ cap. 16. Pretorianos, inquit, cum mandatis ad Imperatorem destinauit. Postremò destinare valet idem, quod statuerè, decernere, seu firmiter ordinare. Sic enim lib. 2. Machab. cap. 6. Eleazarus destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. & Apost. 2. Corinth. cap. 9. dicit: Vnusquisque prout destinauit in corde suo. Tullius autem lib. de Offic. Cum eorum alteri Dionysus diem necis destinasset. Ac Suetonius in vita Cæsaris, De ampliando imperio plura in dies destinabat.

3. Quo supposito, si destinandi verbo præponas dictionem præ, valet idem, ac dicere, priùs dirigendo, & ordinando rem in aliquem finem, tanquam in scopum transmittere; & hanc directionem priùs decernere & constituere firmo consilio. Nam dicitio, præ, vim habet significandi prioritatis, ac præcedentiam in actione verbi, cui præponitur, quam Scholastici statim citandi vocant antecessionem.

Quatuor autem præcedentiæ, vel antecessiones notantur à variis Doctoribus, ex quibus sola postrema legitima est, & communis intelligentia. Primò namque Catherinus opusc. de prædestin. cap. 1. putauit, ea propositione denotari singularem, & excellentiorem modum destinandi ad altiorem dignitatem, & eximiam gratiam & gloriam eos, quos vocat insigniter prædestinatos.

Hæc acceptio præter communem vsum Scripturæ, & omnium Theologorum restringit significationem vocis, cum ea conueniat quibuslibet hominibus glorificandis. Aduersus hanc expositionem grauius inuehitur Soto in commentariis epist. ad Rom. ad illud cap. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit. Sed Pennottus lib. 6. propugnac. cap. 1. num. 6. defendit Catherinum contra ipsius mentem, assignans secundam præcedentiam, quam statim adiungemus, si priùs admonuerimus, alioquin verum esse, quosdam esse prædestinatos insigniter, vt Beatissimam Virginem, Apostolos, & alios insigniores: quamuis excellentia non consistat in eo, in quo ponitur à Catherino, sed in abundantioribus illustrationibus, inspirationibus, maiorique protectione diuina, cæterisque donis, virtute quorum erat moraliter infallibilis perseuerantia in gratia, & moraliter impossibile peccare mortaliter; quamuis foret physicè liberum.

Secunda præcedentia, vel antecessio est, qua prædestinati præferuntur cæteris hominibus, quibus prædestinatio negatur. Hanc notauit Camerarius in dialogo Catholico, cap. 1. §. 2. eamque magis explicat Pennottus nuper citatus, existimans, significari antecessionem, & eminentiam eorum, qui voluntate consequenti & efficaci sunt destinati ad gloriam, cum cæteri omnes homines sola voluntate antecedenti, & inefficaci fuerint ad gloriam destinati. Hæc antecessio non videtur à sacris authoribus, ac cæteris Theologis intenta nomine prædestinationis, sed nomine electionis; quamuis non incongruè potuisset significari.

Tertia prioritas, & antecessio est causa: quoniam prædestinatio Dei est causa nostræ salutis. Hæc antecessio significari potest ab omnibus Theologis, non solum ab illis, qui rectè sentiunt, Dei prædestinationem, ante præuifa merita conceptam, esse causam efficacem meritorum, & gloriæ; sed etiam ab illis, qui neminem prædestinant, nisi post præuifa merita tanquam ab-

4. Quatuor antecessiones à quibusdam notata.

5.

6.

7. Prioritas cause.



solute futura. Nam etiam isti fatentur, Dei predestinationem esse causam conferendi gloriam: de quibus omnibus dicemus disp. 7.

8. **Durationis.** Quarta nihilominus antecessio durationis est, quam potissimum significat dictio *præ*, iuxta mentem Scripturæ, & sanctorum Patrum, quia videlicet predestinatio fuit ab æterno; sed res predestinata non nisi in tempore mandantur executioni. Ideo Origenes in cap. 1. ad Rom. ad illa verba, *Qui predestinatus est*, ait: *Destinatur enim ille, qui est; predestinatur vero ille, qui nondum est. Sicut dicit Apostolus: Quos autem præcivit, illos & predestinavit. Præcivi ergo, & predestinari possunt illi, qui nondum sunt; ille autem, qui est, & semper est, non predestinatur, sed destinatur.*

9. Hypognofticon apud Augustinum lib. 6. non procul à principio manifestè notat eandem antecessionem significari, cuius verba referemus sectione sequenti. Hugo Victor. eruditionum Theolog. de Sacramentis lib. 1. part. 2. cap. 21. ait: *Idcirco predestinatio vocatur, quoniam in ea quod faciendum fuit, dispositum est prius, quam fuit.* Eandem antecessionem intelligunt S. Thom. in præfenti quæst. 23. art. 2. ad 2. Alexand. 1. part. quæst. 28. membr. 1. art. 1. Albertus 1. part. q. 63. membr. 1. S. Bonavent. 1. dist. 40. art. 1. quæst. 1. ubi Ricardus quæst. 2. Durandus quæst. 1. & alij Scholastici communiter; & fati indicat Magister 1. dist. 35. cap. 1.

SECTIO II.

Quenam res abusivè, & qua proprie dicantur predestinari.

1. **P**riorem excludimus eam, quæ non tam acceptio, quam abusus est verbi, secundum quem mala culpæ, siue peccata dicuntur esse predestinata, vel homines reprobi dicuntur esse predestinati ad scelera committenda, & ad obstinationem in illis. Hic modus loquendi non solum apud sacros Scriptores, & Ecclesiæ Patres est inauditus: sed etiam significat hæresim, damnatam à Tridentino sess. 6. can. 17. & ab aliis Conciliis, & Patribus, vt vidimus tomo de voluntate Dei, disput. 35. præsertim sect. 1. & 2. dicemus etiam fortasse disput. 16. sect. 1. Ratio breuiter est, quoniam predestinatio refertur ad opera, quæ Deus facere voluit ab æterno, quorum author est; at non est peccatorum author.

2. **R**es omnes à quibusdam predestinari dicuntur. Secunda acceptio generalissima complectitur res omnes, tam naturales, quam supernaturales, tam accidentia, quam substantias, etiam rationis expertes, quorum Deus apud se habet exemplaria, non tantum qua ratione possibiles sunt, sed etiam qua ratione postrema, & vltima resolutione dicit apud seipsum, & imperat talem rem esse faciendam ab ipso, tali tempore, tali loco, & tali modo. Sic Dionysius, & Damascenus *predestinationis* nomen vsurpant, quamuis interpretes alij vertant *predefinitiones*. Sed vtrumque nomen idem valere solet apud authores plurimos, quoties non restringitur ad electos. Vnde apud Cyrillum in Isaiam lib. 5. cap. 66. paulo post medium, illud Roman. 8. *Quos præcivit, & predestinavit*, ita legitur: *Quos præcivit, etiam predestinavit.* & ita loquitur etiam Damascenus post pauca referendus.

3. Dionysius igitur de diuinis nominibus cap. 5. prope finem, ait: *Exemplaria autem dicimus essentia rerum effectrices rationes, quæ in Deo coniuncta ante fuerunt, quas scripta diuina predestinationes appellant, diuinasque, ac bonas voluntates, quæ constitunt, & faciunt omnia.* Dionysium de more secutus Damascenus oratione 1. de imaginibus, pag. 3. *Sunt, inquit, in Deo imagines, & exemplaria rerum, quæ ab ipso futura sunt, nempe consilium eius æternum, quod se habet semper eodem modo. Immutabilis est omnino Deus, in quo nulla est commutatio, aut vicissitudinis obumbratio. Has imagines, & hæc exempla predefinitiones appellat sanctus ille Dei munere, diuinis in rebus considerandis, & explicandis excellentissimus Dionysius: omnia enim ab ipso præcivita, & sine ulla commutatione futura, in eius consilio, non aliter antequam fierent, erant expressa, quam si quis velit domum edificare, prius imaginem, ac formam ipsius in animo effingit, cogitationeque complectitur.*

4. In eodem Damasceno lib. 2. fidei, cap. 30. initio, legimus indifferenter pro eodem positum *predefinire, & predestinare*, cum ait: *Nam omnia prædefinire atque predestinare Deum, & post pauca subdit: Præcivit autem ea, quæ non in nostra potestate sunt, secundum præscientiam suam. Nam præscientia iam præcivit omnia Deus, secundum bonitatem & iustitiam suam.* Irenæus autem lib. 5. cap. 1. parum à principio scribit: *Predestinati quidem vt essemus, qui nondum eramus, secundum præscientiam Patris: facti autem initium factura, &c.*

5. Author Hypognofticon apud Augustinum lib. 6. non procul à principio dicit: *Predestinatio à præueniendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur: & ideo Deus quicquid antequam fit, sic præcivit, prædestinat.* Isidorus lib. 1. sentent. cap. 18. in medio, inquit: *Ea, quæ adhuc facienda sunt in opere, iam facta sunt in diuina predestinatione; agit autem de quibuslibet effectibus diuinæ providentiæ.* Hugo Victorinus lib. 1. eruditionum Theolog. de Sacrament. part. 2. cap. 21. *Potest, inquit, predestinatio generaliter aliquando intelligi ipsa faciendorum dispositio, vt dicitur Deus quicquid sic facturus fuit, ab æterno predestinasse.*

6. Prædictam acceptionem esse nimium laxam, & à proprietate deficere, notant communiter Scholastici: probatque S. Thomas in præfenti quæst. 23. art. 1. corp. quia proprius dicitur destinari res, quæ transmittitur ad scopum, quem suis naturalibus viribus attingere non potest. Hac enim ratione non ita proprie sagitta dicitur destinari ad centrum mundi, ad quem locum naturali pondere fertur: sed multo proprius destinari dicitur ad scopum, ad quem sine proiicientis impetu peruenire non potest. Cum autem finis vltimus, qui vires naturæ superat, sit Deus clarè visus: illi qui per supernaturalia media diriguntur, atque mouentur à Deo, sic efficaciter, vt eum finem adipiscantur, propriissime dicuntur predestinati.

7. Hæc ratio S. Thomæ complectitur vtramque nominis etymologiam (quam vidimus sectione præcedenti) siue qua destinare est, dirigendo, & ordinando mittere, siue qua destinare est constituere, definire, ac eligere. Vnde Luc. Actuum 13. *Crediderunt, inquit, quotquot erant præordinati in vitam æternam.* Et Græcum verbum, *προορίζω*, quod ab interprete Latino transfertur in præde-

*predestinare*, Roman. 8. & Ephes. 1. significat, *predefinire, & prædeterminare*, vt Hieronymus explicat ad Ephes. 1. Ideo Paulus non nisi de supernaturalibus tractans vitur verbo *predestinandi*, Roman. 1. & 8. & 1. Corinth. 2. & Ephes. 1.

8. **Græcorum acceptio.** Tertiam acceptionem inducunt ferè omnes Patres Græci. Nam Roman. 1. quod Vulgatus interpres transtulit, *predestinatus Filius Dei*, exponunt *declaratum*, ac *demonstratum* miraculis, resurrectione, & missione Spiritus sancti. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Theophyl. OEcumen. in eum locum, Cyrillus lib. priori ad Regina's de recta fide, cap. *Quod Deus sit Christus unione*, &c. Damascenus lib. 4. de fide, cap. 19. Et illi Patres in Græcis exemplaribus legebant participium verbi *επιζωω*, quod *destinare*, vel *definire* significat, vt constat Actorum 2. *Hunc desinio consilio, & præscientia Dei traditum.* & cap. 17. *Definiens statuta tempora.* Quo eodem verbo, addita præpositione, significante antecessionem, significatur *predestinare*, Rom. 8. Nec inusitatum est ea vocare definita, quæ declarantur exteriori, & promulgantur: sic enim loquimur de Conciliorum, & Pontificum definitionibus, & statutis, necnon de Principum edictis, atque decretis.

9. **Propria Latinarum acceptio.** Nihilominus communiter Latini Patres, & inter Græcos etiam Origenes legunt, & intelligunt, destinatum, aut predestinatum, eodem sensu, quo Theologi communiter predestinationem accipiunt. Sic Augustinus lib. 12. de Trinitate, cap. 6. & de bono perseverantiæ, cap. vltimo, & de predestinatione Sanctorum, cap. 15. & tractat. 105. in Ioannem, Hilarius lib. 7. de Trinitate, Tertullianus lib. contra Praxeam, cap. 27. Concilium Toletanum II. cap. 1. Bernardus lib. 5. de consideratione. Irenæus etiam lib. 3. contra hæreses cap. 18. parum à principio, Hæc igitur est acceptio propria: sed illa vocem alienat, & torquet à propria, & vsitata significatione.

10. **Alienas vocem.** Quarta acceptio non minus inusitata est, quam præcedens, nimium restringens significationem verbi, iuxta quam predestinatio rei predestinatæ libertatem excludit. Ea quippe tantummodo predestinari dicuntur, quæ sunt à Deo, tanquam à causa totali prorsus independenti à libera cooperatione voluntatis creatæ. Sic enim Damascenus lib. 2. fidei, cap. 30. initio, dixit, *Deum non omnia præcivire, atque predestinare. Præcivit enim & ea, quæ in nobis, non præcivit autem hæc.* Quæ verò sunt in nobis, explicuerat eodem lib. cap. 26. esse illa, *quorum sumus liberam adepti potestatem, facere, & non facere.* Similiter autem in dialog. contra Manichæos pagina antepenult. dicit: *Deum non predefinire, nisi ea, quæ in arbitrio nostro sunt.* Occasionem præbuit præpositio *præ*, quatenus significat prioritatem causæ, quam prioritatem Damascenus ita totalem intellexit, vt nullo modo penderet, nec esset vlllo modo posterior libera cooperatione voluntatis se determinantis.

11. **Ad id dicitur Ratio D. Thomæ.** Propterea locutionem Damasceni temperat, & exponit S. Thom. lib. 3. contra gentes, cap. 90. fine, vt intellexerit: *Quæ sunt in nobis diuina determinationi non esse subiecta, quasi ab ea necessitatem accipientia.* Atque in idem prorsus redit, quod respondet in præfenti quæst. 23. art. 1. ad 1. Eidem locutioni Damasceni fauere videntur Ruiz de Predestinatione.

Nyssenus, vel potius Nemæsius, qui solet referri, quasi dixerit; *Quæ sunt in nobis, non esse à diuina providentia.* cui fauere videntur Damascenus, & Theodoretus. Sed ij omnes fufius explicati sunt in tomo de scientia Dei, disput. 33. sect. 5. & in præcedenti tomo de provident. disput. 28. sect. 4. fine.

12. **Malos ad peccatum predestinari.** Quinta acceptio non impropria, nec incongrua, peccatores, dicit, esse predestinatos ad malum pœnæ, vel ad mortem, siue interitum, vel ad supplicium. Ita loquuntur Augustinus lib. 15. de ciuit. cap. 1. ante med. & lib. 21. de ciuit. cap. 24. prope initium, & in Psalm. 13. ad illum versum: *Non est, qui faciat bonum.* Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 7. initio, & cap. 13. initio, & cap. 14. & cap. 28. ante medium, & cap. 29. Propter ad 10. obiect. Vincent. & ad 11. fine, & ad cap. Gallor. 14. & 15. Isidorus lib. 2. sentent. de summo bono, cap. 6. initio, author Hypognofticon, lib. 6. à medio. Concilium Valentinianum III. cap. 3. Beda tomo 8. in lib. quæstion. quæst. 13. post medium. Hæc acceptio fundamentum habet in Apostolo 1. Corinth. 4. *Deum nos Apostolos nonissimos ostendit, tanquam morti destinatos.*

13. **Finis vsurpationis rationes.** Rationes proprietatis in his locutionibus sunt. Prima, quoniam homines, quantumcumque peccatores, non inclinantur ad eum finem æternæ mortis, & supplicij; sed potius vtroque appetitu, tam naturali, quam elicitio, refugiunt ab illo, nec intendunt illum ordinem iustitiæ, quem Deus puniendo consequitur: propterea quasi violenter transmittuntur, & destinantur ad illum, sicut sagitta non ad centrum, sed ad altiorum scopum destinata. Secunda ratio est, quoniam bonum est illud, quod à Deo intenditur, videlicet iniuriis propriis, atque Beatorum satisfacere, & meritis peccatorum debitas pœnas reddere. Tertia ratio, nam aliquid est supra naturam in punitione damnatorum, videlicet ignis operatio in spirituales substantias, perpetuitas corporum, intentio apprehensionis, & tristitiæ.

14. **Acceptio hæc deficit à rigore significationis.** Nihilominus eadem acceptio deficit à propriissima, & rigorosa significatione predestinationis, propter sequentes rationes. Prima est, quia punitio, & interitus non est proprie finis personæ; quoniam ab intrinseco non destinatur ad illum, tanquam ad propriam perfectionem, & beatitudinem, quam respicere debet predestinatio proprie, & rigorosè dicta. Secunda, quoniam ille finis punitionis non est entitatiuè supernaturalis, nec effectus causandus per gratiam, cuiusmodi effectus respicit predestinatio propriissime dicta. Tertia ratio, quia malum pœnæ, siue punitio, non est per se intentum à Deo, sed per accidens: nec est profectum à natura & propria propensione diuinæ voluntatis; sed potius à quadam quasi violenta coactione, sicut probatum est tomo de voluntate Dei disput. 21. sect. 2. & disput. 25. sect. 2. Predestinatio verò propriissime, & rigorosè dicta, continet Dei voluntatem primariam antecedentem, & ex innata propensione venientem.

15. **Ad peccata predestinatio Dei nec impellit ad peccata, neque non impellit ad illa, prout peccata sunt, & prout sunt media, per quæ homines transmittuntur ad interitum; sed impij manibus, atque verbis accedunt mortem contra Dei voluntatem.**

ratem, Sapient. 1. Inde sequitur ratio quinta, quia prædestinatio ad malum poenæ, non significat anteceffionem causæ meritorum; sed ea supponit esse præuisa tanquam absolute futura: sed tamen in prædestinatione propriissime dicta dicitio præ, significat non tantum anteceffionem durationis, sed etiam anteceffionem causæ, vt vidimus sect. 1. Denique in sacris literis non inuenitur prædestinatio ad malum poenæ, sed tantum ad gratiam & gloriam. Huc etiam spectant, quæ dicemus disp. 16. sect. 4.

16. Error Ioannis Erigenæ.

Alio tamen sensu planè hæretico prædestinationem ad poenam oppugnat Ioannes Erigenæ, quippe qui non modò præscientiam humanarum actionum negabat, sed etiam negat à Deo propter peccata poenam inferri. Quos errores refert, & confutat Ecclesia Lugdunensis peculiari quodam libro, edito anno Domini 850. extat autem in 2. tomo Auctarj Bibliothecæ.

SECTIO III.

De propria significatione prædestinationis inferuntur corollaria.

I. Proprie prædestinationis significat actiones honestas.

PRImò sequitur ex dictis propriissimam, & strictissimam prædestinationis acceptionem respicere solas actiones honestas, ac præcipue supernaturales, iuxta illud Ephes. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinavit nos, &c. Hoc modo peccatores etiam, licet reprobi, possunt appellari prædestinati ad fidem; similiterque præciti, recipientes aliquo tempore poenitentiam, & gratiam iustificantem, appellari possunt prædestinati ad poenitentiam, & iustificationem. Hoc sensu de quibuslibet iustis, quantumcumque præcitis, intelligi potest illud Ephes. 1. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei. Vtitur hac acceptione Augustinus lib. de prædestin. Sanctor. cap. 10. & alibi sæpe. Leo IX. epist. decretali ad Petrum Antiochenum. Anselmus de Concordia liberi arbitrii cum prædestin. cap. 2. Prosper & Fulgent. variis in locis citandis disp. 4. sect. 3.

2. Prædestinatio electionem ad gratiam quantum adque significat.

Secundum corollarium est, prædestinationem apud Patres aliquando significare solam electionem ad beneficia gratiæ, præcisam ab electione ad gloriam; aliquando verò solum decretum conferendi gloriam propter merita, præsertim apud nonnullos Scholasticos. Vtraque tamen acceptio est truncata, & diminuta, perinde, vt si pectus præcisum à capite, vel caput præcisum à pectore, & corde, vocares hominem. Integra namque prædestinatio respicit primariò finem gloriam, ad quem destinatur, & consequenter respicit media gratiæ, per quæ transmittitur in gloriam; & ita frequentius accipitur à Patribus. Sed de hoc magis ex professo dicendum erit disput. 4.

3. Personarum actiones quædamque prædestinari.

Tertium corollarium est, appellari quandoque prædestinatas non modò personas, sed etiam earum actiones, & res, quas Deus præordinat ad gloriam electorum. Sic enim 1. Corinth. 5. de Sapientia prædicationis Evangelicæ dicitur: Quam prædestinavit Deus in gloriam nostram. Vbi Chrysostomus homil. 7. colum. 3. ait. Hoc Paulus in presentia ostendere amittitur, quòd scilicet semper nos dilexit à principio Deus, etiam nondum editos.

Nulla namque pacto, nisi nos dilexisset, diuinitas suas nobis prædestinasset. Considera postrema verba, iuxta quæ non dicimur nos prædestinati, sed diuinitas Dei nobis prædestinata vocatur. Cui consonat commentarius Ambrosij, Theodoret, S. Thomæ, & aliorum ibi.

Sic igitur vocatio Dei, & omnia eius auxilia exteriora, & interiora, necnon gratia iustificans, perseverantia, & ipsa visio beatifica, possunt appellari prædestinata ad gloriam nostram. Ita Prosper ad cap. 14. Gallor. Fides, inquit, & charitatis opera, atque in eis usque in finem perseverantia, & que eis retribuenda sunt, prædestinata dicuntur. Idque probat Apostoli testimonio. Generalius autem de qualibet re, quam Deus facit, loquitur Gregorius in lib. 1. Regum, cap. 13. suo lib. 5. cap. 3. propius ad medium, quàm ad fin. ad illa verba: Quæsiuit sibi virum iuxta cor suum, & præcepit, vt esset dux super populum suum. Vbi de electione Dauidis in Regem ait: Deo prædestinare facere est, & apud ipsum iam facta sunt, quæ ab ipso fieri præordinata sunt. Vnde de eo scriptum est: Fecit, quæ futura sunt. Quam doctrinam accepit ex Augustino, Prospero, & Fulgentio referendis infra disp. 8. sect. 10.

Nihilominus gratiæ gratis datæ, prout præsciuntur à cæteris gratiis, per se destinatis ad iustificationem (quas multoties includunt) non dicuntur prædestinari: nec respectu illarum dicitur aliquis prædestinari simpliciter; quia gratia gratis data non ordinatur directe ad hoc, quòd ille, qui eam recipit, ad finem vltimum dirigatur; sed vt per eam alij dirigantur, secundum illud 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Hæc S. Thomas Rom. 1. lect. 3. colum. 1.

Adhuc tamen quodammodo, & improprie dici possunt prædestinari non modò gratiæ iustificantes; sed etiam gratiæ gratis datæ. Quemadmodum Irenæus lib. 3. cap. 18. parum à principio legit ex Paulo Rom. 1. Prædestinatus in Evangelium Dei. Cæteri tamen omnes legunt segregatus, iuxta originale Græcum. Nec Augustinus abhorret ab hac prædestinationis acceptione, siquidem lib. de gestis Pelagij cap. 17. prope finem, tractans de quibuslibet gratiis, quas Paulus enumerauerat, (inter quas erant plurimæ gratis datæ,) quibus dignum fuisse Apostolum qui acciperet, Pelagius affirmauerat, adiungit: Si enim pro eo, quòd positum est, dignus, positum esset, prædestinatus, vel aliquid huiusmodi, nihil certe scrupuli tangeret, atque angeret animum.

Et cap. 35. quod est vltimum eiusdem libri, paulo post medium, de Patribus Concilij Palæstini dicit: Eas omnes gratias, quas loco uno commemorat, habuit Apostolus Paulus; quas tamen eum dignum fuisse accipere, aut non, non secundum merita, sed potius secundum prædestinationem aliquo modo intelligere potuerunt. Sic Beatissimam Virginem dicere possumus fuisse prædestinatam, vt esset Dei Mater, & omnes Apostolos fuisse prædestinatos ad gratiam Apostolatus: sicut ad illam in Evangelio dicuntur electi.

Quin etiam quantumcumque naturales entitates, quæ conducunt ad finem prædestinationis, tanquam occasiones, & opportunitates diuinæ gratiæ, potuissent eodem verbo significari; sunt enim effectus prædestinationis, vt ostendimus disputantes de prædestinationis effectibus. Quiddid autem à Deo causatur per æternam prædestinationem, & eleuatur ad altiore finem beatitu

beatitudinis, vocari potuisset prædestinatum, si Theologorum vsus hoc induxisset. Verumtamen apud nullos reperio naturales actiones, & entitates vocari prædestinatas.

9. Non est propria acceptio.

Quartum corollarium est, nec rigorosam, nec propriam esse prædictam acceptionem, iuxta quam prædestinata vocantur quantumcumque res, quas Deus præordinat ad gloriam electorum. Prima ratio generalis est, quia solæ substantiæ rationis participes, sunt capaces vltimi finis, in quo felicitas earum consistit: cæteræ res omnes sunt incapaces felicitatis; ideòque non possunt ad suam felicitatem destinari, sed solum esse possunt media, per quæ destinantur homines, vel Angeli; vel esse possunt formæ constituentes felicitatem: sicut in via fides, spes, & charitas felicitatem constituunt, & in patria visio beata.

10.

Secunda ratio, quia cum res in se ipsa constituitur, non dirigitur ex hoc ipso ad aliud: vnde prædispositio constitutionis rei, proprie prædestinatio dici non potest, vt scribit S. Thomas ad Rom. 1. lect. 3. sub init. Consequens igitur est, vt proprie prædestinatio gratiæ, vel charitatis, & destinari, iuxta notata sect. præcedenti circa secundam acceptionem prædestinationis. Quarta ratio peculiaris est naturalibus rebus, quia nihil ratione sui conducunt ad felicitatem æternam, sed Deus illis vtitur tanquam occasionibus, & opportunitatibus.

11.

Tertia ratio peculiaris est rebus supernaturalibus, quoniam insita sibi propensione feruntur ad finem supernaturalem, ideòque non proprie dicuntur transmitti, & destinari, iuxta notata sect. præcedenti circa secundam acceptionem prædestinationis. Quarta ratio peculiaris est naturalibus rebus, quia nihil ratione sui conducunt ad felicitatem æternam, sed Deus illis vtitur tanquam occasionibus, & opportunitatibus.

12.

Quintum corollarium agit de substantiis irrationalibus, & insensibilibus, quæ per supernaturalem Dei prouidentiam ordinatæ sunt ad supernaturales fines, & eleuantur ad supernaturales actiones, & honores, quomodo materia & forma cuiuslibet Sacramenti eleuatur ad producendam gratiam: & ignis purgatorij eleuatur ad purificandas animas: & crucis lignum, clauis, lancea, templum, & altare, Dei ordinatione sunt ad altiore honorem, & adorationem eleuata. Quæcumque sunt res eiusmodi, non proprie dicuntur prædestinari, quoniam incapaces sunt felicitatis, & honoris, nisi propter hominem, ad cuius felicitatem ordinantur, vt paulo superius de alijs rebus dicebamus.

13.

Sola persona proprie prædestinata dicitur.

Sextum corollarium est, solam personam proprie & rigorosè vocari prædestinatam: at verò naturam non ita proprie prædestinatam appellari, quia non ordinatur ad beatitudinem, & felicitatem natura, prout præcinditur à persona; sed tota persona subsistens in sua natura. Tum, quoniam in operatione consistit beatitudo; sed operationes proprie non dicuntur de natura, sed de supposito. Tum etiam, quia Dei amor, decretum, & imperium potius colligitur ex eisdem locis, præsertim quoniam illarum obiectiõnum authores, quibus satisfaciunt Augustinus, & Prosper, erant Catholici; quamvis Semipelagianorū adhuc errore sine pertinacia detenti. Prædestinationem verò Dei nullus Catholicus negat; quin potius illi iuxta fidem Catholicam rectè profitentes Dei

14. Christi humanitas prædestinata ad vnionem.

Septimum est. Nihilominus humanitas Christi Domini, propterea quòd realiter præcisa fuerit à personalitate sibi connaturali, poterit conuenienter appellari prædestinata ad vnionem

hypostaticam. Insuper integer Christus Dominus, in quantum homo, dicitur prædestinatus, vt esset filius Dei naturalis, Rom. 1. iuxta communioris intelligentiam Latinorum, quam retulimus sect. 2. in acceptione 3. Quin etiam ipsum Verbum fuisse prædestinatum, vt esset homo, concedi potest, minori tamen proprietate, quàm dicitur, Verbum caro factum esse; quia prædestinatio non solum importat decretum faciendi aliquid in tempore, sed etiam denotat altiore aliquem finem, & gratuitum, ad quem destinatur persona. Cæterum de his ac cæteris propositionibus, pertinentibus ad prædestinationem Christi Domini, tanquam in proprio loco tractatur 3. part. quæst. 14. vbi Suarez disp. 50. Vazquez disp. 91. & 92.

Illud tamen est euidentissimum, diuinas personas, quantum ad omnes perfectiones increatas & necessarias, non esse capaces prædestinationis; quia prædestinatio est liberum decretum de re facienda gratis in tempore: vt S. Augustinus admonuit tract. 105. in Ioannem, circa finem, & inchoata expositione epistolæ ad Rom. col. 3.

Octauum, quod sequitur ex omnibus hucusque dictis, est, prædestinationem proprie, & rigorosè sumptam, significare præordinationem, qua Deus personas præordinauit ad finem supernaturalem efficaciter consequendum. Quocirca voluntas antecedens, & complacentia simplex, vel conditionata voluntas dandi gloriam, non sufficit ad prædestinationem, alioqui reprobi potuissent appellari prædestinati. Requiritur ergo voluntas totaliter efficax & absoluta, quantum est ex parte Dei, ex qua sequatur imperium totaliter absolutum, in quo prædestinatio consistit. Nam Rom. 8. Quos prædestinauit, hos vocauit, iustificauit, sanctificauit. Rectè siquidem Augustinus de bono perseverant. cap. 14. definiuit, prædestinationem esse præscientiam & preparatiõnem beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur.

Postremò sequitur, non tantum homines, sed etiam Angelos esse prædestinatos summa proprietate, quam magis explicabimus peculiaribus disputationibus. Nihilominus iustas ob causas, ibidem explicandas, secuti modum loquendi frequentiore Theologorum, restringimus voces ad prædestinationem pertinentes, vt in hoc volumine de solis hominibus intelligantur, nisi expressa verba, vel euidentia rationis ostenderit, etiam Angelos comprehendere.

15. Persona diuina quantum ad perfectiones increatas sunt incapaces prædestinationis.

16. Prædestinationis propria, & rigorosa significatio.

17. Angeli prædestinati dicuntur.

SECTIO IV.

Prædestinationis existentia simpliciter libera, sed quodammodo necessaria.

NON desuisse, qui prædestinationem in Deo esse negauerint, authores aliqui colligunt ex Prospero ad Capita Gallor. cap. 1. & ex Augustino de bono perseverant. cap. 14. Verumtamen oppositum potius colligitur ex eisdem locis, præsertim quoniam illarum obiectiõnum authores, quibus satisfaciunt Augustinus, & Prosper, erant Catholici; quamvis Semipelagianorū adhuc errore sine pertinacia detenti. Prædestinationem verò Dei nullus Catholicus negat; quin potius illi iuxta fidem Catholicam rectè profitentes Dei

1. Nullus catholicus negat.



predestinationem non esse fatalem necessitatem, nec obesse libertati, repugnabant Augustiniana predestinationi, quoniam putabant eius doctrinam repugnare libertati.

2. Re tamen ipsa predestinationem abstulit quidam Ioannes Erigenes; quoniam in 8. cap. sui libelli scripsit, præscientiam, & predestinationem similitudine rerum temporalium ad Deum transferri; sed verè in Deo non esse præscientiam humanarum actionum. Quos errores cum aliis sapienter confutavit Ecclesia Lugdunensis in peculiari libro contra illum.

3. Dico igitur primò, predestinationem in Deo esse, est de fide. *Predestinationis autem fides multa sanctorum auctoritate scripturarum munita est*, ut Prosper ait in eodem 1. cap. Gallor. post medium. Idque dictum est optimo iure, quia licet expressè predestinandi verbum paucis legatur in locis, nimirum Rom. 8. & 1. Corinth. 2. ac Ephes. 1. Cæterum ex aliis quamplurimis locis euidenter colligitur, in quibus asseritur, nomina quorundam scripta esse in cælis, vel in libro vite, vel aliquos esse electos à Deo, vel à Patre trahi, & dari filio, vel regnuros cum Deo, vel eis paratum esse regnum ab origine mundi, vel Deum, quibus vult, misereri, & quos vult, indurare, vel à peccatis mundare, & liberare, vel sortem mittere, vel mercedem, braviium, aut præmium, aut retributionem promittere, vel reddere, vel generationem Dei feruare quosdam, vel ex Dei semine natos, vel filios Dei fieri, vel ipsorum esse regnum cælorum, aut terram viuentium, vel visuros esse Deum, aut Regem, & eiusmodi verba quamplurima.

4. Ex his omnibus euidenter constat, plures homines peruenire ad finem vltimum supernaturalis felicitatis, ad quem sine supernaturalibus viribus, à Deo collatis, peruenire nequeunt: ut alia plurima testantur, quæ ponderauimus toto ferè tomo de providentia. At verò sine præscientia Dei, & providentia disponente, & ordinante, nec vires supernaturales potuissent hominibus infundi, nec potuissent æternæ beatitudinis præmium dignis potius, quàm indignis, reddi. Hæc autem providentia, & præscientia, quæ præstat hos effectus, & ipsissima prædestinatio, prout præcinditur à proprietatibus, quæ discutendæ restant disputationibus sequentibus de causa predestinationis, & ordine, quo pender à præscientia.

5. Rectè igitur Augustinus de bono perseverant. cap. 14. propius ad principium, quàm ad med. ratiocinatur: *An quisquam dicere audebit, Deum non præcisse, quibus esset daturus, ut crederent? Aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam? Quæ utique si præcinit, beneficia, quibus nos dignatur liberare, præcinit. Hac predestinatio Sanctorum nihil aliud est, quàm præscientia scilicet, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur.* Eadem verba transcribit Prosper ad excerpta Genuensium dub. 8.

6. Dico secundò. Non fuit absolutè necessarium, sed simpliciter liberum predestinationem existere: sed potuit Deus neminem predestinare, siue neminem creando, siue neminem eleuando ad finem supernaturalem æternæ beatitudinis. Libertas etiam predestinationis in hoc consistit, quòd Deus potuit non predestinare Petrum, sed Iudam, non Michaëlem, sed Luciferum. Idem intellige de reliquis. Probatum ex sa-

cris literis. Ioan. 3. *Spiritus ubi vult, spirat, &c. sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.* Ioan. 5. *Sicut Pater suscitavit mortuos, & viuificat; ita & Filius quos vult viuificat.* Matth. 20. *An non licet mihi quod volo facere, videlicet in æterno præmio reddendo.* Marci 3. *Vocavit ad se quos voluit ipse.* Matth. 11. *Cui voluerit Filius reuelare.* Rom. 9. *An non habet potestatem figulus lutri ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.* Iacobi 4. *Vnus est legislator, & index, qui potest perdere, & liberare.* Denique quoties in nouo Testamento nominatur electio, vel propositum, vel consilium Dei circa suos dilectos, eisdem nominibus significatur indifferentia diuinæ libertatis ad eos predestinandos.

7. Ratio euidens est, quia nulla res temporalis existit necessariò, sed contingenter, ac dependenter ex libera voluntate Dei. At verò res temporales sunt homines, & Angeli, & eorum operationes meritoria, atque præmia patriæ: quæ res si nunquam producerentur à Deo, nulla fuisset ab æterno predestinatio.

8. Dico tertio. Quodammodo necessarium fuit aliquos vagè predestinare, hos, vel illos confusè: fuit enim hoc moraliter infallibile; quoniam erat optimus modus providentiæ, & communicationis diuinæ bonitatis, summo opere consentaneus innatæ propensionis diuinæ voluntatis, iuxta ea, quæ fusè probata sunt tomo de voluntate Dei disp. 9. & 10. Neminem tamen hominem, aut Angelum determinatè, & in particulari predestinare fuit moraliter infallibile, sed omnino liberum, non modò physica, sed etiam libertate morali; quia nulla ratio maioris boni præponderabat, ut crearetur, nec efficaciter ad gloriam eligeretur hic homo, vel Angelus potius, quàm alter aequalis.

## SECTIO V.

*Predestinationem ab æterno fuisse totam, & completam in Deo formaliter.*

9. **P**redestinationis æternitatem hæreticorum nemo, nedum Catholicorum, expressè negare fuit ausus: at tamen aliqui Scholastici, apprime Catholici, re ipsa negant; quoniam nihil reale, diuinum, increatum, & intra Deum existens admittunt, quo Petrus fuerit discretus à Iuda, & ab hominibus nunquam creandis: intra Deum quippe nihil aliud esse dicunt præter amorem necessarium, qui non potuit non esse in Deo, quique cunctos homines aequaliter amplectitur sola complacentia simplici. Contra quos licet in tomo de voluntate Dei disp. 11. & 12. multa dixerimus, expedit in presenti magis ex professò predestinationis æternitatem, ac diuinitatem increatam, in Deo immanentem probare: quem laborem meritò censeret esse superfluum, nisi prædicta necessitas postularet.

10. Vt autem euidentius constet, ab iis auctoribus eam æternitatem predestinationis excludi, quam sacra litera, Patresque manifestè commendant, ut hoc syllogismo. Providentiæ propria electorum, & causans illorum discretionem à reprobis, est ea predestinatio, cuius prædicatur æternitas: sed iuxta prædictam doctrinam nullus actus necessarius diuinæ voluntatis, aut intellectus, præcisè consideratus, est providentiæ propria

propria electorū, neque causat eorum discretionem à reprobis: ergo iuxta doctrinam eandem nullus actus necessarius diuinæ voluntatis, aut intellectus, præcisè consideratus, est ea predestinatio, cuius æternitas prædicatur à sacris literis, & à Patribus. Confirmatur, quoniam predestinatio Dei, prout est æterna, prædicatur esse beneficium gratuitum, & liber amor Dei, qui potuit non esse in Deo; ille verò necessarius amor sub ea præcisione, qua ponitur à prædictis auctoribus, non est beneficium gratuitum, nec liber amor, qui potuit non esse in Deo.

11. Maior principalis syllogismi, & confirmationis, probatur primò verbis Apostoli 1. Corinth. 2. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Illud ante sæcula, sic ponderat Chrysostomus homil. 7. col. 3. *Hoc Paulus in presentia ostendere amittit, quòd scilicet semper nos dilexit à principio Deus, etiam nondum editos. Nullo namque pacto, nisi nos dilexisset, diuitias suas nobis prædestinasset. Noli igitur reputare, quæ interea suborta sunt inimicitia, cum longè antiquior amicitia fuerit. Quòd autem, ante sæcula, inquit, æternum significat. Etenim alio in loco his verbis utitur: Qui est ante sæcula. Inuenietur igitur & Filius sic æternus.* Similiter Theodoret. in commentar. *Quam, inquit, sapientiam non Deus nunc ex aliqua penitentiâ dispensauit, sed ab alto, & à principio præcinit, quæ ex ea acquiritur nobis gloriam procurans. Non solum enim salutem, sed etiam gloriam suppeditat iis, qui credunt.*

12. Probatum secundò Ephes. 1. *Sicut, elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, &c. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum.* Vnde Augustinus lib. de predestinat. & grat. cap. 5. post medium ait: *Quicumque omnino sunt, quæ temporum motibus agitantur, ab eo principio, in quo erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, usque in finem omnium seculorum, adhuc nec sperantur futura, nec præcinita transferunt; sed in presentia diuinitatis presentis semper luce cernuntur.* Et post pauca: *Antequam faceret nos, præcinit nos, & in ipsa nos præcinita, cum nondum fecisset, elegit. Sed a quo hoc fieri potuit, nisi ab eo, qui vocat omnia, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. Apostolus enim dicit: Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Intra mundum facti sumus: atque ita vno, eodémque, nec transeunte, nec futuro, sed continuo tempore, vel si quo alio modo dici potest, si tamen apud Deum est, & præcinit, & facere, & eligere, & præcinita sua immutabiliter permanente eligere faciendos, quos facturus fuerat eligendo.*

13. Tertio probatur Ioan. 17. *Clarifica me tu, Pater, apud te metipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset apud te.* Quæ postrema verba sic Augustinus ponderat tract. 105. in Ioan. col. vlt. *Intelligamus predestinationem claritatis humanæ, quæ in illo est, nature, ex mortali immortalis apud Patrem futura, & hoc iam predestinando factum fuisse ante, quàm mundus esset, quòd in mundo etiam suo tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem; cur abhorrevere putatur à vero, si tunc Pater caput nostrum glorificauit, quando nos in ipso, ut membra eius essemus, elegit? Et confirmat prædictis verbis Rom. 4. *Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.**

14. Quarto probatur aliis testimoniis Patrum. Idem Augustinus epist. 57. ad Dardanum, col. penult. de illis, qui vocantur in Euangelio Ioan. 12. *Dei filij prius, quàm conuertantur ad fidem,*

ita differit: *Quomodo ergo Dei filios, nisi secundum predestinationem, secundum quam & Apostolus dicit quòd nos elegerit Deus in Christo ante constitutionem mundi? Similia scribit epist. 9. ad Paulinum longe post medium. Idem verò Paulinus epist. ad Alipium, quæ inter epistolas Augustini est 35. sub initium: Qui nos, ait, ab origine mundi prædestinavit sibi, in quo facti sumus ante, quàm nati, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, qui fecit, quæ ventura sunt. videlicet iuxta Septuaginta Ista: 45. quem locum Ista: multis Patrum testimoniis ponderabimus disp. 8. sect. 10.*

15. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 7. sub init. *Predestinationis, inquit, nomine non aliqua voluntatis humane coactitia necessitas exprimitur, sed misericors & iuxta futuri operis diuini sempiterna dispositio prædicatur. & in fine eiusdem capituli: Virumque autem predestinando Deus preparauit in illa incommutabili voluntate, in qua sic futurum effectum hominis renouandi disposuit, ut eius voluntas in opere nouo noua esse non possit. & cap. 12. inter princip. & medium, ait: In illa quippe immobilitate consilij sui, secundum bonum placitum eius, quòd proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt. In ipso ex æternitate dispositionis suæ in predestinatione iam fecit, quacumque effectu operis sui tempore congruo faciendâ disposuit. & post pauca. In qua æternitate incommutabilis voluntatis suæ creator ille iam fecisse dicitur quòd in creatura mutabili, prout oportune faciendum disposuit, sic ritè dispositum facit. Nec minus apertè lib. 2. ad Monimum circa medium auctoritate Scripturæ, Augustini, & Prosperi confirmat, predestinationem Dei nihil aliud esse, nisi preparationem operum eius, quæ in æterna sua dispositione, aut misericorditer se facturum præcinit, aut instè.*

16. Ildorus lib. 1. sentent. cap. 18. in medio: *Cur, inquit, futura, quasi præterita, scribuntur, nisi quia ea, quæ adhuc faciendâ sunt in opere, iam facta sunt in diuina predestinatione? Nobis igitur temporaliter accidunt, quæ conditori omnium sine tempore providentur.* Anselmus Rom. 8. ad illud: *Quos præcinit, & prædestinavit,* notat ab æterno præcinitis, & præparatis gratiam. Concilium Valentinianum sub Leone Papa I V. cap. 3. post medium: *De hac, inquit, immobilitate præcinitæ & predestinationis Dei, per quam apud eum futura iam facta sunt, apud Ecclesiam bene intelligitur dictum: Cognoui quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum.*

17. Bernardus serm. 7. in Psalm. *Qui habitat,* multo propius ad med. quàm ad principium: *In his, inquit, duobus fidelis quadam constituta est connectio, velut cuiusdam æternitatis ad æternitatem, id est, magnificationis ad predestinationem. Quarum equidem sicut predestinatio nullo est præcisa principio, sic & magnificatio: nihilominus nullo unquam sine claudenda. Rursus serm. 23. in Cantica, col. vlt. *Generatio cælestis, ait, æterna predestinatio est, quæ electos suos Deus dilexit, & gratificauit in dilecto Filio suo ante mundi constitutionem. Magis copiosè predestinationis æternitatem tractat serm. 78. in Cantica, non procul à principio. Notentur illa potissimum verba: Predestinatio, non dico, ab exortu Ecclesie, sed ne à mundi principio quidem principium habuit; non denique à tempore illo, vel illo, ante tempora est. Sane secundum predestinationem nunquam Ecclesia electorum penes Deum non fuit. Et confirmat supra citatis verbis Ephes. 1.**

Sicut

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c.

10. Ratio evidens est, quia si predestinatio realiter existens in Deo non fuisset ab aeterno, cepisset in tempore, consequenterque mutationem asferret Deo; prima quidem illatione, mutationem inconstantis animi, ex qua sequeretur ulterius realis mutatio diuinæ substantiæ, sicut probatum est tomo de volunt. Dei disp. 16. Si autem predestinatio, prout est efficiens causa determinata, & completa vocationis, gratiæ, & gloriæ, non esset tota realiter in Deo; sed tantum esset in Deo necessarius amor indifferens, & necessaria præscientia: iam non Deus ipse predestinaret, vt fufius ostendimus tomo de volunt. Dei, disp. 11. sect. 9.

11. Sequitur ex dictis, predestinationem nihil ponere in predestinato, neque partem, neque complementum predestinationis, formaliter existens in illo; tota quippe est formaliter in predestinante, tanquam actus realis, increatus, diuinus, & immanens. In predestinato autem ponitur extrinseca denominatio à predestinatione, & realiter ponitur effectus causati per illam, siue executio predestinationis: videlicet vocationis, ceteraque auxilia, & eorum finis, qui est gratia, & gloria. Hac est sententia S. Thomæ in præfenti q. 23. art. 2. Alexand. 1. p. q. 28. memb. 3. art. 2. corp. Alberti 1. p. q. 63. memb. 1. post med. Bonauenturæ 1. distinct. 40. art. 1. quæst. 1. ad argumenta, vbi Ricardus idem docet art. 1. q. 1. & 2. Carthusianus cum Petro Egido, & aliis. Idem sentiunt, vel expressè; vel tacitè, ceteri Scholastici.

12. Augustinus præfatione ad Psalm. 150. multo propius ad finem, quam ad med. Predestinatio, inquit, nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præsentia. Tria verò reliqua in nobis sunt, vocatio, iustificatio, & glorificatio. Vocatur prædicatione penitentia, &c. Cui consequens est quod lib. 13. confell. cap. 34. sub initium dixit: Caput, & corpus Ecclesiæ in predestinatione ante tempora sine manè, & vespere. subditque: Cæpisti predestinata temporaliter exequi. Ratio demonstrans est, quoniam actiones immanentes, ac potissimum intellectiones, & volitiones, nihil formaliter ponunt in persona, circa quam versantur, tanquam circa obiectum cognitum, & amarum, sed tantum ex illis resultat extrinseca denominatio.

13. Quod si obiciatur. Præparatio est aliquid in præparato: sed predestinatio est præparatio beneficiorum Dei; ergo predestinatio est aliquid in ipsis beneficiis præparatis, & consequenter in predestinato, cui realiter conferuntur ea beneficia gratiæ, & gloriæ. Minorem tradit Augustinus de bono perseuerant. cap. 14. & alibi sæpè, necnon Prosper, & Fulgentius, alique Patres Augustiniani. S. Thomas art. 2. ad 3. respondet. Alia est præparatio patientis, vt pariat: & hæc est in præparato. Alia est præparatio agentis, vt agat: & hæc est in agente per actionem immanentem, & vitalem, maxime intellectiōnem, & volitionem. Sic enim artifex dicitur se præparare ad agendum, in quantum decernit, & præconcepit rationem operis faciendi. Quod tunc præcipue verificatur, quando artifex nullis exterioribus instrumentis, nullave præsupposita materia indiget ad operis executionem. Eadem ferè solutio est

Respondet S. Thomas.

Alexandri prædicta quæst. 28. memb. 1. art. 3. sine, & sancti Bonauenturæ dist. 40. art. 1. q. 1. sine.

SECTIO VI.

Explicatur imperium intellectus diuini, in quo formaliter, & vltimò consistit predestinatio.

Ab omnibus Theologis tanquam indubitabile supponitur ad predestinationem esse requisitos actum intellectus, & actum voluntatis, quod etiam ratione demonstrauimus tomo præced. de prouidentia disp. 3. sect. 1. Controuersia tamen anceps inter eosdem est, vtrum intellectio, vel potius volitio constituat formaliter, & vltimò compleat predestinationem: controuersia quidem magis de re, quam de vocibus, vt ad finem prædictæ sectionis notauimus. Huius quæstionis laborem præoccupauit, atque præripuit nuper citata disputatio 3. de prouident. quæ propter rationis paritatem, vel potius identitatem, ac propter indissolubilem connexionem simul decreuit de prouidentia in generali, necnon de illius parte, siue specie, quæ est predestinatio: vnde satis erit compendio proponere conclusiones, & illarum explicationes tranquillo discursu rationis absque strepitu argumentorum, & contradicentium sententiarum.

Dico igitur primò. Intellectionem aliquam esse, siue scientiam, quæ formaliter & vltimò constituit predestinationem, probatum est dicta disp. 3. sect. 3. & 4. Dico secundò. Predestinationis actus non consistit formaliter, neque vltimò constituitur eo iudicio, quo diuinus intellectus comprehendit, esse possibile predestinare tales homines, & hoc opus expediens esse ad ostensionem diuinæ bonitatis, misericordiæ, sapientiæ, potentia, ideòque decere Deum: imò nec in eo iudicio, quod ostendit omnia media possible, & conuenientia, quibus tales homines suauiter non minus, quam efficaciter, & incuitabiliter possint ad beatitudinem destinari. Probat, quoniam vtrumque iudicium est simpliciter necessarium, & nullo modo liberum ex parte obiecti, nec enim vllum illius obiectum potuit non esse verum, sed totum obiectum vtriusque iudicij perpetuæ, & immutabilis est veritatis: at verò predestinationis actus est liber, & potuit non esse in Deo, sicut probatum fuit sect. 4.

Confirmatur, quia prædicta iudicia de possibilitate personarum, & finis supernaturalis, ac mediōrum, æqualiter respiciunt omnes homines possibile, siue nunquam creandi fuerint, siue fuerint reprobandi. Predestinationis autem propria, & quidditatiua vis est electos à præcisis discernere, nec æqualiter se habere ad reprobos, sicut ad predestinatos; alioqui forent predestinati omnes homines, non modo qui de facto creati sunt, sed etiam qui nunquam creabuntur.

Dico tertio. Scientia conditionata de liberis cooperationibus, conditionaliter futuris, qua Deus præscit, quibus incitamentis, auxiliis, & circumstantiis qualibet voluntas conuerteretur ad Deum, & finaliter perseueraret in obseruantia mandatorum, non est illa scientia; & intellectio, in qua consistit formaliter predestinationis actus, nec

1. Quid certè, quid controuersum.

2. Scientia formaliter constituit predestinationem. Scientia necessaria non constituit formaliter predestinationem.

3.

4. Neque scientia conditionata.

nec per quam vltimò constituitur. Quoniam nullus est homo reprobus, nec homo possibilis, de quo non præsciat Deus conditionaliter, quibus mediis & auxiliis conuerteretur, & perseueraret, si Deus illum predestinare voluisset. Confirmatur, quoniam predestinationis actus est liber diuinæ voluntati, potuitque illum non habere, vt vidimus sect. 4. At verò scientia conditionata non est libera diuinæ voluntati, qua parte respicit actiones hominum, & Angelorum conditionaliter futuras. Nec enim efficere potuit voluntas Dei, vt illæ operationes non essent conditionaliter futuræ sub illis circumstantiis; sed tantum efficere potuit, vt non adhererent illæ circumstantiæ, sed aliæ, vel nullæ adhererent, ne tales actiones existerent in rerum natura.

5. Scientia visionis predestinationem supponit.

Quartò dico. Nulla scientia visionis est intellectio, constituens vltimò predestinationem; sed potius totam predestinationem supponit ex parte obiecti. Explico, & probo, quia scientia visionis propriè, & in rigore non est qualibet scientia, comprehendens rerum existentiam absolute futuram, & propositiones simpliciter contingentes; sed illa tantum scientia, quæ rerum futurarum existentiam intuerit in se ipsa, supponendo illam esse futuram, & non causando futuritionem illius. At verò predestinationis actus non supponit gloriam esse absolute futuram, sed potius illam causat: imò nec supponit hominem esse futurum, nec supponit absolute futura esse merita illius; sed potius illa omnia causat, iuxta veram sententiam inferius probandam. Confirmatur, quia nulla scientia visionis esse potest causa rei, quam intuetur, sicut aduersus aliquos recentiores fuit ex professo probatum tomo de scientia Dei, disp. 15. sect. 3. & seqq.

6. Imperiū formaliter predestinationem.

Quintò. Restat igitur ex dictis nullam aliam intellectiōnem, siue scientiam superesse, quæ sit formaliter predestinatio, & per quam vltimò constituitur, nisi solum imperium; de quo necessarium est exponere, quis actus sit, & quomodo predestinationem constituat.

7. Solum assertiuum imperium datur in Deo.

Dico sextò. Illud genus imperij, quod non sit iudicium simpliciter assertiuum, nec possit ab hominibus explicari per propositionem indicatiui modi, simpliciter veram, in diuino intellectu non est possibile; consequenterque non pertinet ad predestinationem, imò nec ad excitandas operationes meritorias hominum, aut Angelorum. Rationes, breuiter indicatæ, sunt istæ. Prima, quoniam intellectui diuino non est possibile apprehensio mera, & non inclusa in iudicio: & quamuis illa foret possibile, non esset imperium constitutum predestinationis, quoniam foret necessaria, & prior omni scientia simplicis intelligentiæ. Restat igitur, vt imperium diuini intellectus esse debeat iudicium. Confirmatur, quia diuinus intellectus essentialiter respicit verum, vt verum, & sicut non potest non assentiri, & amplecti quodlibet verum, ita neque potest habere actum, qui non sit tendentia in verum, & assensus in illud.

8.

Secundà ratio est, quia quodlibet imperium predestinans non est indifferens æqualiter ad omnes homines, sed est determinatum ad solos predestinatos; at nullus actus intelligendi possibile est, qui sit determinatus ad talia obiecta potius, quam ad alia simpliciter possible in eodem genere, nisi fuerit actus iudicij asserentis verum

simpliciter; ergo non est possibile imperium predestinans, quod non sit iudicium asserens simpliciter verum. Has, & alias rationes fufius explicuimus tomo præcedenti de prouident. disp. 3. sect. 7. probantes non esse contrariam mentem S. Thomæ, licet imperium significet voce imperatiui modi, qua denotatur actuale exercitium virtutis effectricis, & motricis.

9. Nulla Det volitio requirit imperium.

Dico septimò. Nulla diuina volitio prærequirit imperium intellectus diuini, quin etiam neque liberè potest diuina voluntas imperium intellectus excitare, quo se ipsam moueat ad aliam volitionem, prout fufius explicatum, & probatum est in prædicta disp. 3. to. sect. 8.

10. Quod iudicium predestinationem instituit.

Dico octauò. Illa operatio, in qua præcipue, formaliterque consistit predestinatio, debet esse iudicium, quo Deus apud seipsum affirmet, & asserat, quod à nobis explicari potest huiusmodi propositionibus. Ego volo Petrum ad beatitudinem efficaciter perducere, & eo sine volo eidem conferre talem vocationem, talia adiutoria, talesque circumstantias, sub quibus præscio illum liberè perseueraturum in obedientia mandatorum usque ad tale tempus, & volo illum eo tempore ad æternam vitam à temporalibus trahere.

11. Adducuntur probationes.

Huius assertionis probatio prima ducitur à sufficienti partium enumeratione, quas præcedentibus assertionibus exclusas esse retulimus. Etenim si predestinationis constitutum formale non est actus voluntatis, sed actus intellectus; & ille non est simplex apprehensio, sed iudicium simpliciter assertiuum veri: nec est merum, & præcificum iudicium de possibilitate rerum, vel de qualibet veritate perpetua; sed debet esse iudicium de veritate contingente, quæ potuerit non esse, nec est iudicium de veritatibus conditionalis, sed absolutis, nec est scientia visionis futurorum, nec est iudicium destinatum ad excitationes, & mouendas aliquas volitiones diuinas: restat, vt actus proprius, & constitutiuus predestinationis esse debeat iudicium affirmans prædictas veritates.

12. Perfectiones huius iudicij.

Secunda probatio est, quoniam evidens est, tale iudicium existere de facto in diuino intellectu, & multò probabilius est in eo concurrere perfectiones omnes, quæ sunt propriæ, & intrinsece predestinationi. Existentia quidem illius iudicij demonstratur, quia nihil verum potest latere Deum, & illud maxime, quod pertinet ad sua decreta, & ad plenam executionem illorum. Quod autem in eo iudicio concurrant omnes illæ perfectiones, quæ propriæ sunt, & intrinsece predestinationi, probatur discurrendo per singulas. In primis enim tale iudicium est directè, formaliter, & per se requisitum ad perducendos homines ad gloriam, & est vltimò requisitum ex parte Dei ita, vt nullus alius actus eo iudicio posterior secundum rationem, sit requisitus ad predestinationem. Quod probatur, quia sine illo iudicio diuina scientia practica non esset in se ipsa formaliter, & scienter determinata, vt hos homines potius, quam alios, per hæc media potius, quam per alia, perduceret ad gloriam: ideòque cæco modo prorumperet in opus, & instar agentium irrationalium indigeret superiori agente, dirigente operationem, nisi Deus ipse certò sciret, non modò quid operari posset, verum etiam quid esset operaturus de facto, quoniam ipse liberè decreuisset.

13. Rursus predestinationis actus esse debet talis, qui

qui poterit non esse in Deo: potuit autem hoc iudicium in Deo non esse, quatenus potuit Deus non concipere volitionem illam liberam, qua decreuit, Petrum ad beatitudinem per talia media perducere. Vnde præterea sequitur idem iudicium proprium esse prædestinatis: nec enim affirmat de reprobis, aut de hominibus nunquam futuris, quod de prædestinatis affirmat.

14. Denique prædictum iudicium ad executionem applicat diuinam scientiam practicam, siue artem, & ideas Dei, quatenus hoc iudicio præciso, illæ omnes erant prorsus indifferentes ad operandum, vel non operandum, nec non ad operandum sic, vel aliter, in his, aut in illis creaturis: determinatur autem prædicto iudicio, ut hic, & nunc, in his creaturis potius, quam in aliis sic, & non aliter, operentur. Hæc omnia testimonii Scripturæ, sanctorumque Patrum, corroborata sunt, & magis explicata præcedenti tomo de prouidentia, dicta disput. 3. præsertim sect. 3. & 4. & sect. 9. 10. & 11.

15. Dico nonò. In prædicto iudicio formaliter, & quidditatiuè continetur quacumque scientia requiritur ad prædestinationem, videlicet non modò scientia simplicis intelligentiæ rerum possibilem, quæ possunt ad prædestinationis effectum promouere, sed etiam præscientia futurorum conditionalium, pertinentium ad eundem effectum. Ratio euidens est, quia sicut est impossibile, Deum iudicare, Petrum esse de facto creatum; nisi eo ipso iudicet Petrum esse possibilem, & comprehendat omnes propositiones perpetuæ veritatis, quæ de illius essentia possunt affirmari, & sciat omnes illas actualiter extituras, & quoad existentiam verificandas tali tempore; sic etiam impossibile est iudicare, Petrum esse de facto perducendum ad gloriam per talia media, nisi comprehendendo propositiones omnes perpetuæ veritatis, quæ de essentia Petri, & de essentia gloriæ, & de essentia cunctorum mediolorum affirmari possunt. Alioquin non poterit scire, illas esse actualiter futuras, & verificandas tali tempore, & à se ipso proferendas in lucem, nisi eodem ipso iudicio comprehendat easdem vt possibilem.

16. Similique ratione continetur in eodem iudicio scientia conditionalium futurorum, pertinentium ad effectum prædestinationis; quoniam hac scientia præcisa, non ostenderet illud iudicium, quam certè consequendus sit prædestinationis effectus per hæc media. Atque hinc commendatur amplius summa proportio, & conuenientia prædicti iudicij, vt in eo consistat prædestinatio, quoniam in se formaliter, & essentialiter continet quiddid ex parte scientiæ, vel artis requiritur ad opus dirigendum: atque insuper addit determinationem totalem ad personas, ad finem, ad media, ad tempus, locum, mensuram, & numerum, omnésque circumstantias, sine quarum determinatione nihil fieri posset.

17. Ex quibus omnibus manifestè sequitur, diuinæ voluntatis decretum, quo diligit Petrum plus, quam Iudam, & eligit Petrum ad gloriam, & ad omnia merita, quibus obtineat gloriam, hoc, inquam, decretum, non contineri formaliter in prædestinatione; quia nulla volitio continetur formaliter in scientia, prout scientia est. Verum tamen hoc decretum necessariò præcedere debet prædestinationem, & eo posito, ne-

cessariò sequitur imperium, siue iudicium, in quo prædestinatio consistit. Prædictum verò decretum est obiectum cognitum per imperium prædestinatiuum; iudicat enim Deus, se velle Petrum ad gloriam perducere, &c. Nec solum est obiectum, sed etiam est causa, vel ratio determinans eo modo, quo voluntas diuina potest causare diuinam intellectionem liberam, & ad illam determinare, non quidem influxu reali, sed tantummodo secundum modum intelligendi.

cessariò sequitur imperium, siue iudicium, in quo prædestinatio consistit. Prædictum verò decretum est obiectum cognitum per imperium prædestinatiuum; iudicat enim Deus, se velle Petrum ad gloriam perducere, &c. Nec solum est obiectum, sed etiam est causa, vel ratio determinans eo modo, quo voluntas diuina potest causare diuinam intellectionem liberam, & ad illam determinare, non quidem influxu reali, sed tantummodo secundum modum intelligendi.

SECTIO VII.

Prædestinationis definitiones, & illius discrimen à gratia, & à præscientia.

EX præcedentibus sectionibus deducere possumus prædestinationis definitionem, scholastico more conceptam, nec non legitimum intellectum ad antiquas, & celebres definitiones. Dico igitur primò, Prædestinatio est imperium intellectus diuini, personam ordinans ad gloriam infallibiliter obtinendam. Genus est imperium intellectus diuini, reliqua sunt differentia, per quam prædestinatio distinguitur à quolibet alio imperio diuino. Aliam definitionem tradit Ruardus art. 7. de libero arbitrio, multo propius ad med. quam ad principium cap. ultima propositio, sine: Prædestinatio est efficax ordinatio, & directio electorum per media congrua ad salutem æternam. Atque Bellarminus aliam lib. 2. de gratia, & libero arbitrio, cap. 9. inter principium & medium: Prædestinatio est prouidentia Dei, qua certi homines ex massa perditionis misericorditer selecti per infallibilia media in vitam diriguntur æternam. Itæ definitiones generaliores sunt cuiusque sententiæ de quidditate prædestinationis. Prior tamen definitio magis explicat, & breuius veram doctrinam de quidditate prædestinationis superius probatam.

Dico secundò. Celeberrima est definitio prædestinationis ab Augustino tradita lib. de bono perseuerantiæ cap. 14. propius ad princip. quam ad med. Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Eam recipiunt Prosper ad excerpta Genuensium cap. 8. circa medium, Fulgentius lib. 2. ad Monimum cap. 1. Beda in collect. Roman. 8. ad illud, Quos præsciuit, & prædestinauit; Anselmus in eiusdem loci commentario. Communiter Scholastici cum Magistro 1. sentent. distinct. 40. & cum D. Thoma in præsentij quæst. 23. art. 1. & 2. Alexander 1. part. quæst. 28. membr. 1. Albertus 1. part. quæst. 63. membr. 1. & 2. Veluti genus est præscientia, quoniam est indifferens ad prædestinatos, & reprobos, & ad eorum bona, & mala merita, nec non ad res naturales, & supernaturales. Preparatio tamen beneficiorum, &c. contrahit scientiam, quasi propria differentia; debet enim intelligi perinde, ac si dixisset: Prædestinatio est scientia practica, & vltimò determinata, vt exequatur dilectionem Dei, qua liberè decreuit, quibusdam hominibus conferre talia beneficia, quibus certissime liberantur.

Dico tertio. Definitionem aliam tradit Augustinus lib. de prædestinatione Sanctor. cap. 10. propius ad princip. quam ad med. Inter gratiam, inquit, & prædestinationem hoc interest, quod prædesti-

1.

Prima conclusio.

2. Augustini definitio.

3. Alia eiusdem definitio.

prædestinatio est gratia preparatio; gratia verò est ipsa donatio, id est, donum absque intuitu retributionis liberaliter collatum. Vnde ibidem Augustinus, gratiam dicit esse prædestinationis effectum, explicatque his verbis: Quod ait Apostolus; Ephes. 2. Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, gratia est, quod autem sequitur: Que preparauit Deus, vt in eis ambulemus, prædestinatio est. Suam igitur definitionem ex Apostolo desumptam Augustinus ita confirmat. Eum sequuntur omnes Scholastici cum Magistro locis supra citatis. Hugo Victorinus erudit. Theolog. de Sacrament. lib. 1. part. 2. cap. 21. Prædestinatio est, inquit, gratia preparatio. Propositum ergo Dei, in quo gratiam electis suis dare disposuit, ipsum est prædestinatio. Hac explicatione definitionis Augustiniana respexit Hugo potissimum ad radicem determinationis, quæ est diuinæ voluntatis propositum: vltima tamen executio propositi fit per imperium intellectus, præcedenti sect. declaratum.

4. Dico quartò. Præcedenti definitione restringitur gratia nomen ad sola dona creata, à quibus rectè distinguitur prædestinatio, tanquam efficiens causa à suis effectis. Cæterum amplior, & vniuersalior acceptio gratiæ, non impropria, neque figurata, comprehendit potissimum donum increatum, quod est æterna dilectio, & prædestinatio Dei, nullum omnino meritum, aut dispositionem supponens. Sic enim Sapient. 4. commendato beneficio prædestinatorum proprio, videlicet matura morte, per quam colliguntur in gratia, & obedientia mandatorum, & eripiuntur à periculis damnationis æternæ, subiungitur: Quoniam gratia Dei, & misericordia in Sanctos eius, & respectus super electos illius. Vbi gratia & misericordia idem est, quod gratia prædestinationis, secundum id Roman. 9. Miserebor, cui miserebor, & illud: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, & infra: Vt ostenderet diuinitas gloriæ suæ in vasa misericordiæ, que preparauit in gloriam. Vides igitur prædestinationem antonomasticè sibi vendicare nomen misericordiæ, & gratiæ. De hac igitur D. Thom. 1. 2. quæst. 110. art. 1. intelligit illud Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum, in laudem gloriæ gratiæ suæ, id est, prædestinationis suæ. Hanc multi Theologi vocant prædestinationis gratiam; alij verò increatam, vel æternam gratiam.

5. Confirmatur primò. Nam vniuersaliter diuina voluntas, & imperium, disponens concedere supernaturalia beneficia, potest appellari gratia, vt S. Thomas notat 1. 2. nuper citata, & 3. part. quæst. 2. art. 10. & quæst. 6. art. 6. D. Bonauent. 2. distinct. 27. dub. 1. circa literam. Durandus 3. distinct. 2. quæst. 3. Ricardus in 3. distinct. 13. art. 2. quæst. 1. Hanc reor significasse Paulum Hebr. 4. dicentem: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Sic ad Hebr. 2. cap. homil. 4. Chrysostomus explicat illud: Gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, hoc est, Christus Dominus propter Dei gratiam, quæ erga nos est, gustaret mortem.

6. Confirmatur secundò verbis Ecclesiastici, cap. 34. Aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, (scilicet studiorum) & liberatus sum gratia Dei. Præterea Sapient. 16. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tue deseruiebant. Nutrix autem non est alia gratia, nisi quæ est creatrix, videlicet dilectio, & iussio diuina, & æterna, & illa potissimum, quæ

Ruiz de Prædestinatione.

respicit prædestinatos. Iuxta quam acceptio-nem definiti potest: Prædestinatio est plena, & principalis gratia, reliquarum omnium gratiarum efficiens.

7. Dico quintò. Non discrepat à præcedentibus illa definitio Bedæ tomo 8. in lib. quæst. quæst. 13. ante medium, Prædestinatio est diuina gratia appositio. Quamuis enim sonare videtur executionem, & actionem transeuntem: nihilominus totus eiusdem quæstionis contextus indicat, Bedam agere de præscientia, & appositione, quæ est apud Deum immanens, increata, & æterna.

8. Dico sextò. Ex superioribus assertionibus inferitur celeberrimum discrimen inter præscientiam, & prædestinationem, quoniam præscientia generalior est ad bona, & mala; prædestinatio verò tantummodo respicit bona. Quod prior explicuit Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. dicens: Prædestinatio sine præscientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia; prædestinatione quippe Deus ea præscit, que fuerat ipse factururus. Vnde dictum est: Fecit, que futura sunt. Præscire autem potens est etiam que ipse non facit, sicut quæcumque peccata. Et consequenter de bono perseuerantiæ cap. 8. prope finem: Prædestinasse, inquit, est hoc præscisse, quod fuerat ipse factururus. Quapropter ex Augustino desumptum est, quod Hypognofticon lib. 6. col. 2. ait: Sed non omne, quod præscit, prædestinat: mala enim tantum præscit, & non prædestinat; bona verò & præscit, & prædestinat.

9. Eandem doctrinam sequitur vbique Prosper, veluti ad Vincentianas obiect. 10. 11. 12. & 14. & ad capitula Gallorum responsione 15. quæ est vltima; & rursus sentent. 1. Cuius verba sententiæque refert, & approbat Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 30. quod est vltimum; & lib. 2. cap. 1. similiaque docuerat lib. 1. ad Monimum cap. 7. & cap. 13. & 17. & cap. 21. & 24. & 29. idem docet Hypognofticon lib. 6. prope medium.

10. Inde manarunt decreta Conciliorum, quibus damnantur asserentes, quod Deus aliquos prædestinauerit ad committenda peccata. Quemadmodum Arausicanum II. can. 25. post medium, Valentinianum III. cap. 3. Tridentinum sess. 6. can. 17. Leo IX. epist. 4. ad Petrum Antiochenum, col. 4. in fidei professione. Beda tom. 8. in lib. quæst. quæst. 15. Hugo Victorinus erudit. Theolog. de Sacrament. lib. 1. part. 2. cap. 18. à medio. Gratianus in cap. vasis ire, 23. quæst. 4. Quorum omnium verba retulimus tomo de voluntate Dei disput. 35. sect. 1. notantes aliorum Patrum testimonia, ex quibus idem colligitur: dicemus etiam aliquid disp. 16. sect. 1.

11. Fauti mens multo magis, quam verba, deuiauit à vera Theologia, quando discrimen prædestinationis à præscientia notauit lib. 2. de libero arbitrio toto cap. 3. dicens: Præscientia gerenda præscit, postmodum prædestinatio retribuenda describit: illa prouidet merita, hæc præordina præmia. Consequentèrque multa subiungit, Vbi propterea prædestinationem postponit post præscientiam gerendorum, quoniam supponit liberum arbitrium suis viribus relictum gerere merita, quibus præuisis præmia præordinantur.

12. Notandum igitur est, radicale discrimen, & quasi specificum hoc esse, quia prædestinatio supponit absolutam voluntatem conferendi gloriam, & merita, quibus obtineatur: præscientia

B

verò

7. Bedæ definitio.

8. Discrimen præscientiæ & prædestinationis.

9.

10.

11. Mens Fauti à vera Theologia deuia.

12. Radicale discrimen.



verò nullam voluntatem præsupponit, nisi præscientia visionis, quæ non pertinet ad prædestinationem, vt vidimus sectione præcedenti. Cui discrimini necessariò connectitur alterum, videlicet, omnem prædestinationem esse præscientiam vltimò determinatam, & factiuam, quæ est imperium; præscientia verò non omnis est factiua, nec est imperium: etenim præscientia visionis, quæ supponit existentiam rerum etiam bonarum, & quæcumque præscientia peccatorum, non est factiua, nec est imperium.

Denique præscientia comprehendit omnia non tantum absolute futura, sed etiam conditionaliter futura, de quibuslibet hominibus possibilibus cognoscantur: at verò prædestinatio tantummodo respicit absolute futura, & illa conditionaliter futura, quorum cognitio requiritur ad absolutam futuritionem beneficiorum supernaturalium gratiæ, & gloriæ, quæ de facto conferuntur.

SECTIO VIII.

Predestinationis subiectum, & obiectum, non solum formale, sed etiam materiale, ac eiusdem effectus breuiter explicantur.

1. Subiectum.

Dico primò, prædestinationem esse in diuino intellectu, non quidem tanquam in subiecto propriè; quia prædestinatio est substantialiter ipse Deus: & quoniam intellectiua potentia recipiens intellectiorem, diuinæ perfectioni repugnat (vt vidimus tomo de scientia disput. 3. & 8.) sed prædestinatio est in intellectu diuino quantum ad nostrum modum intelligendi: quemadmodum quælibet alia scientia concipitur quasi existens in Deo, qua ratione potens est intelligere. Veruntamen ipsa prædestinatio formaliter non recipitur in prædestinato homine, vel Angelo, sicut probatum est sect. 5.

In hac igitur, & sequentibus assertionibus ea tantum decernimus, quæ necessariò sequuntur ex quidditate prædestinationis, quam explicuimus sect. 6. quæ ponitur in imperio intellectus. Aliter enim proportione seruata philosophari debuisset, qui prædestinationis quidditatem constitueret in decreto diuinæ voluntatis.

3. Obiectum formale.

Dico secundò. Prædestinationis obiectum formale quod, est Deus ipse: ratio formalis sub qua, est summa Dei veritas. Porrò prædictum obiectum formale totus Deus est, non solum quoad perfectiones merè naturales, & simpliciter necessarias, sed etiam quoad volitiones liberas, quibus decreuit, quæ facerè volebat in tempore. Sunt enim etiam ista veluti partes obiecti formalis quod; quemadmodum probatum est tomo de scientia Dei, disput. 5. sect. 5. Ratio est, quia proprius actus prædestinationis est intellectio practica prorsus determinata (prout vidimus sect. 6.) Quælibet autem intellectio Dei, tam practica, quam speculatiua, non potest habere aliud obiectum formale præter diuinam essentiam, in qua tanquam in propria veritate comprehendantur omnes veritates, sicut demonstratum est in prædicta disput. 5.

Voluntatis verò decretum, quod prædestinatio necessariò præsupponit, & connotat, scilicet dilectio, & electio efficax istius hominis ad gloriam, & electio talium mediourum ad illam consequendam, non potest habere aliud obiectum formale, nisi diuinam bonitatem: quoniam obiectum formale volitionis est finis vltimus, & primum quasi mouens voluntatem; propterea que tribuit speciem, & perfectionem volitioni: imò essentialiter finis vltimus est bonum, & perfectio volentis. Atqui sola bonitas summa potest esse perfectio, & finis diuinæ voluntatis, quemadmodum demonstratum est tomo de voluntate Dei, disput. 3. in cuius etiam sect. 3. & 4. vidimus ipsas quoque volitiones liberas esse quasdam veluti partes obiecti formalis.

Dico tertid. Materialia prædestinationis obiecta sunt homines, & Angeli, atque eorum gratia, & gloria. Vbi difficultas occurrebat, vtum prædestinatio tantum afferat voluntatem, & imperium conferendi huic homini gratiam & gloriam, abstrahendo à volitione, & imperio conferendi talia media in particulari, quibus idem homo dirigendus sit ad gratiam & gloriam; sic enim affirmare refertur Durandus in 1. dist. 4. 1. quæst. 1. art. 2. & 3. Veruntamen ibi contrarium potius affirmat; existimat enim prædestinationem esse conclusionem illius Concilij, quo Deus quasi deliberat de medijs, & auxilijs, quæ conferenda sunt electis, vt suum finem assequantur.

Vterque tamen dicendi modus, siue qui Durando tribuitur, siue qui verè traditur ab illo, mancam, siue truncam reddit prædestinationem. Quamuis enim prædestinationis substantia retineatur in solo decreto, & imperio conferendi gratiam, & gloriam; illa tamen substantia non est integra, completa, & suis quasi partibus absoluta, quoniamque determinantur hæc, & illa media, quibus ad beatitudinem ordinemur. Sicut enim media eligere, & determinare ad finem, pars est pertinens ad complementum prudentiæ; ita etiam pars est pertinens ad integritatem prouidentie supernaturalis, qualis est prædestinatio. Sed multò perfectiori parte, nimirum ipso capite, detruunt prædestinationem, qui negant ad eam pertinere finem vltimum, qui est gloria, solummodo gratiæ atque mediourum, prædestinationem esse dicentes: aduersus quos erit differendum infra disputat. 4. Quamobrem absolute dicendum est, non modò gratiam, & gloriam, sed etiam omnia media, quæ ad eum finem fuerint necessaria, esse obiecta materialia prædestinationis.

Dico quartò id, quod ex præcedentibus sequitur. Obiecta materialia prædestinationis sunt omnes actiones tam naturales, quam supernaturales, omnes qualitates corporis, & animæ, omnes occasiones, & opportunitates, & quælibet alia adiumenta, quæ ad finem prædestinationis quomodocumque conducunt; sed cum discrimine, nam speculatiuæ scientiæ simplicis intelligentiæ, quæ continetur in prædestinatione, materiale obiectum sunt non modò bona, quæ per se conducunt ad finem prædestinationis; sed etiam peccata, quæ non nisi per accidens propter extrinsecam virtutem, & ordinationem Dei cooperantur ad eundem finem. Deus enim absolute cognoscit vt possibile quass

4.

5. Materiale obiectum. Difficultas occurrens.

Durandi sententia.

6. Reijciuntur.

Præsentia minus.

Prædestinationis materialia obiecta.

7.

Quomodo peccata sint obiectum.

quaslibet actiones malas, & cognoscit esse ab eo ordinabiles ad finem prædestinationis.

Cæterum respectu diuinæ volitionis, quam prædestinatio connotat, & supponit, non rectè dixerimus, obiecta materialia illius esse peccata; quia Deus non vult peccata, neque tanquam formale, neque tanquam obiectum materiale, nec ipsam etiam materiale actionem peccati vult fieri; sed tantum vult permissionem peccati, & generale concursum ad omnem actionem, & peccatorum ordinationem, vt prædestinationi seruiant: quemadmodum fusè probatum est tomo de voluntate Dei, disput. 26. vsque ad 51.

Inde consequens est, peccata non esse obiecta materialia prædestinationis secundum vltimam, & formalissimam rationem prædestinationis; hæc enim consistit in actu intellectus practici, quo Deus affirmat suam volitionem, & decretum efficax, quo vult, vt fiant aliqui effectus (prout explicuimus sect. 6.) Deus autem non vult, vt fiant peccata, & consequenter eius imperium, & scientia practica non affirmat, Deum velle, vt fiant peccata. Nihilominus prædictum imperium, & formalissima ratio prædestinationis affirmat Deum efficaciter velle, vt hæc, & illa peccata permittantur, & per Dei omnipotentiam conuertantur in vtilitatem prædestinatorum. Quapropter non peccatum, sed illius permissio, & ordinatio vocari potest materiale obiectum prædestinationis.

Dico quintò. Vt aliquid sit prædestinationis effectus, duo necessaria sunt. Alterum, vt re ipsa conducatur ad beatitudinem efficaciter obtinendam, vel sit ipsa beatitudo. Quapropter non modò gratia, sed etiam omnia alia bona, quibus aliquando præficti cumulantur, non sunt effectus prædestinationis illorum: fortassis autem erunt effectus prædestinationis aliorum hominum electorum, vt suo loco dicemus. Alterum requisitum est, vt effectus prædestinationis adscribatur Deo tanquam authori, & causa voluntariæ; defectu cuius quamuis permissio peccati sit prædestinationis effectus, cæterum peccatum ipsum non est prædestinationis effectus, licet prædestinatis aliquando conducatur ad finem prædestinationis. Vnde constat omnes euentus prosperos, & aduersos, & omnia bona, siue naturalia, siue supernaturalia, quæ prædestinari peccata non sunt, illiunque ad gloriam obtinendam iuuant, esse prædestinationis effectus. Sed de his omnibus copiosè, & sigillatim dicendum erit disput. 2. 1. & quatuor sequentibus.

Dico sextò. Ex supradictis colliguntur duo. Primum est, omnem effectum prædestinationis esse obiectum materiale prædestinationis: sicut econuerso omne obiectum materiale prædestinationis est effectus illius, accipiendo prædestinationem secundum vltimam, & formalissimam rationem. Secundum est prædestinationem importare relationem transcendentalem ad omnem suum effectum, & omne obiectum materiale. Sic enim S. Thomas in præsentis quæst. 23. artic. 2. sine de prædestinatione, dicit: Importat effectum ad gratiam, vt causa ad effectum, & actus ad obiectum. Similem respectum, relationem, vel habitudinem agnoscunt Bonavent. 1. distinct. 40. artic. 1. quæst. 1. ad 1. Alber. cuius verba refert, Ruiz de Prædestinatione.

Peccatum non est effectus prædestinationis.

Effectus prædestinationis materiale obiectum.

Relatio transcendentalis.

& approbat Carthusianus in eadem distinct. 40. quæst. 1. sub initium. Veruntamen de respectu diuinæ scientiæ ad obiecta creata diximus ex professo, tomo de scientia Dei, disput. 5. sect. 2. sicut de respectu volitionis diuinæ diximus tomo de voluntate Dei, disput. 5. sect. 4.

SECTIO IX.

Utrum prædestinatio differat à prouidentia, quoniam efficax est, & pars prouidentia.

Duo sunt potissima discrimina prædestinationis à prouidentia, quibus alia quædam annectuntur.

Primum, ac celeberrimum est efficacia prædestinationis, ratione cuius finem inrentum assequitur infallibiliter, inuitabiliter, & indeclinabiliter, vt constat ex receptissima definitione prædestinationis, quam tradit Augustinus lib. de bono perseverantiæ cap. 14. & sequuntur alij Patres, & omnes Scholastici supra sect. 7. citati: Præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Qualis autem sit efficacia ista, & vtum causet merita, vel causet solam gloriam post præuisa merita, & alia difficiles quæstiones ea de re, tractantur sequentibus disputationibus: in præsentis solùm asserimus tanquam exploratum, & ab omnibus concessum, prædestinationem non esse, nisi hominis, qui re ipsa consequitur salutem.

Quod attinet ad prouidentiam, communis sensus Scholasticorum est (excepto Caietano & recentioribus paucis) efficacem, & infallibilem assecutionem finis nec repugnare prouidentie, nec ab illa necessariò postulari: propterea que prouidentiam multoties, at non semper, ad finis assecutionem peruenire. Hoc ex professo probatum fuit præcedenti tomo de prouidentia disput. 4. Nunc satis erit recollere breuem explanationem. Et primò quidem certissimum est, Dei prouidentiam non posse frustrari, nec impediri, neque falli: quapropter eos tantum fines particulares non assequitur efficaciter, à quibus Deus liberè decreuit suam efficacitatem subtrahere; quoniam illos particulares fines non vult absoluta, & plena voluntate, sed voluntate simplicis complacentiæ, vel conditionata, & voluntate antecedenti.

Secundò. Nihilominus tota prouidentia, collectiue sumpta, semper, atque certissimè consequitur intentos fines vniuersaliores, vt quòd omnibus rebus naturalibus adsint generalia media conseruationis, & gubernationis; quòd omnibus hominibus generaliter offerantur salutis remedia: quòd aliquæ res vagè de facto conseruentur, & aliqui homines vagè de facto bene vtantur remedijs salutis: quòd ea, quæ fiunt contra voluntatem antecedentem, conuertat ad maiorem gloriam Dei, & prædestinatorum; prout fusius vidimus in eadem disput. 4. de prouidentia, sect. 3. & videbimus disput. 16. & 17.

Secundum discrimen est generalitas, seu amplitudo maior prouidentie, cum illa sit quasi totum, cuius pars est prædestinatio. Singularis enim, & malè sibi coharens est Aureoli sententia

1.

Prædestinationis efficacia.

2. Prouidentiam quomodo possulet efficacitatem.

3.

4. Prædestinationis prouidentia pars.

rentia lib. 1. distinct. 41. artic. 3. proposit. 3. fine, dicentis, predestinationem non esse partem providentiæ: quoniam providentiæ, sicut & prudentiæ, est actus intellectus; sed predestinatio est actus voluntatis. Reliqui verò Scholastici nullam rationem discriminis agnoscunt, propter quam predestinatio separetur à providentiâ, quantum ad prudentiam, & quantum ad intellectum, & volitionem: propterea vel utramque dicunt esse volitionem, vel utramque dicunt esse intellectum, sive imperium intellectus, prout fusè retulimus tomo præcedenti de providentiâ disput. 3. sect. 2. & 3. Pro cuius explanatione

5. Dico primò. Predestinatio est pars providentiæ: nam vniuersalior est providentiâ, continetur autem in predestinatione, & aliquid amplius additur predestinatione, quod non affertur essentialiter & necessariò per providentiâ. Ita sentiunt omnes Scholastici (præter Aureolum citatum, &) S. Thomas in præsentis quæst. 23. artic. 1. corp. fine, & artic. 2. corp. initio, & lib. 2. sentent. distinct. 40. quæst. 1. artic. 2. & de veritate quæst. 6. art. 1. Durandus eadem distinct. 40. num. 6. vbi Capreolus quæst. vnica artic. 1. conclus. 2. Ricardus infra citandus. Carthusianus quæst. 1. colum. 3. & 4. Marfilii 1. quæst. 41. artic. 1. Soto, Camerar. & Bellarminus statim citandi. Hac assertio simpliciter est vera, iuxta magis vstratam acceptio-nem providentiæ: nam alia minus vstrata, & co-ræta restrictio providentiâ constituit, vt mem-brum penitus diuisum à predestinatione: pro-tereaque sola ordinatio personarum ad gloriam efficaciter consequendam, non est providentiâ, iuxta significationem illam, sed aliarum om-nium rerum ordinatio ad suos fines sit provi-dentiâ.

6. Hac igitur acceptione prætermissa circa mo-dum generalitatis providentiæ duæ sunt sen-tentiæ. Prima, providentiâ esse genus, cuius species sunt predestinatio, & reliqua pro-videntiâ, quæ non est predestinatio. Idem so-let aliis verbis explicari, dicendo, predestina-tionem esse partem subiectiuam providentiæ. Ita existimant Bellarminus tomo 3. lib. 2. de gra-tia & libero arbitrio cap. 9. Camerar. dialogo de predestinatione cap. 1. §. 4. Clarius verò So-to Roman. 9. ad illud: *Quod si Deus volens osten-dere iram*, colum. 3. Ricardus autem 1. distinct. 40. artic. 3. quæst. 1. dicit, reprobationis à pro-videntiâ discrimen esse simile differentiæ spe-ciei à suo genere: quapropter idem potiori iu-re diceret de predestinatione, consonatque in artic. 1. quæst. 1. Suarez dicit esse probabilem hunc dicendi modum, lib. 1. de predestinatio-nis essentia cap. 18. num. 2. Iuniores aliqui sen-tentiâ eandem tribuunt S. Thomæ, Duran-do, Capreolo, Marfilio, Soto, & Camera-rio locis nuper citatis. Sed illi nihil amplius di-cunt, quam quod in assertione prima continet-ur, ex quo non potest inferri pars subiectiuâ, nec species.

7. Dico igitur secundò. Euidens est, providen-tiam non esse propriè genus, nec predestina-tionem esse illius speciem propriè dictam. Pro-batur, quoniam ad hoc requirebatur altera species providentiæ, inter quam & predestina-tionem esset specifica differentia. Nunc autem euidens est inter operationes immanentes Dei

non esse possibilem veram, & propriam speci-ficam differentiam, vt inter actiones humanas: quoniam omnes operationes diuinæ simpli-ssimam Dei substantiam essentialiter inclu-dunt, imò etiam propter infinitatem in gene-re entis implicitè continentur inclusione mu-tua.

8. Dico tertio. Quamvis in Deo secundum no-strum modum intelligendi quasi specie diffe-rant intellectio, & volitio: quoniam illius obiectum formalissimum est infinita veritas; istius verò non nisi bonitas infinita: nihilomi-nus nec eodem modo differentia quasi spe-cifica reperitur inter predestinationem, & al-terum providentiæ membrum condistinctum à predestinatione; sed prorsus eiusdem spe-ciei sunt non modò secundum rem, sed etiam secundum intelligendi modum, bene consen-tientem quidditatibus illarum. Ratio est, quia secundum modum concipiendi sunt eius-dem speciei infimæ omnes intellectiones diui-næ, eodem quippe formalissimo obiecto du-cuntur (vt vidimus tomo de scientia Dei dispu-tatione 10. sectione 7.) eademque ratione cun-ctæ volitiones diuinæ sunt eiusdem speciei in-fimæ; mouentur enim ab eodem proterius ob-iecto formalissimo, (quemadmodum probat-um est tomo de voluntate Dei disputatione 5. sectione 6.) Quocirca siue predestinatio-nem, ac providentiâ constituas in volun-tate diuinâ, siue in eius intellectu, teneris sub eodem obiecto formalissimo comprehen-dere predestinationem, & cæteras omnes partes providentiæ: ideoque predestinatio non erit species, nec pars subiectiuâ provi-dentiæ.

9. Dico quartò. Licet species quasi physica sit prorsus eadem predestinationis, & cuiuslibet providentiæ (prout nuper ostensum fuit;) attamen species quasi moralis est diuersa, propter diuersam consonantiâ cum ratio-ne recta, & cum ostensione diuinorum attri-butorum, quam habet efficax ordinatio crea-turarum rationalium ad Dei visionem: quam consonantiâ cum recta ratione non eam-dem, sed aliam diuersam habet ordinatio creaturarum ad alios quilibet fines. Expli-cuimus amplius distinctionem moralium spe-cierum inter virtutes Dei tomo de voluntate Dei disput. 55. sect. 1. Sub hac igitur morali ra-tione consonantiâ, providentiâ se habet vt ge-nus, cuius veluti pars subiectiuâ & species est predestinatio.

10. Dico quintò. *Predestinatio quantum ad ob-iecta est quadam pars providentiæ*, vt loquitur S. Thomas in præsentis questione 23. articu-lo primo corporis fine, quem sequitur Caie-tanus ibidem, & cæteri expositores, Vaz-quez disputatione 87. cap. 5. fine. Suarez li-bro primo de essentia predestinationis, cap. 18. numero 3. Rectè igitur predestinatio voca-tur pars obiectiuâ providentiæ, seu pars exten-sionis obiectiuæ; quoniam predestinatio ver-satur solummodo circa partem eorum ob-iectorum materialium, quæ respicit provi-dentiâ.

Pro cuius maiori declaratione, & proba-tione notandum est primò, duos esse potissi-mum excessus, ratione quorum providentiâ est vniuersalior, quam predestinatio. Alter per-tinet

ad obiecta volita, & ordinata. Prouiden-tia quippe complectitur omnem creaturam siue rationalem, siue irrationalem; & consequen-ter amplectitur omnem finem siue naturalem, siue supernaturalem, & omne medium, ad hos fines destinatum. Contrà verò predestinatio solam creaturam rationis participem ordinat ad supernaturalem finem gloriæ; nec respicit alios fines, nisi prout gloriæ subseruiunt. Al-ter excessus vniuersalitatis consistit in modo vo-lendi, vel imperandi, & ordinandi, quoniam providentiâ complectitur vtrumque modum imperandi, & ordinandi antecedenter, & con-sequenter, efficaciter, & ineffaciter; at verò predestinatio non nisi efficaciter imperat, & or-dinat, vt vidimus in priori discrimine sectionis præsentis, initio.

8. Secundò notandum est, supradictum vniuer-salitatis excessum verificari, loquendo de sin-gulis predestinationibus diuisiue, necnon de singulis providentiis diuisiue. Nam, si collecti-ue consideremus quancumque predestinatio-nem, includendo caput omnium predestinato-rum, predestinatio complectitur omnes crea-turas tam rationales, quam irrationales, & om-nem modum providendi tam efficacis impe-rij, quam antecedentis, & inefficacis: quoniam omnes rerum euentus seruiunt predestinatio-ni; & ipsi reprobi tunc etiam, quando pugnant contra voluntatem antecedentem diuinâ pro-videntiæ, licet inuiti seruiunt vtilitatibus præ-destinatorum; qui omnes ad Christi Domini gloriam destinantur, vt fusius ostendemus dis-putatione 16. sect. 7. & sequentibus, & dispu-tatione 57. Nunc sufficiat illud 1. Corinth. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus verò Dei.* Predestinatio igitur quancumque res, & quoscumque defectus illarum, & quidquid sub providentiâ quocumque modo cadere po-terit, de facto ordinat ad gloriam prædestina-torum.

9. Tertio, nihilominus notandum est, quiddi-tatem providentiæ talem esse, quæ de poten-tia absoluta potuerit non seruire predestina-tioni, nec in illa contineri. Potuit enim Deus neminem predestinare; sicut etiam po-tuit ita prædestinatorum vtilitates circumscri-bere, vt illis minimè seruirent aliarum rerum vtilitates, nec virtutes, ac vitia reprobatorum. Ve-runtamen altior, & Deo dignior est providendi modus de facto dispositus.

10. Quartò notandum est, in eo maiorem esse predestinationis ambitum, quam providentiæ, quoniam predestinatio continet etiam produ-ctionem termini prædestinati, nec supponit il-lum iam priùs existere. Sic enim Dei prædesti-natione factum est, vt existeret in rerum natura Christus Dominus naturalis Filius Dei; cætero-rum verò prædestinatorum creatio, prædestina-tionis effectus est, vt ostendemus disp. 24. sect. 7.

At verò providentiâ propriè sumpta, non comprehendit creationis opus; sed illud supponit, vt vidimus præcedenti tomo de prouid. disp. 4. sect. 5.

Ruiz de Predestinatione.

### ARTIC. III. Utrum Deus ali-quem hominem reprobet.

#### DISPUTATIO II.

#### Quanam sit reprobationis quid-ditas, & obiectum.

#### SECTIO I.

#### Varia nomina reprobatorum exponuntur.



1. Ico primò. Eorum, qui licet fuerint capaces beatitudinis, nunquam illam assequuntur, sed dam-nantur, plura sunt in sacris litem nomina. Vocantur enim odio habiti, vasa contumeliæ, vasa iræ apta in interitum; Roman. 9. *Dicuntur etiam despecti*, Ecclesiastes cap. 7. *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Ideo precatur Psalm. 26. *Ne derelinquas me, neque despicias me Deus saluator meus.* & Psalm. 137. *Domine, misericordia tua in saculum, opera manuum tuarum ne despicias.*

2. Appellantur etiam expulsi, vel repulsi: quemadmodum Paulus Roman. 11. negans reprobationem, & affirmans predestinationem dixit: *Non repulsi Dominus plebem suam, quam præsiuit.* Prouerbiorum 14. *In malitia sua repellitur impius. Sperat autem iustus in morte sua.* Ideo precatur Psalm. 118. *Ne repellas me à mandatis tuis.* Vbi Augustinus concione 5. post medium: *Quid est, inquit, à Deo repelli, nisi non adiuuari? Mandatis quippe eius rectis, atque arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi præueniens eum adiuuet caritas. Quos autem non adiuuat, hos merito perhibetur repellere, vt tanquam flamma fræma prohibeantur indigni, ne manum extendant ad arborem vitæ.* De quibus etiam Psalm. 87. dicitur: *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.*

3. Eadem est vis & significatio in verbo pro-ijcio. Nam Ierem. 6. *Argentum*, ait, repro-bum vocate eos, quoniam Dominus proiecit illos. Necnon in illo complexo, *foras eicere*, vel mit-tere, vel expelli. Quemadmodum Luca 13. *Cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob in regno Dei, vos autem expelli foras.* Sicut econtrario de præ-destinatis Ioann. 6. dicitur: *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiciam foras.* Et post pauca: *Hac est autem volun-tas eius, qui misit me, Pater, vt omne, quod de-dit mihi, non perdam ex eo; sed resuscitem in nouis-simo die.* Ioan. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmas, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Matth. 13. *Ma-las autem foras miserunt.* Sic erit in consummatione sæculi. Quibus concinit Matth. 5. Luc. 14. & Apo-calypt. 22.

Dico secundò. Duo sunt frequentiora nomi-

Præsciti.

na, quibus Scholastici solent appellare quoslibet non prædestinatos. Primum nomen est præscitus. Non quidem ea ratione, quoniam prædestinatos Deus non præsciat, præsertim cum prædestinatio sit ipsa scientia approbationis, & practica, ut vidimus disputatione præcedenti, sectione 6. Quin potius prædestinati peculiariter à Deo cognoscuntur, atque præsciri dicuntur, quasi familiares, & domestici, vel quasi propriae oves. Ioann. 10. *Cognosco oves meas.* Exodi 33. *Inveniisti gratiam coram me, novi te ex nomine.* Roman. 11. *Non repulit Dominus plebem suam, quam præscivit.* 2. Timoth. 2. *Novit Dominus, qui sunt eius.* quæ cum aliis multis ponderavimus præcedenti tomo de providentia disputat. 3. sect. 3. Hoc igitur genere scientiæ approbationis, familiaritates, & practica, non est præscitus quicumque non est prædestinatus. Matth. 7. *Et tunc confitebor illis: quia nunquam novi vos.* & cap. 25. *Nescio vos.* Marci 13. *Nescio vos, unde sitis.* 1. Corinth. 14. *Qui ignorat, ignorabitur.*

5. Quare reprobati dicantur præsciti.

Nomen igitur præscitorum ea tantum ratione restringitur ad perditos, & omni felicitate carituros, qua solemus animalium nomine vocare irrationalia, quæ distinguuntur ab homine sicut ignobiliores, & imperfectiores species; quamvis etiam homines sint animalia. Sic ergo licet præsciantur à Deo tam prædestinati, quam reprobi, nihilominus istis ut ignobilioribus, & carentibus perfectione prædestinationis appropriatur nomen præscitorum. Confirmatur, nam in reprobis peccata sunt præcipua reprobationis, & damnationis ratio: hæc autem Deus non vult, neque causat, neque prædestinat, aut prædestinat, sed tantum præscit. Quapropter quantum ad hæc sunt præsciti solum, atque præscisè à qualibet alia denominatione diuinarum operationum, quas Deus erga prædestinatos habet volens, causans, & prædestinans eorum merita, gratiam, & gloriam. Sic ferè rationem huius nominis reddunt S. Thomas de veritate, quæstione 6. articulo 1. sine, Alexander prima parte quæstione 29. membro 1. Dicit autem originem ex illo discrimine inter præscientiam, & prædestinationem, quod ex Augustino, & aliis Patribus vidimus disputat. 1. sect. 7.

6.

Quamvis autem ut plurimum inter Scholasticos præsciti, absolute dicti, solum intelligantur reprobi; nihilominus præscientia absolute dicta non solet pro reprobatione usurpari.

7. Reprobatio quid.

Dico tertid, Secundum nomen est reprobus. hoc adæquatè correspondet reprobationi. Potest autem accipi reprobatio non tantum præscientia, iudicantis aliquid esse malum, atque dignum, ut reiciatur; sed etiam pro libera electione voluntatis, qua decernit aliquid proicere tanquam malum, indignum, & ineptum, ut admitatur. Quæ duæ significationes, siue duæ partes unius, colliguntur ex significatione approbationis. Psalm. 11. *Eloquia Domini argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum scripturum.* Actor. 2. *Iesum Nazarenorum virum approbatum, &c.*

8.

Notandæ sunt in primis duæ comparationes, quas affert reprobandi verbum. Altera est, quia reicitur malum comparatione boni, quod

eligitur. Altera est, quia reicitur id, quod prius admittebatur, vel saltem ius aliquod habebat, ut admitteretur. Prior comparatio constat Sapient. 9. *Noli me reprobare à pueris tuis.* Hebr. 12. *Esau postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est.* Isaïæ 7. *Ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Posterior comparatio notatur à Chryostomo Hebr. 7. homilia 13. colum. 3. Nam explicans illud: *Reprobatio sit prioris mandati propter infirmitatem suam, & inutilitatem;* ait: *Quid est reprobatio? Exclusio. Reprobatio enim eorum, qua obtinent, reprobatio est.* Itaque ostendit, antecedens præceptum obtinuisse quidem, sed postea reprobatum esse, & contemptum, quia nihil profuit. Iuxta quam proprietatem vocis, reprobatio non quadrat in damnatos, nisi quatenus prius aeternæ vitæ possibilitatem, & ius inutiliter, & ignaviter obtinentes, excluduntur à gloria.

Secundò notandum est, verbum reprobandi, quod ex se est indifferens, esse, ut significet, iure, vel iniuria factam esse exclusionem. Sic enim Psalm. 117. *Lapidem, quem reproba-verunt adificantes, &c.* Quod idem allegatur Matth. 21. Marci 8. Actorum 4. & 1. Petri 2. Præterea Lucæ 17. *Operiet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.* Ezechiel. 20. *Præcepta mea reprobaissent.* Quocirca non ex vi solius verbi, sed ratione subiecti, cui tribuitur, significat esse iustam pœnam, quando Deus reprobare dicitur.

Tertid notandum est, licet reprobationis nomen ad quascumque res potuisset referri; Theologorum tamen obtinuisse consuetudinem, ut solummodo referatur ad Angelos, vel homines, quos Deus propter sua peccata indicat indignos, & decernit excludere à regno cœlesti, permittendo illis finalia peccata, & obstinationem in illis.

Quartò notandum est, in sacris literis hæc voces reprobis, reprobatio, reprobare, non habere certam & exploratam significationem. Nec enim constat, vtrum significant finale & perpetuam exclusionem à regno cœlesti; sed possunt significare quamcumque improbitatem, aut etiam reprobationem secundum presentem iustitiam, qua Deus reprobatur quoscumque peccatores, licet sint prædestinati. Nam utroque sensu possunt accipi, quæ sequuntur. Ecclesiastici 9. *Speciem mulieris muli admirati, reprobi facti sunt.* & 1. Corinth. 9. *Ne forte cum alijs predicaverim, ipse reprobis efficiar.* & 2. Corinth. 13. *Nisi forte reprobi estis.* 2. Timoth. 3. *Reprobi circa fidem.* Hebr. 6. *Proferens spinas, ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima.*

## SECTIO II.

*Reprobationem extitisse, quodammodo necessarium fuit, licet absolute potuerit non existere.*

PRIMA conclusio. De fide est, in Deo reprobationem existere, & aliquos homines esse reprobos. Probatur Roman. 9. ex Malach. 1. *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* & infra: *An non habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud*

aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam, &c. 2. ad Timoth. 2. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam.*

2.

Omnia denique loca Scripturæ, quæ probant, iniquos aeterno supplicio damnari, confirmant præsentem conclusionem, ut illud Matthæi 13. *Sic erit in consummatione sæculi, exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in camino ignis.* & cap. 25. *Ite maledicti in ignem æternum.* Psalm. 10. *Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procelarum, pars calicis eorum.* Quoniam iustus Dominus. Ioan. 17. *Quos dedisti mihi, custodini, & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis; id est, Traditor Christi, perditioni prædestinatus, ut exponit ibi Augustinus tractat. 107. versùs finem, reprobationem significans nomine prædestinationis ad perditionem, siue ad exclusionem à regno. Ratio verò probabiliter suadens præsentem conclusionem, est necessitas reprobationis, quam ostendemus conclus. 3.*

3.

Reprobatio libera.

Secunda conclusio. Non fuit absolute necessarium, sed simpliciter liberum, reprobationem existere. Probatur, quia Deus potuit nullam personam creare, tuncque nullus esset capax reprobationis. Potuit etiam omnes homines, & Angelos omnes perpetuò conferuare in statu innocentie. Potuit homines lapsos absque vlla violentia & coactione cunctos ad gloriam perducere, magis copiosis illustrationibus, & suauitatibus inuitans, & magis protegens ab occasionibus, & tentationibus peccandi, vel in peccatis hærendi, & magis opportuna morte rapiens, ne malitia mutaret intellectum eorum. Sic Augustinus libro de prædestinatione Sanctorum, capite octavo paulo ante medium ait: *Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum, nisi quia omnes, quos docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet; quoniam cuius vult, miseretur, & quem vult, obdurat.* Romanorum 9. Et paulo post medium eiusdem capituli ait: *Nam etsi illos, quibus stultitia est verbum Crucis, ut ad Christum veniant, docere voluisset, proculdubio venissent & ipsi.* quod probat toto sequenti contextu.

4.

Explicitur libertas.

Notandum autem est, hanc Dei libertatem esse maiorem & clariorem circa singulos homines determinatè, & in particulari, quoniam erat non modò physica, sed etiam moralis libertas: omnibus enim hominibus, consideratis sub esse possibili prius ratione, quam prædestinarentur, aut reproberentur, nulla fuit ratio discriminis, quæ potuerit diuinam voluntatem inclinare, ut prædestinationem Iudæ negaret potius, quam Paulo, nec Cæsari potius, quam Francisco: ut ostendemus disputatione 8. & multis sequentibus. Idque probant Apostoli verba Romanorum 9. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam.* & reliqua testimonia, quæ disputatione prima, sectione quarta probant libertatem prædestinationis. Ra-

tio est, quia non esset libera prædestinatio, si non esset libera negatio prædestinationis: libertas enim est indifferentia ad vtramque partem. Porro negatio prædestinationis esset ipsa reprobatio negatiua.

Positiua quoque reprobatio, quæ est aeterna damnatio propter peccata, libera est, non modò, quia potuit non permittere peccata, vel post peccata tribuere contritionem; sed etiam quia de potentia absoluta potuit peccatores non punire, ut vidimus tomo de voluntate Dei, disputatione 60. sectione tertia sine, & sectione quinta. Ratio autem eadem est, quam pro libertate prædestinationis attulimus dicta sectione quarta, quoniam pœna qualibet, & negatio beatitudinis est quid contingens, sicut & ipsa beatitudo; ideoque potuit non esse, quòd si nulla fuisset pœna, nullave negatio beatitudinis hominum, aut Angelorum, nulla fuisset reprobatio.

Tertia conclusio. Quodammodo necessarium fuit, aliquos vagè reprobare; hos, vel illos confusè. Probatur, quoniam optimus modus providentiæ infallibiliter eligitur à diuina voluntate: sicut probatum est tomo de voluntate Dei, disputatione nona & decima. Sed optimus modus providentiæ requirit aliquorum reprobationem; primò quidem ad vniuersi varietatem, ac decorem: deinde ut magis exercentur hominum libertas, & suauitas providentiæ iuxta rerum naturas; præcipuè verò ut experientia doceat euidentius, quam debiles sint vires naturæ, & quanta sit necessitas diuinæ gratiæ; unde præterea beneficium prædestinationis, collatum cum extrema reprobationis miseria, magis eluceret: denique propter alia multa bona, quæ Deus colligit ex peccatis, & perditione reprobatorum; de quibus est dicendum fufius disputatione 16.

Confirmatur primò, quoniam vniuersalissimo gubernatore dignum est permittere quarundam partium mala, propter maius bonum vniuersale: ideoque proprium est optimæ providentiæ permittere, ut multi sua libera voluntate deficiant ab ultimo fine. Ad quam rationem S. Thomas respexit in præsentì articulo 3. corporis.

Confirmatur secundò, quia supremum iudicem decet, non omnia peccata remittere, sed quadam aeterno supplicio punire. Huius enim terrore iustitiæ prædestinati vel à peccatis se continent, vel ab illis respiscunt. Ostenditur etiam in ea punitione diuina iustitia, sapientia, potentia, & misericordia puniens citra condignum. Attigit hanc rationem Apostolus Romanorum 9. *Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, &c.*

Quod ad hanc rem adducit Augustinus de prædestinatione Sanctorum capite octavo circa medium.

5. Positiua reprobatio libera.

6. Reprobatio vagè quodammodo necessaria.

7. Permissio mali propter maius bonum.

8. Supplicium aeternum expediens.

SECTIO III.

Non metaphoricè, sed propriè fuisse reprobationem ab æterno, totam in Deo formaliter.

- 1. Errat Aureolus 1. distinct. 41. artic. 3. propositione 4. dicens: Reprobatio importare videtur detestationem, aut odium, siue abominacionem, & ij actus non sunt in Deo, tanquam intrinseci voluntati, sed per modum signi; quoniam in effectibus se habet ad modum detestantis, & abominantis. Eius argumentum est, quoniam sola simplex complacentia boni non includit imperfectionem, & ideo illa sola formaliter existit in Deo: reliqui tamen omnes actus, maximè verò volitiones absoluta, & efficaces, imperfectionem includunt, non modò quia potuerunt in Deo non fuisse, verùm etiam, quoniam aliquam inquietudinem continent prosequendo bonum absens, vel fugiendo à malo. Quod argumentum fusiùs prolequitur 1. distinct. 46. art. 2. proposit. 2. & 3. & distinct. 40. artic. 1. proposit. 1. & 2.
2. Confirmari posset, quoniam reprobatio est ira Dei, iuxta illud Roman. 9. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ. Iram verò non propriè, sed tantùm metaphoricè Deo conuenire, probatum est tomo de voluntate Dei, disputatione 54. sectione 5. Valde similis est sententia Durandi 4. sentent. distinct. 17. quæstione 7. dicentis, in Deo non esse propriè, sed metaphoricè displicentiam de nostris peccatis. Concedit tamen Durandus volitionem puniendi peccata sine metaphora & propriè conuenire Deo; quam tamen negat Aureolus, sicut omnes volitiones liberas, & absolutas.
3. Nihilominus sit prima conclusio. Reprobatio non est in Deo metaphoricè (sicut est in eo tristitia, vel pœnitentia sola similitudine effectuum, quos solent homines facere, quando tristantur, aut pœnitent,) sed est in Deo propriè ac verè reprobatio tanquam actus ipsi intrinsecus realis, & increatus. Probatur, quia reprobatio nullam imperfectionem includit tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis. Nam ex parte intellectus nullius veritatis cognitio potest deesse Deo, tantum abest vt imperfectionem afferat, & quidquid ex parte intellectus affert reprobatio, est alicuius veritatis cognitio, vt magis constabit sectione sequenti. Rursus ex parte voluntatis odium mali, & detestatio illius non requirit tristitiam; imò potiùs cum odium, & detestatio mali sit essentialiter idem, quod amor boni oppositi, vel ex illo necessariò consequatur: sicut amor boni presentis summam delectationem affert; sic etiam absentis mali odium, & omnimoda securitas ab illo, continet eandem delectationem. Denique decretum efficax negandi prædestinationem aliquibus personis, & permittendi earum peccata, & æterno supplicio puniendi, nullam imperfectionem continet, vt ex toto præsentis opere constabit.
4. Satisfiet argumentis initio propositis, & corroborabitur nostra conclusio, si tenemus re-

ctè, quæ sequuntur, notabilia. Primum est, odium, & displicentiam peccatorum propriè ac sine metaphora Deo conuenire, sicut probatum est ex professo tomo de voluntate Dei disputatione 54. sectione 1. & 2. Nihilominus eorum Angelorum, & hominum, qui reprobi sunt, etiam pro tempore, quo sustinent pœnas inferni, odium non est in Deo propriè; quemadmodum probatum est in eadem disp. 54. de voluntate Dei sect. 3. & dicemus disput. 15. sect. 6.
Secundò notandum est, verè & propriè dari in Deo realem & intrinsecam volitionem absolutam, & efficacem ultra voluntatem complacentiæ. Cuius veritatis firma approbatio pendet ex generali quæstione de liberis operationibus diuinis, quas non constitui per relationem rationis, nec per denominationem extrinsecam, nec per aliquod extrinsecum connotatum, sed totas esse formaliter diuinas, & increatas, probatum est tomo de voluntate Dei disput. 11. & 12. Cæterùm vt præsentis veritatis certitudo negari non possit etiam ab iis authoribus, qui contrarium existimant de liberis operationibus diuinis, ita proponendum est argumentum. Verè, propriè, ac sine metaphora Deus cognoscit Iudam excludi à regno cœlesti: & hoc est citra controuersiam, quamuis adhuc maneat in controuersia, vtrum cognitio rei contingentis existat realiter, & formaliter tota in Deo, (potuit enim non fuisse cognitio rei contingentis, & non fuisse cognitio reprobationis Iudæ; sicut potuit Iudas non reprobari.) Similiter ergo debet citra controuersiam concedi, Deo propriè ac sine metaphora conuenire liberas volitiones eligendi quosdam, & reprobandi alios: quamuis adhuc maneat in controuersia, vtrum istæ volitiones existant formaliter ac realiter in Deo, secundùm se totas, nec constituantur per aliquid extrinsecum.
Confirmatur, quia si reprobationis aliud nihil asseratur esse in Deo realiter, & immanenter, nisi solam scientiam possibilitatis peccatorum, & pœnæ, solamque necessariam displicentiam peccatorum, & complacentiam punitionis possibilis: nihil conceditur in Deo realiter, & immanenter existens, quod non respiciat æqualiter Sanctos, Deum videntes, & peccatores in æternum damnatos. Quapropter nondum intelligitur ea reprobatio, quæ est prouidentia peculiariter respiciens peccatores damnandos, quousque per actiones transeuntes, aut per earum effectus creatos, aut per eorum extrinsecam denominationem compleatur, & constituatur prouidentia, quæ peculiaris est peccatoribus damnandis, & quæ discrimen illorum à prædestinatis permittit quantum ad malitiam, & causat quantum ad pœnam. Vnde tandem efficitur reprobationem absolutè non esse æternam, sed temporalem; cuius oppositum constabit conclusione sequenti.
Sit secunda conclusio. Ab æterno existit in Deo reprobatio iam ab extrinsecò determinata ad permittenda peccata, & æterno supplicio plectenda.
Probatur primò Isaiæ 30. fine: Preparata est enim ab heri Topheth, à Rege preparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta eius, ignis, & ligna multa: status Domini sicut torrens sulphuris succendens

SECTIO IV.

Imperium diuini intellectus est actus, in quo formaliter consistit reprobatio.

- denam. Vbi Hieronymus illa dictione heri notat significari præteritum tempus, nec dubium est, quin intelligat totum tempus imaginarium, quod ab æterno fluxit. Nam & Chrysostomus Hebr. 13. tractans illud: Iesus Christus heri, & hodie ipse & in sæcula, notat, omne præteritum tempus significari dictione prædicta, quam ad Christi Domini diuinitatem refert. Similiter autem Filij diuinitatem & æternitatem Patres ex eadem dictione probant: vt Nazianzenus oratione 38. in Christi Natiuitatem non procul à principio: sed apertius Athanasius oratione 2. contra Arrianos multo propius ad medium, quàm ad finem, & epistol. ad Serapionem de diuinitate Christi inter principium & medium. Porro preparatio pœnæ est reprobatio positiua, quam magis explicabimus sectione sequenti. Correspondet autem preparationi donorum, quæ constituitur in definitione prædestinationis, & explicata est disputatione præcedenti sectio. 5. fine.
3. Probatur secundò testimoniis Patrum. Augustinus lib. de prædestinatione & gratia cap. 5. parum à principio: Mundus, inquit, quamuis pro tempore, ex quo factus est, cepit, in illa diuina præscientia luce faciendus, nullum potuit habere principium. Et postquam æternitatem diuinæ præscientiæ pluribus explicuit, adiungit post medium capitis: Ab illo ergo, quia æternus, & præscius, quia & iustus, & pius est, qui exerceat debitam severitatem, & exhibet debitam pietatem, & habet in creandis, atque eligendis hominibus, sicut in luto figulus, potestatem, facta sunt alia quidem vasa in honorem, alia verò in contumeliam. Æqualiter ergo constituit Augustinus æternitatem reprobationis cum æternitate prædestinationis, & præscientiæ.
9. Fulgentius lib. 2. ad Monimum cap. 1. fine de auersione peccatoris ait: Que qui Deum futura non latuit, in æterna præscientia eius preparatam sibi pœnam iuste retributionis inuenit. Gregorius lib. 1. Regum, cap. 14. suo lib. 5. cap. 4. propropius ad finem, quàm ad medium, ad illa verba: Porro Philisthym abierunt in loca sua, dicit: Qui ergo non prædestinati sunt, sine audiant Doctorum verba, sine non audiant, vocari in Dei habitaculum nequeunt: quia per nequitiam, in qua sunt ante constitutionem mundi præcogniti, locum in se malignis spiritibus parauerunt.
10. Tertio reprobationis æternitas euidenter sequitur ex æternitate prædestinationis, quia quando Deus decreuit quosdam in gloriam deducere, sed tamen non decreuit aliis eandem misericordiam tribuere; tunc eo ipso reprobatum negatione prædestinationis: præsertim quoniam Deus ab æterno de quolibet obiecto contingenti positiua volitione decernit, vtrum sit faciendum, aut non faciendum, nec exercet puram omissionem circa vllum obiectum, sicut probatum est tomo de voluntate Dei, disputat. 8. sect. 3. Denique probatur, quia si Deus non ab æterno, sed in tempore reprobareret; sequeretur mutatio non tantùm in eius volitione, sed etiam in eius substantia, sicut probatum est præcedenti disputatione 1. sectione 5.
11. Tertia conclusio. Reprobatio nihil ponit in homine, vel in Angelo præcognito præter extrin-

secam denominationem, & executionem per missionis, & pœnæ: quemadmodum de prædestinatione dictum est disp. 1. sect. 5. prope finem. Supponit autem reprobatio meritum damnationis in hominibus, aut Angelis existens: prædestinatio tamen nullum in eis supponit meritum salutis.
Manifestum est, ad reprobationem esse requisitos non solum intellectus, sed etiam voluntatis actus. Opus est enim cognitione, qua Deus præsciat, aliquos homines, aut Angelos esse lapsuros in culpam, & insuper volitione, qua Deus decernat permittere culpam, & illam æterno supplicio punire. Quod ex parte docuerunt Magister, & Scholastici 1. distinct. 40. cap. vltim. ita definites: Reprobatio est præscientia iniquitatis quorundam, & preparatio damnationis eorumdem. Quam colligunt ex Augustino de prædestinatione Sanctorum cap. 10. dicente, iniquorum peccata præscita esse, & non preparata; pœnam autem esse preparatam.
Circumfertur etiam vt definitio tradita ab Augustino de bono persequerantiæ cap. 14. Reprobatio est præscientia malitiæ, in quibusdam non finienda, & preparatio pœnæ non terminanda. Verùm hæc verba non habentur in illo cap. 14. quamuis sensus colligi possit ex illo, sicut etiam ex libro de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & 13. In prædicto tamen cap. 14. de bono persequerantiæ, rariò inspicitur hæc definitio reprobationis negatiuæ: reprobari est in massa perditionis iusto iudicio diuino relinqui.
Redeo ad illos actus intellectus & voluntatis, quos supponebam esse requisitos ad reprobationem. Hos clariùs docent Albertus 1. part. quæst. 66. membr. 1. Alexand. 1. part. quæst. 29. membr. 2. S. Thomas in præsentis quæst. 23. artic. 3. corp. Driedo de concordia liberi arbitrij cum prædestinatione, cap. 1. Ratio est, quia prouidentia requirit actum intellectus, & voluntatis, vt probatum est præcedenti tomo disputatione 3. sed reprobatio est prouidentia.
Excedunt tamen aliqui Doctores, reprobationem constantes ex pluribus actibus intellectus & voluntatis, quasi reprobatio simul eos in recto complectatur: quemadmodum loquuntur Albertus, & Alexand. locis nuper citatis, Ricardus 1. distinct. 40. artic. 3. quæst. 1. Marfilus 1. quæst. 41. art. 1. notab. 4. & 5. Verùm hic modus loquendi potius, quàm sentiendi; propterea minus aptus est, quoniam efficit quoddam ens per accidens, iuxta nostrum modum intelligendi; cum tamen sit conuenientius, reprobationis essentiam in vnico actu simplici consistere, sicut constituimus essentiam prædestinationis: prout iam explicare aggredimur ad instar eorum, quæ diximus disput. præcedenti sect. 6.
Dico

Reprobatio est propriè in Deo.

Odiū peccatorū quomodo in Deo.

Realis volitio in Deo libera.

Reprobatio absolute remporalis.

Reprobatio absolute remporalis.

Quomodo ab æterno.

Actus ad reprobationem requisiti.

Definitiones reprobationis.

Reprobationis essentia in vnico actu.



5. Dico igitur primò. Illa operatio, quæ formaliter & vltimò constituit reprobationem, non est scientia, qua Deus necessariò iudicat, esse possibile reprobare hos, & illos homines, & aliquorum reprobationem expedire ad bonum vniuersi, ostensionem iustitiæ, sapientiæ, & misericordiæ. Similiter non consistit reprobatio in ea scientia, quæ ostendit omnia media possibilia, quibus permittantur peccata, & puniantur. Probat, quia tota scientia possibilitatis est necessaria, & non libera; contra verò reprobatio est actus liber, vt vidimus sect. 2. Confirmatur, quia prædicta scientia possibilitatis æqualiter respicit omnes homines, etiam nunquam creandos, vel prædestinandos; at verò reprobatio peculiaris est hominibus præscitis.

6. Dico secundò. Propter eandem rationem conditionata scientia peccatorum, quæ committerentur ab hominibus, si constituerentur in talibus circumstantiis, non est illa scientia in qua consistit formaliter reprobatio. Quia nec est libera diuinæ voluntati, nec est peculiaris hominibus præscitis, sed omnibus indifferens.

7. Dico tertio. Nulla scientia visionis vltimò, formaliterque constituit reprobationem, sed potius totam reprobationem supponit ex parte obiecti. Explicatur, & probatur, quia scientia visionis propriè & in rigore non est scientia, qua Deus ex eo præcisè quòd videat suum decretum permittendi peccata, certò cognoscit esse futura peccata, vel in suo decreto cognoscit futura peccata iniquorum. Sed illa tantum est propriè scientia visionis, quæ peccatorum existentiam intuetur in se ipsa, supponendo, committenda esse peccata, & non causando futuritionem illorum. At verò reprobationis actus nec supponit absolutè futuram existentiam peccatorum, neque absolutè futuram penam; siquidem non modò pena, sed etiam permissio peccatorum est effectus reprobationis, vt ostendimus disputat. 38. sect. 5. & 7. Confirmatur ex iis, quæ de scientia visionis diximus tomo de scientia Dei, disp. 15. sect. 3. & seq.

8. Ex his igitur colligo, & dico quartò. Reprobatio formaliter & vltimò constituitur per imperium intellectus, ordinantis tali modo, per talia media, cum talibus circumstantiis permittendum esse peccatum, & finalem impenitentiam, & propter illam ordinans æternam punitionem. Huius assertionis explicatio, & probatio colligenda est ex dictis non solum præcedenti tomo de prouidentia, tota disputat. 3. sed etiam ex præcedenti disputat. 1. de prædestinatione, sect. 6. Supponimus enim prouidentiam formaliter, & vltimò constitui per imperium intellectus (vt ibidem probatum est.) Ad dimus autem, reprobationem esse prouidentiam, siue prouidentiam partem, quæ prædestinationi quadam obiecti oppositione respondet, & cum illa complet integram prouidentiam circa creaturas intellectuales.

9. Quemadmodum igitur ibidem probatum est, essentiam prædestinationis consistere in imperio intellectus, quo Deus apud se ipsum affirmet, & asserat, quod à nobis explicari potest huiusmodi propositionibus. *Ego volo Petrum ad beatitudinem efficaciter perducere: & eo sine volo ui-*

*dem conferre talem vocationem, talia adiutoria, talesque circumstantias, sub quibus præscio illum libere perseveraturum in obedientia mandatorum vsque ad tale tempus, & volo illum eo tempore ad æternam vitam à temporali traducere.* Similiter & propter eandem rationem (addita disparitate, qua diuina prouidentia respicit peccata, non volens, neque causans, vt sunt; sed tantum permittens,) dicendum est, reprobationem formaliter, essentialiterque consistere in imperio intellectus, quo Deus apud se ipsum affirmet eandem veritatem, quam humanis verbis ita concipimus. *Ego volo Iudam non prædestinare, voloque permittere talia, & talia peccata illius, & finalem impenitentiam, & volo in illo iustitiam meam ostendere per æternam punitionem: atque ad eum finem volo illum constituere sub talibus circumstantiis, & occasionebus ex se bonis, & ad bonum destinatis, & per antecedentem voluntatem à me principaliter ordinatis ad bonum; sub quibus tamen præscio illum esse peccaturum, & volo illi mortem asserere tali tempore.*

Confirmari potest primò eodem discursu, quo vsi sumus circa prædestinationem præcedenti disputat. 1. sect. 6. dicto 8. Peculiariter autem, quoniam huiusmodi iudicium intellectus, secum affert, & exequitur motionem diuinæ volitionis, quam affirmat, & intimat; sine qua motione neque prouidentia, neque imperium, neque reprobatio esse potest: insuper idem iudicium applicat immediatè Deum ad effectus reprobationis, videlicet, permissionem peccatorum, obdurationis in illis, & eorum punitionem. Secundò confirmatur ex solutione sequentis obiectionis, & ex dicendis in sequenti sectione.

Obiicies enim, quoniam imperium intellectus est actus maximè practicus, pertinet ad operationem: sed circa permissionem peccati Deus nihil operatur; imò potius ex eo solum, quòd non impediatur efficacitè peccata, dicitur illa permittere: ergo falsò ponitur vt reprobationis essentia imperium ordinans, & exequens permissionem. Probat, consequentia, quoniam ad nihil agendum non requiritur imperium.

Confirmatur, quia, secundum Augustinum, & cæteros omnes Theologos, culpa reproborum non est præparata à Deo, sed tantum illius pena; ergo respectu culpæ nullum est imperium Dei: siquidem imperium est ipsa præparatio operis exequendi. Hinc omnes Scholastici cum Magistro 1. distinct. 40. cap. vltim. sumunt discrimen reprobationis à prædestinatione; quoniam prædestinatione meritum & præmium præparatur à Deo; sed reprobatione non præparatur demeritum, sed sola illius pena. Vnde Alexand. 1. part. quæst. 29. membr. 2. Albertus 1. part. quæst. 66. membr. 1. Ricardus 1. distinct. 40. art. 3. quæst. 1. Marfilus 1. quæst. 41. art. 1. notab. 4. & 5. colligunt respectu penæ, sed non respectu culpæ, prædicam scientiam esse reprobationem: itaque respectu culpæ est tantum scientia speculatiua. Magis expressè Durandus 1. distinct. 40. quæst. 2. num. 8. dicit, Deum sua reprobatione velle, & facere penam sensus; at verò subtractionem gratiæ & gloriæ velle quidem, sed non facere: quoniam hæc non per actionem, qua Deus aliquid influat, sed per actionis carentiam fiunt.

Respon

13. Respondetur, Deus non præparat, neque causat peccata formaliter vt peccata sunt: ac proinde respectu illorum nullum est imperium diuinæ reprobationis, per quod ordinatur, & intimetur peccata fieri; sicut ordinatur, & intimatur prædestinatione fieri actiones honestas. Nihilominus permissionem peccatorum, & obstinationis diuinæ reprobationis imperium ordinat, & præparat: quia non permittuntur peccata mera negatione diuinæ operationis; sed potius multiplici Dei operatione bona. Primò namque Deus producere debet, ac reprobo tribuere res illas prosperas, vel aduersas ex se quidem viles reprobo: quibus tamen Deus præscit reprobum ob suam malitiam fore abuturum ad peccandum, veluti diuitias, aut paupertatem, potentiam, & auctoritatem, vel humilem & obiectam conditionem, bonam, aut malam valetudinem, fecminarum pulchritudinem, aut turpitudinem, & eiusmodi sexcenta. Secundò necessarium est, quibusdam hominibus posituè subtrahere quedam spiritalia bona, veluti concionatorem, aut Prophetam, occidendo, vel in alium locum transferendo. Tertio necessarium est in ipso intellectu reprobi producere cogitationes ex se bonas, & in voluntate producere similes affectus ex se bonos, quibus reprobus incitabitur ad malum; quemadmodum cogitationibus & affectibus vehementer inclinantis ad iustitiam tyrannus rapitur ad crudelitatem, & armatur ad auaritiam. Postremò Deus debet concurrere ad ipsam materialem actionem peccati, quatenus bona, & actio est, exhibendo paratum concursum ex se indifferentem, & magis propendentem ad bonam operationem. Quæ omnia fusius explicuimus tomo de voluntate Dei disputat. 43. & 44. & disputat. 50. Nunc autem ex illis deducimus, imperium Dei exequens, & intimans, esse simpliciter necessarium ad prædictas operationes transeuntes, & consequenter ad permissionem peccatorum.

SECTIO V.

Difficultates aliæ de comparatione reprobationis cum prædestinatione, & cum prouidentia.

1. Aduersus quidditatem reprobationis nuper explicatam, obiicies primò. Reprobatio est actus, quo ille, qui cognoscitur esse indignus regno celorum, reicitur ab illo: sed permissio peccatorum, ac præcipuè primi peccati, non potest discerni propter indignitatem, & malitiam (siquidem ante primum peccatum nulla præcedit indignitas, nec decretum.) ergo permissio peccatorum, ac præsertim primi peccati, non potest esse obiectum volitum, & causatum per illud imperium, quo reprobationis essentia constituitur.

2. Confirmatur primò, quia durum, & à ratione alienum videtur, appellare reprobationem voluntatem, aut imperium permittendi peccata, propter quæ reprobus damnatur. Confirmatur secundò, quoniam in sacris literis re-

probatio semper accipitur pro refutatione rei, quam supponit esse indignam. Sic enim Psalm. 31. *Reprobat cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum.* & 1. Corinth. 9. *Ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar.* ad Hebr. 6. *Terra proferens spinas, ac tribulos, reproba est, ac maledictio proxima.* Confirmatur tertio, nam in reprobatione non inuenitur intentio Dei antecedens, qua velit damnationem vt finem, in quem dirigat propria media.

Propter hæc & alia, quæ consultò prætermitto, quoniam præoccupant plures difficultates, in variis disputationibus tractandas, nonnulli authores existimant in reprobationis essentia non contineri voluntatem permittendi peccata (idem affirmarent de imperio intellectus, quod exequitur, & intimat hanc voluntatem.) Ita Molina in præsentia quæst. 23. artic. 3. §. *Crediderim.* Soarez lib. 5. de reprobatione cap. 2. num. 4. & cap. 3. Carthage-na de prædestinatione discursu 5. prope medium.

Nihilominus dico primò. Quamuis voluntas permittendi peccata non sit formaliter ipsa reprobatio; nihilominus est pars illius volitionis, à qua determinatur imperium, in quo reprobatio consistit, quemadmodum sapius dicebamus. Ad obiectionem igitur secundam respondetur, negando maiorem, præcipuè si loquamur de tota reprobatione, includendo partem, qua negatur prædestinatio. Sic enim reprobatio nullam supponit indignitatem, vt actualiter, & absolutè futuram, sed tantum vt possibilem, & conditionaliter futuram. Hac autem indignitas possibilis, & conditionaliter futura, necnon illius iudicium, nulla ratione potest reprobationem constituere: quoniam est indifferens ad omnes Angelos & homines posibles, etiam si nunquam creandi sint, & licet sint beatitudine donandi. Scientia quippe simplicis intelligentiæ cognoscit iniquitates esse posibles cuilibet creaturæ rationali, & scientia conditionata dicit sub quibus circumstantiis illas committerent.

Ad primam confirmationem respondetur. Durities, quæ videtur inesse voluntati, & imperio permittendi peccata, & reprobandi propter illa, tractabitur, & emollietur infra disputat. 16. sect. 6. & sequentibus, & disputat. 17. & disputat. 38. sect. 4. Nunc satis erit asserere, primum peccatum non permitti propter finem puniendi, sed propter finem negandi prædestinationem, & alios fines inferius explicandos.

Ad secundam confirmationem respondetur. Illa testimonia sacrarum literarum non agunt de reprobatione, prout est pars prouidentiae, quadam obiectorum oppositione repugnans prædestinationi eiusdem personæ; sed prout est cognitio malitiæ, & auersio voluntatis, & odium illius. Propterea non est mirandum, si supponant indignitatis existentiam præsentem, aut absolutè futuram. Theologi tamen ac potissimum Scholastici reprobationis nomen accipiunt pro parte prouidentiae, qua præsciti discernuntur à prædestinatis, & aliter quam illi gubernantur. Hæc autem prouidentia non supponit indignitatem, nec illius permissionem; siquidem permissio cuiuslibet peccati reprobatio

Conditionata scientia

Scientia visionis

Reprobatio per imperium

Item prædestinatio

10.

Diuina volitionis motus

11.

12.

3.

4. Voluntas permissionis peccati

5.

Primum peccati que sine permissum

6.

repro

reprobationis effectus est, vt probabitur disp. 38. sect. 5. & 7.

7. *Intentio ad reprobationem qualis.* Ad tertiam confirmationem respondetur. Intentio pertinens ad reprobationem non est voluntas antecedens, sed consequens; quia non est de bono primario intento ratione sui, propter innatam propensionem diuinae voluntatis; sed est de bono secundario intento, propter malitiam liberi arbitrij refranandam; ad quod aliqua veluti coactione trahitur diuina voluntas. Hoc tamen non obstat, quominus Deus, supposito peccato, velit damnationem tanquam finem, in quem dirigat media, & inter ea etiam permissionem aliorum peccatorum.

8. Sequitur igitur ex dictis, volitionem, & imperium permittendi peccata, non posse non contineri in essentia reprobationis, nisi reprobatio fuerit facta post praesens peccata finalia, tanquam absolute futura. Sic enim voluntas, & imperium permittendi peccata, non procedet ex determinata intentione reprobandi, sed ex intentione, qua poterit esse indifferens etiam ad praedestinos. Sed huius oppositum ostendimus ex professo disput. 14. & 15.

9. Secunda obiectio sit, quia reprobatio directe opponitur approbationi; approbatio vero est idem, quod electio: electio autem ad voluntatem diuinam pertinet, ac supponitur ad praedestinationem; ergo similiter reprobatio pertinebit ad voluntatem diuinam, & non erit ipsa formaliter pars prouidentiae, correspondens praedestinationi: sed erit actus voluntatis, praesuppositus ad talem prouidentiam.

10. *Reprobatio quid ex aetymologia.* Respondeo, & dico secundò. Si nominis etymologia potissimum attendatur ad eius essentiam intelligendam, reprobatio erit volitio absoluta Dei, directe opposita approbationi, qua, nimirum, Deus vult, quosdam propter eorum demerita reicere à regno caelesti. Hoc probat optimè procedens argumentum. Et quantum ad hoc optimè docent authores aliqui, reprobationem non correspondere praedestinationi per directam oppositionem; quoniam potius reprobatio correspondet vt opposita electioni: quia qui eligit, alterum accipit, & alterum reiecit. Ita S. Thomas de veritate quaest. 6. artic. 1. sine. Durandus 1. dist. 40. quaest. 2. num. 6. & 7. Molina in praesenti quaest. 23. art. 3. §. *Hic iam*, Soarez 1. part. lib. 5. de reprob. cap. 2. praesertim num. 4.

11. *Quid apud Theologos.* Nihilominus dico tertid. Prouidentiae significatio, prout à Theologis communiter accipitur, discrepat à praedicta nominis etymologia. Sumitur enim pro parte prouidentiae, qua praedestinationi respondet. Quia cum nullum aliud reperiat nomen, quo significemus prouidentiam, quam Deus exercet circa praescitos, & illam semper coniungamus praedestinationi: non immeritò Doctores frequentius reprobationis nomen accipiunt pro dicta parte prouidentiae.

12. *Reprobatio prouidentiae pars.* Dico igitur quartò. Reprobatio est pars prouidentiae. Probatur, quia nullus actus Dei, disponens executionem operis ad extra, poterit esse, nisi propter aliquem finem optimae gubernationis; alioqui Deus temerè & imprudenter operaretur ad extra. Quidquid autem

disponitur propter finem bonae gubernationis, disponitur à prudentia, & prouidentia. Vnde reprobatio cum ad extra causet exclusionem à regno, & poenam aeternam damnatorum, non potest non esse actus optimae, & prudentissimae prouidentiae. Confirmatur ex dictis supra sect. 2. conclus. 3. vbi subindicati sunt fines optimae gubernationis, quos reprobatio respicit.

Dico quintò. Reprobatio non est propria pars subiectiua, neque species physica prouidentiae; sed tantum est pars quantum ad obiecta, circa quae versatur: quoniam prouidentia versatur circa omnia obiecta, sed reprobatio non nisi circa quamdam partem illorum, quae omnia intelligenda sunt iuxta ea, quae diximus disput. 1. sect. 9.

SECTIO VI.

Supernaturalitas reprobationis, obiectum, & effectus breuiter attinguntur.

1. *I 3. Quomodo pars.* Dico primò. Reprobatio non est pars prouidentiae naturalis, sed supernaturalis. Probatur primò, quia qua ratione ad gubernatorem naturae pertinet permittere quarumdam rerum naturalium malum, atque defectum propter maius bonum aliarum rerum naturalium: ita permittere malum atque defectum personarum, quae sunt eleuata ad supernaturalem finem, & hoc permittere propter maius bonum eorum, qui supernaturalem finem assequuntur, non pertinet, nisi ad gubernatorem supernaturalem, in quantum supernaturalem finem respicit. Hoc autem est proprium reprobationis, vt optimè docet S. Thomas in praesenti articulo tertio corporis, probatumque manet superioribus sectionibus.

2. *Aliqui effectus reprobationis supernaturales.* Secundò probatur, quoniam reprobationis effectus non pauci sunt quantum ad intrinsecam entitatem supernaturales, quos tamen reprobatus conuertit in occasiones grauius peccandi, longiusque recedendi à fine supernaturali, quemadmodum ostendimus disput. 38. sect. 8. Prouidentia vero causans effectus entitatiue supernaturales, non potest non esse supernaturalis. Tertid, & praecipue probatur, quia reprobatio non sistit, tanquam in ultimo fine in punitione damnatorum, sed potius per praedestinationem ordinatur ad maiorem gloriam praedestinatorum, & maxime Christi Domini. Quamobrem reprobatio non est pars prouidentiae, tanquam ex aequo diuidens prouidentiam supernaturalem; sed est pars subordinata, directa, & quasi imperata per ipsam praedestinationem. Antecedens probabitur ex professo infra disputat. 16. praesertim sect. 7. & 8.

3. *Obiectum formale.* Dico secundò. Sequitur ex dictis, obiectum formale reprobationis esse Deum, in quantum est verus, & rationem formalem sub qua esse summam veritatem, quoniam intellectionis, & iudicij diuini non potest esse aliud obiectum formale, quemadmodum in simili dictum est de praedestinatione disput. praecedenti sect. 8. assert. 2.

Dico

4. *Materialis.* Dico tertid. Reprobationis obiecta materialia sunt homines, & Angeli damnandi, & omnes illorum qualitates, & circumstantiae siue naturales, siue supernaturales, quae ad permitenda eorum peccata, & obdurationem finalem, atque ad eorum punitionem conducunt. Imò suo modo peccata sunt obiecta materialia, non causanda, sed ordinanda: quemadmodum explicatum est disput. 1. sect. 8. post assertionem quartam.

5. *Effectus.* Dico quartò. Reprobationis effectus sunt non solum aeterna poena sensus, & damni, sed etiam permissio cuiusque culpa tam originalis, quam personalis, & permissio obdurationis ac finalis impenitentiae. Eadem ratione omnes circumstantiae tam naturales, quam supernaturales, quas Deus contulit propter alios fines, simul cum illis intendens permittere peccatum, & damnationem, sunt effectus reprobationis, vt ex professo probabitur disput. 38. sect. 9.

6. *In quo differant ab effectibus praedestinationis.* Dico quintò. Reprobationis effectus in eo valde differunt ab effectibus praedestinationis, quoniam totus fructus totumque bonum in praedestinationem reducitur, tanquam in per se causam principalem. Sed è contrario totum malum, & perditio reproborum reducitur, tanquam in per se causam, in eorum liberum arbitrium, non in reprobationem, nisi per accidens tanquam in causam remouentem prohibens. Insuper licet reprobatio sit per se causa punitionis, & aliorum effectuum entitatiue bonorum: ad eos tamen quodammodo compellitur à malitia reproborum, nec ad eos ducitur ex innata tantum propensione, sicut praedestinatio ducitur ad suos effectus.

ARTIC. IV. Vtrum praedestinati eligantur à Deo.

ARTIC. V. Vtrum praescientia meritorum sit causa praedestinationis.

DISPUTATIO III. Vtrum increata praedestinationis causam dari sit possibile, saltem de potentia absoluta.

SECTIO I. Ordinis ratio in doctrina seruandi, & status disputationis.

1. *Thores multi, sanctum Thomam imitati, de praedestinationis & reprobationis effectibus disputant prius, quam de illarum causa. Caterum potior est ordo naturae, atque doctrinae, qui postulat de causa naturae, de effectibus disputare. Accedit autem potissima ratio, quoniam in causa praedestinationis praecipuus totius praesentis operis, & controuersiae cardo vertitur: proptereaque nihil poterit de ceteris rebus certò, firmiterque constitui, nisi prius de causa fuerit constitutum. Rursus si naturae ordinè sequi permitteret ratio doctrinae, disputandum* Ruiz de Praedestinatione.

esset prius de causa praedestinationis, & reprobationis ex parte Dei, quam de causa, qua potest eidem praestari ex parte nostra: priusque foret absolunda tota disputatio de praedestinatione, quam de reprobationis causa tractaretur. Sed hunc ordinem qui sequuntur, plurima repeteri compelluntur: quoniam ratio, & autoritas praedestinationis, & reprobationis causam indissolubili vinculo copulauit.

2. *Prædestinationis nomen creata tribuitur.* Dicemus igitur de vtriusque causa simul, & de causa, qua potest exhiberi ex parte nostra prius, quam de causa, qua datur ex parte Dei, siquidem ex hoc puncto ceterorum decisio pender. Sed quoniam operosa nimium est, & prolixa controuersia praesens, praecipua fuit in praecedenti tomo de prouidentia, difficultas non exigua de causa praedestinationis ex viribus naturae, prout antecedunt gratiam, à disp. 6. ferè vsque ad finem illius tomi. De qua tamen dicemus aliquid infra disput. 5. ferè tota.

3. *Prædestinationis nomen creata tribuitur.* Quoniam praedestinationis nomen ab antiquis Patribus, & Scholasticis Doctoribus accipitur nõ raro pro creatis effectibus, quos à Deo praedestinas recipit; claritatis gratia deinceps praedestinationem in hac significatione acceptam, appellabimus praedestinationem creatam: sed increatam praedestinationem vocabimus ipsos actus diuinos, tam intellectus, quam voluntatis, quibus efficaciter ordinamur ad gloriam. Porro quaecumque de praedestinatione increata in praesenti disputatione dicemus, eadem volumus intelligi quoque de reprobatione increata, dummodo debita proportio seruetur.

4. *Prædestinationis nomen creata tribuitur.* Negotium hoc maxima sui parte pertineret potius ad generalem doctrinam de causa voluntatis diuinae, quam ex professo tractauimus tomo de volunt. Dei disput. 15. Veruntamen quoniam inde maximopere dependet decisio praesentis difficultatis, & quoniam quorundam authorum opinionibus à proprio loco diuisa quaestio de causa diuinae voluntatis, ceteris quaestionibus de causa praedestinationis vitium attulit: compellimur ex praedicta disput. 15. non pauca repeteri; plura tamen ad eum locum remittentes.

5. *Prædestinationis nomen creata tribuitur.* Supponendū est autè in primis, quamuis Doctores dissentiant circa praedestinationis essentiam, collocandā in actu intellectus, vel voluntatis: at tamen quando quaeritur praedestinationis causa, omnes Doctores in eo consentire, disputandum esse immediatè, & directè de actu voluntatis diuinae, videlicet, vtrum ex parte nostra extiterit aliquid, quod fuerit ratio, propter quam, veluti propter meritum, aut conditionem, aut impetrationem, aut aptitudinem, aut dispositionem, aut motuum cuiuslibet generis, Deus voluerit huic homini potius, quam alteri gratiam, & gloriam efficaciter donare.

6. *Prædestinationis nomen creata tribuitur.* Rectè igitur Durandus 1. dist. 41. n. 5. supponit, quado quaeritur causa praedestinationis, nõ queri causā eius, quod praedestinatione formaliter importatur, sed queri causam adiuncti, videlicet quare Deus vult electis conferre talia auxilia, &c. Nā si datur huius volitionis causa, consequens est dari causam praedestinationis, siue praedestinatori consistat in actu intellectus, siue in actu voluntatis. Cuius consecutionis ratio est, quia si praedestinator consistit in actu voluntatis, apertū est dari causam illius, si datur causa volitionis absolute conferendi gratiam, & gloriam. Si verò praedestinator consistit in actu intellectus, qui est imperium (vt ostendimus

dimus disp. 1. sect. 6.) cum ad hoc imperiū determinetur intellectus à libera voluntate, tanquam à mouente; consequens erit, esse causam illius imperij, quod fuerit causa precedentis voluntatis efficaciter conferendi gratiam, & gloriam.

7. Authores autem alij, qui predestinationem constituunt in cognitione simplicis intelligentiæ, per quam gloria, & quæcumque media ad illam necessaria cognoscuntur vt possibilis, tenebuntur etiam concedere causam predestinationis; si datur causa volitionis tribuendi gloriam, & adhibendi media ad hunc finem efficaciter consequendum. Etenim in omni sententia cognitio gloriæ, & mediorum vt possibilium, eo quod sit indifferens ad omnes homines, etiam reprobos, aut nunquam futuros, non habet rationem predestinationis, nisi adueniente prædicta volitione Dei. Quapropter quod fuerit causa prædictæ volitionis, erit etiam causa, propter quam illa cognitio habeat rationem predestinationis. Hanc ob causam foret clarior, & significantius inquirere, vtrum detur causa, propter quam Deus voluerit predestinare: sed breuitatis causa receptus est alter titulus, vtrum detur causa predestinationis.

8. Secundò supponendum est, neminem eò velle delirasse, vt assereret aliquid, ex parte nostra existens, esse causam diuinæ predestinationis, ita vt verè causaret immanentem, & increatam volitionem Dei, & realiter influeret in illam. Formalitas enim realiter identificata cum Deo, à nulla creatura potest verè, realiterque causari. Quod etiam Augustinus à posteriori demonstrat lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 2. ad finem, quoniam diuinæ volitionis causa deberet esse maior, & prior diuinæ volitione. Maior esset, eo quod foret æquiuoca causa: prior autem saltem prioritate naturæ. Vtitur eadem ratione lib. 83. questionum. q. 27. sine: cuius sententiam suppresso nomine vsurpauit Hugo Victorinus in summa sentent. tract. 1. cap. 13. sub initium. Sed expresso authore verba referunt, & sequuntur Magister & communiter Scholastici 1. dist. 45. §. Hoc itaque.

9. Ex quibus consequens est, difficultatem eò diuolui, vtrum aliquid creatum, ex parte nostra existens, possit esse conditio in obiecto requisita, & sufficiens, vt se diuina voluntas determinet ad hunc hominem predestinandum potius, quam alium; & consequenter ab illius conditionis, aut dispositionis præsentia pendeat volitio predestinandi hunc hominem: idque non solum quantum ad relationem rationis, & denominationem extrinsecam, prouenientem ab obiectis, sed etiam quoad ipsam veram, & realem volitionem liberam, quæ nimirum ex suo modo volendi, non esset in Deo, nisi præexistere præsentia prædictæ conditionis, aut dispositionis, quasi mouens, & applicans diuinam voluntatem.

SECTIO II.

Negative sententia auctores, & argumenta.

1. Non esse possibilem, etiam de potentia absoluta, causam increatæ predestinationis, quæ modo nuper explicata, daretur ex parte nostrâ, supponere videntur, qui existimant, non

alio sensu quæri posse causam predestinationis, nisi accepta predestinatione pro effectibus, quos in nobis caulat, ita vt petere predestinationis causam ex parte nostrâ, sit prorsus idem, quod petere causam totius collectionis effectuum predestinationis, vel causam denominationis extrinsecæ, quæ in diuino actu resultat ex ordine, quo caulat omnes effectus predestinationis, & consequenter in diuina volitione non sit alius ordo secundum rationem, quàm qui realiter existit in obiectis creatis, ab illis resultans in diuinam volitionem per relationem rationis. Ita Zumel in præsentis q. 23. artic. 5. sua quæst. 1. notat. 1. Molina supra q. 19. artic. 5. & q. 23. artic. 5. disput. 1. memb. 1. 7. & 8. Manifestius, quàm alij, Valquez disp. 91. c. 1. & disp. 94. c. 1. §. 1. Quinetiam Medina 3. p. q. 19. art. 4. col. penult. & vlt. censet impossibile, & minimè tutum esse dicere, predestinationem, aut electionem, prout est actus increatus, & liber, cadere posse sub merito: quia tantum effectus illius possunt cadere sub merito.

2. Probari potest primò autoritate antiquorū, inter quos S. Thomas supra q. 19. art. 5. & lib. 1. contra Gentes c. 87. docet, diuinam volitionem non aliter esse causam, nisi ex eo præcisè, quod Deus vult, vnam creaturam esse causam alterius. Apud eum itaque Deus non vult hoc, quia vult illud, sed tantum Deus vult hoc esse propter illud. Idè sentiunt Caietanus, & Ferrariensis eisdem in locis. Confirmatur primò, quia S. Thomas in præsentis q. 23. art. 5. corp. prope initium docet, in congruentia de causa predestinationis, non dubitari nisi de effectibus predestinationis, vtrum illorum omnium detur aliqua causa, quoniam de ipsa predestinatione dubitabit nullus. Eodem modo loquitur 3. p. q. 24. artic. 3. & 4. tractans, vtrum Christus Dominus fuerit causa nostræ predestinationis.

3. Confirmatur secundò, quoniam alij Scholastici antiqui non dissimiliter notant, quæstionem de causa predestinationis ex parte nostrâ, non esse de actu diuinæ voluntatis, sed de ordinatione voliti ad diuinam voluntatem. Ita S. Bonaventura 1. dist. 41. art. 1. q. 2. vbi Ricardus artic. 2. quæst. 1. Henricus quodlib. 4. q. 19. ante medium. Quod nuper ex D. Thoma retulimus, docet etiam Driedo tract. de predestinat. parte 1. cap. 3. quod est de hæresibus, & opinionibus, prope initium, & cap. 4. in solut. ad 4. argumentum. Præterea nec Christum Dominum, aut eius predestinationem potuisse causare predestinationem nostram, nisi solos effectus temporales illius, docent Alexand. 3. p. q. 3. memb. 5. Bonauent. 3. sentent. dist. 11. art. 1. q. 3. Albertus 3. dist. 10. art. vlt. vbi Ricardus art. 4. q. vltima, Durandus q. 3. Palud. q. 1. art. 3. conclus. 2. & 3. Gabriel 3. dist. 19. art. 2. post conclus. 4.

4. Confirmatur tertio, nam idem colligitur ex authoribus generaliter dicentibus, Deo non aliam esse rationem volendi nisi suam voluntatem. Sic enim Augustinus lib. de Genesi contra Manichæos c. 2. sine ait: *Qui ergo dicit: Quare fecit Deus caelum & terram? Respondendum est ei: Quia voluit.* Et Anselmus in Profolog. cap. 10. & 11. Deum sic alloquitur: *Id solum iustum est, quod vis.* Vnde prædictam sententiam negandi rationem aliam, præter diuinam voluntatem, accipiunt Alexander 1. p. q. 35. memb. 3. Albertus 1. p. q. 79. memb. 1. art. 1. p. 1. Henricus nuper citatus: Scotus 1. dist. 44. q. vnica. Gabriel 1. dist. 14. q. 1. art. 2. post 3.

SECTIO III.

Predestinationis increata dari causam secundum rationem, fuit possibile de potentia absoluta.

5. Secundum argumentum accipitur ex ratione D. Thomæ supra quæst. 19. artic. 5. quoniam Deus eodem vnico actu fertur in finem, & in media: ergo volitio finis Deo non est ratio volendi media. Consequentia probatur, quoniam idem actus non potest esse causa sui ipsius. Confirmatur, nec enim ratione ratiocinata distingui possunt diuinæ volitiones ab inuicem, si nihil reale addunt ratione ratiocinata distinctum à volitione necessaria: ergo neque secundum rationem vna volitio potest esse causa alterius.

6. Tertium argumentum accipitur ex eodem loco S. Thomæ, quoniam vna cognitio diuina non potest esse causa alterius cognitionis, idque propterea, quoniam Deus in vnico obiecto formali, scilicet in sua essentia, cognoscit omnia cognoscibilia: similiter autem in vnico obiecto formali, scilicet, bonitate sua, vult amabilia cuncta; ergo vna volitio Dei non potest esse causa alterius volitionis.

7. Quartum argumentum. Quia duo tantum concurrunt in voluntate predestinandi; quorum alterum est essentialis, & necessaria volitio, seu amor complacentiæ: cuius neque causa, neque ratio, neque motiuum, neque meritum, neque conditio potest esse quidquam contingenter existens ex parte hominum. Alterum est respectus rationis diuinæ volitionis ad gratiam, & gloriam nostram: cuius relationis causa potest esse aliquid contingenter existens ex parte nostrâ. Nihil igitur increatum est in volitione predestinandi, cuius ratio, causa, meritum, conditio, vel motiuum dari possit ex parte nostrâ. Consequentia probatur: quoniam actus liber Dei supra volitionem necessariam nihil re, neque ratione distinctum addit, præter relationem rationis.

8. Quintum argumentum. Sola diuina bonitas esse potest diuinæ volitionis vltimus finis, & obiectum formale (quemadmodum ostendimus tomo de volunt. Dei disput. 3.) ergo nulla volitio, qua Deus creaturam diligit, est possibilis, quæ moueat voluntatem Dei, vt velit aliam creaturam. Probatur consequentia, quoniam hoc genere motionis non mouet, nisi volitio finis ad volitionem mediorum.

9. Vnde etiam accipitur argumentum sextum, quia solus finis vltimus est ratio volendi se ipsum, & media: sed nulla creatura amatur à Deo quasi finis vltimus; ergo nulla creatura potest esse ratio, propter quam Deus velit ipsam creaturam, vel alias; sed tota ratio est diuina bonitas, quæ tanquam vltimus finis amatur. Maior probatur; finis enim est id, cuius gratia aliquid fit, & quod mouet ad amorem mediorum: ergo solus finis vltimus est ratio volendi se ipsum, & media. Confirmatur primò, quoniam medium in quantum medium non amatur propter se ipsum, sed propter finem: at omnis creatura tanquam medium amatur à Deo. Confirmatur secundò, quoniam vtile, in quantum vtile, non amatur propter se, sed propter honestum, vel delectabile, cui seruit; sed omnis creatura tanquam vtilis amatur à Deo: ergo ratio diligendi creaturam accipi non potest ex ipsa creatura.

Quæ de Predestinatione.

1. Non obstantibus illis argumentis, vnica conclusione respondemus, de potentia absoluta fuisse possibile, predestinationis increata dari quodammodo causam secundum rationem, non tantum ita, vt vnus actus Dei sit ratio alterius actus, secundum rationem mouens ad illum, sed etiam ita, vt obiecta creata sint quandoque ratio, siue conditio, suo modo determinans diuinam voluntatem. Conclusionem hanc explicio magis sequentibus propositionibus. Prima. Eadem causa creata, quæ caulat predestinationis effectus, caulat etiam relationes rationis, & denominationes extrinsecas, quæ in diuinam intellectiōem & volitionem resultant ex obiectis productis ad extra. Secunda propositio. Predestinationis ipsius increatæ, quæ realiter est in Deo, & realis volitionis predestinandi, & realis imperij potest aliquid esse causa secundum rationem.

2. Tertia propositio. Predestinationis potest esse causa secundum rationem, alter actus Dei, veluti amor, quo se ipsum, & suas creaturas diligit, atque voluntas efficax manifestandi sapientiam, potentiam, & bonitatem, & cognitio alicuius actionis humanæ futuræ in tempore. Quarta propositio. Predestinationis increatæ quodammodo, & secundum rationem, causa potuit esse aliquid creatum, tanquam obiectum, cuius cognitione moueretur diuina voluntas: idque siue vt meritum, siue vt dispositio, siue vt conditio requisita. Quinta propositio. Modus iste causalitatis in eo consistit, quod volitio diuina, ex vi modi tendendi, quem habet de facto, non vellet hunc predestinare, nisi visio intuitiua talis actionis supernaturalis, vt absolute futuræ, foret conditio, determinans diuinam voluntatem ad predestinandum. Hanc autem causalitatem, non asserimus existere de facto, sed solam, & præcisam illius possibilitatem asseueramus.

3. Sic intellecta conclusio probatur primò, nam ex eo capite generali, quod detur causa diuinæ voluntatis, non repugnat dari causam volitionis predestinandi: quin potius Deus de facto non modò vult, vnam rem esse propter aliam rem, sed etiam Deus propterea vult vnam rem, quia vult aliam rem, & propterea vult vnam rem, quia cognoscit aliam rem esse futuram: si conjunctiones illæ causales non significant veram, & realem causalitatem, sed causalitatem secundum modum intelligendi, quæ non est aliud, quàm esse rationem volendi. Generalis hæc doctrina sufficienter probata fuit tomo de volunt. Dei disput. 15. Porro nulla peculiaris repugnantia reperitur ex eo, quod sit voluntas predestinandi, ne possit ea voluntas ex parte obiecti creati rationem aliquam habere, vt magis constabit inferius.

4. Confirmatur primò, quia quantum est ex eo capite, quod sit operatio diuina, & increata (cui præcipue nititur contraria sententia) non est maior ratio predestinationis ad gloriam, quàm predestinationis ad pœnam: sed predestinationis ad pœnam potest dari ratio & causa

1. Conclusio.

2. Vbi notat ex- plicatio.

3. Quis modus talis causalitatis.

4. Predestinationis ad pœnam causa ex parte nostrâ.

ex parte nostra (sicut de facto datur.) ergo quantum est ex eo capite, quod predestinatio sit operatio diuina, & increata, fuerit possibile dari causam, siue rationem predestinationis ad gloriam. Aliunde vero sicut ex se ipsis opera mala merentur predestinationem ad poenam: sic supernaturalia opera ex auxilio gratiae mereri possent predestinationem ad gloriam, si Deus, ut potuit, non prius predestinaret ad gloriam, quam praeuideret supernaturalia opera tanquam absolute futura.

5. Minor illa, videlicet, positiuae reprobationis, ac predestinationis ad poenam dari causam, & rationem ex parte reprobatorum, probatur ex Patribus, apud quos Dei voluntas consequens *ortum & rationem ducit ex nostro vitio*; sicut loquitur Chrysostomus serm. 1. in epist. ad Ephes. Damascenus lib. 2. de fide cap. 29. versus finem, & dialogo contra Manichaeos versus finem, dicens secundariam Dei voluntatem esse, quod earum verum, quae contingunt, causa, Deus vult. Quorum sententiam sequuntur omnes Scholastici tractantes de voluntate consequenti, & consonant alij Patres, ut vidimus tom. de voluntate Dei disp. 19. & 20.

6. Confirmatur secundò multis testimoniis Scripturae sanctorumque Patrum, praesertim Augustini, Prosperi, Fulgentij, & Anselmi, quorum verissimam sententiam collegit Prosper ad 8. caput Gallor. sine, dicens: *Ut qui saluantur, ideo salui sint, quia illos voluit Deus saluos fieri: & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.* Multa praedictorum Patrum verba nobis occurrent in sequentibus disputationibus, veluti disput. 11. sect. 2. & multis sequentibus, praesertim disp. 15. sect. 3. Accipitur autem illa sententia ex Deuteronomio cap. 9. *Nec enim, ait, propter iustitias tuas, & aequitatem cordis tui ingredieris, ut possideas terras eorum: sed quia illa egerunt impie, introeunte te, deleto sunt, & ut compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est.* Obserua causalem illam, quia illa egerunt impie, deleto sunt. Obserua praeterea quendam veluti dependentiam predestinationis ad possidendam terram Palaestinae: nam haec predestinatio supponebat, antiquos habitatores propter scelera fuisse delendos. Non aliter Tobiae 13. *Castigauit nos, inquit, propter iniquitates nostras; & ipse saluabit propter misericordiam suam.*

7. Secundò probatur conclusio principalis, quia quantum est ex parte effectuum predestinationis, non repugnat plurimos illorum fieri sine predestinatione, aut praedefinitione; nam omnes effectus liberi potuerunt existere absque predestinatione, seu praedefinitione: quemadmodum probatum est praecedenti tomo de prouidentia disp. 9. sect. 11. assert. 2. necnon in tomo de volunt. Dei tota disput. 50. nam ibi probatum est actiones liberas existere posse, si prouidentia Dei offerat concursum necessarium ad eas producendas: quamuis per absolutam, & efficacem voluntatem non decernat, ut producantur; sed hoc permittat electioni voluntatis creatae.

8. Confirmatur primò, quia licet sit absolute necessarium per Dei prouidentiam decerni media, & auxilia gratiae, virtute quorum homines possint supernaturales actiones exercere, quibus gloriam mereantur; nihilominus non est simpliciter necessarium, eadem prouidentiam per

Dei voluntas consequens.

Effectus liberi praedestinationis.

absolutam volitionem certò constitui, ut tales homines in particulari tales actus meritorios eliciant: sed de potentia absoluta, rerum naturis attentis, possibile fuit intentionem in Deo fuisse tantum antecedentem, & quasi conditionatam, videlicet, intendendo tantum, ut homines, si vellent, & quando vellent, operarentur meritorias operationes, quas vellent, ac decernendo gloriam, ut praemium tribuere iis, quos praeuideret per suam gratiam, & auxilia, fuisse seferuaturus.

Confirmatur secundò peccatorum exemplo. Nam eorum materiales actiones Dei generalem concursum, & prouidentiam requirunt, ut producantur: nihilominus nec praedefiniuntur, nec praedefiniti possunt. Porro capacitas predestinationis, seu praedefinitionis recipienda, quae reperitur in solis operationibus honestis, non affert illis maiorem indigentiam, ratione cuius non possint produci, nisi praedefiniantur, aut praedefiniantur. Liberum enim arbitrium oblata diuinae gratiae cooperari potest assentiendo, sicut potest dissentire, si velit, ut decernitur in Tridentino sess. 6. can. 4.

Confirmatur tertio, quia neque scientia conditionata necessaria est, ut fiant operationes supernaturales, quibus prauiis tanquam absolute futuris, Deus decernat beatitudinem retribuere. Sublata vero scientia conditionata non esset possibilis certa, & inuariabilis praedefinitio, vel praedestinatio bonarum operationum, quemadmodum probatum est tomo de scientia Dei, tota disput. 69. Ratio vero probans, conditionatam scientiam non requiri, deducitur ex praecedentibus, quoniam ut aliquis effectus simpliciter possit existere, satis est, Deum velle creatae voluntati tribuere cuncta principia proportionata, & necessaria, iuxta exigentiam talis actus, & offerre paratum ex parte sua concursum necessarium eiusdem ordinis cum actu, atque his suppositis, arbitrium finire, ut si velit, operetur. Haec autem omnia consistere possunt absque scientia conditionata, & absque praedestinatione, vel praedefinitione.

Tertia probatio sit veluti confirmatio praecedentis, quoniam aliqui Patres existimare videntur, de facto meritorum praescientiam fuisse causam predestinationis. Quapropter ut minimum ex illis colligi potest, eum modum prouidendi fuisse possibilem. Sic enim Hugo de Sancto Victore tomo 1. quaestionibus in epist. ad Roman. quaest. 214. ait: *Sicut Filius est causa Spiritus sancti, sic & praescientia est causa predestinationis, quam naturaliter, non tempore praecurrit.* Quod tamen est temperandum, ut neque Filius sit proprie causa Spiritus sancti, sed principium, secundum Latinos Theologos, neque praescientia sit realiter causa, neque principium, sed tantum secundum rationem. Cui consonat quod inter eadem quaestiones quaest. 235. refert sanctum Hieronymum dixisse: *Deus nihil facit quia vult, sed quia ratio est sic fieri.* Quapropter in quaest. 338. rationem reddit, propter quam quidam homines potius, quam alij fuerint praedestinati. Veruntamen de hoc, aliisque similibus testimoniis aliorum Patrum erit dicendum disput. 11. praesertim sect. 6. & sequentibus.

Confirmatur, quia tanquam de re possibili loquuntur Augustinus, & Augustiniani Patres, quando

9. Peccati materiales actiones.

10. Scientia conditionata quomodo requiratur ad praedestinationem.

11.

12.

quando negant predestinationem fuisse factam ex praescientia meritorum supernaturalium; propterea quae possibilitas haec colligi potest ex eorum verbis. Prosper enim ita loquitur tota epist. ad Augustinum. quae habetur ante librum de predestinat. Sanctor. praesertim colum. vltima, illis verbis: *An per praescientiam possit stare propositio; an vero uniformiter, licet diuina praescientia tamen quodam ordine sit submixta proposito? Quae verba quamuis interrogantis sint, & non afferentis; ex epistolae tamen contextu constat, his verbis interrogare, vtrum Augustinus probet, quod Prosper existimabat verum, ex mente Augustini deductum. Deinde paulo post Massiliensium sententiam de praedestinationis causa, ex parte nostra concludit hoc epologo: *Per ob hoc Deus alios causa honoris, alios contumelie fecerit; quia finem uniuscuiusque praeciderit, & sub ipso gratiae adiutorio, in qua futurus esset voluntate, praescierit.**

13. Simili modo loquendi per causales propositiones, iuxta quas Deus ideo quosdam elegerit, quoniam praescierit fidem, aut opera futura, frequenter Augustinus vitur, quando responderet praedictae interrogationi Prosperi, refutando causam predestinationis ex praescientia, quam Massilienses asseriebant: ut videre est lib. de praedest. Sanct. capit. 18. praesertim ante medium illis peculiariter verbis: *Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus sancti, & immaculati.* Et sequenti capit. 19. sub initium: *Non quia futuros tales nos esse praesciuit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiae suae, &c.* nimirum, ponderans testimonium Apostoli ad Ephes. 1. Similia docet epist. 105. ad Sixtum, & epist. 106. ad Paulinum, praesertim dum explicat locum Pauli Roman. 9. *Non ex operibus, sed ex vocante, &c.* Praeterea lib. 1. ad Simplician. quaest. 2. ait: *Non quia inuenit Deus opera in hominibus, quae eligat, ideo manet propositum iustificationis ipsius; sed quia illud (propositum) manet, ut iustificet credentes, ideo inuenit opera, quae iam eligat ad regnum caelorum.*

14. Praedictum loquendi modum imitantur Prosper in epist. ad Rufinum, de gratia & libero arbitrio, & in aliis opusculis, necnon Fulgentius, & Petrus Diaconus locis citandis infra disput. 11. sect. 1. & 2. Tandem apud hos, & ceteros Patres nullibi reperies absolutam impossibilitatem huiusmodi praedestinationis. Quam si putarent inuenire, nequaquam omisitissent illam suis aduersariis opponere; impossibilitas enim funditus euertit assertionem actualis facti.

15. Quarto probatur ex authoribus Scholasticis, inter quos Alexander 1. part. quaest. 28. memb. 3. art. 3. & Albertus 1. p. quaest. 63. memb. 3. artic. 1. quaest. incidente prima, tradunt expresse, bonorum operum praescientiam esse posse rationem volendi dare gloriam, & electionem esse posse rationem volendi dare gratiam. Et adiungunt causales propositiones esse concedendas in diuinis operationibus; si non significant veram causam, sed tantum rationem. Hanc sententiam supponere videntur omnes illi Theologi, qui putant praescientiam futurae virtutis, & perseverantiae, rationem fuisse praedestinati quosdam; sed alios reprobandi rationem fuisse praescientiam finalis peccati. Hos auctores citabimus infra disput. 7. sect. 1. & 2. & disput. 15. sect. 1.

Ruiz de Predestinatione.

16. Alij plerique Doctores, dum explicant titulum quaestionis de causa predestinationis, prius exclusa reali & vera causalitate, notant, sermonem esse de ratione, conditione, aut dispositione, propter quam Deus praedestinavit, aut proposuit dare gloriam, ita ut verum sit dicere: Propterea Deus ab aeterno praedestinavit hanc personam, quoniam praecidit has, vel illas operationes liberas illius. Ita titulum explicant Gregorius 1. dist. 41. quaest. 1. art. 2. vbi Gabriel quaest. vnica initio, Marcellus lib. 1. q. 31. artic. 2. initio. Magis expresse, quam alij, conclusionem nostram docuere Maior 1. distinct. 41. quaest. vnica, prope initium, Soarez lib. 1. de praedestinat. cap. 7. §. vltimo, & cap. 15. & lib. 2. de praedestinat. cap. 2. 2. & 3. p. quaest. 19. artic. 3. disput. 41. sect. 4. initio, & disput. 5. sect. 1. dum soluit secundam, & tertiam difficultatem.

SECTIO IV.

Probationes aliae possibilitatis eiusdem.

17. It prima probatio, quoniam increatae perfectioni volitionis praedestinati quosdam in communi, & vagè, non repugnat illius rationem dari: ergo increatae perfectionis rationis praedestinati talem, aut talem personam in particulari non repugnat illius rationem dari. Consequentia probatur; licet enim ratio praedestinati talem personam in particulari potius, quam aliam, habeat minorem convenientiam ad ostensionem diuinorum attributorum, propterea quae de facto non fuerit praesupposita: nihilominus ardentia quidditate diuinae volitionis, prout liberè tendit ad praedestinos in communi, vel ad praedestinos in particulari, nihil excogitari potest, quod physicam impossibilitatem afferat vni rationi potius, quam alteri. Quin potius inde magis commendabitur Dei gratia, & misericordia erga praedestinos; quia cum potuerit illorum saluti consulere, conferendo cuncta remedia salutis, sed non praedefiniendo cooperationem illorum: maluit tamen praefinire, ut indeclinabiliter, & inseparabiliter per eius praedestinationem agerentur. Antecedens huius probationis, videlicet, dari rationem diuinam praedestinationis in communi, docent S. Thomas in praesenti quaest. 23. art. 5. ad 3. Durandus 1. dist. 41. quaest. 2. art. 2. num. 11. & alij Doctores, etiam illi, qui negant causam praedestinationis in particulari, quorum loca notabimus infra disput. 7. sect. 4.

18. Secunda probatio a priori sic procedit. Quamuis sola Dei bonitas sit vltimus finis increatae volitionis, & primus motor illius; attamen creaturae possunt esse subordinati fines: sicut homo est finis mundi corporei; sed hominis finis est beatitudo, beatitudinis autem finis est gloria Dei, cuius vltimus finis est ipsa Dei bonitas (quos subordinatos fines increatae volitionis concedit S. Thomas lib. 1. contra Gentes cap. 86. & alij Theologi.) igitur amor increatus rei, quae est finis subordinatus, potest esse ratio, mouens ad volitionem increatam alterius rei, quae est medium: sicut increata volitio producendi hominem, potuit mouere ad increatam volitionem producendi mundum corporeum. Igitur pari ratione prauius alicuius operis absolute

16.

17. Increata & vaga praedestinationis ratio non repugnat.

18. Finis vltimus, & subordinatus vltimae volitionis quis.



solutè futuri, potuit esse ratio, mouens ad increatam volitionem retributionis, iuxta qualitatem illius. Nec enim afferri potest maior ratio repugnantia, propter quam increata præscientia futurorum non possit mouere ad increatam volitionem, si potest vnus obiecti volitio mouere ad aliam volitionem increatam.

3. *Res creatæ dispositiones ad alias.* Confirmatur, etenim quædam res creatæ sunt conditiones, aut dispositiones requisitæ ad alias res creatas. Est autem rationi consentaneum, ibi rem vnquamque producere, vbi inveniuntur eius dispositiones, & conditiones potius, quàm alibi. Ergo præscientia dispositionum, & conditionum, erit ratio, determinans Deum, vt liberè velit aliquem effectum in tali subiecto producere. Quod explicatur exemplo, nam si Deus aliquem hominem omnino liberum relinquat, vt ex adulterio generet filium, si velit, vel non generet, si nolit: præscientia futuræ generationis liberæ, poterit esse ratio determinans, vt Deus velit huic corpori rationalem animam infundere; iam ergo præscientia futuræ operationis liberæ potuit esse ratio increatæ volitionis producendi aliquem effectum.

4. Huic, & similibus argumentis aduersarij respondent primò, concedendo, Deum velle, vt vna creatura sit causa & ratio alterius; sed negando, rationem esse, & causam diuinæ voluntatis increatæ. Veruntamen argumentum probat vtrumque, nam increata volitio Dei verè vult, hanc animam rationalem infundendam in hoc corpus, hoc loco & tempore creare. Quod si rationem petas, quare non voluit Deus creare in alio instanti, vel in alio loco, talem animam infundendam in hoc corpus? Ratio non erit alia in presenti casu, nisi quia Deus præuidit, hoc loco & tempore liberè disponendam esse materiam, præsupposita libera operatione parentum, committentium adulterium. Eodem igitur argumento poteris vtgere præscientiam bonorum operum absolutè futurorum, vt illa potuerit esse ratio, propter quam Deus huic homini potius, quàm alteri, gloriam tribuere decreuerit.

5. *Quæ virtute & modo anima rationalis existat.* Confirmatur; aduersariorum quippe solutio contradictionem inuoluit. Cum enim anima rationalis existat solius Dei virtute, & necessariò existat quo loco, & tempore Deus vult illam existere, nec resultat ex dispositione eius corporis: manifestum est, dispositiones huius corporis, hoc tempore & loco liberè productas, non determinare, vt existat hinc & nunc anima rationalis, nisi fuerint obiectum, quod à Deo præuisum, sit ratio mouens, vt increata volitione decernat, hinc, & nunc rationalem animam creare. Quocirca dispositiones nulla ratione causant, vel determinant, vt existat substantia rationalis animæ (præscindendo ab vnione), nisi quatenus sunt obiectum diuinæ præscientiæ: proindeque sunt ratio per intellectum diuinum proposita, vt volitionem increatam determinet. Dispositiones enim corporeæ sua causalitate non attingunt substantiam animæ rationalis quoad illius existentiam, sed tantum quoad vnionem.

6. Respondent secundò, concedentes, obiecta creata esse causas & rationes earum relationum rationis, siue denominationum extrinsecarum, quas tantum addit volitio libera Dei supra volitionem necessariam. Sed ne in re obscurissima

latibulum aduersarius inueniat, distinguere oportet inter id, quod est diuina volitio libera, & id quod addit. Nam siue addat, siue non addat formalitatem realem ratione distinctam; illud debet esse certum, decreta Dei de producendis creaturis, etiam quatenus ad creaturas efficaciter tendunt, & ad illarum productionem determinantur, esse aliquid reale verè diuinum, & increatum: vt probauimus tomo de volunt. Dei disput. 11. & 12. & ex parte supra disput. 1. sect. 5. Cum igitur ex superiori discursu constet, dari posse rationem, ob quam Deus decreuerit, hinc, & nunc animam rationalem producere: fit consequens, dari rationem non tantum denominationis extrinsecæ, vel relationis rationis, sed etiam realis, & increatæ volitionis, prout ad producendam efficaciter animam rationalem determinat increatam voluntatem, quæ ex se erat indifferens. Eadem solutiones aduersariorum, si probationibus sequentibus accommodentur ab illis, venient refutandæ eisdem argumentis, paulo mutatis secundum exigentiam materiæ.

7. *Cognitio Dei qualiter dirigit eius volitionem.* Tertio probatur principalis conclusio. Deus vera & reali volitione efficaci, seclusa metaphora, voluit ab æterno, sibi vnione hypostatica copulare naturam humanam, non autem naturam Angelicam, neque irrationalem naturam: & vera, realique cognitione Deus cognouit naturam humanam, quoniam est rationis capax, aptam esse, vt assumatur, & propter vniuersalem lapsum magis indignis redemptione, & propter flexibilitatem arbitrij magis esse capax reparationis, quàm naturam Angelicam. Quo supposito, si hæc cognitio Dei nulla ratione direxit volitionem incarnandi, nec impulit ad illam; sequitur, volitionem Dei ad meliora obiecta ferri, non quidem consilio, & rationis ductu, sed casu fortuito, perinde ac si rationes rerum Deus non cognosceret. Etenim qui opera, ex se magis rationi conformia, eligit, sed non impulsus, aut directus à cognitione dictante, illa esse magis rationi conformia, non est laudandus à maiori prudentia, maiori que conformitate cum ratione recta. Cunctis operibus Dei generale est hoc argumentum; licet claritatis causa fuerit in prædicto exemplo constitutum. Cum igitur inde proberur, diuinam cognitionem ostendere posse rationem impellentem, & suo modo determinantem ad liberam volitionem increatam: nihil est, quod prohibeat, præuisionem bonorum operum absolutè futurorum ostendere posse rationem increatæ volitionis prædestinandi, saltem de potentia absoluta.

8. Probatur quartò, quoniam si prædestinationis increatæ nullo modo possibilis est causa, id est, ratio mouens: sed tantum est possibilis causa & ratio effectuum illius, & relationum rationis, resultantium ex eisdem effectibus; sequitur, frustra omnes Theologos desudare in querenda prædestinationis causa; cum inter Catholicos iam constet, gratiam, & opera bona causare gloriam per modum meriti & dispositionis, & quodammodo causæ efficientis: at verò gloriam esse causam finalem bonorum operum; & præterea constet, primæ gratiæ auxiliatricis nullum esse propriè meritum, dispositionem, causam, aut rationem: vt vidimus tomo præced. de prouidentia disput. 16. & multis sequentibus. Vnde sic argumentor. Theologi Doctores postquam sciunt ordinem causalitatis, quam inter se

*Decretum de producendis creaturis quale.*

*Cognitio Dei qualiter dirigit eius volitionem.*

*Gratia quomodo causat gloriam.*

habent in re omnes effectus prædestinationis, adhuc dubitant de ordine causalitatis secundum rationem, quem inter se habent increata cognitio, & electio ad gloriam: supponunt igitur inter hos actus diuinos esse possibiles causalitates diuersas à causalitatibus effectorum.

9. Confirmatur, quia controuersia de modo, quo nos possumus ad primam gratiam disponere, definienda est tanquam ex propriis principiis, ex quidditate gratiæ, quæ gratis, ac sine vilo prorsus debito conferri postulat. Aliter autem controuersia de causa prædestinationis ad primam gratiam, definienda est tanquam ex propriis principiis, ex præscientia, & volitione increata Dei: ergo controuersia de causa prædestinationis increatæ non est eadem, quæ controuersia de causa prædestinationis creatæ, videlicet, effectuum prædestinationis.

10. Vnde consurgit etiam probatio quinta, quia nulla prorsus ratio difficultatis inueniretur in concordia libertatis cum causa prædestinationis: si electio efficax ad gloriam alio nullo sensu præcederet liberæ operationes prædestinatorum, nisi quatenus Deus vult, vt gloria sit finis primò intentus ab homine, & ab hac prioritate diuina volitio denominatur esse prior. De cuius rationis pondere videri possunt quæ diximus tomo de voluntate Dei disput. 22. præsertim sect. 4. Confirmatur, eadem quippe ratione cessaret controuersia, vtrum prædestinatio sit ratio præscientiæ Dei. Nam erit impossibile prædefinitionem increatam esse causam præscientiæ; nisi formaliter & præcisè, quatenus Deus vult actiones futuras, ab ipso prædestinatas, esse obiecta suæ præscientiæ: quod à nullo Theologorum reuocatur in dubium.

11. *Prædestinationis effectus.* Sextò, simili argumento conuincitur inutilis esse labor authorum, disputantium de causa, vel motiui Incarnationis, an fuerit peccatum originale præuisum. Quia quod attinet ad effectus, extra Deum productos, fides docet, originali peccato fuisse damnatum genus humanum, & à Christo Domino fuisse redemptum. Si ergo de creatis effectibus quaritur, aut de relationibus, inde resultantibus in Deum, non potest inter Catholicos esse dissidium. Quare variæ sententiæ non erunt inter se dissidentes, nisi de causa increatæ volitionis incarnandi. Idem argumentum confici potest circa quæstionem inferius disputandam, vtrum naturalia bona vitæ, valetudinibus, ingenij, fortunarum, sint effectus prædestinationis.

12. *Intellectionum, volitionum & obiectorum ordo quis.*

Probatur septimò, quoniam ordo prioritatis inter volitiones, & intellectiones increatas, sæpè discrepat ab ordine, quem obiecta creata seruant inter se (quemadmodum probatum est tomo de voluntate Dei disput. 22. sect. 3. & 4.) sed ordo prioritatis consistit in quadam veluti dependentia, præsertim verò in causalitate secundum rationem: ergo causalitas intellectionis, aut volitionis increatæ respectu alterius increatæ operationis, sæpè discrepat à causalitate, qua se respiciunt inuicem obiecta creata. Quamobrem ordo causalitatis, reperitur inter creatam prædestinationem, & illius partes, necnon ordo relationum rationis, ex prædestinatione creata resultans in Deum, poterit discrepare ab ordine causalitatis, quem seruant inuicem actus prædestinationis increatæ: ac proinde illorum erit peculiaris aliqua ratio, & quodammodo causa.

13. *Diuinorum actuum causalitas.* Probatur octauò, quoniam idem obiectum, & eundem modum cauendi duarum rerum, potest Deus velle duplici diuerso ordine suorum actuum: ergo causalitas diuinorum actuum ad inuicem non est idem formaliter, quod est Deum velle, vt vna creatura sit causa alterius creaturæ. Antecedens explicatur, & probatur exemplo contritionis, & gratiæ. Quia contritionem esse dispositionem ad gratiam iustificantem, & gratiam iustificantem esse finem, & quodammodo effectum contritionis tanquam à dispositione prouenientem ab illa, hoc totum complexum potest Deus velle duplici modo & ordine. Primò quidem ita vt volitio gratiæ conferendæ sit prior, quàm præuisio futuræ contritionis: secundo modo ita vt præuisio futuræ contritionis sit prior, quàm efficax volitio conferendi gratiam iustificantem. Si igitur retenta omnimoda identitate, quantum ad hoc, quod Deus velit, gratiam iustificantem existere propter contritionem vt propter dispositionem, & contritionem existere propter gratiam iustificantem vt propter finem: potuit varietas esse in ratione diuinæ volitionis, & cognitionis; consequens est, huius creatæ volitionis rationem dari non esse formaliter idem, quod est Deum velle, vt contritio sit propter gratiam iustificantem vt propter finem, & gratia iustificans sit propter contritionem vt propter dispositionem.

*Gratia & contritio.*

14. Confirmatur primò, Deus enim pro sua libertate potest variare suarum volitionum ordinem, retento eodem ordine circa suorum obiectorum causalitatem: vt ostendimus tomo de voluntate Dei disput. 22. sect. 3. & 4. Confirmatur secundò, quia duas res in particulari, quarum vna sit medium, & altera finis, Deus potest velle triplici prioritate suarum volitionum. Primò namque potest medium velle prius, quàm finem. Secundò potest finem velle prius, quàm medium. Tertio potest vtramque rem, scilicet finem, & medium, velle simul (sicut probatum est tomo de voluntate Dei disput. 24. præsertim sect. 2. & 3.) Ergo Deus non solum vult, hanc rem esse propter illam vt propter finem, sed præterea datur ratio, propter quam Deus velit: siquidem huius rationis ordo multiplex est identitate retenta circa creatum ordinem, quem Deus esse vult prædictis in rebus.

*Idem.*

15. *Ordo intentionis & executionis in diuinis actionibus.* Probatur nonò, nam in diuinis actionibus intentionis ordo diuersus est ab ordine executionis, (vt ostendimus tomo de voluntate Dei disput. 24. sect. 1. & maxima Theologorum pars concedit;) sed ordo prioritatis consistit in causalitate, seu dependentia secundum rationem: ergo prædestinationis increatæ ratio, & quasi causa potest esse diuersa à ratione, & ordine executionis, qui reperitur inter prædestinationis effectus.

*Idem.*

16. *Finis à Deo intentus.* Probatur decimò, Deus enim vult, aliquas operationes hominum ab illis fieri propter vnū finem, sed tamen diuinæ volitionis diuersus est finis proximus: igitur ratio, & motiui increatæ volitionis non est formaliter idem; quod est Deum velle creaturam istam esse propter illam. Antecedens probatur exemplo Chrylostomi, Basilij, Ambrosij, & aliorum, quos populus tanto auditijs ad Episcopatum postulabat, quanto illi constantius dignitatem recusabant. Quo supposito sic argumentor. Actiones recusandi Episcopatum ab Ambrosio non fieri propter populi desiderium,

*Idem.*

*Sancti qui Episcopatum recusarunt.*

fiderium, & amorem excitandum, Deus voluit: & simul voluit has actiones ab Ambrosio fieri eo fine, vt populus ab eius electione desisteret; nihilominus huius volitionis diuina proximus finis fuit, vt populi desiderium, & amor erga patrem accenderetur magis, explorata illius modestia, & honorum contemptu: ergo finis proximus, & motuum diuinae volitionis, diuersus est aliquando a fine proximo, quem Deus vult ab hominibus intendi per suas operationes. Vnde tantidem efficitur, etiam postquam constituerit ordo causalitatis, quem inter se habent predestinationis effectus, nondum constare, sed inquirendam restare rationem causalitatis, & ordinem, quem Deus liberè constituit inter suos actus increatos ad predestinationem concurrentes.

17. Probatum vnde dicitur, quia nullam imperfectionem infert in volitione predestinandi, dari rationem illius ex parte nostra: igitur hoc erit possibile. Antecedentis præcipua probatio erit solutio argumentorum in sect. sequenti. Sed præterea probatur exemplo scientiæ visionis, quæ determinatur à futura existentia nostræ operationis liberæ, tanquam ab obiecto materiali, ita vt nisi prius in genere obiecti supponeretur, nostram actionem esse liberè futuram, non prouideretur ex vi præscientiæ in æternitate (licet ex vi decreti potuisset cognosci,) vt fuscè probatum est tomo de scientia Dei disp. 28. & 29. Nihil ergo contra perfectionem diuinæ volitionis erit, ab obiecto viso liberè determinari. Præterea scientia de causis est ratio determinans diuinum intellectum, vt in causis cognoscat effectus, ex illis necessariò, vel infallibiliter resultantés, (licet etiam cognoscat effectus in se ipsis,) vt probatum est eodem tomo de scientia Dei, disp. 10. & 14.

18. Confirmatur, quoniam hæc propositio: Propterea Deus ab æterno præstitit Petrum esse peccatum, quia Petrus erat peccator, admittitur à pluribus Patribus, & Scholasticis, quos retulimus in eodem tomo de scientia Dei disp. 36. Et quamuis iste loquendi modus sit minus proprius, Catholicum tamen & verum sensum habet; ergo non erit contra diuinam perfectionem eodem sensu causalitatis affirmare propositionem hanc: Deus propterea vult Petrum punire, quoniam Petrus est peccator, & propter eandem rationem vult illum destituere. Sic tamen vt vtraque propositio rationem reddat scientiæ & volitionis increata.

SECTIO V.

Solutio argumentorum, quæ posita sunt in sectione secunda.

1. AD primum respondetur. S. Thomas supra quæst. 19. art. 5. & lib. 1. contra Gentes c. 87. tria docet. Primum est, nullam creaturam esse propriè, realitèrque causam diuinæ volitionis. Secundum est, diuinos actus non esse propriè, realitèrque causas aliorum actuum diuinorum; quoniam non distinguuntur realiter ab illis. Tertium est, inter actus diuinæ volitionis etiam secundum rationem non dari causalitatem illam, & proportionem, quæ reperitur inter nostras volitiones realiter. Nam sicut noster intellectus à cognitione principiorum procedit ad cognitionem conclusionis, quæ est cognitio diuersæ

speciei à præexistente cognitione principiorum; ita nostra voluntas ab intentione finis pergit ad electionem mediorum, quæ si fuerit mera & formalis electio, specie distinguetur ab intentione finis. In Deo tamen neque secundum rationem datur iste processus cognitionum, aut volitionum: quoniam omnium, quæ Deus cognoscit, eadem est ratio formalis, & omnium, quæ Deus vult, eadem est ratio formalis: ac proinde neque secundum rationem specie distinguuntur inter se inuicem intellectiones diuinæ, similitèrque volitiones. S. Thomas igitur nihil intendit aduersus conclusionem, probatam præcedentibus sectionibus, præsertim cum illa non obscure colligatur ex aliis locis eiusdem, vt vidimus sect. 3. & in tomo de voluntate Dei disp. 15. præsertim sect. 3.

2. Ad primam confirmationem respondetur. S. Thomas in corp. præsentis articuli 5. non disputabat, nisi de vera & reali causa effectuum predestinationis: at in solutione tertij argumenti mutat loquendi modum, & concedit rationem diuinæ electionis, & reprobationis in communi. Ad secundam confirmationem respondetur, eodem modo intelligendos esse Doctores alios, præsertim S. Bonaventuram, qui apertè concedit, rationem predestinationis, & reprobationis fuisse præuisionem meritorum.

3. Ad tertiam confirmationem respondetur, illos Patres, & Scholasticos intelligendos esse de reali causalitate. Notantur etiam ab illis Patribus tria, quæ verissima sunt. Primum est Deum non indigere alieno consilio, vel exhortatione, vt bonum eligat; quoniam diuinus intellectus fidelissimè dicit bonum, atque diuina voluntas auidissimè fertur in bonum. Secundum. Deo nullum obiectum redditur bonum propter alienam voluntatem, aut præceptum: sicut voluntatibus creatis multa redduntur bona per Dei, aut Prælatorum præcepta, vel consilia. Tertium. Multa reperiuntur obiecta, in quibus nulla ratio melioris boni reperitur: & in his tota ratio volendi hoc potius, quàm illud, est diuina voluntas.

4. Ad secundum argumentum respondetur, probare illud tantum, quod esse mentem S. Thomæ monstrauimus in solutione ad primum. Ad confirmationem, antecedens negatur; quin potius minima quadam distinctione rationis, tanquam partes extensionis obiecti, distinguuntur liberæ volitiones Dei, vt ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 13. sect. 2. & 3.

5. Ad tertium argumentum respondetur similiter. Probat enim vnā volitionem non esse realiter causam alterius; prætereaque secundum rationem non ita esse causam, quasi volitiones specie distinguuntur iuxta congruum modum intelligendi, & vna sit mera electio, proueniens ex mera intentione. Veruntamen argumentum nihil probat aduersus determinationem vnus volitionis respectu alterius, quam explicuimus sect. 3. Quin potius argumentum retorquere possumus in aduersarios. Nam licet in diuino intellectu, neque secundum rem, neque secundum rationem possit interuenire discursus: nihilominus cognitio vnus obiecti materialis determinat ad cognitionem alterius, sicut referebamus ad finem præcedentis sectionis; ergo similiter volitio diuina determinare potest ad volitionem alterius obiecti materialis.

Notandum

6. Notandum insuper est, huiusmodi dependentiam diuinis volitionibus vniuersaliter conuenire, quàm intellectibus. Ratio est, quoniam volendi modus rationabilior est, res imperfectiores velle propter superiores, & magis perfectas, cum subordinata serie mediorum ad fines intermedios vsque ad vltimum finem. Attamen ad perfectionem intellectus nihil interest, quòd ad illam determinet, vel non determinet alterius obiecti materialis intellectio; dummodo obiectum formale sit perfectissimum, & res cognoscatur, sicut est. Huius autem discriminis inter intellectiones, & volitiones radix est earum quidditas: quoniam intellectus perfectio consistit in adæquatione cum rebus; sed volitionis perfectio consistit in rebus ad suum finem reducendis, si non fuerint ipsæ tales, vt possint amari tanquam finis. De hoc discrimine plura diximus tomo de scientia Dei disp. 85. sect. 2.

7. Ad quartum respondetur, distinguendo antecedens. Nam diuinæ volitionis necessaria, præcisè prout terminatur ad Deum, & creaturas amore complacentiæ, non potest esse ratio motuum, vel meritum ex parte nostra: sed eiusdem increatæ volitionis, prout efficaciter decernit aliquid extra se producere, dari potest causa, siue ratio. Et quando instas: Hæc non est formalitas distincta ratione ratiocinata à volitione necessaria: ergo si non datur ratio volitionis necessaria; neque huius volitionis, prout terminatur ad creaturas, ratio dari poterit. Respondetur. Volitio necessaria Dei, & volitio libera sunt actus infimo gradu distinctionis secundum rationem ratiocinatam differentes; sed non distinguuntur in ratione perfectionis, sed tantum distinguuntur in ratione terminationis ad obiecta: sicut explicatum est fuscè tomo de voluntate Dei disput. 13. sect. 2. & 3. Quapropter ex eo loco non modò soluitur argumentum præfens, sed etiam probatur esse falsum aduersariorum fundamentum.

8. Ad quintum respondetur. Finis vltimus in terminando, & in mouendo primus diuinæ volitionis, non potest esse nisi diuina bonitas: ceterum possunt esse plures fines ita subordinati, qui sint fines comparatione vnus creaturæ, simul autem sint medium ad manifestationem diuinæ voluntatis, vt S. Thomas docuit 1. contra Gentes c. 86. & vidimus sect. 4. probat. 2.

9. Ad sextum respondetur primò. Solus finis vltimus est prima ratio, non accipiens vim ab alia priori ratione. At verò media, quæ diliguntur quasi fines subordinati, & intermedij, sunt etiam rationes, accipientes vim à prima ratione, & virtute primæ rationis mouentes ad alia media. Vnde non solum gratia finis vltimi facit aliquid Deus, sed etiam facit aliquid gratia finis intermedij, vt per illum consequatur vltimum finem. Respondetur secundò. Etiam si aliqua creatura nullo modo sit finis subordinatus, & subalternus, sed solummodo sit medium infimum, habet in se rationem, ob quam à Deo amatur quasi medium; habet enim honestatem, conuenientiam, & proportionem ad finem: ideòque medium præcognitum vt futurum, poterit esse ratio, mouens ad volendum efficaciter finem.

10. Ad primam confirmationem respondetur primò. Medium, in quantum medium, amatur pro-

pter se ipsum, non quidem quasi propter obiectum formale, sed quasi obiectum materiale, quod propter intrinsecam honestatem ac conuenientiam aptum est, vt deseruiat ad finem. Respondetur secundò. Deus creaturas aliquas non solum amat vt medium, sed etiam vt fines subalternos aliarum creaturarum. Eodem modo respondeo ad secundam confirmationem. Nam diligere vtile, in quantum vtile, idem prorsus est, quod diligere medium, in quantum medium; & ideo ratio diligendi creaturam, efficaciter accipi potuit ex ipsa creatura.

Diligere vtile quid sit.

DISPUTATIO IV.

Vtrum causa predestinationis comprehendat simul causam electionis ad gloriam, & causam electionis ad gratiam.

SECTIO I.

Sententia, negans predestinationem ad gloriam, proponitur, & electionis proprietates explicatur.



VRANDVS I. sentent. dist. 41. q. 2. art. 1. existimat predestinationem non esse de fine, & præmio, scilicet gloria, sed esse tantum de medijs gratiæ: quamuis postea concedat accipi posse predestinationem latius, vt comprehendat propositum conferendi gloriam. Cui doctrinæ consequens est, quod in præcedenti quæst. 1. art. 2. & 3. dixerat, predestinationem esse conclusionem consilij, qua Deus decernit, quibus medijs aliquis sit perducendus ad gloriam; & eapropter electionem ad gloriam præsupponi ad predestinationem.

Rigidius vocem premit Vazquez in præfenti q. 23. explicans articulum 4. vbi recentiores carpit, quòd absque ratione confundant, & pro eodem reputent predestinationem factam fuisse sine meritis, & electionem ad vitam æternam fuisse factam sine meritis: quod asserit esse contra mentem Augustini, S. Thomæ, & antiquorum Theologorum. Fuit in eadem sententiæ Carthagensis lib. de predestinat. discursu 2. versus finem, præsertim conclus. 4. contendens, non de fine, sed tantum de medijs esse predestinationem.

Difficultas hæc in vobum significatione potius, quàm in re significata consistit. Sed non erit propterea contemnenda: quoniam hæc vocis alienatio à propria, & vltata significatione, subneruat præcipua argumenta, quæ postea sunt ex sanctorum Patrum autoritate promenda. Pro cuius explicatione recole, in præfenti tractari de volitione predestinandi, cuius si datur causa, datur etiam causa illius intellectus imperantis, in qua consistit predestinatio, sicut diximus disp. præcedenti sect. 1. circa medium.

Præterea noranda sunt duo discrimina inter volitionem predestinandi, & electionem ad gloriam. Primum est, quoniam electio dicit explicitè separationem ab opposito, scilicet reprobato, sed non dicit explicitè transmissionem præde-

1.

2.

3.

4.

Inter volitionem predestinandi & electionem ad gloriam, quæ discrimina præde-

Volendi modus rationalior.

Inter volitiones & intellectiones diuinas discrimen.

2.

Doctores & Patres exponuntur.

3.

Deus non indigens consilio.

4.

Vna volitio an causas aliam.

10. Medium quo pacto amatur.

predestinati ad finem gloriæ per media gratiæ; quam explicitè dicit prædestinatio, sed non dicit explicitè separationem ab opposito. Quapropter si omnes creaturæ, quæ de potentia absoluta possunt prædestinari, de facto prædestinantur; illæ dicerentur prædestinatæ, sed non propriè dicerentur electæ: quod optimè notat S. Bonaventura 1. dist. 40. artic. 2. q. 2. & Ricardus dist. 41. art. 1. q. 2. idem ferè Caietanus in præfati q. 23. art. 4. §. Circa differentiam. Secundum discrimen est, quoniam prædestinatio explicitè affert volitionem efficacem conferendi media ad finem; quam volitionem mediatorum non ita explicitè affert electio ad gloriam.

Postremò notandum est, illius sententiæ fundamenta non indigere alia solutione, præter probationes veritatis, afferendas sect. sequenti. Nam ex illis constabit, Augustinum, & S. Thomam esse pro nobis, etiam vbi definiunt prædestinationem esse præparationem gratiæ. Constabit etiam, providentiam non esse tantum de mediis, sed potissimum esse de fine, cuius oppositum contendit contraria sententia.

## SECTIO II.

### Predestinatio ad gloriam probatur.

**I.** It vnica conclusio. Prædestinatio, secundum saccceptionem ab antiquis Theologis visitam, & naturæ prædestinationis congruentem, includit propositum efficacem conferendi gloriam, vel imperium efficacem, quod prædictum propositum supponit, & exequitur. Quapropter si prædestinatio sumatur pro ea parte præcisè, quæ pertinet ad media gratiæ, manet ratio prædestinationis suo quasi capite truncata, & diminuta: proptereaque talis acceptio minùs visitata fuit apud antiquos Theologos. Eam ob causam, quando quaritur prædestinationis causa, vel ratio, præcipuè queritur vtrum detur ratio, propter quam Deus velit gloriam efficaciter tribuere vni personæ potius, quam alteri. Proinde causa electionis ad gloriam, & causa prædestinationis, quantum ad gloriam, eadem est: sicut eadem est causa prædestinationis, quantum ad gratiam, & causa electionis ad gratiam.

**2.** Conclusio probatur primò ex sacris literis, Act. 13. *Crediderunt quatuor præordinati erant in vitam æternam*, id est, prædestinati. Nam prædestinatio non est aliud, quam præordinatio personæ ad finem supernaturalem, vt constat ex dictis tota disput. 1. præfati sect. 1. 2. & 3. Ideo Chrysostomus in Acta hom. 30. non procul ante Morale, ait: *Quotquot ordinati sunt in vitam æternam. Et hoc indicium est, quòd illi iuxta voluntatem Dei assumantur. Ordinati autem, inquit, vt ostendat, quòd non per necessitatem. Quos enim præcognovit, inquit, & prædestinavit.* Alludit nimirum ad illud Roman. 8. *Quos præsciuit, & prædestinavit.* Vbi Chrysostomus serm. 15. colum. 3. pro prædestinavit, habet prædestinavit. Idem legimus apud Cyrillum lib. 5. in Isaiam cap. 66. paulo post medium. Consonat autem Augustinus de corrept. & grat. cap. 6. versu. fin. ubi, illis præfati verbis: *Quis in vitam æternam potuit ordinari, nisi perseverantia dono? Quandoquidem qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Sic ponderat prædictum locum Actorum.

**3.** Confirmatur primò Roman. 9. *Vt ostenderet*

*divitias gratiæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparavit in gloriam.* Etenim cum prædestinatio non sit aliud, quam præscientia, & preparatio beneficiorum Dei (sicut ex Augustino, & aliis Patribus vidimus disp. 1. sect. 7.) consequens est, in gloriam preparari vasa misericordiæ, nihil aliud esse, quam ad gloriam prædestinari.

Confirmatur secundò Roman. 8. *Quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & glorificavit.* Vnde rectè Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 11. à medio: *Bene ambulantes, ait, custodit, & adiuvat, vt ad donum glorificationis eterne perducat. Hæc autem omnia, id est, & vocationis nomine initia, & iustificationis argumenta, & glorificationis premia, in prædestinatione semper Deus habuit: quia & in vocatione, & in iustificatione, & in glorificatione Sanctorum, gratiæ suæ opera futura præsciuit.* Ob hoc totù Deo assignat Apostolus, dicens: *Nam quos præsciuit, & prædestinavit, &c. vsque ad glorificavit.* Similiter illis verbis Apostoli gloriæ prædestinationem significari, satis indicavit Augustinus in præfati. ad vltimum Psalm. versu finem, & de prædestin. Sanct. c. 17. & serm. 17. de verbis Apostoli, & Origenes in eius loci commentario.

Ratiòque manifesta persuadet, hunc esse legitimum intellectum, non modò quia conformitas imaginis Filij sui, ad quam prædestinamur, consistit potissimum in visione beatifica, iuxta illud 1. Ioan. 3. *Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Sed etiam, quoniam apud omnes Theologos, sine controuersia, prædictis Apostoli verbis intelligitur prædestinatio ad iustificationem; idem autem contextus, & modus enunciandi perducitur vsque ad glorificationem absque villo discrimine.

Secundò probatur ex Augustino, qui ponderans prædictum testimonium ad Roman. 8. in lib. de corrept. & grat. cap. 7. post medium inter alia dicit: *Cum ergo audimus: Quos autem prædestinavit, illos & vocavit, secundum propositum vocatus debemus agnoscere, quoniam inde capit, dicens: Omnia cooperantur in bonum is, qui secundum propositum vocati sunt.* Et post nonnulla dicta in eandem sententiam, concludit: *Illi ergo electi, vt sepe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati, atque præsciiti. & paucis interpositis: Electi autem sunt ad regnandum cum Christo, & iterum: Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, & c. 9. prope medium: Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt ad vitam æternam, ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati. Nullus corum ex bono in malum mutatus fuit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam. & in eodem lib. de corrept. & gratia cap. 13. initio. Hæc, inquit, de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei.*

Rursus lib. 15. de Ciuit. cap. 1. prope medium: *Quas etiam mysticè appellamus ciuitates duas, hoc est, duas societates hominum: quarum est vna, quæ prædestinata est in æternum regnare cum Deo: altera æternum supplicium subire cum diabolo.* Deinde lib. 22. cap. 24. versu finem ait: *Quid dabit eis, quos prædestinavit ad vitam, qui hoc dedit etiam eis, quos prædestinavit ad mortem. Quæ bona in illi vita faciet*

*eos sumere, pro quibus in hac miseria vniuersum suum Filium voluit vsque ad mortem mala tanta perferre? Vnde Apostolus de ipsis in illud regnum prædestinatis, loquens: Qui proprio, inquit, Filio non pepercit, &c. lib. 5. contra Iulian. longè post medium capitis tertij: Absit, vt prædestinatus ad vitam sine Sacramento mediatoris finire permittatur hanc vitam.* Præterea liber de prædestinat. Dei cap. 3. (apud Augustinum) appellat prædestinationem gloriæ. Plura ex Augustino videbimus infra disp. 10.

**8.** Tertio probatur ex Patribus Augustinianis, ex quibus Prosper imitatur phrasim Augustini, comparans prædestinatos ad vitam cum prædestinatis ad mortem; quemadmodum loquitur sententia secunda, & tertia super cap. 2. & 3. Gallorum. Idem responsione ad cap. 14. Gallorum sub initium: *Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, aut ad retributionem iustitiæ, aut ad donationem pertinentis gratiæ.* Et ad 11. obiect. Vincentianam sine: *Ad prædestinationem, inquit, eius nihil aliud referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem, aut indebitam pertinet gratiæ largitatem.* Porro corona iustitiæ, quam reddet in illa die iustus iudex, est sempiterna gloria, 2. ad Timoth. 4.

**9.** Fulgentius autem lib. 1. ad Monimum cap. 13. sub initium: *Proinde, ait, potuit, sicut voluit, prædestinare quosdam ad gloriam, quosdam ad penam. Sed quos prædestinavit ad gloriam, prædestinavit ad iustitiæ: quos autem prædestinavit ad penam, non prædestinavit ad culpam.* Dixerat autem in eodem lib. cap. 8. circa medium: *Et nunc recreetur continuo iuuantine medicaminis, tunc vero fruatur æterna plenitudine sanitatis. Hæc autem Deus sicut in prædestinatione semper habuit, sic per gratiam, sicut prædestinauerat, facit.* Plura ex Fulgentio & Prospero referemus disp. 11. sect. 1.

**10.** Hæc & præcedens probatio confirmatur, quoniam maxima pars doctrinæ de prædestinatione, quam tradunt Augustinus, Prosper, & Fulgentius, dirigitur ad confutandum errorem Semipelagianorum, qui non solum agebant de prædestinatione ad gratiam iustificantem, sed etiam de prædestinatione ad gloriam, vt ex eisdem Patribus ostendimus tomo de providentia disp. 14. sect. 4.

**11.** Quarto probatur ex aliis Patribus, & Conciliis. Gregorius dialogor. lib. 1. cap. 8. post medium ait: *Ipsi quoque peccatis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, &c.* Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 6. initio: *Gemina est, inquit, prædestinatio, siue electorum ad requiem, siue reproborum ad mortem.* Beda tomo 8. in lib. quæst. q. 13. post medium: *Dominus, inquit, ab æterno Sanctis eius vitam æternam prædestinavit; & similiter causam vitæ æternæ meritis Sanctis eius prædestinavit, reprobis autem mortem æternam: sed non mortis æternæ causam.* Origenes lib. 1. ad Roman. in ea verba: *Segregatus in Euangelium Dei, dicit. Eos etiam conformes, ac similes imaginis eius prædestinavit, & gloriæ.* Glossa ordinaria ex Cassiod. ad illud Psalm. 68. *Deleantur de libro viuentium, ait: Liber iste est notitia Dei, quæ prædestinavit ad vitam quos præsciuit.* Trident. sess. 6. can. 17. Anathema dicit in eum, qui iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit. Concilium Valentin. sub Lothario Imperatore cap. 3. prædestinationem dicit ad vitam æternam.

**12.** Quinto probatur quamplurimis testimoniis eorundem, & aliorum Patrum, à quibus affi-

gnatur illud celebre discrimen prædestinationis à præscientia, quoniam omnes, & soli effectus Dei boni prædestinantur, sed mala culpa non prædestinantur, sed tantummodo præsciuntur. Authores citauimus supra disp. 1. sect. 7. assert. 6. Sed eorum verba reuulimus tomo de volunt. Dei, disp. 35. sect. 1. Exceptio quippe firmat regulam in contrarium. Cum igitur prædicti Patres à prædestinationis ambitu, & causalitate nihil aliud excipiant, nisi solam culpam; consequens est apud illos etiam gloriam esse prædestinatam, maximè cum hæc sit præstantissimus effectus prouidentie supernaturalis circa electos.

Inde sumitur probatio sexta, quoniam argumentum ab authoribus contraria sententiæ desumptum ex Augustino, fortius militat pro nostra conclusione. Opponunt enim, lib. de prædestinat. Sanct. cap. 10. definiisse: *Prædestinatio est gratia preparatio.* Vnde inferunt prædestinationem non esse præparationem gloriæ: cum tamen oppositum debuisset inferre. Nam apud Augustinum, & alios Patres, gloria est præstantissima gratia: quia licet reddatur meritis; attamen gratis data sunt merita eo fine, vt illis gloria redderetur: proptereaque tota series iustificationis & præmij gratis confertur. Quam ob causam Roman. 6. dicitur: *Gratia Dei vitæ æternæ.* & Ioan. 1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia.*

Hæc duo testimonia cum aliis ad probandum, quod intendimus, glorificationem esse gratiam, adducunt Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 13. post medium, & in Enchiridio cap. 106. & cap. 107. initio, & lib. de grat. & lib. arbit. c. 8. & 9. & epistol. 105. colum. 5. & 6. Fulgentius in prologo librorum ad Monimum inter medium, & finem, & lib. 1. cap. 10. & 11. & lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi cap. 23. ad finem, Anselmus lib. de concordia prædestinationis & gratiæ cum libero arbit. colum. 3. Bernardus serm. 5. in vigilia Natiuitatis circa medium. Propterea Fulgentius verbis superius adductis ex lib. 1. ad Monimum cap. 8. de plenitudine sanctitatis æternæ dicit: *Hæc Deus sicut in prædestinatione semper habuit, sic per gratiam, sicut prædestinauerat, facit.* Ergo per gratiam fit etiam æterna salus, quæ prædestinata fuit.

Confirmatur alia definitione Augustini de bono perseuer. cap. 14. non minus recepta à Patribus, & Scholasticis, vt vidimus disp. 1. sect. 7. *Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicquidque liberantur.* Præstantissimum autem beneficium, & præstantissima preparatio est regni cælorum, iuxta illud Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi;* nec aliter paratum, nisi æterna prædestinatione. Rursus. Nunquam perfectè liberabimur à misera seruitute, quousque perducamur ad æternam gloriam, iuxta illud Roman. 8. *Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Ergo preparatio beneficiorum, quibus liberamur, comprehendit potissimum æternam beatitudinem.

Probatur septimò auctoritate S. Thomæ, & aliorum Scholasticorum, quia gloriam numerant inter effectus prædestinationis: vt S. Thomas in præfati q. 23. artic. 5. corp. S. Bonavent. 1. dist. 40. art. 2. q. 2. Ricardus dist. 41. art. 1. q. 2. & alij suo loco referendi. Rursus in art. 1. corp. sine S. Tho

Qui effectus prædestinatus à Deo.

13.

14.

15.

16.



S. Thomas concludit: Ratio transmissionis creature rationalis in finem vite eterne predestinatio nominatur. & in art. 2. corp. Predestinatio, inquit, est ratio ordinis aliquorum in salutem eternam, in mente diuina existens. Insuper in art. 4. corp. dicit: Predestinatio aliquorum in salutem eternam, supponit secundum rationem, quod Deus illorum velit salutem. Atque 2. q. art. 1. corp. Omnes, inquit, predestinati eliguntur a Deo ad habendam vitam eternam. Et paulo inferius infert: Ipsa Dei notitia, qua firmiter retinet, se aliquos predestinasse ad vitam eternam, dicitur liber vite. Eodemque modo loquitur art. 2. & 3. ac lib. 3. contra Gentes cap. 163. frequenter repetit predestinationem ad vltimum finem. Non est autem alius finis vltimus, nisi gloria.

17. Predestinatio prudens circa superna, alia est. Probatur octauo, quoniam predestinatio est prudentia, & prouidentia circa supernaturalia (vt vidimus disp. 1. sect. 9.) sed ad prudentiam, & prouidentiam pertinet non tantum velle media, & merita, sed etiam velle, & ordinare finem, procurare per media, & ordinare premium retribuere certantibus (vt constat ex dictis precedenti tomo de prouidentia disput. 3. & 4.) ergo predestinatio claudit efficacem ordinationem conferendi gloriam.

Confirmatur primo, predestinatio quippe dicitur ex eo, quod homo per media gratie destinatur in finem glorie (sicut probatum est disp. 1. sect. 1. 2. & 3.) qui autem destinatur, precipue respicit scopum, ad quem sagittam dirigit, quem vt attingat, respicit etiam medium.

18. Confirmatur secundo, quia sicut electio supponit dilectionem: ita predestinatio supponit electionem (vt S. Thomas admonet in presenti q. 23. art. 4.) sed electio, que supponit dilectionem, esse debet ad idem bonum, quod per dilectionem amatur: aliam comparatione diuersorum honorum, electio ad vnum poterit esse prior, quam dilectio ad aliud bonum. Cum igitur dilectio, seu charitas Dei predestinatis precipue velit summum bonum, hoc est, se ipsum clarè visum, & inamissibiliter possessum (vt constat in materia de charitate,) consequens est, electionem, que supponit predictam dilectionem, esse ad illud ipsum bonum infinitum clarè visum. Eadem autem ratione predestinatio, supponens predictam electionem, ordinabit ad illud ipsum bonum infinitum clarè visum. Huius argumenti materiam bene Caietanus tractat art. 4. §. Circa differentiam. Vnde constat huius articuli quarti doctrinam absque fundamento pro contraria sententia referri.

19. Probatur nono: quemadmodum enim reprobatio se habet ad penam; ita predestinatio se habet ad gloriam: sed reprobationis obiectum, & effectus, precipue volutus, & ordinatus, est pena (suppositis peccatis, que Deus velle, vel causare non potest;) igitur predestinationis obiectum & effectus, precipue volutus & ordinatus, erit gloria, quamuis etiam volita sint; & ordinata merita, quoniam cadere possunt in diuinam voluntatem, & causalitatem. Maior istius syllogismi constat ex Magistro 1. dist. 40. cap. Cuiusque predestinatio. Vbi cum ea comparat reprobationem, quem sequuntur communiter ibidem Scholastici. Confirmatur, quoniam ex antiquis Theologis, qui reprobationis rationem assignant preuisa demerita, idem predestinationis rationem assignant preuisa merita, vt disp. 7. & 15. constabit.

SECTIO III.

Non ad solam gloriam, sed ad gratiam quoque predestinamur.

1. Non desunt authores, qui predestinationem restringant ad solam gloriam, ita, vt predestinatio non respiciat tanquam obiectum & terminum proximum opera pietatis, & gratiam iustificantem, quibus vt mediis obtinenda discernitur. Faustus lib. 2. de libero arbit. toto c. 3. initio iuxta suum errorem Semipelagianum ait: Præscientia gerenda prænoscit, postmodum prædestinatio retribuenda describit. Illa præuidet merita, hæc præordinat premia.

2. Multi verò Doctores Catholici predestinationem restringunt ad solam gloriam, quoniam dicunt, predestinationis causam, propter quam hic homo potius, quam alter, prædestinetur, fuisse bonum vsum auxiliorum gratie, vel bonum vsum liberi arbitrij præuiliu vt absolute futurum; ad quem Deus non prædestinauerit, sed tantum dederit concursum, & auxilia necessaria per antecedentem voluntatem. Ita sentiunt Henricus Gandabo, Ioannes de Bachon, Aureolus, Argentina, Albertus Pighius, Nicolaus Grandis, Ochamus, Guillelmus de Rubicone, Gabriel, Catherinus, & alij, quorum loca citabimus disputat. 7. sect. 1. & in sequentibus disputationibus eorum fundamenta conuellentur.

3. Nihilominus apud ceteros omnes Theologos, nullam assignantes causam predestinationis, atque discriminis ex parte nostra, firmiter constituta manet predestinatio non tantum ad gloriam, sed etiam ad opera bona, & ad iustificationem, quibus mediis obtinetur gloria.

Hæc predestinationis amplitudo probatur primo Roman. 8. Quos autem predestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Ergo predestinationis obiectum, & effectus primi, & immediati sunt vocatio, & iustificatio. Præterea Ephes. 1. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei. Quæ adoptio per fidem, & opera, gratiamque iustificantem inchoatur in hac vita, licet in futura perficiatur per gloriam, vt in precedenti sect. diximus. Confirmatur Actor. 22. Deus patrum nostrorum præordinauit te (Saulum,) vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum. Præordinari autem est prædestinari.

4. Probatur secundo receptissimis definitionibus Augustini, & aliorum Patrum, quas vidimus disp. 1. sect. 7. iuxta quas predestinatio est præparatio gratie, & beneficiorum Dei. Vnde Hugo lib. 1. eruditionis Theologicæ summæ sentent. parte 2. cap. 21. colligit: Propositum ergo Dei, in quo gratiam electis suis dare disposuit, ipsum est predestinatio. Chrysostomus ad Ephes. 1. serm. 1. Deus, inquit, predestinavit ad hoc, vt credam.

5. Probatur tertio, quoniam sola malitia reiicitur à Patribus & Scholasticis, ne sit effectus, & obiectum predestinationis; sed è contrario cuncta beneficia, quibus liberamur à seruitute peccati, comprehenduntur intra latitudinem obiecti, & effectus predestinationis, vt precedenti sect. dicebamus, & fusiùs disp. 1. sect. 7. Constat autem opera pietatis, & gratiam iustificantem esse beneficia Dei, & per illa nos liberari. Augustinus toto lib. de prædestin. Sanct. & de bono perseuer.

Libertas à peccato effectus predestinationis.

DISPUTATIO V.

Vtrum operationes moraliter honestæ, absque auxilio gratie conceptæ, fuerint causa predestinationis, aut reprobationis.

SECTIO I.

Errores negantium libertatem occasione predestinationis, & error Origenis.



1. I GREDIENDVM foret ab instituto, si refutandi forent sigillatim errores singuli de causa predestinationis, & illi præsertim, qui libertatem nobis eripiunt. Easdem quippe constituunt predestinationis, & reprobationis causas, quas somniant, actionibus honestis, ac turpibus inuitabilem necessitatem afferre.

2. Primo namque Manichæi predestinationis, & reprobationis causam esse dicunt variam duarum animarum permutationem, ex variis constellationibus prouenientem, ex quibus altera anima, quæ bona est, & à bono principio procedit, dum in mixtione præualeat, est causa predestinationis: sicut quando præualeat altera anima, quæ mala est, & à malo principio procedit, est causa reprobationis.

3. Secundo Simon Magus, Bardesanus, & Priscillianus, sicut omnes nostras actiones ad fatalem necessitatem reuocant, ex vario stellarum aspectu profectam: ita etiam predestinationem & reprobationem ad eandem vim constellationis aduersus nostram libertatem. Quod etiam docuit Ptolomæus Hali, & plures Astrologi, quos impugnat Guillelmus Parisiens. copiosè tomo 1. tract. de vitiiis, & peccatis, cap. 6.

4. Tertio VViclephus, Lutherus, Melancthon, aliaque multa antiquiora, & recentiora monstra, dum dicunt, Deum se solo in nobis actiones nostras honestas, aut turpes operari. Vel dicunt, vt nos operemur, afferri necessitatem à Deo: faciunt illum ita totalem, & adæquatam causam non modò predestinationis, sed etiam reprobationis, & omnium meritorum illius, etiam peccatorum, vt nihil prorsus in arbitrij potestate, & in eius libera cooperatione relinquunt. Aduersus hos plura diximus tomo de scientia Dei à disput. 30. ferè vsque ad 80. probantes, & propugnantes indifferentiam libertatis. Sed qua parte Deum faciunt peccatorum authorem, refutatus est eorum error in tomo de voluntate Dei à disput. 27. vsque ad 51. Præterea nostrum arbitrium liberè cooperari, & aliquid ex parte sua conferre ad opera pietatis, quæ sunt effectus predestinationis, ostendemus disp. 27. & multis sequentibus.

5. Quarto. Quidam hæretici olim vocabantur Prædestinati, siue Prædestinati, quoniam asseriebant, nec piè viuentibus prodesse bonorū operum laborem, si præcisi fuerint ad æternā damnationem, siue prædestinati ad mortem: nec è contrario peccatoribus obesse crimina, si fuerint ad

perseuer. & de corrept. & gratia, aliisque multis opusculis, & epistolis hoc potissimum agit, vt fides, opera pietatis, & perseuerantia per diuinam electionem, & predestinationem causetur: quam doctrinam sequuntur alij Patres, vt videbimus disp. 8. 10. & 11.

6. Prosper ad obiect. 11. Vincent. sine. Ad predestinationem, inquit, nihil aliud referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratia largitatem. & ad sequent. obiect. 12. Predestinatio facit, vt ex filiis diaboli fiat filij Dei, &c. Similia scribit ad c. 14. & 15. Gallorum. Fulgentius lib. 1. ad Monim. c. 13. circa med. Hoc, inquit, predestinavit Deus, quod erat ipse factururus, aut quod fuerat largiturus. Illud verò nullatenus predestinavit, quod siue per gratiam, siue per iustitiam facturus ipse non fuit. Similem sententiam scribit sequenti c. 14. ante medium, & c. 24. Sola bona predestinavit, quæ se in filiis gratia facturum esse præscitit. & c. 29. ad fin. Puto, inquit, in his dictis B. Augustini euidenter ostensum, bona opera sua Deum præcisse, & prædestinasse, hoc est, siue qua ad misericordiam, siue qua ad iustitiam pertinent. Concil. Valent. III. c. 3. Fidenter, inquit, fitemur predestinatione Deum ea tantum statuisse, quæ ipse vel gratuita misericordia, vel iusto iudicio factururus erat. His similia scribit author Hypognost. lib. 6. colum. 2. & 3.

7. Corollarium ex hac & precedenti sectione deducitur, quid sentiendum sit de quadam distinctione predestinationis, vt altera sit predestinatio ad gratiam, & altera predestinatio ad gloriam. Cuius distinctionis initium posuit Turrianus; alij verò eam ampliarent, vt videbimus disp. 7. sect. 1. Non esset proctus inutilis, nec omnino contra mentem sanctorum Patrum predicta distinctio, si predestinatio ad gratiam referretur ad præcitos, quorum multi recipiunt auxiliatricem gratiam, & opera pietatis, & gratiam iustificantem, ad quæ præordinantur diminuta predestinatione: quoniam non prædestinantur ad gloriam; ideoque non simpliciter, sed tantum secundum quid prædestinati sunt.

8. Distinctio predestinationis ad gratiam à predestinatione ad gloriam.

9. Verumtamen eadem distinctio non est doctrinalis, nec ad explicandam rationem predestinationis opportuna, iuxta sensum à prædictis authoribus intentum. Propterea namque predestinationem ad gloriam separant à predestinatione ad gratiam, etiam in electis, vt ita cum Augustino defendant, ex parte nostra nullam esse causam predestinationis ad gratiam, licet detur causa predestinationis ad gloriam. Quam expositionem non esse veram, constabit sequentibus disputationibus.

10. Refutatur præterea, quia licet distinguere possumus secundum rationem duas quasi partes diuinæ predestinationis, aliam, qua præordinatur gratia, & aliam, qua præordinatur gloria; istæ tamen partes peculiari quadam necessitate se inuicem implicite continent, & includunt, quoniam sua predestinatione Deus electis non præordinat dare gratiam, nisi propter gloriam vt finem; nec præordinat dare gloriam, nisi per gratiam vt per medium simpliciter necessarium. Vnde fit esse diminutam & partialem tantummodo predestinationem, quæ præcinditur à gloria, vel quæ præcinditur à gratia. Confirmatur, quia predestinatio est transmissio: transmissio autem perfecta non respicit solum terminum vltimum, nec respicit solum viam; sed vtrumque simul complectitur viam & terminum.

11. Predestinatio transmissio.

12. Ruiz de Predestinatione.

ad vitam predestinati. Colligebant hunc errorem ex scriptis Augustini, & Prosperi perperam intellectis. Refert hæc Sigibertus in chronico anno 415. VValdensis tomo 1. art. 1. cap. 21. Sanderus lib. 7. de visibili monarchia. Sed anno Domini 490. suscitavit eundem errorem quidam presbyter magni nominis Lucidus, palinodiam recantans in Concilio Arelaten. & Concilio Lugdunen. & subscribens epistolæ Faustii, nomine Parrum, damnantis illum errorem, in qua Faustus nihil admisit erroris, quem in aliis scriptis expressit: vt accuratè notauit Baron tomo 6. anno Domini 490. versùs medium. Non est igitur verum, quod aliqui putant, Lucidum fuisse primum istius erroris authorem: nec alius vllus author peculiaris inuenitur apud authores.

Lucidus.

5. Iterum Gondescalcus monachus propter eundem errorem damnatus fuit anno 848. in Concilio Mogutino II. (vt referitur in notis eiusdem Concilij tomo 3. Conciliorū parte prima,) atque iterum damnatus in Concilio Fullensi anno 859. (vt in eius notis admonemur.) Eodem prope tēpore, videlicet, anno 850. Ecclesia Lugdunensis libro contra errores Ioannis Erigene cognomento Scoti sub initium damnat eundem errorem Gottescalci, siue Gondescalci. Sed anno 855. Concilium Valentinianum in Gallia celebratum est sub Lothario Imperatore, & Leone Papa IV. quod inscribitur contra Prædestinatianos.

6. Post annos plurimos sepultam eandem hæresim ab inferis reuocauit VViclephus Anglus, & Ioannes Huls Bohemus, quem anno 1534. secuti sunt vulgares, & idiote homines in Hollandia, & Phrygia, quo liberius habenas laxarent concupiscentiis, vt refert Castro aduersùs hæreses lib. 12. verbo *Prædestinatio*, hæresi prima. Inter Calvinistas, & Puritanos in Anglia pestem eandem grassari referunt viri Catholici. Damnatur autem hic error in Concilio Constantiensis sess. 15. & in Tridentino sess. 6. can. 7.

7. Quintò. Præcedenti cognatus est alter error hac tempestate dicentium, *gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere; reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum.* quos anathematizat Tridentinum sess. 6. can. 17.

8. Alter. Sextò. Non minus affinis est alter error VViclephi dicentis, omne peccatum hominis prædestinati esse veniale; quia nullum punitur æterna morte: & omne peccatum hominis reprobi esse mortale; quoniam omne peccatum illius erit æterna morte plectendum. Videri potest Castro lib. 12. aduersùs hæreses verbo *Peccatum*, hæresi duodecima. Nos etiam aduersùs eundem errorem scripsimus 1. 2. tractantes de discrimine peccati venialis à mortali.

9. Alius. Septimò. Præcedenti consequens est, prædestinatum in hac vita semper ac necessariò esse in gratia. Quem errorem induxit prædictus VViclephus, vt refert VValdensis lib. 2. de Sacramentalibus cap. 160. Octauò. Præcedentem errorem Caluinus limitauit, vt prædestinatus semel iustificatus, amplius peccare non possit. Quem prius docuerat Ioninianus, vt referunt Aug. de hæresibus cap. 82. & Hieron. lib. 1. aduersùs Iouin. Sed hos omnes resellere non est instituti præsentis; pertinet enim ad disputationes de gratia.

Ad eos errores venio, qui libertatem arbitrij supponentes in illo constituunt causam prædestinationis, aut reprobationis. Inter hos primus est error Origenis, asserentis, totum prædestinatorum, ac reprobatorum discrimen fuisse natum ex diuersitate meritorum, quæ contraxerunt animæ prius, quàm infunderetur in corpora. Somniabat enim, animas omnes simul fuisse creatas, & in penam suorum peccatorum corporibus veluti carceribus addictas. Id colligitur ex plerisque locis Origenis, præcipuè lib. 1. Periarchon cap. 7. & lib. 2. cap. 1. 8. & 9. & lib. 3. capit. 1. & lib. 1. in epistolam ad Ephesios. Quapropter meritò hunc errorem Origeni adscribunt Methodius Olympi Episcopus, Epiphanius hæresi 64. non procul à principio, & epistol. ad Ioannem Hierosolymitanum (habetur tomo 4. operum Hieronymi epistol. 60.) Theophilus Alexand. in Paschali lib. 1. qui habetur in libro, cuius titulus est, *Antidotum hæresum.* Augustinus lib. 11. de Ciuitate cap. 23. & lib. de hæresibus hæresi 70. & Iustinianus Imp. oratione missa ad Mennam, quæ habetur post 3. epistolam Vigilij Papæ tomo 2. Conciliorum.

10.

Origenis error.

Inde Ruffinus occasionem attripuit vt Hieronymo impingeret hunc errorem, sicut & alios lib. Periarchon, quem latinitate donauit. Ab hac autem calumnia se purgat Hieronymus apologia contra Ruffinum, tomo 1. aliàs tomo 2. cum Apostolo probans, homines eligi, non quia sancti fuerant, sed vt sint sancti. Et iterum aduersùs animarum merita, quæ fuerint ante corpus acquisita, inuehitur epistol. 150. ad Hedibiam, quasi 10. Præterea Ephes. 1. Hieronymus electionem ante mundi constitutionem ita intelligit, vt nihil nouum fuerit ei, apud quem erant omnia prius, quàm fierent: non, vt quidam hæretici somniant, animas antea in cælo fuisse segregatas.

11.

Hieron. à calumnia liberatur.

Fuit in eodem errore Priscillianus, Abulensis Episcopus, damnatus in Concilio Bracharensi I. can. 6. & epist. 93. Leonis I. ad Turibium Alturicen. Episcopum capit. 10. & 11. necnon in Concilio Generali Hispano coacto contra Priscillianistas iussu Leonis I. cuius memoria tantùm extat in notis Conciliorum tomo 1. prope finem anno 447. Videtur autem hic error à Platone manasse, quoniam in Timæo constituit animas existentes prius, quàm vnirentur corporibus, vt refert Hieronymus dicta epistol. 150. ad Hedibiam.

12.

Confutatio prima constat ex sacris literis, maxime Rom. 9. quædo de Iacobo, & Esau scribitur: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, Malach. 1. Præterea 2. ad Timoth. 1. Vocauit nos, inquit, uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam.* & 2. Corinth. 5. Omnes, inquit, nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Non sunt autem propria corporis, nisi quæ geruntur ab anima, quandiu corpus informat, ideo nulla restant merita, vel demerita, quæ fuerint ante corpus, quibus præmium, aut pœna debeat in supremo tribunali. Hæc & similia verba Scripturæ fusiùs ponderabuntur tota disp. 8.

13.

Refuta

14. Orig. errores circa animæ rationalem.

Refutatur secundo, quoniam animæ rationales non sunt eiusdem naturæ cum Angelis, vt Origenes supponebat, nec sunt à principio mundi creatæ simul cum Angelis: nec earum pœna fuit vniri corporibus. Quos errores Origenis damnauit V. Synodus generalis, vt refert Nicephorus lib. 17. historiae Ecclesiasticæ cap. 27. post med. & cap. 28. initio refert canonis verba. Eundem damnauit V I. Synodus generalis, quæ fuit Constantinopolitana I II. actione 11. post medium. Contra quem ex professo disputat Cyrillus lib. 1. in Ioannem, cap. 9. Augustinus epist. 28. ad Hieronymum, & in alio libro eiusdem argumenti de anima, & eius origine cap. 19. & serm. 7. de verbis Apostoli versùs finem, & serm. 191. de tempore, qui est tertius de Trinit. versùs finem. Obiter refellit Nazianzenus oratione 31. propius ad medium, quàm ad finem. Liber de Ecclesiastic. dogmat. apud Augustinum, cap. 14.

15.

Præterea non prius animas fuisse creatas, quàm infunderentur in corpora, probat Hieronymus epist. 61. ad Pammachium aduersùs errores Ioannis Hierosolymitani versùs med. Gregorius Nyssenus copiose lib. de officio hominis cap. 28. & 29. Cui consonat aliud dogma fidei, rationale, videlicet, animam *verè perse & essentialiter esse formam corporis.* Quod definitum est à Clemente V. in Concilio Viennensi, & habetur in Clementina 1. de Summa Trinit. necnon in generali Concilio Lateranensi X V I. sub Leone X. sess. 8. in primo decreto Leonis.

16.

Plures etiam Scholastici scripserunt aduersùs eundem errorem, vt S. Thomas 1. p. q. 90. art. 4. & lib. 2. contra Gentes c. 93. & 94. & lib. 4. contra Gentes cap. 32. & alibi sæpè, Sixtus Senen. lib. 5. cap. 185. & cap. 236. Castro lib. 2. contra hæreses verbo *anima*, hæresi vltima, Bellarmin. tom. 3. lib. 4. de amissione gratiæ cap. 11. in 2. & 3. sentent. Soarez lib. 2. de prædestinat. cap. 4.

17.

Orig. in multis non sibi constare, sed repugnantia dicere. Nam lib. 2. Periarchon cap. 2. manifestè docet, præter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, nullum spiritum esse, qui possit viuere sine corpore, siue crassiori, siue subtiliori, qualia sunt corpora propiora cælo. Vnde colligitur Spiritus Angelicos, vel humanos non prius in cælo peccasse, quàm demitterentur in corpora, tanquam in ergastula. Nisi fortè dicas fuisse prius in subtilioribus corporibus, postea verò crassioribus corporibus addictas fuisse animas. Sed quid respondebis de corporibus daemonum? Nam eos in corpora aëreâ subtiliora propter peccata demissos, docuit Origenes in Ieremiam c. 24. & 28. Quibus in locis Hieronymus eum vocat allegoricum interpretem, tacitè excusans errorem. Magis ad rem præsentem attinet, Origenem aliis in locis prædestinationis rationem ex præuisis operibus vitæ præsentis assignasse; de quo dicemus disp. 11. sect. 6. & sequentibus.

SECTIO II.

Duo errores Pelagij, & Cælestij circa necessitatem gratiæ, & causam prædestinationis:

1. Plures errores inuenerunt Pelagius, & Cælestius, præcipuè circa vires naturales liberi arbitrij, sed ex illis duo tantùm de gratia, & de prædestinatione pertinent ad institutum præsentis operis. Primò namque tantum nostro tribuebant arbitrio, vt dicerent, absque supernaturali gratia Iesu Christi hominem posse cuncta Dei præcepta seruare, atque adeò in gratia perseuerare, suisque meritis gratiam, & vitam æternam consequi; ad quos effectus faciliùs præstandos gratiam, & supernaturalia dona conferri concedebant, non quia forent simpliciter necessaria; quin etiam ea conferri pro meritis honestarum actionum, quas per naturales vires elicimus.

Quamuis autem Pelagius, in Palæstina Synodo coactus errorem retractare, concesserit, ad singula opera pietatis necessariam esse diuinam gratiam: fraudulenter tamen vsus est nomine *gratiæ*, nihil aliud intelligens, nisi beneficium creationis, ac liberi arbitrij, necnon externæ prædicationis, ac legum: quæ omnia beneficia fatebatur esse sine vllis meritis collata. Pelagius itaque de sola gratia supernaturali, & interiori loquebatur, quando negabat necessitatem illius, & solam vtilitatem admittebat. Insuper aliam gratiæ irrogabat iniuriam, dicens, illam distribui pro meritis naturalium actionum liberi arbitrij, ita vt plus gratiæ supernaturalis tribuendum esset ei, qui per naturales vires arbitrij meliùs operatus esset. Hanc fuisse mentem Pelagij, constat ex multis operibus, & epistolis Augustini, & aliorum Patrum apud eundem, præsertim ex toto lib. de gestis Pelagij, & epistola Concilij Carthagin. ad Innocentium, & epistola 105. ad Sixtum, & epist. 106. & 107.

Formalia verba Pelagij refert Augustinus lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium, & Cælestium c. 4. sequentibus autem capitibus aperit eius fraudes, ne decipiant incautos. Versibus describit errorem, & eius impugnatores Patres, & Concilia, Prosper lib. de ingratia c. 2. & 3. (post quæ describit Semipelagianorum errorem.) Pelagij quoque errorem de viribus liberi arbitrij, non indigentibus gratiæ adiutorio, vt absque omni proflus peccato viuat, refert Hieronymus tomo 2. epist. ad Cresiphontem, & toto dialogo 1. aduersùs Pelagianos, & alij Patres infra citandi.

Præcedenti errori contra necessitatem gratiæ consequens est alter error de causa prædestinationis. Pelagius enim & Cælestius totam rationem, propter quam hic homo sit prædestinatus, ille verò reprobatus, & propter quâ hic ad maiorem, ille verò ad minorem gloriâ electus fuerit, adscribit non auxiliis gratiæ, sed propriis meritis arbitrij, solo generali & naturali cōcursu sussulti. De quo Augustinus lib. de prædestinat. Sanctor. c. 18. propius ad principium, quàm ad medium: *Præsciebat, inquit, Pelagianus ait, qui futuri essent Sancti per libera voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, qua tales futuros esse præsciebat, elegit. Elegit ergo, inquit, antequam essent, prædestinans filios, quos futuros sanctos, immaculatosque præsciebat: vtiq; ipse non fecit, nec se facturum, sed illos futuros esse præuidit.* & sequenti cap. 19. sub initium ait: *Ipsi, videlicet Pelagiani, putant, acceptis præceptis iam per nos ipsos fieri libera voluntatis arbitrio sanctos, & immaculatos, in conspectu eius in charitate quod futurum Deus quoniam præsciebat, inquit, ideo nos ante mundi constitutionem elegit, & prædestinauit in Christo.*

D 2 Anno

5. Anno Domini 850. quidam Ioannes Etigene contra necessitatem gratiæ, & contra diuinam prædestinationem aliter delirauit, cuius errores refert, & confutat luculenter Ecclesia Lugdunensis in peculiari libro aduersus illos. habetur in Auctario tomo 2.

SECTIO III.

Gratiæ necessitas ad opera pietatis, & ad prædestinationis effectus, probatur.

1. Contra prædictos errores libet prius opponere Tridentini decreta sess. 6. cuius hic est primus canon: *Si quis dixerit, hominem suis operibus, qua vel per humana natura, vel per legis doctrinam fieri, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit.* Sequens autem canon secundus sic habet: *Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste uiuere, ac uitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed agrè tamen, & difficulter possit, anathema sit.* Pertinet ad eandem necessitatem gratiæ sequens canon tertius, & c. 1. 5. & 6. eiusdem sessionis sextæ.

2. *Gratiæ necessitas maxima.*

Extremam necessitatem gratiæ, sine qua non solum difficilia, sed etiam simpliciter impossibilia sunt omnia, & singula pietatis opera, ita ut nihil nec magnum, nec minimum, nec facile, nec difficile fieri possit absque gratia, non tantum adiuuante, sed etiam præueniente, & excitante, nec aliqua reperitur pars actionum, in qua non indigeamus diuina gratia, docent plurimi Patres, & Concilia statim citanda; licet non eisdem verbis utantur, nec æqualiter explicent istius dogmatis partes, nec eisdem omnino Scripturæ locis confirmant. In primis Palæstinum Concilium coactum aduersus Pelagium, ut constat ex Augustino lib. de gestis Pelagij, & epist. 106. colum. 2. Concilium Africanum generale sub Cælestino, & Bonifacio Romanis Pontificibus, & à Sede Apostolica approbatum, præsertim can. 78. & sequentibus. Concilium Carthaginense epistola ad Innocentium I. de gestis contra Pelagium & Cælestium, quæ apud Augustinum est epistola 90.

3. Concilium Mileuit. epist. 2. ad Innocentium, quæ apud Augustinum est 95. in principio, & canone 5. eiusdem Concilij. Innocentius I. rescribens ad Concilium Carthagin. epistola 25. quæ apud Augustinum est 91. iterumque rescribens ad Mileuitanum Concilium epist. 26. quæ apud Augustinum est 93. Araficanum I I. can. 7. 9. 20. 22. 23. 24. Augustinus valde frequenter, veluti lib. 2. contra duas epist. Pelagian. capit. 8. ante medium, lib. de grat. & libero arbit. lib. de natura, & gratia cap. 32. lib. de gratia Christi capit. 29. lib. de prædestinatione Sanctorum, lib. de bono perseverantiæ, tractatu 81. in Ioannem, & epist. 106. & 107.

4. Sozimus Papa, cuius decretum sequitur Cælestinus I. epistol. 1. ad Episc. Galliæ capit. 8. 9. 10. & 12. cuius definitionem ad idem dogma confirmandum refert Petrus Diaconus de Insignat. & grat. Iesu Christi capit. 8. post med.

& Fulgentius in lib. eiusdem tituli, approbans doctrinam Petri Diaconi, præsertim capit. 24. in medio. Atque idem dogma confirmat Fulgentius lib. 1. ad Monimum. Prosper ad Demetriadem colum. 7. & contra Collatorem cap. 24. & capit. 35. sine, & lib. 1. de vocat. Gent. capit. 18. aliàs capit. 5. & epist. ad Rufinum de grat. & libero arbit. Ambrosius lib. 2. in Lucam capit. ultimo, non longè à principio. Hieronymus epist. ad Cresiphontem circa medium, & dialogo 1. aduersus Pelagianos colum. 2. & 3. & dialogo 3. & epist. ad Augustin. quæ inter epistolas Augustini est 24. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum capit. 4. Leo I. sermon. 8. de Epiphania capit. 2. Gregorius lib. 33. moral. capit. 20. aliàs 25. & homil. 9. in Ezechiel. initio. Bernardus tract. de grat. & libero arbit. sub finem. Paulus Orosius ex mente Concilij Palæstini, cui interfuit, in apologia pro arbitrij libertate ante medium, & post medium, Vincentius Lyrius. lib. aduersus hæreses propius ad med. quàm ad finem, commemorans errorem Pelagij.

In quibus omnibus, aliisque Patribus est obseruandum, eos nihili pendere quascumque operationes moraliter honestas, & entitatiuè naturales, quia iuxta sententiam Scripturæ sacre solummodo reputant aliquid esse, quod ratione sui, & per se confert ad iustificationem, & uitam æternam, saltem aliquo modo remotissimo, de congruo impetrando vltiorem gratiam auxiliatricem. Huiusmodi autem operationes esse debere supernaturales entitatiuè, probatum est tomo præcedenti de prouidentia. Quamobrem iidem Patres nihil derogant viribus naturalibus liberi arbitrij circa bonum morale, ut ostendimus 1. 2. tractantes de necessitate gratiæ.

6. Præcipua Scripturarum testimonia, quibus citati Patres, & Concilia probare solent prædictam gratiæ necessitatem, hæc sunt. Ioan. 3. *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo.* Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. & iterum: Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit à Patre meo.* Ephes. 2. *Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex nobis; Dei enim donum est.* & in eodem capit. 2. *Ipsius enim factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, qua preparauit Deus ut in eis ambulemus.* 1. Corinth. 4. *Quis enim te discernit? Quid habes, quod non accepisti. Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* 1. Corinth. 12. *Operatur omnia in omnibus.* 2. Corinth. 3. *Non quod simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Philip. 2. *Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate sua.* & capit. 1. *Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu.* Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Ad Titum 3. *Non ex operibus iustitia, qua fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Isaia 26. *Omnia opera nostra operatus es nobis.* & capit. 65. *Inuentus sum à non querentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant.* Ezech. 11. & 36. *Faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & faciatis ea.* Hæc & alia plura testimonia fusiùs ponderauimus præcedenti tomo de prouidentia tota disput. 18.

5. *Quid debeat aliquid dici.*

6.

disput. 18. & 19. simul etiam ostendentes nulla probabilitate explicari posse de sola necessitate communis auxiliij naturalis, sed intelligi debere de auxilio gratiæ supernaturalis.

7. Ratione probatur eadem veritas, quia per vires naturæ, sine auxilio gratiæ, non possumus Deum clarè videre, non modò prout est author supernaturalis, sed etiam prout est author naturalis (vt ostendimus de visione beatifica, tractantes 1. p. q. 12. artic. 1.) ergo per vires naturæ, sine auxilio gratiæ, non possumus actus elicere supernaturales, nec horum habitus supernaturales acquirere, quibus iustificemur. Consequenter probatur, quoniam actus, & habitus iustificantes quasi semina sunt, & initium quoddam, proportionatum ad visionem Dei, atque insuper illam merentur de condigno: quocirca tam in esse physico, quàm in esse morali iustificatio, & visio Dei ita sibi correspondere debent, vt fieri, & obtineri queant per vires eiusdem ordinis, nec exigat vna vires altioris ordinis, videlicet supernaturalis, quas non exigat alia. Firmius constat eadem veritas ex multis aliis disputationibus præcedentis tomi de prouidentia à disp. 18. vsque ad finem. Magis autem pertinet ad tractatum de gratia 1. 2. q. 109. de cuius necessitate copiosè multorum disputationes prodierunt, præsertim auctore Gabriele Vasquez, & Francisco Suarez.

8. Nunc satis erit prædictum dogma fidei sex propositionibus explicare. Prima propositio. Liberi arbitrium per solas vires naturæ non est sufficiens in genere causæ efficientis physicæ: quoniam ad opera verè pietatis, & Christianæ iustitiæ, præter concursum effectuum liberi arbitrij, requiritur concursus supernaturalis Dei, physice, & realiter effectiuus. Secunda propositio. Quilibet opera, quæ per vires naturales fieri possunt, non disponunt sufficienter ad gratiam; ideòque gratia non debetur illis eo genere debiti, quo forma debetur dispositionibus sibi proportionatis. Quin etiam diuina gratia non modò non sequitur virtute naturalium operum ad eum modum, quo sequitur forma ignis ex calore, & siccitate sibi debitis: sed præterea non sequitur gratia ex operibus naturalibus ad eum modum, quo sequitur anima rationalis ex dispositionibus naturaliter productis à parentibus: quoniam Deus solus, sine concursu alterius causæ, producit animam rationalem in materia sufficienter disposita per agentia naturalia. Quapropter omne genus dispositionis proportionatæ ad recipiendam gratiam, superat vires naturæ.

9. Tertia propositio. Quæcumque opera, quæ possunt fieri per vires naturæ, non merentur de condigno gratiam auxiliatricem, neque gratiam iustificantem. Loquimur autem in præsentia de solo merito de condigno, quoniam hæc propositio tertia, sicut & duæ præcedentes, euidentiori consequentia colliguntur ex Scripturis, Concilijs, & Patribus supra citatis. Ex quibus tamen per minorem illationis euidentiam (quamuis ea sufficiat ad certitudinem dogmatis) deducitur quarta propositio. Quælibet opera per solas vires naturæ concepta, nullo profus merito, neque minimo de congruo merentur vllam gratiam, nec vllò modo etiam remoto, & improporcionado disponunt ad illam, vt sequenti disput. probabitur.

10. Quinta propositio. Quæ dicta sunt de dispositione, & merito, sic intelligenda sunt, vt non

*Ruiz de Prædestinatione.*

modò non possumus per vires naturæ mereri aliquem actum, aut habitum supernaturalem nobis inhærentem; sed nec vllum extrinsecum auxilium supernaturale mereri possumus, neque nos ad illud disponere, vel impetrare. Quolibet enim modo supernaturale auxilium acquirere possemus per vires naturæ, gratia deberetur nobis per vires naturæ, quod est contra quidditatem gratiæ. Sexta propositio. Non solum ad omnia opera iustificationis collectiuè, sed etiam ad quodlibet eorum, id est, ad singula diuisiuè requiritur auxilium gratiæ supernaturalis, nec sufficiunt naturæ vires; quamuis opus illud non sit sufficiens, vt iustificemur, licet præcedat iustificationem longo tempore, & imperfectius sit, quàm vltimæ dispositiones ad iustificationem requisitæ.

SECTIO IV.

Prædestinationis ad gloriam ex viribus nature nulla causa, nec ratio præbetur.

1. Contra Pelagium, & Cælestium, præcedentibus sectionibus refutatos, sit prima conclusio. Prædestinationis ad gloriam causa, vel ratio totalis, & proxima non datur ex operibus moraliter honestis, quæ fieri possunt per solas vires naturæ sine auxilio gratiæ supernaturalis. Ratio constat ex præcedenti sectione, quia tales actiones non sufficiunt ad obtinendam gratiam iustificantem, nec sufficiunt ad omnia præcepta seruanda, multòque minus ad finalem perseverantiam in obseruantia mandatorum, sine qua beatitudo non obtinetur: ergo non sufficiunt, vt obtineant à Deo prædestinationem ad beatitudinem.

2. Confirmatur primò, quia visio beatifica multo magis excedit omnes vires & conatus liberi arbitrij, quàm eos excedit gratia iustificans, vel obseruantia mandatorum, aut perseverantia. Quapropter si ad hæc obtinenda nullam proportionem, nullumve valorem habent naturales conatus liberi arbitrij; multò minus valebunt ad obtinendam visionem beatificam, vel prædestinationem ad illam. Confirmatur secundò, quia licet naturales conatus liberi arbitrij valerent aliquid, aut multum ad obtinendam gratiam iustificantem, & perpetuam obseruantiam mandatorum, adhuc ex illis non daretur causa prædestinationis ad gloriam: quoniam omnes illi conatus forent effectus prædestinationis ad gloriam, quemadmodum dicemus pro conclusione secunda, cuius omnes probationes à fortiori confirmant præsentem conclusionem.

3. Veniamus igitur ad Semipelagianos, quales erant potissimum Massilienses: quos licet aliqui recentiores negauerint errasse circa rationem prædestinationis ad gloriam, ex viribus naturæ profectam; oppositum tamen probatur testimonijs euidentibus, videlicet apud illos ex viribus naturæ dari causam, seu rationem prædestinationis, non tantum ad gratiam, sed etiam ad gloriam. Prosper enim epist. ad Augustinū prope init. *Qui autem, inquit, credituri sunt, quos in ea fide, qua deinceps per Dei gratiam sit inuanda, mansuri sunt. præfisse ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos dignos futuros electione, & de hac vita bono sine excessibus esse præuiderit.*



prævidit. Hoc refert fuisse doctrinam Semipelagianorum, agentium de fide, quæ posset solis naturæ viribus obtineri. Qui quando dicunt, electos fuisse propter præuulium bonum finem vitæ, manifestè loquuntur de electione ad gloriam.

4. Confirmatur primò, nam post medium eiusdem epistolæ refertur, Massilienses *refugere fateri, Deum secundum propositum, & consilium voluntatis suæ aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam*, & subdit: *Nec acquirunt, electorum numerum nec augeri posse, nec minui.* & post pauca: *Inadentum posse unumquemque ad correctionem, & profectum vocari, si se sciat sua diligentia bonum esse posse, & libertatem suam ob hoc Dei auxilio inuandam, si quod Deus mandat, elegerit.* Existimabant igitur, humanam diligentiam non tantum esse rationem obtinendi gratiam, auxiliatricem, sed etiam obtinendi, vt homo, factus vas in honorem, auget electorum numerum. Quibus consonant, quæ Prosper scribit ad excerpta Genuesium dub. 6. & alibi sæpe. Confirmatur secundò, Hilarius enim epist. ad Augustin, refert eisdem ita sensisse: *Quem Deus crediturum esse præcidiuit, ipsam elegit, cui Spiritum sanctum daret, vt bona operanda, etiam vitam æternam consequeretur.* Sed de hoc errore plura diximus præcedenti tomo de prouidentia, disput. 14. præsertim sect. 4. numer. 12. & sequentibus.

5. Quin etiam Scholastici nonnulli prædestinationis ad gratiam, & ad gloriam causam, & rationem assignabant ex naturalibus viribus liberi arbitrij; quorum opiniones retulimus in eodem tomo de prouidentia disput. 21. vbi potissimum sect. 4. num. 9. 14. & 17. retulimus Bachonem, Argentinam, & Labellum, & sect. 5. n. 7. Michaëlem de Medina. Sed de his omnibus dicemus etiam infra disput. 7. sect. 1. & 2.

6. Illud autem discrimen non est prætereundum, quod interest inter prædictos Scholasticos vna cum Massiliensibus ex altera parte, & Pelagianos ex altera: quoniam Massilienses, & Scholastici prædicti non immediatam, nec totalem, & adæquatam causam siue rationem prædestinationis ad perseuerantiam, & gloriam ex viribus naturæ concedebant (quemadmodum Pelagianus,) sed mediatam, remotam, & inadæquatam causam; quatenus homo fide, oratione, & elemosyna conceptis per solas vires naturæ supernaturalem gratiam auxiliatricem impetrat, cui cooperando meretur iustificationem, & perseuerantiam, quæ præuisa fuerint ratio, & causa prædestinationis.

7. *Conclusio secundæ.* Contra hos igitur sit secunda conclusio. Nullum opus moraliter honestum, solis naturæ viribus absque supernaturali gratia conceptum, potest esse causa, siue ratio remota, mediata, vel partialis, propter quam præuisam Deus prædestinationem ad gloriam. Probatur primò, quia quodlibet opus, cuius intuitu Deus nos eligeret ad gloriam, eo ipso valeret, vt nos obtineremus gratiam & gloriam: sed in prædicto tomo præcedenti de prouidentia tota disput. 17. 18. & 20. probatum est actiones eiusmodi nihil omnino valere, nec de condigno, nec de congruo, nec infallibiliter, nec probabiliter, vt consequamur gratiam, vel gloriam, nec ad hoc villo modo disponere, nec impetrare, nec conditionem, aut occasionem, aut initium præbere: igitur tales actiones, præuisæ tantquam futuræ, non potuerunt esse ratio, propter

quam hic homo potius, quam alter, ad gloriam eligeretur: itaque non tantum proxima, & adæquata, sed neque remota, partialis & mediata ratio potuerunt esse, quia nihil supernaturale potuerunt obtinere, quo proximè, & immediatè mereremur iustificationem, perseuerantiam, & gloriam.

8. Confirmatur primò, nam vocatio secundum propositum, est primum, & remotissimum principium totius prædestinationis ad gratiam, & ad gloriam: huius autem vocationis obtinenda nulla possibilis est ratio procedens ex solis naturæ viribus. Quod peculiari certitudine probatum est eodem tomo de prouidentia disput. 20. sect. 3. Confirmatur secundò, quia si per solas vires naturæ possent homines obtinere vocationem secundum propositum, & reliqua supernaturalia auxilia, quibus in iustitia perseuerarent, & ad æternam salutem peruenirent; sequeretur, homines à Deo fuisse amatos, quales sunt ex suo merito naturali. Maximus enim amor est velle dare prædicta bona. Consequens autem esse falsum, probatur ex Arausiano I. L. canone 12. dicente: *Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.* & can. 25. in principio: *Displacentes, inquit, amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus.*

9. Probatur secundò: quamuis enim aliquis homo per actiones moraliter honestas absque supernaturali auxilio, consequeretur prædestinationem ad supernaturalem vocationem, & reliqua adiutoria gratiæ, vel etiam ad ipsam iustificationem; adhuc inde non sequeretur, obtinuisse prædestinationem ad gloriam, indiget enim speciali dono perseuerantiæ, mortisque naturæ, per quam colligatur ad gloriam, nec interficiatur, quando manet in peccato, nec viuat quousque malitia mutet intellectum eius: vt videbimus disput. 24. sect. 6.

10. Confirmatur primò, quia licet actiones elicite per solas vires naturæ quocumque modo vocationem, cateraque adiutoria supernaturalia, nec non iustificationem, & ipsam demum perseuerantiam obtinerent; inde non sequeretur obtinuisse prædestinationem ad gloriam, vel dedisse causam illius. Hoc autem à fortiori manifestè probatur, quoniam actiones supernaturales, post iustificationem elicite, sunt causa de condigno meritoria maioris gloriæ: nihilominus non sunt causa prædestinationis ad maiorem gloriam; quia non modò primus gradus gloriæ, sed etiam vltiores omnes gradus sunt effectus prædestinationis, ad quos obtinendos filij Dei aguntur eius spiritu, vt suo loco probabitur. Confirmatur secundò: propterea quippe non pauci Doctores, licet admittant, ex viribus naturæ dari meritum de congruo, vel remotam dispositionem ad gratiam; adhuc tamen existimant nullam esse causam prædestinationis ad gloriam. Quemadmodum Durandus, Ricardus, Scotus, Driedo, & quidam alij ex autoribus citatis tomo de prouidentia disput. 21. sect. 4. & citandis infra disput. 7. sect. 4. Finitus autem & validè corroboretur præsens conclusio disput. 8. & multis sequentibus.

11. Tertia conclusio præcedentium ampliatio est: quidquid enim in vtraque de bonis operibus, elicitis per solas vires naturæ, diximus, intelligendum est de qualibet actione, cuius tota entitas fuerit merè naturalis, quamuis concepta fuerit

*Actio entitativa naturalis concepta per supernaturale auxilium.*

fuerit per supernaturale auxilium gratiæ per Iesum Christum. Ratio est, quoniam tota quidditas eius actionis est non minus improporcionata, non minus vilis, & indigna, nec minus inferioris ordinis, quam si conciperetur per solas vires naturæ non concurrente supernaturali auxilio gratiæ: quemadmodum vinum, & eius quidditas, secundum se considerata, non erat altioris ordinis, nec magis proportionata supernaturalibus effectibus, quando per Christum Dominum in nuptiis aqua fuit in vinum conuersa, quam aliud vinum aquæ generosum, & suaue, productum à solis causis naturalibus sine villo miraculo. Consequens igitur est, vt illius actionis intrinseca quidditas nihil amplius habeat, quam actiones productæ per solas vires naturæ, propter quod sit causa, vel ratio prædestinationis: vt plenius constare potest ex dictis tomo præcedenti de prouidentia, disput. 40.

SECTIO V.

De potentia absoluta, de quibusdam illationibus circa prædestinationis causam, ac de reprobatione quatuor difficultates.

1. *Motuum ad prædeterminationem.* Prima difficultas est, vtrum de potentia absoluta Deus poterit ex actionibus elicitis per solas vires naturæ, præcognitis, vt absolute futuris, rationem aliquam, seu motuum accipere, vt illos homines potius, quam alios, prædestinaret ad gloriam. Cui respondeamus affirmatiuè. Nulla quippe refistit implicatio contradictionis, quominus (abstrahendo nunc à decretis, quæ Deus de facto liberè constituit) potuisset ab æterno decernere, gratiam, vel gloriam illis hominibus tribuere, de quibus præuidisset fore, vt prius per solas vires naturæ, antequam acciperent auxilium gratiæ, magis se continerent à peccatis, maiorisque neruos intenderent ad virtutes morales acquirendas, ita vt ratio, propter quam Deus hunc hominem potius, quam alterum, eligeret ad gloriam, & eo fine veller efficaciter aliquam mediâ gratiæ foret, quoniam Deus præuidisset absolute futura esse talia opera merè naturalia.

2. Præcedens decisio ampliatur, vt nullam contradictionem implicet, ac subinde fuerit de potentia absoluta possibile, Deum prædestinare ad gloriam supernaturalem, absque vllis actibus, & habitibus supernaturalibus, ita vt propterea talis homo prædestinatus esset ad gloriam supernaturalem potius, quam alter, quoniam Deus præuidit fore, vt hic homo per solas vires naturæ, cum solo generali concursu Dei vt authoris naturalis, pauciora, leuioraque peccata committeret, ac plures, & perfectiores eliceret actus virtutum moralium, quousque diem obiret.

3. Restringitur autem, ac limitatur eadem decisio, notando, prædictos modos prædestinationis ad gloriam supernaturalem, esse minus congruentes, ac minus decentes infinitam Dei sapientiam, bonitatem, omnipotentiam, & ordinatissimam prouidentiam: quoniam gratiæ dignitatem deprimunt, & nimium tribuunt viribus naturæ. Quapropter licet hoc simpliciter possit supremus, & absolutus Dominus gratiæ

& gloriæ; nihilominus fuit moraliter impossibile, diuinam voluntatem ad hoc inclinari; quemadmodum fuit moraliter impossibile, Deum voluisse naturalem ordinem vniuersi perturbari, commutatis elementorum locis, impedito, vel retardato motu cælorum, animalium potentiis, & operationibus à connaturali subiecto radicèque diuulsis, & in extraneo collocatis, ac hominis forma sub dispositionibus ligni, vel maris introducta: quod genus impossibilitatis explicuimus magis in tomo de voluntate Dei disput. 9. & 10.

4. Secunda difficultas est, vtrum consequentia sit mutua inter causam gratiæ, & causam prædestinationis. Affirmant enim recentiores aliqui, supponentes vt certum, data causa, siue initio gratiæ; dari protinus causam prædestinationis ex parte nostra. Sic enim procedere videntur Soto ad Roman. 9. in digressionem pag. 273. column. 1. (quamuis pag. 275. column. 1. contrarium dicat expresse) Zumel in præfati q. 23. artic. 5. q. 1. post conclus. 5. §. *Vnde obseruandum.* Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 1. & in argumentis torius disputationis.

5. Dicendum est nihilominus primò, duas consequentias esse bonas, quarum vna necessariò sequitur ex alia. Prima consequentia est: Datur causa prædestinationis ad gratiam; ergo datur causa gratiæ. Secunda consequentia est: Non datur causa gratiæ; ergo non datur causa prædestinationis ad gratiam, nec ad gloriam. Similiter circa gloriam est bona consequentia: Datur causa prædestinationis ad gloriam; ergo datur causa gloriæ. Et rursus: Non datur causa gloriæ; ergo non datur causa prædestinationis ad gloriam.

6. Dico secundò. Quæ sequuntur illationes malæ sunt, & inualidæ. Prima: Datur causa gratiæ; ergo datur causa prædestinationis ad gratiam. Secunda: Datur causa gratiæ; ergo datur causa prædestinationis ad gloriam. Tertia: Datur causa gloriæ; ergo datur causa prædestinationis ad gloriam. Quarta: Non datur causa prædestinationis ad gratiam; ergo non datur causa gratiæ. Quinta: Non datur causa prædestinationis ad gloriam; ergo non datur causa gratiæ. Sexta: Non datur causa prædestinationis ad gloriam; ergo non datur causa gloriæ. In his omnibus solam illationem consideramus in præfati, & eam dicimus non valere, nihil agentes modò de veritate antecedentis, & consequentis.

7. Tertia difficultas, vtrum eadem sit repugnantia, ne per vires naturæ detur causa reprobationis, sicut non datur prædestinationis. Cui respondemus negatiuè. Discrimen quippe inæquum reperitur inter reprobationem, & prædestinationem; datur enim causa, quòd ex se est sufficiens & meritoria de condigno, propter quam aliquis reprobetur, videlicet peccata, quæ per vires naturæ patrantur, Deo præbente tantummodo concursu naturalem vniuersalissimæ causæ: sed ex viribus naturæ non est possibilis causa, quantum ex se est, sufficiens, aut meritoria de condigno, vel de congruo, propter quam homo prædestinetur ad gratiam, vel ad gloriam: sicut in præcedenti sectione probatum est.

8. In eo tamen conueniunt prædestinatio, & reprobatio, quòd sicut ex viribus naturæ nulla ratio datur, ob quam ex duobus hominibus



predestinetur iste potius, quam ille: sic nulla ratio datur, ob quam ex duobus hominibus iste reproberetur potius, quam ille. Nam omnes homines iuste reprobari potuissent saltem propter originale peccatum: quamuis omnes homines collectivè reprobare minus deceret infinitam sapientiam, bonitatem, & providentiam. Licet autem vnus homo prematur maiori peccatorum pondere, quam alter, proptereaque magis distet à predestinatione: multi tamen sceleratiores predestinantur ad poenitentiam, perseverantiam, & gloriam; alij verò propter leuiores & pauciora peccata detraduntur ad inferos. Itaque de facto per solas vires naturæ sufficiens causa datur, vt omnes homines possent reprobari: sed non datur causa discriminis, propter quam isti homines predestinentur, & illi reproberentur.

9. Sit quarta difficultas circa potentiam absolutam reprobandi propter præuisa demerita. Cui respondeo, quòd ex principiis nuper expositis inferitur, nihil indecens, nec improprietarium ad ordinem vniuersi fuisse committendum, si Deus de potentia absoluta quibusdam hominibus potius, quam aliis sceleratioribus, negaret predestinationem, quod ipsum est, negatiuè reprobare, liberè sumendo pro causa, mori, & ratione peccata, quæ præuideret ab illis fore committenda. Quin etiam iste modus providentiæ non ita longè recederet à proportionem rerum, & à meliori gubernatione: sicut longissimè recederet predestinatio propter actiones merè naturales. Nihilominus alter modus negatiuè reprobandi non propter præuisa peccata, perfectior est, & Deo dignior. Quæ omnia magis constabunt infra disp. 14 & 15.

Reprobandi  
modus qui  
dignior Deo.

SECTIO VI.

Nec paruuli, nec adulti propter opera  
conditionaliter futura predesti-  
nantur, aut reprobantur.

1. Semipelagianorum error fuit, ideo quosdam paruulos per Baptismum ad gloriam fuisse predestinatos, quoniam Deus præuidebat, illos honestè victuros, si discretionis annos egissent; cæteris verò propterea negasse predestinationem, atque Baptismum, quoniam præuidit, illos turpiter, & flagitiosè victuros, si discretionis annos attingissent. De adultis similiter somniabant, quibusdam hominibus concessam esse prædicationem Euangelij, quoniam Deus præsciebat, eos credituros fuisse, si Euangelium audirent; aliis verò fuisse negatum prædicationis beneficium, quoniam præsciebat, illos contumaciter restituros.

Nemo per ea  
que non com-  
misit, sed com-  
mitteret puni-  
tur, aut cor-  
ronatur.

2. Hunc errorem quotidiana experientia, Christi Domini prædicatio apud proteruos, & obstinatos, & plures historiae sacræ non dissimiles oppugnant; & naturalis ratio resistit, ne quis puniatur propter crimina, quæ nunquam committit, sed committeret, si constitueretur sub talibus, aut talibus circumstantiis: nec præmium accipiat, vel coronam propter victoriam, quam nunquam assequitur de facto, sed eam consequeretur, si talia, vel talia subsidia, virèque pugnandi reciperet. Sed quoniam ex professo refutatus fuit hic error præcedenti tomo de providentia tota disp. 15. nihil aliud addendum re-

stat in præsentia, nisi quod attinet ad absolutam Dei potentiam.

3. Dicendum est igitur primò, predestinationem, & reprobationem propter opera naturalia, vel supernaturalia nunquam futura, sed tantùm conditionaliter præcognita, possibilem esse de potentia absoluta. Quoniam implicatio nulla continetur in eo, quòd Deus liberè velit, ex eiusmodi operibus ita præcognitis accipere motuum predestinandi, vel reprobandi.

4. Secundò dicendum est, eum providentiæ modum multò longius ab ea perfectione distare, quæ decet infinitam sapientiam, bonitatem, atque iustitiam, & rerum naturis consonat: longius, inquam, recedit, quàm recederet quælibet predestinatio, vel reprobatio, causam accipiens ex operibus præuisis tanquam absolute futuris.

5. Dico tertio. Contradictionem implicat, & consequenter est impossibile, etiam de potentia absoluta, rationem predestinandi vnum hominem potius, quàm alium, aut rationem reprobandi vnum hominem potius, quàm alium ex operibus nunquam absolute futuris, sed conditionaliter præcognitis assumi. Ratio est, quoniam omnes homines sunt aequales, vel potius (vt loquamur propriè) non sunt inæquales, quantum ad merita, vel demerita conditionaliter præuisa, siue naturalia, siue supernaturalia. Præuisa enim sunt infinita peccata, quæ conditionaliter committerentur à quolibet sub infinitis circumstantiis: præuisa sunt etiam infinitæ virtutes naturales, & supernaturales, quas quilibet homo exerceret sub infinitis circumstantiis. Quamobrem vnius hominis infinitudo non potest esse maior, nec minor, quàm alterius hominis infinitudo; quoniam infinita non sunt inuicem commensurabilia: sicut non sunt mensurabilia. Quocirca sola maioritas, & minoritas includentis, & inclusi, in sola inclusione consistens, possibilis est infinitis: vt ostendimus in 3. Physicorum.

6. Aduersus prædictam decisionem obiectio potest opponi, generaliter accepta ex plurimis operibus diuinæ providentiæ circa predestinatos, ad quæ disponenda rationem accepit ex humanis actionibus conditionaliter futuris, & per diuinam præscientiam præoccupatis. Sic enim iustus quandoque morte præoccupatur, ne malitia mutet intellectum eius, cuiusmodi plurima exempla referemus statim. Eadem ergo ratione non implicabit, ex humanis actionibus conditionaliter futuris, atque præcognitis accipi rationem totius predestinationis disponenda.

7. Respondetur, negando consequentiam. Ratio discriminis est, quoniam ad particularia opera diuinæ providentiæ circa predestinatos, ratio sumi potest ex suppositione multarum circumstantiarum, & ex suppositione cuiusdam mensuræ gloriæ, gratiæ, & auxiliorum, quæ Deus talibus hominibus præbere decreuit. Hac autem mensura, & his circumstantiis præsuppositis, reperitur specialis ratio ad hoc opus potius, quàm ad aliud, quoniam actiones humanæ conditionaliter futuræ determinatæ sunt in tali suppositione. Sed econtrariò nullus bonus, aut malus euentus, nullaque actiones humanæ conditionaliter futuræ determinatæ sunt comparatione predestinationis, aut non predestinationis ad gloriam absolute consideratam comparatione huius

huius hominis: quoniam hic homo constitui potest sub infinitis circumstantiis, & sub infinitis mensuris auxiliorum, & gratiæ, sub quibus operaretur bene; necnon sub infinitis aliis, sub quibus operaretur malè.

8. Vt igitur hæc veritas firmior euadat, & clarior, dico quartò. Ad aliquem determinatum effectum predestinationis ex suppositione mensuræ donorum, & circumstantiarum, quæ diuino decreto sunt constituta, multoties accipitur ratio ex humanis actionibus conditionaliter futuris, ac præsertim ex bono vsu, vel abusu donorum conditionaliter præcognitis. Nihilominus absolute non est ratio discriminis ad totam predestinationem, imò nec ad particularem illum effectum: quia potuisset Deus eidem hominibus sub eisdem exterioribus circumstantiis, atque in eisdem muneribus, aut tentationibus, aut occasionibus peccandi præbere victoriam, & facere, vt alias actiones elicerent, adhibendo fortiorem concursum supernaturali, aut clariore illustratione, & fauores maiores.

9. Vtraque pars probatur exemplis eisdem, quæ contra tertiam assertionem obijci possunt. Explicata sunt autem fusiùs in tomo de scientia disp. 62. & sequentibus; vnde nunc breuiter colliguntur, & rei præsentis applicantur. Primò namque: *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* & post pauca: *Reptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scilicet deciperet animam illius.* & iterum: *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc prosperauit educere illum de medio iniquitatum.* Vbi notandus est finis aeternæ gloriæ, intentus, & consequendus à Deo per hæc media: *Si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Obseruandæ sunt etiam illæ dictiones causales, quæ significant rationem, aut motuum taliter disponendi breuitatem vitæ, propter hoc, & ne. quæ prouidentiam commendant plurimæ Patrum sententiæ, quas reuolimus tomo de scientia disp. 62. sect. 8. 9. & 10.

Exempla in  
confirmatio-  
nem.

10. Nihilominus nemo Theologorum dubitabit, quin potuisset Deus eidem homini, quem rapuit, ne malitia mutaret intellectum eius, & communicare talem illustrationis, & vocationis gradum, & tam diuturnum, atque constantem, qualem communicauit Saulo, quo dato, vel etiam multò minori, nec malitia mutaret intellectum, neque fictio deciperet animam illius, sed in obedientia, & gratia Dei perseveraret.

11. Secundum exemplum suppeditant verba Davidis ad Abigail lib. 1. Reg. c. 25. inter medium & finem: *Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit te hodie in occursum meum, &c. Alioquin viuit Dominus Deus Israël, qui prohibuit me, ne malum facerem tibi; nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad matutinam lucem mingens ad parietem.* Perpende primò, Dauidem his verbis approbasse rationes, & motiua, quæ proposuerat Abigail: *Non erit tibi hoc in singulum, & in scrupulum cordis Domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vitus fueris.* Quæ si conferas cum verbis Davidis, hoc totum referentis ad Dei beneficium, mittentis Abigail, & eo medio prohibentis homicidia multa conditionaliter futura; perspicies, aeterna predestinatione fuisse dispositum, vt eo remedio præferuaretur David à peccatis conditionaliter futuris, vel certè à violatione perfectionis, quam ser-

uare solitus fuit, qui dixit: *Si reddidi retribuendis mihi mala,* Psalm. 7.

12. Nihilominus euidentis est, Deum potuisse mediis aliis innumerabilibus eisdem finem obtinere, siue per internum concursum fortiorem, aut clariorem illustrationem mentis, siue per externas alias circumstantias. Tertium exemplum fit, præsciuisse Deum, fore, vt David non occideret Saulem, etiam si nactus fuisset tutissimam opportunitatem vindictæ, & ea præscientia ductum, dedisse potestatem occidendi. Quod sapienter adnotauit Augustinus lib. contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 17. prope finem.

13. Huiusmodi sunt penè innumera, de quorum ratione philosophari debemus eodem modo, sicut de tribus præcedentibus exemplis. Quale est illud Augustini lib. 1. de ciuit. cap. 28. à medio: *Sicut quidam morte rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum: ita quiddam ab istis raptum est, ne prosperitas mutaret mentem eorum.* loquitur de Romanis virginibus, quibus Barbari violentè rapuerunt integritatem corporis, Deo id permittente, ne humilitatem amitterent. Idem tract. 73. in Ioan. ait: *Male vsurus eo, quod accipit, Deo potius miserante, non accipit.*

14. Hac eadem ratione Scriba, qui Matth. 8. dicebat: *Magister sequar te quocumque ieris,* repulsam est passus, *Quia talis magister erat, qui futura præuideret, intelligimus, istum hominem, si sequeretur Christum, sua quaesiturum esse, non que Iesu Christi;* vt obseruat Augustinus serm. 7. de verbis Domini secundum Matth. initio. Iobum propterea fuisse permillum tam grauibus arumnis à diabolo tentari, quoniam eius victoriam futuram, si tentaretur, Deus prænouerat, docent Gregorius lib. 2. moral. cap. 5. Olympiodorus, & Polychronius in Catena Comitoli. Eiusmodi multa Patrum testimonia reperies tomo de scientia disp. 66. sect. 12. necnon in præcedentibus sectionibus, & disputationibus.

15. Ex dictis inferitur, quàm nullo fundamento Theologis Societatis Iesu tribuatur Semipelagianorum error de meritis conditionatis. Nos enim quamuis asseramus omnia merita conditionaliter futura fuisse Deo præcognita, & eam præscientiam fuisse simpliciter necessariam, vt Deus certò predestinaret per libera merita: semper tamen defendimus, ex ea præscientia nullam oriri rationem discriminis, vt hic homo potius, quàm ille predestinetur. Vnde sicut omnes Theologi fatentur, scientiam simplicis intelligentiæ de possibilitate meritorum, esse necessariam, vt Deus predestinare possit, & sine illa predestinationem esse absolute impossibilem: nihilominus scientia prædicta non est causa, nec ratio, propter quam vnus homo potius, quàm alter, predestinetur: idque propterea, quoniam illa scientia simplicis intelligentiæ tantùm est in actu primo principium, ex se aptum, & indifferens, ac generaliter requisitum ad quemlibet hominem predestinandum, cuius applicatio ad hunc hominem prouenit à libera voluntate Dei: sic etiam præscientia conditionata, prout à nobis ponitur, est tantùm in actu primo principium ex se aptum, & indifferens, ac generaliter requisitum ad quemlibet hominem predestinandum, cuius applicatio ad hunc hominem prouenit à libera voluntate Dei.

16. Confirmatur, quia *Predestinatio sine præscientia non potest esse: potest autem esse sine predestinatione præscien-*

Præscientia  
sine predesti-

ratione potest esse, non oportet.

præscientia; prædestinatione quippe Deus ea præcitat, quæ fuerat ipse facturus; vt ex Augustino lib. de prædestin. Sanct. cap. 10. recipiunt plurimi Patres, & omnes Scholastici. Nihilominus iidem non dicunt, causam discriminis esse præscientiam illam, quæ præcedit electionem, aut dilectionem prædestinatorum. Vnde S. Thomas Roman. 8. lect. 6. post medium ponderat, Deum prædestinasse, quos præcitat. Non quia omnes præcitos prædestinet; sed quia eos prædestinare non poterat, nisi præciteret.

DISPUTATIO VI.

Utrum creatæ prædestinationis, id est, omnium effectuum, ab in-creata prædestinatione procedentium, detur causa ex parte nostra.

SECTIO I.

De potentia ordinaria.

1.



**H**ÆRETICORVM errores iam vidimus, & refutauimus præcedenti disp. 5. & magna ex parte tomo de prouidentia disput. 14. & sequentibus. Catholicorum autem hac de re sententias vel improbabilis; vel minus probabiles, commodius referemus disput. sequenti. Præfens enim non erit aliud, quam summa, confecta ex omnibus veritatibus, pertinentibus ad singulos effectus prædestinationis, quæ vel hætenus probatæ sunt in hoc & præcedenti tomo, vel probandæ restant plurimis disputationibus sequentibus; vt inde constet, totam prædestinationem omnino fuisse gratuitam, ita vt quoad naturalia bona, & quoad initium iustificationis, persequerantiam in gratia, totamque prædestinationis executionem, nulla causa, seu ratio detur ex parte nostra.

2.

Quia ratione detur ex parte nostra causa creata, prædestinationis materialis causa.

Sit igitur prima conclusio. Quantum ad aliquos particulares effectus, præcisè consideratos, datur ex parte nostra causa prædestinationis creatæ. Hac conclusio certa est. Probatum autem discurrendo per varia genera causarum. Primum namque materialis causa nos sumus, in quibus vt in subiectis recipiuntur plures, & præstantiores effectus prædestinationis, velut illustrationes, suauitates, consensus liber; omnium virtutum opera, iustificatio, & beatifica visio; necnon plurimæ qualitates naturales corporis, & animi, quæ ad eundem finem quancumque iuuant.

3.

Efficiens.

Efficiens verò causa eorumdem effectuum, licet Deus sit prima, præcipuaque causa, imò & totalis quorundam; aliorum tamen effectuum homo per liberum arbitrium est secundaria, & minus principalis causa, per physicam efficientiam concurrentem ad actus supernaturales, & meritorios, quibus mediis redditur etiam homo causa moralis habituum supernaturalium, auxiliorum sequentium, iustificationis, & visionis beatificæ, quatenus ad hæc se disponit, & illa meretur, & impetrat. Actio verò, qua constituimur in actu secundo prædictæ causalitatis, est nostra cooperatio cum diuina gratia auxi-

liatrice: de qua dicemus disp. 26. & sequentibus vndecim.

Inde sequitur etiam formalem causam creatæ prædestinationis ex parte nostra dari; quatenus illa nostra cooperatio cum diuina gratia, est effectus prædestinationis: vt dicemus disput. 22. sect. 4. & illa datur etiam ex parte nostra: insuper quatenus creatæ prædestinationis veluti forma, constituens illam, est tota collectio qualitatum nobis inhaerentium, quibus iustificamur, & beatificamur, & illæ quodammodo sunt ex parte nostra ratione meriti, impetrationis, & dispositionis ad plurimas illarum.

Finalis denique causa nos ipsi sumus, sed non finis vltimus, & supremus, sed finis immediatus, & subordinatus ad vltiorem, & supremum finem. Omnes enim effectus, quos in præfenti vita operatur increta prædestinatio, diriguntur ad eum finem, vt nos fruamur Deo clarè viso, quæ felicitas nostra destinatur vltimis ad ostendam diuinam sapientiam, bonitatem, & potentiam. Nos igitur sumus finis cui.

Hinc ergo consequens est, omnium effectuum prædestinationis causam esse in nobis, sed in diuerso, & multiplici genere causa. Siquidem ex omnibus effectibus prædestinationis, illi qui sunt in executione posteriores, & dignitate præstantiores, sunt immediata causa finalis priorum, & ignobiliorum effectuum; & omnes supernaturales effectus sunt respectu posteriorum efficiens causa physica, & moralis per meritum, dispositionem, & impetrationem, aut suasionem: quamuis in aliquibus eorum non concurrant simul physica, moralisque causalitas. Quemadmodum gratia præueniens, & operans, licet per physicam efficientiam concurrat, & cooperetur cum nostro libero arbitrio; ipsa tamen, præcisè ratione sui, non est meritoria, nec impetratoria, nec est dispositio moralis, quamuis sit satisfactoria. Econtrario supernaturales actus fidei, spei, charitatis, & contritionis, sunt causa meritoria, impetratoria, & dispositiua suorum habituum, & gratiæ iustificantis, ad quos habitus non concurrunt per physicam efficientiam; quoniam à solo Deo possunt produci: proindeque multominus efficere possunt visionem beatificam; licet illam mereantur, & imperent.

His igitur præmissis, quoniam clariora sunt; restat illud obscurius, vtrum in vno, & eodem genere causæ, præsertim meritoria, impetratoria, dispositiua, vel physice efficientis, aliquid ex parte nostra causet omnes effectus prædestinationis.

De hoc sit secunda conclusio. Prædestinatio, quoad suum integrum effectum, nullam habet causam ex parte prædestinati. Ita existimat S. Thomas in præfenti q. 23. artic. 5. corp. sine, & communiter Scholastici cum Magistro 1. sent. dist. 40. 41. vt magis constabit sequenti disput. 7. sect. 4. Probatum, nam quidquid esset causa prædestinationis, eo ipso maximo opere conduceret ad nostram beatitudinem: sed quidquid existens in nobis, ad beatitudinem conduceret, non est causa integri effectus prædestinationis; ergo nihil existens in nobis est causa integri effectus prædestinationis. Minor probatur, quia quidquid existens in nobis, conduceret ad beatitudinem, est effectus prædestinationis: ergo quidquid existens in nobis ad beatitudinem conduceret, non est causa omnium effectuum prædestinationis;

4. Formalis causa.

5. Finalis.

6.

Gratia præueniens quomodo suasio.

Actus fidei, spei, etc. quomodo ad suos habitus disponant.

7.

8.

nationis; quia non potest esse causa sui ipsius, qui est vnus ex illis effectibus.

Confirmatur, & explicatur primò, quia sub integro effectu prædestinationis comprehenduntur non solum effectus supernaturales vocationis, fidei, gratiæ; sed etiam omnia media naturalia, quibus ad gloriam consequendam quocumque modo inuatur prædestinatus: cuiusmodi est complexio naturalis, ingenium, valetudo, parentes, amici, diuitiæ, vel paupertas, & similia, quæ, quibusdam modis temperata, & adiunctis supernaturalibus auxiliis, valde conferunt quibusdam hominibus ad beatitudinem. Atque hæc omnia esse effectus prædestinationis, manifestum est in nostra sententia & communiori Scholasticorum, iuxta quam ante præuisa opera prædestinantur homines. Nam in hac sententia ideo Deus creat hominem cum his circumstantiis naturalibus, & his auxiliis, vt illum ad beatitudinem efficaciter consequendam iuuent; quare iam procedunt illa omnia ab intentione prædestinationis, vnde effectus illius sunt, vt dicitur infra disp. 24. & disp. 55. sect. 6. & sequentibus.

9. Sub effectu integro prædestinationis quid comprehendatur.

10.

Cæterum in eorum sententia, qui dicunt homines plerosque non prædestinari ante præuisa opera finalia, vt absolute futura; non ita propriè dicuntur, illa omnia esse effectus prædestinationis; quia non procedunt ex resoluta intentione prædestinandi hunc hominem in particulari: cæterum adhuc erunt effectus prædestinationis, vagè, & in communi sumptæ, quia ex intentione resoluta prædestinandi aliquos vagè, mouetur Deus ad creandos plures homines sub his circumstantiis naturalibus, & supernaturalibus, sub quibus sit, non tantum physicè, sed etiam moraliter possibile, aliquos illorum ad beatitudinem peruenire, vt infra disputat. 13. sect. 1. 2. & 3.

11.

Hæc ideo dixerim, quoniam præcedens conclusio secunda certior est, quam vt pendeat ex hac diuersitate sententiarum: quamuis constituta prædestinatione ante præuisa opera; maior sit proprietates in effectibus prædestinationis, & maior repugnantia dandi causam illorum omnium ex parte nostra. Hac igitur explicatione supposita, manifestum est, nihil, ex parte nostra existens, fuisse causam, vt nos crearemur sub his circumstantiis naturalibus, aut supernaturalibus potius, quam sub aliis, ex se minus opportunis ad æternam salutem obtinendam (sue creatio talis procedat ex efficaci decreto prædestinandi nos in particulari, & determinatè, sue procedat ex efficaci decreto prædestinandi vagè, neminem determinando in particulari.) Ergo in vtraque sententia nihil est causa omnium effectuum prædestinationis.

12.

Confirmatur secundò, quia vel ipse Pelagius, hostis prædestinationis & gratiæ, concedit beneficium creationis, & liberi arbitrij gratis, & sine meritis vllis esse collatum, vt vidimus præcedenti disput. 5. sect. 2. Vnde si beneficium istud procedit à voluntate prædestinandi, nulla poterit dari causa omnium effectuum illius voluntatis, & confirmatur tertio, discurrendo per omne genus causæ. In primis enim nulla datur causa materialis omnium effectuum prædestinationis: siquidem tota substantia hominis est effectus prædestinationis; substantiæ verò totius nullum est possibile subie-

13. Materialis causa.

ctum. Quòd si materialem causam appelles etiam dispositiones, moraliter adaptantes hominem ad recipiendam gratiam; nulla talis causa datur omnium effectuum prædestinationis: quoniam prima dispositio, quancumque reddens hominem aptum ad recipiendam vltiorem gratiam, est effectus prædestinationis: dispositionis autem primæ nulla possibilis est causa dispositiua, quòd si nulla foret prima dispositio, daretur processus in infinitum, proptereaque redderetur impossibile iustificationis initium.

Secundò. Nullam esse formalem causam omnium effectuum prædestinationis, non minus est euidentis, quam præcedens membrum, non ea tantum ratione, quoniam inter prædestinationis effectus numerari debent substantia hominis & illius accidentia naturalia, & supernaturalia, quæ cum sint diuersi ordinis, & genere distinguantur, nequaquam possunt, vna & eadem forma constitui: verum etiam ea ratione, quoniam plurimi prædestinationis effectus ab inuicem realiter separantur distinctione subiectorum, & magno locorum, & temporum intervallo: non igitur possunt eadem formali causa constitui. Antecedens probatur, nam extra prædestinatos, in rebus irrationabilibus, & in ipsis etiam reprobis existit plurimi effectus prædestinationis aliorum hominum, ad quorum æternam salutem conducunt, quandoque per se, quandoque verò per accidens, quorum omnium operationes multoties valde distant ab inuicem loco, & tempore: vt omittam Angelorum effectus, & orationes Sanctorum. De prædictis effectibus, extra prædestinatum productis, dicendum est disp. 25. & 58.

Tertio, finalem causam omnium effectuum prædestinationis, nullam esse possibilem ex parte nostra, demonstratur, quoniam inter causas finales, existentes in nobis, vltima & præstantissima est glorificatio, ad quam reliqua omnia bona, quæ existunt in nobis, ordinantur, tanquam ad finem. Cum autem glorificatio sit potissimus effectus prædestinationis, nec possit esse finis sui ipsius: consequens est, glorificationem non esse causam finalem omnium effectuum prædestinationis; & à fortiori nec reliqua bona, quæ non possunt esse causa finalis glorificationis, quoniam ad illam vt ad finem ordinantur.

Quartò. Causam efficientem reali, & physico concursu, nullam esse omnium effectuum prædestinationis, euidentius constat, quia nihil, existens in hoc homine determinato, produxit eius substantiam, nec effecit, vt esset filius Christianorum parentum, sub Christianis Principibus natus, & educatus: nec efficienter produxit primam vocationem illius; nec efficienter causauit prædicationem Euangelij, cæterasque exhortationes parentum, magistrorum, & concionatorum: qui omnes sunt prædestinationis effectus.

Quintò, causam moraliter efficientem omnium effectuum prædestinationis esse nullam ex parte nostra, probatur; nihil enim est in nobis, quo mereamur, aut impetremus, aut disponamur ad effectus prædestinationis, nisi actus virtutum: at ipsi virtutum actus sunt effectus prædestinationis, quorum primus non potest mereri, nec impetrare se ipsum, nec ad se ipsum disponere; ideoque nequit esse moralis causa omnium effectuum prædestinationis. Adde, quòd per actum virtutis nemo meretur, nec impetrat generalem, aut

14. Causa formalis.

15. Finalis.

16. Efficiens physica.

17. Moraliter efficiens.

Dei concursus ad alit virtutis.

18. aut particularem Dei concursum, requisitum ad eum actum (ne principium meriti cadat sub merito, contra dicenda sect. sequenti post medium, & sequenti disp. 7. sect. 3.) concursus autem quilibet ad actum virtutis, est effectus prædestinationis. Idem intellige de causa moraliter disponente, vel moraliter impellente ad virtutem per exhortationem, aut doctrinam.

19. Insuper nullo virtutis actu possumus mereri, nec impetrare nostram existentiam sub illis circumstantiis, sub quibus possibile nobis fuit, eum actum virtutis elicere, nec ipsas potentias voluntatis, & intellectus: at hæc omnia sunt prædestinationis effectus. Denique de condigno nullus meretur, ut mortem illi Deus non afferat eo tempore, quo seruebat peccatis; sed quando perseuerat in gratia, & obedientia Dei, vel quando nuper iustificatus est per Baptismum, aut penitentiam. Hic autem est vnus ex præstantioribus effectibus prædestinationis.

20. Tertian conclusionem adiungo, qua magis explicetur, & corroboretur conclusio secunda. Quamuis appellacionem effectuum prædestinationis restringamus, vt intelligantur soli supernaturales effectus: adhuc eorum omnium causa nulla dabitur existens ex parte nostra. Probatur primò, quia nec aliquid supernaturale causare potest omnes effectus; nec aliquid naturale. Primum membrum probatur: quidquid enim supernaturale reperitur existens in prædestinato, est prædestinationis effectus; & illud non potest esse causa sui ipsius: ergo non potest esse causa omnium effectuum supernaturalium, qui procedunt à prædestinatione. Membrum alterum, scilicet, nihil naturale posse causare quoslibet effectus supernaturales, probatur; quia quidquid non excedit vires, & ordinem naturæ, non potest villo modo causare physicè, nec moraliter supernaturales effectus, nec ad eos tribuendos potest esse ratio, mouens voluntatem Dei: sicut aduersus Pelagium probatum est præcedenti disp. 5. sect. 2. 3. 4. & 5. & contra Pelagianorum reliquias fufius probatum fuit præcedenti tomo de prouidentia à disp. 14. sect. vsque ad finem, præsertim verò disp. 17. 18. & 19.

21. Confirmatur primò, quia nihil, existens ex parte nostra, potuit esse causa Incarnationis, & meritorum Christi Domini (omitto Patriarchas, si de congruo meruerunt futuram Incarnationem), nec potuit esse causa reuelationis, & sacrarum Scripturarum, totiusque doctrinæ supernaturalis: nec potuit esse causa instituendi Sacramenta, nec habendi paratum ministerium Baptismi, vel penitentia. Confirmatur secundò, nam & ipse Pelagius, ac Cælestius fatentur, Euangelij prædicationem & præcepta esse nullis nostris meritis impetrata.

22. Probatur secundò, nam ex parte humanitatis Christi Domini nulla fuit causa prædestinandi, vt ille homo esset naturalis Filius Dei: illius autem prædestinationis nostræ prædestinationis exemplar est. Quod argumentum premit Augustinus lib. de prædest. Sancto. c. 15. & lib. de bono perseuer. cap. vltimo: tractabitur autem à nobis infra disp. 12. sect. 2. versus finem.

Quarta conclusio. Paruulis, morientibus ante rationis vsum, vt prædestinentur, nulla possibilis est causa, ex parte illorum existens, quoniam illi nullum habere possunt actum meritorium, aut impetratorium, vel dispositiuum; omnis enim actus eiusmodi requirit libertatem, & consequenter

supponit vsum rationis. Quòd autem non possint esse ratio prædestinationis opera bona, quæ facerent, si peruenirent ad ætatem adultam, fuit satis probatum præcedenti disp. 5. sect. 6.

SECTIO II.

Virum de potentia absoluta potuerit ex parte nostra præberi causa omnium effectuum prædestinationis.

1. Sanctus Thomas in presenti art. 5. corp. pronunciat absolute, causam totius effectus prædestinationis esse impossibilem ex parte nostra. Quam doctrinam explicabimus, opponendo prius argumenta duo, quæ possibilitatem suadere videntur, quorum primum statim, alterum post secundam conclusionem proponetur, vt illi peculiariter satisfaciatur tertia, & quarta conclusio.

2. Primum igitur argumentum est, quia potuit Deus creare mundum, & homines ex mera prouidentia naturali, intendens vt finem eam tantum sui manifestationem, quæ in hoc opere naturaliter splendere potest; & potuit deinde per aliud decretum, ratione distinctum, hominibus conferre media supernaturalia, vt beatitudinem consequi possent; ita tamen vt hoc decreto nullius hominis in particulari, & determinatè, imò nec vagè prædestinatione efficaciter intenderet; sed tantum intenderet, vt possent saluari, si velent. Deinde postquam præderet aliquos bene vtentes auxiliis supernaturalibus vsque ad finem vitæ, & morientes in gratia; potuit his decernere dare gloriã. Ecce in hoc ordine prædestinationis bonus vsum auxiliorum gratiæ vsque ad finem vitæ, non est effectus prædestinationis: ergo poterit esse meritorium totius effectus prædestinationis, qui solum est collatio gloriæ.

3. Confirmatur, nam ea prouidentia foret communis, indifferens, & æqualis reprobis, & prædestinatis: ergo quilibet effectus illius non esset effectus prædestinationis; & tamen effectus illius posset esse supernaturalis aliquis actus, auxiliorum virtute conceptus, qui posset esse meritorium omnium sequentium donorum supernaturalium (quorundam immediatè, aliorum mediatè,) qui soli forent effectus prædestinationis. Confirmatur secundò, nam & ipsa vocatio, quæ sortitur effectum iustificationis, multoties reperitur etiam in reprobis: quòd autem illius virtus non procedat in vltiores effectus gratiæ, culpa fuit liberi arbitrij resistentis gratiæ; ergo etiam in prædestinato sub prædicto genere prouidentia, vocatio, quæ sortitur effectum iustificationis, non proueniet determinatè à peculiari prouidentia prædestinatorum, sed tantum à communi prouidentia, quæ gubernaret æqualiter prædestinatos, ac reprobos.

4. Respondet aliquis, Etiam in eo casu auxilia supernaturalia fuissent effectus prædestinationis, quamuis enim Deus prius decreuisset, illa absolute conferre propter finem communis prouidentia, non intendendo efficaciter prædestinationem: nihilominus postquam præuidit, fore, vt hic homo bene vteretur illis auxiliis vsque ad finem vitæ: tunc alio decreto voluit eadem auxilia conferre propter obtinendum finem prædestinationis; quamobrè iam illa auxilia non modò sunt effectus communis prouidentia, sed etiam prædestinationis: rursus cum illa auxilia proueniētia non

non meruerit homo, iam non meruit integrum effectum prædestinationis.

5. Refutatur solutio primò.

Hæc tamen solutio refutatur primò, quia licet auxilia, prout procedunt à secundo illo decreto Dei, sint effectus prædestinationis; nihilominus, vt sic etiam sunt effectus meriti prius præuisi; quia Deus ex præuisione meritorum motus est in hoc casu, ad illud secundum decretum constituendum. Quare auxilia, qua ratione sunt effectus prædestinationis, erunt etiam effectus meriti, prout procedentis à communi prouidentia. Refutatur secundò, quia diuina libertas nulla necessitate compellitur statnere secundum illud decretum, quo iterum voluerit producere eadem auxilia, quæ priori decreto producere voluerat. Quocirca prætermittere Deus poterit posterius illud decretum: quo sublato, auxilia erunt effectus communis prouidentia, non verò prædestinationis. Vnde virtute illorum, per bonum vsum arbitrij poterit homo mereri cunctos effectus prædestinationis.

Secundò.

6. Nihilominus sit prima conclusio. Si prædestinationis effectus esse dicatur ille tantum, qui voluit est, & causatus per efficacem intentionem conferendi gloriã huic homini singulari: sic de potentia absoluta possibile fuit in homine dari causam totius effectus prædestinationis. Potuisset enim Deus ita ordinare prædestinationem, vt totus illius effectus esset sola collatio gloriæ, & mors opportuno tempore, quando homo perseuerat in gratia: quorum primum cadit sub merito de condigno; secundum autem de potentia absoluta cadere potuisset sub merito de condigno: sicut de potentia ordinaria cadere potest sub aliquo merito de congruo. Hanc conclusionem probat præcedens argumentum.

7. Nota.

Cæterum est aduertendum, etiam in eo prouidentia ordine, quem admittimus esse possibilem de potentia absoluta, auxilia excitantia esse effectus cuiusdam prædestinationis inefficacis per antecedentem voluntatem salutis, quæ voluerit, quantum ex se foret, nisi per malitiam hominum sciret, & procurauerit, vt omnes peruenirent ad beatitudinem, aut saltem ad iustificationem, vel ad aliquem actum supernaturalem. Quapropter etiam in eo casu daretur aliqua inchoata prædestinatio, cuius effectus nullo modo caderet sub merito.

8. Secunda conclusio. Si nomine effectus prædestinationis latius accepto, intelligamus, quidquid conducit ad gloriã consequendam, licet à Deo non fuerit productum per efficacem intentionem prædestinandi, sed tantum per intentionem communis prouidentia: dicendum erit, de potentia absoluta impossibile esse dari ex parte nostra causam integri effectus prædestinationis; quia quidquid fuerit causa cæterorum effectuum, eo ipso erit effectus prædestinationis late dictus, & non erit causa ipsius: vnde non erit causa cunctorum effectuum prædestinationis. Hanc conclusionem probant omnia, quæ, sectione præcedenti probant secundam conclusionem.

9. Secundum argumentum contendit, de potentia absoluta fieri potuisse, vt omnis effectus prædestinationis mereremur, etiam si nomine effectuum prædestinationis intelligantur omnia, quæ ad gloriã consequendam conducunt, ita vt cadere posset sub merito creatio, & omnes naturales circumstantia, quæ ad gloriã consequendam iuuant, & vocatio, primaque gratia, & reliqua omnia media supernaturalia. Ratio autem est huiusmodi. Deus potuit præordinare, vt merita sequentia post creationem hominis, & post acceptam vocationem, & gratiam, essent meritoria præcedentis creationis, & vocationis, & gratiæ, & omnium, quæ ad prædestinationem requiruntur: ergo Deus de potentia absoluta præordinare potuit, vt omnes effectus prædestinationis caderent sub merito, & consequenter eorum meritoria causa daretur ex parte nostra.

Quòd si obiciatur, Meritum debet existere, priusquam retribuatur præmium. Responderi potest, non esse necessarium acta prius existere meritum. Christus enim Dominus meruit gratiam, quæ multis retro sæculis propter illius merita fuit collata Patriarchis. Satis est igitur futurum meritum fuisse à Deo præcognitum, priusquam retribuatur præmium, vt quasi pecunia credita, & anticipata solutio præceperit. Hinc colligitur duos esse modos anticipati præmij propter meritum, quibus argumentum præsens probare contendit, omnes effectus prædestinationis posse cadere sub merito. Primus esset, si propter merita non præuisa vt absolute futura, sed tantum præcognita per scientiam conditionalium, tribuerentur omnes effectus prædestinationis.

10. Meritum non est necessarium acta prius existere quæ præmium.

11. Circa quem modum statuitur tertia conclusio. De potentia absoluta fuit impossibile, prædestinationis omnes effectus cadere sub merito conditionaliter futurum, & præcognitum per scientiam conditionalium. Probatur primò, quoniam actiones, non præuisa, vt existentes in aliqua differentia temporis, sed tantum præcognita, vt conditionaliter futura, quamuis aptæ sint, vt diuinam voluntatem moueant quasi finis immediatus, per diuinam prouidentiam faciendus: aptæ tamen non sunt, vt eandem voluntatem moueant quasi meritoria, nisi præcognoscantur vt absolute futura, & præsupponatur earum existentia iam determinata ad merendum præmium.

10. Meritum non est necessarium acta prius existere quæ præmium.

Duo modi anticipati præmij.

11.

Actiones etiam conditionaliter futura non sunt aptæ ad mouendâ diuinâ voluntatem quasi meritoria.

12.

13. Quod probo, nam actiones illæ, si non moueant Deum, nisi præcisè, prout cognita sunt per scientiam conditionalem: eodem modo forent meritoria, licet nunquam essent absolute futura, nec existentes in rerum natura, quia non ponerentur illæ circumstantia, quibus conditionaliter suppositis subiungitur earum existentia conditionalis. Cuius ratio est, nam in præscientia conditionalis, præcisè considerata, eodem modo se habent actiones illæ, quæ nunquam futura sunt, & quæ futura sunt aliquando; sed actiones, quæ nunquam futura sunt, nullo modo capaces sunt meriti, vel demeriti, licet conditionaliter futura fuissent sub quibusdam circumstantiis: igitur illæ actiones, quæ aliquando futura sunt, non sunt capaces meriti, nec demeriti, si considerentur præcisè, prout subiiciuntur scientia conditionaliter.

Integrum hoc argumentum, & potissimum illius minor demonstrata fuit præcedenti disputat. 5. sect. 6. fufius autem præcedenti tomo de prouidentia tota disputat. 15. nam ibi contra Semipelagianos probatum fuit, nec paruulis morientibus sub originali peccato, nec adultis Euangelij prædicatione destitutis, nec imputari

13.



Merita conditionally futura non imputari.

14.

Secundus igitur modus, quo fingi posset, creationem, vocationem, auxilia, primam iustificationem, & reliquos effectus prædestinationis cadere sub merito, est huiusmodi. Si Deus veller simul, & cum mutua dependentia creationem hominis, vocationem, auxilia congruentia, primam iustificationem, & illius actus meritorios; dependentia verò mutua foret eiusmodi, vt Deus non veller creationem, vocationem, auxilia congruentia, primamque iustificationem, nisi vt præmium tribuendum actibus meritoriis, quos vult, & præcise esse absolute producendos ex vi auxiliorum congruentium, & gratiæ iustificantis. Cuius foret accommodatum exemplum non valde dissimile, si Rex alicui Duci castrum, exercitumque committeret, volens hunc honorem computare in partem præmij futuræ victoriæ, quam de illius prudentia, & fortitudine certò sibi promittit: nam in vtroque casu diuinum, & humanum præmium daretur propter merita sequentia virtute eiusdem doni, quod fuit præmium.

Exemplum Regii.

15.

Quòd si obicias commune axioma Theologorum: *Principium meriti non cadit sub merito.* Respondemus, id quidem verificari de potentia ordinaria; ceterum de potentia absoluta nulla sequitur implicatio contradictionis, licet principium meriti retribuatur vt præmium sui futuri meriti (de quo non est disputandum in præsentem, sed in proprio loco 1. 2. quæst. 114. art. 5.) quapropter non ex hoc, sed ex alio capite refutandus est ille modus prædestinationis, in quo daretur ex parte nostra meritoria causa cunctorum effectuum.

16.

Sit igitur quarta conclusio. Etiam si Deus prædicto modo veller creationem, vocationem, auxilia congruentia, & primam gratiam iustificantem; nec ex vi talis decreti veller illa, nisi vt præmium operationum supernaturalium, quas vult, & præcise eliciendas esse postea virtute talium donorum: adhuc illius hominis actiones meritoria non essent causa totius effectus prædestinationis. Probat, quoniam accepta vnica operatione meritoria, illa licet mereri potuisset reliquos effectus prædestinationis, se ipsam mereri non potuit. Nam eadem actio non potest esse meritoria sui ipsius, præsertim sub ea ratione, qua valorem habet; actio verò meritoria valorem habet à gratia, & vt sic, est effectus prædestinationis in prædicto casu: ergo non erit meritoria omnium effectuum prædestinationis. Adde quòd eadem operatio, etiam vt procederet à libero arbitrio, foret in eo casu prædestinationis effectus, per illum intentus.

Alia eadem non merito-ria sui.

17.

Responsio.

Quòd si respondeas. Poterit Deus ordinare, vt duæ operationes meritoria sibi mutuo sint

meritum, & præmium, vt vel sic in homine datur meritoria causa cunctorum effectuum prædestinationis. Hæc solutio non satisfaciet, quoniam illa relatio mutua valoris, & præmij, atque illa acceptatio ad mutuum meritum, operationibus illis, non conueniunt ex natura rei; propterea que forent effectus liberæ prædestinationis diuinæ, cuius nulla esset causa meritoria.

Refutatio.

18.

Quòd si respondeas iterum, potuisse Deum ordinare, vt mutuo mererentur etiam illum valorem, & acceptationem ad mutuum meritum. Rursus instaurabitur idem argumentum; hanc enim extrinsecam acceptationem, & eleuationem ad hoc mutuum meritum, merè gratis & sine meritis donatum, prædestinatio contulisset. Vnde similiter si replices in infinitum merita meritorum, & merita acceptationum ad illa, inuenies, si reflectas acutè, semper initium accipi ab aliquo valore, & acceptatione, merè gratis collato.

Alia responsiones reijciuntur.

19.

Hæc omnia sunt attentè consideranda, non tam propter subtilitatem reflexionum, quam propter solidam veritatem, quæ per illas ostenditur, videlicet, eo præsertim sensu non posse, nec de potentia absoluta, prædestinationis totius causam ex parte nostra præberi: quoniam est impossibile nos habere quidpiam, vnde mereamur, & causam præbeamus prædestinationis, nisi Deus gratis & sine merito, vel alia causa discriminis, quæ præcesserit ex parte nostra, voluerit nobis conferre gratiam, qua mereamur, & impetremus: aut certè voluerit gratis accipere, vt sit meritorium gratiæ bonum illud opus, quod ex natura sua non esset meritorium gratiæ. Itaque prædestinationis initium accipi necessarium debet ex aliquo merè gratuito, vt supra disput. 5. sect. 5. dicebamus.

## DISPUTATIO VII.

Quidnam omnes Scholastici docuerint de causa prædestinationis, aut reprobationis ex parte nostra.

### SECTIO I.

Concedentium prædictam causam opiniones varia.



E causa prædestinationis, & reprobationis ex parte nostra, tot sunt, atque tam dissimiles authorum sententiæ, vt omnium peculiare vias, ac rationes sigillatim explicare, obruendis ingenijs potius, quam explicandæ veritati opportunum fore credamus. Ea propter satius erit Doctores reducere ad pauca & suprema sententiarum capita, in quibus conueniunt, prætermittis minutioribus ramis, quibus inter se dissident. Quidam igitur vniuersaliter, ac sine limitatione negant causam prædestinationis ex parte nostra: quos referemus sect. 4. Sed alij concedunt, æternæ prædestinationis ad gratiam, & ad gloriam, vel æternæ reprobationis ex parte nostra fuisse causam,

I.

fam, aut rationem, opera, quæ Deus ab æterno præuidit, à nobis esse liberè facienda. Huius autem causæ assertores in tres classes distribuo: quarum in prima sunt authores illi, apud quos sola opera faciendæ ex virtutibus nature sine auxilio gratiæ, sunt ratio prædestinationis.

2.

In secunda classe sunt authores, apud quos tam opera moraliter bona, concipiendæ per solas vires nature, quam opera supernaturalia concipiendæ per auxilia gratiæ, simul sumpta, sunt ratio, & causa prædestinationis. In tertia classe sunt alij, prædestinationis causam, siue rationem assignantes tantum opera supernaturalia, quæ liberum arbitrium concipit, eleuatam per auxilia gratiæ. Ad hanc classem reduciunt, non directè pertinet occulta causa prædestinationis, quam referemus in fine præsentis sectionis.

3.

Opinio prima, vel potius error Semipelagianorum, opera tantum moraliter honesta, sine supernaturali auxilio producta, constituit esse rationem prædestinationis, vt vidimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 14. sect. 2. & 3. quibus aliqui Scholasticorum ad stipulantur citati in eodem tomo disput. 21. Inter omnes autem Scholasticos insignior, & euidentiôr fuit error Iauellis in commentariis de prædestinatione ad quæstionem 23. S. Thomæ, cap. 5. existimantis, actus moraliter bonos, absque auxilio gratiæ productos, fuisse rationem, propter quam præcognitam vt futuram, Deus elegerit ad gloriam. De cuius censura plura diximus tomo de prouidentia disput. 21. sect. 3. Calderarius etiam in Psalm. 50. lect. 23. ad eundem errorem præceteris accessit.

4.

Secunda opinio dicit, bonum vsum liberi arbitrij totius vitæ, siue præcedat gratiam, siue comiteretur, aut sequatur gratiam, siue proveniat tantum ex auxilio naturali, siue concurrat etiam supernaturale auxilium, rationem esse prædestinationis. Hæc explicatur in hunc modum, vt Deus primò generali voluntate decreuerit, omnibus hominibus præbere inspirationes, & auxilia, quibus possent ad gloriam peruenire, si non resisterent: & ex vi voluntatis, quæ antecedit præuisionem liberæ volitionis nostræ, nullum fuerit discrimen prædestinatorum à reprobis; postea verò Deus præuiderit eos, qui suis auxilijs non repugnabant, eosque prædestinauerit; alios verò reprobauerit, quoniam repugnatos esse præuiderit.

5.

Quamuis autem hæc opinio concedat, nullum esse bonum vsum liberi arbitrij, qui non procedat etiam à Deo, prout author naturalis est, si naturalem actum eliciat, vel ab auxilio supernaturali Dei, si supernaturalem actum eliciat; nihilominus quoniam actus ita procedit à libero arbitrio, vt possit non operari, si velit, præscindit hæc opinio bonum vsum liberi arbitrij, præcise prout est ab arbitrio, & illum præuisionem asserit esse rationem prædestinandi hunc hominem potius, quam alium. Vnde colligit hæc sententia, bonum vsum liberi arbitrij ante fidem, & omnem gratiam supernaturalem, & bonum arbitrij vsum in fide & contritione acceptanda, necnon in conseruanda gratia, præceptisque omnibus obseruandis vsque ad finem vitæ, totum, inquam, bonum vsum, collectum in vnum thesaurum esse rationem prædestinationis.

6.

Hanc opinionem docuerunt Henricus Gaun- Ruiz de Prædestinatione.

daou quodlib. 4. quæst. 19. ad finem, & quodlib. 5. quæst. 5. & quodlib. 8. quæst. 5. Ioannes Bachon lib. 1. sentent. distinct. 41. quæst. vnica, artic. 2. prope finem, Aureolus 1. sentent. tota distinct. 40. præsertim art. 1. & distinct. 41. artic. 1. §. *Respondeo nunc.* Argentina eadem distinct. 41. artic. 1. & 2. §. *Respondeo quod Augustinus,* & in solutione ad 2. S. Bonauentura videtur eidem sententiæ subscribere, si ea, quæ tradit in 1. distinct. 41. art. 1. quæst. 1. & clarius quæst. 2. conferantur cum his, quæ docet lib. 4. sentent. distinct. 15. 1. parte distinct. artic. 1. quæst. 5. quibus aptè consonant, quæ de sententia S. Bonauent. retulimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 21. sect. 2. Sententiam eandem ex recentioribus aliqui sequuntur, veluti Echius opuscul. de prædestinatione centuria 3. num. 2. & sequentibus: Albertus Pighius lib. 8. de libero arbitrio cap. 8. Michaël de Medina lib. 3. de rectoria in Deum fide, cap. 1. inter principium, & medium, Nicolaus Grandis in cap. 9. ad Roman. Orofius lib. 9. de iustitia.

7.

Tertia sententia prædestinationis causam, ob quam illi potius homines, quam alij, prædestinentur, assignat, fuisse bonum vsum auxiliorum gratiæ, & non repugnantiam gratiæ, præuisionem ab æterno. Sed causam reprobationis asserit, fuisse præuisionem peccata, & abusum auxiliorum, ac repugnantiam gratiæ. Hanc docuerunt Ochamus 1. distinct. 41. quæst. vnica, Gabriel ibidem artic. 2. Guillelmus de Rubione 1. distinct. 40. quæst. 1. art. 1. & art. 2. conclus. 3. Ioannes à Bononia opuscul. de prædestinatione parte 1. dum opinionem suam proponit, & parte 2. post sextam opinionem. Camerarius dialogo de prædestinatione cap. 4. §. 1. & cap. 5. & 10. Catherinus in compendio opusculo de prædestinatione ad Tridentinum, & in altero copioso opusculo tribus integris libris refutans Scholasticorum doctrinam de prædestinatione, constituta ante præuisionem opera, præsertim lib. 1. cap. vltimo, & lib. 3. cap. 1. & 2. Turrianus in dogmatico de electione. Lessius opusculo de prædestinatione, sect. 2. num. 6. Ioannes Mariana lib. 3. de morte, & immortalitate cap. 7. (licet cap. sequenti videatur aliter existimare.) Eandem sententiam re ipsa sequuntur, licet modum loquendi variant, Vazquez, Pennortus, & Herice referendi paulo post in tertio discrimine. Eandem esse probabilem asseruit Ricardus 1. distinct. 41. art. 2. quæst. 2.

8.

Videntur eam tenere Alexander 1. parte quæst. 28. membr. 2. artic. 2. dicens, Dei voluntatem æqualiter se habere respectu hominum, ex nostra verò receptione, & cooperatione provenire discrimen prædestinatorum à reprobis: & Albertus 1. parte quæst. 63. membr. 3. artic. 1. quæst. incidenter prima, dicens, præuisionem merita, licet non sint causa, rationem tamen esse prædestinationis. Quamuis oppositam sententiam insinuet membr. 2. quæstionis eiusdem, dicens, homines à Deo per æternam prædestinationem determinari ad gratiam, & ad gloriam. Quibus similia dixisse refertur in 1. sentent. distinct. 41. artic. 3. Sed de Alberto, & Alexandro plura dicemus in secundo discrimine, & in sect. 3.

Discrimina tria reperio inter authores istius tertie sententiæ. Primum est, quoniam illorum aliqui nullum prædestinatum excipiunt à generali

9.

Primum discrimen inter authores.



rali lege prædestinationis, accipientis rationem & causam ex præiis operibus; alij verò Doctores excipiunt insigniter prædestinatos, quibus ante præiis opera, concedunt, fuisse prædestinatos efficaciter gloriam, & media, quæ ad gloriam infallibiliter obtinendam opus erant, cum firmo decreto, quo Deus statuerit, non permittere, vt ab hoc fine deficerent, nec istud negotium in eorum arbitrio relinquere. Cuiusmodi prædestinati sunt in primis Beatissima Virgo, Apostoli, & alij insigniores Sancti. Huius exceptionis primus author fuisse videtur Ochamus, quem sequuntur Gabriel, Catherinus, & alij locis notatis in tertia sententia. Secundum discrimen affectu anticipata quædam retributio gratiæ, cuius rationem dederit præiis bonus vsus eiusdem gratiæ: qui modus existimandi quo sensu fuerit traditus ab Alexandro, & Alberto, tractabimus sect. 3.

Secundum.

10. Tertium.

Tertium discrimen inuexit Vazquez 1. parte disput. 89. 90. & 91. cuius sententiam ad tres propositiones redigo. Prima propositio. Ex parte prædestinati propterea nulla datur causa prædestinationis, quoniam prædestinatio est sola electio ad gratiam, non autem electio ad gloriam; at electionis ad gratiam nulla datur causa ex parte liberi arbitrij. Secunda propositio. Electionis ad gloriam causa datur ex parte prædestinati, videlicet opera, elicienda virtute auxiliorum gratiæ, præiis vt futura: sicut etiam reprobationis causa sunt peccata finaliter futura, & præiis. Tertia propositio. Nullus est insigniter prædestinatus, qui ante præiis vt futura bona opera fuerit ad gloriam electus, de quo præsertim agit disputatione 89. cap. 2. & disput. 90. cap. 2. Existimat autem Vazquez, suam sententiam in re ipsa consentire Turriano; differre tamen solo modo loquendi, vt videre est in prædicta disputatione 91. cap. 3. fine. Veruntamen Turrianus in dogmatico de electione, non tantum prædestinationem ad gloriam, sed etiam prædestinationem ad gratiam iustifican-tem, constituit, esse factam post præiis merita; concedit autem (vt Catholicus) primam gratiam auxiliatricem, & præuenientem fuisse datam independentem à nostra libertate.

11.

Vix à prædicta sententia Vazquez recedunt alij recentiores. Pennortus enim lib. 6. propugnaculi cap. 11. & duobus sequentibus negans, ex parte nostra dari causam prædestinationis ad primam gratiam; cap. 21. & sequentibus defendit, ex parte prædestinati dari causam prædestinationis ad gloriam. Sic etiam Herice tota disputatione 29. docet, præiis merita fuisse causam electionis ad gloriam, licet præcedenti disput. 28. cap. 2. & 3. probauerit, nullam esse causam prædestinationis ad gratiam.

12.

Quartam sententiam numerare possumus eam, quæ confugit ad causas soli Deo notas. Sic enim existimauit Henricus quodlibet. 8. quæst. 5. pag. 2. & 3. Carthusianus autem lib. 1. sentent. distinct. 41. quæst. 1. prope finem, licet fateatur, esse probabilem positionem S. Thomæ de prædestinatione ante præiis merita; censet tamen esse probabilior sententiam S. Bonaventuræ, quantum ad hoc, quod dicit prædestinationem habere rationem in particulari, seu in singulari; ita vt non sola Dei voluntas sit ratio, vt hic potius, quam ille, prædestinetur. Addit autem, hanc rationem nos latere, nisi supernaturaliter reucl-

tur. Occultam istius discriminis causam magis ex professo probat Bellarminus lib. 2. de gratia cap. 9. parum à principio, & Pennortus lib. 5. propugnaculi cap. 17. num. 8. Cui fauere videtur Apostoli verba Roman. 9. *O altitudo diuitiarum, &c. Quis enim cognouit sensum Domini, &c.* & plurima testimonia Augustini, & aliorum Patrum, quibus satisfaciemus disput. 10. sect. 3. & sequentibus. Aliis quoque recentioribus placet eadem sententia.

SECTIO II.

Censura præcedentium opinionum.

1. Primam opinionem esse manifestum errorem, iam diximus, eam referentes, sectione præcedenti. Propterea tantum restat dicere de reliquis. In opinionis secundæ censura modum excedunt aliqui recentiores. Quamuis enim quædam illius membra sint improbabilia, parumque tuta: sunt tamen alia probabilia.

1.

2. Dico igitur primò. Simpliciter loquendo, secunda sententia non est digna erroris nota. Potest enim ita intelligi, vt solum velit, quod hac propositione significatur. Opera præiis, quæ gratiam præcedunt, & quæ gratiam comitantur, vel ex gratia sequuntur, prædestinationis causam, aut rationem diuersimodè præbuerunt: quatenus opera, quæ gratiam antecedunt, licet nullo modo meruerint, nec impetrauerint, nec disposuerint, nec vilo modo per se, atque ratione sui, fuerint conditio requisita ad gratiam, vel prædestinationem: fuerint nihilominus causa per accidens, remouendo prohibens, ac propter extrinsecam Dei misericordiam, & suauitatem prouidentia, fuerint occasio, & opportunitas, qua posita, Deus tribueret primum auxilium gratiæ; cooperatio verò libera voluntatis cum primo & cum cæteris auxiliis, ab æterno præiis, fuerit causa prædestinationis ad gloriam.

2.

Executur ab errore secunda sententia.

3. Hoc, inquam, temperamento conditam secundam sententiam, erroris nota non esse dignam, probatur, nam si alicui errori similis est, maximè Semipelagiano: verum ab hoc quantum distet explicatio præfens, constat ex dictis præcedenti tomo de prouidentia, præsertim disput. 22. sect. 3. collata cum disput. 14. sect. 2. & 3. Non est igitur iusta censura Soti ad cap. 9. ad Romanos digressione de prædestinatione, quatenus absque limitatione dicit, esse Pelagianum errorem asserere causam prædestinationis ex præiis operibus, quæ gratiam præcedunt, aut comitantur.

3.

4. Fateor tamen eandem opinionem secundam esse suspectam Semipelagiani erroris, & ideo nec satis tutam, nec probabilem: quoniam videtur supponere, bona opera concepta per solas vires naturæ, per se atque ratione sui esse digna, vt eorum intuitu conferantur auxilia gratiæ facienti quod in se est per vires naturæ. Quod non vacare periculo erroris Semipelagiani, ostendimus in prædicta disputat. 22. præsertim sect. 4.

4.

Nec probabilis, nec satis est.

5. Dico secundò. Absq; nullo periculo, vel temeritate, quin imò probabiliter defendi potest opinio tertia, dicens, plures homines fuisse prædestinatos ad gloriam, præsupposita præiis operatione boni vsus liberi arbitrij, non quidem præcedentis, aut comitantis, sed subsequæ gratiam vsque ad

5.

Opinio tertia probabilis est.

ad finem vitæ: ita vt per æqualem beneuolentiam, & voluntatem generalem saluandi omnes, Deo conferente salutis remedia, quidam homines reprobati fuerint, propter præiis neglectum gratiæ. Sed alij prædestinati, quoniam cooperaturi per liberum arbitrium præuidebantur.

6. A multis defenditur.

Hæc opinio, sub hac præcisione concepta, non tantum ab antiquis Scholasticis, & recentioribus, citatis sect. præcedenti, sed etiam à multis alijs Theologiæ professoribus in Italia, Gallia & Hispania defenditur. Nec desunt testimonia sacrarum literarum, & antiquorum Patrum, quæ fauere videantur eidem, licet explicentur pro contraria sententia infra disput. 9. 10. & 11.

7. Indigna censura.

Nec oppositis argumentis euidenter conuincitur esse falsa, vt constabit ex plurimis disputationibus sequentibus; licet in eis ostendatur esse longè maior probabilitas contrariæ sententiæ.

8. Quapropter indignè reiciuntur tanquam periculosam & erroneam opinionem hanc Bañez, & Zumel in præfenti quæst. 23. artic. 5. & Soto in prædicta digressione dicit, aduersari Scripturæ, qui docet, rationem prædestinationis esse præiis opera, quæ gratiam sequuntur.

8. Tertia sententia nonnullis improbabilibus miscetur.

9. Dico igitur tertio. Prædictæ sententiæ tertiæ, quam esse probabilem dixi, nonnulla miscetur à quibusdam illius authoribus, quæ longius distant à probabilitate. Primò namque putant aliqui, prædestinationem ante præiis opera non esse possibilem etiam de potentia absoluta: tum quoniam illa foret iniqua, iniusta, & indigna Deo; tum etiam, quia reprobus & prædestinatus eriperet libertatem. Hoc autem asserere, quantum distet à probabilitate, videbimus disput. 18. in qua demonstremus, nihil esse iniquitatis, aut iniustitiæ, nec acceptionis personarum, si duobus hominibus æqualiter se habentibus, quantum ad peccata, vel quantum ad bona moralia, Deus conferat inæqualia dona, & inæqualem exhibeat protectionem; imò licet maiora dona conferat minus digno, vel magis indigno.

Equaliter se habentibus possunt inæqualia dona conferri.

9. Prædestinatio libertati concordat.

10. Rursum prædestinationem bonarum operationum libertati non repugnare, satis ostendimus præcedenti tomo de prouidentia à disp. 6. vsque ad 15. siue prædestinatio sit vaga, siue determinata. Sed vterius concordiam prædestinationis cum libertate, tractabimus disput. 55.

10. Possibile prædestinari ante merita.

11. Secundò, licet fateantur alij, possibile esse prædestinationem ad gloriam ante præiis merita, subiungunt, prædestinationem ad gloriam, prout est præmium bonorum operum, implicare contradictionem, nisi fiat post præiis merita, quorum est præmium. Hoc igitur esse minus probabile, quam præcedentem impossibilitatem, ostendemus disput. 12. sect. 3. & sequent. Multorum denique rationes, quæ sic probare nituntur prædestinationem fuisse post præiis opera, vt vel nihil probent, vel probent, non fuisse possi-

Ruiz de Prædestinatione.

bilem prædestinationem ante præiis opera; quantum valent aduersus possibilitatem, tantum à probabilitate recedunt.

11. Reprehenditur modus loquendi.

12. Tertiò reprehensione dignus est modus loquendi, quem inuexit Catherinus, nolens appellare prædestinatos omnes, qui gloriam assequuntur; eos enim solos appellat prædestinatos, qui sunt eximie prædestinati. Nam antiqui Patres, referendi tribus disput. sequentibus, fateantur, ad gloriam peruenire neminem, nisi prædestinatum, & omnem prædestinatum peruenire. Fundamentum autem, quod Catherinus quærit in significatione præpositionis præ, non est solidum, vt notauimus disput. 1. sect. 1. num. 4.

12. Catherinus immeritò arguitur.

13. Nihilominus immeritò Catherinus arguitur erroris à Soto Roman. 9. in digressione à Corduba lib. 1. quæstionar. quæst. 56. & Camerario in dialog. de prædestin. cap. 10. Referunt enim, Catherinū asseruisse, reprobationem non esse æternam, nec prius existere, quam reprobi committant ea peccata, propter quæ damnantur, nec Deo certum ab æterno fuisse numerum electorū. Ab his tamen erroribus longè recessit Catherinus in vtroque tractatu de prædestinatione, quibus solummodo contendit, quòd diuina præscientia, qua præcognoscit ab æterno certum prædestinatorum, aut reproborum numerum, singulæque personas illorum, supponit existentiam futuram operum, in tempore faciendorum, vt præsentem in æternitate: simulque docet, non esse certam prædestinationem, aut reprobationem, nisi supposita futuritione perseverantia in gratia, vel obstinationis in peccato, vsque ad mortem, prout hæc futuritio præiis fuit in æternitate. Quantum ad hæc igitur nulla censura dignus est Catherinus.

13. Postrema sententia probabilis.

14. Dico quartò. Postrema sententia, confugiens ad ignotas causas, & soli Deo notas, tamen vera non sit, non caret aliqua probabilitate: vt videbimus disput. 9. sect. 2. & 3.

Contradictio notanda.

Veruntamen in modo loquendi quorundam authorum illius sententiæ, valde notandum est implicari contradictionem, quando dicunt, ex parte Dei posse dari rationem aliquam, propter quam prædestinetur hic homo potius, quam ille; quamuis huius discriminis nulla detur ratio ex parte hominum. Hoc enim contradictionem inuoluit; quoniam si prorsus æquales sunt omnes homines, quantum ad omnes rationes concedendi, vel negandi prædestinationem illis, non est possibilis ex parte Dei ratio, propter quam vnus hominem potius, quam alium prædestinet. Quemadmodum est impossibile dari rationem, propter quam vnus lapis potius, quam alter eligatur per artem expoliendus, & collocandus in ædificio templi: si nullus lapis ex se sit aprior, nec minus ineptus, vt poliat, nec est dignior ædificio templi.

SECTIO III.

Utrum bonus vsus primæ gratiæ præiis, ratio fuerit tribuendi eandem primam gratiam.

1. Aliqui Scholastici docent, non modò prædestinationis ad gloriam, & prædestinationis ad vltiorem gratiam, dari causam ex operibus clicitis virtute gratiæ præcedentis, sed etiam

1. Sententia asserens.

prædestinationis ad primam gratiam fuisse rationem congruitatis eiusdem primæ gratiæ bonum vsum à Deo præuisum. Ita docuit Alexand. 1. p. q. 28. membr. 3. art. 3. corp. & ad 2. & 3.

2. Vix ab eo diffidet Albertus, nam 1. part. q. 63. membr. 3. art. 1. corp. fine dicit: *Prædestinatio habet rationem, ut rationabilis esse videatur: & hæc ratio non est antecedens, sed concomitans. Vnde hæc ratio potest esse præscientia meritorum, quia dat illi, quem scit bene vsurum gratia.* Consequenter autem responderet ad argumenta, & ad quæstiones incidentes, nullam esse causam prædestinationis; sed rationem, non antecedentem, sed concomitantem. Consonatque tota quæst. 65. de electione. Refertur idem sensisse Albertus lib. 1. sent. dist. 4. ar. 2. & 3. nec mirarer, cum retinuisse priorem sententiam, licet aliqui recentiores contradicant, referentes eum pro contraria sententia.

3. Nemo alius Scholasticorū, legitur ita sensisse. Quamvis enim admittant aliqui, præmium in aliquo raro casu fuisse datum prius, quam eliceretur opus meritorium, propter quod remunerandum probetur: nemo tamen asseruit, ipsum meriti principium de facto fuisse remunerationem, & præmium eiusdem meriti, cuius est principium, ut videbimus inferius. Quapropter idem Alex. 3. p. q. 69. membr. 5. art. 2. §. 3. negat, primam gratiam dari ex merito boni vsus futuri eiusdem gratiæ. Hoc autem non contradicit ipsius sententiæ initio relatæ, quoniam prima parte non dicit, futurum bonum vsum esse meritorium gratiæ; sed tantum dicit, esse rationem congruitatis.

4. Veram, & multis Patrum testimoniis consentientem fuisse putamus, mentem Alexandri, & Alberti, quæ tantum voluit, sine immediatum, propter quem obrinendum efficaciter, Deus huic prædestinato confert vocationem secundum propositum, & opportunam, esse ut prædestinatus bene vtatur illa gratia. Quæ voluntas, & dispositio diuina non esset rationabilis, nisi præsciret Deus bonum vsum futurum gratiæ; quoniam Deus efficaciter intenderet bonū vsum, ignorās, vtrum certò, & inallibiter esset obrinendus, vnde suam intentionem exponeret periculo frustrationis.

5. Si tamen illi Doctores asseruissent, bonum vsum gratiæ, præscitum à Deo, fuisse rationem discriminis, propter quam Deus gratiam tribueret huic homini potius, quam alteri: foret eorum opinio improbabilis, & simpliciter impossibilis; ut dicere coepimus supra disput. 5. sect. 6. & magis explicabitur in præsentia.

6. Authores aliqui prædictam sententiā refutant, dicentes, coincidere cum errore Semipelagianorū; quo satis ostendunt, se neutrum extremum bene penetrasse; distat enim multum Semipelagianus error ab illa sententia, quæ concederet rationem discriminis ex præcognito bono vsu gratiæ.

7. Primò namque Semipelagiani dicebant, bonum vsum liberi arbitrij per solas vires naturæ absque auxilio gratiæ, valere ad obtinendam gratiam; & consequenter eiusdem ordinis honestas actiones, præcognitas ut conditionaliter futuras, si paruuli superuiverent, fuisse rationem concedendi Baptismum illis, prius quam raperentur interitu præmaturo.

8. Sed illa sententiā, quam in præsentia tractamus, nec agit de paruulis, ante rationis vsum morientibus; nec agit de bonis operibus, factis per solas vires naturæ absque auxilio gratiæ: sed agit de bono vsu gratiæ conditionaliter futuro.

9. Secundò differt comparatione adulatorum, quibus Semipelagiani dicebant, Euangelij prædicationem quibusdam hominibus potius, quam aliis, ideo fuisse concessam; quia Deus præsciebat, eos fuisse credituros: ceterum non inuenimus, eos asseruisse, primam vocationem, & supernaturalem gratiam auxiliatricem, interius mouentem ad credendum, ideo fuisse concessam iis hominibus potius, quam aliis, quoniam Deus præsciebat, illos esse bene vsuros & confensuros: quin potius oppositum colligitur ex eorum dictis; quoniam ad credendum, sicut oportet, existimabant, solas naturæ vires sufficere, nec opus esse supernaturali auxilio. Hoc autem est, quod asserit in sententia, quam in præsentia tractamus, videlicet primam vocationem & auxiliatricem gratiam concedi propter bonum vsum præcognitum.

10. Tertio differt, quoniam bonus vsus gratiæ, quem respicit sententia præsens, licet conditionaliter fuerit præscitus, est tamen absolute futurus: at verò Semipelagiani rationem prædestinationis paruulorum accipiebant ex operibus nunquam futuris. Quæ omnia constant ex dictis præced. tomo de prouid. disp. 14. & 15. quæ breuius attingimus supra disp. 5. præsertim sect. 6.

11. Sit igitur prima conclusio. Nullus bonus vsus alicuius gratiæ (siue primæ, siue sequentiæ) præcognitus ut futurus, attulit Deo rationem discriminis, ob quam prædestinaret hunc hominem potius, quam alium.

12. Probatur primò, nam in quocunque homine Deus præsciuit futurum bonum vsum gratiæ recipiendæ; si voluisset illi talem gratiam conferre sub aliqua ex infinitis collectionibus circumstantiarum, in quibus conditionaliter præscit, exhibendum fuisse consensum & bonum vsum gratiæ. Quamobrè quod in vno potius homine, quam in altero præsciatur esse futurus bonus vsus gratiæ, hoc supponit, Dei electionem liberam, quæ discreuit inter vnum & alterum hominē, quatenus voluit vni dare gratiam, sub ea collectione circumstantiarum, sub qua sciebat esse bene vsurum, sed non voluit alteri homini tantum beneficium opportunitatis præbere.

13. Confirmatur primò, quia præscientia boni vsus gratiæ, præcognitus ut absolute futurus, non potuit esse ratio mouens ad illam gratiam conferendam: quoniam bonus vsus gratiæ tanquam absolute futurus non cognoscitur, nisi cognita simul eadem gratia, tanquam absolute futura; quapropter ad eam cognitionem præsupponitur iam esse determinatum liberum decretū Dei, quo vult huic homini conferre gratiā. Vnde sequitur eadem cognitione nullam potuisse ministrari rationem, ad illud decretum liberè statuendum.

14. Confirmatur secundò, quia nulla præscientia futuri potest esse ratio quomodolibet inclinans ad aliquid faciendum; nisi contrariè futuritionis præscientia posset etiam esse ratio inclinans ad illud omittendum. Quocirca nulla præscientia boni vsus gratiæ, potuit esse ratio, quomodolibet inclinans ad tribuendam huic homini gratiam potius, quam alteri; nisi præscientia mali vsus futuri potuerit esse ratio inclinans ad negandam eandem gratiā huic homini potius, quam alteri. Hoc autem est simpliciter impossibile, si bonus vsus præscitur ut absolute futurus; quoniam ex suppositione futuritionis absolute, sicut implicat contradictionem non esse futurum bonum vsum gratiæ; sic etiam cōtradictionem implicat Deum non

non decreuisse dare huic homini gratiam. Similibus formæ argumentum, sed in diuersa materia, copiosius à nobis tractatum reperies tomo de scientia Dei, disp. 65. sect. 1.

15. Quod ad præsens atinet, ex præcedentibus cōfirmationibus aperte deducitur, bonum vsum gratiæ præcognitū tanquam absolute futurum, non potuisse vilo modo rationem asferre prædestinandi ad eam ipsam gratiam. Restat igitur bonus vsus gratiæ, præcognitus tantum, ut conditionaliter futurus. In hoc autem omnes homines fuisse simpliciter pares, diximus iam in 1. probat. futū autem declarauimus supra disp. 5. sect. 6.

16. Secundò probatur, quia de facto Deus auxiliatricem gratiam, & gratiam iustificantem tribuit multis hominibus, quos præscit esse reluctantes, vel per superbiam & socordiam ab usuros eadem gratia; quorundam insuper abusus, & conumacia præscitur vsque ad mortē esse duratura. Quin etiam Deus multos euehit ad excelsum gradum charitatis & gratiæ, quos præscit fore damnandos propter abusum acceptæ gratiæ. Vnde colliguntur duo.

17. Primum est, non fuisse generalem rationem dandi primam gratiam, quoniam præsciebat ut bonus vsus illius, siquidem plurimis hominibus est data, quorum præsciebat abusus.

18. Secundum ac præcipuum est, præcognitum bonum vsum primæ gratiæ, vel aliarum omnium (præter vltimam) non potuisse præbere rationem prædestinationis ad gloriam: siquidem talis vsus bonus præscitus est de multis reprobis. Hoc argumentum persequitur Catherinus opuscul. de prædestin. lib. 1. cap. 3. pag. 36. & 37. & Soto Roman. 9. in digressionē pag. 275.

19. Tertio, ac præcipue probatur, quoniam ex parte nostra nullam fuisse rationem, ut vnus potius, quam alter, prædestinaretur, probant efficaciter plurima testimonia Scripturarum & Patrum, atque rationes theologicae, quæ tradenda sunt disp. 8. & multis seqq.

20. Probatur quartò, quia rationem primi auxiliij gratuitū, seu primæ vocationis totam fuisse ex parte liberæ voluntatis diuinæ, satis probatum fuit tomo præced. de prouid. disp. 17. 18. & 19. & disp. 40. & 41. in quibus peculiariter ponderandum occurrit, quod Paulus & Augustinus alitque Patres valde commendant, nos electos esse, siue vocatos, ut essemus sancti, non autem quia præsciebamur esse futuri sancti.

21. Quintò probatur, quoniam omnium effectū prædestinationis dari causam ex parte hominum, contradictionem implicat; ut ostendimus præced. disp. 6. sect. 2. Hoc autem non implicaret, si posset dari ratio prædestinandi ad primam gratiam propter bonū illius vsum; quoniam accepta prima gratia posset esse ratio obtinendi reliquas.

22. Secunda conclusio præcedentis est maior explicatio. Si loquamur de causa meritoria de condigno, vel de congruo, multo certius est, primam gratiam de facto non dari propter præuisum bonum vsum illius gratiæ. Hæc vltra probationes primæ conclusionis, (quæ sunt generales ad omnem rationem prædestinandi, quomuis illa non sit vilo modo meritoria) peculiariter probatur, quoniam initium iustificationis non cadit sub merito, ut contra Semipelagianos probatum fuit in tom. de prouid. 17. 18. & 19. & disp. 40. & 41. Vbi Patres & Concilia nō distinguunt meritum antecedens, nec meritū consequens ipsam

gratiam initiatiuam iustificationis: nec distinguunt meritum de condigno, vel de congruo, sed absq; discrimine quodlibet meritum excludunt, ut gratia congruentius ad suam quidditatem, tribuatur merè gratis, maxime quantum ad suam primam radicem, qua supposita, non derogatur eius dignitati, si gratiæ sequentes dentur propter meritum procedens ex prioribus gratis.

23. Confirmatur primò, quia respectu Christi D. non merè gratis, sed ex debito Patriarchis collata fuit iustificatio & peccatorum remissio; licet hoc præmium anticipata solutione collarum fuerit propter futura merita Redemptoris: igitur etiam meritum futurū atque præuisum efficere potest, ut gratia non detur merè gratis.

24. Confirmatur secundò, quia de potentia ordinaria & secundum congruentiorem ordinem rerum principium meriti non cadit sub merito. Sed prima gratia, seu prima vocatio est principium totius sequentis meriti: ergo non cadit sub merito. Cuius ratio à priori est analogia conueniens, qua moralis causa, qualis est meritum, imitatur causam physicam & naturalem. Nulla quippe causa physica est effectus productus à suo effectu; nec vllus effectus est causa suæ causæ: nullum igitur meritum est meritorium sui principij merendi; nullumque principium merendi retribuatur ut præmium sui meriti.

25. Obiiciēs, Patriarcharū desideria & orationes meruerunt Incarnationem de congruo (ut S. Th. existimat 3. p. q. 2. art. 1. corp. fin.) Nihilominus illarum orationū gratia, & virtus meritoria fuit collata Patriarchis propter futura merita Christi Domini, quorum omnium principium est Incarnatio: ergo principium meriti potest dari propter futura merita præcognita.

26. Resp. & dico primò. Communior Scholasticorū sententia fert, antiquos Patres nō meruisse substatia Incarnationis; sed tantum aliquas illorū circumstantias; idq; ne principium meriti cadat sub merito. Sed de hoc in præsentia non est disputandum.

27. Dico secundò, quamuis Patres antiqui de congruo meruissent Incarnationem, nihil debilitaretur fundamentum conclusionis nostræ propter plures disparitates.

28. Prima est, quoniam vnio hypostatica, siue Incarnatio, res est incomparabiliter superans totum ordinem gratiæ create: propterea non debet adstringi legibus ordinariis gratiæ create.

29. Secunda, quia nec expediebat vllum meritum esse, nisi procedens à capite totius Ecclesiæ Christo D. nec expediebat Incarnationē fieri, nisi post multas præiū dispositiones diuturni temporis: nec expediebat eius etatis Sanctos alii desiderare & alii petere, nisi Redemptorem; nec expediebat illas preces ac desideria nullius esse valoris apud Deum. At omnes istæ congruentiæ locū non habēt, ut prima gratia vnus hominis detur propter meritū de cōgruo, futurū virtute eiusdem gratiæ.

30. Tertia disparitas est, quoniam antiqui Patres Incarnationē non meruerunt sibi solis, sed vniverso mundo: insuper quilibet eorū in particulari non meruit, ut sibi potius, quam alteri homini applicaretur meritū, & vtilitas incarnati Verbi: deniq; nullus eorum per se solus Incarnationem de congruo meruit, sed tota illorum collectio, videlicet, Ecclesia illius temporis. Nos autem in præsentia concl. locuti sumus de quolibet singulari homine, qui solus, sibi soli mereatur applicari primam gratiam, tanquam præmiū futuri meriti præcogniti.

2.

3. Nullus alius ita sensio.

4. Albertus, & Alexand. explicantur.

5. Improbabilis & impossibilis opinio.

6. Distat à Semipelagianismo.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

non

Nullus bonus vsus gratiæ prædestinationis discrimen attulit.

Nec mouit ad illam conferendam.

Quando præscientia futuri inclinans ad aliquid faciendum.

12. Reluctantibus hominibus Deus gratiam præbet.

13.

Omnium effectū prædestinationis dari causam ex parte hominum contradictionem implicat.

14. Prima gratia nō datur propter illius bonum vsum.

15. Patriarcha propter merita Christi D. meruit iustificari.

16. Principium meriti nō cadit sub merito.

17.

18. Patres solas Incarnationis circumstantias meruerunt.

19.

20. Disparitates Incarnationis, ut sint principium meriti.

21.

19. Licet gratia prima tribueretur ut anticipata primum, futurus prouentus non afferret rationem discriminis.

20. Tria notanda ad praecipuas obiectiones.

21. Nostri defenduntur.

1. Nobiliorum Scholasticorum doctrina.

Tertia conclusio. Quamuis Deus de potentia absoluta, primam gratiam retribueret, ut anticipatum primum eiusdem meriti, quod praescitur esse prouenturum ex eadem gratia: nihilominus futurus iste prouentus nullam attulisset rationem discriminis, propter quam Deus uoluisset huic homini potius, quam alteri, beneficium istud conferre. Nam eadem ratione potuisset cuicumque alteri homini tribuere totam collectionem circumstantiarum, sub quibus Deus praescit, illum fore bene usum gratiae, & ea collectione supposita tribuere gratiam propter bonum usum illius; quemadmodum in prima probatione prima conclusionis dicebamus. Existimo igitur non implicari contradictionem, licet principium meriti cadat sub merito, & retribuatur ut primum meriti procedentis ab ipso (de quo disputant Theologi 1. 2. q. 114. art. 5.) nihilominus implicari contradictionem in eo, quod praescitur meritum ut futurum, praebet rationem discriminis, ut vnus homo potius, quam alter, praedestinetur ad gratiam, vel ad gloriam.

Ad obiectiones autem praecipuas notanda sunt tria.

Primum est, non obstantibus praedictis assertionibus, ex bono usu gratiae, vel doni praecognito posse rationem accipi dandi donum illud, supposita certa mensura donorum & circumstantiarum, quam Deus decreuit ad peculiarem aliquem effectum praedestinationis: ut probatum est disput. 5. sect. 6. assert. 4. Vbi notauimus etiam, illam non esse simpliciter & absolute rationem discriminis ad totam praedestinationem, imò nec ad illud particulare donum tribuendum.

Secundò notandum est, apud Chrysostomum, & quosdam alios Patres aliqua uerba reperiri, quae in speciem sonare videntur praedestinationem, aut collationem gratiae, fuisse factam propter praescitum bonum usum gratiae: ueruntamen eorum legitimum sensum explicabimus disput. 1. 1. sect. 3. & seqq.

Tertiò notandum est, quam nullo fundamento Theologis Societatis Iesu tribuatur ratio praedestinationis, accepta ex praescito bono usu gratiae. Quod aliqui non aliunde colligunt, nisi quia praescientiam futurorum conditionalium, dicimus esse simpliciter necessariam ad praedestinationem adultorum per actiones liberas & meritorias. Haec autem illatio facile refutata manet ex supradictis, & ex disput. 5. sect. 6. fine.

SECTIO IV.

Nullam esse causam ex parte nostra concessae, uel negatae praedestinationis, probabilior est sententia.

Hanc post Augustinum & alios Patres, quos referemus disput. 10. & 11. docet frequentior & nobilior pars Scholasticorum. S. Thomas in praesenti quaest. 23. art. 4. & 5. & ad Roman. 9. lect. 3. & lib. 3. contra gent. cap. 161. & 163. Quae postrema loca sunt adeò manifesta, ut nullam patiantur explicationem. Nam quorundam interpretatio, qui nomine salutis aeternae, putant, non significari gloriam, sed tantummodo gratiam & perseverantiam, nec in Augustinum, nec in S. Thomam, aliisque Patres, imò nec in sacras literas quadrat, ut ostendimus disput. 4. lect. 2.

Eandem sententiam docuit Magister lib. 1. sentent. distinct. 40. & 41. ubi Durand. distinct. 41. quaest. 2. art. 2. num. 14. & quaest. 1. num. 8. Scotus distinct. 41. quaest. 1. §. Potest aliter. S. Antonin. 4. part. tit. 14. de profunditate iudiciorum Dei, cap. 12. §. 4. Rainerius 1. part. verb. electio, cap. 9. Altifiodor. lib. 1. sentent. cap. 9. quaest. 2. fin. (quamuis obscure loquatur.) Gregor. Ariminens. lib. 1. sentent. distinct. 41. quaest. 1. art. 2. concl. 4. & 5. Maior distinct. 40. quaest. vnic. & distinct. 41. quaest. 1. cum Lyrano ad Roman. 9. Marfilius 1. quaest. 41. art. 2. concl. 4. Aegidius distinct. 41. quaest. 1. art. 2. Capreolus & Deza in eadem dist. Ferrariens. lib. 3. contra gent. cap. 161. & 163. Ricardus inclinatur magis in hanc sententiam, utpote quam ultimo loco proponit, & defendit in eadem distinct. 41. art. 2. q. 2.

Sequuntur eandem sententiam Abulens. in Matth. cap. 20. quaest. 25. & cap. 22. q. 111. Driedo de concordia liberi arbitrii cum praedest. part. 1. cap. 3. concl. 1. & 3. & cap. 4. membr. 1. ad 5. & membr. 2. sentent. 1. 2. & 3. Ruardus Tapper art. 7. de libero arbitrio versus med. cap. necre ipsa. Castro verb. libertas, haeresi 1. ad obiectionem 3. Sotus ad Rom. 9. in digressionem de praedest. Corduba lib. 1. quaestiones. quaest. 59. opin. 5. in 2. part. illius. Sixtus Senens. lib. 1. Biblioth. annot. 248. Vigerius instit. moral. cap. 20. de incarnat. §. 8. vers. 2. Horantius lib. 3. loc. Catholic. cap. 6.

Communiter expostores S. Thomae in praesenti quaest. 23. art. 5. ubi Caietanus, Ripa, Bañez, Zumel, & alij. Molina in eodem art. 5. disput. 1. membr. 1. 1. post med. & membr. 13. col. 2. Valentia 1. part. quaest. 23. punct. 6. sentent. 8. concl. 1. & 2. Bellarminus tom. 3. lib. 2. de grat. cap. 9. fine, & sequentibus capitibus, praesertim 15. & 16. Henriquez tom. 2. lib. vlt. de fine hominis cap. 11. & 12. Carthagena de praedest. toto discursu 10. Suarez lib. 3. de auxiliis cap. 16. & 1. part. lib. 1. & 2. de praedest. Salmeron ad Rom. 8. disput. 2. 1. ubi Pererius disput. 23. Estius lib. 1. sentent. distinct. 41. à §. 1. vsque ad 12. Trigofius 1. part. quaest. 18. art. 6. dub. 2. concl. 1.

Quoniam ad hanc sententiam confirmandam dirigitur maxima pars sequentium disputatorum; operae pretium erit eam prius explicare iuxta mentem authorum.

Suppono igitur primò, à Scholasticis nuper citatis nomine praedestinationis intelligi non tantum electionem ad gratiam, & perseverantiam, sed etiam electionem ad gloriam: ut vidimus disput. 4. sect. 2.

Secundò supponendum est, quod S. Thomas, Durandus, aliique Doctores nuper citati notant, ex parte Dei dari causam, propter quam congruum sit, ut quosdam homines vagè praedestinet; alios autem homines vagè permittat à gloria deficere ad ostendendam misericordiam suam, & iustitiam. Caterum ex parte Dei nulla datur ratio, propter quam velit misericordiam ostendere in hoc homine singulari; & in alio iustitiam ostendere. Quemadmodum quamuis ex parte diuinæ prouidentiae ratio detur, propter quam materiae partem aliquam vagè creet sub forma ignis, aliam uerò sub forma aquae: nulla tamen ratio datur, ob quam haec pars materiae creetur sub forma ignis potius, quam sub forma aquae, nec propter quam illa pars materiae creetur sub forma aquae potius, quam sub forma ignis.

Tertiò. Hinc sequitur praedestinationem in particulari & determinatè, non dari rationem ex

4. Sententia explicatio.

Prædestinationis uagae, & non determinatae ratio ex parte Dei.

5. Prædestinationis ex

rationis in particulari non dari rationem ex parte Dei.

6. Ex parte hominum nullam praedestinationis ratio. Reprobationis in communi ex parte nostra ratio datur.

7. Praedicti Doctores excludunt rationem praedestinationis in particulari.

Quid praedestinationis ratione negatae rejiciatur.

8.

9. Discrimen praedestinationis ad reprobationem, unde.

ex parte Dei: quamuis detur ratio praedestinationis in communi, & vagè. Quapropter etiam in illa postrema sententia, quam retulimus sect. 2. licet daretur causa occulta praedestinationis; illa non posset existere tantum ex parte Dei, sed opus esset ex parte hominum aliquod discrimen praesupponi, quod praescitum esset ratio praedestinationis. Si enim omnes homines ante praedestinationem constitutam ut aequales praesciuntur à Deo; nulla potest existere ratio ex parte Dei, propter quam vnus potius eligat, quam alium, de quo dicemus infra disput. 9. lect. 2. & 3.

Quartò. Ex parte praedestinati, neque praedestinationis in particulari, & determinatè, neque praedestinationis in communi, & vagè, datur uel la causa, uel ratio: quamuis reprobationis in communi & vagè detur causa. Nam licet ex parte hominum originale peccatum, & multitudo personalium peccatorum sit sufficiens causa, uel ratio, propter quam reprobatione digni sunt, & aeterno supplicio: ueruntamen ex parte hominum ratio nulla datur, ob quam digni sint praedestinatione. Nihil igitur ex parte nostra reperitur, quod inuiter diuinam misericordiam, nisi mera miseria, quae sola dici potest ratio ex parte nostra, qua reddimur apti, ut in nobis ostendatur euidentius infinita Dei misericordia, quae summopere ostenditur in summa miseria.

Quintò. Sed praedicti Doctores potissimum intendunt, excludere rationem praedestinationis in particulari, datam ex parte praedestinati, hoc est, asserere, nullam fuisse rationem discriminis, ob quam isti homines potius, quam illi, praedestinati fuerint; sed huius discretionis rationem fuisse liberam Dei uoluntatem, merè gratuitam, & liberalem, qua dilexit quosdam, ideòque uoluit illis conferre dona supernaturalia, quibus obrinerent iustificationem, & gloriam de condigno mererentur. Porro cum negamus rationem praedestinationis, non tantum negamus meritum, impetrationem, dispositionem, aut conditionem, sed etiam quamlibet aliam rationem; ita ut sit praedestinationis effectus posterior, (& non ratio prior) quodlibet discrimen vnus hominis ab alio, per quod hic homo reddatur aptior, quam alius, ut ad beatitudinem efficaciter perducatur.

Sextò. Iidem authores negant reprobationis causam ex parte nostra, cum aliquo tamen discrimine, quod à diuersis explicatur diuersimodè, ut dicemus disput. 15. lect. 1.

Quam ob causam in huius sectionis titulo diximus, concessae, uel negatae praedestinationis, quia quantum ad negandam praedestinationem huic homini potius, quam alteri, non est possibilis ratio discriminis existens ex parte hominum, si nulla datur ratio discriminis, quantum ad concedendam praedestinationem. Si enim à Deo praecognitis Augustino & Pelagio, aliqua fuit ex parte illorum ratio, propter quam praedestinato negaretur Pelagio potius, quam Augustino; iam eadem ratio fuerit, ob quam praedestinato concederetur Augustino potius, quam Pelagio.

In eodem igitur sensu Doctores plerique dicunt, reprobationis accepta negatiuè, nullam esse causam ex parte reprobati: quamuis detur sufficiens causa uoluntatis puniendi peccata praecognita, quae uocatur reprobatio positua. Veruntamen hoc ita est intelligendum, ut in praedesti-

natis quoque, prius ratione, quam eis concedatur praedestinato, fuerit praecognita sufficiens causa, propter quam similiter, ut alij, reprobari, & damnari potuissent. Discrimen itaque praedestinatorum à reprobis, totum à Deo, tanquam à primo fonte manat, quantum ad bonum: sed quod attinet ad malum, totum atque totaliter prouenit à reprobato, de quo dicemus disput. 15. lect. 5.

DISPUTATIO VIII.

Utrum Scriptura doceat, ex parte nostra nullam esse causam praedestinationis concessae, uel negatae.

SECTIO I.

Romanorum cap. 9. Iacob & Esau non esse propositos in exemplum praedestinatorum, & reprobatorum, aliqui probare conantur.



RECIPIVVM in hac causa testimonium dedit Apostolus Roman. 9. illis uerbis: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Ex hoc testimonio, quidam authores, licet fateantur inferri, Deum ex mera liberalitate quosdam homines eligere ad excellentiora dona gratiae, postpositis aliis hominibus; asserunt nihilominus nihil colligi circa cunctorum hominum praedestinationem, aut reprobationem. Existimant enim, sermonem esse, non de singularibus personis Iacob, & Esau, sed de populis duobus Israëlitis, & Idumaeo, qui ex fratribus Iacob & Esau procreati, nominibus suorum capitum appellantur. Insuper apud eosdem authores Apostolus non docet Israëlitarum praedestinationem ad gloriam, nec Idumaeorum reprobationem ad poenam; sed tantum spiritualia quaedam dona singulariter Israëlitis concessa, uidelicet, templum, sacerdotium, Prophetas, Testamentum, promissa, Saluatoris progeniem, & sacramenta, quae sunt negata Idumaeis. Ita existimant Catherinus lib. 2. de praedestinatione Dei, cap. penult. fol. 89. Vazquez 1. part. disput. 95. cap. 8. & alij recentiores.

Ab hac sententia parum diffident aliae duae, quarum altera dicit, Paulum agere de primogenitura & regno temporali, quo Iacob constitutus est dominus sui fratris Esau, Genes. 27. Ita sentit Ioan. à Bononia de praedestinatione parte 1. §. Verum ed reuertamur, & falsò tribuitur Camerario in dialogo de praedestinatione cap. 6. §. 1. Altera uerò fatetur, agere Paulum de praedestinatione & reprobatione; sed non de singularibus personis, sed de populo Gentilico praedestinato, & Iudaico reiecto & reprobato. Ita Salmeron Roman. 9. disput. 27. ad finem, ubi Toletus annotat. 2. 1. Iustinian. vers. 13. Cornelius num. 54. vsque ad 64.

De duobus populis loqui Paulum quorundam sententia.

2. De primogenitura & regno temporali.

De Gentilium praedestinatione, & Iudaicorum reprobatione.



3. Harum sententiarum argumenta in tria puncta distribuo: prius enim adducam ea, quae probare videntur, Paulum non de personis indiuiduis Iacob, & Esau, sed de populis duobus, Israelitico & Idumæo, disputare. Secundò quæ contendunt, non agere Paulum de predestinatione, vel reprobatione omnium hominum in generali, sed de predestinatione, vel reprobatione populi collectiue sumpti, vel peculiaribus fauoribus illius. Tertio quæ contendunt, sermonem esse de primogenitura & dominio. Hæc omnia sub eadem numerorum serie referemus.

4. Primum igitur argumentum est, quoniam Scripturis est familiare nominibus capitum significare populos. Secundum, nam illis verbis: *Ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori*, refert Paulus quæ Genes. 25. Rebecca matri consulenti Dominus respondit: *Duo sunt gentes in utero tuo, & duo populi ex utero tuo diuisentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori*. Vnde sic arguitur. De illis fratribus loquitur Apostolus, de quibus à vocante dictum est: *Maior seruiet minori*; sed hoc non est dictum de singularibus personis Iacob & Esau, verum de populis, ex illis capitibus procreandis (vt ex citato contextu constat.) ergo Paulus non agit de predestinatione, vel reprobatione singularium personarum; sed de priuilegiis, & gratiis, quibus alter populus alterum superaturus erat.

5. Confirmatur, nunquam enim Esau seruiuit minori fratri Iacob, nec eum superauit, imò Iacob peregrinus seruiuit Laban, quando Esau paternæ domus hæres, diuitiis & potentia timorem incutiebatur; & Iacob Genes. 33. *adorauit Esau*, vocans eum Dominum suum. A contrario Idumæi posteri Esau, subiugati ab Israël, tributa pendebant, seruebantque illi, 2. Regum 8. sub Dauide & Salomone, quousque sub Ioram Rege Iuda iugum excusserunt, iuxta prophetiam Isaac Genes. 27. *Fratri tuo seruiet; tempusque veniet, cum excutias & saluas iugum eius de cernicibus tuis*. quod sapienter annotauit August. q. 73. in Genes.

6. Tertium argumentum, quoniam illa verba: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, de populis procreandis, non autem de stirpibus à Malachia dicta sunt c. 1. Nam ad probandam dilectionem & odium, refert sterilitatem & vastitatem regionis, quam Idumæi habitabant, supponens fertilitatem, & opulentiam Palæstinae. *Posui montes eius in solitudinem*, & quæ sequuntur vsque ad illa verba: *Populus cui iratus est Dominus vsque in æternum. Et vos dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israël*. Quæ omnia referuntur ad populos duos, non ad eorum stirpites, prout erant singulares personæ. Nec est verisimile Paulum ex verbis Prophetæ sumpsisse argumentum aliter, quam iuxta mentem illius.

7. Quartum, quia Paulus in hoc cap. 9. Roman. & duobus seqq. præcipue tractat de cæcitate ac reprobatione Iudæorum, ad quos specialiter Christus Dominus missus fuerat, atque de Gentium electione facta per gratuitam Dei misericordiam. Ad hoc autem probandum plenior & solidior erat argumentatio, desumpta ex duobus populis, quam ex duabus tantum personis.

8. Secundum punctum erat, non disputare Paulum de predestinatione, vel reprobatione omnium hominum in generali; sed de predestinatione, vel reprobatione populorum collectiue sumptorum; vel certe de maioribus beneficiis

gratiæ, collatis vni populo, non alteri. Ad hoc probandum diriguntur quatuor argumenta sequentia.

Quintum igitur argumentum est, quoniam, vt ex præcedenti argumento constat, perinde fuit Malachiam dixisse: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*; ac si dixisset clarius: *Israelitas dilexi, Idumæos autem odio habui*. Sed si Prophetæ, & Apostolus dixissent *Israelitas, & Idumæos*, non deberet intelligi de predestinatione, vel reprobatione singulorum hominum; perinde ac si quis diceret, Italos, aut Hispanos Deus dilexit, Chinos autem odio habuit.

Sextum, nam & ipse Malachias continuò postquam exposuit maiorem dilectionem, exhibitam erga Israelitas, exprobrat illis ingratitude: nec dubium est, quin ex illis plurimi damnati fuerint in æternum, & quantum ex sacris historiis coniecere possumus, multo pauciores fuerunt, qui vitam æternam sunt assecuti; cum tamen ex Idumæis aliquos, seruantes legem naturæ, per eam fidem, quæ sufficiebat Gentibus olim, fuisse salutem assecutos, verisimilius sit, vel certe quasi profelytos ad vicinum populum Israëlitis accessisse, & in ea rectè vixisse. Ergo quando Malachias, aut Paulus illa Dei verba profert, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*; non intelligunt predestinationem, aut reprobationem singularium personarum determinatè & in particulari; sed populorum & personarum in communi, & vagè.

Septimum argumentum. Idumæi post Christi Domini mortem & ascensionem, cum reliquis Gentilibus ad fidem inuitati sunt; inter quos verisimile est fuisse non paucos predestinatos: odium igitur illud Dei aduersus Idumæos non reprobabat omnes personas in particulari, sed tantum in communi, & vagè: sicut econtrario Dei amor erga Israelitas permittit plurimorum reprobationem; ideòque non predestinauit omnes personas in particulari, sed tantum aliquas in communi, & vagè.

Octauum, nam odio habere in sacris literis non significat velle malum alicui, sed tantum, minus diligere, & postponere alteri personæ, quam præligimus; vt Luca 14. *Qui non odit patrem, & matrem, &c. non potest meus esse discipulus*. Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit*; & aliis quibusdam in locis. Ergo Roman. 9. cum dicitur Esau odio habitus esse, non significatur reprobatio, sed tantum amoris diminutio, & beneficiorum tenuitas, per quam Esau & eius populus fuit postpositus magis dilecto Iacob.

Eorum verò, qui putant, sermonem esse de primogenitura Iacob, sunt argumenta sequentia.

Nonum argumentum. Quod enim Genes. 25. prædictum fuerat: *Maior seruiet minori*, legimus impletum cap. 27. quando Isaac benedicens, ait: *Esto dominus fratrum tuorum*. Ad hoc autem Apostolus refert illud: *Iacob dilexi, &c.* siquidem continuò subiungit eius probationem. *Sicut scriptum est, quia maior seruiet minori*. Agitur ergo de primogenitura.

Decimum, quoniam Apostolus antea fuerat vsus exemplo Isaac & Ismaëlis, cui subiungit exemplum Iacob & Esau, ne fauores Isaac referrentur ad merita matris, licet eodem patre fuerit natus. Sed Paulus non agit de reprobatione Ismaëlis; imò nullibi sacræ literæ significant, illum

illum fuisse reprobum: ergo similiter non agit de reprobatione Esau. Maior probatur ex illis verbis Apostoli: *Non solum autem illa*, (scilicet Sara,) *sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri*, ne discrimen fratrum referretur in diuersa merita eorundem parentum, diuerso tempore generantium: vt Augustinus obseruat epistola 105. ad Xistum inter medium & finem: *vt neque de parentum mutata in melius voluntate glorientur*.

Confirmatur, nam in Scriptura, maxime Hebræorum 12. proponitur Esau tanquam typus reprobatorum, qui pro lentis edulio primogenij dignitatem liberè vendidit, & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est. *Non enim inuenit penitentiam locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam*. Quo significatur irreuocabilis & æterna reprobatio.

Probatur tertio, quoniam aliqua ex verbis prædictæ sententiæ solent apud Paulum significare predestinationem, non tantum populi, sed etiam personarum particularium in generali. Ideo dicens, *vt secundum electionem propositum Dei maneret*; significat decretum firmissimum, immutabiliter permanens, quo Iacob elegit ad vitam æternam. Sic enim ait Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti*; & post pauca, *Predestinati secundum propositum voluntatis eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*. Roman. 8. *Ips qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Nam quos præcinit, & predestinauit, &c. & paulò inferius. Quis accusabit aduersus electos Dei*. Roman. 11. *Reliquia secundum electionem gratiæ salua facta sunt*. & post pauca: *Quod querebat Israël, non est consecutus: electio autem consecuta est*. quæ sine dubio dicta sunt de singularibus personis, ex Iudæorum populo ad vitam æternam electis. Atque, vt alia prætermittam, sufficiat, Christum Dominum appellari electum, 1. Petri 2.

Quarto probatur ex contextu sequenti eiusdem capitis noni Romanorum; totus enim de singularibus personis, & earum æterna predestinatione, vel reprobatione disserit. Continuò quippe post dilectionem Iacobi, & odium Esau, subiungit: *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cuius misereor: & misericordiam præstabo cuius miserebor*. Exodi 33. Hæc autem non tantum de diuersis populis, sed etiam de diuersis personis singularibus eiusdem populi fuisse prolata, colligitur ex cap. 33. Exodi. Vbi Moysi enixè postulanti claram Dei visionem, ita respondet: *Ego ostendam tibi omne bonum, & vocabo in nomine Domini coram te*, (id est, faciam, vt inuocet Dominus,) & *miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*, significans, omnis boni claram visionem, & cætera gratiarum munera ex sua tantum liberalitate concedi. Vnde merito subiungit Apostolus: *Igitur non volentis, neque currentis, sed miseremini est Dei*.

Confirmatur primò, nam statim adducto Pharaonis exemplo, qui fuerat singularis persona, concludit: *Ergo cuius vult miserebor, & quem vult induratur*. Neminem autem Deus induratur vsque ad finem vitæ submergendum in mari, (sicut Pharaonem) nisi quem reprobatur, negando predestinationem: vnde econtrario nullius miserebor, nisi cui vult predestinationem gratis concedere.

Confirmatur secundò, nam & exemplum figuli, facientis aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam; & patientia Dei, sustinens vasa iræ, vt ostendat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, tractant de singularibus personis, ad gloriam efficaciter ordinandis, vel reiectendis ab ea ordinatione: vt magis constabit sect. 3. 4. & 5.

Postremò confirmatur ex solutione argumentorum.

SECTIO II.

Jacob & Esau fuisse propositos in exemplum predestinatorum, & reprobatorum.

1. De personis Iacob, & Esau loquitur Paulus.

10. Oppositum temeritatis nota negari.

2. Axioma est sacrorum expositionum.

9.

10.

11.

12.

13.

Esau reprobatorum typus.

4.

5. Probatio ex contextu.

6.

Exemplo figuli confirmatur.

Ex



7. Ex dictis infero duo corollaria. Primum est, non allegoricum, aut mysticum, sed literalem, primum & immediatum sensum Apostoli continere, quam diximus, predestinationem, aut reprobationem hominum in singulari; sic enim totus Pauli contextus coheret, vt nuper probatum fuit, & magis explicabitur ad tertium.

Secundum corollarium est, improbabilitas & absurditas quarumdam expositionum, quarum Prima refertur esse cuiusdam Patris Benedictini, qui in scholiis ad commentaria Chrysostomi super epistolam ad Romanos cap. 9. notauerit, Paulum de predestinatione fuisse locutum; non ex propria, sed ex aliena sententia Iudaeorum.

Secunda fuit Iauelli opusculi, de predestinatione cap. 2. dicentis, Paulum de predestinatione disputasse; veruntamen non protulisse sententiam, neque sciuisse quaestioni illius decisionem, sed eam ignorasse, propterea que indecisam reliquisset, de quo infra disp. 9. sect. 2.

Tertia expositio est Faustii lib. 2. de libero arbitrio cap. 6. dicentis, non ex operibus legis Mosaicae, verum ex aliis operibus praeteritis, Deo vocante, id est, inuitante ad illa, predestinatos esse Gentiles, Iudaeis reprobatis. Quem imitantur aliqui recentiores expositores, asserentes, non alia opera voluisse Paulum excludere, nisi tantum externa, praecipue vero legis opera, quibus Iudaei gloriabantur. Aduersus quos non modò pugnant quae dicta sunt in probationibus conclusionis, sed etiam illa generalissima verba: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egerissent, aut mali. Porro internis actionibus potissimum inest malitia. Praeterea cum Iacob & Esau tanto tempore ante legem nati fuerint, & vita sancti; nulla subesse poterat ratio, vt tempus ante natiuitatem ponderaret Apostolus ad excludenda tantum opera legis.

Ad argumenta posita in sect. 1. respondetur. Ad primum. Libenter concedimus, in hoc, sicut in aliis locis Scripturae, nomine Iacob & Esau significari populos ab illis propagatos: sed asserimus, simul etiam intelligi singulares illas personas in exemplum predestinatorum & reprobatorum. Contra hoc autem nihil probat argumentum.

Ad secundum. Ad secundum respondetur. Verba Genesis quamuis agant de populis duobus, simul etiam agunt de singularibus personis, quae fuerunt illorum capita, in quibus virtute continebantur populi. Nec enim alio modo verificari potuit, duos populos esse in vtero vnus foeminae.

Ad confirmationem respondetur primò, Esau prout erat singularis persona, seruiuit fratri Iacobo, dando meritum occasiones, & obligando, vt Iacob ad Deum confugeret, fiduciam in eo collocando. Quemadmodum tyranni martyribus, & persecutores seruiunt Sanctis. Nam Iacob iram Esau formidans, exul à patria seruentius orabat, & soli Deo vacabat, at etiam se votis ac pietate constringens. Sic enim vniuersaliter, potentiores & iniquos seruire mansuetis & sanctis, exponit S. Augustinus maiorem seruire minori, vt videre est serm. 78. de tempore post medium; breuius autem lib. 16. de ciuitate cap. 35. dicit: Nemo ferè nostrorum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudaeorum minori populo Christiano seruiturum. & Prosper lib. 1. de praedict. part. 1. cap. 21. sine. Quod idem Anselmus Rom. 9. con-

Secunda, quaestio non ignora-

Ad primum verba de populis, & de personis agit.

Esau Iacobo seruiuit spiritaliter.

firmat ex cap. Prouerb. 11. Qui sultus est, seruiet sapienti. Idem genus seruitij exponit Brunus Rom. 9. Consonat Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 20. parum à principio; fauet etiam Tertullianus lib. de pudicitia cap. 8. post medium.

Respondetur secundò, etiam personam ipsam Esau seruiisse temporaliter personae Iacob: tum quoniam ei subiectus erat, vt habenti ius primogeniturae. Quam subiectionem ei notam fecit Isaac Genes. 27. dicens: Dominum tuum illum constitui. Tum etiam, quoniam Esau filios procreabat, quibus Deus, vt Iacobi posteritati seruirent, vitam & habitum ministrabat. Nam etiam ille personaliter seruit, cui herus propterea suppeditat necessaria vitae, vt generet, ac nutriat filios, heri nepotibus seruituros.

Ad tertium respondetur primò. Paulus ex verbis Malachiae, sicut & aliorum Prophetarum, accipere solet argumentum, supponendo literalem & historicum sensum, & cum eleuando per mysticam allegoriam, quam Apostolus literaliter suis verbis significat, licet locus Scripturae, quem tractat, non significet illam literaliter, sed tantum allegoricè. Sic enim Galat. 4. literalis sensus Apostoli fuit, Isaac & Ismaelem fuisse figuram duorum Testamentorum. Sic Ephes. 5. Sacramentum, ait, hoc magnum est: ego autem dico, in Christo, & in Ecclesia, quod apertissima litera significatum ab Apostolo, non literali, sed allegorico sensu dictum fuerat Genes. 2. Erunt duo in carne vna. Sic exponit alias figuras Testamenti veteris 1. Corinth. 10. & Hebr. 10. & 1. Corinth. 9. Quarum expositio literalis est sensus verborum Pauli: quamuis non sit literalis, sed anagogicus, aut allegoricus sensus comparatione librorum veteris Testamenti.

Nunc igitur quamuis concedamus Malachiam literaliter sensu non egisse de predestinatione Iacob, vel reprobatione Esau, sed tantum de temporalibus bonis, quibus Iudaeorum populus fuerat cumulatus, & Idumaeorum populus destitutus; in hac litera fundamentum allegoriae collocat Paulus, quam ipse literaliter sensu docere contendit. Ita praeter ceteris sensu Pererius tomo 4. in Genes. ad cap. 25. disput. 6. & 7. Alij quoque expositores Roman. 9. versu 13. fatentur Malachiae 1. literalem sensum esse de temporalibus bonis populorum: ceterum Pauli sensum literalem esse declarationem allegorici sensus, latentis sub cortice illius literae de predestinatione populi Christiani, & reprobatione Iudaici. Sunt in hac sententia Toletus annotat. 21. Salmeron disput. 27. Iustinianus versu 13. Cornelius num. 54.

Respondetur secundò. Non improbabiler alij Malachiae sensum literalem accipiunt de amore iustorum, & odio iniquorum: vt Theodoretus in commentario; clarius autem de predestinatione Iacob, ac reprobatione Esau, Cyrillus intelligit Malachiae 1. vbi Burgenfis additione 1. & Ribera ibi, Hieronymum explicans, qui contrarium sentire videbatur. Quod satis indicat Augustinus epist. 105. ad Xistum propius ad medium quam ad finem, illis verbis: Vt intelligeretur hoc apertum postea per Prophetam (Malachiam) quod antequam illi nascerentur, erat in Dei predestinatione per gratiam. Nec obstat contextus, agens de temporali flagello Idumaeorum, & temporali felicitate Israelis; potuit enim afferri tanquam signum impietatis extremae, quasi Deus per Malachiam

I 1. Et temporaliter.

I 2. Allegoricus sensus Malachiae literalis est Pauli.

I 3.

I 4.

lachim diceret, Idumaeorum reprobationem inde facile colligere potestis, quod eos à meo populo separauit, & in tot tamque graui peccata ruere permisi, vt meruerint etiam in hac vita supplicium grauissimum, ad exemplum aliorum populorum. Propterea que subiicit: Vocabuntur eis termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in aeternum. E contrario predestinationis Israelitici populi signum ponitur eius felicitas, & aeterna Dei laus inde resultans.

Ad quartum respondetur. Plenior & solidior argumentatio, probans illud institutum Pauli, delimitur, non ex duobus populis tantum, nec tantum ex duabus personis capitum; sed ex omnibus simul, videlicet, ex personis capitum, & ex duobus populis, quos omnes complectitur eminentior sapientia Pauli.

Ad quintum respondetur. Non prorsus idem esset dicere: Israelitas dilexi, atque dicere, Iacob dilexi; nam haec postrema verba personam expriment Iacobi, subintelligendo tantum implicitè popululum Israel. Priora tamen verba vix etià implicitè significarent personam Iacobi. Similiter intellige de Esau. Quapropter non tantum de predestinatione, vel reprobatione duorum populorum; sed etiam de predestinatione, vel reprobatione singularium personarum in particulari, proferuntur à Paulo.

Ad sextum concedimus ex populo Israelitico fuisse plurimos reprobos, & ex populo Idumaeorum aliquos fuisse predestinatos, etiam ante legem Euangelicam. Adhuc tamen optime Paulus inde colligit modum predestinandi, vel reprobandi personas singulares in indiuiduo. Sicut enim elegit populum absque meritis vllis, quae suaderent electionem, & gratis voluit efficaciter illi conferre merita, quibus aeternam salutem consequerentur plures homines ex illo populo, quam ex reliquis totius vniuersi ante legem Euangelicam, sed alium populum ita destituit, vt ferè omnes infallibiliter damnarentur: simili ratione singulares personas, quas voluit, gratis predestinabit ad merita, quibus gloriam allequantur; quod beneficium alijs pro sua libertate negabit.

Ad septimum solutio constat ex proximè praecedenti. Concedimus enim odium Esau non reprobasse quilibet Idumaeorum personas in particulari: reprobauit tamen in particulari personam Esau, in exemplum ceterorum, qui reprobantur. Nec amor Iacobi predestinauit in particulari quilibet personas Israelitarum: predestinauit tamen in particulari personam Iacob in exemplum ceterorum predestinatorum.

Ad octauum respondetur. Odiù & amor, quando tribuitur hominibus, pertinere potest ad temporalia & caduca bona, quibus hominem dilectum praeposimus alteri, quem dicimus odisse. Quando tamen Deus est, qui diligere, vel odisse dicitur, ( nisi sermo limiter ex contextu ) diligendo vult tribuere quod est simpliciter & absolute bonum eorum, qui verè diliguntur à Deo, scilicet, electorum. Hoc autem bonum est Deus clarè visus. Dicitur autem odisse illos, quibus non vult efficaciter conferre tantum bonum, quamuis antecederet vellet, offerendo quae sufficiunt ad illud obtinendù.

Confirmatur. Sicut enim comparatione diuinae sapientiae & bonitatis, cetera, praeter ipsum

Non est idem dicere Israelitas dilexi, atque Iacob dilexi.

Ex Israel plurimi reprobi.

Quomodo Deus, & diligere dicitur.

Cetera praeter Deum seruandum quid bona.

Deum, indigna sunt, quae bonorum nomine nuncupentur, nisi posita limitatione, qua denotetur secundum quid esse bona: sic etiam diligere, quod est velle bonum alicui, non est dignum affirmari de sapientia & bonitate Dei, si tantum velit alicui creata & caduca bona, nisi tantum addita limitatione, qua significetur esse dilectionem secundum quid: haec autem limitatio si non additur, dilectio refertur ad Deum clarè visum.

Porro praedictis in verbis Roman. 9. odio habere non aliud significare, quam non velle diligere efficaciter ad vitam aeternam: sicut indurare est non velle misereri, docet Augustinus epistol. 105. ad Sixtum colum. 4. & lib. 1. ad Simplician. quaest. 2. colum. 6. & tract. 53. in Ioan. prope med. Sed quale sit odium Dei non erga personas, sed aduersus peccata, declaratum fuit tomo de voluntate Dei disp. 54. sect. 3. & dicemus disp. 15. sect. 6. & disp. 17. praesertim sect. 4. & 5.

Ad nonum respondetur primò. Licet concedamus, Genes. 25. & 27. & Malachiae 1. sensum literalem esse de temporali beneficio primogeniturae, quod ab Esau Deus transfudit in Iacob: Apostolus potuit eam historiam & literam enucleare, proferendo in lucem, quod allegoricè significabat de singulorum hominum predestinatione, vel reprobatione. Sic autem erit in Paulo literalis sensus, quod allegoricè significabatur in Genesi, & Malachia: sicut ad tertium argumentum dicebamus.

Vnde respondetur secundò. Non est improbabile, predestinationis & reprobationis mysteriù in Genesi & Malachia significatum esse literaliter; vt ex Cyrillo, Theodoro recto, Burgenfi, & Ribera retulimus ad tertium.

Ad decimum negatur antecedens. Nec enim Paulus mentionem nullam facit Ismaelis, sed generaliter filios carnis cum filiis promissionis comparat, quorum caput erat Isaac. Vnde transitus ille, quo Paulus à generali comparatione filiorum omnium secundum carnem cum filiis promissionis, progreditur ad comparandas singulares duas personas Iacobi & Esau, satis ostendit, cum ad magis particularia descendere, quibus ostendat, non modò populorum, sed etiam personarum in indiuiduo vocationem & electionem non ex dignitate parentum, nec ex operibus propriis, sed ex gratuita Dei liberalitate venire.

SECTIO III.

Utrum ex eisdem verbis ad Romanos cap. 9. colligatur predestinatio ante praeserta merita.

Authores, assignantes, causam predestinationis esse praeserta merita, vel demerita, quos praeced. disput. 7. sect. 1. retulimus, consentiunt exponere totum caput non ad Romanos, vt dilectio & odium, misericordia & ira, & figure potestas faciendi aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam, omnia denique supponant futurorum praesertionem, & inde iustitiae, vel aequitatis rationem accipiant. Praeter ceteris hoc praesertit Turrianus satis ex professo in dogmatico de electione à medio. Praecipuum huius expositionis argumentum esse potest auctoritas antiquorum Patrum, praecipue Graecorum, animadu-

I 9.

I 20.

I 1. Negant alii qui.

Fundamentum primum.

animaduertentium, non temere, nec iniuste fuisse Esau odio habitum, & reprobatum, sed propter præuisa scelera: Iacob autem propter præuisa merita fuisse dilectum. Ita docent Roman. 9. Chrysoft. Theodor. OEcumenius, Theophylact. author commentar. quæ tribuuntur Athanasio, & author comment. quæ tribuuntur Ambrosio, & Brunus Carthusianorum fundator. Alij autem Malachiæ 1. ubi Cyrillus, Theodoretus, & Remigius, Anastasius Nicenus in questionibus factæ Scripturæ q. 59. Irenæus lib. 4. c. 38. ad medium.

2. Videtur autem idem sensisse Hieron. epistola 150. ad Hedibiam quæst. 10. & in commentariolis ad Romanos, si sunt illius, (falsò tamen refertur Malach. 1. Hieron.) Idem videtur sensisse Hugo Victor questionibus in epist. ad Roman. q. 214. 216. & 248.

Ij Patres eò usque procedunt, vt etiam postquam grauitè peccauerint homines, non admittant, Deum inter illos efficere veniæ, vel vindictæ discrimen, nisi postquam præcognouerit differentiam meritorum. Quoad illa verba, *Miseror, cui miseror*, exponunt Chrysoft. OEcumen. & commentarius apud Ambrosium. Atque in eandem sententiam inclinare videntur Theophylact. & commentarius apud Athanasium. Verumtamen hos Patres explicuit Augustinus, ne contradicant prædestinationi, quæ causat efficaciter merita; & nos in tomo de scientia Dei disput. 66. sect. 3. & 4. & tomo de prouidentia Dei disput. 28. sect. 1. dicemus etiam disput. 11.

3. Secundum argumentum accipiunt ab electione, de qua dixit Apost. *Vt secundum electionem propositum Dei maneret*. Electio namque versatur inter personas, in quibus aptitudinis & meritorum discrimina præuidentur. Respondetur primò. Diuina electio non præsupponit, sed facit aptitudinis & meritorum discrimina, inter quæ versetur, vt dicemus disput. 12. sect. 9. Respondetur secundò in sacro textu ambiguum esse connexionem illorum verborum; & consequenter ambiguum esse sensum illorum. Quia si copulentur præcedentibus, erit electio negata: quasi dixisset, cum nondum egissent aliquid boni, aut mali, vnde daretur electionis materia, & consequenter antequam propositum Dei posset manere secundum electionem. Cui expositioni fauet Augustinus lib. 1. ad Simplician. q. 2. Quamuis lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 16. 17. & 18. prædictam electionem affirmatam copulet cum sequentibus verbis, ac si diceret. *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, vt secundum electionem propositum Dei maneret*. Verumtamen de sententia Augustini circa electionem dicemus plura disput. 10. sect. 2. & sequentibus.

4. Tertium eorum argumentum est, quia Dei odium non est possibile, nisi tantum aduersus peccata, quæ Deus non facit, Deo quippe verissimè dicitur, Sapient. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti*. Ergo nemo reprobat nisi propter præuisa peccata, quæ præbeant rationem odij, iuxta illud Sapient. 14. *Odio est Deo impius, & impietas eius*.

Respondetur primò. Odium Dei aduersus Esau, antequam egisset aliquid mali, non significat positiuam voluntatem inferendi pœnam, vel aliud malum, sed tantum significat decretum non dandè efficaciter bonum, sed relinquendi Esau in circumstantiis, in quibus præsciebat esse

peccaturus, & obstinatè mansurus; licet Deus offerret ei multa salutis remedia.

Respondetur secundò. Priusquam Esau personalia peccata committeret, odio dignus erat propter originale peccatum, & propter illud potuit prædestinatione priuari, vt Augustinus existimat aliquibus in locis, & dicemus disput. 14. sect. 2. & 3. & disput. 15. sect. 6. argum. 4. Alia argumenta præmittit, quoniam non accipiuntur ex hoc loco Roman. 9. sed ex libertate, vel in iustitia, seu acceptione personarum, vel ex ordine obiectorum, alijsve capitibus, quibus in propriis singulorum locis satis faciemus.

Nunc igitur sit conclusio. Probabilius est Roman. 9. Iacobi & Esau exemplo doceri prædestinationem & reprobationem, factam ante præuisa opera, tanquam absolute futura, ita vt nulla discriminis ratio fuerit accepta ex eorum præuisione, sed potius prædestinatio causauerit discrimen prædestinatorum à reprobis. Hoc ex professo probat Augustin. Enchirid. capit. 98. & 99. & lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. col. 6. & epist. 105. ad Xistum colum. 10. & epist. 106. ad Paulin. colum. 5. & tract. 53. in Ioan. & lib. 2. contra duas epistol. Pelagian. capit. 7. à medio, & lib. de prædestinatione Sanctor. cap. 16. & sequentibus, præsertim cap. 19. & lib. 83. questionum q. 68. versùs finem. Quibus consonat lib. 16. de ciuitate cap. 35.

6. Quamuis autem aliquando prædictis in locis peculiariter refertur opera facta per vires naturæ sine gratia, maximè verò epistol. 105. colum. 10. dicens: *Vbi nunc opera vel præsentia, vel futura, tanquam viribus liberi arbitrij adimpleta, vel adimplenda? nihilominus in eisdem & in alijs locis alias rationes vtiget, quibus refutat etiam opera per gratiæ vires adimplenda, ne fuerint causa, sed potius effectus prædestinationis: vt constabit testimonijs statim referendis*. Eodem modo, quo Augustinus, intelligunt prædicta verba Romanorum 9. Beda, Anselmus & Hugo Cardinalis in commentarijs, Glossa ordinaria & Sedulius ad illud *Miseror*, &c. & *Non volentis*, &c. (quamuis prius oppositum dixisse videatur,) S. Thomas Roman. 1. lect. 3. & 1. p. q. 23. art. 5.

7. Prosper autem breuiter epistola ad Demetriadem multo propius ad med. quam ad fin. & lib. 2. de vocatione Gent. cap. 11. circa med. & in Psalm. 102. & Fulgent. lib. de Incarnat. & gratia. capit. 31. inter princ. & med. fauet valde Ambros. in Psalm. 118. sermon. 10. versu 4. *Fiat misericordia tua, vt consoletur me*, adducens illud; *Miseror cui miserus ero*, &c. igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est. Et inter alia confirmans exemplo diuitis Luca 16. *Quem si miseratus esset Dominus, castigasset potius in hoc saculo, vt postea non flagellaretur*. Vides ergo misericordiam Dei tributam Lazaro, negatam diuiti pro Dei beneplacito. Sed manifestè & valde ex professo Ecclesia Lugdunensis anno Domini 850. libro contra Ioannem Erigenem, sequitur ac defendit prædictam expositionem Augustini, de Iacob & Esau, & de figulo & vasis in honorem & in contumeliam.

8. Probatur primò, quia si verum fuisset, Deum propterea elegisse Iacobum, repudiasset autem Esau, quia præsciebat eorum merita, atque demerita; facile potuisset Aposto-

5. Prædestinatio & reprobatio ante opera præuisa docetur.

6.

7.

8.

Facile potuisset Apostolus questionem soluere.

lus hanc rationem reddere, qua omnes obiectiones atque querelas sedaret. Atqui quando sibi obiicit: *Nunquid iniquitas apud Deum? Respondet: Absit, nec reddit rationem ex præscientia*. Rursum opponit: *Quid adhuc queritur? Voluntati enim illius quis resistit? Nec tamen recurrit Apostolus ad præscientiam meritorum, tanquam ad rationem discriminis; sed ad libertatem Dei voluntatem*.

9. Sic ratiocinatur August. Enchirid. capit. 98. sub init. *Si futura opera vel bona huius, vel mala illius, quæ Deus vnique præsciebat, vellent intelligi: nequaquam diceret, non ex operibus, sed diceret, ex futuris operibus, eoque modo istam solueret questionem: inuò nullam, quam solui opus esset, faceret questionem. Nunc verò cum respondisset: Absit, idest, absit, vt sit iniquitas apud Deum, mox vt probaret, nulla hoc iniquitate Dei fieri, inquit: Moysi enim dicit: Miseror, &c. Similiter in epistola 105. ad Xistum inter med. & finem. *Mirum*, inquit, *cum ijs coarctantur angustijs, in quantum se abrupta precipitent, metuentes retia veritatis. Ideo, inquirunt, natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera præuidebat. Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut aduersantibus obiecta questionem: non id potius tam breuè, tam apertum, tam, sicut isti putant, verum absolutumque respondit. Pluraque subinfert ad eiusdem argumenti confirmationem, quæ diligentioribus legenda relinquo. Eandem rationem reperies in sequenti epistola 106. ad Bonifacium prope medium.**

10. Probatur secundò, quia si prædestinatur, & approbatur aliquis, vel reprobat ex operibus, quæ Deus præscit esse futura post approbationem, aut reprobationem: quamuis nondum facta fuerint, iam inualida & nulla foret illatio, quæ Paulus intulit: *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est; quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Hoc enim non sequitur ex eo, quòd antequam quidquam boni, vel mali egissent, dictum fuerit: *Maior seruiet minori*. Nam opera futura, opera erant, & ex illis fuisset dilectio, vel odium.

11. Quod argumentum ita premit August. lib. ad Simplician. quæstione 2. multo propius ad med. quam ad princ. *Si enim quia præsciebat Deus futura eius opera mala, propterea eum prædestinavit, vt seruiret minori; propterea prædestinavit & Iacob, vt ei maior seruiret, quia futura eius bona opera præsciebat, & falsum est iam quod ait: Non ex operibus, & quæ sequuntur ibidem. Iterum autem lib. 2. contra duas epistol. Pelagian. cap. 7. post med. *Profectò despicitis, ait, qui dicente veritate: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, vos dicitis: Ex futuris operibus, quæ Deus illum facturum esse præsciebat, Iacob fuisse dilectum, atque ita contradicatis Apostolo, dicenti: Non ex operibus, quasi non possit dicere, non ex presentibus, sed ex futuris operibus, sed ait: Non ex operibus, vt gratiam commendaret*.*

12. Probatur tertio, nam Apostolus infert, prædestinationem Iacobi, & reprobationem Esau non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, idest, non est patris Isaac, volentis benedicere Esau, nec est Esau currentis ad venationem afferendam patri, qua data, bene-

Ruiz de Prædestinatione.

dictionem accepturus erat; sed est Dei miserentis Iacob potius, quam Esau.

Sed respondent OEcumen. Roman. 9. & Anastasius Nicenus dicta quæstione 59. in Scripturam, exponentes, non esse solius volentis, neque solius currentis, sed etiam Dei miserentis. Quod idem asseruit Nazianzen. orat. 31. in illud Marthæ 19. *Cum confirmasset Iesus sermones hos; propius ad med. quam ad finem. Verumtamen addit, quod egregiè temperat, sententiam, & veritatem exponit: Ita quoniam velle quoque ipsum à Deo est, optimo iure totum Deo assignauit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo, qui det coronam. & adducto Psalm. 126. *Nisi Dominus edificauerit, &c.* adiungit verba Ecclesiasticis 9. *Scio, quòd nec leuissimum cursus est, nec bellum potentum, nec pugnantium victoria, nec prosperè nauigantium portus: sed Dei est, & victoriam asserre, & incolumem scapham in portum perducere*. Est autem hic loquendi modus in sacris literis vsitatus, vt, quoniam Deus non tantum est prima principalisque causa, sed etiam nos mouet, vt cooperemur, dicatur absolute, nos non operari. Quem admodum Matth. 10. *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*. & Ioan. 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me, Patris*.*

14. Rectè igitur Augustinus illam responsionem ita crudam & nudam, sicut cam retulimus ex OEcumenio & Anastasio, refutat lib. 1. ad Simplician. quæstione 2. colum. 6. *Si propterea solum dictum est: Non volentis, neque currentis; quia voluntas hominis sola non sufficit, vt iuste pieque vinamus, nisi adiuuemur misericordia Dei; potest & hoc modo dici: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis; quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostra voluntatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos velle, nisi Deus misereatur. Illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deum misereari, nisi nos velimus. Si enim Deus misereatur, etiam volumus: ad eandem quippe misericordiam pertinet, vt velimus. Deus est enim, qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate sua. Hac igitur ratione sufficienter probatur, pleniorè & commodiorè sensum illorum verborum euadere, si voluerit Apostolus, propterea miserentis esse Dei, quia quos ipse, sola misericordia impulsus, vult, efficaciter mouet ad opera pietatis, quibus gloriam infallibiliter mereantur; ceteros verò derelinquit. Eadem Augustini verba vsurpat Beda, & Sedulius.*

15. Duo colliguntur ex dictis. Primum est, minus exactam, minusque congruentem textui, fuisse expositionem Optati Mileuitani lib. 2. contra Parmenian. propius ad med. quam ad fin. dicentis: *Nostri est velle, nostri est currere, Dei perficere*. Vnde B. Apostolus ait: *Neque volentis, neque currentis, sed ad Dei gratiam pertinentis*. Secundò colligitur torqueri mentem Apostoli, quando exponitur, non ex propria sententia definiendo intulisse. *Igitur non volentis, neque currentis, &c.* Sed obiciendo, contradicendo, & tanquam inconueniens inferendo, vel difficultatem exaggerando, locutum fuisse. Quamuis ita declarauerint Origen. Chrysoft. comment. apud Hieronym. & Theodor. ibi. & Philaster hæresi 77. de induratione.

F 2 Quartò

13. OEcumenij responsio.

Refutatur ab Augustino.

Optati expositionem non congruentem textui.

16. Quartò probatur, nam illa verba: *Misererebor, cuius misereor: & misericordiam prestabo, cuius miserebor.* accipiuntur ex capit. 33. Exodi iuxta Septuaginta interpretum translationem, quæ magis respondet originali Hebræo. Nam, vt Lipomannus Exodi 33, aliique expostiores admonent, Hebraismus ille significat liberrimam Dei voluntatem, vt misereatur vni magis, quàm alteri, quamuis in vtroque nulla sit ratio discriminis, sed æqualis miseria. Proinde vulgatus interpres Exodi 3, sensum potius, quàm verba reddens, vertit, *Misererebor cui voluero; & clemens ero, in quem mihi placuerit.* Similem loquendi formam vsurpauit Dauid 2. Regum capit. 15. *Ego vadam, quò iturus sum.*

17. Quapropter cum esse Pauli sensum, quem explicuimus, ostendunt quæ præcedunt in textu, & quæ sequuntur; & illa præcipue conclusio: *Ergo cuius vult misereatur, & quem vult indurat.* Rectè igitur Augustinus Enchirid. cap. 98. post medium, *Ambo, inquit, gemini natura filij ira nascebantur. Sed qui dixit: Misererebor cui misereus ero, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit, non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum.* Similem quoque ponderationem reperies epistola 105. colum. antepenult.

18. Urget autem magis hanc rationem lib. 1. ad Simplician. quæstion. 2. multo propius ad med. quàm ad principium, dicens: *Vnde admoneremur, nec ipsis operibus misericordie quengquam debere gloriari, quòd eis, quasi suis Deum promeruerit: quandoquidem vt haberet ipsam misericordiam, ille præstitit, qui misericordiam præstabit cui miseriors fuerit. Quòd si eam credendo meruisse quis iactitat, nonerit eum sibi præstitisse vt crederet, qui misereatur inspirando fidem cuius miserius est, vt adhuc infideli vocationem imperitret.*

19. Quibus consequens est, quod scribit Prosper in Psalm. 102. comment. 3. illa verba: *Misererebor, &c.* fuisse scripta, vt intelligamus, per eandem misericordiam dari coronas meritorum, per quam data sunt merita coronarum. Locupletat autem eundem modum explicandi Anselmus in suo commentario. Quod autem Chrysostomus, & commentarius Hieronymianus exponunt, esse penitus occultas miserendi causas, non recederet à mente Pauli, nisi concederet causam miserendi, prouenientem ex præiis meritis. Nam & illa verba Dauidis, quæ nuper retulimus, significant, occultum esse terminum suæ perfectionis: & apud Hispanos frequens est simili phrasi occultare voluntatem.

20. Quintò probatur; dicit enim Scriptura Pharaoni Exodi 9. *Ad hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra.* Quod vulgatus sic transtulit: *Idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam.* Omissis autem variis expositionibus illorum verborum, excitauit, posui, quoniam nihil ex illis pender, quod probare volumus; illud certum in his verbis contineri decretum Dei efficac ostendendi in Pharaone virtutem & gloriam suam, permittendo illius incredulitatem, & indurationem, quod decre-

Dei effucae decretum ostendendi in Pharaone virtutem, & gloriam.

tum non supponit futura peccata Pharaonis, quamuis supponat præcedentia peccata. Ex hoc autem decreto sequitur infallibiliter obduratio; quæ si non sequeretur, diuinum decretum frustraretur. Rectè igitur ex præallegato testimonio Exodi, Paulus infert: *Ergo cuius vult misereatur, & quem vult indurat.* Cuius conclusionis membrum primum colligit ex verbis Domini ad Moysen. *Misererebor cuius misereor, &c.* Secundum autem membrum, scilicet, *quem vult indurat,* colligit ex prædictis verbis Domini ad Pharaonem. *Quare ex his vltimis verbis Apostoli, colligitur, vt minimum, reprobari posse aliquem, atque infallibiliter obdurari, prius quàm finale peccatum illius præuideatur, vt absolute futurum.* Quam illationem pluribus explicat, & corroborat Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. paulo post med. & epist. 105. ad Sixtum col. 11.

SECTIO IV.

*Utrum similitudine figuli, & luti probet Apostolus, diuinum beneplacitum, ante præuisa opera, causam vnicam esse prædestinandi, vel negandi prædestinationem.*

**C**Um docuisset Apostolus, Deum cuius vult misereri, & quem vult indurare; potuisset aduersarius inde colligere, Deum immeritò conqueri de obstinata duritie hominum: quoniam ea videbatur ex diuina voluntate profecta, cui resistere nemo potest. Hanc proponit obiectionem: *Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim illius quis resistet? Cui prius quàm satisfaciatur, comprimit elationem & audaciam obiectantis, dicens: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? idest, qui rationem ab eo exigas, quasi à te prorsus comprehendendam, & ad vnguem examinandam. Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?*

Circa propositam ergo quæstionem vna & concors est sententia Chrysostom. OEcumenij, commentariorum sub inscriptione Ambrosij Roman. 9. necnon Bonauenturæ lib. 1. sent. distinct. 41. artic. 1. quæst. 2. corp. & ad 3. Existimant enim similitudinem figuli positam esse in eo tantum, quòd sicut vas non debet à figulo rationem exigere, nec contradicere, aut murmurare: sic etiam omnes homines silentio debent suspicere diuina iudicia, nec curiosè inuestigare, vel de illis conqueri. Addit autem Ambrosianus commentar. sicut figulus voluntate libera ex eadem creta conficit vasa duo, alterum ad honestos vsus mensa, alterum ad turpes, & fœtidus vsus stercorem; sic Deus pro sua libertate quosdam eligit, alios reicit. Discrimen verò subiungit, nam figulus voluntate, sine ratione & iustitia: Deus autem voluntate, quæ rationem & iustitiam ex præiis meritis accipit. Cæterum hanc rationem propterea non fuisse ab Apostolo nobis explicatam, notat S. Bonau. citatus, quoniam illius cognitio non erat vtilis.

I. Quæstio à Paulo proponitur.

2. Prima sententia de non inuestigandis iudiciis Dei.

Argu

3. Argumenta. Argumenta pro hac sententia sunt. Primum Chrysostomi, quia si de voluntate Dei foret in præsentis sermo; sequeretur, Deum eundem esse malorum opificem, qui bonorum est author: idem enim vasa facit in contumeliam, qui facit vasa in honorem.

Secundum argumentum, quoniam rueret libertas arbitrij, Deo pro sua voluntate faciente de hominibus quod vult.

Tertium argumentum à recentioribus additur, quoniam Deus patienter sustinetis vasa iræ, pœnitentiam & salutem eorum intendit; vt Paulus statim admonet, *Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.* Ergo permissio peccatorum, & finalis impoenitentia, non prouenit ex intentione reprobandi.

Nihilominus est multo probabilius, Paulum similitudine figuli probare, prædestinationem, aut negationem prædestinationis esse factam ante præuisa opera, prout sunt absolute futura. Ita intelligit Aug. lib. de prædestinatione Sanctor. cap. 8. & lib. de prædestinat. & gratia c. 7. & 16. & lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. col. 10. & Enchirid. capit. 99. post med. & epist. 105. ad Sixtum col. 8. & epist. 106. ad Paulin. paulo post medium, necnon Petrus Diacon. de Incarnatione & gratia capit. 7. ad finem breuiter. Concil. Valent. sub Leone I V. cap. 3. Eandem expositionem sequuntur Beda in collectaneis Roman. 9. Anselmus & S. Thomas (quamuis non tam apertè) & recentiores multi expositores. Quin etiam ille liber apprime Catholicus & eruditus, quem anno 850. contra quendam Ioannem Erigene scripsit Ecclesia Lugdunen. circa medium libri, in Auctario Bibliothecæ col. 1102. & 1105. eandem figuli, & vasorum similitudinem ponderat iuxta mentem Augustini.

5. Probatur primò, nam similitudo figuli allata fuit; vt ab obiectionibus defenderetur, quod prius docuerat Paulus, *Cuius vult misereatur, & quem vult indurat.* Hoc autem significat, ante præuisa opera concessam, aut negatam fuisse prædestinationem: vt probatum est scet. præced. ergo idem modus prædestinandi defenditur similitudine figuli. Probatur secundo, quia si Paulus non docuerat prædestinationem esse, nisi ex voluntate Dei, rationem accipiente ex præiis operibus: exemplum figuli non erat opportunum, vt querelis hominum satis faceret, quin potius ansam præbebat oppositum intelligendi, propterea que feruentius insistendi querelis.

6. Confirmatur primò, nam si ex operibus præiis Deus vnum diligeret, & alium odio haberet; promptum fuisset hoc responsum Apostolo, quo suspicionem quamlibet iniustitiæ vno verbo de medio tolleret.

Confirmatur secundò. *Hoc enim loco quidam stulti putant, Apostolum in responsione defecisse, & inopia reddende rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed re ipsa magna est redditio rationis. Si enim non capit hoc; quis est, qui respondeat Deo? Si autem capit, videt, vniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatum, vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo posset rectè Dei vituperare iniustitiam: & qui liberantur, sic oportuisse liberari, vt ex pluribus non liberatis ostenderetur, quid meruisset vniuersa confersio.* Hæc ex Augustini Enchirid. cap. 99. quibusdam ob breuitatem intermissis.

Ruiz de Prædestinatione.

7. Probatur tertio, nam illis in verbis: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massâ facere, aliud quidem vas in honorem, & aliud in contumeliam?* frustra, imò absurdè eniretur, eadem massâ luti. Accommodatiùs enim asseruisset, ex subtiliore, & pretiosiore massâ facere vas in honorem; & ex vili atque despicibili facere vas in contumeliam. Præterea minus aptè dixisset: *Non habet figulus potestatem?* Multo namque significantius esset dicere: *Non habet figulus artem, qua discrimen in variis creta partibus agnoscat.*

8. Quamobrem ita ratiocinatur Apostolus. Sicut in eadem massâ luti nulla reperitur ratio discriminis, propter quam ex hac particula figulus formet vasculum exornatum, & mensa dignum; aliud verò incomptum & despicabile, præter solam eius voluntatem: ita neque in nobis ante præuisa omnia opera vt absolute futura, nulla reperitur ratio discriminis, sed sola Dei voluntas discrimen facit & merita. Præterea sicut vile lutum non potest iure conqueri, si relinquatur ad vsus viles & abiectos (quamuis de hoc conqueri fortasse potuisset aurum, aut lapis pretiosus aliqua specie iustitiæ); sic etiam cum & humana natura, quoad corpus ex luto formata sit, Genes. 2. quoad animam verò sit inter mentes infinita; prætereaque originali peccato sit infecta, consequenterque vilis & despicibilis: iniusta fuerit illius expositulatio, quòd ad supernaturalia dona non fuerit efficaciter electa.

9. Probatur quartò, quoniam alia loca sacre Scripturæ, quibus inducitur similitudo figuli, notant eam proprietatem, quòd pro sua libertate dissimilia & inæqualis honoris vasa conficiat. Ideo Isai. cap. 64. prius populi scelera, vitæque detestabilem ad instar panni menstruata confiteretur, vt de mera Dei liberalitate fiduciam concipiens, dicat: *Et nunc, Domine, Pater noster es tu, nos vero lutum: & scilicet noster es tu.* Terentias autem capit. 18. *Sicut lutum, ait, in manu figuli; ita in manu mea vos, Domus Israël.* Cui consonat quod Sapientia 15. de idolis agendo, dicitur: *De eodem luto fingit que munda sunt in vsu vasa, & similiter, que his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit vsus, index est figulus.* Aliud autem de figulo testimonium ex Ecclesiastico cap. 3. ponderabimus sequenti scet. 5.

10. Probatur quinto, quia 2. ad Timoth. 2. Paulus explicat rationem, ob quam oportuerit, vt Deus non omnes homines ad gloriam efficaciter eligeret; quia nimirum, *In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam.* de qua ratione dicemus disputatione 16. scet. 5. & 6.

Sed in præsentis cap. 9. obseruandus est ille modus loquendi: *Quod si Deus volens ostendere iram, & iram facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, &c.* Vnde satis innuitur, voluntatem permittendi peccata finalia in aliquo, prouenire ex voluntate ostendendi iustitiam in eodem homine, siue præsupposito tantum originali, siue personali peccato præsupposito: de quo dicendum erit disputatione 13. & 14.

11. Confirmatur, similis enim sententia continetur in verbis Dei ad Pharaonem: *Ad hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam.* Scio, dictio

7.

8. Apostoli ratiocinatio.

9. Idem docent alia loca Scripturæ.

10.

11.

F 3



*Distio vt, ali- quando non finem, sed effectum signifi- ficat.*

distinctionem vt, in sacris literis multoties non significare finem intentum ab operante, sed effectum consecutum. Verumtamen in presenti coniungitur aliis verbis, manifestius significantibus intentionem finis; vt illis: *Ad hoc ipsum excitauit, & illis: Volens ostendere in am;* & aliunde nullum est inconueniens, si causam finalem intelligamus.

12. *Prima solutio refutatur.*

Sed respondent aliqui primò, sermonem Apostoli non pertinere ad singulares personas, sed ad communitatem aliquam. hoc tamen refutatur, quia Paulus figuli similitudinem affert, vt à calumnia defendat, quod prius de fratribus Iacob & Esau, & de Moysè ac Pharaone dixerat: quæ pertinere ad predestinationem personarum in singulari, necnon ad earum reprobationem, simul cum electione communitatis vnus, alia communitate reiecta, ostensum est sect. 2. & 3.

13. *Alia solutio.*

Secundò respondent, exemplo figuli denotari, Deum pro mera liberalitate ex eadem & æquali massa, quosdam homines abundantioribus auxiliis, maioribusque beneficiis spiritualibus cumulare; cum tamen alios relinquat expositos multis, & grauibus periculis peccatorum, minori auxiliorum prouentu roboratos. Hanc expositionem non reicio, dummodo ex hoc discrimine diuinæ liberalitatis inferatur, priores homines infallibiliter esse peruenturos ad palmam, posteriores verò infallibiliter ruituros ad tartara.

14. *Rafellitur.*

Verumtamen si ex illis posterioribus hominibus, (quos huius solutionis authores intelligunt nomine *vasorum contumelia*, propter penuriam vberioris auxilij, maiorisque peccandi occasiones) contingit aliquos peruenire ad gloriam; consequens est, eosdem homines fuisse vasa contumelia, quantum erat ex libera voluntate & prouidentia Dei: cæterum propter opera præuifa transisse ad numerum vasorum in honorem. Vnde præterea sequitur, discrimen horum vasorum in honorem, ab aliis, quæ permanferunt vasa contumelia, non ex supremo dominio & libera voluntate opificis, sed ex meritorum præscientia proficisci. Hoc autem esse contra mentem Apostoli, iam satis ostendimus.

15. *Præta expo- sitioni non contradicit Chryso- stomus.*

Restat argumentis contrariæ sententiæ satisfacere. Prius autem admoone, Chrysoptomum non esse nobis absolutè contrarium, quamuis nostram sententiam minus expresserit. Explicari namque potest, vt discrimen Dei à figulo constituat in eo, quòd figulus nullo modo præsciens futura merita, quæ facturus sit ipse in voluntatibus vasorum (carent enim voluntatibus,) facit aliud vas in honorem, aliud autem in contumeliam. Deus autem non facit vasa in honorem, nisi præsciens merita, quæ ipse daturus est illis: nec facit in contumeliam vasa, nisi præsciens demerita, quæ permittitur est & puniturus.

16. *Quomodo Deus vasa in contumeliam faciat.*

Ad primum igitur argumentum respondet Augustin. lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. col. 10. Deus efficit vasa in contumeliam, non quia facit naturam humanam, quæ bona est, & honore digna; nec quia faciat hominis culpam, cuius author esse non potest: sed quoniam homines, à se neglectos, (id est, non efficaciter dilectos ad gloriã) sciens illos implicados esse peccatis, ordinat ad pœnam, & ad suæ gloriæ ostensionem in vasis misericordia. Quapropter Deus facit formalitatem vasis (vt ita loquamur,) facit enim ordinationem ad pœnam, & ad alios ignominiosos

vt, ad quos ex Dei ordinatione sortitur rationem instrumenti, (nam in sacris literis vtensilia & instrumenta qualibet intelliguntur nomine *vasorum*.) Verumtamen culpas, quæ supponuntur ad eam rationem vasis, & vilitatem, ac indignitatem ipsam, Deus non facit nisi eo sensu, quo Deus in Scriptura sacra saepe dicitur indurare, decipere & errare facere, nimirum permit- tendo, prout fufius explicuimus tomo de voluntate Dei disput. 42. 43. & 44. Hoc igitur sensu Patres in eius loci commentariis admonent, Pharaonem non à Deo, sed à se ipso fuisse factum vas apparatus ad interitum. Ita Chrysoptom. hom. 16. inter med. & fin. Theodoretus & OEcumen. ibidem. Fulgent. lib. 1. ad Monim. capit. 26. ante med. & S. Thom. Rom. 9. lect. 4. versùs finem.

Ad secundum respondetur. Rueret proculdubio libertas arbitrij, si Deus faceret de hominibus quod vult, prorsus independenter ab eorum libera cooperatione, & sine ductu præscientiæ, conditionaliter dictantis, quid homo liberè voliturus esset sub talibus circumstantiis. Hac autem scientia præduce, & cooperante libero arbitrio, nihil laeditur libertas.

Ad tertium respondetur negando consequentiam. Intentio quippe Dei, ad penitentiam prouocans vasa iræ, est voluntas antecedens, & quodammodo simplex complacencia, quia non est simpliciter efficax, sed tantum efficax quoad media salutis. At verò intentio reprobandi, est voluntas consequens, & simpliciter efficax & absoluta. Quin etiam in eodem remedio salutis, ex se bono, quod Deus adhibet, antecedenti voluntate non simulata, sed vera, salutem hominis intendit, qui effectus per se poterat ex tali medio sequi: cæterum voluntate consequenti & efficaci vult finem; cui per accidens, propter suam malitiam homo præbet occasionem, videlicet reprobationem. Quomodo autem istæ voluntates non repugnent, dicemus disput. 17. præsertim sect. 3. 4. & 5.

SECTIO V.

*Triplex analogia dierum, luti & sortis ad probandum predestinandi modum supradictum.*

**S**imilitudinem, ex luto desumptam, illustrat Ecclesiasticus alia similitudine dierum, & annorum, ab vtraque probans, discrimen beatorum à damnatis, ex libera Dei electione, vel derelictione prouenire, nullo modo supponente rationem discriminis ex parte hominum. Ita eam intelligit August. lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. versùs finem, cui consonat Lyra, Hugo Cardinalis, & Carthusianus in commentariis; fufius autem exponit Iansenius ibidem.

Ecclesiasticus ergo capit. 33. ita scribit: *Quare dies diem superat, & annus annum à sole?* Duas quæstiones proponit his verbis.

Prima est, cum omnes dies anni à sole caufentur; vnde nam efficitur, vt dies quædam longiores, lucidiores, placidioresque sint, quàm aliæ, necnon vt annus alter sit altero fertilior, aut salubrior.

Secunda quæstio est, quam ob causam discrimen honoris proueniat diebus; quidam enim

17.

18.

*Deus antecedenter salutem, reprobationem consequenter intendit.*

1.

*Dierum & annorum analogia.*

2.

*Quæstiones duæ.*

vt festi, sanctique obseruantur; alij verò teruntur in operibus seruilibus, quali profesti, atque profani.

3. *Solutio prioris.*

Prima igitur quæstioni respondet Ecclesiasticus: *A Domini scientia separati sunt, factò sole, atque præceptum custodiente, per Dei sapientiam diuiduntur.* hoc est, istius vicissitudinis temporum, atque discriminis author est Deus, sapientissimè, potentissimèque soli præscribens ordinem, ac rationem accessus, atque recessus ad varia signa, seu constellationes Zodiaci, quorum omnium concursu temporum ac dierum discrimen efficeret.

4. *Diluitur posterior.*

Secundæ verò quæstioni respondet: *Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum; & ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipsis posuit in numero dierum.* hoc est, quosdam dies Deus voluit esse sacros, & religione obseruandos, alios verò voluit esse communes dies, nulla dignitate, vel priuilegio notabiles, nisi solo numero, quem diuersim efficitur. Nam & apud authores Latinæ linguæ, vulgares & abiecti homines significantur hoc nomine; sicut ille cecini:

*Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.*

5.

Ea porò, quæ de diebus dixerat, hominibus sic adaptat: *Et omnes homines de solo, & ex terra, unde creatus est Adam, in multitudine disciplina Domini separauit eos, & immutauit vias eorum.* id est, quamuis omnes homines ex eodem capite ducant originem, ex eadem vili materia formari: sapientissimè tamen prouidentia Dei longè dissimiles moribus, & beneficiis impares esse voluit. Nam *ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicuit.*

6.

Hactenus audisti prædestinationem ad gratiam & gloriam, (quæ sola simpliciter & ore pleno vocari potest benedictio, sanctificatio, exaltatio, & ad ipsum Deum applicatio,) eam verò profectam à libero Dei beneplacito; non secus ac dierum magnitudo, salubritas, splendor, sanctitas, atque celebritas. Non secus, inquam, quod atinet ad libertatem diuini decreti, nullam in obiecto supponente causam discriminis: quamuis multo aliter quantum ad modum causandi sanctitatem, benedictionem, & coniunctionem cum Deo, cooperante libero arbitrio.

7.

*Prædestinationis negatio eadem similitudine probatur.*

Vide nunc reiectionem ac negationem prædestinationis, à libero Dei beneplacito prouenientem in quosdam homines potius, quàm in alios, non minus viles & indignos: quemadmodum ab eo prouenit breuitas, obscuritasque dierum, carentiaque sanctitatis & religionis, propter quam inter profanos relictis, solo numero notantur: *Ex ipsis, (inquit, hominibus) maledixit, & humiliavit, & conuertit illos à separatione ipsorum, id est, deiecit à suo statu & ordine dignitatis & sanctitatis, in quo si vellent, per Dei gratiam manere potuissent, vel ad illum ascendere.* Sic autem separationem intellexit Ecclesiasticus paulo superioribus verbis cap. 33. *A Domini scientia separati sunt, & cap. 47. Quasi adeps separatus à carne, sic David à filiis Israel, & num. 16. Leuitas sic Moyses increpat: Num parum est vobis, quòd separauit vos Dominus, & iunxit sibi, &c.*

8.

*Quo sensu Deus maledicat, & ab vno statu conuertat.*

Porò Deus maledicit, & à bono statu conuertit ad oppositum, eo sensu, quo dicitur excæcare, obdurare, in tentationem inducere, & mittere operationem erroris, videlicet, non causando peccata, sed permittendo malitiam; &

causando circumstantias ex se bonas, ex quibus per accidens sequetur omnis malitia: ac præterea pœnam reddendo peccatis. Quod fufius explicatum fuit tomo de voluntate Dei disput. 42. 43. & 44. Præcedentia verba Ecclesiastici quamuis aliquis restringere velit ad Abrahamum, & eius posteros, in Ægypto oppressos, (vt ibi restringere videntur Hugo Cardin. Lyran. & Carthusian.) adhuc negare non poterit, inde colligi doctrinam vniuersalem omnibus hominibus, quam Ecclesiasticus explicat sequenti similitudine luti.

Secunda igitur analogia continuò subiungitur ab Ecclesiastico sic: *Quasi lutum figuli in manu ipsius, plastinare illud, & disponere. Omnes via eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum.* Quæ sententia nihil differt ab ea, quam nuper explicuimus sect. præcedenti ex cap. 9. ad Roman. idque notat August. lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. col. penultima, propterea que non eget ulteriori explicatione. Vtraque analogiam, temporis & luti, si quis voluerit ita restringere, vt nihil agat de prædestinatione ad gloriam, sed tantum ad gratiam; redarguetur primò, quoniam verba & sententiæ supradictæ sunt ex se vniuersales, nullaque ratio sufficiens persuadet eas esse restringendas, vt videbimus disput. 12. Refutabitur secundò, quoniam alia testimonia Scripturæ & Patrum magis apertè tractant de electione ad gloriam, vt sequentibus sectionibus, disputationibusque constabit.

Venio ad tertiam analogiam sortis. Pro qua supponendum est tum ex natura rei, tum etiam ex vfu Scripturæ sacre, eam esse vim fortis, vt ostendat, quid tribuendum sit vnicuique personæ, quando non constar ratio sufficiens, ob quam vni potius, quàm alteri beneficium deferatur. Quinque verò propositiones potissimum obseruandæ sunt, ad quas probandas producantur sequentia testimonia Scripturæ & Patrum, licet non omnes in omnibus, sed quædam in quibusdam permixta contineantur.

Prima propositio. Sors fortuitò casualitèrque contingit comparatione hominum, quibus obuenit.

Secunda propositio. Comparatione Dei, non fortuitò contingit, sed indicat eius liberum decretum consilio propositòque conceptum.

Tertia. Propterea sors significat dona gratis collata hominibus quibusdã potius, quàm aliis, solo Dei beneplacito, nulla præcedente in illis ratione discriminis.

Quarta. Maximè verò significat à Deo promissam terram viuentium, & partem, siue portionem eis diuisam in regno caelorum. De qua Psalm. 141. *Portio mea in terra viuentium.*

Quinta. Propterea in sacris literis sors potissimum significat prædestinationem ad gloriam, & ad iustificationem esse factam ex merito. Dei beneplacito, nulla præcedenti ratione discriminis ex parte hominum.

Exordiamur igitur à primo fonte sortium, quem in sacris literis reperimus, & sicut probatio prima præcedentium propositio. Leuitici cap. 16. *Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mixtionemque super vtrumque sortem, vnã Domino; & alteram capro emissario: cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum vinum*

9.

*Analogia luti. Logitur de prædestinatione ad gloriam.*

10.

*Sortis via.*

11.

*Quinque propositioes.*

12.

*Sortis nomen prædestinatio gratis significatur.*



coram Domino, ut fundat preces super eo, & mittat eum in solitudinem. Istius ritus licet alia sint allegoria; precipua tamen significatio pertinere videtur ad predestinatos & reprobos, illis enim fors obuenit, vt Domino consecrentur predestinatione diuina; ceteris autem, vt permittantur sequi suos affectus, perinde vt caper emiffarius in solitudine pastoris cura destitutus, & ferarum incurfibus expositus.

13. Recte igitur Origenes, Leuitici 16. homil. 19. circa medium: *Quod autem dicimus de sorte, non sic accipiat auditor, quasi fors talis aliqua dicatur, que inter homines casu, & non iudicio agi solet. Sors Domini ita accipienda est, tanquam si diceretur electio Domini, vel pars Domini; & rursum fors eius qui in eremum mittitur, accipienda est veluti pars illa, que pro indignitate sui a Domino spernitur, & abiicitur. Magis enim & sermo ipse Apopompai, abiecti, & resutati significantiam continet. Eandem expositionem probare videtur Glossa ordinaria ex Augustino quaest. 55. in Leuitico. In quo, licet obscura mens lateat, videtur tamen non reprobare predictam expositionem Origenis; sed tantum refutare rationem, qua solebat a quibusdam confirmari: Quia homo, in cuius manum in eremum hircus dimittitur, cum rediret, lauare iussus est, &c.*

14. Probatur secundò num. 26. vers. 55. Sors terram tribus diuidat, & familijs. Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. Idemque præceptum reperitur cap. 33. & 34. & Deut. 1. & 3. 1. Re autem ipsa legimus expletum à Iosue cap. 18. & 19. illis præsertim verbis: *Terram in septem partes describite, & huc venietis ad me, ut coram Domino Deo vestro mittam vobis hanc sortem.* &c. vbi Origenes in Iesu Naue homil. 23. prope medium, vbi postquam retulit se quaesivisse rationem sortium ex variis locis Scripturæ factæ, veluti Act. 1. Ephes. 1. Colos. 1. & maiorem sibi metum iniecit, dubiumque ferendæ sententiæ, concludit: *Illud tamen in quantum res patitur contigisse sufficiat, quod nobis ab Apostolis fors ducta designat, quia vbi ex fide integra & oratione præmissa fors ducitur, ea que Dei voluntas continet in occulto, fors hominibus declarat in manifesto. Secundum interiorem verò intellectum, sicut Paulus videtur indicare, quum dicit in parte sortis Sanctorum, & sorte vocati in Christo, videndum est ne forte non solum in hominibus, sed & in supernis virtutibus fors agatur, & præsideat aliqua virtus huic officio, qua (verbi causa) Iesu filio Naue sorte hereditatem distribuente, non ad aliquam gratiam, sed secundum quod scit Deo placere, ducatur præbeat: & illi quidem faciat euenire, qua prima sunt, quem scit apud Deum primum locum tenere: quo hoc quod in occultis habetur apud Deum sortis gubernatione etiam hominibus demonstraretur; alium verò facere secundum loci, & alium tertij.*

15. Confirmatur. Recte namque Hieronymus in Ezech. cap. 47. ad illud: *Hac dicit Dominus Deus, in fine commentarij: Singula, inquit, tribus iuxta multitudinem suam, equalia accipiunt terre spatia, nequaquam arbitrio diuidentis, sed sorte, que in Domini potestate consistit.* & post pauca: *Inter descriptionem Terræ sanctæ duodecim tribuum Iosue filij Nua, & que nunc per Ezechielem serui imperatur, hoc interest, quod ibi inter tribus sorte terra diuiditur, hic Domini iubentis arbitrio delegatur. Quapropter utrobique libera Dei voluntas terram distribuit, sed ibi non manifestata, nisi per sortem;*

Sors Domini quomodo accipienda.

Que Dei voluntas continet in occulto fors hominibus declarat in manifesto.

tem; hic autem manifestata per verba conspicua.

16. Tertio probatur ex Apostolo ad Ephesios, & ad Colossens. quæ proximè attinent ad rem præsentem. Nam Ephes. 1. *In quo, inquit, & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum voluntatis eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Vbi Chrysostomus serm. 2. sub init. *Quoniam fors, inquit, res est casus & euentus, non propositi liberti, neque virtutis; ignorantiam quippe, & euentum habet, atque sæpenumero relinquentes qui virtuti student, eos in medium producit, qui nullius sunt momenti; vide quomodo istud disponit. Prædestinati, inquit, secundum propositum ipsius, cuius virtute sunt vniuersa, hoc est, non temere in sortem ascendi.*

Nos sorte vocati, & prædestinati.

17. Sed multo magis apertè, quod intendimus, explicuit Chrysostomus Coloss. 1. serm. 2. multo propius ad med. quàm ad princip. ad illud: *Quis dignus nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, dicens: Quia ratione sortem vocat; ut ostendat neminem ex proprijs suis virtutibus acquirere regnum, sed quemadmodum fors magis ex euenit & casu, ita & hic. Nemo enim talem vite conuersationem ostendit, ut regno dignus esse possit, sed totum donum est ipsius Dei.* & post pauca: *Ad partem sortis Sanctorum in lumine. Et futuro, inquit, & present. hoc est, in scientia. Videtur autem mihi, & de presentibus, & de futuris bonis pariter dicere. Deinde declarat, quibus nos dignatus sit Deus. Non enim hoc solum admirandum est, quod regno nos dignatur, &c. Manifestè igitur hoc loco Chrysostomus prædestinationem non tantum ad gratiam, sed etiam ad gloriam docet esse sortem, quia quod non proprijs viribus & virtutibus, sed Dei gratuita voluntate contingit, respectu nostri casualiter contingit.*

Nemo ex suis viribus acquirat regn.

18. Confirmatur primò. Nam ex verbis proximè præcedentibus explicans illud: *Qui dignos nos fecit, apertè notat à Deo tribui non modò præmia & honorem, sed etiam merita illius honoris & præmij. Quod est valde notandum, vt constet hanc ipsam esse prædestinationem Augustinianam, quam probare contendimus. Chrysostomus ergo ponderat quod Deus non solum honorem nobis, sed & vires ad amplectendum eum dederit. Duplicatur enim honor per id, quod & idoneos ad collatum donum facit. Non dixit simpliciter, qui dedit, sed qui idoneos fecit ad partem sortis Sanctorum in lumine, hoc est, qui vos in album Sanctorum retulit. quod est prædestinando scribere in libro vite. Enim imitatur Theophylact. Coloss. 1. dicens: *Sortem autem vbi que vocat, ut ostendat, quod quemadmodum fors non est humane diligentie, neque conatus, sed fortuna potius videtur; hanc ad rationem, nos non ex nostris virtutibus imperio digni iudicamur, donamurque, sed diuine totum est gratia.**

Deus merita tribuit.

19. Prosper epist. ad Rufinum circa medium. *Hoc, inquit, tam & tam ineffabili bono nemo inuentus est dignus; sed quicumque electus est à Deo factus est dignus; sicut dicit Apostolus: Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine; similitèrque lib. 2. de vocat. Gent. cap. 15. colligit idem dogma ex eisdem Apostoli verbis. In quorum commentario Anselmus, Sors enim, inquit, vocatur hereditas, quando non meritis humana, sed electione diuina datur. Et paucis interiectis: *Vel Dei voluntas in humano genere fors est, apud quem non est iniquitas: non enim ille personas accipit, sed occulta illius fors est unicuique hominum; sortis nomine designatur**

Qui electus est à Deo factus est dignus.

Dei voluntas in humano genere fors est.

gnatur gratia, qua saluamur, qua in sorte non est electio, sed voluntas Dei. Notetur illud verbum, *qua saluamur*, vt videas tractari de predestinatione ad gloriam; ad quam eo sensu dicit electionem non esse, quoniam non est in hominum electione positum, vt Deus illum prædestinauerit: vel quia non supponitur discrimen eorum, qui deliguntur à Deo; quemadmodum & Augustinus loquitur statim referendus.

20. Quartò probatur, quoniam de predestinatione ad gloriam, præsertim intelligendum est illud Psalm. 30. *In manibus tuis sortes meæ, non autem, in manibus meis.* vbi Augustinus: *Sortes dixit, quantum ego existimo gratiam, qua saluati sumus. Quare sortis nomine appellat gratiam Dei? Quia in sorte non est electio, sed voluntas Dei. Nam vbi dicitur: *Iste facit, iste non facit, merita considerantur; & vbi merita considerantur, electio est, non fors. Quando autem Deus nulla merita nostra inuenit, sorte voluntatis suæ nos saluos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hac est fors.* Multaque subiungit in eandem sententiam. Electionem autem negat, qua melior minus bono, vel bonus malo præfertur; sicut loquitur lib. 1. ad Simplician. quaest. 2. fin.*

Gratia qua saluati sumus fors est.

21. Confirmatur primò. Nam in prædicto comment. Psalm. 30. ostendit Augustinus apertè se tractare de sorte, qua prædestinamur non tantum ad gratiam, sed etiam ad gloriam, illis præsertim verbis: *Merito tantica Domini desuper rexta (qua significat charitatis aternitatem) cum diuidi à persecutoribus non possit, fors super eam missa est; ad quos peruenit, eos signat, qui videntur ad sortem peruenire Sanctorum.* Confirmatur secundò. Nam & Petrus Simonem Magum Actuum 8. sic replicit: *Non est tibi pars, neque fors in fide hac, id est, non pertinet ad istam gratiam, quam gratis omnes accepimus, quia pecunia te putas emere, quod gratis datur, vt August. ponderat ad prædictum versum Psalm. 30. Cui simile est Act. 26. *Vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter Sanctos.**

Christi Domini tunica signat eos, qui perueniunt ad sortem Sanctorum.

22. Probatur quintò, quia Prouerb. 16. fine: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Propterea Beda in commentarijs Prouerborum, quæ tribuunt Hieronymo cap. 18. versus finem: *Sors est occulta & incomprehensibilis prædestinatio ex diuina regula procedens. Qua inter potentes, hoc est, electos, dum singulis propria assignat, diiudicat. Sortem similitèr ad electos refert Ambrosius lib. 4. epist. 16. ad Irenæum inter princip. & medium. dicens, *Sicut illis (filijs Israël) sortitò obtrigit capta ex hoste terrarum possessio, ita nobis cecidit fors gratia vt simus possessio Dei, qui renes possidet nostros, id est, seminarium castitatis & temperantia. Queris hanc sortem agnoscere? recordare illam, qua cecidit super Mathiam, &c. Idem autem in exhortatione ad Virg. prope med. *Sicut enim (ait) sortis euentus non in nostra est potestate, sed quem casus attulerit; sic gratia Domini non quasi ex mercedis merito, sed quasi ex voluntate defertur.***

Sors prædestinatio.

23. Probatur sextò, quia diuinam prædestinationem non ab humana meritis, vel industria, sed à diuina beneuolentiâ nobis quasi sortitò venire, colligitur Act. 1. *Ostende quem elegeris ex his duobus vnus, &c. Deinde verò: *Cecidit fors super Mathiam.* Obseruandum est illud *cecidit*, denotans casum, seu fortuitum euentum comparatione Mathie, qui non potuit esse per se causa illius electionis. Quapropter cum omnis euentus fortuitus, vel casualis reducendus sit in ali-*

quam priorem per se causam (vt supponit Arist. lib. 2. Physicorum cap. 4. text. 40. collato cum c. 6. text. 66. & 67.) Consequens est, vt sola diuina prædestinatio fuerit prima & per se causa determinans, vt fors illa ceciderit. Quod licet verificetur de qualibet gratia gratum faciente, vel gratis data; potissimum verificatur de prædestinatione ad gloriam, quæ summæ beneuolentiæ cum sit, summo opere distat à causa, quæ detur ex parte nostra.

24. Confirmatur primò, quia comparatione cuiuslibet arbitrij creati fortuitam esse prædestinationem ad gratiam, & ad gloriam, significatur Psalm. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclarijs, id est, sorte ceciderunt, vt exponit Augustinus.* Nam Deus sorte diuisit eis terram, in funiculo distributionis, Psal. 77. Vnde & Chaldaus legit: *Sortes ceciderunt mihi in dulcedine.* Ideo casus (vt Haymo notat in hunc locum) indicat arcanum prædestinationis mysterium, cuius proprijs effectus præcedens, & sequens versus indicat. *Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.*

25. Confirmatur secundò, quia non solum casum fortuitum esse comparatione hominum; sed etiam esse consilium diuinæ prædestinationis, vno verbo significauit Ecclesiasticus cap. 17. dicens: *Destinauit illis sortem veritatis.* Nec prætermisit liberam arbitrij cooperationem excitare, post pauca subiiciens: *Sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei.* His omnibus consonant quæ Gregorius notat lib. 1. Reg. cap. 14. exponens illud: *Mittite sortem inter me, & filium meum.*

SECTIO VI.

Electio Dei discernens homines probat prædestinationem ante præuisa opera.

Generale argumentum pro hac, & sequentibus sectionibus accipe, quoniam in sacris literis Deus esse dicitur causa non tantum electionis ad gloriam, sed etiam omnium meritorum, & omnium circumstantiarum, quæ quocumque concurrunt ad obtinendam gloriam; atque insuper hæc eadem eo fine causasse, vt præberet gloriam: ergo Deus prædestinauit ad gloriam, non prius præsupponens absolutam futuritionem meritorum. Probatur illatio; quoniam efficax voluntas causandi aliquid, non supponit futuritionem absolutam eiusdem effectus causandi.

I. Deus merita causat, ut præbeat gloriam.

2. Nunc peculiariter ad electionem diuinam applicandum est præcedens argumentum. Primò namque Christus Dominus Ioan. 15. *Non vos, inquit, me elegistis, sed ego elegi vos.* vbi Augustin. tract. 86. à medio: *Hic certè, inquit, vacat vana illorum ratiocinatio, qui præscientiam Dei defendunt contra gratiam Dei, & ideo dicunt, nos electos ante mundi constitutionem, quia præcinit nos Deus, futuros bonos, non se ipsum nos facturum bonos. Si propterea nos elegisset, quia bonos nos futuros esse præcinerat, simul etiam præcisset, quod eum nos prius fuisset electuri, non enim aliter esse possemus boni, nisi eligentes bonum.*

2. Deus ante merita eligit.

3. Idem lib. de prædest. Sanctor. cap. 17. in medio: *Quid est quod ait Apostolus; Sicut elegi nos in ipsos ante mundi constitutionem? Quod profectò si propterea*

3.

propterea dictum est, quia presciuit Deus credituros, non quia facturus erat ipse credentes, contra istam prescientiam loquitur filius, dicens: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi; cum hoc potius presciuerit Deus, quod ipse eum fuerant electuri, ut ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea predestinatione, in qua Deus sua futura facta presciuit: electi sunt autem de mundo ea uocatione, qua Deus id, quod predestinauit, implet.

4. Verget autem magis hanc ponderationem paulo inferius cap. 18. ante med. & cap. 19. prope med. Rufus lib. 2. contra duas epist. Pelagian. cap. 7. inter medium & fin. scribit: Electionem quippe dixit Paulus Rom. 9. Vbi Deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed quod inuenit ipse facit, sicut de reliquiis Israel scriptum est: Reliquia per electionem salua facta sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non esset gratia.

5. Cyrillus etiam manifeste docet, Deum eligere non expectatis hominum voluntatibus, aut meritis, sed pro sua libera clementia, quando lib. 10. in Ioan. cap. 14. sic exponit: Quam imitari me debeatis, o discipuli, que ipse uobis feci, ea in alijs facienda uobis sunt. Ego elegi uos, non uos me: ego me notum uobis ignorantibus feci, humanitate elementique commotus. Ego uos adeo roborauit, ut progredi ad tantam cum Deo fiduciam possitis, ut quoadcumque petieritis in nomine meo, uobis concedatur. Quare non debetis uos, qui mei discipuli estis, sedentes expectare, ut uero ad fidem homines ueniant. Sed errantibus manus porrigenda, & audire nolentibus salutaris sermo a uobis est predicandus.

6. Quapropter huius imitationis similitudo non constituitur in eo, quod sicut Dei electio suum effectum efficaciter consequitur in omnibus electis; sic discipulorum predicatio consequatur. Sed similitudo consistit in eo, ut sicut electio non expectauit, ut ad fidem homines uenirent, sed ignorantibus & nolentibus attulit Dei notitiam: sic etiam discipuli salutem proximorum, quantum in se fuerit, procurent, non expectata eorum voluntate, nec desiderio.

7. Secundò probatur Ephes. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essent Sancti. Quod ibi ferm. 1. col. 2. Chrysol. ita ponderat: In omnibus ferè epistolis diligenter istud ostendit, nimirum non esse recentiora qua nobis obueniunt, sed ab initio diuinitus presfigurata; nec esse ex penitentia, sed ita dispensata ac prescinita: idque multa prouidentia. Multa igitur prouidentia predefinitum est, ut sint Sancti, qui re ipsa tales sunt futuri.

8. Hieronym. autem in eundem locum, ad finem commentarij, Non enim, ait, eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant Sancti & immaculati: sed eliguntur & predestinantur, ut in consequenti uita per opera atque uirtutes Sancti & immaculati fiant. & infra: Secundum propositum uoluntatis sua, non secundum opera nostra. Sic etiam Theodoret. Ephes. 1. Ab initio, inquit, & ante constitutionem mundi que ad nos pertinebant, presciuit, & predefiniuit. & paulo inferius: Nostram uocationem preconstituit, ut nos filiorum adoptionis donum perciperemus.

9. Magis accommodatè ad rem presentem, illud: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essent Sancti, ponderauit August. de predest. Sanct. cap. 17. nuper citato, & toto cap. 18. in quo potissimum occurrit notanda conclusio: Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus. Ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse, predestinans et tales

Qua uocatione electi predestinati.

In quo imitationis similitudo consistit.

Cur Sancti eligantur.

per gratiam eius essemus. Non aliter lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. col. 4. Non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, qua eligat; ideo manet propositum iustificationis ipsius, sed quia illud manet, ut iustificet credentes, ideo inuenit opera, qua iam eligat ad regnum colorum. Obserua postrema uerba, ut uideas Augustinum agere non tantum de electione ad gratiam, sed etiam de electione ad gloriam retribuendam propter opera, qua diuina electio causat in credentibus.

Tertiò probatur Iacobi 1. Nomen Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni. Quod ita exponit August. de predest. Sanct. cap. 17. ad finem. Eligendo ergo Deus facit diuites in fide, sicut heredes regni. Rectè quippe in eis hoc eligere dicitur, quod ut in eis faciat, eos elegit.

Quartò probatur, quia certitudo predestinationis tanta, qua nullis impedimentis possit frustrari, & qua suscipiat curam remouendi impedimenta. Matth. 24. traditur; ad explicandam enim persecutionis acerbiter sub Antichristo futuram, dicitur: Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Finalis autem error est intelligendus in presentem. Nam hic solus est incompossibilis cum predestinatione: alij namque errores postea per penitentiam deponendi, contingunt non paucis electis. Gregorius igitur lib. 33. moral. cap. 27. init. (aliàs cap. 37.) Valde querendum est, inquit, quomodo aut hi, qui electi sunt, induci in errorem possunt, aut cur, si fieri potest, quasi ex dubitate subditur, cum quid faciendum sit Dominus omnia prescians, prestatatur. Sed quia electorum cor, & trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur, una hac sententia Dominus utrumque complexus est, dicens: Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.

Cui simile est illud Psalm. 93. Nisi quia Dominus adiuuauit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. hoc enim electio Dei præstat, ut quantum electorum mentes certaminis periculum, & suam infirmitatem experiantur; Deus tamen facit cum tentatione prouentum, non tantum ut sustinere possint, sed etiam ut citra dubitationem sustineant. Colligitur ergo ex prædictis uerbis Matth. electos propter ipsam electionem, & eius vires non posse in errorem induci: ceteros autem, qui non sunt electi, fore in errorem infallibiliter inducendos. Quod etiam confirmatur ex præced. uerbis: Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Quod clariùs indicat Marcus cap. 13. dicens: Nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos, quos elegit, breuiatit illos.

Postremò consonat illud Deut. cap. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, uobis iunctus est Dominus, & elegit uos, cum omnibus stirps populis pauciores; sed quia dilexit uos Dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit Patribus uestris. Hæc sicut alia multa dicuntur Israël, ut sub eius typo & figura sibi fuisse dicta quilibet predestinatus intelligat. Quemadmodum & illud, quod ad finem sequentis c. 8. habetur: Ne dices in corde tuo: Fortitudo mea; & robor manus meæ hæc omnia mihi præstiterunt. Vniuersaliter autem supra sect. 2. & sequentibus obseruauimus, eandem esse rationem predestinandi populos, & predestinandi simul alias personas ante præuisa merita.

Aliud

10.

11. Certitudo predestinationis.

12.

Electi in errorem induci nequeunt.

13.

14. Aliud argumentum offert nobis causa discernens, efficiensque discrimen predestinatorum à reprobis, de qua 1. Cor. 4. Quis enim te discernit? Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Diuinam quippe beneuolentiam fuisse causam discriminis, quo predestinati discernuntur à reprobis non accepta ratione ex præuisis operibus hominum, ex prædicto testimonio colligunt Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alij Patres, quorum testimonia referemus disp. 34.

15. Quòd si præuisa merita Deo rationem præberent, ut quosdam potius quam alios predestinaret: iam differentia discernens predestinatos à reprobis, proueniret radicaliter ab humanis operibus, non autem à diuina beneuolentia merè liberè causante discrimen. Quamuis enim præcipua causa cuiusque boni semper esset Deus: attamen quantum est ex parte Dei, æqualiter Deus causaret bonum in quibusdam predestinatis, aliisque reprobis; proptereaque discrimen non proueniret à diuina causalitate, sed ab humanis cooperationibus præcognitis ut futuris.

16. Rectè igitur Augustinus lib. 2. contra duas epist. Pelagian. cap. 7. non procul à medio: Quis enim te discernit? ait, utique ab ira uas, a massa perditionis, qua per unum omnes misit in damnationem. Quis te discernit? Et tanquam respondisset, discernit me fides mea, propositum meum, meritum meum. Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? hoc est, quasi de tuo sit, unde discernis. Ergo ille discernit, qui unde discernaris, imperit penam debitam remouendo, indebitam gratiam largiendo: ille discernit, qui cum tenebra essent super abyssum, dixit: Fiat lux, & facta est lux; & diuisit, hoc est, discernit inter lucem & tenebras. Non enim cum sole essent tenebrae quid discerneret inuenit, sed lucem faciendo decreuit, ut iustificationis impijs dicatur: Fuitis enim aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. Prosequitur autem idem confirmans, & refutans eos, qui putabant ex futuris operibus electos discerni.

17. Denique dubium esse non potest, quin plenius atque totalius verificetur Deum esse, qui predestinatos discernit à reprobis: si Deus non supponens predestinatorum cooperationem ut absolute futuram, & præcognitam, causat ut illi cooperentur infallibiliter.

SECTIO VII.

Deus trahit, introducit, & cogit, quia predestinat, nulla ratione desumpta ex futuris operibus.

1. Validum etiam argumentum accipitur ex uerbis Christi Domini Ioan. 6. Omne quod dat mihi Pater, ad me ueniet. Inde namque sequitur euidenter, eum hominem, quem Pater dederit Filio, non solum uenire posse, sed etiam actualiter & infallibiliter uenire, nec ullum à Patre datum esse, qui non ueniat. Insuper ne putares, aliquid nihilominus esse, qui ueniat ad filium; quamuis à Patre datus non sit, paucis interiectis adiungit: Nemo potest uenire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Ut autem constet, Christum Dominum de predestinatis agere potissimum eo uerbo dedit, sequitur: & cum, qui uenit ad me, non eieciam foras, quia hæc est uoluntas eius, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illum in nouissimo die. nimirum resurrectione ad vitam gloriosam, non ad æternam pœnam, qua secunda mors uerius dicitur, quam uita.

Ad presentem doctrinam probandam egregiè ponderat locum Augustinus lib. de predest. Sanct. cap. 7. fine, & cap. 8. & 9. cuius initium est conclusio præcedentis discursus: Fides igitur, & inchoata, & perfecta donum Dei est; & hoc donum quibusdam dari, omnino non dubitet, qui non uult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur autem, non omnibus datur, fidelem mouere non debet, qui credit ex uno omnes esse in condemnationem, sine dubitatione iustissimam, ut nulla ei esset iusta reprehensio, etiamsi nullus inde liberaretur.

Quòd autem rationem discriminis, ob quam uni potius, quam alteri Deus tribuit fidem & opera bona, constituat Augustinus ex parte Dei magis, aperte constat ex cap. 16. fine in eodem lib. de predestin. Sanctorum. Vbi postquam ex diuina electione prouenire sanctitatem, & illius perseverantiam, probauerat ex cap. 11. Roman. Electio autem consecuta est, ceteri uero excacati sunt, ita scribit interierens varia Scripturæ testimonia: Sine penitentia enim sunt dona & uocatio Dei, id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc uocationem, qui pertinent, omnes sunt docibiles Dei, nec potest eorum quisquam dicere; credidi ut sic uocarer: prouenit enim quippe misericordia Dei, quia sic uocatus est, ut crederet. Omnes enim docibiles Dei ueniunt ad filium, quoniam audierunt, & didicerunt à Patre per filium, qui euidentissime dicit: Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, uenit ad me. Istorum autem nemo perit, quia omne, quod dedit ei Pater, non perdet ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit, nec erit inde, qui pereat. Propter quod dictum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Ex quibus aperte constat omnem hominem, quem Pater predestinando dat filio, perseverare infallibiliter, & ad gloriam peruenire.

Eodem testimonio Ioan. 6. gratiæ efficacitatem, per quam ex nolentibus homines fiunt uolentes, colligit Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelag. cap. 3. uersus medium, & cap. 19. parum à principio, & lib. de gratia & lib. arb. c. 5. & lib. 5. contra Iulian. cap. 3. longè post medium. Quibus omnibus consonat Prosper lib. 1. de uocat. Gent. cap. 24. & ad capita Gallorum respons. 8. Fulgentius lib. de gratia Iesu Christi cap. 31. parum à princip. Confirmatur oratione Christi Domini Ioan. 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, ubi August. tract. 107. initio. Per hoc, inquit, quòd eos illi Pater iam dedit, factum est, ut non pertineant ad eum mundum, pro quo non rogat.

Porro, quia trahendi uerbum coactionem importat, Petrus Chrysol. ferm. 10. in Psalm. 28. ad finem: Attrahite, inquit, nolentes: nemo dicit, non tum coactio uult; quia & Abraham, ut offerret filium colligauit, & Lath Angeli, ut subtraherent flammis, extractum manibus sustulerunt, & Petrum Dominus, ut iret ad martyrium, quò uolebat, auxiliari uirtute præuocauit, dicens: Præcinget te alius, & deducet quò tu non uis. Et Pater celestis non solum uolentes suscipit, sed attrahit & nolentes, dicente filio: Nemo potest uenire ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit illum.

Idem ferm. 50. de Paralytico in medio, comprobatur exemplo medici, compellentis ægotum, lentis ægoti, &

2.

3. Cur uni potius quàm alteri Deus tribuat fidem.

4. Ex nolentibus homines fiunt uolentes.

5. Trahedi uerbum coactio uult, nem dicit.

6. Exempli medici compellentis ægotum, lentis ægoti, &

& subdit: Si homo iniurias despicit, maledicta conremnit, ut sauciat morbo sponte vitam conferat, & salutem: quanto magis Christus medicus bonitate divina morbis saucios peccatorum ad salutem gratiam inuisos attrahit, & nolentes? & post pauca: Nostras quotidie noxias respicit voluntates, & ad salutaria nos remedia pertrahit, & perurget inuitos.

7. Cogentium pauperes, & cæcos parabola.

Vides igitur eam, quam nuper explicuimus tractionem Patris, aptè correspondere parabola seruorum, introducentium pauperes & cæcos, & cogentium alios, ut intrarent ad cœnam Lucæ 14. In ea quippe parabola subtiliter obseruari debet discrimen in modo vocandi. Nam omnes, qui noluerunt venire (per quos significantur reprobi) inuitati sunt tantum, & admoniti temporis veniendi, quia iam parata sunt omnia. Potuerunt ergo venire si voluissent: verumtamen non sunt introducti, nec coacti.

8.

Aliter tamen iratus Paterfamilias (affectus ira surgit ad superandas efficaciter difficultates, iam non sola voluntate antecedenti, sed absoluta seruo præcipit: Exi cito in plateas, & vicas civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduce hic, videlicet, iam non expectans ut ipsi venirent proposita sibi vocatione conuiuij, quia nec pauperes audent, nec debiles & claudi potuissent incidere, nec cæci viderent diem & ianuam si seruus semel vocatus, vel vno momento relinqueret, aut à se discedere pateretur. Opus igitur fuit, ut eos manu traheret donec ad cœnam introduceret.

9. Modus trahendi per coactionem inuoluntariam.

Ita nimirum diuina gratia & protectio quorundam prædestinatorum salutem disponit. Maiori autem ostensione suæ omnipotentia disponit aliorum prædestinatorum salutem, quos existentes in viis & sepibus intrare compellit, iis nimirum diuina prouidentia permisit prius irretiri magnis impedimentis, & repugnata mandatorum Dei: postea verò coactionem intulit in voluntariam, per quam facti sunt volentes. Plerumque siquidem reluctantibus, & contradicentibus hominibus, à Deo & ab eius ministris obtruditur, opportune & importune prædicatio veritatis, increpatio, suasio, obsecratio, exempla, miracula, flagella, beneficia, occasiones salutis, imò etiam interiores illustrationes, vehementes impulsus, & exuberantes auaritates, quibus tandem efficitur, ut appetatur audissimè quod antea fastidium & nauicam peccatori protuocabat.

10.

Ex multis hac de re testimoniis Patrum vnum, aut alterum delibabo. Sic Origenes lib. 1. contra Celsum post medium: Multos, inquit, penè inuitos attrahos esse ad Christianam religionem, spiritu quodam repente mutante intellectum eorum: ut pro verbo exorsò ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere, post visiones oblatas, ipsi vel dormientibus, vel vigilantibus. Idem in Numeros cap. 25. homil. 20. col. penult. postquam dixerat: Liberi arbitrij est anima, & in quam voluerit partem est ei liberum declinare, subiungit: Quodammodo vim nobis facit, ut nos pertrahat ad salutem, videlicet Christus Dominus. Quod inferius confirmat Euangelicis verbis: Quoscumque inueneritis, cogite intrare. Sic ergo non solum inuitamur à Deo, sed & trahimur & cogimur ad salutem.

11. Deus alios ut auicos compellit, instigat, & ad se attrahit.

Chrylostomus serm. 2. de Spiritu sancto in Pentec. post med. Alios, inquit, ut auicos compellit, instigat, ad se attrahit, ineffabili, & mentali charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit, à terrenis

transfert, & ad cœlestia vocat, redire facit animam, & ad Deum transire, & volare, urget mentem, diuino accendit desiderio, docens, ut bona, que illic sunt, cogitemus, que illic sunt, imaginemur. Antonius Magn. epist. 1. de diuina vocatione prope initium ait: Præstat eis lenitate in omnibus inuans eos spiritus, ut indulgentur eis opera penitentia: ponit eis terminos per modum quendam penitudinis in corpore & anima eorum, usque quo doceat eos etiam conuersionis modum ad conditorem proprium Deum; necnon & præbet eis compulsionem in anima discurrentem, & corpore, ut utraque sanctificari queant.

Duo potissimum colligere debes ex dictis. Alterum est modus efficaciter trahendi, & compellendi, quem Deus pro sua tantum misericordia vult erga prædestinatos exercere, cæteris tantum data facultate veniendi, & sufficiente inuitatione ad conuiuium. Alterum est suauitas, non inferens antecedentem necessitatem, sed integram relinquens indifferentiam libertatis, ut ad cœnam veniat, vel non veniat. Quam indifferentiam fusiùs defendimus præced. tomo de prouidentia tota disp. 2. & infra disp. 28. sect. 8.

SECTIO VIII.

Deus sibi relinquens fideles, & suas oues seruans, ostendit, totam rationem discriminis à Deo prouenire.

Si consideres attentè quæ scribit Apostolus de reliquijs Israëlitijs populi Rom. 9. & 11. videbis fuisse certissimum, ut nisi Deus in fide & in Ecclesia paucos Apostolos & discipulos, ad Euangelij propagationem per vniuersum mundum spargendos, reliquisset ex Israël, totus ille populus periisset obstinatus, ut Sodoma & Gomorrha, ex quibus præter aduenam Lot, atque suos, nullus penitere voluit: ergo Dominus quando absoluto decreto vult aliquos in fide & gratia retinere, infallibiliter, & efficaciter hoc præstat: & nisi ita retineat, atque relinquat sibi, liberè & infallibiliter in peccatis pereunt.

Paulus itaque sic loquitur Roman. 9. *Isaias autem clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israël, tanquam arena maris, reliquias salua fient.* & post pauca: *Et sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissetis.*

Optimo quidem iure prædicto testimonio Rom. 9. Patres accumulunt aliud ex cap. 11. initio. *Non repulit Dominus plebem suam, quam præfeciuit; & post pauca: Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal.* Sic ergo & in hoc tempore reliquias secundum electionem gratia salua facte sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Obserua distinctiones illas, sic ergo, ut videas in lege veteri, & in nouo Testamento fuisse eundem modum prædestinandi secundum electionem merè gratuitam, quæ permittens maximam multitudinem hominum abire præcipitem ad vitia, relinquit sibi quos vult, ut infallibiliter consequantur salutem æternam.

Augustin. lib. 5. contra Iulian. cap. 3. longè post medium ait: *Reliquias per electionem gratia salua facte sunt. Et ne forte ex operibus præcognitis putarentur electi, adiunxit: Si autem gratia, iam non*

12. Modus efficaciter trahendi.

Suauitas integram relinquens indifferentiam libertatis.

1. Deus sibi fideles relinquunt.

2.

3. Prædicto testimonio alius Patres adiungunt.

4.

non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Ex isto numero prædestinatorum & electorum, etiam qui pessimam duxerunt vitam, per Dei benignitatem adducuntur ad penitentiam, per cuius patientiam non sunt huic vita in ipsa scelerum perpetracione subtrahiti, ut ostendatur & in ipsis, & in alijs coherentibus eorum, de quam profundo malo possit Dei gratia liberare. Ex his nemo perit, quacumque ætate moriatur. Absit enim, ut prædestinatus ad vitam, sine sacramento Mediatoris finire permittatur hanc vitam. Perpende primò, manifestè refutari rationem eligendi, acceptam ex præcognitis operibus. Secundò, manifestè tractare Augustinum de prædestinatione ad vitam æternam. Tertio, à prædestinatione prouenire, ut prædestinatus non permittatur hanc vitam finire sine vera penitentia.

Ex numero prædestinatorum nemo perit.

5.

Ad Simplicianum verò lib. 2. quæst. 2. colum. antepenult. *Ne rursus, ait, omnes Israëliti in perditionem esse credantur, docet & inde facta alia vasa in honorem, alia in contumeliam. Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquias salua fient. Cætera ergo turba vasa perfecta ad perditionem.* Et paulo inferius confertens vtrumque locum Isaia 1. & 10. necnon Roman. 9. & 11. prosequitur: *Quod hic ait: Reliquisset nobis semen, hoc ibi: Reliquias salua fient. Cæteri autem tanquam perditionis vasa debito supplicio perierunt. Et ut non omnes perirent, sicut Sodoma & Gomorrha, non meritum eorum fecit, sed gratia Dei relinquentis semen, unde alia nectis toto orbe confurgeret. Hoc & paulo post: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquias per electionem gratia salua facte sunt; & quæ sequuntur. Omnia insistant in gratuita quorundam electione ad æternam salutem, aliorum verò libera & iusta de relictione ad æternum supplicium. id quod magis aperte constat ex superioribus & inferioribus contextibus.*

6.

Confirmantur autem hæc omnia sequentibus verbis Apostoli Romanorum 11. *Quid ergo? Quod quærebatur Israël, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est; cæteri verò excacati sunt. Sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum computationis: oculos ut non videant, & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum in laqueum, & in captiorem, &c.* Quibus hanc ponderationem adiungit Augustinus lib. de prædestinatione Sancti. cap. 6. *Ecce misericordiam, & iudicium: misericordia in electione, qua consecuta est iustitiam Dei; iudicium verò in cæteros, qui excacati sunt: & tamen illi quia voluerunt, crediderunt: illi quia noluerunt, non crediderunt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt: electio quippe istis gratia est, non meritum. Superius enim dixerat: Sic & in hoc tempore reliquias per electionem gratia salua facte sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Gratis ergo consecuta est quod consecuta est electio. Non præcessit eorum aliquid quod priores darent, & retribuere illis. Pro nihilo enim saluos fecit eos. Cæteri autem, qui excacati sunt, in retributione factum est.*

7.

Hæc referens, ac defendens Prosper ad excerpta Genuen. responsione 4. versus finem, ait: *Quis hic locus querimonia, nisi apud inimicos gratia: qui, nisi ad retributionem referatur, quod gratis datur, ad iniquitatem voluit pertinere quod reddidit Ruiz de Prædestinatione.*

Eadem est mens Augustini tract. 86. in Ioan. post med. & sermone 7. de verbis Domini secundum Matth. à medio vsque ad finem, & ad illum versum Psalmi 94. *Quia non repellit Dominus plebem suam.* ac Properi lib. 1. de vocatione Gent. capit. 10.

Cyrillus etiam Alexandrin. lib. 5. in Isaiaam capit. 65. comment. 5. ad illa verba. *Quem admodum inuento acino in botro, dicitur: Nè perdas hunc, quia fortunabitur. Prouidentia, inquit, Dei seruatus est, quisquis inter illos (Iudæos,) erat salute per Christum dignus. Nimirum diuinus Paulus gratuita electione partem quandam desumptam fuisse dicit, & secessionem ac segregationem quadam, tanquam ex omni Iudæorum regione, reliquias Israëliti ad fidem irretitas, & illaqueatas. Non ergo, inquit, perdam omnes, sed tollam ex Iacob semen, & ex Iuda. Tollam, hic intelliges, Non perdam; sed excelsam & suspiciendam reddam. Tollere namque interdum est eubere.*

Perpende, quanta sit efficacia electionis gratuita, ut ad fidem irretitas & illaqueatas teneat reliquias Israël, quas vult excelsas reddere sanctitatis perfectione, & culmine gloria. Atque inde collige, quod initio dixerat, *seruatum esse dignum, intelligendum esse, qui dignus factus est per gratuitam electionem, euehentem, & seruantem reliquias irretitas & illaqueatas.*

Consonant etiam Cyrillus & Basilius Isaia 1. nam exponunt, omnibus personis Israëlitijs populi vastationem & interitum fuisse debitum: sed sola Dei misericordia reliquias, idest, aliquos ex illis fuisse reseruatos ad salutem æternam. Consonat præterea Hieron. Isaia cap. 1. & 10. ad verba, quæ citantur ab Apostolo Romanorum 9. reliquias intelligens esse Apostolos, ac cæteros eiusdem populi credentes, à quibus disseminatum fuit Euangelium in vniuerso orbe; quos fuisse saluos secundum electionem gratia, reperit ex Apostolo, tanquam expositionem verborum Isaia.

Totidem ferè verbis Anselmus & Beda Roman. 11. citata Pauli verba sic ponderant: *Non ait, Deus, reliqua sunt mihi: aut reliquerunt se mihi: sed reliqui mihi. ubi non humanum opus, sed diuina gratia patenter ostenditur. In septem verò millibus virorum, perfecta summa viriliter agentium exprimitur. Reliqui, inquit, mihi: idest, per gratiam seruauit septem millia virorum, quia tunc erant multi, quos Deus sibi seruauerat, quantum nesciret Helias, quoniam grana latebant sub acerno palearum.*

Addit autem ultra Bedam Anselmus: *Sic ergo & in hoc tempore gratia facilius salua facta sunt reliquias, hoc est, quandoquidem ante tempus gratia facilius Deus tot millia ex sua gratia seruauit contra opinionem tanti Propheta. ergo sic, idest, simili modo etiam in hoc tempore gratia, & prædicationis Euangelij, credendum est, multos esse, quos Deus præcinit, & suos esse quos prædestinavit, & hoc non secundum humanum meritum, sed secundum electionem gratia, quam nulla operum merita præcesserunt.*

Nec contradicit Chrysofost. (vt aliqui expositores putant,) sed potius conspirat Roman. 11. serm. 18. prope morale. Nam ait: *Cum diceret, Apostolus, quod nunc quoque reliquias ad eum modum secundum electionem gratia facte sunt, ostendit,*

8.

Prouidentia Dei seruatur qui per Christum salute dignus est.

9.

10.

11. Tempore gratia facilius salua facta sunt reliquias.

12.

Consonat Chrysofostomus.



& olim septem millia per gratiam esse salutem adepti. Istud autem non solum ex hoc, sed & ex eo ostendit; quod dicit: *Reliqui mihi ipsi. Nam & ipsum ostendit ipse. Quod autem ibi, quemadmodum & alibi frequenter, adiungit, eligi, & saluari volentes & dignos, ipse Chrysostomus explicat, Deum esse, qui, quos vult, dignos & volentes efficit, ut constat Coloss. 1. sermon. 2. multo propius ad medium, quam ad princip. cuius verba retulimus supra sect. 5. post med. & 2. Thesal. 1. homil. 3. colum. 2. cuius verba referemus infra sect. 11.*

13. Modus idem eligendi & predestinandi non propter opera preuisa, sed potius ad faciendam opera, quæ prauideantur, & remunerentur, probatur testimonio Scripturæ commendantibus specialem curam & prouidentiam, qua Deus seruat suos electos, ne pereant. Inde namque constat Dei prouidentiam esse causam determinatam, ut in gratia perseverent; ideoque non supponere præuisam eorum perseverantiam; aliunde verò perire infallibiliter eos, erga quos talis prouidentia non exercetur. Sic ergo Ioan. 10. *Vos, inquit, non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oves mea vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.*

Dei cura seruandi suos predestinationem ante merita probat.

14. Vbi August. tract. 48. in Ioan. prope medium: *Quid potest lupus? Quid potest fur, & latro non peribunt nisi ad interitum predestinatos. De illis autem ouibus, de quibus dicit Apostolus: Nouit Dominus, qui sunt eius, & quos præsciuit, ipsos & predestinavit, &c. de ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit; nec latro interficit: securus est de numero earum, qui pro eis nouit, quod dedit, & hoc est, quod ait: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Confidera summam certitudinem, per quam ex prædicta prouidentia sequitur neminem esse periturum eorum, quos Deus prædestinavit ad vitam, & omnem esse periturum, quem Deus prædestinavit ad interitum. Quod magis explicat August. lib. 5. contra Iulian. capit. 3. longè post med. dicens: *Absit ut predestinatus ad vitam sine sacramento Mediatoris finire permittatur hanc vitam. Propter hos Dominus ait: Hæc est autem voluntas eius, qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.**

Ierusalem lapidibus electis edificatur.

15. Prosper ad capita Gallorum resp. 8. post med. de tota collectione predestinatorum, sic loquitur: *Hæc est Ierusalem, que ab initio usque in finem lapidibus vivis, & electis edificatur, ut ciuitas fundata in ipso angulari; lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. De his lapidibus nihil eiicitur, nihil minuitur, nihil rapitur. Veritas enim dicit: Omne, quod dat mihi Pater, venit ad me; & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras; & iterum: Non crederis, quia non estis de ouibus meis. Simili sententia prædictum testimonium Ioan. 10. ponderat Prosper lib. 1. de vocat. Gent. cap. 24. ad fin. & lib. 2. cap. 29. sub initium.*

16. Confirmatur primò Christi Domini oratione Ioan. 17. *Cum essem cum eis, ego seruabam eos, in nomine tuo, quos dedisti mihi; & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impletur. Vbi Cyrillus lib. 11. cap. 21. ait: Quod*

seruare potest, quos velit, longè à natura creaturarum abest. Proprium igitur creatoris est seruare quos voluerit. Augustinus autem lib. de corrept. & grat. capit. 9. ante med. ita ponderat: *Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi predestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus fuit hanc vitam; quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Confirmatur secundò testimonio Ioannis epistol. 1. capit. 2. cuius verba cum aliis Euangelistis connectens Augustinus de predestinatione Sanct. capit. 16. sine de vocatis secundum propositum, & electis: *Istorum, inquit, nemo perit, quia omne quod dedit ei Pater, non perdet ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit, nec erit inde, qui percat. Propter quod dictum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Intelligamus ergo vocationem, qua sunt electi, non qui eliguntur, quia crediderunt, sed qui eliguntur, ut credant. Deinde libro de bono perseuer. capit. 8. ad finem: *Non erant, inquit, ex eis, quia non erant secundum propositum vocati: non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo fortem consecuti; non erant predestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Similia scribit lib. 20. de ciuitate capit. 8.**

Prosper ad obiectiones Vincentian. resp. 12. ad finem. *Hi autem, inquit, de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præsciit casuri, non sunt predestinati. Essent autem predestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc predestinatio Dei, multis est causa standi, nemini est causa labendi. Consonat etiam Cyprian. epistol. 55. ad Cornel. colum. 6. Nam eodem testimonio probat, ex eo quòd aliquis accipit à Deo, habere stabilitatem vsque ad mortem. Hanc Augustini & Prosperi sententiam aliis eorumdem interferit Gratianus de poenit. distinct. 4. cap. 5. ex bono, quod est octauum. Hos sequuntur alij expostores inter antiquos, quemadmodum S. Thomas, Glossa Interlin. Hugo Cardinalis, & Carthusianus.*

Scio prædictam expositionem à recentioribus expostoribus apprime diligentibus, refutari. Verumtamen aliam nullam inuenire possunt, quæ plene textum verificet. Nam quòd exponunt, cum Augustino tract. 3. in canon. Ioan. priusquam in publicum erumperent, errores disseminando, vel suam hæresim, aut apostasiam manifestando, prius ab Ecclesia fide, & moribus occultè discessisse: hoc, inquam, non sufficit ad verificandam illatium propositionem ab Apostolo generaliter pronuntiatam: *Si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.*

Primò, quoniam multi longo tempore vera charitate, & fide non tantum exterius, sed etiam interius affecti, postea recedunt ab Ecclesia, prius in corde & occultis moribus, postea verò manifestatione infidelitatis.

17.

18.

19.

Quorundam expostio refutatur.

20.

Multi longo tempore fideles postea recedunt ab Ecclesia.

SECTIO IX.

Libera Dei potestas saluandi quoscumque velit, & condendi nouam creaturam, idem probat.

Veritatis eiusdem alia probatio continetur in verbis Christi Domini Ioan. 5. *Sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificat; sic & Filius, quos vult viuificat. Nec enim loquitur de temporali vita per miraculum restituenda, sicut fuit collata Lazaro. Propterea namque continud se explicat, dicens: *Nec enim Pater indicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Atque cum constet, non loqui de resurrectione; prout est communis iustis & peccatoribus; consequens est, agere de resurrectione ad vitam gloriosam, de qua frequentius, & manifestius loquitur in sequenti cap. 6. veluti cum ait: *Omnis, qui viderit Filium, & credit in eum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ex hoc ergo discursu manifestum euadit, Christum Dominum in præsentis sæculo, quibus vult, tribuere vitam spiritualem gratiæ, ut postea illos resuscitet ad vitam immortalem gloriæ, quam illis destinauit, quia voluit.***

Potestas saluandi.

2.

Augustinus ad prædicta verba Ioan. 5. tract. 21. multo propius ad medium, quam ad fin. *Ne intelligeremus, inquit, mortuorum resurrectionem, quam facit ad miraculum, non ad vitam æternam; securus ait: *Neque enim Pater indicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio. Quid hoc est? De mortuorum resurrectione dicebat, quia sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult, viuificat: unde continuo tanquam rationem subiicit de iudicio, dicens: *Neque enim Pater indicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, nisi quia de resurrectione dixerat mortuorum, que futura est in iudicio.***

3.

Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 31. prope finem ita loquitur: *Sola Dei voluntas humana saluationis est causa. Ira enim in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ira igitur eius nostre iniquitatis est meritum, vita verò nostra voluntatis eius est donum. Sicut enim Pater suscitauit mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Eodem autem viuificari vult, quos vult saluos fieri. Sic ergo quos vult saluat, quemadmodum quos vult, viuificat. Nihil namque voluit, & non fecit, qui, Scriptura teste, omnia quæcumque voluit, fecit. Sic etiam in eodem lib. de Incarnat. cap. 29. prope fin. dixerat: *Deus enim conuertens viuificat, quos vult saluos fieri: Deus voluntates hominum mutat, ut esse boni incipiant. Ideo scriptum est: *Et dixi, nunc capi, hæc est mutatio dextera Excelsi.***

4.

Prosper epistol. ad Ruffinum prope med. ait: *Sicut Pater viuificat mortuos, ita & Filius quos vult viuificat, &c. Nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & qui voluerit Filius reuelare. Que omnia cum sint incommutabilia, & nequeant ulla interpretatione in sensum alium detorqueri, quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cum in illo gratia Dei affectum credendi, obediendique generabit? Idem lib. 1. de vocat. Gent. cap. vltim. docet, virtutem gratiæ sibi, quos voluit, subdidisse.*

tatis. Quapropter illi multo tempore fuerunt ex nobis, sed tamen non permanere nobiscum.

Secundò, quia multis euenit ab Ecclesia recedere prius exteriori manifestatione, quam corde, & interiori infidelitate. Quod imminens percutio, vel ardens desiderium placendi aliis infidelibus persuadere solet plurimis hominibus. Tales igitur erant ex nobis etiam interius, & tamen non manserunt: in eis igitur non verificatur, quòd si fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. Idem argumentum fieri potest de hominibus, qui simul eodemque tempore, recedunt à fide & Ecclesia tam interius corde, quam exterius ore.

Multi prius exterius quam interius infidelitatem sequuntur.

21. Eandem refutat Augustinus.

Eandem expositionem ex vi verborum Apostoli & ex proprietate sermonis refutat Augustinus de correptione & gratia cap. 9. non procul à principio, dicens: *Cum ergo filij Dei dicunt, de his, qui perseverantiam non habuerunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; & addunt: quòd si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. quid aliud dicunt, nisi non erant filij, etiam quando erant in professione, & nomine filiorum, non quia iustitiam simulauerunt, sed quia in ea non manserunt. Neque enim ait: *Nam si fuissent ex nobis, veram, non fictam iustitiam tenuissent utique nobiscum: sed si fuissent, inquit, ex nobis, mansissent utique nobiscum. In bono illos volebat proculdubio permanere. Erant itaque in bono, sed quia in eo non manserunt, id est, non usque in finem perseverauerunt, non erant, inquit, ex nobis: & quando erant nobiscum, hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum, quoniam qui verè filij sunt, præsciit, & predestinati sunt conformes imaginis filij eius, & secundum propositum vocati sunt ut electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum; ex electorum autem paucitate non fuerunt.**

22. Alia expostio refutatur.

Præterea possit aliquis declinare vim argumenti præsentis, exponendo prædestinationem propter opera preuisa, quasi Ioannes asseruisset: si fuissent ex nobis quantum ad prædestinationem eiusmodi; permansissent utique nobiscum. Verumtamen hac expositione vigor enervatur, obtunditur sapor, ac deprimitur dignitas Apostolici dogmatis. Valeret quippe non amplius, quam dicere: si forent ex numero eorum, quos Deus præsciuit esse perseveraturos, perseverarent. Quod idem dicere potuisset de quibuslibet hominum actionibus: veluti, si fuissent ex numero eorum, quos Deus præsciuit, perseveraturos in militia, vel in commercio, vel in studio; nunquam ab his occupationibus destitissent. Quam assertionem quilibet sapiens fastidiret vt frigidam. Magna verò dignitas, & sapientiæ vigor ostenditur asserendo: si fuissent ex numero filiorum & electorum, paterna cura diuinæ prædestinationis eos ita seruaret, vt infallibiliter perseverarent. Præfens igitur propositio Ioannis, non est illatiua tantum à posteriori, vel à signo, sed à priori causa; vt cum dicimus: si sol oritur, dies est.

23.

Propterea de præscientia practica & factiua debet intelligi, vt sit vera expostio commentariorum, qua tribuntur Ambrosio, Rom. 9. ad illud: *Iacob dilexi, & Glossa Ordinariæ ad illud: ut ostenderet diuinitas, &c. existimantium, ideo non fuisse ex nobis, quia iuxta præscientiam nunquam fuerunt in libro vite.*

Ruiz de Predestinatione.



5. Confirmatur primò Ioan. 6. *Quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Hac est autem voluntas eius, qui misit me, Patris; et omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. De quo Augustin. de corrept. & grat. cap. 9. prope med. Tales, inquit, filij, Filio Christo dati essent: quemadmodum ipse dicit ad Patrem, ut omne quod dedisti mihi non pereat, sed habeat vitam eternam. Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam eternam. Ipsi sunt illi predestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus fuit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam eternam. & lib. de predest. Sanct. cap. 16. colligit neminem perire ex his, qui dati sunt à Patre. Similitèrque Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 24. fine.

6. Facit etiam ad præsens institutum, quod in eodem lib. de corrept. cap. 14. scribit: *Cui volenti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim velle, vel nolle, in volentis, aut nolentis est potestate, et diuinam voluntatem non impedit, nec superet potestatem.* Et in medio eiusdem capituli: *Non est itaque dubitandum voluntati Dei, qui in celo, & in terra omnia quacumque voluit, fecit, & qui citius illi, que futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult facit.* Et multis aliis rationibus adductis concludit in fine cap. *Deum magis habere in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas.* In Enchiridio denique cap. 103. sub init. docet, *Nullum hominem fieri saluum, nisi quem saluum fieri Deus vult.*

7. Confirmatur secundò Luc. 12. *Nolite timere passillus græcæ, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Vbi Græcum verbum *complacendi*, propriè significat gratuitam & benignam voluntatem, proptereaque de predestinationis intelligitur à Beda, & aliis expolitoribus, nec potest de aliis intelligi, quia nullis aliis dandum est regnum. Confirmatur tertio Psal. 17. *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* Vbi Aug. ad explicandum adiungit: *Antequam illum ego vellem.*

8. Ex noua creatura, & homine, qui secundum Deum creatus est, non leuis apud me momenti coniectura ducitur ad probandam predestinationem, quæ decernat efficere, ut homines faciant opera digna, quibus reddatur gloria.

Pro quo supponendum est ad totum hominè esse referendum, quod Apostolus Ephes. 2. dicit: *Ipsius enim sumus factura creati, &c.* Rectè namque Hieron. ibidem admonet: *Creationis & conditionis nomen ad magna semper solet opera copulari: verbi causa, illa vrbs condita est, & ab initio creatus est mundus: & unusquisque Sanctorum per varia dogmata, atque virtutes, in semetipso mundus est totus: propterea nunc creati in Christo dicimur, & creati in operibus bonis.*

9. Hoc supposito, sicut totus homo de nihilo creatus est independentè à qualibet alia causa, vel dispositione; rotalis enim causa creans fuit Deus, etiam si per creationem causeret, ut omnis vita penderet à dispositionibus, atque ut vnio formæ penderet à materia, vicissimque materia penderet à forma. Sic totus homo nouus Dei predestinatione creatur sola Dei gratuita voluntate independentè à qualibet causa existente, vel præcognita. Quod si totus homo beatus creatur;

non modò initium sanctitatis, sed etiam perseverantia, & gloriæ præmium predestinatione decernitur, & eadem predestinatione constituitur, ut gloria tanquam merces penderet à meritis.

Confirmatur, quia non modò iustus in hoc sæculo, sed etiam beatus in patria fateri debet se fuisse creatum in omnibus operibus bonis, quæ preparauit Deus etiam intelligendo visionem, & amorem beatificum. Sic ergo Paulus Ephes. 2. *Gratia, inquit, estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ipsius enim factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis, que preparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Hoc amenandi verbo perseverantiam significari Chrysostr. etiam agnouit Ephes. 2. sermon. 4. ante morale: quamuis non expresserit predestinationem. At certè preparationem omnium bonorum operum, & omnium beneficiorum Dei esse predestinationem, abundè probatum est disp. 1. sect. 7. i. cto 3.

Receptus enim est à Theologis communiter August. lib. de predest. Sanct. cap. 10. propius ad principium, quàm ad medium, dicens: *Inter gratiam, & predestinationem hoc interest, quod predestinatio est gratia preparatio; gratia vero est ipsa donatio. Quod itaque ait Apostolus: Non ex operibus, ne forte quis extollatur; ipsius enim sumus signum, creati in Christo Iesu in operibus bonis; gratia est. Quod autem sequitur: Que preparauit Deus, ut in illis ambulemus: predestinatio est. Predestinatione quippe Deus ea præsciuit, que fuerat ipse facturus. Vnde dictum est: Fecit que futura sunt. Eadem Augustini verba transcribit Anselm. Roman. 8. ad illud: *Nam quos præsciuit, & prædestinauit.**

Idem August. lib. de grat. & libero arbit. c. 8. prope medium, ut probet: *Ipsi bona opera nostra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere, prædictum Apost. testimonium ita ponderat: Quid est hoc, quod cum Dei gratiam commendans dixisset: Non ex operibus, ne forte quis extollatur, cur hoc dixerit rationem reddens: ipsius enim sumus, inquit, signum, creati in Christo Iesu in operibus bonis? Quo modo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi, & intellige, non ex operibus dictum, tanquam tuis ex te ipso tibi existentibus, sed tanquam his, in quibus te Deus finxit, id est, formauit, & creauit. Hoc enim ait: Ipsius sumus signum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, non illa creatione, qua homines facti sumus, sed ea, de qua ille dicebat, qui vnique iam homo erat: Cor mundum crea in me Deus; & de qua dicit Apostolus: Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt. Ecce facta sunt noua, omnia autem ex Deo. Fingimur ergo, id est, formamur, & creamur in operibus bonis, que non preparauimus nos, sed preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Eodem sensu eisdem testimonio August. lib. 10. de Genesi ad literam cap. 6.*

Hoc igitur in loco Paulus significat, prædestinatos ideo facturam esse, & creatos, &c. quia per Dei electionem preparantur ab æterno, quæ per candè causantur in tempore virtutes, & carè perseverantia, quibus æterna gloria reddenda simul sit merces, & gratia, sicut à principio capituli eiusdem proposuerat probandum Augustinus.

Nec obstat prædictam exhortationè Apostoli fuisse destinata ad omnes fideles, inter quos multi non erant ad gloriam predestinati. Mos enim est Apostoli, cunctos fideles tanquam predestinatos ad gloriam erigere, & ad laborandum excitare.

13. Predestinatio cur Dei factura dicatur.

14. Ad hoc respiciens Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 23. sine producto testimonio Pauli supra citato, subiungit: *Proprium ergo non habet noua creatura per gratiam, ut qui signum Dei sunt, qui natiuitate celesti conduntur in Christo, non otio torpeant, nec desidia resoluantur, sed de virtute in virtutem proficiant, per viam bonorum operum ambulando: hoc est enim fungi, hoc de vetera creatura nouam fieri, hoc de imagine terreni hominis ad imaginem celestis hominis reformari. Quod totum sine palam per cooperatos gratia, sine occulte per subministratorem spiritus, ille inchoat, ille auget, & perficit, cuius agricultura, cuius edificatio, & cuius signum sumus. Idem lib. 2. de vocat. gent. c. 35. propositis eisdem verbis Ephes. 2. concludit: *Deus ergo his, quos elegit sine meritis, dat vnde ornentur & meritis.**

15. Consonat Ambros. Ephes. 2. prope medium ita exponens: *Verum est, quia omnis gratiarum actio salutis nostra ad Deum referenda est, qui misericordiam suam nobis præstat, et reuocaret errantes ad vitam, non querentes veram iter. Ideoque non est gloriandi nobis in nobis ipsis, sed in Deo, qui nos regenerauit natiuitate celesti per fidem Christi, ad hoc ut bonis operibus exercitari, que Deus nobis iam renatis decreuit promissa, mereamur accipere.*

16. Commentarius autem, qui tribuitur Athanasio Ephesios 2. sic ea, quæ proposuimus Apostoli verba declarat: *Sciens autem hac parauit Deus, quæ differri non poterunt, neque prætermitti, quin peragantur, tanquam diuinitus sint præfinita, idque per multam erga nos prouidentiam. Ergo facturam creari in operibus bonis, &c. significat infallibilem predestinationem, sine prædeterminatione diuine prouidentie, agentis suos ut ambulent in bonis operibus vsque ad finem vitæ. Hæc igitur prouidentia nõ supponit præuisam illorum perseverantiã.*

Ut autem certius constet prædicto verbo preparandi, Ephes. 2. significari predestinationem, refero eos qui predestinationem dicunt esse præparationem præter August. & Anselm. citatos. Fulgent. lib. 2. ad Monim. c. 1. post med. de testim. sacræ Script. Aug. & Prosperi, quæ retulerat: *Quibus, inquit, agnoscant predestinationem Dei nihil aliud esse, nisi preparationem operum eius, qua in æterna dispositione, aut misericorditer se facturum præsciuit, aut iuste. Non ergo præsciuit Deus hæc opera in se ipsis, tanquam absolute futura priusquam ea præsciret in æterna sua dispositione.*

Hugo Vici. in question. circa epist. ad Roman. q. 233. in med. *Preparatio, inquit, non est aliud, quàm ipse Deus, preparans, & discernens, & statuens, & proponens, vel eligens in semetipso, ut hæc, vel illa dona his, vel illis in tempore conferat. Et hoc propositum, vel hæc preparatio causa est futurorum bonorum, quibus adoptamur in filios Dei. Idem erudit. Theolog. de Sacramento. lib. 1. part. 2. c. 21. *Predestinatio est, inquit, gratia preparatio. Propositum ergo Dei, in quo gratiam electis suis dare disposuit, ipsum est predestinatio.**

19. Author Soliloquiorum inter opera Augustin. tom. 9. c. 26. sub init. *Antequam nascerer, ait, tu me præuenisti, preparans mihi semitas, quibus incederem, & venirem ad gloriam domus tue. Priusquam me formares in utero, nouisti me, & antequam exirem de vulua, quidquid tibi placuit, præordinasti de me. Eadem significatio verbi legitur Roman. 9. *Ut ostenderet diuinitus gloria sue in vasa misericordie, que preparauit in gloriam.**

20. Denique principalis discursus ex quidditate creationis acceptus confirmari potest Ephes. 4. *Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus*

17. Predestinationem esse preparationem qui dicitur.

*est in iustitia & sanctitate veritatis.* 2. Corinth. 5. *Si qua in Christo noua creatura.* Galat. 6. *In Christo enim Iesu neque circumciso aliquid valet, neque preputium, sed noua creatura.* Iacobi 1. *Et sumus initium ali-quod creatura eius.* Pl. 50. *Cor mundum crea in me Deus.*

SECTION X.

Quia Deus fecit ventura, & quia perseverantiam, & fidem Sanctis donauit, probatur predestinatio ante præuisa opera.

Huius argumenti fundamentum Isaias docuit c. 45. vbi Septuaginta, & cum illis plurimi antiquorum Patrum ita legunt: *Sic enim dicit Dominus Deus sanctus Israël, qui fecit ventura. Interrogate me de filiis meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi. Eisdem igitur, quos dixerat filios, appellat opera manuum suarum, quia voluntariè genuit nos verbo veritatis, Iacobi 1. Generatio namque dicitur propter similitudinem filiorum: sed opera manuum vocantur propter voluntariam & liberam productionem.*

Vnde constat eundem esse sensum, qui legatur olim quibusdam in codicibus Latinis, *Plastes eius ventura*, qua punctorum appositione significabant, Deum ad instar figuli plastam fectura. Vulgatus tamen interpres *ventura*, copulat cum sequenti verbo sic, *Sanctus Israël plastes eius: ventura interrogat me, &c.*

Quomodocumque tamen legamus, superior, inferiorque contextus ostendit, prædictis verbis significari, Deum pro sua liberrima voluntate fingere nostras operationes ad instar figuli plastamantis lutu, & ea ratione procreare filios credituros in Iesum Christum, & præceptis obtemperaturos, ut exponunt ibi Hieron. lib. 13. prope init. & Cyrill. lib. 3. orat. 2. multo propius ad fin. quàm ad med.

Recolendum est igitur ex dictis sect. 4. & 5. similitudine figuli sacras literas significare liberã potestatem formandi prædestinatos ad gratiam, & gloriam, prout Deus ex mera liberalitate gratuita voluerit. Quo supposito, non obscure prædictis Isaiæ verbis docemur, Deum ab æterno fecisse omnia ventura, quatenus ab æterno decreuit quacumque facturus erat in tempore præfictim verò decreuisse, & prædestinasse filios suos, qui tales futuri erant in æternum (soli namque prædestinati perueniunt ad completam & æternam filiationem Dei, ut magis explicat August. lib. de corrept. & grat. c. 9.) omnes etiam eorum actiones ab æterno fecisse, hoc est, prædestinasse prius ratione, quàm præuideret eas esse futuras.

Quod ex prædictis verbis Isaiæ colligit August. lib. de prædest. Sanctor. c. 10. sub init. dicens: *Predestinatione quippe Deus ea præsciuit, que fuerat ipse facturus. Unde dictum est: Fecit que futura sunt. Cuius verba transcribit Anselm. Roman. 8. ad illud: *Nam quos præsciuit, & prædestinauit. Idem August. de corrept. & grat. c. 14. ante med. *Non est, inquit, dubitandum voluntati Dei, qui in celo, & in terra omnia quacumque voluit, fecit, & que etiã illa, que futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse, quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult, cum vult, facit.***

Prosper ad obiect. Vincent. 12. init. sic respondet: *Predestinatio Dei, etsi apud nos, dum in præsentis*

1. Argumenti dedit Isaias.

2.

3. Quid figuli similitudine in 8. Scriptura significetur.

4.

5.

vita periculis versamur, incerta est; apud illum tamen, qui fecit, que futura sunt, incommutabilis permanet: nec qua illuminavit, obsecat: nec qua edificavit, destruit: nec qua plantavit, euellit. Sine penitentia enim sunt dona, & vocatio Dei: & firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognovit Dominus, qui sunt eius.

6. Eodem Isaia testimonio ad explicandam predestinationem Fulgent. utitur lib. 1. ad Monim. cap. 12. parum à princip. Dicens igitur Paulus: Quia quos Deus iustificavit, illos & glorificavit, non utrumque presentis vite deputat, sed ea fide quod futurum est, velut factum firmat, quia fide Propheta de Deo dicit: Qui fecit que futura sunt. In illa quippe immobilitate consilij sui, secundum bonum placitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, qua in caelis, & qua in terra sunt. In ipso ex aternitate dispositionis sua, in predestinatione iam fecit, quacumque effectu operis sui, tempore congruo faciendâ dispofuit.

7. Cyril. autem in Isaia lib. 4. orat. 2. multo propius ad fin. quàm ad medium, exponens præsentia verba Isaia: *Vt lutum, inquit, nos figulo cedimus, & concedimus, ut quod ipsi visum est, operetur. Transfert enim circa laborem quocumque voluerit, que nostra sunt, & aturpioribus ad id quod honestum est, animum transformat, nobisque cor novum immittit, extirpato priore. Nimirum eiusmodi quippiam dixit voce Ezechielis: Euellam cor lapideum ex carne ipsorum, & dabo illis cor carneum, id est, tenerum, & sequax. Et post pauca: Et quid ita mirum, aut incredibile videri debet, si hominis mentem pro suo arbitratu aliter fingat, qui manu celum firmavit.*

8. Concil. Valent. III. celebratum anno 855, sub Lothario Imperat. in profess. fidei, capit. 3. Fideliter, inquit, fatemur predestinatione sua Deum ea tantum statuisse, que vel gratuita misericordia, vel iusto iudicio facturus erat, secundum Scripturam dicentem: Qui fecit que futura sunt. & post pauca: De hac immobilitate præscientia, & predestinationis Dei, per quam apud eum futura iam facta sunt, apud Ecclesiam bene intelligitur dictum: Cognovi quod omnia opera, que fecit Deus, perseverent in perpetuum. Non possumus his addere, vel auferre que fecit Deus, ut timeatur.

9. Consonant alij Patres, qui generaliter omnia fuisse prædefinita ab æterno colligunt ex prædictis verbis Isaia 45. Sic enim ea declarat Hilari. lib. 4. de Trinit. versus finem. *Quia omnia mandando fecit, facti opera sibi assumens, non utique efficienda, nisi dixisset, ut fierent.* Fusius autem idem Hilari. lib. 12. de Trinit. multo propius ad med. quàm ad fin. ait: *Nihil non semper cum Deo fuit, quidquid in rebus est: qua etsi ad creationem sui cepta sunt, non sunt tamen à Dei præscientia, vel potestate inchoata: & testis est nobis Propheeta, dicens: Deus qui fecit omnia, que futura sunt. Quia enim futura sunt, adhuc fiunt, Deo tamen, cui in creandis rebus nihil novum, ac recens est, iam facta sunt: dum & temporum dispensatio est, ut creentur, & iam in diuine virtutis, & præscientia efficacia sunt creata. Perpende dispensationem temporum, ut creentur, & diuina præscientia efficaciam, &c.*

10. Eandem sententiam supponens magis, quàm explicans Leo Magnus serm. 16. de passio. cap. 2. ait: *Cum tamò ante prædicta sint, ut non tam de futuris, quam de presentibus propheticus sit sermo contextus, quid aliud nobis, quam sempiternarum dispo-*

sitionum Dei incommutabilis vado referatur, apud quem & discernenda iam diiudicata, & futura iam facta sunt?

Et Isidor. lib. 1. sentent. cap. 18. in med. Cur, inquit, futura quasi præterita scribuntur, nisi quia ea, qua adhuc faciendâ sunt in opere, iam facta sunt in diuina predestinatione? Nobis igitur temporaliter accidunt, que conditori omnium sine tempore prouidentur. Gregorius lib. 1. Regum cap. 13. suo lib. 2. cap. 3. propius ad med. quàm ad fin. Deo, inquit, predestinare facere est, & apud ipsum iam facta sunt, que ab ipso fieri præordinata sunt, unde de eo scriptum est: Fecit que futura sunt.

12. Donum præterea perseverantiæ validum argumentum instituto præsentis subministrat. Etenim si qua sunt opera, quorum præuisio deberet esse ratio prædestinandi ad gloriam; maximè debuisset esse finalis perseverantia in obedientia mandatorum: sed huius perseverantiæ præuisio non fuit ratio prædestinandi ad gloriam; ergo nullorum prorsus operum præuisio fuit ratio prædestinandi ad gloriam. Minor probatur, quia decretum Dei, causans aliquem effectum non potest supponere talem effectum fuisse præuisum ut absolute futurum, ideòque nequit esse ratio motus ad illud decretum constituendum: sed prædestinatio Dei causat perseverantiam; ergo prædestinatio non potest supponere, perseverantiam fuisse præuisam ut absolute futuram; ideòque perseverantiæ præuisio non potest esse ratio ad constituendum decretum prædestinandi.

13. Confirmatur, etenim qui eligitur ad perseverandum, non eligitur præuisa perseverantia tanquam absolute futura: sed qui eligitur ad perseverandum, eo ipso eligitur ad vitam æternam; ergo qui eligitur ad vitam æternam, non eligitur præuisa perseverantia tanquam absolute futura. Minor probatur, supposita quippe generali lege, *Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit.* Matth. 10. peculiaris electio Ioannis, v. g. ad perseverandum eo ipso continet eiusdem Ioannis electionem ad gloriam, ita ut nouam electionem adiungere sit superfluum.

14. Restat nunc ex sacris literis, & Patribus ostendere, Deum sua predestinatione, & electione causare finalem perseverantiam in obseruantia mandatorum. Hoc igitur probatur primò verbis Iudæ cap. 8. *Ei autem qui potens est conservare vos sine offensione, & constituere ante conspectum gloria sue immaculatos in letitia.* Vnde August. ita ratiocinatur in lib. de corrept. & grat. cap. 6. *Quid aliud donat, qui conservat sine offensione, ut constituat ante conspectum gloria sue immaculatos in letitia, nisi perseverantiam bonam.* Vnde colligimus ex efficaci electione ad gloriam prouenire voluntatem donandi perseverantiam ea necessitate, iuxta quam ex efficaci intentione finis prouenit voluntas adhibendi medium simpliciter necessarium.

15. Secundò probatur Lucæ 22. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* Quod notat August. de corrept. & grat. cap. 6. in med. & cap. 7. & 8. sub init. ait: *An audebis dicere, etiam rogante Christo, ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse, si Petrus eam deficere voluisset, hoc est, si eam usque in finem perseverare noluisset, quasi aliud Petrus illo modo vellet, quam pro illo Christus rogasset, ut vellet? Nam quis ignorat tunc fuisse perituram fidem Petri, si ea, que fidelis erat, voluntas ipsa deficeret: & permansuram, si eadem voluntas maneret? sed quia preparatur voluntas à Domino, idco pro illo non potest esse*

esse inanis oratio. Quando rogavit ergo, ne fides eius deficeret, quid aliud rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseverantissimam voluntatem?

16. In his & aliis capitibus eiusdem, & aliorum librorum, Augustinus ex orationibus, quibus à Deo postulam perseverantiam, probat, Deum esse authorem, & donatorem illius. Eadem est mens Prosperi lib. 1. de vocat. gent. cap. 24. sub finem, afferentis eadem verba Christi Domini, quæ magis ponderat lib. de libero arb. ad Ruffin. statim à medio. Nam de libero arbitrio iam per iustificacionem constituto in regno Christi sic loquitur: *In quo ut permanere possit, ne ea quidem facultate sufficit sibi, nisi inde accipiat perseverantiam, unde accepit industriam. Quoniam & ipse sancti Petri ardentissima fides in tentationibus defecisset, nisi pro eo Dominus supplicasset, sicut Euangelista manifestat, dicens: Simon ecce satanas, &c. & post pauca: Certè rogauerat pro eo Dominus, ne deficeret fides ipsius. Nec utique frustra rogauerat, cuius una erat cum eo, quem rogauerat, operatio. Sed ne libero arbitrio videretur stare, qui de se magna promiserat, permittitur periclitari, ut conturbatum, ac deficientem ille respiciat, & resciat, sine quo nemo consistit, nemo persistit.*

17. Quin etiam Tertullian. lib. de fuga in persecutione (tamen si eam reprobans, contra fidem errauerit) non longè à princ. ait: *Ecce, inquit, Dominus, postulat satanas, ut discerneret vos velut frumentum: verum ego rogavi pro te, ne deficeret fides tua; id est, ne tantum diabolo permitteretur, ut fides concussio fieret, & protectionem, cum utrumque ab eo petatur, concussio à diabolo, protectio à filio. id est, à Deo diabolus petiit, ut permitteret fidem Petri concubi; sed Christus Dominus in quantum homo petiit, ut protegeret Deus.*

18. Tertiò probatur Ieremiæ 32. *Timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recedant.* Quo testimonio August. de bono perseuer. cap. 7. probat, *Dei opus esse, ut permaneamus cum Deo, & non discadamus à Deo, sicut opus Dei fuit ut accederemus ad Deum.*

19. Probatur quartò, nam iidem, & alij Patres docent homines ad perseverandum eligi, & prædestinari. August. de bono perseuerant. cap. 17. sub init. *Videte iam, inquit, a veritate quam sit alienum, negare Dei donum esse perseverantiam usque in finem huius vite, cum vita huic, quando voluerit ipse, det finem, quem si dat ante imminem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem. Sed mirabilior, & fidelibus euidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam paruulis, quibus obedientia non est illius eratis ut detur, datur hac gratia. Ista igitur sua dona quibuscumque Deus donat, proculdubio donaturum se esse præsciuit, & in sua præscientia preparauit. Quos ergo prædestinavit, ipsos & vocavit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget; de qua dictum est: Sine penitentia sunt dona, & vocatio Dei. Nam in sua, qua falli, mutarique non potest, præscientia, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quicquam est, nisi prædestinare. Idem lib. de corrept. & grat. cap. 12. prope init. Sanctis, inquit, per gratiam Dei prædestinatis tale adiutorium perseverantia datur, ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.*

20. Hanc mentem Augustin. fuisse perspectam illius aduersariis, Arelatenis Hilari. refert epist. ad August. in med. positus Augustini verbis ex lib. de corrept. & grat. cap. 12. *Nunc verò Sanctis in re-*

Qualis adiutorium prædestinatis datur. *Qualis adiutorium prædestinatis datur. Non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.*

21. Prosper ad 7. cap. Gallor. de hominibus morturis in peccato, sic loquitur. *Nam quomodo eos haberet præordinata in Christo electio, cum dubium non sit, donum Dei esse perseverantiam in bono usque ad finem: quam istos ex eo ipso, quod non perseverauerunt, non habuisse manifestum est. Non est calumniandum Deo, quare istis non dedit, quod alijs dedit; sed constituendum est, & misericorditer eum dedisse quod dedit, & iuste non dedisse quod non dedit. & ad caput 14. circa medium, probat, perseverantiam in operibus charitatis, esse prædestinatam, idemque supponit Prosper in epistola ad Augustinū.*

22. Idem probat Fulgent. lib. 1. ad Monim. à cap. 7. vsque ad 14. præsertim verò cap. 11. in med. dicens: *Hæc autem omnia, id est, & vocationis nostra initia, & iustificationis augmenta, & glorificationis præmia, in predestinatione semper Deus habuit, & cap. 14. propius ad med. quàm ad princip. Tertius, inquit, bonæ voluntatis initium ab illa, sempiterna Trinitate, que vnus solus, & verus est Deus, & prædestinatum consistemur, & datum. Hoc enim homini gratuita iustificatione tribuit preparatum, quod in æterna predestinatione preparauerat tribuendum. Et sequenti contextu capitis ostendit hoc idem esse intelligendum de predestinatione ad progressum operis, & ad finem retributionis. Cui conferendum est caput 16. eiusdem libri. Idem probat in lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 29. & cap. 31. & in epilogo sub init. *Donum, inquit, illuminationis ad credendum, & donum perseverantia ad perficiendum, & permanendum, & donum glorificationis ad regnandum, quibus dare voluit, preparauit.**

23. Et Isidor. lib. 2. sent. cap. 5. sine. *Quibusdam, inquit, Dei dona dantur, perseverantia verò domi non datur, & inde est, quod quidam principia habent conversionis bonæ, sine verò malo clauduntur. Electi verò accipiunt & conversionis donum, & perseverantiam domi. Ea verò causa est quod quidam bene incipiunt, & bene finiunt, & sequenti cap. 6. *Vtraque, inquit, scilicet prædestinatio, & reprobatio, agitur diuino iudicio, ut semper electos superna, & interiora sequi faciat; semperque reprobos, ut infima, & inferiora deferendo delectentur, permittat. Quod infra confirmat ab effectu, quia vult aliquis esse bonus, & non valet; vult alter esse malus, & non permittitur interire.**

24. Accedat postrema probatio ex Apost. 1. Corinth. 3. & Chrysostr. ibi homil. 8. colum. 4. dicentibus: *Sciamus oportet, quousque in amore progrediendum sit. Siquidem hoc ipsum non ab ipsis, sed ab exhibitore Deo prouenit. Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Hoc est, ego primus verbum Dei disseminavi, ut autem semina non aufererent tentationibus, accedente Apollinis opera effectum est, totum autem opus Dei est. Itaque neque qui plantauit, est aliquid, neque qui rigauit, sed Deus, qui incrementum dedit. Cum igitur ipsa perseverantia sit supremum incrementum, & supremus progressus in amore; perseverantia prouenit ab exhibitore Deo.*

25. Non aliud similis forma, sed idem prorsus argumentum accipi potest ex predestinatione ad fidem, Ex predestinatione ad fidem probatio alia.

fidem, quæ plerumque in factis literis intelligitur formata, & vsque in finem perseverans. De hac enim accipi potest illud Act. cap. 13. *Crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam æternam, id est, predestinati a Deo*, ut exponit Chrysof. ibi homil. 30. colum. 1. Vnde merito in morali in princip. colligit, quod ipsa fides non est nostrum opus, sed magis Dei. August. autem de corrept. & grat. cap. 6. prope finem ita ratiocinatur: *Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam. Quis in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseverantia dono? Quandoquidem qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit. Quia salute, nisi æternam?*

26.

Nec obstat ex illis credentibus aliquos fortasse fuisse casuros in finale peccatum; est enim mos Christi Domini, & Apostolorum de cunctis credentibus agere, quasi de predestinatis ad gloriam, quemadmodum, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, Marc. 16. Magis autem ad rem præsentem i. Petri 1. *In hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo.*

27.

Trium notanda.

Vbi, quantum ad rem præsentem attinet, occurrunt notanda tria.

Primum est, Petrum omnes fideles, quibus inscripsit epistolam, hortari quasi predestinatos.

Secundum est, agere de predestinatione ad gloriam. Quæ duo probantur evidenter, quoniam hæreditas incorruptibilis, incontaminata, & immarcescibilis non conservatur nisi solis predestinatis. Dicit autem, *Conservatam in cælis in vobis*, id est, in vobis, (vt Hieron. vertit iuxta Græcum,) siue vobis servatam, iuxta illud Matth. 25. *Paratum vobis regnum*, vt optimè exponit Beda ibi, quod solis predestinatis est à supremo iudice dicendum.

28.

Tertium est, ad gloriam æternam omnes dirigi, quatenus virtute Dei custodiuntur per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. Vbi potentia, seu virtus Dei ponitur, qua significatur, specialem efficaciam, & maius robur diuinæ operationis adhiberi predestinatis, vt custodiantur à periculis, & aduersariis per fidem operatricem, & perseverantem, qua mereantur æternam salutem: igitur potentia Dei perseverantiam & æternam salutem electorum causare decernit prius ratione, quam eas præuideat vt absolute futuras.

SECTIO XI.

Vocatio secundum propositum, & humana voluntas à Domino preparata, probant predestinationem ante præuisa merita.

1. Vocatus secundum propositum prædestinatus ante merita præuisa.

Ationis huius caput sit istud. Quicumque secundum propositum vocatus supponitur esse predestinatus ad gloriam ante præuisa merita: sed quicumque de facto fit saluus, idem est secundum propositum vocatus. Ergo quicumque de facto fit saluus, supponitur esse predestinatus ad gloriam ante præuisa merita. Loquitur semper de meritis præuisis tanquam absolute futuris. Maior probatur, omnis enim vocatio secundum propositum supponit efficax decretum

causandi opera, quibus homo iustificetur, & glorificetur; sed hoc ipsum decretum causandi, vel est ipsamet predestinatio ante præuisa opera, vel inseparabiliter affert imperium intellectus, in quo predestinatio consistit: ergo quicumque vocatio secundum propositum supponit predestinationem ad gloriam ante præuisa opera; consequenter igitur quicumque secundum propositum vocatus supponitur esse predestinatus ante præuisa merita.

Confirmatur primò, quoniam, vt sæpè diximus, decretum efficax causandi merita non potest supponere merita fuisse præuisa tanquam absolute futura: sed decretum, quod supponitur ad vocationem secundum propositum, est decretum efficax causandi merita; ergo decretum, quod supponitur ad vocationem secundum propositum, non potest supponere merita fuisse præuisa tanquam absolute futura.

Confirmatur secundò, quoniam ex parte Dei vocantis nullum foret discrimen inter vocationem secundum propositum, & aliam vocationem, sed tantum ex parte vocatorum oriretur discrimen; nisi vocatio secundum propositum procederet à predestinatione ante præuisa merita: Patres autem, & sacra litera prædictum discrimen constituunt potissimum ex parte Dei vocantis, & causantis discrimen in hominibus vocatis; ergo vocatio secundum propositum procedit à predestinatione ante præuisa merita. Maior probatur, quia nisi vocatio secundum propositum procederet à predestinatione ante præuisa merita; quantum est ex parte Dei vocantis indifferens esset predestinandis, & reprobandis vocatio secundum propositum, donec Deus præiudicaret tanquam absolute futuram hominis perseverantiam, cuius præuisionis discrimen proueniret à libera cooperatione hominis predestinandi; quamuis nullum præcessisset discrimen, quantum erat ex parte vocationis vt procedentis à Deo.

Totius præcedentis discursus fundamentum est duplex acceptio vocationis. Quemadmodum enim fides, & credere multoties in factis literis generaliter significant fidem siue viam, siue mortuam, nihilominus non raro limitantur, vt quasi per antonomasiam significant solam fidem viam, & perseverantem, vt vidimus ad finem præcedentis sectionis: sic etiam vocatio quandoque sumitur generaliter, quandoque verò specialiter pro digniori vocatione.

Vocatio generaliter sumpta sub se complectitur non tantum illam, quæ sortitur effectum, sed etiam illam, quæ suo frustratur effectu. Iuxta quam acceptionem Matth. 22. *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Vnde August. lib. 83. quæst. q. 68. multo propius ad finem, quam ad med. *Ad illam*, inquit, *cœnam, quam Dominus dicit in Evangelio preparatam, nec omnes, qui, vocati sunt, venire voluerunt: neque illi, qui venerunt, venire possunt, nisi vacentur*. Itaque nec illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt: nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam, vt venirent, vocati erant libera voluntate. Quod ipsum explicat sequenti contextu comparans vocationem filiorum Israël cum vocatione Pharaonis & Ægyptiorum.

Vocatio tamen specialiter accepta suum effectum semper, & infallibiliter sortitur, quoniam vires insuperabiles accipit ab absoluto proposito

2. Decretum causandi merita non supponit.

3. Discrimen vocationis secundum propositum ab alia à Deo est.

4. Vocationis duplex acceptio.

5. Generalis quandoque effectu caret.

6. Specialis illi infallibiliter sortitur.

lito Dei; proptereaque nominatur vocatio secundum propositum. De hac Paulus Roman. 8. *Diligentibus Deum*, inquit, *omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt Sancti*. & 2. ad Timoth. 1. *Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum, & gratiam Dei*, id est, propositum merè gratuitum.

7.

De hac August. lib. de prædest. Sanct. cap. 3. inter medium, & fin. *Vocatio*, inquit, *secundum propositum Dei non omnium, qui vocantur est, sed tantum electorum*. & lib. 1. de grat. Christi cap. 13. à princip. Exposita prius ineffabili suauitate, qua Deus ita docet interiori, vt imperat charitatem, adiungit: *Sic enim docet Deus eos, qui secundum propositum vocati sunt, simul donans & quid agant scire, & quid sciant agere*. Vnde ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur, de charitate fraternitatis non opus habetis vobis scribi. *Nam ipsi vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem*. Atque vt probaret, eos à Deo didicisse, subiunxit: *Etenim facitis illud in omnes fratres, in vniuersa Macedonia*. Tanquam hoc sit certissimum indicium, quod à Deo didicistis, si id, quod didicistis, feceritis. *Isto modo sunt omnes secundum propositum vocati, sicut scriptum est in Prophetis, docibiles Dei*.

8.

Beda 1. Ioan. 5. colum. penult. de Dauid exempli causa sic loquitur: *Quis ex Deo natus est, quia ad filiorum Dei pertinebat societatem, non peccauit usque ad mortem, quia sui reatus veniam mox penitendo promeruit*. Sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. *Gratia Christi, qua renati sunt fideles, conservat eos, qui secundum propositum vocati sunt Sancti, ne peccatum ad mortem committant: & si in quibuslibet pro humana conditionis fragilitate deliquerint, ne ab hoste maligno possint tangi, defendit*. Theophylact. Roman. 8. prædicta verba sic ponderat: *Non enim sufficit vocatio; alioqui omnes seruati essent*. Verum voluntatis ac deliberationis diuinae necessitas hic iuxta requiritur.

9.

Vocatio electorum vocatio antonomastice.

Confirmatur primò, nam vocationem electorum, siue predestinatorum propriam Apostolus appellat aliquando sine addito & antonomastice vocationem, sicut 2. Thessal. 1. fine. *Oramus semper, vt dignetur vos vocatione sua Deus nosse, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute*. Vbi Chrysof. homil. 3. colum. 2. prior quam Augustinus obseruauit prædictum discrimen generalis & specialis vocationis: *Nam & qui sordidis*, inquit, *erat indutus, vocatus fuerat; sed in vocatione non manserat, sed ob hoc ipsum magis dignus factus erat, qui vocationem hanc ad nuptias amitteret*. Etenim & quinque virgines vocata fuerunt: *Exsurgite*, inquit, *sponsus venit*. Et parabant etiam se; sed non sunt ingressæ. *Declarans igitur de qua vocatione dicat, subdit: Et omne propositum bonitatis suæ, & opus fidei, cum potentia compleat*. Istam, inquit, vocationem inquirimus.

Et post pauca: *Omne*, inquit, *propositum, hoc est, beneplacitum, firmam destinationem, & plerophoriam*. Vt fiat, inquit, *firma destinatio, & propositum Dei, ne quid vobis desit, vt sitis, quemadmodum vos ipsi vult*. Perpende quomodo Chrysof. prior, quam Augustinus, in Dei predestinationem, propositum, beneplacitum, & potentissimam operationem reuelerit discrimen vocationis electorum propriæ, suoque semper fructu fecundæ, quo superat vocationem alteram, quam reprobatorum culpa suo tandem effectu defraudat.

Atque inde collige, libertatis indifferentiam,

à Chrysofomo frequentius & luculentius, quam ab aliis explicatam, non repugnare predestinationi, quæ præcedat ante præuisionem operum, & multo minus repugnare necessitati gratiæ præuenientis.

Antonomastice quoque vocatio propria electorum ponitur 1. Corinth. 1. *Prædicamus, ait, Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam*. quæ sic ponderat August. de prædestinat. Sanct. cap. 16. initio: *Vocat enim Deus predestinatos multos filios suos, vt eos faciat membra predestinati unici filij sui, non ea vocatione, qua vocati sunt, qui noluerunt venire ad nuptias: illa quippe vocatione & Iudæi vocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est; & gentes, quibus Christus crucifixus stultitia est: sed ea vocatione predestinatos vocat, quam distinxit Apostolus, dicens ipsis vocatis Iudæis, & Græcis prædicare se Christum, Dei virtutem, & Dei sapientiam; sic enim ait: ipsis autem vocatis, vt illos ostenderet non vocatos, sciens esse quamdam certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt, quos præsciuit, & predestinavit conformes imaginis filij sui*.

Idem vtriusque vocationis discrimen ex eisdem verbis 1. Corinth. 1. breuius attigit Prosper ad capitula Gallor. respons. 5. & de vocat. gent. lib. 1. cap. 9. fine, sic ponderat: *Sed quoniam quidam ex eisdem iustificabuntur fide, quidam autem sua impietate obdurabuntur: unum credentium genus sub vocatorum appellatione discernit, vt quos à fide significabat alienos, eos quamuis audisset Euangelium, ostenderet vocationis extraneos*.

Confirmatur secundò, nam de hac vocatione simpliciter, & antonomastice dicta Roman. 8. *Quos*, inquit, *predestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, illos & glorificauit*. Quo testimonio proprias vires vocationis secundum propositum ita confirmat August. lib. 13. de Trinit. cap. 16. propius ad princip. quàm ad med. *Profunt autem ista mala, que fideles pie perferunt vel ad emendanda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam vitæ huius miseriam, vt illa vbi erit beatitudo vera atque perpetua, & desideretur ardentius, & instantius inquiratur*. Sed circa eos ista seruantur, de quibus Apostolus dicit: *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt Sancti*. Quoniam quos ante præsciuit, & predestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit, illos & vocauit, & quos vocauit, illos & iustificauit; quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Horum predestinatorum nemo cum diabolo peribit, nemo usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Recipit eadem Beda Roman. 8.

Rursum idem August. epist. 106. ad Bonif. colum. 9. *Certus est*, inquit, *Dei præscientia definitus numerus, & multitudo Sanctorum, quibus diligenter Deum quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum Spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt, quos ante præsciuit, & predestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinavit, illos & vocauit. Hic subadire debemus, secundum propositum. Sunt enim & alij vocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum vocati. Quos autem vocauit, &c. Eademem*

10.

11.

12.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

13.



Eandem ponderationem inuenies lib. 5. contra Iulianum cap. 3. longè post medium.

14. Quapropter Hugo Victor. in quæst. 225. circa eundem locum notat, Apostolum hic non agere de uocatione communi, sed de speciali, quæ fit secundum propositum, secundum quam nullus uocatur, nisi electus.

Confirmatur tertio, quoniam de eadem uocatione, prædestinatorum propria, loquitur Apollolus ad Rom. 9. dicens: Non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei: quia maior seruiet minori; ut notat August. de prædest. Sanct. cap. 16. & lib. 2. contra duas epist. Pelagian. c. 9. Sed hunc locum Pauli ponderauimus ex professo supra sect. 3.

15. Secundæ ac tertie confirmationis doctrinam tradit Augustinus de corrept. & grat. cap. 7. in medio, dicens: Ex istis nullus perit, quia omnes electi sunt. Electi sunt autem, quia secundum propositum uocati sunt: propositum autem non suum, sed Dei. De quo alibi dicit, ut secundum electionem propositum Dei maneret, & non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei; quia maior seruiet minori. Et alibi: Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum suum propositum, & gratiam. Cum ergo audimus: Quos autem prædestinuit, illos & uocauit, secundum propositum uocatos debemus agnoscere, quoniam inde cepit, dicens: Omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt.

16. Confirmatur quarto, nam eadem uocatio secundum propositum est uocatio sine penitentia, de qua Roman. 11. Sine penitentia, inquit, sunt dona, & uocatio Dei. id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc uocationem qui pertinent, omnes sunt docibiles Dei; & cætera, quæ notat August. de prædest. Sanct. cap. 16. ad fin. & lib. de corrept. & grat. cap. 12. non procul à princip. proposita doctrina Christi Domini Ioan. 15. sic ratiocinatur: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Quibus uerbis eis non solum iustitiam, uerum etiam in illa perseverantiam se dedisse monstrant: Christo enim sic eos ponente, ut eant, & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, forsitan non manebit? Sine penitentia, sunt enim dona, & uocatio Dei, sed uocatio eorum, qui secundum propositum uocati sunt. Pro his ergo interpellante Christo, ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet usque in finem, ac per hoc perseverabis usque in finem, nec eam nisi manentem uita huius inuenit finis. Eodem modo uocationem sine penitentia ponderat lib. de bono perseverant. cap. 17. sub initium. & Prosper ad obiect. Vincent. respons. 12. initio, cuius uerba tetuli præcedenti sect. 10.

17. Potest eadem uocatio nominari propria segregatorum, iuxta illud Galat. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, continuo non acquiesci carni, & sanguini. Cum autem de utero matris suæ Saulus non fuerit sanctificatus; consequens est, non fuisse segregatum nisi tantum in mente diuina per electionem, & propositum merè gratuitum dandi postea uocationem talem, cui acquiesceret continuo.

18. Rursus uocationem eandem appellat altam, atque secretam Augustin. epist. 107. ad Vitalem, colum. 2. & lib. de prædestinat. Sanct. cap. 17. post medium, Eam uocationem, qua Deus id, quod prædestinuit, impleuit. Prosper autem lib. 2. de uocat. gent. cap. 33. appellat specialem uocationem, aliam uero generalem. Idem significat duplex sua-

sio Dei, altera, per quam suadetur ita, ut persuadeatur; alia uero non ita, quam distinguit August. de spiritu, & rit. cap. 34.

Confirmatur quinto: nam istius uocationis efficacitatem agnouit etiam Gregor. lib. 11. moral. cap. 5. post med. dicens: Sicut nemo obstitit largitati uocantis, ita nullus obuiat iustitie relinquentis. Ex omnibus igitur testimoniis Scripturæ, & Patrum adductis in præsentī sect. colligitur, quam solido fundamento nitatur argumentum initio propositum. Etenim constat ex illis quemlibet uocatum secundum propositum esse prædestinatum ad hoc, ut Deus per suam gratiam faciat merita, finalēque perseverantiam in illis, propter quæ coronetur: quod ipsum est fuisse prædestinatum ante præuifa merita.

Celeberrima quoque sunt apud antiquos Patres illa uerba-Prouerb. 8. iuxta Septuaginta: Preparatur uoluntas à Domino. Quæ fundamentum præbent, & idem profus argumentum, quod hæcenus nitetur in uocationem secundum propositum. Huius enim uocationis propriissimus effectus est electorum uoluntatem ita præparare, ut suauiter, & inseparabiliter instent in obedientiam mandatorum, & æternam salutem obtineant. Quem effectum aliis uerbis reddidit uulgatus interpres: Qui me inuenierit, inueniet uitam, & habiet salutem à Domino.

Quod in præsentī probare uolumus, clarius, quam cæteri, testatus est Fulgent. lib. 1. ad Monimum cap. 8. in medio, dicens: Hæc autem, (scilicet initium, profectum, & consummationem uoluntatis bonæ) Deus, sicut in prædestinatione semper habuit, sic per gratiam, sicut prædestinauerat, facit. Prædestinationis itaque ipsius instituitur agnitio, cum dicit Scriptura: Et preparatur uoluntas à Domino. Non autem ob aliud preparata dicitur, nisi quia danda prædicetur. A quo enim preparatur per uoluntatem sempiternam, ab ipso datur per indubitam gratiam.

Quod in c. 9. confirmat uerbis Apost. ad Hebræos 13. Apert uos in omni bono, ut faciatis uoluntatem eius. & Ephes. 1. Creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Sicut ergo preparata est per prædestinationem uoluntas à Domino, qua bonum uelimus: sic etiam opera bona preparauit Deus, ut in illis ambulemus. Ita Paulum exponit Fulgen. prædicto cap. 9. fine. & cap. 14. prope med. Hoc, inquit, homini gratuita iustificatione tribuit præparatum, quod in æterna prædestinatione preparauerat tribuendum. Hanc uoluntatis preparationem superius sanctæ Scripturæ testimonio demonstrauit, quo dictum est: Preparatur uoluntas à Domino. Ab ipso ergo uoluntas preparatur, qui in nobis & uelle, & perficere misericorditer operatur.

Confirmatur primo, quia non modò præuenientem, & excitantem gratiam, sed etiam omnes piæ operationes, quibus beatitudo redditur, causari, quatenus ad eas præparatur uoluntas à Domino, significauit non obsecrè. Zosimus Papa, rescribensque ad eundem Africani Episcopi, quos refert, & approbat Cælestin. Papa epist. 1. ad Episcop. Galliæ cap. 8. his uerbis: Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod uniuersa in nostre humilitatis conscientiam retulisti? Et tamen instinctu Dei factum esse, fideliter, sapienterque uidisti, ueraciter, fidenterque dixisti: Ideo utique, quoniam preparatur uoluntas à Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse

ipso tangit corda filiorum. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, ut nec nostrum sentiamus deesse arbitrium, & in bonis quibuscumque, ac uoluntatis humana singulis motibus, magis illius ualere non dubitemus auxilium. Hanc cõstitutionem profertur Prosper lib. contra Collat. c. 10. ad finem, & Petrus Diaconus de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 8. ante med.

24. Ponderanda sunt igitur illa postrema uerba, singulis motibus, ut videas non tantum ad initium iustificationis, sed etiam ad quascumque bonas, & uiles uolitiones preparari uoluntatem à Domino, sicut preparata fuit illius uoluntas, qui uniuersa retulit ad conscientiam Zozimi Papæ. Nec enim huius actionis assignari potest ratio peculiaris, quæ non uigeat etiam in cæteris. Rursus in prædicta constitutione tractari potissimum de prædestinatis ostendunt Apostoli uerba, si conferantur cum contextu sequenti: Qui spiritu Dei aguntur. &c. usque ad illud, coheredes autem Christi.

25. Concilium Arausican. II. can. 4. decernit: Si quis, ut à peccato purgemur, uoluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari uelimus, per sancti Spiritus infusionem, & operationem in nos fieri consuetur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Preparatur uoluntas à Domino. & Apostolo salubriter predicanti: Deus est, qui operatur in nobis, & uelle, & perficere pro bona uoluntate.

26. Deinde uero can. 23. Quando homines ita faciunt quod uolunt, ut diuinæ seruiant uoluntati, quam uolentes agant, quod agunt, illorum tamen uoluntas est, à quo preparatur, & obitur, quod uolunt. Ex quibus aperte constat non tantum peccitendi uoluntatem, sed etiam cæteras omnes operationes, quibus homines seruiunt diuinæ uoluntati, causari, quatenus præparatur uoluntas à Domino tam fortiter, ut exequatur re ipsa, quod intendit. Notandum est enim illud uerbum obitur, quod apud Ciceronem, & alios Latinos significat muneri exequutionem.

27. Confirmatur secundò, nam Augustin. de prædestin. Sanct. cap. 6. sub initium ait: Uolunt ergo isti credere; nolunt autem illi. Sed cum alijs prepararetur, alijs non prepararetur uoluntas: discernendum est utriusque quid ueniat de misericordia eius, & quid de iudicio. Unde sic ratiocinari licet. Homines etiam illi, qui non credunt, à Deo uocantur, & accipiunt cætera auxilia; quæ sufficiunt ad salutem; nihilominus secundum Augustinum hoc loco, non præparatur illorum uoluntas à Domino: ergo præparatio uoluntatis, apud Augustinum in præsentī, est electorum propria, ueniens ex misericordia, quæ directè pugnat cum iudicio, id est, cum reprobatione. quod magis constat ex sequenti contextu Augustini.

28. Idem in Enchirid. cap. 104. & duobus sequentibus ostendit in statu innocentie collatam fuisse potestatem, qua posset homo, si uellet, uitare peccatum, & in gratia perseverare. & c. 106. Post illam, inquit, ruinam (originalē) maior est misericordia Dei, quando & ipsum liberum arbitrium liberandum est à seruitute, cui dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per se ipsum, sed per salam Dei gratiam, quæ in fide Christi posita est, liberatur: ut uoluntas ipsa, sicut scriptum est, à Domino præparetur, qua cætera Dei munera capiuntur, per quæ ueniat ad munus æternum. En uires inuictas præparationis, qua uoluntas præparatur à Domino, iam

non ut solummodo possit (quemadmodum in statu innocentie,) sed ut actualiter capiat omnia munera, per quæ ueniat ad munus æternum.

Rursus epist. 107. ad Vitalem, colum. 2. Si enim, ait, quod scriptum est: A Domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Et, preparatur uoluntas à Domino. Et, Deus est enim, qui operatur in nobis & uelle. Et multa huiusmodi, quibus commendatur uera Dei gratia, hoc est, que non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa, cum datur, quia præuenit hominis uoluntatem bonam, nec eam cuiusquam inuenit in corde, sed facit. Quilibet ergo merita tribuuntur efficaciter, quatenus uoluntas præparatur à Domino, ut legi atque doctrinæ accommodet assensum, quemadmodum sequenti contextu magis explicat August.

30. Similem uoluntatis preparationem inuenies lib. 1. retract. cap. 10. parum à princip. & cap. 22. fine tractans de potestate consequendi salutem æternam ait: In potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur uoluntatem. Quæ cum fortis & potens præparatur à Domino, facile sit opus pietatis, etiam quod difficile, atque impossibile fuit. Vide suauissimam rationem attingendi à fine usque ad finem fortiter circa uolitiones prædestinatorum, Multis præterea locis alijs, eodem Prouerb. testimonio confirmat August. præparando uoluntatem Deum efficere ut bonum eligat, quæ retulimus præcedenti tomo de Prouident. disput. 30. sect. 3. Sed ad prædestinationem, quam probamus, magis directè pertinent illa uerba lib. 1. retract. c. 9. multo propius ad princ. quam ad med. Suos electos sic prædestinauit, ut eorum, qui iam in eis uiuantur libero arbitrio, etiam uoluntates prepararet.

Confirmatur tertio, nam & Ambros. ad illa uerba Lucae proemio Euangel. Visum est & mihi, ait, Christus, ut id, quod bonum est, nobis quoque bonum uideri possit, operatur; quem enim miseratur, & uocat. & post pauca: A Deo enim præparatur uoluntas hominum. Quam Ambrosij sententiam dignis momentis ponderat Augustinus lib. de bono perseverant. cap. 19.

Confirmatur quarto, nam, ut ex uulgata lectione, quam retulimus, inferunt, præparari uoluntatem est idem, quod sanari: sanitas autem importat etiam infallibilitatem æternæ salutis, secundum illud Ieremias 17. Sana me Domine, & sanabor; saluum me fac, & saluus ero. Cui concinit illud Psalmi 89. Adiuua me, & saluus ero.

Quinto denique uerbis alijs Apostolus Hebr. 13. declarauit, quomodo Deus præparando uoluntatem electorum efficiat quilibet eorum merita, dicens: Deus apert uos in omni bono, ut faciatis eius uoluntatem: faciens in uobis quod placet coram se per Iesum Christum.

SECTIO XII.

Predestinationis eiusdem alie plures probationes ex sacris litteris remittuntur ad disputationes sequentes.

Prima complectitur omnia Scripturæ sacra, & sanctorum Patrum testimonia, quibus ostenditur totum bonum esse tribuendum Deo, nihil autem libero arbitrio: proindeque nihil esse nostrum, sed totū Dei. Hoc enim licet in omnibus, potissimum uero cernitur in electis: nec alia ratione

Electi secundum Deum propositum.

Vocatio sine penitentia.

Vocatio segregatorum propria.

Alta & secreta uocatio.

19.

Quid ex adductis testimonijs colligatur.

20.

Electorum uoluntates præparat Deus.

21.

22.

23.

Esimum qui non credit à Deo uocantur.



Ratio attingendi à fine usque ad finem suauiter.

31.

Preparari uoluntatem idè quod sanari.



tionem verificatur plenius, atque perfectius, quam Deo per gratiam misericordiam tribuente, & causante quaelibet opera bona, quibus electi consequantur vitam aeternam. Hæc testimonia videbimus disp. 27. sect. 1. & 5.

2. Secundò. Quæcumque testimonia docent ipsum actualiter concurrere per liberum arbitrium, & actualiter velle, & operari quodlibet bonum, esse Dei gratiam, & effectum operis divini: hoc idem ea præsertim ratione verificant, quoniam Deus prædestinatione merè gratuita tales effectus causat, & consequenter non supponit eos fuisse præuisos vt absolutè futuros. Hæc testimonia referemus disp. 27. sect. 6. & 7.

3. Tertio. Non est aliâ præcipua ratio, iuxta quâ plenius, & perfectius impleatur, quod per Ezechiel. c. 11. & 36. promiserat Deus dare cor novum, & facere, vt in præceptis eius ambulemus. Hæc enim prædestinatis potissimum attribuntur à Patribus, quoniam excellentior, & altior est modus providendi, quo Deus aeternam prædestinationem exequitur ita disponendo cor, vt actualiter velit, & operetur. Hæc Ezechiel. verba tractabimus disp. 27. sect. 1.

4. Quarto. Sumitur idem prorsus argumentum ex verbis ad Philip. 2. *Deus est qui operatur in vobis & velle, & perficere.* Quibus similia sunt Ephes. 1. *Operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.* & 1. *Omnia opera nostra operatus es nobis.* quæ omnia tractabimus disp. 27. sect. 1.

5. Quintò. Dei aeterna prædestinatio principaliter agit filios qui spiritu Dei aguntur, Rom. 9. Nam ad vitam aeternam electi sunt simpliciter & in æternum filij; ceteri verò tantum aliquo breuissimo tempore sunt filij, quantum ad gratiam iustificationem ac tribuentem ius ad gloriam, sed nondum est eorum filiatio completa per eam similitudinem, de qua 1. Ioan. 3. *Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.* Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est. De illo testimonio Rom. 9. tractabimus disp. 28. sect. 2. & 3.

6. Sextò. Diuina prædestinationis infallibilitatem ad tribuendas omnes piæ operationes, & motus animi, per quos itur, & peruenitur ad Christum, probat illud Ioan. 6. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet.* & infra: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Quæ verba ponderat August. lib. 1. de prædest. Sanct. cap. 7. sine, & c. 8. & 9. & Prosper 1. de vocat. gent. c. 24. & epist. ad Ruffin. & ad excerpta Genuesi. respon. 8. & ad capitula Gallor. respon. 8. inter med. & finem. Quæ autem sit explicatio legitimæ prædictorum verborum Christi Domini, videbimus disp. 28. sect. 7.

7. Idem confirmant alia plurima testimonia, quæ supernaturales operationes asserunt esse datas à Patre. Nam, vt rectè Augustinus lib. de bono persever. c. 14. in medio. *Audiant hæc, & faciunt, quibus datum est, non autem faciunt, siue audiant, siue non audiant, quibus non datum est.* Quia vobis, inquit, datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum: quorum alterum ad misericordiam, alterum ad iudicium pertinet.

8. Septimò probatur ex prædicto c. 6. Ioan. *Omnes, qui audierit à Patre, & didici, venit ad me.* Nam iis verbis ostenditur, quantè sint vires, & energia diuinæ doctrinæ, qua illustrat intellectum, & inflammatur voluntatem eorum, quos absoluta voluntate & proposito vult de facto doceri, do-

Quodlibet bonum est effectum Dei.

Datus dat cor novum.

Deus operatur velle & perficere.

Dei prædestinatio agit filios.

Diuina prædestinationis infallibilitas.

Diuina doctrina videtur.

ctòsque ad Christum venire, sicut ponderat August. de prædest. Sanct. c. 8. & 16. & lib. 1. de grat. Christi. cap. 13. & 14. quorum verba referemus & explicabimus disp. 28. sect. 11.

8. Octaua probatio consistit in lege, quam Deus in electorum cordibus scribit ita fortiter, vt nullus eam finaliter violet. De hac scriptura Paulus ad Hebr. c. 8. & 10. verbis Ieremias 31. *Dabo, inquit, legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vterà vir proximi suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo usque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.*

9. Pondera primò Dei cognitionem, hoc loco prædictam, non esse sterilem, sed operatricem, siquidem expletur per eam lex scripta in visceribus electorum.

Secundò nota, tanti beneficii causam nullam aliam assignari, nisi gratuitam misericordiam, qua Deus propitiatur iniquitatibus nostris.

Postremò notandum est valde, quam firma & indefectibilis sit prædestinationis huius certitudo, quam Ieremias continud declarat exemplis. *Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, & ordinem lune, & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius. Dominus exercituum, nomen illi. Si defecerint ista leges coram me, dicit Dominus, tunc & semen Israël deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit Dominus: Si mensurari poterint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abijciami vniuersum semen Israël propter omnia, quæ fecerunt, dicit Dominus.*

10. Hæc primariò significant inuiolabilitatem diuini decreti de vaga prædestinatione fidelium, qui sunt Euangelio credituri; quemadmodum ratæ sunt, & immutabiles elementorum leges, atque cælorum: vt eleganter exponit ibi Hieronymus, & ponderat etiam Aug. de spiritu, & liter. cap. 20. & 21. & Fulgent. de Incarnat. & grat. Iesu Christi. c. 27. à medio. Eadem tamen verba cum præcedentibus collata (prout nuper retulimus, & ponderauimus) declarant inuiolabilitatè prædestinationis cuiuslibet hominis particularis, in cuius visceribus lex scribitur. Nec nouum est facris literis simul agere de communitate Ecclesiæ, necnon de singulis prædestinatis in particulari, vt vidimus sect. 2. & 3.

11. Nonò. Prædestinationem ante præuisa opera confirmant Scripturæ varia testimonia, quæ per multiplices translationes adscribunt Deo causalitatem nostræ salutis. Quales sunt, cor in manu sua habere, vt quocumque vulerit, vertat, inclinet, immutet, regat, circumcidat, aperiat, conuertat, præparet, & creet, quæ videbimus disp. 30. sect. 1.

Deinde sunt etiam eiusmodi verba, quibus docemur, quòd Deus redimit, vincula dirumpit, & soluit, animas à morte, & peccato liberat, deponit, & proicit nostra peccata, lanat, & mundat, viuificat, resuscitat, seruat, conseruat, custodit, ædificat, & saluum facit. quæ videbimus disp. 30. sect. 2.

12. Idem probant omnia, quæ testantur, quòd Deus illuminat, & facit oculum videntem, intellectum dat: docet, sapientiam donat, imò & cogitationem, gressus & vias dirigit, appropinquat hominibus, quærit, & inuenit; quæ videbimus disp. 30. sect. 3.

Lex scripta in visceribus electorum.

Trium nota.

Prædestinationis firmitas.

Idem probant multiplices Scripturæ phrasæ.

Idem probant multiplices Scripturæ phrasæ.

Deus illuminat, & dat oculum videntem.

Denique colligitur idem ex omnibus, quæ testantur, robur, fortitudinem, atque victoriam esse Dei donum, Deum esse, qui confortat, corroborat, hominem statuit, ne cadat, protegit vt refugium, scutum, & arma, induit vestimentis salutis, tribuit incrementum, & alia eiusmodi præstat, quæ referemus disputatione 30. sectione 4.

13. Hæc omnia beneficia, quemadmodum & alia, quæ commemorabimus statim, licet Deus, quod ex se est, etiam reprobis offerat, & in quibusdam eorum actualiter exequatur destinato tempore; finaliter tamen, atque perseueranter secundum propositum, & absolutam voluntatem solis prædestinatis conferuntur. Propterea colligitur, non quia præuidit Deus, eos liberè acceptaturos prædicta beneficia, sed vt potenter faceret eos acceptare, & aeternam vitam, ac libertatem consequi, per gratuitam misericordiam elegisse.

14. Decimò. Præcipua ratio verificandi causales propositiones, quibus asseritur, propterea hominem consentire diuinæ vocationi, propterea credere, poenitere, aut perseuerare, quia Deus vult, vel quia Deus causat, aut efficit, tales, inquam, & similes causales verificandi præcipua ratio est, quoniam Deus prædestinans, efficit, vt homines actualiter consentiant vocationi, credant, poeniteant, & perseuerent. De his causalibus, & earum concordia cum aliis, quæ videntur illis contrariæ, dicemus ex professo tota disputatione 31. præsertim sectione 1.

15. Vndecimò. Validum & ab Augustino frequenter ponderatum est argumentum, quo gratuitam prædestinationem probat ex 1. Corinth. 4. *Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Præcipua namque ratio, propter quam omnia bona Deo referuntur accepta, nec aliquid nobis relinquitur, vnde gloriari possimus, nisi in Deo, consistit in eo, quòd neque præcedentia, neque futura opera nostra dederint rationem prædestinandi ad aliquod donum gratiæ, vel gloriæ; sed Deus ante quæcumque opera præuisa prædestinauerit. Quod ad discretionem attinet, tractauimus breuiter supra disputatione 6. sub finem. Quod autem attinet ad rationem gloriandi, tractabimus tota disputatione 34. & 35.

16. Duodecimò. Necessitas orandi, petendique, vt Deus nobis tribuat etiam velle, & operari; necnon obligatio collocandi totam spem in Deo, & in eius beneplacito, deindeque debitum gratias agendi Deo pro nostris operibus bonis: confirmant, à Dei prædestinatione gratuita provenire, vt homines actualiter exercent quæcumque virtutum opera. Hoc argumentum frequenter vrgent Augustinus, & alij Patres in locis, quæ partim retulimus præcedenti tomo de prouidentia disputatione 18. sectione 9. prætereaque referemus disputatione 36. & 37.

Ruiz de Prædestinatione.

DISPUTATIO IX.

Quis sit legitimus intellectus ad Scripturas, quibus probari videbatur prædestinatio propter merita præuisa.

SECTIO I.

De verbis, Quos præsciuit, & prædestinauit, Rom. 8.



PRIMUM testimonium ad probandam rationem prædestinationis ex præuisis operibus, ab illius authoribus allatum, est illud Roman. 8. *Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui.* Nam insinuare videtur, futuram probitatem, à Deo præcognitam, fuisse rationem prædestinandi. Confirmatur sequenti verborum serie: *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.* Quamobrem eodem ordine, quo prædestinatio præcedit vocationem, vocatione iustificationem, & iustificatio glorificationem; debet etiam præscientia præcedere prædestinationem.

1. Respondeo, sitque prima præcipuaque solutio. Præscire hoc loco idem est quod prædestinare, vel certè genericum nomen est, quod contrahitur, & limitatur nomine prædestinationis. Suppono enim quod probatum est disp. 1. sect. 6. & 7. fufius autem præcedenti tomo de prouidentia. tota disp. 3. prædestinationem esse imperium intellectus, quo Deus præsciuit quid ipse facturus sit in nobis, vt ad beatitudinem certò perducat.

2. Vnde Augustinus de prædestinatione Sancto- rum cap. 17. sic loquitur: *Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione, qua Deus sua futura præsciuit; electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id, quod prædestinauit, impleuit. Quos enim prædestinauit, ipsos & vocauit, illa scilicet vocatione secundum propositum: neque alios, sed quos ita vocauit, ipsos & iustificauit.* Plura Augustinus ibi. Sed in cap. 10. eiusdem libri dixerat: *Prædestinatione Deus præsciuit, quæ fuerat ipse facturus.*

3. Et, quod amplius est, lib. de bono perseverant. cap. 18. sine, Patres antiquos explicat, qui dixerant, ad gratiam & gloriam eos prædestinari, quos Deus præsciuit liberè consenturos & cooperaturos. Eos autem intelligendos esse vult de libero consensu & bonis operibus, qua Deus præscit sua prædestinatione mouente, & adiuvante, fore facienda. Probat autem, quoniam ita intelligendus est Paulus Roman. 11. dicens: *Non repulit Dominus plebem suam, quam præsciuit.* quam expositionem antiquorum corroborabimus magis disputatione 11.

4. Augustini mentem & verba frequenter sequitur Fulgent. vt lib. 1. ad Monim. cap. 11. dicens: *Quia & in vocatione, & in iustificatione, & in glorificatione Sanctorum gratia sua opera futura præsciuit; ob hoc tantum duos assignat Apostolus, dicens: Quos præsciuit, & prædestinauit, &c.* Idem ex Augustini, & Prospero definitionibus docet in lib. 2. ad Monim. cap. 1. & in lib. 2. cap. vlt. Insuper alibi sæpè loquitur eodem modo. Nec est alia præter hanc

H expofit

expositio Anselmi in commentario, & S. Thom. Roman. 8. lect. 6.

6. In hac igitur explicatione praescientia futurorum operum non fuit ratio praedestinandi: sed potius opera fuerunt obiectum volitum, & causatum per hanc praescientiam, quae est imperium, & praedestinatio. Quapropter ad argumentum negatur antecedens. Ad confirmationem vero respondetur. Non tantum in rebus significatis, sed etiam in verbis Apostoli, vocationis ad praedestinationem habitudo dissimilis est habitudini praedestinationis ad praescientiam. Propterea namque non dixit Apostolus: Quos praesciuit, hos praedestinavit, sed dixit: Quos praesciuit, & praedestinavit. eundem actum praedestinationis clarius duplici voce praescientiae, & praedestinationis explicans.

7. Secunda solutio plurium expositorum respondet Apostolum agere de scientia approbationis, quae dilectionem supponit, per quam scientiam in dilectione, & electione Dei cognoscuntur electi. Sic enim potest intelligi quod Ioan. 13. Dominus ait: Ego scio, quos elegerim. Quocirca perinde est, ac si Paulus dixisset: Quos Deus dilexit, & voluit, hos praedestinavit. Sic enim de scientia approbationis intelligi solet quod legitur 2. ad Timoth. 2. Cognovit Dominus, qui sunt eius. & Ioan. 10. Cognosco oves meas. Ad quod etiam confirmandum adducuntur alia plura loca, quae scientiam approbationis peccatoribus & reprobis denegant: de quibus dictum est fati tom. de scientia Dei, disput. 18.

8. Primus author istius expositionis fuisse videtur Origenes in eius loci commentario, praecipiens: *Observe qui studiosus est in Scripturis, scubi inveniunt Scripturam dicere: Quia malos praesciuit Deus, sicut in presenti loco de bonis manifeste dicit: Quia quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis Filij sui. Nullus autem malus conformis potest esse imaginis Filij Dei. Manifestum enim est, quia de bonis tantum dicit: Praesciit, quos praedestinavit, conformes fieri imaginis Filij sui; ceteros vero non modo praescire, sed nescire quidem dicitur Deus: novit enim Deus eos, qui sunt eius. Ad eos autem, qui non sunt digni, ut sciantur a Deo, Salvator dicit: Dissedite a me vos operari iniquitatis, quia non cognovi vos.* Origenis verba descripsit etiam Sedulius in suo commentario. Sequuntur eandem expositionem Caietan. Roman. 8. exposit. 2. Salmeron ibid. disput. 19. Iustin. vers. 29. Bellarmin. lib. 2. de gratia & lib. arbitri. cap. 13. sub initio, & alij recentiores.

9. Obiici potest adversus hanc solutionem, quia videtur relabi ad contrariam sententiam, quam impugnat, virtualiter namque videtur concedere praescientiam Dei meritum ut absolute futurorum, fuisse rationem praedestinationis ad gloriam. Quod ita probari potest, quoniam approbationis scientia versatur circa iustos, & non versatur circa peccatores, & illis praecipue negatur, qui damnantur extremo iudicio. Sic enim Psalm. 100. *Declinantem a me malignum non cognoscebam.* Amos 3. *Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terrae.* Galat. 4. *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imò cogniti stis a Deo.* Marth. 25. *Amen dico vobis, nescio vos.*

10. Respondeo. Non est dubium, quin multoties in sacris literis approbationis scientia tanquam proprium obiectum respiciat integrum cumulum bonorum operum absolute futurorum, quae quia deficiunt iniquis in die Iudicij, negatur illis

scientia approbationis. Nihilominus aliqua Scripturae loca commodè referri possunt ad scientiam approbationis magis limitatam, quae videlicet praeter cognitionem rerum ut possibilem, & ut conditionaliter futurarum, ex parte divinae voluntatis non aliam approbationem addat, nisi beneplacitum, quo placuit Deo his hominibus potius, quam aliis dare gloriam, quemadmodum Lucae 12. dicitur: *Nolite timere pusillos grec, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Sic accipi potest notitia Ierem. 1. *Prusquam te formarem in utero, novi te.* & Exod. 33. *Te ipsum novi ex nomine.* & quae retulimus nuper ex 2. ad Timoth. 2. & Ioan. 10.

Hac igitur approbatio divinae voluntatis non tantum praescinditur ab approbatione futurorum, prout sunt absolute futura: sed etiam praescinditur ab ordinatione mediorum, quae necessaria sunt ad obtinendam gloriam. Est igitur sensus: Quos Deus praesciuit, eos approbando per absolutam complacentiam, qua voluit eis dare regnum, hos praedestinavit, & efficaciter ordinavit, ut per virtutes & tolerantiam passionum fierent conformes imaginis Filij sui, qua conformitate mererentur regnare cum primogenito.

Tertio. Licet Apostolus praedictis in verbis intelligatur de scientia visionis, qua Deus futura hominum facta praesciuit, eorum futuritione supposita: tamen adhuc non colligitur hanc praescientiam esse rationem praedestinationis. Nam sensus erit: Quos Deus praesciuit Sanctorum futurorum, ipsos prius praedestinavit, ut essent Sancti. Propterea Paulus non est vsus illo pronomine, *hos & praedestinavit*, quemadmodum in sequentibus membris videtur. Expositionis huius maiestatem extollit Caietanus in eius loci commentario. Veruntamen inferre videtur aliquam violentiam textui, non retinens in sensu eundem ordinem, quem verba servant in textu, & qui correspondeat sequentibus membris.

Quartam expositionem adhibet Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 18. col. 4. quam etiam probat Cornet. in comment. Roman. 8. iuxta quam sensus est: Quos praesciuit sibi amicos, & dilectos gratia sua futuros, etiam praedestinavit ad hoc, ut paterentur, & conformes fierent Filio suo, qui tot labores, & arumnas sustinuit.

Hac expositio videtur minus satisfacere textui, tum, quia nimium limitat conformitatem imaginis Filij Dei: siquidem intelligit solum conformitatem in tolerantia passionum; cum tamen apud Paulum, & expositores communiter conformitas imaginis Filij Dei complectatur virtutes omnes, & gratias tam viae, quam patriae. Tum etiam, quoniam haec expositio non servat legitimum sensum praedestinationis, quae refertur ad gloriam, ut indicat sequens contextus, & magis probatum est à nobis supra disp. 4. sect. 2. & sect. 3. nos etiam praedestinari ad iustificationem: at verò praesens expositio supponit esse iustificatos eos, qui praedestinantur ad patientiam.

Quinto denique Sotus in comment. pag. 241. exponit: Quos Deus praesciuit, iudicans bonum esse eos beare, hos praedestinavit conformes fieri imaginis Filij eius. Addit autem, hoc iudicium supponere voluntatem Dei, per quam est bonum, quiddam est bonum. Quapropter haec coincidit cum secunda expositione de scientia approbationis.

SECTIO II.

Utrum occultas praedestinandi rationes significaverit Apostolus, exclamans: O altitudo divitiarum, &c.

1. Secundum testimonium, quod nobis obiicitur, est illud Apostoli Rom. 11. fin. *O altitudo divitiarum, sapientiae, & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quam sententiam ex Sapientiae 9. cap. & Isaia 40. desumptam accommodat Apostolus arcano praedestinationis, de quo tunc disputabat.*

2. Latellus opusculo de praedestinatione cap. 2. existimat, Paulum ignoravisse, num ex parte praedestinati daretur praedestinationis causa. Sed inde maioris temeritatis arguitur eius error, assignans causam ex operibus factis per vires naturae, praesumens scire quod Paulus ignoravit. Veruntamen ille refutatus est tomo praecedenti de providentia, disput. 21. sect. 3. & supra disput. 8. lect. 2. praesertim corol. 2. Ex dicendis autem in hac, & sequenti sect. constabit, Paulum cognovisse rationem quae reperitur, sed non penitus comprehendisse.

3. Minus à veritate distant, qui colligunt ex praedictis verbis Apostoli verè subesse causas praedestinationis, ac reprobationis; eas verò soli Deo notas esse, nobis autem occultas, & inuestigabiles. Ita Henricus, Carthusianus, Bellarminus, & Pennotus, citati disput. 7. sect. 1. prope finem, de cuius sententiae probabilitate, & de permixta quadam improbabilitate diximus in eadem disput. 7. sect. 2. fine.

4. Quod nunc attinet, praedicta sententia probatur, quia si nulla daretur ratio praedestinandi hunc hominem potius, quam alium, fuisset promptum Apostolo dicere rationem huius discriminis ad divinum beneplacitum reuocari, nullo praesupposito examine futurarum actionum: quapropter nihil aliud restaret admirandum, & exclamandum in altitudine, & incomprehensibilitate iudiciorum Dei circa praedictum modum providendi.

5. Confirmatur primò, nam & eiusdem epistolae cap. 9. comprimit eorum audaciam, qui discutere tentant rationem divinae praedestinationis, aut reprobationis, dicentes: *Quid adhuc quaeritur? Voluntati enim eius, quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo! Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic?* Videtur itaque supponere rationem aliquam occultam latere, propter quam Deus sic fecerit.

Confirmatur secundò, quoniam Augustinus, & alij Patres proposita quaest. cur Deus vnum potius, quam alium praedestinet, quare vocationem secundum propositum, & opportunam vni praebet potius, quam alteri, vel quare peccatorem vnum potius, quam alium induret, recurrunt ad inscrutabilia iudicia, & rationes soli Deo notas, exclamantes: *O altitudo divitiarum, &c.*

6. Sic Augustinus lib. 1. ad Simplician. quaest. 2. à medio, propositio exemplo debitorum, quorum vnus dimittitur, sed alter punitur, adiungit: *Sunt igitur omnes homines, vna quadam massa peccati, suppellicium debens divinae, summæ, iustitiae, quod siue ex-*

*gatur, siue donetur, nulla est iniquitas. A quibus autem exigendum, & quibus donandum sit, superbe indicant debitores. Quemadmodum conducti ad illam vineam iniuste indignati sunt, cum tantundem alijs donarentur, quantum illis redderetur. Itaque huius impudentiam quaestio ita retundit Apostolus: Homo tu quis es, qui respondeas Deo? Sic enim respondet Deo, cum ei hoc displicet, quod de peccatoribus conqueritur Deus: quasi quemquam Deus peccare cogat, si tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam iustificationis sua non largiatur, & ob hoc dicatur indurare peccantes quosdam, quia non eorum misericordiam, non quia impellit, ut peccent: eorum autem non miseretur, quibus misericordiam non esse praebendam, aequitate occulissima, & ab humanis sensibus remotissima indicat. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae ipsius.* Nota illud, superbe indicant debitores. Praeterea considera postremas propositiones, ab illis praesertim verbis: *Quibus misericordiam non esse praebendam, &c.*

Rursus epist. 105. ad Sixtum circa med. videlicet col. 8. Cur, inquit, illum potius, quam illum liberet, aut non liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, verumtamen caveat precipitium. *Numquid enim est iniquitas apud Deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.* Quod longè inferius inter medium & finem epistolae confirmat ex providentia, qua Deus quosdam infantes impiorum filios per Baptismum saluat; alios autem piorum filios absque Baptismo perire permittit, & adiungit: *Nimia vanitatis & cecitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: O altitudo divitiarum, &c.*

Lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 9. sententiam eandem scribit, quam in cap. 14. confirmat his verbis: *Quare alijs concedatur, ut ex huius vita periculis, dum iusti sum auferantur; alij vero iusti, donec à iustitia cadant, in eisdem periculis vita productiore teneantur, quis cognovit sensum Domini?* & utrobique plurima subiungit ad eandem sententiam confirmandam opportuna.

Rursus in sequenti lib. de bono perseverant. cap. 14. fine, ait: *Cur autem illi habeant aures audiendi, illi non habeant, hoc est, cur illis datum sit a Patre, ut veniant ad Filium, illis autem non sit datum; quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut tu quis es, homo, qui respondeas Deo? Numquid ideo negandum est, quod apertum est; quia comprehendi non potest, quod occultum est? Numquid, inquam, propterea dicturi sumus, quod ita esse perspicimus, non ita esse; quoniam, cur ita sit, non possumus inuenire?*

In eodem autem lib. de bono perseverant. cap. 8. inter principium & medium proponit quaestionem impiorum: *Cur in eadem causa me potius, quam illum punit, aut illum, quam me, potius liberabit?* Respondet autem: *Hoc non dico. Si quaeris quare? Quia fateor me non inuenire, quid dicam. Si & hoc quaeris quare? Quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna misericordia eius, ita inscrutabilia iudicia eius.* Et propius ad med. quàm ad fin. eiusdem cap. Ex duobus, inquit, parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur: & ex duobus atate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, ut vocentem sequatur; ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocentem sequatur. *Inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseverantia usque in finem; illi autem non donetur. Inscrutabilia sunt iudicia Dei.*

Ruiz de Praedestinatione.

H 2 Insuper

- 11. Insuper enchir. cap. 95. de æterna beatitudine sic loquitur: *Tunc non latebit, quod nunc latet; cur iste potius, quam ille fuerit assumptus, cum causa una esset ambobus? Cur apud quosdam non factæ virtutes, quæ facta fuissent, egissent illi homines penitentiam: & facta sunt apud eos, qui non fuerant credituri. Aperitissime namque Dominus dicit: V tibi Corozain, &c.*
- 12. Lib. 5. contra Iulian. cap. 3. in med. tractans causam, propter quam aliquos obduratione, derelictione dignos Deus efficaciter conuertat, alios verò non item, recurrit ad inscrutabilia Dei iudicia. Præterea lib. de grat. & libero arbitrio cap. 22. sub initium: *Aliquando, inquit, filijs infidelium præstatur hæc gratia, cum occulta Dei prouidentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando fidelium filij non eam consequuntur, aliquo impedimento existente, ne possit periculi antibus subueniri. Fium verò ista per occultam Dei prouidentiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles via.*
- 13. Idem lib. de corrept. & grat. toto cap. 8. probat ignorari rationes istius discriminis, præcipuè verò in principio capituli ait: *Hic si à me queratur, cur eis Deus perseuerantiam non dederit, qui eam, qua Christiane vixerent, dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscent modulum meum, audio dicentem Apostolum: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? &c. O altitudo diuitiarum, &c. Præterea tract. 3. in Ioannem à medio: Quare ille, deferente Deo, excæcet, ille, Deo adiuvante, illuminetur, non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis usurpemus, sed contremiscentes, exclamemus cum Apostolo: O altitudo diuitiarum, &c. perstitit autem in professione suæ ignorantia.*
- 14. De verbis autem Apostoli, serm. 7. in med. Quare, inquit, illi datum est, & illi non est datum? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum Dei, &c. Iterumque prope finem: *Quare illum, & quare illum, quare non illum, atque illum? Nolo à me querat. Honor sum: inuestigabiles sunt via eius, &c. Lib. 2. contra duas epist. Pelagian. cap. 20. fine, ait: Iam quomodo ista dispenseret, faciens alios secundum meritum vasa iræ, alios secundum gratiam vasa misericordiæ; quis cogitauit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?*
- 15. Et lib. de spiritu, & lit. cap. 34. fine, ait: *Iam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coartat; cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, illi autem non ita: duo interim occurrunt, quæ respondere mihi placeat: O altitudo diuitiarum! & numquid iniquitas apud Deum? Cui responsio ista displicet, querat doctiorem, sed caueat, ne inueniat præsumptiones. Similia reperies lib. 2. de peccator. merit. & remiss. cap. 18. fin. & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophet. cap. 21.*
- 16. Sequuntur eandem doctrinam alij Patres. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 13. 21. 22. & 25. & lib. 2. cap. 9. & cap. 17. Rursus ad excerpta Genuesium dub. 4. defendit quod Augustinus c. 5. & 6. de predestinatione Sanctorum dixerat, inuestigabiles esse vias, & rationes iustitiæ, & misericordiæ, quibus Deus quosdam trahit, quosdam non trahit. Idemque repetit in lib. sentent. ex Augustino, sentent. 316.
- 17. Quinetiam lib. de ingrat. cap. 35. sic cecinit. *Cur verò humani generis de germine toto Pars quedam in Christorum generanda legatur. Pars pereat: cum causa eadem simul implicet omnes. Nec discernantur merito, qui munere distant. Non satis audentur scriuari, nec per opertas Ire vias, alleque gradu pulsare remotas,*

*Multi etenim bene recta latent, nescit aque profunt. Petrus Diaconus de Incarnat. & grat. cap. 7. Nos, inquit, incomprehensibilia credentes, & demonstrantes iudicia Dei, & una massa perditionis alios saluati, dicimus, bonitate, & gratia Dei; alios in isto & occulto iudicio derelinqui.*

Hanc Petri Diaconi doctrinam confirmat Fulgentius, ad illum referens, lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi, cap. 28. & dicens: *Quod autem interrogant isti de Deo, dicemus: Cur ergo non fecit omnes homines velle credere, cum non sit personarum acceptio apud Deum? Scire debent, hoc in illis altioribus positum, quibus sancta Scriptura humana curiositatis exercet audaciam, dicens: Altiora te ne quaeraris, &c. Ecclesiastici 3. subiungitque Roman. 11. O altitudo diuitiarum, &c.*

In eandem sententiam conspirat Greg. lib. 10. moral. cap. 4. sub initium, & lib. 29. cap. 15. aliàs cap. 21. vbi adductis verbis Apostoli de incomprehensibilitate iudiciorum, adiungit ex Psal. 35. *Iudicia tua abyssus multa. Vnde infert: Nemo ergo perscrutari appetat, cur cum alius repellitur, alius eligatur: vel cur cum alius eligitur, alius repellatur. Et in eodem lib. 29. cap. vltimo circa med. Alius, inquit, male inchoans, usque ad vitæ suæ terminum ad peiora prorruat: alius bene incipiens, per longiudinem temporum proficit ad augmenta meritorum. At contra alius male viuens diu reseruat, ut se corrigat, alius verò bene quidem videtur viuere, sed in hac vitæ eò usque durat, quo ad peruersa prorumpat. Alius in errore infidelitatis natus in errore desicit: alius in Catholice fidei rectitudine genitus, in Catholice fidei rectitudine consummatur. E contra verò alius Catholice matris ventre editus, iuxta vitæ terminum erroris voragine deuoratur: alius autem vitam suam in Catholica pietate consummat, qui ortus in perfidia cum lacte matris hauserat vitæ erroris. Alius celsitudinem bene viuendi appetere & vult, & valet: alius nec vult, nec valet. Alius vult, & non valet: alius valet, & non vult. Quis ergo ista iudiciorum celsissimæ secreta discutiat? Quis intelligat discretam lancem aequitatis occulta? Ad cognoscendos quippe istos iudiciorum secretorum sinus, nullus ascendit.*

Ex iis iudiciis multa describit Isidor. Hispal. lib. 2. sentent. cap. 6. quibus probet, *hominem non valere diuinam perscrutari dispositionem, & occultum predestinationis perperdere ordinem.* Anselm. in prologo cap. 11. postquam ostendit rem esse dignam Deo, quibusdam peccatoribus misericorditer conferre salutem; alios verò iuste damnare, subdit: *Illud certò nulla ratione comprehendere potest, cur de similibus malis hos magis saluet, quam illos, per summam bonitatem; & illos magis damnet, quam istos, per summam iustitiam.*

Laurent. Iustin. in fasciculo amoris, cap. 17. propius ad principium, quam ad med. ab exemplo Apostoli, exclamantis: *O altitudo diuitiarum, &c. concludit: Nemo igitur predestinationis altitudinem, & predestinatorum causas curiosa percontatione præsumat inquirere, quæ in sola æterna sapientia cognitione absque errore sunt posita. Quisque in dubio fateatur verissima, & rationabilia esse Dei iudicia, quamuis occulta.* Et serm. de S. Marthia in med. *Dum vnum, inquit, proponit Deus alteri, nemini derogat, & æquissime agit sita in se, id ordinantem sapientia, hominibus quidem ignota, Deo autem ipsi sine ambiguitate notissima.*

Huc etiam pertinent, quæ Patres scribunt de occultissimis Dei iudiciis, & prouidentia rationibus, quæ retulimus, aliud agentes, præcedenti tomo

18.  
19.  
20.  
21.  
22.

romo de prouident. disput. 9. sect. 6. Non desunt hoc tempore, qui prædictis testimoniis Apostoli, & sanctorum Patrum probare nitantur, esse incomprehensibilem, & superiorem humano captu quætionem de concordia libertatis humanæ cum diuina præscientia, voluntate, & effectiuo concursu. Quos tamen refutauimus tomo de scientia Dei, tota disp. 59.

SECTIO III.

*Proposita difficultas expeditur in decreto predestinandi, partem vnam in eo distinguendo, cuius nulla est ratio; alias verò partes notando, quarum occultæ sunt rationes.*

1. **C**um abundè constet ex præcedentibus, & sequentibus disputationibus, Apostolum, Augustinum, & alios Patres, præcipuè Prosperum, Fulgentium, & Petrum Diaconum manifestè docuisse, nullam interuenire rationem discriminis, siue occultam, siue manifestam, propter quam hic homo prædestinetur potius, quam alter; explicare cõpessimur supra dicta testimonia, distinguendo qualdam veluti partes in decreto prædestinandi.

Dico igitur primò. Considerari potest prædictum decretum, quatenus determinatè singularem personam, v. g. Petrum potius, quam Iudam perducere vult efficaciter ad beatitudinem. Huius igitur determinati, & singularitati discriminis nec manifesta, nec occulta ratio datur, præter liberitatem, & merè gratuitam Dei voluntatem. Quapropter supradicta testimonia Pauli, Augustini, & aliorum Patrum nequaquam intendunt istius asserere rationes occultas: vt magis constabit in postremo notabili.

Dico secundò. Potest idem decretum considerari, quatenus non in singulari, & determinatè, sed in generali, & vagè statuit eum modum prouidendi, quo non omnes prædestinentur, sed tantum aliqui, relictis alijs. Quantum ad hanc partem existunt rationes ex parte diuinæ prouidentia, propter quas vnum conuertat efficaciter, & non alium, & vnum prædestinet, alium non item. Rationes istæ licet ex parte sint nobis notæ probabiliter; ceterum nec sciuntur à nobis euidenter, nec totaliter, & multo minus comprehenduntur. Istæ sunt igitur rationes occultæ, quas Apostolus, & citati Patres se ignorare fateantur, & Augustinus esse cognoscendas in beatitudine, enchir. cap. 95. prout retulimus sect. præcedenti. Quin etiam lib. 11. de Genesi ad literam cap. 10. postquam dixit Deum non omnes homines conuertisse, quia noluit. Cur noluerit, pene ipsum est; adiungit ipse generalem rationem ex maiori perfectione vniuersi.

Dico tertio. In hac generali, & vaga prouidendi ratione quatuor gradus oportet distinguere, quatuorque difficiles quæstiones.

Prima, quare Deus ad gloriam prædestinauerit ante præuisa merita; cum potuerit ad eam prædestinare propter præuisa merita concepta virtute gratiæ. huius rationes tractabuntur disput. 12.

Secunda, quare Deus non omnes homines, sed tantum aliquos ad gloriam prædestinauerit, cum velit omnium hominum salutem. cuius rationes tractabimus disput. 16. & 17.

*Ruix de Predestinatione.*

Tertia. Quare prædestinauerit tam paucos homines, cum tam multos reprobauerit; de qua dicemus disput. 16. sect. 9.

Quarta solemnior quæstio. Quare populum Israël solum, & non alios populos elegerit prius, quem postea reprobauit, præferens gentes ad Euangelicam gratiam, vt post plenitudinem gentium Israëliticus populus in Ecclesiam intraret; præcipuè verò, quare Deus concluderit omnia in incredulitate, vt hominum miseretur. De hac postrema quæst. potissimum agebat Paul. Rom. 11. vt constat ex contextu capituli. Veruntamen ab iis particularibus iudiciis erupit ad generale exclamationem, quoniam eadem est ratio mirandi, & venerandi quælibet iudicia Dei.

De hac igitur prouidentia circa duos populos, & de ratione permitendi præteritam incredulitatem, Patres exponunt incredulitatem diuitiarum, & incomprehensibilia iudicia. Quemadmodum Chrysostr. Rom. 11. serm. 19. col. pen. fusiùs & clariùs August. de grat. & lib. arbit. cap. 22. ante med. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 21. & lib. 2. c. 9. & c. 17. S. Thom. Rom. 11. lect. 5. Iustin. Tolet. & alij recentiores in eius loci comment.

Dico quartò. Quando Paulus ad Rom. 9. corripuit curiosos, dicens: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo, &c. non asseruit esse insolubilem quætionem de ratione prædestinationis, nec latere rationem occultam, propter quam Deus cuius vult miseretur, & quem vult induret: nisi tantum ea limitatione, quæ declarata fuit in assertionibus præcedentibus.*

Hieronym. epist. 150. ad Hedib. q. 10. ad fin. refert se legisse in cuiusdam commentarijs Apostolum sic respondisse, vt magis implicuerit, quam soluerit quætionem. Propterea quæ dixisse: *O homo, qui terra, & cinis es, aude facere quætionem Deo? Aeterno igitur silentio conticece, & cito fragilitatem tuam: & Deo ne moueas quætionem, qui fecit, quod voluit; vt in alios clemens, in alios seuerus existeret.*

Hanc insolubilitatem implicatæ quæstionis quamuis postea non refutet Hieronymus; satis tamen ostendit superior discursus illius quæstionis à Hieronymo reputari solubilem, siquidem illius solutionem explicat. Chrysostr. Rom. 9. serm. 16. ait: *Non dicit Apostolus quod ista solvere sit impossibile. Sed quid? Iniquum esse de istis querere.*

August. autem enchir. cap. 99. à med. *Quidam, inquit, stulti putant Apostolum in responsione desecisse, & inopia reddenda rationis repressisse contradicitoris audaciam. Sed magnum habet pondus, quod dictum est: O homo, tu quis es? Et in talibus quætionibus ad sua capacitatis considerationem reuocat hominem verbo quidem breui, sed re ipsa magna est redditio rationis. Sic enim non capit hæc: Quis est, qui respondeat Deo? Si autem capit, magis non inueniet quid respondeat. Vnde enim si capit, vniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatum, vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo rectè posset Dei vituperare iustitiam, & qui liberantur, sic oportuisset liberari: vt ex pluribus non liberatis, atque in damnatione iustissima derelictis, ostenderetur, quid meruisset vniuersa conuersio, & quo etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subueniret.*

Magis ex professo lib. 83. quæst. q. 68. initio. *Scio vanos hereticos, inquit, de hoc capitulo multa impia & inepta iactasse. Cum videatur Apostolus corripuisse curiosos, dicendo: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? de hoc ipso illi quætionem mouent, & in ea*

H 3

5. Cur populus Israël electus & reprobatus.  
6. Non laser ecculta ratio predestinationis.  
7.  
8.  
9.  
10.



sententia non desunt esse curiosi, qua obiurgata est ipsa curiositas: & impia quidem contumelia, ut dicant Apostolum in soluenda questione defecisse, & obiurgasse querentes, quia non poterat, quod querebatur, exponere. Quem errorem tota quaestione confutat, ex qua sufficit instituto praesenti quod propius ad princip. quam ad med. scribit: Non enim Apostolus hoc loco Sanctos prohibuit a querendo, sed eos, qui nondum sunt in charitate radicati, & fundati, ut possint comprehendere cum omnibus Sanctis latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, & cetera, qua in eodem loco exequitur. Recte igitur Glossa ordinaria, verbo, O homo; Hoc, inquit, non ex inopia rationis reddenda, sed hominem ad se reuocat.

11. Ad maiorem explicationem, & confirmationem praecedentis decisionis notanda sunt duo. Duo notanda.

Primum est, aliquibus in locis hanc fuisse Augustini mentem, ac si diceret, non esse querendam rationem, ubi nulla est ratio, quia quod non est, non scitur. Ita videtur intellexisse tractat. 26. in Ioan. parum a princip. dicens: Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. & ferm. 22. de verbis Apostoli propius ad medium, quam ad princip. Expectas a me fortasse, ut dicam tibi, quare cui vult miseretur, & quem vult obdurat. Expectas a me homo. Si tu homo, & ego homo, ambo audiamus: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Melior est ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Quibus similia sunt quae praeced. sect. retulimus ex lib. de bono perseuer. cap. 14.

12. Secundum notandum est id, quo totus superior discursus corroboratur, videlicet Augustinum, & alios Patres, citatos in hac & praecedenti sect. duo simul, & inseparabiliter docuisse. Alterum est rationes occultas praedestinandi vnum, & non alium, esse supra humanum captum. Alterum, nulla opus fuisse ratione discriminis ex parte hominum, quoniam omnes iuste reprobari potuissent, saltem propter originale peccatum.

Nulla ratio discriminis ex parte hominum.

13. Ita procedit Augustinus praesertim lib. 1. ad Simplician. cuius verba retulimus sect. 2. & in enchirid. cap. 95. 98. & 99. & in ferm. 7. & 22. de verbis Apostoli, fusi sunt lib. de praedestinatione & gratia toto cap. 3. & cap. 16. & de bono perseuerantiae cap. 12. Lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 9. de fide sic loquitur: Cur autem non omnibus detur, fidelem mouere non debet, qui credit, ex vno omnes esse in condemnationem sine dubitatione iustissimam, ita ut nulla Dei esset iusta reprehensio, etiamsi nullus inde liberaretur. & post pauca: Cur autem istum potius, quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius.

14. Item epist. 105. ad Sixtum, col. 2. Non potest, inquit, signum dicere: Quare sic me fecisti, cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Vbi quia vniuersa ista massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum gratia, non merito prerogatiua. Quam doctrinam multis argumentis continuo confirmat. Breuius autem eandem tradit lib. 15. de ciuit. cap. 1. inter med. & finem.

15. Prosper ad excerpta Genuensium dub. 6. defendit fusi sunt sententiam, quam nuper retulimus ex lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 9. Praeterea lib. de lib. arbit. ad Ruffin. post med. Omnibus, inquit, in Aet. praedestinatione prostratis, nisi quosdam assumeret misericors gratia, maneret super vniuersos inculpata iustitia. Quae autem sit discretionis istius in secreto consilio Dei causa, vel ratio, & supra

facultatem humane conditionis, inquiritur; & sine dei diminutione nescitur: dummodo confiteamur neminem immerito perdi, neminem merito liberari.

Eadem sententia est, quae num. 307. ponitur a Prospero in lib. sentent. ex Augustino (sumitur autem ex epist. 106.) & ad excerpta Genuensium. sponf. 8. ante med. & post med. & lib. 1. de vocat. gent. cap. 17. late confirmat ex Matth. 20. Amice non facio tibi iniuriam: aut non licet mihi quod volo facere, &c. & lib. 2. de vocat. gent. cap. 24. sine, aliam rationem reddit, Vt neque contra Deum eleuetur superbia, neque contra periculum cesset industria.

Gregor. lib. 25. moral. cap. 13. docet, non esse temere discutienda superna consilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsionem; siue: Cur vnus eligatur, alius repellatur occulte; sed pro ratione satis esse voluntatem Dei, secundum illud Matth. 11. Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. & cap. 20. An non licet mihi quod volo facere? Hypogonosticon apud August. lib. 3. inter princip. & med. simul coniungit, omnes potuisse damnari propter originale peccatum; & tamen occultas esse rationes eligendi quosdam potius, quam alios, quod fusi sunt persequitur lib. 6. col. pen. Faciunt ad rem praesentem, quae referemus infra disp. 13. sect. 5. circa med. & disp. 14. sect. 2. & 3.

SECTIO IV.

Duo testimonia ex 2. ad Timoth. 2. & Apocal. 3.

1. Tertium testimonium est 2. ad Timoth. 2. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum, & vile Domino ad omne opus bonum paratum. Vnde sic argumentatur contraria sententia. Vas in honorem apud Paulum illud est tantum, quod electum est ad vitam aeternam (vt vidimus praeced. disp. 8. sect. 4.) sed quicumque emundauerit se ab istis, erit vas in honorem: ergo quicumque se emundauerit ab istis, erit electus ad vitam aeternam. Haec igitur electio ad beatitudinem procedit ex praeuisa munditiae tantum ex ratione eligendi.

Respondet. Quicumque se emundauerit penitus ab omni peccato, & in ea munditie perseverauerit, absque dubio fuerit electus ad gloriam. Veruntamen hoc non ita profert Apostolus, quasi mundities praeuisa sit ratio electionis ad gloriam, sed tantum hoc affert vt iudicium a posteriori, & quasi sigillum, quo dignoscuntur electi, & quo nimium prouocantur ad cooperandum electioni diuinae. Sensus hic ex superiori contextu ita deducitur. Dixerat Apostolus, non esse timendum, ne omnium hominum fides subuertatur ab haereticis: quoniam fundamentum Dei firmum consistit in electis, ita vt nemo possit illud subuertere. Cuius firmitatis inuolabilis duplex est sigillum, alterum ignotum nobis, & causans firmitatem nostram, videlicet, Nonit Dominus, qui sunt eius, scientia nimirum approbationis, siue practica, de qua loquuti sumus sect. 1. Alterum sigillum nobis saltem probabiliter notum, ad quod nostram cooperationem diuinae gratiae subiungere tenemur, est illud, Recedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini. Quod idem aliis verbis repetitur: Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem.

Quartum testimonium affertur ex Apoc. c. 3. Tene

16.

17.

Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Vnde videtur inferri nullum esse praedestinatum ad coronam, nisi praeuisa futura perseuerantia, qua teneat gratiam, quam habet.

Respondet tamen negando consequentiam. Imo potius, quia praedestinatus est ad coronam, propterea crebrius & fortius incutitur ei timor amittendae coronae. Quae amissio possibilis est absolute; quamuis ex suppositione praedestinationis in sensu composito non sit possibilis. Praedestinatio vero per tales comminationes ac terrores, interioribus auxiliis munitos, operatur perseuerantiae firmitatem. Illis autem iustis, qui non sunt praedestinati, permittitur, vt libera voluntate coronam abiciant, quae secundum praesentem iustitiam erat sua & propria: simpliciter autem ex Dei prouidentia aliis hominibus destinata fuerat.

4. Corroborantur haec autoritate Augustini lib. de corrept. & grat. cap. 13. parum a principio, ponderantis verba Baptista: Facite ergo dignum fructum poenitentiae, & nolite dicere apud vosmetipsos, Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: vt ostendat, sic istos esse amputandos, si non fecerint fructum, vt non desit numerus, qui promissus est Abraham; tamen apertius in Apocalypsi dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus, nisi iste perdidit, certus est numerus. Quod autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi eos perseueraturos habeatur incertum: non aliter hoc audire debent, quibus expedit non alium sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quando in hac mortalitate viuunt, in numero praedestinatorum se esse praesumat?

SECTIO V.

Soluitur argumentum ex multis locis Scripturae, quibus aeterni praemij ratio redditur ex operibus.

1. Praecipuus locus est Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis regnum ab origine mundi. Esuristi enim, & dedisti mihi manducare, &c. Paratum quippe regnum est idem, quod praedestinatum, cuius praedestinationis ratio sunt opera misericordiae.

Respondet. Dicitio causalis, enim, non est copulanda cum parato regno, sed cum praecedentibus verbis, vt sensus sit: Venite, possidete, quoniam esuristi, & dedisti mihi manducare. Quamobrem supremus iudex his verbis causam, seu rationem reddit tradendae possessionis aeterni regni, quod illis iure debetur propter opera; minime vero rationem reddit, quae Patrem impulerit, vt illis potius, quam aliis pararet regnum: imo paratum fuisse regnum his hominibus, causa fuit, ob quam Deus illos impulit, vt explerent opera misericordiae, ceteraque praecepta.

2. Id autem probari potest ex antitheto: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuristi enim, & non dedisti mihi manducare, &c. Nec enim propterea diabolo, & angelis eius propterea paratus erat aeternus ignis, quoniam homines reprobi praesciebantur omnifusi, quae debebant opera misericordiae: sed illa causalis propositio rationem reddit infligendi poenam aeternam.

3. Confirmatur, quia potius Deum sua praedestinatione fuisse causam totius felicitatis, quam Sancti recipiunt tam in via, quam in patria, significat illud complexum, Benedicti Patris mei. Benedictio quippe diuina ferè semper in sacris literis non supponit, sed causat bonum, quod dicit. Sufficiat exemplum Ephes. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui praedestinavit nos; & quae sequuntur.

Benedictio Dei bona causa.

4. Nec contrarium docuit Hieronymus in comment. dicens: Venite benedicti, &c. Hoc iuxta praescientiam Dei accipiendum esse, apud quem futura iam facta sunt. Alludit enim ad illud Isaia 45. Qui fecit ventura, de quo praecedenti disput. 8. sect. 10. Quapropter intelligit de scientia factiua, & practica. Chrysof. autem homil. 80. in Matth. multo propius ad med. quam ad princip. ait: Quia sciebam vos huiusmodi futuros, haec vobis a me praeparata fuerunt. Veruntamen hoc explicari potest, sicut alia multa declarabuntur disput. 11. sect. 6.

5. Sed vrgent aduersarij, quoniam si regnum caelorum datur propter merita, consequens est ab aeterno paratum esse propter merita: quoniam eodem modo paratum est ab aeterno, quo postea dandum esset in tempore. Huius argumenti fallaciam aperiemus infra disput. 12. sect. 5. 6. & 7.

6. Eadem solutione diluenda sunt argumenta, quae sumi possunt ex similibus testimoniis. Quale est illud, Matth. 25. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituiam, intra in gaudium Domini tui. Apocal. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Isa. 64. & 1. Corinth. 2. Quae praeparauit Deus diligentibus se; & eiusmodi sexcenti, quibus praemium, aut merces, aut stipendium operantibus promittitur.

7. Sextum testimonium haud dissimilem solutionem habet, quod aliqui auctores accipiunt ex Iacobo cap. 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & haeredes regni, quod promisit Deus diligentibus se. Respondet tamen Augustinus de praedestinatione Sanctorum cap. 17. versus finem: Eligendo ergo facit diuites in fide, sicut haeredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit. Manifestum est igitur, apud Augustinum, electionem ad gloriam fuisse causam fidei, & spiritualium diuitiarum, quibus electi consequuntur haereditatem gloriae.

8. Vrgent adhuc aduersarij, quoniam eadem ratione dicendum esset, Deum eligendo fecisse pauperes in hoc mundo, sicut eligendo fecit diuites in fide.

Respondetur primo, consequens esse verum: quoniam in electis paupertas est effectus, intentus, & causatus per aeternam praedestinationem, sicut & cetera cuncta, quae cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti, quemadmodum ostendimus in propriis disputationibus de praedestinationis effectibus.

9. Respondetur secundo, consequentiam esse nullam: possunt enim eadem verba diuersis rebus diuersimode conuenire secundum vniuersumque rei exigentiam. Sic enim Rom. 9. Figulus potestatem habet ex eadem massa facere, aliud quidem



vis in honorem, aliud verò in contumeliam. Sed tamen alia Scripturæ testimonia compellunt, vt illud, *facere*, aliter intelligamus relatum ad vas in honorem, aliter relatum ad vas in contumeliam. Quapropter si Theologica ratio postularet, possemus intelligere, Deum aliter elegisse pauperes in hoc mundo, aliter verò diuites in fide.

10. Alia testimonia solent ad rem præsentem adduci, quæ sunt explicata præcedenti tom. de prouidentia, tota disput. 24. præsertim sect. 5. quoniam diriguntur ad probandam prædestinationis causam ex præuisis operibus, factis per solas vires naturæ, sine indigentia supernaturalis auxilij.

DISPUTATIO X.

Quid Augustinus senserit de electione ad gloriam ante præuisa merita.

SECTIO I.

Augustini sententia de prædestinatione, quo in articulo sit à Summis Pontificibus approbata.

1. **N**ON bene intellecta Summorum Pontificum approbatio circa doctrinam August. de gratia, & prædestinatione, dedit aliquibus ansam seuerius, quàm par est, animaduertendi aduersus prædestinationem, procedentem ex præuisis operibus, ita vt illum erroris infimulauerint. Sed tamen eiusdem approbationis legitimus intellectus colligitur ex historia, decretisque Pontificum, quæ retulimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 17. sect. 1. vnde duas conclusiones colligo.

2. Prima conclusio. A Summis Pontificibus, & Conciliis non est approbata quasi de fide, neque tamquam certa doctrina Augustini quantum ad eum articulum, quo asserit independentem à præuisis operibus supernaturalibus elicendis per gratiam factam fuisse ab æterno electionem cuiusquam prædestinati ad gloriam, & eam electionem fuisse causam, ex qua infallibiliter sequebantur bona opera supernaturalia, & perseuerantia in illis. Probo, quoniam Concilia, & Summi Pontifices approbantes doctrinam Augustini de prædestinatione, & gratia, non sunt alij præter Leonem Magnum, & ex eius præscripto Concilium Araucanicum II. deinde Cælestinum, ac postremo Gelasium. Ij autem omnes non approbant tanquam certam, & de fide doctrinam Augustini de prædestinatione, nisi quantum ad hunc articulum, ex viribus naturæ sine auxilio gratiæ nullum datur initium iustificationis, nulla dispositio, nullum meritum, nulla impetratio, nulla ratio, sicut explicatum est à me tomo præcedenti de prouident. disput. 14. multisque sequentibus.

3. Quod autem nihil amplius tanquam certum approbent commemorati Pontifices, probatur primò, quia suis decretis, & canonibus inferunt eos articulos doctrinæ Augustini, quos approbant, & cum plurimos inferant de negando initio gratiæ ex viribus naturæ, nullibi mentionem

1. Non est de fide, nec certa quoad unum articulum. Probat. Quo ad alios certa est de fide.

faciunt de prædestinatione, seu electione ad gloriam facta independentem à præuisis operibus supernaturalibus elicendis per auxilia gratiæ.

Confirmatur, quoniam quod Cælestinus in hac causa asseruit, expressè hoc tacitè dictum existimare debemus à reliquis. Cælestinus autem in epist. 1. ad Episcop. Galliarum, postquam multis capitibus collaudauit Augustini doctrinam de gratia, & prædestinatione, & præscripsit illius canones, eoque confirmauit decretis prædecessorum, in cap. 13. *Profundiores*, inquit, *difficilioresque partes incurrentium questionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt; sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere.* Ecce igitur ex quætionibus de prædestinatione, quæ in ea causa occurrebant, & quas fusiùs Augustinus, & alij scriptores tractauerant, nullam decisionem definit Cælestinus præter eas, quas superioris scripserat.

Probatur secundò, quoniam illorum Pontificum, & Conciliorum decreta dirigebantur ad reprimendam Massiliensium audaciam aduersus Augustinum. Massilienses verò quamuis agebant non solum de electione ad gratiam, sed etiam de electione ad gloriam: cæterum in eo errabant, quòd vtriusque causam sumi volebant ex actionibus liberi arbitrij, nondum excitati per auxilium supernaturale. Quare hoc tantum reprobat ab illis Summis Pontificibus. Sed non reprobat expresse electio ad gloriam ex præuiso bono vsu gratiæ excitantis, & cooperantis.

Secunda conclusio. Nihilominus electioni ad gloriam, factæ independentem à præuiso bono vsu gratiæ, magna authoritas conciliatur ex eo, quòd hæc doctrina sit ad eò finitima doctrinæ fidei confirmata à Summis Pontificibus, vt Augustinus quoties contra Pelagianos, vel Semipelagianos excludit iustificationis initium ex viribus naturæ, toties ad hoc explicandum & probandum recurrat ad electionem, factam ante præuisa opera quæcumque, siue naturalia, siue supernaturalia, semper insistentes in potestate diuina electionis, vt nos infallibiliter moueat ad opera supernaturalia.

Accedit etiam authoritas magna ex multis Conciliis prouincialibus aduersus Prædestinationarios, defendentibus Augustini doctrinam de prædestinatione ad bona opera, & ad gloriam: inter quæ sunt Concilium Arclaten. Lugdunense, Maguntinum II. & Valentinianum in Gallia, quæ retulimus disput. 5. sect. 1. non procul à princ.

SECTIO II.

Augustini doctrina de electione ad gloriam ante præuisa merita.

1. **L**iberalem & gratuitam electionem Dei, præuenientem omnia merita, causam omnium meritorum esse, priorèmq; præscientia meritorum, toties, ac tam aperte traditur ab Augustino, vt nemo sit, qui circa hunc articulum de illius mente dubitet. Sed quando ex illis testimoniis Augustini colligimus, electionem ad gloriam factam esse ante præuisa merita, tunc aduersarij consequentiam negant, dicentes D. Augustinum, quando excludit merita præuisa, agere de electione ad gratiam, vel ad vocationem congruam; nullibi tamen asseruisse, neque insinuassee electionem ad gloriam ante præuisa merita.

Cæterum

4.

5.

6.

7.

Massiliensium error.

Electio ad gloriam facta ante bonum vsu gratiæ authoritas magna.

1. Nullus de eius mente dubitat. Exponitur ab aliquibus de electione ad gratiam.

2. Cæterum electio ad gloriam ante præuisa merita manifestè probatur.

Primò, nam lib. de corrept. & grat. cap. 6. vbi adducto testimonio ex Actuum 13. *Crediderunt quotquot ordinati erant in vitam æternam; Quis, inquit, in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseuerantia dono; quandoquidem qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: qua salute, nisi æterna? Vbi perpende apud August. hoc loco, vitam æternam, siue, salutem æternam, non posse intelligi gratiam tantum, aut perseuerantiã tantum: quoniam perseuerantię donum non est mediũ, quo ordinentur homines ad gratiam, vel perseuerantiã; sed est medium, quo ordinantur ad gloriam. Et ex toto illo capite constat hoc donum perseuerantiæ efficaciter procedere ex electione diuina: quod etiam locus infra citandus ostendit.*

3. Probatur secundò, quoniam toto sequenti cap. 7. de corrept. & grat. illud agit Augustinus, vt ex eo, quòd prædestinati electi sunt, proueniat eisdem vocari à Deo vocatione secundum propositum, & in gratia ita efficaciter retineri, vt nullus eorum pereat. Postea verò explicans electionem August. ait: *Electi autem sunt ad regnandum cum Christo.* & iterum: *Eos elegit ad obtinendum regnum suum.* Deinde, *Prædestinatos, & ordinatos ad vitam æternam, dicit in cap. 9. lib. de corrept. propius ad medium, quam ad princip. Præterea c. 13. Hæc, inquit, de his loquor, qui prædestinati sunt ad regnum Dei.* & lib. 22. de ciuit. cap. 24. ait: *Quid dabit eis, quos prædestinauit ad vitam; qui hæc dedit eis, quos prædestinauit ad mortem? & infra: Unde Apostolus de ipsis in regnum illud prædestinatis loquens, &c.* Hæc fusiùs retulimus disput. 4. sect. 2. probatione 2.

4. Ex quibus locis constat prædestinationem, quam vbiq; prædicat Augustinus, non accepisse rationem ex præuisis operibus, sed potiùs esse causam efficacem bonorum operum: eandemque non esse electionem ad solam gratiam, sed etiam esse electionem ad gloriam.

5. Doctores oppositæ sententiæ respondent, ab Augustino gratiam intelligi nomine regni cælorum, aut nomine vitæ æternæ, vel gloriæ; quoniam gratia nos ordinat ad gloriam, quæ virtute continetur in gratia. Veruntamen hæc explicatio nullum locum habet in cap. 6. de corrept. & gratia, quod ponderauimus nuper. Prætereaque refutatur, quoniam verba detorquet ad minus vñtatum intellectum: & propter indiget fortiori probatione, quàm simplex & planus verborum intellectus, qui traditur à nobis. Deinde hanc explicationem minus aprè congruere menti Augustini, videbit, quicumque rectè perpendit omnia, quæ tota disput. 8. diximus, & in hac & sequentibus disputationibus erunt dicenda.

6. Tertid probatur eadem mens Augustini ex lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 17. vbi explicans illud Iacobi 1. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, ait: Eligendo ergo Deus facit diuites in fide, sicut heredes regni. Rectè quippe in eis hoc eligere dicitur, quod vt in eis faciat, eos elegit.* Vnde facile est colligere apud Augustinum, electionem ad hereditatem regni, & electionem ad diuitias fidei in eo conuenire, quòd sicut electio causa est, vt sint diuites in fide, ita etiam causa est, vt sint heredes regni, atque vt habeant ea, per quæ digni sunt hereditate: ergo non præsupponuntur præuisa merita,

2. Gratia ad electionem ad gloriam docet.

3. Prædestinatio causa bonorum operum.

4. Prædestinatio causa bonorum operum.

5. Nominè regni cælorum non intelligit gratiam.

6. Electio hereditatis regni causa.

sed causantur ab electione ad gloriam. Faciunt ad eandem rem alia loca, quæ ponderauimus disput. 8. sect. 6.

7. Quartò probatur, quoniam apud Augustinum perseuerantia in gratia confertur à Deo, vt mediũ ad efficaciter obtinendum suum propositum, quo vult, saluos esse prædestinatos, & nullum illorum perire; sed hæc voluntas est ipsissimum propositum dandi gloriam æternam, & liberandi opera æterna: ergo propositum efficaciter dandi gloriam est in Deo velut intentio finis, à qua promanat voluntas dandi efficaciter perseuerantiam prius ratione, quàm præuideatur esse futura.

8. Maior huius syllogismi manifesta est apud Augustinum vbiq; veluti de corrept. & gratia c. 7. vbi de electis ita loquitur: *Horum si quissiam perit, vitio humano vincitur Deus, sed nemo eorum perit, quia nullus re vincitur Deus.* Nota verbum, *vincitur*, quod indicat, conatum, & victoriam Dei in eo esse, vt nullus electorum pereat, quasi hoc agendum sit à Deo, non quia præuidere sit vincere. & in cap. 14. *Volenti saluum facere, nullum humanum resistit arbitrium: si enim velle, vel nolle in volentis, aut nolentis est potestate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem.* Ergo ex mente Augustini voluntas Dei & potestas incumbit ad hoc, vt saluos faciat, quos eligit, non vt præuisis meritis saluet.

9. Confirmatur primò, quia perseuerantia, & mors in gratia decernuntur à Deo infallibiliter causanda: decernuntur autem ex proposito, & intentione finis alicuius vterioris; quoniam perseuerantia & mors in gratia non sunt res eiusmodi, vt intentio in eis sistere possit, præsertim intentio sapientissimi, & supremi gubernatoris: sed nullus vterior finis est nisi gloria; ergo perseuerantia, & mors in gratia decernuntur, & causantur ex intentione dandi gloriam.

10. Quòd autem Deus per intentionem absolutam, & efficacem decretum causet perseuerantiam, & mortem in gratia, & quòd ea causalitas procedat ex prædestinatione, quam tractamus, docet Augustinus lib. de bono perseuerant. cap. 8. ad finem: *Non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo sortem consequuti: non erant prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Vt enim non dicam quam sit possibile Deo, auersas, & aduersas in fidem suam hominum conuertere voluntates, & in eorum cordibus operari, vt nullis aduersitatibus cedant, nec ab ipso aliqua superari temptatione discedant, cum possit, & quod ait Apostolus, facere, vt non eos permittat tentari super id, quod possunt. Vt ergo id non dicam, certe poterat illos Deus præsciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita.*

11. In eodem quoque lib. cap. 14. circa medium: *Nec prædestinationis, ait, predicatione impedienda est predicatio fidei perseuerantis, & proficientis, vt quòd oportet, audiant, & quibus datum est, vt obediant.* Et post aliqua dicta circa rem eandem adiungit: *Quod vidit fidelissimè Cyprianus, & fidelissimè destituit, per quod vniq; prædestinationem certissimam pronunciant. Nam si in nullo gloriosum est, quando nostrum nihil est, profectò nec de obedientia perseuerantissima gloriosum est.*

12. Confirmatur secundò, nam in eodem lib. de bono perseuerant. cap. 16. & 17. & lib. de corrept. & gratia, non tantum cap. 6. & 7. iam citatis, sed

7. Apud Augustinum perseuerantia mediũ est ad obtinendum propositum.

8.

9. Perseuerantia, & mors ex intentione gloria decernuntur.

10.

11.

12. Mors Deus ordinat occulto iudicio. sed

sed etiam cap. 8. & 14. & lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 12. 13. & 14. agit Augustinus de morte in gratia, vel in peccato, necnon de longitudo, & breuitate vitæ adultorum, quam Deus occulto iudicio ordinat, quousque aliqui peccatores resurgunt, alij verò contumaces resistunt; & iustorum quidam per mortem eripiuntur à periculis peccandi, alij verò diuturna vita permittuntur vti, quousque peccent, & damnentur: alijs diuturnitas vitæ datur, vt eorum constantia probetur, de quo etiam manifestè in 13. cap. de corrept. & grat.

13. Quintò probatur, quoniam Augustinus absolute asserit electionem esse causam meritorum, & rationem esse, ob quam præuideantur merita, vt plerisque locis vidimus disput. 8. sed electio ad gloriam verè est electio, & hanc Augustinus non excludit, nec limitat sua verba, vt intelligantur de sola electione ad gratiam: ergo à nobis limitari non debent.

Confirmatur primò, quoniam prædestinatos à Deo fuisse electos non præcognitis operibus, docet Augustinus lib. 5. contra Iulianum, cap. 3. & de prædestinatione & gratia cap. 7. & tract. 86. in Ioannem post medium, & totis ferè epist. 105. ad Sixtum, & 206. ad Bonifacium: imò liber de prædestinatione Sanctorum, & lib. de bono perseverant. frequenter hanc doctrinam repetunt, aut supponunt.

14. Contraria sententia responderet his in locis ab Augustino affirmari electionem ad gratiam non præuisis actionibus per solas vires naturæ; sed non affirmari electionem ad gloriam ante præuisas actiones supernaturales. Hæc solutio recitatur, quoniam verba ex se sunt vniuersalia, propterea que probabilis intelliguntur de quacumque electione, siue ad gratiam, siue ad gloriam, & de quibuscumque operibus, siue per vires naturæ, siue per auxilia gratiæ elicitis; præfertim cum testimonia superius adducta, probatione 1. 2. & 3. clarius reddant hunc sensum, & rationes adstipulentur, vt tota præsentis disputat. videbimus.

15. Confirmatur secundò, quia ex electione ad gloriam provenit vocatio congrua, de qua ita Augustinus loquitur de bono perseverantia, cap. 14. propius ad principium, quam ad medium. Si Dei altiori iudicio à massa perditionis non sunt gratia prædestinatione discreti, neque ipsa eis adhibentur dicta, vel facta, per que possint credere. Vbi possumus non immeritò intelligere prædestinationem ad gloriam, quoniam ea sola est, quæ simpliciter discernit à massa perditionis, quæ appellatur gratiæ prædestinatio, quia est gratuita, vt dicemus sect. sequenti, in 3. & 4. argumento.

16. Idem colligitur ex omnibus locis, in quibus vocationem secundum propositum dicit esse propriam prædestinatorum, quemadmodum lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 16. initio, & lib. 13. de Trinit. cap. 16. propius ad principium, quam ad medium, & epist. 106. col. 9. & de corrept. & grat. cap. 7. in medio: quorum verba retulimus disp. 3. sect. 11.

Confirmatur terriò varijs testimonijs Augustini explicantis Paulum ad Roman. 9. quæ attulimus disputat. 8. quatuor prioribus sectionibus.

17. Sextò probatur ex lib. Soliloquiorum, cap. 28. cuius auctor apud Augustinum ita Deum allo-

quitur: *Ex eodem luto alia quidem facis vasa in honorem, alia verò in contumeliam sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, quorum nomina, numerumque tu nosti; qui etiam scripti sunt in libro vite, qui nequaquam perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata; cum enim cadunt, non colliduntur.* Et post pauca de præcitis ita loquitur: *Quos reliquisti in immunditijs suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio vertitur in peccatum.*

18. Obseruandum est, hæc soliloquia, quæ habentur tomo 9. à quibusdam minimè censi inter opera Augustini. Nihilominus non est dubium quin phrasis, & discursus huius capitis 28. simillimus sit Augustino. Quædam tamen interposita verba prætermisi, breuitati consulens.

19. Septimò probatur, quoniam Prosper diligentissimus scrutator doctrinæ Augustini, dum eam defendit, & explicat in opusculis ad Capitula Gallorum, & ad obiectiones Vincentianas, & ad excerpta Genuensium, agit de æterna salute, & de liberatione ab æterna damnatione: & illius dicit nullam esse causam ex parte nostra, vt dicemus disputatione sequenti; sed expressius in lib. de libero arbitrio ad Rufinum post medium ait: *Credent quotquot præordinati sunt in vitam æternam.* & iterum: *Vasa misericordie in gloriam præparantur.* & in sententia ad cap. 8. Gallorum agit de regno æterno, & de saluandis, quia Deus vult.

20. Confirmatur, quia doctrinam Augustini se explicare ex mente Properi proficitur Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. vltimo, & lib. 2. cap. 1. Nihilominus idem Fulgentius illo toto lib. 1. prædestinationem accipit non solum pro electione ad bona opera, sed etiam pro electione ad gloriam, & decreto illam conferendi, vt constat cap. 8. 10. 11. 13. & seqq.

21. Probatur octauò, quoniam de electione ad gloriam ante præuisa merita Augustinum intelligunt omnes Theologi ad hæc vsque tempora, non modò qui defendunt prædestinationem ante præuisa opera, sed etiam illi, qui eam oppugnant: quos referre longum esset, atque superfluum.

Nonò denique mentem Augustini ostendunt omnia, quæ dicemus sect. sequenti.

SECTIO III.

Aduersariorum argumenta retorquentur.

1. Primum argumentum est, quia prædestinationem ante præuisa merita Augustinus tradit contra Pelagianos, & contra Semipelagianos: sed neque Pelagiani, neque Semipelagiani errabant circa electionem ad gloriam ex meritis gratiæ; sed tantum circa electionem ad gratiam ex meritis naturæ præuisis: ergo Augustinus nihil docuit de electione ad gloriam ante præuisa merita gratiæ, sed tantum de electione ad gratiam.

Respondetur primò, minorem esse falsam. Vnde sumitur argumentum pro nostra sententia, quoniam Augustinus debuit plenè reflexe sententiam Semipelagianorum. Semipelagiani autem dicebant, propter merita elicienda ex viribus naturæ præuisa à Deo eligi homines non solum ad auxilia gratiæ, sed etiam ad perseverandum

18. Libri soliloquiorum Augustinus est auctor.

19.

20.

21. De electione ad gloriam omnes intelligunt Augusti.

randum in gratia, & ad vitam æternam (vt probauimus tomo præcedenti de prouidentia disput. 14. sect. 4.) ergo Augustinus refellit non solum prædestinationem ad gratiam ex præuisis meritis, sed etiam prædestinationem ad gloriam ex præuisis meritis.

2. Sed Doctores oppositæ sententiæ addunt. Si qua prædestinatio ad gloriam ex præuisis meritis asseratur à Semipelagianis, illa non erat prædestinatio ad gloriam propter præuisa merita gratiæ, sed propter præuisa merita naturæ; & hanc tantum refutat Augustinus.

3. Respondeo. Semipelagiani apertè concedebant, neque gloriam, neque primam gratiam iustificantiem dari propter solas actiones morales elicitas per vires naturæ; sed tantum volebant, per vires naturæ haberi initium impetrandi, & merendi auxilia gratiæ (quod demonstratum est tomo de prouidentia disput. 14. sect. 2. & 3.) Quare quando Semipelagiani dicebant, ex præuisis meritis esse electionem ad gloriam; intelligebant non solum merita ex viribus naturæ, sed etiam merita ex auxilio gratiæ. Quod vtrumque negare intendit Augustinus esse præuisum ante electionem ad gloriam.

4. Sed ais. Erit igitur electio ad gloriam ante præuisa merita gratiæ non minus certa, quam electio ad gratiam ante præuisa merita naturæ.

5. Respondeo, negando consequentiam; quoniam licet de vtraque electione Semipelagiani, & Augustinus disenserint, Pontifices tamen, & Concilia in definitionibus vnium dixerunt, altero prætermisso, sed non contempto, vt vidimus sect. 1.

6. Secunda solutio est, consequentiam prioris argumenti nullam esse, quia non solum Augustinus, sed omnes Doctores, nullo excepto, quando cum hæreticis disputant, neque dicunt, neque dicere possunt ea tantum, quæ è diametro contradicunt hæreticis; cum ad plenam causæ cuiusque explicationem oporteat plurimas partes incurrentium questionum explicare (vt Cælestini verbis vtar.) Sic enim de Trinitate, de prouidentia, de gratia, & libero arbitrio, de peccatis, & de reliquis Theologiæ partibus plurima dicta sunt ab antiquis Patribus tantum probabiliter, dum certam fidem contra hæreticos confirmant. Constat autem maximam fuisse rationem in re præsentis, propter intimam connectionem gratiæ & perseverantiæ cum gloria, & quoniam argumenta de libertate eandem solutionem habent circa merita naturæ, & circa merita gratiæ non præuisa, vt infra videbimus.

7. Confirmatur primò, quoniam abundantius Augustinus confutabat errorem aduersariorum, dicens, non solum ea, quæ in tempore sine præcedenti merito conferuntur, sed etiam ea, quæ conferuntur ad retribuenda merita, fuisse prædestinata ex mera benevolentia Dei, decernentis conferre merita, vt retributionem conferat.

8. Confirmatur secundò ex verbis Cælestini, quæ retulimus sect. 1. quæ dicta esse maximè de Augustino dubitabit nullus, qui epistolam legerit, & nouerit illius temporis controversias tractatas fuisse ab Augustino. Cælestinus autem manifestè supponit profundiores, & difficiliore partes questionum vltra eas, quæ è diametro pugnant cum Semipelagianis.

7. Secundum argumentum est, quoniam impossibile est gloriam in tempore reddi vt præmium meritum, & tamen ab æterno esse prædestinatam merè gratis, non præmisso meritum examine. Nam quod fit in tempore, eodem modo prædestinitum est ab æterno. Hoc argumentum fallit æquiuocatione, quæ ita distinguenda est. Deus merè gratis elegit homines ad gloriam, & in ea electione gratis etiam voluit, vt gloriam obtinerent non gratis, sed ex iustitia per merita, conferenda ab ipso Deo ad hunc finem, vt ex iustitia obtinerent gloriam. Sed de hoc fufius infra disp. 12. sect. 2. & seqq.

8. Nunc quod attinet ad mentem Augustini, retorqueo argumentum in aduersarios, quia apud Augustinum, per fidem, & alia opera supernaturalia meremur de congruo primam gratiam iustificantiem (vt constat ex dictis præcedenti tomo de prouidentia, disput. 19. sect. 3. 4. & 5.) & per opera elicita in gratia, meremur de condigno augmentum gratiæ, meremur quoque de congruo perseverantiam. Attamen ad primam gratiam iustificantiem, & ad augmentum gratiæ, & ad perseverantiam non electi sunt homines ex præuisis meritis; sed Deus merè gratis elegit homines ad tantam gratiam, & ad perseverantiam, & elegit eos, vt perseverantiam, & gradum gratiæ consequerentur per merita (vt perspicuum est in locis Augustini adductis tota sectione præcedenti, & tota disput. 8.) Ergo apud Augustinum contingit electionem fieri merè gratis, nullo præmisso examine meritum: quamuis eadem electione Deus velit nobis bonum, quod fit conferendum propter merita, admixto quodam debito iustitia.

9. Confirmatur, quia nisi hæc doctrina vera sit, sequitur, apud Augustinum nullam electionem esse ante præuisa opera, nisi eam tantum, quæ eligimur ad primam gratiam præuenientem, quæ fit in nobis, sine nobis. Quod esse falsum constabit facillè legenti Augustinum.

10. Tertium argumentum est, quoniam apud Augustinum prædestinatio non est electio ad gloriam, sed tantum ad gratiam: ergo quando Augustinus asserit prædestinationem fieri ante præuisa opera, intelligit solam electionem ad gratiam. Antecedens probant ex cap. 10. de prædestinatione Sanctorum, vbi Augustinus ait: *Inter gratiam, & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratiæ preparatio; gratia verò ipsa donatio.*

11. Respondetur. Nomine gratiæ hoc loco quælibet dona comprehenduntur, ad quæ gratis eligimur, quamuis eligamur, vt ea per merita consequamur: cuiusmodi est gloria. Proinde Augustinus lib. de bono perseverantia cap. 14. ita definit: *Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur.* Ecce prædestinatio complectitur omnia beneficia, quæ ad salutem æternam pertinent: quæ gratiæ nomine censentur, quoniam beneficia sunt.

Confirmatur, quia gloria redditur hominibus, & tanquam gratia filijs Dei per Iesum Christum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis reddenda, vt Trident. docet sess. 6. cap. 16.

Vtramque rationem gratiæ, & iustitiæ repletam in præmio gloriæ copiose declarat Augustinus

Soluitur.

8. Retorquetur.

9.

10.

Soluitur. Hoc loco quid gratia nomine comprehendatur.

11.

nus lib. de correptione & gratia, cap. 13. & lib. de gratia & libero arbitr. cap. 6. 8. & 9. & in enchir. cap. 17. & cap. 106. & 107. & epist. 105. ad Sixtum, col. 5. & 6. & epist. 106. col. 4. Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 8. initio, & cap. 10. initio, & cap. 11. & lib. de Incarnat. & grat. cap. 23. Anselm. de concord. predestinat. & grat. cum libero arbitrio, cap. 3. colum. 3. Bernard. serm. 5. in Vigilia Natiuit. in medio, & tractat. de grat. & libero arbitrio duabus postremis columnis. Quorum verba retulimus tomo de voluntate Dei, disp. 56. sect. 2. argument. 3. & sect. 4. num. 12. & sequentibus.

**12.** Dupliciter retorquetur. Propter hæc supra dictum argumentum tertium in suos authores retorqueri potest duplici via. Altera est, quoniam nomine *gratia* Augustinus intelligit etiam gloriam: ergo cum dicit vniuersaliter, & absolute, electionem ad gratiam fieri non praevisis operibus, intelligi debet de electione ad gloriam, præsertim cum clarius hoc asserat aliis in locis. Altera via est, nam apud Augustinum & antiquos Patres, & Doctores Scholasticos prædestinatio primario includit electionem ad gloriam, quasi intentionem finis (vt futurus probatur est disput. 4. sect. 2.) sed prædestinatio non fit ex praevisis meritis apud Augustinum: ergo neque electio ad gloriam.

**13.** Quartum argumentum. Augustinus prædestinationem, & electionem non fieri ex praevisis meritis, probat, quoniam aliàs gratia non esset gratia: sed hoc inconueniens, quod gratia non sit gratia, non sequitur ex eo, quod ex praevisis meritis fiat electio ad gloriam: ergo Augustinus non agit de electione ad gloriam. Argumentum retorqueo, quia similiter non sequitur, gratiam non esse gratiam ex eo, quod augmentum gratiæ reddatur meritis de condigno, & perseuerantia, & prima gratia obtineatur per merita de congruo: ergo apud Augustinum fiet ex praevisis meritis electio ad primam gratiam, & ad augmentum, & perseuerantiam: quod falsum esse dictum est in secundo argumento.

**14.** Soluitur. Quare respondeo vim argumenti D. Augustini in eo positam esse, quod perfectior sit ratio gratiæ in electione ad gloriam, si non præmissis examine operum, eligatur quis, vt gloriam consequatur per opera, efficaciter à Deo causanda. De hac quidditate gratiæ diximus præcedenti tom. de prouident. disp. 18. sect. 2. & 3. & dicemus infra disp. 12. sect. 1. ratione 3.

SECTIO IV.

Explicantur Augustini testimonia, quæ afferuntur pro electione, supponente præscientiam meritorum.

**1.** Præcipuum sumitur ex lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. col. 4. illis præsertim verbis: *Nemo eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reicitur; unde quod dictum est: Quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem, non video quomodo sit dictum, nisi præscientia.* Ergo apud Augustinum electio ad gloriam supponit præscientiam meritorum gratiæ, quibus ille, qui eligitur, iam distat ab eo, qui reicitur.

**2.** Hoc argumentum retorquetur non minori vi contra aduersarios: quoniam vel rationem Augustini desumptam à proprietate electionis fir-

mam esse putant, vel non. Si non putant esse firmam, nihil est quod curent de conclusione, cuius probationem contemnunt. Si autem validam esse putant rationem Augustini, vt verè est valida, dicant, electionem ad primam gratiam excitantem fieri ex præscientia præsupponente aliqua merita (quod est error Semipelagianus, refutatus præcedenti tomo de prouidentia disp. 14. plurimisque sequentibus.) nam Augustinus electionem ad primam gratiam excitantem sæpè admittit, vt agnoscunt Doctores oppositæ sententiæ, & constat ex pluribus Augustini tractatibus, præsertim de prædestinatione Sanctorum, & de bono perseuerantiæ. Perpendantur itaque duo testimonia, alterum sequenti §. alterum longè inferius referendum. Ex quibus fit, vt aduersarij nobiscum debeant quærere interpretationem sententiæ, quam nobis obiciunt.

Interpretatio autem non ab alio petenda, quam ab ipso Augustino, qui in lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 19. tractans eundem locum ad Ephes. 1. quem tractabat citato loco ad Simplician. ita loquitur: *Non quia futuros nos tales esse præsciuit, sed vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ. Cum ergo nos prædestinauit, opus suum præsciuit.* Itaque apud Augustinum non alia præscientia præsupponitur, vel potius clauditur in prædestinatione, quam præscientia, qua Deus scit, quæ ipse decreuit in nobis facere bona alliciendo nos, vt infallibiliter, sed liberè cooperemur. Hac interpretatione vtitur Augustinus in cap. 18. de bono perseuerantiæ, sine; vbi antiquos Patres dicentes Deum prædestinare ad gratiam, & gloriam eos, quos præscit facturos esse bona opera, dicit Augustinus, posse intelligi de operibus, quæ Deus præscit diuina prædestinatione mouente, & adiuuante, faciendâ. De hoc modo loquendi, & intelligendi ex variis locis Augustini diximus plura præcedenti disp. sect. 1. & disp. 2. sect. 4.

Hic igitur erit germanus commentarius illius loci ad Simplician. *Nemo eligitur ad gloriam, nisi iam distans ab eo, qui reicitur;* distans, videlicet, per bona gratiæ, & gloriæ, quæ Deus illi decreuit infallibiliter conferre, & non decreuit conferre homini, qui reicitur. Inde fit vt præscientia electi simus ante mundi constitutionem, præscientia, scilicet, eius boni, quod Deus decreuit in nobis facere, qua præscientia discernimur ab aliis per scientiam benevolentie approbationis, & prædicam, de qua diximus disput. 9. sect. 1. Hæc autem præscientia tantum abest, vt præsupponat futura merita gratiæ, vt potius sit illorum causa.

Confirmatur hæc explicatio ex contextu libri ad Simplician. illis verbis: *Non quia inuenit Deus opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo manet propositum iustificationis ipsius: sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideo inuenit opera, quæ iam eligat ad regnum cælorum.* Vnde constat opera, quæ præsciuntur à Deo, pronenire à proposito, quo Deus efficaciter vult iustificare: & illa ipsa opera præscita à Deo eligi. Multò plura in eandem sententiam ex Augustino, & aliis Patribus, attulimus supra disput. 8. sect. 6. & seqq.

Obiicies. Apud Augustinum, hoc loco, eius, qui eligitur, distantia ab eo, qui reicitur, supponitur ad electionem: ergo non causatur diuina electione, sed ante electionem præsupponitur.

Respon

Quid electio supra dilectione addat.

Respondeo, concedendo consequentiam, si electio sumatur in eo rigore, quo sumitur in presenti ab Augustino. Nam distantia vnius hominis ab alio causatur à dilectione diuina, qua efficaciter vult vni homini boni beatitudinis æternæ, & bonum gratiæ, quod est necessarium ad beatitudinem consequendam: ex hac dilectione necessario consequitur scientia, qua Deus scit bonum æternæ beatitudinis, & gratiæ necessariæ ad beatitudinem efficaciter conferendum esse propter gratuitam dilectionem Dei his hominibus, & non illis: ex hac præscientia sequitur electio, secundum rationem posterior, qua Deus vult bonum suis dilectis præ aliis hominibus non dilectis. Itaque electio nihil aliud videtur addere supra dilectionem, nisi comparationem eius, qui diligitur cum eo, qui non diligitur, vt alter alteri præferatur. Quoniam igitur impossibile esset per voluntatem anteponeere vnum hominem alteri per appropriationem, nisi præcognoscendo bonum illius, ideo hæc electio præsupponit præscientiam, quam diximus. Hæc doctrina de electione colligitur ex D. Thom. hac q. 23. art. 4. corp. & confirmatur ex dicendis disp. 12. sect. 8.

**6.** Ex his suboriri potest suspicio, quod à nobis concedatur iam contraria sententia, electionem ad gloriam non fuisse factam, nisi præmissis meritorum examine. Quapropter obseruanda sunt tria.

Primum est, situm adhuc manere quod nos à principio disputationis intendimus, scilicet decretum efficaciter conferendi huic homini gloriam extitisse ante præcognita merita vt futura, siue illud decretum dicatur electio, siue dicatur electio, de quo parum curamus.

Secundum est, electionem ab Augustino aliis in locis, & ab aliis Doctoribus non accipi in eo rigore comparandi electum cum eo, qui reicitur, & sic accepta electio nullo modo supponit præcognitionem meritorum.

Tertium est. Quamuis, electio sumatur in rigore, non præsupponit merita vt futura in se ipsis, sed tantum præsupponit præscientiam meritorum, vt infallibiliter sequuntur ex decreto efficaci perducendi illos homines ad gloriam.

Vtrumtamen adhuc redarguimus, & sit argumentum secundum ex eadem q. 2. lib. 1. ad Simplician. circa finem, vbi Augustinus manifestè ait, nullam fuisse electionem hominum ad iustificationem, quia nihil erat à viribus naturæ, ratione cuius vnus potius, quam alter eligeretur ad gratiam: videtur tamen electionem ad gloriam admittere, quoniam præcedebat iustificatio, ratione cuius vnus homo eligeretur potius, quam alter. Iam ergo Augustinus agnoscit electionem ad gratiam, & electionem ad gloriam eo differre: nam electio ad gloriam potuit esse præmissis examine operum, ac proinde potuit esse propriè electio; non verò electio ad gratiam.

**8.** Duplex electio in rigore sumatur, non præsupponit merita. Solutio tamen colligitur à superiori doctrina. Pro qua dico. Primo. Ex prædicto loco nihil colligitur contra voluntatem absolutam conferendi gloriam ante præuisa merita, quoniam hæc voluntas non est electio secundum rigorem accepta.

Secundo. Summo rigore sumpta electio ad gloriam præsupponit præscientiam meritorum, *Ruiz de Prædestinatione.*

non scientiam visionis meritorum in se, sed in decreto efficaci Dei.

Tertio. Augustinus hoc loco minime negat electionem, comparatione cuiusque gratiæ, sed tantum comparatione primæ gratiæ, aut comparatione totius iustificationis collectiue sumptæ: quoniam hanc nullum meritum, aut dispositio præcedit.

Quarto. Ad omnia vltiora auxilia gratiæ, & ad habitum gratiæ iustificantis propriè fuit electio: nam habitus gratiæ supponit merita de congruo, & dispositiones elicatas per gratiam excitantem, & cooperantem; & hæc præcognita potuerunt esse ratio eligendi vnum potius, quam alium, vt iustificaretur. Eapropter Anselmus assiduus sectator non modò sententiarum, sed etiam verborum Augustini, duplicem acceptionem electionis, alteram supponentis discrimen in eligendis, alteram causantis discrimen, non quali repugnantem, sed quasi bene coherentem, attexit comment. epist. ad Roman. cap. 9. ad illa verba: *Antequam aliquid egissent boni, aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, &c. Non enim dicit Apostolus electionem voluntatis humane, vel nature. Compar enim esset in vitroque mortis, damnationisque conditio; sed electionem proculdubio gratiæ, qua non inuenit eligendos, sed facit. Propositum iustificationis manet non secundum debiti, sed secundum gratia electionem, qua eligendos facit Deus, non inuenit, quia nequaquam inuenit opera bona in hominibus, quæ eligat, sed facit, vt ipsi faciant opera, quæ possit eligere. Nemo autem eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reicitur: & propterea electionem præcedit iustificatio. Et tamen ex his duobus antequam aliquid egissent, alter electus est, alter repulsus ex illa massa originalis iniquitatis, vbi fratrem, cum quo habet communem causam, videt per iustitiam potuisse damnari; non nisi per gratiam se potuisse discerni. Eam igitur distantiam bonorum operum, quam prærequirit electio strictè sumpta, facit alia prior electio largius accepta, siue propositum efficaciter faciendi, vt qui sunt eligendi, faciant bona opera.*

Quinto. Sicut aduersarij agnoscunt id, quod euidens est apud Augustinum, videlicet gratiam iustificantem, & perseuerantiam tribui ex meritis de congruo, & dispositione; ac nihilominus asserunt, ante praeuisa merita de congruo Deum decernere, illa causare in homine eo sine, vt dignus sit, qui eligatur ad gratiam iustificantem, & perseuerantiam: eadem proportione idem concedant de gloria, vt sibi, & Augustino, & rationi consentiant. Sed de hoc diximus sect. 3. argum. 2.

Duæ aliæ solutiones adhiberi solent prædictis testimoniis sumptis ex quæst. 2. ad Simplician.

Alterâ solutio Bellarmini lib. 2. de grat. cap. 15. responderet. Libros ad Simplicianum Augustinus composuit prima ætate post acceptum Episcopatum, vt testatur lib. retract. cap. 1. Quapropter non est mirandum, si melius senserit senior tractatibus citatis supra sect. 2. Hoc refutat Suar. lib. 3. de auxil. cap. 18. n. 3. & fufius Vazquez disp. 89. cap. 7. Quoniam Augustinus lib. 2. retract. cap. 1. mentione facta libri ad Simplician. nihil ex eo retractat, quin potius illius doctrinam commendat lib. 1. de prædestinat. Sanctorum.

**9.** Ad gratiam electio.

**10.**

**11.** Aliquorū solutio probabilis.



c. 4. & de bono persever. cap. 20. & 21. Adducunt præterea similia Augustini testimonia aliis in locis, quibus satisfacemus postea.

12. Hæc autem argumenta nihil efficere ex principiis concessis ab eisdem authoribus sic probat. Augustinus 1. lib. expositionis proposition. epistol. ad Roman. cap. 60. dixit, electionem non posse esse inter æquales; sed hoc retractat lib. 1. retractat. cap. 23. & de prædestinat. Sanct. cap. 4. & passim postea concedit electionem gratiæ inter homines æquè distantes à gratia. Et lib. 5. contra Iulianum cap. 3. inquit: *Nullum Deus elegit dignum, sed eligendo effecit dignum.* & de prædestinat. Sanct. cap. 17. ait: *Rectè in eis hoc eligere dicitur, quod ut in eis faciat, eos elegit.* & de prædestinat. & grat. cap. 5. ait: *Deum eligere faciendos, & facere eligendos.* Similia scribit sermone 11. de verbis Apost. inter principium, & medium.

13. Ex quibus constat apertè, ab Augustino retractatum fuisse quod dixerat locis supra citatis ex quæst. 2. ad Simplician. quantum ad eam partem, quod electio prærequirit inæqualitatem præcognitam, qua ille, qui eligitur, distet ab eo, qui reicitur. Cum autem hoc sit fundamentum totius doctrinæ de electione ad gloriam, sit, ut tacitè retractata sit electio ad gloriam, præmissò examine, nisi intelligatur, ut à nobis intellecta est. Deinde eundem locum Pauli ad Ephes. 1. Augustinus de prædest. Sanct. cap. 19. explicat aliter, quàm in quæst. 2. ad Simplician. Quare solutio prædicta Bellamini est valde probabilis.

Altera solutio traditur à Suarez lib. 3. de auxili. cap. 18. num. 4. & sequentibus, & cap. 19. num. 4. ubi ait, apud Augustinum esse duplicem electionem ad gloriam. Altera est merè gratuita, nullo præmissò examine operum; & hæc pertinet ad ordinem intentionis, & est prima. Altera electio ad gloriam est iustæ retributionis, & hæc electio pertinet ad executionis ordinem, & supponit præmissa merita. Hæc solutio reicitur, quoniam in voluntate, & intellectu nullus est ordo executionis, quippe qui reperitur solummodo in rebus cognitis, & volitis, ut probatum est tomo de voluntate Dei disp. 24. sect. 1.

SECTIO V.

Quæ restant explicanda ex testimonijs Augustini.

I. Argumentum tertium. Sit tertium argumentum, quod aduersus nostram sententiam adducitur ex Augustino serm. 7. de verbis Domini; secundum Matth. in medio. Scribit enim: *Elegit nos Deus (sicut inquit Apostolus) & secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam.* Ecce igitur Augustinus distinguit duplicem electionem, quarum vna sit electio ad gratiam, & sit merè gratuita; alia electio ad gloriam, & sit secundum nostram iustitiam, ac proinde præmissò operum examine. Vnde appositis verbis Apostoli Rom. 11. *Reliqui mihi septem millia, &c. Quid est, inquit, reliqui mihi? Ego illos elegi, quia vni mentes illorum de me præsumentes, non de se, nec de Baal.* Ecce manifestam electionis causam ex præscientia fiducia, collocanda in Deo.

Respondeo primò. Legenti sermonem illum manifestum erit, Augustinum de vna & eadem electione ad gratiam asserere, quòd sit merè gratuita, & quòd sit secundum hominum iustitiam. Est autem secundum hominum iustitiam, quoniam iustum est gratiam à Deo conferri iis, qui per actiones supernaturales fidei, spei, humilitatis, & deuotionis, rectè dispositi sunt ad gratiam. Et eadem electio est secundum gratiam Dei, quia Deus ante omnia opera præuila elegit nos ad ea merita supernaturalia, quibus mereremur vltiorem gratiam. Et ad hoc probandum explicat Augustinus illud Rom. 11. *Reliquia secundum electionem gratiæ salua facta sunt.* Præcipuè notanda sunt illa verba: *Non sunt mutati. Sic sunt, ut à me facti sunt: & tu, qui loqueris, nisi de me præsumeres, ubi esses? Nisi gratia mea plenus esses, nōme ante Baal etiam ipse genui steteres?* & iterum: *Sunt, inquit, quos elegi, sicut & te, de me scilicet præsumentes.* Nihilominus subdit: *Totum gratia semper reputa, quia ut esset aliquid reliquum, gratia in te Dei, non tuum meritum fecit.*

Respondeo secundò. Quamuis Augustinus ibi ageret de electione ad gloriã, sensus esset, Deum nos gratis & ante præuila merita elegisse, ut gloriã obtineremus per merita iustitiæ, nobis à Deo conferenda.

Quartum argumentum. Augustinus de corrept. & grat. cap. 7. sape dicit, electos ideo esse electos, quoniam secundum propositum sunt vocati. & inferius de reprobis ait: *Non sunt secundum propositum vocati, ac per hoc nec electi.* Quòd si electio ad vitam æternam fieret non præuils operibus, & causa foret operum, iam ideo essent homines vocati secundum propositum, quoniam sunt electi: & non ideo essent electi, quoniam sunt vocati secundum propositum.

Respondetur. Vtraque casualis vera est in diuerso genere, & modo. Sicut enim rectè dixeris; ideo homo est animal rationale, quia constat corpore, & anima spiritali: nihilominus econtrario rectè dixeris, ideo homo constat corpore, & anima spiritali, quia est animal rationale. Quæ duæ definitiones vario modo explicantes naturam hominis, sibi mutuo sunt rationes, & causæ in diuerso genere. Ita existimare debes duas quasi definitiones prædestinatorum; alteram, Prædestinatus est vocatus secundum propositum, hoc est, vocatione congrua infallibiliter obtinente effectum gratiæ, & perseverantiæ, & pronouiente ex proposito dandi gloriã. Altera definitio est: Prædestinatus est electus ad gloriã; & vtraque est ratio alterius in diuerso genere. Sed quoniam prior causalitas aptior erat, ut ostenderet, prædestinationem esse omninò gratuitam, & nulla merita supponentem, propterea vitur Augustinus illa casuali; & apud Augustinum in dicto capit. 7. apertum est, terminos esse conuertibiles, *Electus ad gloriã, & vocatus secundum propositum.*

Quintum argumentum à quibusdam authoribus accipitur ex lib. de prædestinatione Sanct. cap. 17. ubi dixisse referunt Augustinum: *Elegit nos prædestinans in adoptionem filiorum; non quia per nos, sed quia per Dei gratiam sancti, & immaculati futuri eramus.* Hæc si fortè dixisset Augustinus, explicari debuissent eadem solutione, qua præcedens testimonium. Verumtamen

Augu

Solutur. Augustinus lib. de prædestinat. Sanct. non habet illa verba sic copulata; sed tantum in c. 18. versus finem (non in cap. 17.) ait: *Elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, prædestinans nos in adoptionem filiorum, non quia per nos sancti, & immaculati futuri eramus, sed elegit, prædestinans, ut essemus.* Non itaque dicit Augustinus, nos elegisse Deum, quia per eius gratiam sancti futuri eramus, sed ut essemus. Quod ipsum frequenter repetit cap. 17. & 18.

7. Sextum argumentum, quoniam Augustinus serm. 233. de tempore circa medium inquit: *Multi scire volunt, quare illum vocat Dominus, & illum non vocat: vni subuenit, & vni non: hunc dignum habet, & illum indignum: istum honorat, & illum cruciat. Audi, o homo, hunc dignum habet pro bonis operibus suis; illum habet indignum pro suis operibus malis.*

Solutio. Respondeo. Augustinus vulgo proposuit rudi crassaque Minerua eam veritatis partem, quæ illis vtilior erat; aliam verò subtiliorem partem tacuit. Verum igitur est in quocumque reprobo, & destituro vocatione congrua causam sufficientem esse mala opera, quantumuis maiora mala sint sape in prædestinatis: & econtrario in omni prædestinato sunt bona opera, quæ prædestinatio causat, quibus vltiorem gratiam meremur.

8. Septimum argumentum confici poterat ex plurimis locis, quibus Augustinus asserit, occultas, & soli Deo notas esse rationes, propter quas Deus prædestinat, vel ad se trahat vnum hominem potius, quàm alium: beatis autem reuelari, & iis fortasse, qui toto corde diligunt Deum. Verumtamen huic argumentum satisfacimus abundè præcedenti disp. 9. sect. 2. & 3.

9. Octauum argumentum. Augustinus lib. 83. quæst. q. 68. propius ad medium, quàm ad finem ait: *Cuius vult, miseretur, & quem vult obdurat. Sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum propter generale peccatum vnam massam fecerint, non tamen nulla est inter illos diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo, quamuis nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione: & item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obtusione. & post pauca: Parum est velle, nisi Deus miseretur: sed Deus non miseretur, qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit.* Admittit igitur Augustinus, ali-quod meritum voluntatis præcedere, ratione cuius quidam digni sunt diuina misericordia; alij verò digni sunt, qui permittantur in obduratione resistere.

10. Quamobrem prior Hugo Victor. tract. 1. erudition. Theolog. summ. sentent. cap. 12. colum. penult. posterior autem Magister 1. sentent. dist. 41. cap. his tamen. eisdem verbis respondent: *Quid intelligere voluerit Augustinus, ignoratur: nisi fortè hoc dicatur intellexisse quod supra diximus, eum retractasse. Quem respondendi modum docti recentiores imitantur.*

11. Nihilominus prædictam sententiam Augustinus non retractauit; sed explicuit limitatione, ut intelligatur post penitentiam, præsuppositis operibus, conceptis per gratiam excitantem, & adiuuantem: nec intelligatur de voluntate prædestinandi, vel negandi prædestinationem; sed tantum de voluntate emolliendi, vel obdurandi peccatorem.

12. Hoc autem probatur, quia lib. 1. retract. cap. Ruiz de Prædestinatione.

26. versus finem, perueniens ad dictam quæstionem 68. nihil profus retractat; sed solum explicat illa postrema verba, quæ supra retulimus. *Deus non miseretur, nisi voluntas præcesserit, dicens: Hoc dictum est post penitentiam. Nam est misericordia Dei, etiam ipsam præueniens voluntatem: quæ si non esset, non prepararetur voluntas à Domino. Et ad eam misericordiam pertinet & ipsa vocatione, quæ etiam fidem præuenit.* Atque hanc fuisse suam mentem confirmat ex varijs verbis eiusdem quæstionis, ex quibus placuit hæc addere: *Nec velle quisquam potest, nisi admonitus, & vocatus, &c.* Vnde postea infert: *Etiã ipsum velle Deus operatur in nobis.* & post pauca: *Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur.* & iterum, *Non habuit meritum præmij, ut vocaretur.*

Rectè igitur Bellamini lib. 2. de grat. cap. 15. prope finem prædictum locum explicat, ut non prædestinationem, aut reprobationem, sed obdurationem, aut emolliationem post penitentiam intellexerit Augustinus. Albertus 1. p. q. 63. art. 1. corp. & ad 1. & q. 115. colum. penult. ad 1. & 2. in contrarium, & Alexand. 1. p. q. 28. memb. 3. artic. 1. ad 4. in eo conueniunt nobiscum, quòd explicant Augustini sententiam, quã non retractatam, verumtamen obscure, nec congruenter ad mentem authoris.

Nonum argumentum. Nam in libro de prædestinat. Dei cap. 3. habentur hæc verba: *Ex præscientia igitur offensionis vltionem et iustus iudex prædestinauit, sicut ex præscientia virtutis prædestinatio solet fieri remunerationis.*

Respondetur. Hunc librum esse Augustini defendunt aliqui Doctores opposita sententia; à reliquis verò Doctoribus exploditur: quoniam illius breuitas comparata cum argumenti dignitate, & amplitudine, præterea stylus, ac rationum nexus, indigna sunt ingenio tanti Doctoris.

Decimum argumentum. Augustinus lib. ad articulos sibi falsò impositos, ad art. 12. (refertur autem 23. q. 4. cap. vasis ita, vers. cum verò. vsque ad finem,) ita loquitur: *Quia præsciti sunt castri, non sunt prædestinati: essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac virtute mansuri: ac per hoc prædestinatio Dei multis est castigandi, nemini labendi.* Vnde colligunt aliqui Doctores, apud Augustinum prædestinationem fuisse factam, habita consideratione futuri vsus liberi arbitrij.

Respondetur in primis. Liber ille non est Augustini, sed illi falsò imponitur, sicut & articuli. Ceterum quoniam illius author est Prosper apertinè Augustinianus, ea verba scribès ad obiect. Vincent. respons. 12. sine, respondemus. Postrema verba indicant sensum totius sententiæ, ut Prosper velit, prædestinationem esse causam totius boni vsus, qui præscitur in prædestinatis esse futurus: verumtamen econtrario reprobationem, aut negationem prædestinationis non esse causam mali vsus, qui præscitur futurus in reprobis. Quamobrem illa casualis, *Quia præsciti sunt castri, non sunt prædestinati,* tractat de præscientia, qua peccata finalia certò præscuntur in decreto permittendi peccata, constituendo hominem sub talibus circumstantiis. Quæ quidem præscientia est ratio non prædestinandi eo modo, quo voluntas, & præscientia reprobationis, est causa penitus excludens totam prædestinationem, ac potissimum illius effectum, qui est glorificatio.

I 2 Vndeci

2.  
3.  
4.  
5.  
6.

Vtraque casualis quo sensu vera.

13. Optima Bellamini expositio.

14.

15.

16. Liber ille non est Augustini.

13. Augustinus retractauit sententiam.

Aliorum solutio reicitur.

I. Argumentum tertium.



17. Undecimum argumentum. Nam in lib.6. Hypognosticon propius ad principium, quam ad medium, ita scribitur: *Deus, quos præsciuit, misericordia sua gratuita preparat, id est, prædestinat ad vitam æternam: ceteros autem pena debita punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri præsciuit.* Ecce electionem, & reprobationem ex præscientia.

Respondetur primò, Hypognosticon non esse Augustini opus.

Secundò, verba illius lib.6. aded esse ambigua, vt à multis afferantur ad probandam electionem ad gloriam, & reprobationem ante præuisa opera: quoniam asseritur ibi, Deum ex eadem massa cum præsciuisset omnes esse damnabiles, quosdam præparasse, & prædestinasse ad vitam, alios verò reprobasse. Multaque alia interferuntur ex male factis sententiis Augustini.

18. Duodecimò possunt adduci testimonia Augustini affirmantia, electionem factam fuisse ab æterno ob fidem futuram eliciendam ex viribus naturæ. Sed hæc retractata fuisse ab Augustino vidimus præcedenti tomo de proud. dispur. 17. sect. 1. & disp. 27. sect. 6.

19. Postremò generaliter ad penerrandam veriùs Augustini mentem in locis explicatis in hac, & præcedenti sectione, iuuabit recolere, iuxta morem Scripturæ, prædestinationem aliquando significare Augustinum nomine *præscientia*, vt constat lib. de bono perseuerant. cap. 17. & 18. fufius autem probatum est tomo præcedenti de proudent. disputat. 3. sect. 3. num. 15. & sequentibus.

SECTIO VI.

De reprobatione quid Augustinus sentiat.

1. Breuiter perstringuntur que ad Augustinum intelligendum iuuant.

Quoniam de reprobatione sunt instituendæ tres disputationes, 13. 14. & 15. nunc breuiter perstringam quæ ad intelligendam Augustini sententiam iuuare possunt.

Primum. Ab Augustino frequenter reprobationis causa assignatur esse peccatum originale, vt videbimus disp. 14. sect. 3. & sequentibus.

Secundum. Quandoque etiam peccata personalia assignat vt causam reprobationis, vt dicitur disp. 15. sect. 3.

Tertium. Hæc nõ est causa, propter quam vnus homo reprobetur potius, quam alter; sed est causa, propter quam iusta esset omnium hominum reprobatio, si omnium æternam mortem Deus vellet permittere; & hoc tantum intendit Augustinus, vt probabitur disp. 14. sect. 2.

Quartum. Nulla prorsus causa datur, ob quam vnus homo, potius quam alter reprobetur negatiua reprobatione, quia Deus non vult conferre circumstantias, & media, sub quibus præscit hominem fuisse conuertendum, sed vult permittere peccata finalia.

2. Hoc in articulo manifesta est mens Augustini non minus, quam in electione ad gratiam congruam ante præuisa merita. Itaque sicut ij Doctores, qui negant apud Augustinum electionem ad gloriam factam ante præuisa merita, nihilominus agnoscunt, euidentem esse in Augustino electionem ad gratiam congruam ante præuisa merita: ita quamuis dubitari possit, vtrum apud Augustinum reprobatio, vt est negatio electionis

ad gloriam, & decretum puniendi æterna pena, sit ante præuisa merita (de quo dicendum est disputatione 15.)

3. Nihilominus dubitari non potest, quin apud Augustinum hæc reprobatio negatiua, qua negatur gratia congrua, & permittitur finale peccatum, sit ante præuisa merita finalia, vt constabit ibidem. Hæc mens Augustini constat ex omnibus testimoniis adductis sect. 2. & 3. & tota disp. 8. Videatur præsertim August. lib. 1. ad Simplician. q. 2. de prædest. & grat. c. 15. & 16. & toto lib. de prædest. Sanct. & lib. de bono perseuer. & de corrept. & grat.

DISPUTATIO XI.

Vtrum reliqui Patres docuerint electionem ad gloriam ante præuisa opera.

SECTIO I.

Docent Prosper, Fulgentius, & Petrus Diaconus.



ROFERO prius Augustini discipulos, quibus autoritatem conciliant adducta præcedenti tomo de proudent. disp. 17. sect. 1. & explicata magis præcedenti disp. 10. sect. 1. Prosper in sententia super c. 8. Gallorum: *Qui saluantur, inquit, ideo salui sunt, quia illos voluit Deus saluos fieri: & qui pereunt, ideo pereunt, quia perire meruerunt.* Idem docet ad excerpta Genuensium, dub. 9.

2. In eodem quoque tractatu ad excerpta Genuensium, respons. 6. 7. & 8. post medium, & lib. de libero arbit. ad Ruffinum post medium, & lib. 1. de vocat. gent. c. 17. & cap. ultimo, sine, defendit sententiam Augustini dicentis, omnes homines, siue prædestinatos, siue reprobos habuisse sufficientia demerita, propter que digni erant carere prædestinatione, saltem ob peccatum originale, nullamque rationem esse discriminis ex parte hominum, ob quam vnus dignus sit, vt per prædestinationem liberetur potius, quam alter: sed rationes huius esse penes occulta iudicia Dei. Similiter ex parte hominum non posse rationem reddi, propter quam vnus retineat Deus in gratia; alium verò non retineat, sed Deum quibus vult, conferre perseuerantiam ex misericordia, & negare iustè perseuerantiam quibus vult, docet respons. ad c. 7. Gall. & ad Vincent. obiectione 4.

3. Insuper lib. 1. de vocat. gent. cap. 24. versùs finem, & lib. 2. cap. 9. aliàs cap. 26. & tribus sequentibus, aperte docet ex parte hominum nulla existente ratione discriminis, quosdam accipere à Deo, vt sint ex ouibus Christi, quas nullus rapiet de manu illius, & alios relinqui, quamuis in eis non præuideantur maiora demerita, & cap. 10. & ultimo, aliàs 30. & sequentibus, satis inuuit Deum ea intentione conferre hominibus merita, & perseuerantiam, quoniam efficaciter vult conferre coronam. Et in c. 8. eiusdem libri probat paruulos quosdam pro Dei beneplacito saluari, alios in originali damnari. Denique quòd gratia Dei posset, si vellet efficaciter omnes conuertere;

conuertentur; qui autem conuertuntur, ideo conuertuntur, quoniam Deus vult efficaciter illos conuertere, scribit in opusc. de libero arbitrio ad Ruffinum, post medium. Idem in sententia ad cap. 15. Gallor. quod est vltimum, in fine, ait: *Præsciuit, & prædestinavit quæ ipse facit, & vt faceremus dedit.*

4. Fulgentius adhuc clariùs asserit prædestinationem ad gloriam ex mero Dei beneplacito, eo sine efficaciter conferente merita, vt gloriam conferat. Sic enim lib. 1. ad Monimum cap. 11. ait: *Et ideo non solum errantem iustificando ad vitam reuocat, sed etiam bene ambulancem custodit, & adiuvat, vt ad donum glorificationis æternæ perducatur. Hæc autem omnia, id est, vocationis initia, & iustificationis augmenta, & glorificationis premia in prædestinatione semper Deus habuit; quoniam in iustificatione & glorificatione Sanctorum gratis sua opera futura præsciuit.* & cap. 13. ad Monimum lib. 1. ait: *Quos prædestinavit ad gloriam, prædestinavit ad iustitiam.*

5. Et de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 31. ad finem: *Eosdem, inquit, viuificari vult, quos vult saluari: sic ergo quos vult, saluat, quemadmodum quos vult viuificat.* Et in epilogo libri de Incarnat. & grat. *Donum, inquit, illuminationis ad credendum, & donum perseuerantia ad proficiendum, & permanendum, & donum glorificationis ad regnandum, quibus dare voluit, preparauit.*

6. Præterea Deum ab æterno decreuisse quibusdam hominibus efficaciter conferre gratiam & gloriam, cum posset eos in peccatis relinquere iusto iudicio, vt alios reliquit, probat lib. 1. ad Monimum à cap. 7. vsque ad 10. & cap. 14. & lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 31. ad finem ita loquitur: *Nihil prouenit in salutem hominum, quod Deus non in æterna voluntatis sue dispositione faciendum prædestinauerit: à quo & fides gratis infunditur, & perseuerantia donatur, per quam ad speciem peruenire possunt; id est, ad claram Dei visionem.* Et in eodem lib. de grat. Iesu Christi, cap. 29. sine. supponit esse impossibile, vt hominum aliquis damnetur, si omnes homines eadem prouidentia, qua prædestinati, gubernantur à Deo.

7. Petrus Diaconus de Incarnat. & grat. Iesu Christi, cap. 7. asserit quosdam saluari gratia Dei, nulla precedente inæqualitate ex parte liberi arbitrij; alios iusto, & occulto iudicio derelinqui. Vnde post medium capituli: *Desinant, inquit, querere, cur alios saluet gratuito dono, alios derelinquat iusto, & occulto iudicio, qui potestatem habet ex eadem massa aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam, & elament vna nobiscum: O altitudo diuinarum!*

8. Denique cum tres Patres, Prosper, Fulgentius, & Petrus Diaconus doctrinam Augustini de prædestinatione profiteantur; eorum sententiæ de electione ad salutem & derelictione intelligendæ sunt ex mente Augustini, quam in superiori quæstione probauimus.

SECTIO II.

Eorumdem testimonia in oppositum explicantur.

1. Primò arguitur, Prosper, & Fulgentius videntur, aut inconsequentia dicere, aut rationem prædestinationis cõstituere ex præscientia. Quod Ruiz de Prædestinatione.

probo, quia si datur ratio, propter quam vnus homo prædestinatus non sit, eadem erit ratio, propter quam alter homo potius, quam ille, prædestinatus sit: sed apud hos Patres datur ex parte hominum ratio, ob quam non sit prædestinatus, quicumque non est prædestinatus: sic enim Prosper ad 3. c. Gallorum, ait: *Ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria præuocatione præsciti sunt.* Fulgentius ad Monim. lib. 2. cap. 1. sine, ait: *Auersio peccatoris, quoniam Deum futura non latuit, in æterna præscientia eius preparatam sibi penam inuenit.*

2. Respondeo, & dico primò certum esse hos Patres non assignare rationem discriminis ex parte præsciti, propter quam illum Deus reprobare potuisset potius, quam alium hominem, quem prædestinat. Quod probatur

Primò, quoniam ij Patres simili modo loquuntur de illa derelictione, qua multis hominibus negantur congruentia auxilia gratiæ. Sic enim Prosper in respons. ad cap. 12. Gallor. *Vires, inquit, obedientia non ideo cuiusquam subtraxit, quia eum non prædestinavit; sed quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit.* Et tamen apud Prosperum vbique manifestum est, nullam esse in hominibus rationem, propter quam vnus homo potius, quam alter destituatur auxilijs gratiæ, vt probatum est tomo de proudent. disput. 14. plurimisque sequentibus. Similiter Prosper ad cap. 11. Gallorum, relatus à Gratiano cap. vasis iræ 23. quæst. 1. ait, præcedere peccata atque demerita prius, quam homo induretur, & relinquatur à Deo: ceterum æquale demeritum fuisse in prædestinatis annotat illis verbis: *Neque de iudicio Dei querimus, quo deserit meritos deseri; & misericordie eius gratias agimus, quia liberat non meritos liberari.*

3. Probat secundò, quoniam Prosper, & Fulgentius semper asserunt, æqualem rationem, ob quam iustè derelinqui possint, & damnari, præuisam fuisse à Deo in prædestinatis, & in reprobis. Cuius rei testimonia præcedenti sectione citauimus ex Prospero. Idemque docet Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 7. & 26. & in cap. 28. confirmat testimonio Augustini de baptismo paruulorum cap. 17. Quibus concordat Petrus Diaconus relatus ad finem præcedentis sect. Quo supposito

4. Dico secundò. Antequam Deus velit, non prædestinare aliquem hominem, præscit aliquod peccatum illius, saltè originale, ob quod dignus est, vt non prædestinetur. Sed nullam rationem peculiarem præscit, ob quam ille potius, quam alter, dignus sit carere prædestinatione.

5. Dico tertio. Antequam aliquis reprobetur, præcedit præscientia simplicis intelligentiæ, qua Deus præscit, quòd si iste homo relinquatur cum talibus auxilijs, & talibus circumstantiis, infallibiliter manebit in peccato, & poterit iustè interfici, & in æternum damnari. Et de hac etiam præscientia loquuntur citati Patres.

6. Dico quarto. Nihilominus prius est Deum velle, hos homines non prædestinare, quam præscire vt absolutè futurum eorum finale peccatum.

7. Secundum argumentum contra solutionem hanc; quoniam Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 21. sine ait: *Quos præsciuit Deus hanc vitam in peccato terminaturos, prædestinavit æterno supplicio puniendos. In quo sicut culpanda non est præscientia*

2. Non assignat rationem discriminis ex parte præsciti.

3. Prosper & Fulgentius asserunt æqualem rationem præuisam.

4. Antequam voluntatem reprobandi præuideatur peccatum.

5.

6. Prior est voluntas non prædestinandi præscientia peccati futuri.

7.

humana

humana iniquitatis; ita laudanda est prædestinatio iustissima ultionis. Ergo apud Fulgentium præscientia peccati finalis ut absolute futuri, ratio est reprobationis. Respondeo distinguendo consequens: nam ad reprobationem, quæ est voluntas puniendi, præsupponitur præscientia peccati ut absolute futuri, sed non præsupponitur ad reprobationem, quæ est negatio prædestinationis, vel voluntas non prædestinandi. Hæc omnia magis explicanda sunt infra disput. 12. sect. 4. & sequentibus.

6. Tertium argumentum, Prosper enim lib. 2. de vocat. gent. cap. 10. aliàs 35. Frustra dicitur, inquit, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, ut electi sint. Respondetur sensum esse, ad hoc operantur electi, ut sint tales, quales eos electio intendit facere: quales nisi futuri fuissent per vires electionis, eo ipso non essent electi. Quapropter præmiserat Prosper: Deus his, quos elegit sine meritis, dat, unde ornentur & meritis. Itaque opera electorum non sunt electionis ratio præuisa, sed electionis effectus, necessarii ex illa consequutus, cui nisi electi liberè cooperarentur, non essent electi.

7. Quartum argumentum, quoniam Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 24. ait: Deus prædestinavit ad regnum, quos ad se præcivit misericordia prævenientis auxilio redituros, & in se misericordia subsequenti auxilio remansuros. Igitur præscientia meritorum præcedit prædestinationem. Respondetur, distinguendo consequens: nam præscientia practica, & factiva meritorum, quodammodo prior est, & quodammodo posterior, ut diximus in simili disp. 10. sect. 4. Manifestum est autem Fulgentium toto eo libro loqui de præscientia practica, & factiva meritorum: non de præscientia, quæ præsupponat futuritionem meritorum. Sic enim eod. lib. 1. ad Monimum cap. 26. parum à principio: Quod autem, ait, daturum se præcivit, in æterna bonitatis dispositione prædestinavit; ipsa est enim prædestinatio Dei, sempiterna scilicet dispositio futuri operis Dei, quod idem docet lib. 2. cap. 1.

8. Quintò solutionem eandem habere debent alia verba Prosperum. Quale est illud in epistola ad Augustin. prope finem. Supponit enim, esse manifestam, exploratam, atque concordem sententiam antiquorum Patrum, quod præscientia futura cooperationis cum gratia fuerit aliquo modo, siue in aliquo sensu, causa prædestinationis: nec ab Augustino postular huius refutationem, sed tantum solutionem argumenti, quod inde sumebatur adversus veram de prædestinatione sententiam. Prosperi verba sunt: Illud etiam qualiter diluatur, quasumus, patienter insipientiam nostram ferendo, demonstres, quod veritatis priorum de hac opinionibus, penè omnium par inveniuntur, & una sententia, qua propositum, & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt: ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumelia fecerit, quia finem uniuscuiusque prævidit, & sub ipso gratia adiutorio, in qua futurum esset voluntate & actione præcivit. Quibus omnibus enodatis, &c. Hanc verò solutionem & expositionem antiquorum Patrum, ne contradicerent prædestinationi, quæ sit causa omnium bonorum operum, adhibuit Augustinus in libris de prædestinat. Sanct. & de bono perseuer. prout notabimus sect. 6. & ex præcedenti disp. constat.

9. Illam verò conciliarionem fuisse intellectam

à Prospero, sicut ab Augustino, & à nobis intelligitur, constat ex aliis operibus eiusdem. Nam lib. 2. de vocat. gent. cap. 29. sub initium postquam insuperabilem certitudinem, & efficacitatem diuinæ prædestinationis & gratiæ, probavit verbis Christi Domini, Ioann. 6. & 10. & Apost. 2. ad Timoth. 2. subiungit: Qui sicut præcivit ante secula, quanta totius mundi hominum multitudo, & communibus vasa donis, vel specialibus adiuta prævidit, declinans tamen ab itinere veritatis, & vita, ingressura esset latitudinem erroris, & mortis, ita semper præcognitum habuit, quantum piorum numerus per opem gratiæ, & per seruitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret: ut nullo excidente de plenitudine promissorum, qui nec proventu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus, quos elegit ex omnibus.

Vbi ad defendendam diuinæ electionis certitudinem, quæ falli, atque frustrari nulla ratione posset, Prosper supponit præscientiam consensu, & obedientiæ, quæ per diuinam gratiam adhibenda esset; quemadmodum reliquos homines fuisse repugnatos diuinæ gratiæ: atque huius resistentiæ præuisionem præsupponit ad reprobationem. Idem colligitur ex c. 33. eiusdem libri circa medium, illis præsertim verbis: Omnes varietatum compugnantie, & vniuersæ dissimilium euentuum cause, quas inuestigare, & discernere non valemus, in illa æterna scientia simul notæ, simulque diuisæ sunt. & ad finem illius capituli: De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præscientia Dei, quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa præcognita, atque in Christo ante secula æterna præelecta. Quibus, & aliis verbis ex præscientia Dei, tanquam ex ratione deducit tantam electionis diuinæ certitudinem, quæ nullis euentibus poterit impediri.

Rurfus ad obiectionem 12. Vincentian. sine: Voluntate exierunt, inquit, voluntate ceciderunt; & quia præcivi sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem prædestinati, si essent reuerfuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri, ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi; nemini est causa labendi. Perpende causalem: Quia præcivi sunt casuri, non sunt prædestinati, &c. Quod non potuit Prosper intelligere de præscientia visionis absolute futurorum, quippe qui constanter defendebat Augustinianam prædestinationem, ac reprobationem ante præuisa opera.

Idem in sententia ad cap. 7. Gallor. in fine ait: Gratia Dei non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur. Et quia hoc ipsos voluntaria facturos defensione prævidit, ideo in prædestinationis electione illos non habuit. Et in responsione ad cap. 12. Gallor. fine: Vires, inquit, obedientiæ non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinavit; sed quia recessurum ab ipsa obedientiæ esse præcivit, ideo eum non prædestinavit. Quod à Gratiano insertum est aliis sententiis Prosperi, 23. quæst. 1. cap. vasis itæ, quod est 24. Consonat idem Prosper in sententia ad cap. 11. Gallor. & ad 13. obiectionem Vincentianam.

Denique Prosper ad excerpta Genuensium proponit dubium octauum de verbis Augustini lib. de bono perseuer. cap. 14. vbi dicit: Hæc prædestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, scilicet, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Hanc sententiam defendens prope medium responsionis concludit, Præcivisse incommutabiliter Deum, quibus esset

esset daturus, ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam. Et si hoc præcivit, beneficia sua illum, quibus nos dignatur liberare, præcivisse, & hanc esse prædestinationem Sanctorum, præscientiam scilicet, & preparacionem gratiæ Dei, &c. In eadem doctrina persistit, dum respondet ad capita Gallorum, præsertim ad caput 15. & vltimum.

SECTIO III.

Chrysofostomus aperte fatetur prædestinationem, quæ sit causa meritorum, & gloria.

1. Chrysofostomus fuisse creditur princeps opinantium prædestinationis causam ex præuisis operibus. Nihilominus apertissime veram & Augustinianam sententiam docuit. Quem ita sensisse, licet alia testimonia defuissent, sufficienter persuaderet illud vnum, quod retulimus disp. 8. sect. 5. post medium, quo satis aperte docet prædestinationem instar fortis non ratione meritorum tribuere partem fortis Sanctorum, & dignitatem, ac idoneitatem ad illam.

2. Chrysofostomus igitur Coloss. 1. ferm. 2. multo propius ad med. quam ad princip. ponderans illud: Qui dignos nos fecit in partem fortis Sanctorum in lumine; proposito contrario exemplo creati Regis, qui poterat præfecturam dare cuicumque voluerit, idoneum vero ad principatum gerendum faceret non poterit. Contrariam potentiam, & liberalitatem obseruat: Non solum honorem nobis, sed & vires ad amplectendum eum dedit. Duplicatur enim honor per id, quod & idoneos ad collatum donum facit. Non dixit simpliciter: Qui dedit, sed, qui idoneos fecit ad partem fortis Sanctorum in lumine. hoc est, qui vos in album Sanctorum retulit. quod est, prædestinando scribere in libro vitæ.

3. Paucis autem ad eandem sententiam interpositis adiungit: Quia ratione sortem vocat, ut ostendat neminem ex propriis suis virutibus acquirere regnum, sed quemadmodum fors magis ex euentu est, & casu, ita & hic. Nemo enim talem vitam conversationem ostendit, ut regno dignus esse possit; sed totum donum est ipsius Dei. & post pauca: Ad partem fortis Sanctorum in lumine. Et futuro, inquit, & presenti, hoc est, in scientia. Videtur autem mihi & de presentibus, & de futuris bonis pariter dicere. Deinde declarat, quibus nos dignatus sit Deus. Non enim hoc solum admirandum est, quod regno nos dignatur, &c.

Manifestè igitur hoc loco Chrysofostomus prædestinationem non tantum ad gratiam, sed etiam ad gloriam docet esse sortem: Quia non propriis viribus, & virutibus; sed Dei gratuiti voluntate respectu nostri casualiter contingit.

Præterea 2. Thessalon. 1. fine, tractans illud: Oramus semper, ut dignetur vos vocatione sua Deus vestri; & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute. Chrysof. homil. 3. colum. 2. obseruat maiores & certiores vires specialis vocationis, quæ datur prædestinatis: Nam & qui sordidus, inquit, erat indutus, vocatus fuerat; sed in vocatione non manserat, sed ob hoc ipsum magis dignus factus erat, qui vocationem hanc ad nuptias amitteret. Etenim & quinque virgines vocatae fuerant: Exurgite, inquit, sponsus venit. Et parabant etiam se; sed

non sunt ingressæ. Declarans igitur de qua vocatione dicat, subdit: Et omne propositum bonitatis sue, & opus fidei, cum potentia compleat. Istam, inquit, vocationem inquirimus.

Et post pauca. Omne, inquit, propositum, hoc est, beneplacitum, firmam destinationem, & plerophoriam. Vt fiat, inquit, firma destinatio, & propositum Dei, ne quid vobis desit, ut sitis, quemadmodum vos ipse vult. Agnouit ergo Chrysofostomus non modò generalem vocationem, quam reprobatorum culpa suo fructu defraudare potest; sed etiam specialem vocationem, quæ nunquam suo fructu defraudari potest, quoniam sequitur Dei propositum, beneplacitum, & firmam destinationem, vt prædestinati sint, quemadmodum Deus eos esse vult.

Idem homil. 4. de laudibus Pauli colum. 1. postquam descripta vehementia vocationis docuerat, mansisse in Paulo liberam dissentendi potestatem, concludit his verbis: Concede incomprehensibili Dei providentia salutes hominum notis sibi temporum opportunitatibus ordinari. & hom. 31. in Matth. initio similia dicit de vocatione Matthæi, Petri, Ioannis, & Pauli, & probat his verbis: Nam qui corda scrutatur, is etiam quando unusquisque paratus erat, non ignoravit. Ergo Deus quos vult efficaciter, saluat per opportuna remedia.

Rurfus Ephes. 1. ferm. 1. colum. 2. In omnibus ferè epistolis, ait, diligenter istud ostendit (Paulus,) nimirum non esse recentiora, quæ nobis obueniunt, sed esse ab initio diuinitus præfigurata: nec esse ex penitentia, sed ita dispensata, ac prædestinata, idque multa providentia. Quid est autem: Elegit nos in ipso Per fidem, quæ in ipsum esset. Istud Christus, ante, quam nasceremur, disposuit. & sequenti sermon. 2. Deus, inquit, prædestinavit ad hoc, ut credant. Ergo apud Chrysofostomum fides est finis, & effectus intentus, & causatus à diuina prædestinatione. Quapropter paulo inferius addit: Creditimus; principium hoc est: ita & ipse arrhabonem dedit, nimirum dando hoc principium vt crediderimus, sicut ipse magis explicat 2. Corinth. 1. homil. 3. tractans illud: Deditque arrhabonem spiritus in cordibus nostris.

Præterea homil. 9. de laudibus Pauli, sine: Videmus, inquit, complures ad defensionem suæ ignorantie prætextu tali vitæ. Et quando eos adhortatur, ut illuminentur, & ad meliorem vitam conuertantur, atque ad alia id genus bona opera, respondere, quasi cunctabundos, & resiliētes: Si Deus volet, persuadebit mihi, & conuertar. Quos non arguo, sed valde probo, quod ad voluntatem Dei confugimus. Vellem autem nos etiam nostra afferre, & tunc dicere: Si Deus voluerit. Chrysofostomus ergo valdè probat eorum sententiam, qui conuersionem, & persuasionis efficacitatem reuocant in diuinam voluntatem, vt in causam primariam, & solummodo ita temperat, vt non inde occasionem sumamus resistendi voluntati Dei.

Diuinæ bonitatis insuperabiles vires, vt quos voluerit faciat à peccatis rescipiscere, ac virtutibus studere, docet Chrysofostomus homil. 2. in Psalm. 50. colum. 5. Si Deus dixerit adultero: Iam nolo, ut adulter sis, verba statim veruntur in opera. Si dixerit fornicatori: Fornicari cessa ab immunditia tua; illico mens eius in melius mutatur. Et vt scias, quia ita est, dixit: Fiat cælum; & factum est cælum, &c. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, si vult sermone suo tua peccata non valet solvere; & post

Præscientia practica quodammodo prior, & quodammodo posterior.

9. Vires diuina legi.

penitentiam in Angelicum constituere gradum? Et post pauca; Si Deus voluerit, nullus impediet.

30. Confirmatur primò, nam apud Chryso- stomum Deus in nobis operatur merita, quibus obtinenda sit gloria, nos agens ad illa. Sic enim non modò 2. Corinth. 8. hom. 18. sed etiam Philip. 2. ferm. 8. ad illa verba: Deus est, qui operatur in vobis velle, & perficere, &c. Et propeñionem, inquit, voluntatis ipse nobis præbet, & operationem. Subditque: Deus vult nos secundum voluntatem suam viuere. Si verò vult, agit nos ad hoc: ipse istud omnino operabitur.

Secundò confirmari potest plurimis aliis locis, quibus Chryso stomus asserit, bonum esse totum Dei, & nihil nostrum; fidem esse donum Dei: quin etiam non modò iustificationis initium, sed etiam progressum Deum operari. Quorum dogmatum multa testimonia retulimus tom. de prouident. disp. 17. tota sect. 4. & referemus disp. 27. & 28.

11. Fuerit etiam expediens Chryso stomi testimoniis subiungere quod ei tribuitur à quibusdam; licet non fuerit ab eo dictum, sed ab authore imperfecti in Mattheum, homil. 54. circa medium: Quos ante constitutionem mundi suos esse cognoscit, tantis eos laboribus onerat, & tandem laborare facit, donec digni efficiantur regno caelesti.

SECTIO IV.

Ceteri Græcorum Patrum eandem prædestinationem agnoscunt.

1. Athanas. ferm. 3. contra Arrianos non longè ante finem, Dei electionem, atque prædestinationem esse causam fidei, ceterarumque virtutum in electis, ita docet cum Paulo Ephes. 1. Quemadmodum elegit nos in se, ante iacta fundamenta mundi, ut sancti essemus, & incontaminati coram ipso, cum iam animi benevolentia prædestinasset, et nos sibi in filios adoptaret per Iesum Christum. Quomodo igitur elegisset nos ante, quam fieremus, nisi, ut ipse dixit, in eius animo iam antea presfigurati, delineatique fuisset? Aut quomodo omnino, priusquam homines crearemur, nos designasset in adoptiuos filios, nisi ipse Filius ante ænum fundatus fuisset? Et paulo inferius ait: Quia vita nostra fundata fuit, & preparata in Christo, ideo sit, ut vita nostra in comitente, & constabilita, possimus & nos quoque vitam æternam obtinere. Deus enim, et pote bonus, semper hoc voluit, cognoscens nostram infirmam naturam ege- re suo auxilio, & conseruatione.

2. Propterea non dubito quin sit ex mente Athanasij commentarius illius nomine inscriptus ad Ephes. 2. vbi si non prædestinationem ad gloriam, saltem prædestinationem ad gratiam, & perseuerantiam infallibiliter obtinendam, ex illis verbis Apostoli: Creati in operibus bonis, que præparauit Deus, ut in illis ambulemus; ita colligit: Deus autem hoc præparauit, que differri non possunt, neque intermitti, quin peragantur, tanquam diuinitus sint preparata, quousque sit procedendum.

3. De Basilio, cunctisque ferè Græcis Theologis ita scribit Petrus Diaconus in lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 8. Basilius Cesarieus in oratione sacri altaris, quam penè vniuersus frequenter Oriens, inquit: Malos, quæsumus, bonos facito: bonos in bonitate conserua; omnia enim potes. Cùm enim volueris, saluus: & nullus resistit voluntati tue. Pondera hanc fuisse mentem non solum Baslij, sed

etiam penè totius Orientis, & tam certam, vt potuerit in altaris sacrificio interponi. Quapropter apud eos omnes conuersio, & perseuerantia in bonis operibus, ac æterna salus à Dei libera & efficaci voluntate proueniunt.

4. Idem Basilius homil. 22. de humilitate prope med. ait: Nihil tibi relictum est, ð homo, de quo gloria- ri possis, cuius gloriatio, & spes in eo sita est, ut omnia tua mortifices, & futuram in Christo vitam quaras, cuius primitias habentes in his nunc sumus, per vni- uersum in gratia, ac dono Dei viuentes. Et Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere bona voluntate. Deus item est, qui sapientiam suam, prædestinatam ad nostram gloriam per Spiritum suum reuelat. Deus est, qui in laboribus dat virtutem. Abundantius omni- bus, inquit Paulus, laboraui: non autem ego, sed gratia Dei, que est mecum. Ad eiusdem dogmatis confirmationem plura superius inferiusque disse- ruit. Similiter, Omnia rectè facta esse Deo adscri- benda, & non sibi, docet in regulis breuioribus, in- terrogat. 247.

5. Cyrillus Alexandrinus in Ioan. lib. 10. cap. 24. ait: Ego elegi vos, non vos me: ego me natum vobis ignorantibus feci humanitate, clementiaque commotus: ego vos aded roborauit, ut procedere, progredique ad tantam cum Deo fiduciam possitis, ut quocumque pe- tieritis in nomine meo, vobis concedatur. Quare non debetis vos, qui mei discipuli estis, sedentes expectare, ut vltro ad fidem homines veniant. Sed errantibus ma- nus porrigenda, & audire nolentibus salutaris sermo à vobis est prædicandus, etiam si vos acerbissimo perse- quantur. Perpende primò, electionem Dei præcede- re priorem, quæ causa sit cuiusque virtutis in homine. Secundò hinc prouenire vim impetrandi in oratione. Tertio hanc gratiam à Deo col- latam esse sine precedentibus meritis, & multis precedentibus demeritis, & sceleribus, à quibus Deus homines reuocauit ad merita.

6. Fortitudinem verò minimè superabilem diuini subsidij, quod Deus præstat electis, declarat fu- sius lib. de orat. in Spiritu, & vocit. in medio. No- tanda sunt illa verba: Quoniam hominis natura non valde generosa est, neque satis idonea, ut malum effugere queat, simul quodammodo nobiscum certat Deus, & duplex concedere beneficium videtur, persua- dens admonitionibus, ut subsidium inueniamus, & for- tius illud prestans, quam ut malum præfens, & violentum preualere possit.

7. Theodoretus Ephes. 1. prope initium: Sicut elegit nos, ait, in ipso ante mundi constitutionem. Ab initio enim ante constitutionem mundi ea, que ad nos pertinebant, præciuit, & prædestinuit. Docet autem etiam quoniam de causa elegerit. Vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Et quomodo elegit eos, qui nondum nati erant? In charitate, qui prædestina- uit in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsam, & præciuit nos, & dilexit, & nostram vocatio- nem præconstituit, ut nos filiorum adoptionis donum perciperemus per Seruatoris nostri dispensationem. Illud autem, in ipsam, dicit Patrem, pro eo, quod est, & eius filij appellamur. Deinde honoris, & liberalitatis magnitudinem admirans subiunxit: Secundum propo- situm voluntatis sue, hoc enim, inquit, voluit, hoc ei placuit. Quibus in verbis prædestinationem & electionem agnoscit esse causam nostræ voca- tionis, iustificationis, sanctitatis, & bonorum operum. Quapropter apud Theodoretum præ- destinatio non potest esse posterior præscien- tia bonorum operum, prout sunt absolute fu- tura.

Theophy

8. Theophylact. Coloss. 1. ad illud: Qui dignos nos fecit, &c. de more Chryso stomum sequutus: Quæ- nam, inquit, sunt, que data sunt? ut nedum opulen- tos vos reddiderit, verum etiam sufficientiam vobis, & virtutem dederit, ut hoc digne accipere videamini. Exempli gratia: Rex quispiam, tenuis fortuna cui- piam præfecturam forte credens, atque committens, di- gnitatem quidem dedit, nec tamen sufficientem fecit, ut acciperet principatum digne, atque ut posset gubernare ipsum: unde & sepe numero ridiculum honor fe- cit. Deus autem nos & honorauit, ac sufficientem fecit, ut acciperemus honorem. Duplicatio autem honoris est, quòd etiam nos parauit, ac fecerit idoneos in partem fortis Sanctorum. Paucis autem in eandem senten- tiam interpositis, adiungit: Sortem vbi que (Paulus) vocat, ut ostendat quòd quemadmodum fors non est humana diligentia, neque conatus, sed fortuna potius videtur; hanc ad rationem nos non ex nostris virtuti- bus regno digni iudicamur, sed diuina totum est gratia.

Regis exem- plum.

9. Similiter autem præscientiam practicam (quæ, quoniam præsupponit absolutam volitionem prædestinandi, vel non prædestinandi, dicitur esse propositum) fuisse causam efficien- tem bonorum operum, & per illam fuisse Iac- ob electum: sed permissiuam fuisse peccatorum, propter quæ reprobatus fuit Esau, docet Theophylactus Rom. 9. ad illud: Aut aliquid boni egissent, aut mali, dicens: statuit (Paulus) primum ante conspectum, quòd inter illos duos fratres didymos, alter quidem, qui electus est, non sit propter virtutem electus; alter verò, qui odio est habi- tus, ob vitia non sit odio expostus, reiectusque (non enim egerunt quicquam boni, aut mali, cum in vtero dum matris sue essent), verum diuino proposito, hoc est, præscientia alter quidem est electus, & dilectus; alter verò odio habitus, iidem ut Prophetæ restatur: alterum quidem dilexi, alterum verò odi, ut totum sit Dei, atque propositi ipsius, & præscientia.

Scientia præ- scientia causa bonorum ope- rum.

Sic habet.

10. Theodulus Rom. 8. inter med. & fin. ait: Quòd mala in bonis conuertentur, non quibuslibet contingit; ceterum à Deo tantummodo vocatis secundum propo- situm. & addit: Omnes quidem vocatos esse; ve- rum eos dumtaxat obediisse, adiutisque à Deo esse, qui secundum propositum, ac prædestinationem sint vocati.

11. Marcus Eremita lib. de Paradiso, & lege spiri- tuali in proemio, interrogatione postrema do- cet, quamlibet operationem bonam fieri ab ho- mine tanquam ab instrumento, quod Deus oc- cultè mouet, vt per illud operetur: Quemadmo- dum, inquit, ferrum, dum sciat, scindit, arat, plantat: ipsum quidem quatenus impellitur, aliquid præbet; alius tamen est qui mouet, & agit ferrum: & vbi fuerit attritum, igni mandat, & instaurat hunc in mo- dum homo, licet exerceatur & labore, operans quod bonum est, Dominus tamen clam in ipso operatur. Hinc facile deducitur Deum esse qui nos præ- destinat, vt in bonis operibus perseueremus.

12. Prædestinationem autem ad gloriam tradit eod. lib. tit. 2. cap. 2. Regnum, inquit, cælorum non est merces operum, sed gratia Domini, fidelibus seruis preparata. Nota preparationem regni gratui- tam, ratione cuius tantummodo verificatur prius membrum, videlicet, Regnum cælorum non est

merces operum. Nam alioqui quantum ad execu- tionem regnum esse mercedem operum, est aper- tissimum in sacris literis, vt Marcum latere non potuerit.

13. Oecumenius in collectaneis ad epistolas Pau- li, Ephes. 2. ad illud: Non ex operibus, ne quis glori- tur; ait: Ne quis arrogantia ansam accipiat, quasi ex propriis operibus factus sit saluus. Atqui licet con- tingeret ex operibus saluum fieri, nec sic oporteret, in- quit, in arrogantiam, & iactantiam decidere. & post pauca: Quando ad bona opera conditi, non solum ni- hil boni operati sumus; sed in contrarium potius de- lati sumus: & delati, non ex nobis ipsis conuersi su- mus, sed gratia & dono Dei. Licet igitur ex iis col- ligere mentem Oecumenij fuisse, non ex pro- priis operibus præcognitis, sed ex mera Dei gratia volente superare nostram resistantiam prædestinationis donum fuisse collatum electis.

SECTIO V.

Latini Patres docent prædestinationem non ex præiis operibus, sed ex gratuita benevolentia.

1. Augustini testimonia iam expendimus præ- cedenti disput. 10. sicut etiam in præsentì disput. sect. 1. & 2. tactauimus testimonium Prosperij, Fulgentij, & Petri Diaconi. Restat igitur, vt alios quoque Patres audiamus.

2. Cælestinus epist. 1. ad Episcopos Gallia, c. 12. Deus, inquit, agit in nobis, ut quod vult, & velimus, agamus: neque propterea liberum aufertur arbitrium, sed liberatur, & sanatur.

3. Hieron. ad illud Ephes. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Non enim, ait, eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant sancti, & immaculati: sed eliguntur, & præ- destinantur, vt in consequenti vita per opera, atque virtutes sancti, & immaculati fiant. & infra: Se- cundum propositum voluntatis sue, non secundum ope- ra nostra.

4. Ambrosius lib. 7. in Lucam, cap. 3. propius ad princip. quàm ad med. Deus, inquit, quos dignatur, vocat, & quem vult religiosum facit: & si voluisset, Samaritanos de inuotis fecisset deuotos. Quo testi- monio vitur Augustinus de bono perseuer. c. 19. & lib. de gratia Christi capit. 46. exclamat: O sensum hominis Dei, ex ipso fonte haustum gratia Dei.

5. Hilarius Arelaten. epist. ad Augustinum, que præmittitur ad librum de prædestin. Sanct. inter Massiliensium assertiones, quas existimat esse contrarias veræ doctrinæ de prædestinatione ab Augustino traditæ, hanc assertionem refert: Nul- li datur perseuerantia, à qua non permittitur præua- ricari, sed à qua possit sua voluntate deficere; postea verò dicit, eodem Massiliensibus molestè ferre, dari perseuerantiam, per quam non nisi perseue- rantes sint. Ex quibus, & aliis plurimis eiusdem epistolæ verbis manifestum euadit, Hilarium exi- stimasse cum Augustino, dari perseuerantiam prædestinatis, à qua non permittantur præuari- cari, & per quam sit omnino certum, eos esse per- uenturos ad definitum numerum prædestinato- rum in regno caelesti.

Gregor. lib. 1. Reg. cap. 14. suo lib. 5. versùs fi- nem, ad illa verba: Porro Pbilistinum abiere in loca sua; Tacentibus, inquit, Doctoribus, in loca sua demones



demones abeunt; quia per pastorum silentium non pereunt, nisi qui ad vitam æternam prædestinati non sunt. Loca etenim demonum sunt, quia diuina præscientia in habitaculum Dei præordinati non sunt. Hinc est, quod prædicantibus primis Doctores dicitur: *Credant quos prædestinati erant ad vitam æternam. Hinc Paulus: Quos præsciuit, & prædestinauit; & quos prædestinauit, vocauit. Hinc est quod volentes Apostoli transire in Asiam, à Spiritu sancto prohibiti sunt. Qui ergo non prædestinati sunt, sine audiant Doctorem verba, sine non audiant, vocari in Dei habitaculum nequeunt; quia per nequitiam, in qua sunt ante constitutionem mundi præcogniti, locum in se malignis spiritibus paraerunt.*

6. Idem lib. 3. moral. cap. 20. sub initium: *Quis, inquit, ante dedit mihi, ut reddam ei? ac si diceret. Non eum quasi crudelis suscito; quia de eius fortitudine & electos meos potenter eripio, & rursus reprobos non iniuste, sed rationabiliter damno; id est, & eos, quos benigne eligo, eripere mirabiliter possum, & eos, quos respicio, non iniuste derelinquo. Nemo quippe, ut diuina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo.*

7. Vnde à medio capitis eiusdem infert: *Nemo ergo Deum meritis præuenit, ut tenere eum quasi debitorem possit: sed miro modo æquis omnibus conditor, & quædam prælegit, & quosdam in suis prauis moribus iuste derelinquit. Nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit: nec rursus reprobis iustitiam sine misericordia exercet, quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque in perpetuum damnat. Si ergo & electi præuenientem se gratiam sequuntur, & reprobi iuxta quod merentur, accipiunt: & de misericordia inueniunt electi, quod laudent, & de iustitia non habent reprobi, quod accusent. Bene itaque dicitur: *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? ac si aperte diceretur: Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor, quia eis debitor ex sua actione non teneor. Idcirco enim nequaquam in celestis patriæ præmia æterna percipiunt; quia ea nunc, dum promereri poterant ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bonum formatur electis, cum eorum mens à terrenis desideriis gratia adspirante suspenditur.**

8. Perpende primum, hic agere Gregorium de iis, qui eliguntur ad æterna præmia patriæ, vel ab hac electione reiciuntur: deinde nullum esse meritum electionis huius, sed puram gratiam: in super huius electionis viribus liberum arbitrium electis in bono formari.

9. Gregorius item lib. 1. Dialogor. cap. 8. docet, *Obtineri non posse, que prædestinata non sunt, & quæcumque obtinentur, ipsam etiam æternam gloriam, prædestinata esse, ut orationibus, & operibus obtineantur. In igitur prædestinatio ad gloriam est causa mouens ad merita, & ad omnia media, quibus obtinenda decernitur. Sed e contrario negata prædestinatione gloriæ, consequitur infallibiliter gloriam non esse obtinendam. Inferta est prædicta sententia Gregorij 23. quæst. 4. cap. obtineri, quod est cap. 21.*

10. Præterea Deum pro sua libera voluntate, occultisque iudiciis quosdam eligere etiam ex indignioribus, & alios repellere etiam ex minus indignis, Gregorius probat lib. 29. moral. cap. 25. aliis cap. 21. cuius verba retulimus disp. 9. sect. 2. prope finem. Cui concordat lib. 10. moral. cap. 4. sub initium, & lib. 11. moral. totum caput 5. & 6. ad illud Iob 12. *Si destruxerit, nemo est,*

*qui adificet, &c. Si contingerit aquas, omnia sicabuntur: si emiserit eas, subuertent terram; fuisse tractat, quod Deus quos vult, ita deserit, ut finaliter pereant; & quos vult conuertit, & saluat.*

Isidorus de summo bono, lib. 2. capit. 6. ait: *Vtraque (videlicet prædestinatio, & reprobatio,) agitur diuino iudicio, ut semper electos superna, & interiora sequi faciat, semperque reprobos, ut infima, & exteriora deserendo delectentur, permittat. & in fine: Vult aliquis esse bonus, & non valet; vult alter esse malus, & non permittitur interire. Datur ei, quod sit malus, qui vult esse bonus: alius neque vult, neque datur ei, ut sit bonus. Accipit hæc ex Gregorio lib. 29. moral. supra citato.*

Duo ergo sunt, quæ Isidorus tradit. Primum est prædestinationem esse causam efficacem bonorum operum, ac proinde non pendere à præuisione operum: agit autem Isidorus ibi de prædestinatione electorum ad requiem; hoc est, ad gloriam æternam, ut constat ex eodem capite.

Secundum est permisso, & derelictio, qua posita, infallibilis est finalis impoenitentia, & damnatio. Hanc autem manifestius tradit in eodem lib. 2. cap. 15. initio, his verbis: *Deferente Deo nullum potuerit: Deo respiciente sua nunquamque facta videre, & plangere, & vnde ceciderit cogitare. Nonnulli autem ita despicuntur à Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiam si velint.*

Insuper quosdam homines propterea perseuerare in gratia, quoniam electi sunt; alios vero non electos minime perseuerare: & hoc infallibile esse, supposito quod electi non sint, docet Isidorus lib. 2. de summo bono capit. 5. fine, his verbis: *Quibusdam Dei dona dantur, perseuerantia vero doni non datur; & inde est, quod quidam principia habent conuersionis bona, sed malo sine claudunt. Electi vero conuersionis dona accipiunt, & perseuerantiam doni. Ea ergo causa est, quod quidam bene incipiunt, & bene finiunt.*

Beda Prouerbior. 16. ad illa verba: *Pondus, & statera iudicia Domini sunt, & opera eius, omnes lapides sæculi, &c. Lapides, inquit, scilicet, iustos & fide fortes appellat, quales esse desiderabat Apostolus Petrus eos, quibus admonens dicit: Et vos tanquam lapides vini superadificamini in domos spirituales. Nullus igitur ab initio sæculi sua virtute electus, & celesti adificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere, & mensura, & numero constituit, unicuique, sicut voluit, mensuram fidei, & gratiarum distribuit.*

Idem Roman. 11. Nullus, ait, qui hæc intelligit, negare, vel dubitare permittitur, ubi ait *Apostolus: Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit prædestinationem significare voluisse. Præsciuit enim eorum reliquias, quas secundum electionem gratie fuerat ipse facturus. Quæ sententia, cum fuerit ex Augustino desumpta, debet intelligi iuxta præscientiam Augustinianam, quam explicuimus sect. præcedenti. Denique ad Roman. 8. declarans illud: *Quos præsciuit, & prædestinauit, atrox plurima eorum, quæ retulimus ex Augustino præcedenti disput. 10. sect. 2. Quod etiam præstat Roman. 9. & 11. & Ephes. 1. & multoties alibi.**

Bernardus serm. 23. in Cantica, column. vltima sic loquitur: *Stat propositum Dei super timentes eum, eorum dissimulans mala, & remanens bona, ut eis*

*miro modo non modo bona, sed & mala cooperentur in bonum. & post pauca ex 1. Ioan. 3. subiungit: Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, quia generatio celestis seruat eum. Generatio celestis æterna prædestinatio est, qua electos suos Deus dilexit, & gratificauit in dilecto Filio suo ante mundi constitutionem; sic in sancto apparentes sibi, ut viderent virtutem suam, & gloriam suam, quo eius forent consortes hæreditatis, cuius apperent conformes imaginis. & serm. 1. in Septuag. initio: *Omnis, ait, qui natus est ex Deo, non peccat, quia generatio Dei seruat illum: hoc est, non permanet in peccato, quia seruat illum vique, ut perire non possit, ea, quæ falli non potest, generatio celestis.**

17. Ex utroque Bernardi testimonio colligo tria. Primum, prædestinatos eo sine iustificari à Deo, ut sint consortes hæreditatis Christi Domini. Secundum est, prædestinationem esse causam, ex qua infallibiliter sequitur, ut prædestinati, si peccauerint, redeant in gratiam, & in ea perseuerent, & illis omnia mala cooperentur in bonum. Tertium, hæc omnia venire ex libero proposito, & voluntate Dei non præcognita ratione discriminis ex parte nostra.

18. Præterea serm. 67. in Cantica Deum inducit loquentem cum Ecclesiæ: *Neque ut te eligerem, tua merita inueni, sed præueni. Quæ, & alia cum Bernardus depromperit ex Augustino, intelligit de electione non solum ad gratiam, sed etiam gloriam. Possunt eadem colligi ex sermone 68. in Cantica post med. præfertim ad illud Ezech. 36. *Non propter vos, sed propter me ego faciam, dicit Dominus. & ferè toto serm. 78. in Cantica, non longè à principio.**

19. Anselm. de concor. grat. & liberi arbit. cap. restat, colum. 8. & 9. significat ex Dei libera electione procedere quod vnum hominem à peccato liberet, relicto alio, cui supposita derelictione infallibile sit à peccatis in peccata ruere, & omnia ei in odium conuerti. Verba illius sunt: *Quoniam homo electi spiritus vadens, & non rediens; postquam sponte cadit, nullo modo potest resurgere, nisi gratia releuetur: sed merito suo de peccato in peccatum usque in abyssum peccatorum demergitur, nisi misericordia retineatur. Ita ut etiam bonum ei veritatem in odium, & sit ei in morte. Vnde Apostolus 2. Corinth. 2. *Christi bonus odor sumus Deo; alius quidem odor mortis in mortem; alius odor vitæ in vitam: propter quod dicitur quod cui vult miseretur, & quem vult indurat. Qui etiam in cap. 9. ad Rom. 8. in id: *Antequam quidquam boni egissent, aut mali, ut secundum electionem, &c. Propositum, inquit, iustificationis manet, non secundum debiti, sed secundum gratie electionem, qua eligendos facit Deus non inuenit; quia Deus facit, ut homines faciant opera, quæ Deus possit eligere. Et postea docet inter eligendos præsupponi distantiam vnius ab alio, sed hanc distantiam causari à Deo merè gratis. Et in ea verba: *Miserere, cuius miserere, clarius docet Iacob, & Esau æqualiter reos, & indignos diuina misericordia, vnum fuisse iuste relictum, alium verò merè gratis liberatum, cum posset iuste relinquere. Idem Anselm. Roman. 11. ad illud: *Reliquias secundum electionem gratie, &c. ait: Præsciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratie fuerat ipse facturus: hoc est, prædestinauit.*****

20. Glossa toto cap. 9. ad Rom. sententiam, & verba Augustini de electione, & prædestinatione tradit; ac præfertim ex eadem massa hominum, cum tota sit damnatione digna, Deum pro sua

libera misericordia elegisse quosdam homines, & iuste reprobasse alios, quos posset misericorditer & efficaciter saluare, si vellet, ut saluauit prædestinatos. Vide præfertim à verbo, *miserere*; & in verbo, *quid adhuc*, ait glossa: *Postquam constat ex voluntate Dei esse, quare inquitur, vnde alius sit bonus, & alius sit malus. Non est opus, quia talis erit quisque, qualem vult esse Deus; & ideo iuste alium damnat, alium saluat.*

Concilium Valentinianum sub Leone IV. c. 3. initio: *De prædestinatione, inquit, placet iuxta auctoritatem Apostolicam, quæ dicit: An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam? ubi & statim subiungit: *Quod si volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta, sine preparata ad interitum, ut ostenderet diuitias gratie sue in vasa misericordie, quæ preparauit in gloriam? fidenterque fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem: in electione tamen saluandorum, misericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem periturorum, meritum malum præcedere iustum Dei iudicium. Prædestinatione autem Deum ea tantum statuisse, quæ ipse vel gratuita misericordia, vel iusto iudicio facturus erat, secundum Scripturam, dicentem: *Quis fecit, quæ futura sunt. In malis vero ipsorum malitiam præscisse, quia ex ipsis est: non prædestinasse, quia ex illo non est. Penam sanè, malum meritum eorum sequentem, vult Deum, qui omnia prospicit, præscinisse, & prædestinasse, quia iustus est: apud quem est, ut sanctus Augustinus ait, de omnibus omnino rebus iam fixa sententia, quam certa præscientia. Idem confirmant quæ sequuntur, in quibus omnibus, cum profiteatur Concilium imitari sententiam Augustini, planè voluit significare prædestinationem ad gloriam ante præuisionem meritorum ut absolute futurorum.***

Hugo Victor. erudit. Theolog. summa sent. tract. 1. capit. 12. post medium: *Quidam dicunt, inquit, hunc elegit, quia talem futurum cum esse præsciuit, qui in eum crederet, & seruiret ei. Sed hoc Augustinus retractat in libro retractationum, planè ostendens, quod si propter opera futura electus esset, iam non ex gratia electio esset. Si enim ex operibus (ut ait Apostolus,) iam non est gratia. Idem in libro de prædestinatione, Non quia futuros tales non esse præsciuit, ideo elegit: sed ut essent tales per ipsam electionem gratie sue, quæ gratificauit nos in dilecto Filio suo. Cum ergo prædestinauit, opus suum præsciuit. Consonat etiam in sequenti contextu.*

Laurent. Iustinian. in fasciculo amoris, cap. 10. inter med. & fin. *Vt quisque eligatur, inquit, ad vitam, gratificetur ad veniam, & in vniuersitate persistat, in Dei pendet arbitrio. Quem enim prædestinauit ad gloriam, per gratiam vocando iustificat. Et proposito exemplo Iacob, & Esau, concludit cum Apostolo: *Cui vult miseretur, & quem voluerit indurat. & post pauca: *Qui ad gloriam promouuntur, priusquam fierent, prædestinati sunt, eorum nullis præcedentibus meritis. Multisque confirmat eandem sententiam.***

Similia scribit cap. 17. propius ad principium, quam ad med. & serm. de sancto Mathia circa medium, & serm. in festo S. Matthæi Apostoli sub initium: *Cui voluerit, ait, miseretur, & quem vult indurat; ita tamen ut nullius personam accipiat. Nam est quem eligit, ac præuenit in benedictionibus dulcedinis, id non ex operibus agit iustitiam, neque ex præcedentibus meritis, sed nimirum ex sola gratia, atque*



atque beneplacito suo, quod quos predestinauit, vocat, & iustificat, ut glorificet. Quos autem non vocando indurat, sine indignatione, & absque ulla percipit iniustitia.

SECTIO VI.

Præscientiam præcticam, & factiuam meritorum intelligunt Patres, qui rationem predestinationis reddunt ex præscientia, præcipue uero Chrysostomus.

1. Hæc explicatio probatur primò uerbis Augustini lib. de bon. perseverant. c. 18. ad fin. ubi, Hæc est, inquit, illa electio, qua eos, quos uoluit, elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti, & immaculati in conspectu eius in claritate, predestinans eos in adoptionem filiorum. Nullus igitur, qui hæc intelligit, negare, uel dubitare permittitur, ubi ait Apostolus: Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit, predestinationem significare uoluisse. Præsciuit enim reliquos, quos secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturus. hoc est ergo, predestinauit, sine dubio enim præsciuit, se predestinauit: sed prædestinasse, est hoc præscisse, quod fuerat ipse facturus. Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos uerbi Dei tractatores legimus Dei præscientiam, & agit de uocatione electorum, eandem predestinationem intelligere? Magis autem fortasse uoluerunt hoc uerbo in care uti, quod & facilius intelligitur, & non repugnat, imò & congruit ueritati, qua de predestinatione gratiæ prædicatur. Sine dubio loquitur Augustinus potissimum de primariis actibus suæ Theologiæ, Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, aliisque similibus. Supposita uero modestia, qua solet Augustinus ad sobrietatem sapere, magni ponderis est censura, quam continuo subdit: Hoc scio neminem contra istam predestinationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.

2. Confirmatur, nam & Augustinus ipse variis in locis præscientiam præmittit ut rationem predestinationis, & tamen se ipsum explicat eodem modo, quo Patres alios nuper explicuit. Insuper propugnatores Augustinianæ predestinationis Prosper, & Fulgentius aliquibus in locis eodem modo loquuntur, ut uidimus in præfati disput. sect. 2.

3. Probatur secundò, quia Chrysostomus, ac cæteri Patres in hac, & sequentibus sect. referendi non possunt intelligi de præscientia meritorum, qua uideantur in se ipsis tanquam absolute futura: debet igitur intelligi de alia priori præscientia, per quam in suo decreto Deus præcognoscit opera, qua decreuit facere, ut nos faciamus. Antecedens probatur hoc syllogismo. Scientia supponens Deum decreuisse aliquid, ac liberè fecisse, non potest diuinam prouidentiam dirigere quasi ratio, propter quam Deus uelit, ac decernat illud ipsum facere potius, quam aliud. Sed meritum non potuit præiudicari tanquam absolute futurum, nisi supponatur prius Deum decreuisse talè inspiratione dare sub talibus circumstantiis, quas sciebat esse opportunas. Ergo præuisio talis meriti tanquam absolute futuri non potuit diuinam prouidentiam dirigere quasi ratio, propter quam huic homini potius, quam alteri, nunc

Scientia futurorum in decreto.

potius, quam in alio tempore tale meritum inspiraret.

Quo supposito sic ulterius progreditur argumentum. Chrysostomus, & alij Patres in hac & sequentibus sectionibus referendi manifestè docent præscientiam futura cooperationis, & assensus esse rationem, propter quam Deus talem uocationem nunc potius, quam in alio tempore inspirauit: ergo non potuerunt intelligere præscientiam cooperationis, & assensus tanquam absolute futuri, sed solum ut conditionaliter futuri præcindendo à decreto, quo supposito iam præsciuntur ut absolute futura.

Confirmatur, & simul euasione via præcluditur, quia præscientia Dei non dirigit executionem ad extra, nec est ratio determinandi ad illam, nisi quatenus dirigit, & est ratio, propter quam Deus ad intra suam uolitionem, liberumque decretum determinat ad talem executionem: ergo præscientia futuri assensus, quæ fuit ratio dirigens, propter quam Deus tali tempore uocauit, & tali uocatione, fuit ratio dirigens, propter quam Deus ad intra suam uolitionem, liberumque arbitrium determinauit ad talem uocationem tali tempore exequendam, ac subinde talis præscientia fuit prior, quam supponeretur absolute futuritio uocationis, & assensus, siue cooperationis.

Probatur tertio, quoniam Chrysostomus & alij Patres in hac & sequentibus sectionibus referendi docuerunt in aliis locis predestinationem, electionem, seu gratiam Dei uoluntatem esse causam futurorum meritorum (quod de singulis Patribus in particulari retulimus supra sect. 3. 4. & 5. notantes eorum uerba.) Ergo merita quasi absolute futura non præsciuntur ante electionem, & predestinationem iuxta eorum sententiam; nisi dicas, illos consequenter fuisse locutos. Quod sapientissimis Ecclesiæ Doctoribus erit indignum, oblata potissimum facili, & expedita uia defendendi coherentiam, & consequentiam dictorum.

Confirmatur primò, quia præuisio rerum, tanquam absolute futurarum, sicut supponit eas res iam actu existentes, ita supponit iam existere qualibet principia, quæ requiruntur ex parte causæ efficientis, ut illis præbeat existentiam. Ergo præuisio meritorum, tanquam absolute futurorum, supponit electionem, & predestinationem; si hæc est illorum causa; & consequenter præuisio hæc non poterit esse prior, & causa predestinationis, seu electionis.

Confirmatur secundò, semper enim tenenda est illa uia, quæ præstantissimos Doctores Ecclesiæ non solum inter se inuicem, sed etiam cum Scripturæ testimoniis bene intellectis conciliauerit. Hoc autem præstabitur, si Patres infra citandos intelligamus de præscientia conditionaliter futurorum. Sic enim omnes conspirare poterunt ad asserendam, & propugnandam predestinationem ante præuisa opera tanquam absolute futura, cuius uideelicet nulla fuerit causa discriminis ex operibus præuisis, propter quam unus homo potius, quam alter prædestinetur. Cuius oppositum affirmarent Patres infra citandi contra se ipsos, ac præcipue contra Paulum, & Augustinum; si loquerentur de præscientia meritorum, qua uidentur in se ipsis tanquam absolute futura.

Probatur quartò, causalis enim à Patribus re-

4. Progreditur argumentum.

5. Præscientia quomodo dirigit executionem.

6.

7. Præuisio meritorum electionem supponit.

8.

9.

Ratio necessaria ut Deus cerio predestinet.

perita multoties, quia præsciuit, commodè significare potest causam simpliciter necessariam, ut tunc Deus absque frustrationis periculo prædestinare ualeat, licet non sit causa determinans ad prædestinandum, nec proponens ullam rationem discriminis, propter quam hic homo potius, quam alter, prædestinetur. Huiusmodi autem causa fuit præscientia conditionata, qua Deus præsciuit, quibus mediis, & circumstantiis quilibet homo circumuentus consentiret uocationi, & perseveraret in gratia.

10. Quapropter ita limitando, & explicando causam, rectè conceditur, præscientiam conditionatæ futuritionis esse causam predestinationis, quatenus ex parte intellectus tribuit potentiam prædestinandi; potètia uero propriè dicitur esse causa operationis, etiam si non determinet ad illam. Hoc enim sensu Ioan. 11. Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Vbi lucem huius mundi uidere, non est causa necessariò determinans ad uitanda offendicula, cum uoluntariè nonnunquam ioculatores, ac derisores offendant, etiam si lucem huius mundi uideant. Sic etiam potentia motiua digitorum est uerè causa scribendi, uel pulsandi citharam, uel ædificandi, quamuis ad nullam istarum actionum determinet.

11. Probatur quintò, quoniam antiquiores, & grauiore Scholastici Chrysostomus, uel Ambrosium, uel Origenem, ita cum Augustino conciliant, quia præsupponitur præscientia boni uisus gratiæ tanquam finis, & effectus à Deo causandus, quem Deus sine prædicta præscientia non posset intendere, nisi dubio, & ancipiti euentu. Ita S. Thomas Ambrosium exponit, de uerit. quæst. 6. art. 2. ad 1. Cui consonat in præfati quæst. 23. artic. 5. ad 1. & Roman. 8. lect. 6. post medium, illis præsertim uerbis: Eos prædestinare non poterat, nisi præsciret. Sic etiam Ambrosium intelligit Albertus 1. p. quæst. 63. art. 1. ad fin. corpor. & ad 4. nec non Alexander 1. p. quæst. 28. memb. 3. art. 1. fin. Hugo Victor. Rom. 9. hinc, & alij Scholastici, præcipue recentiores, quos fuis retulimus alibi.

12. Sic ergo intelligenda sunt, quæ sequuntur, testimonia Chrysostomi. Nam Matth. cap. 9. homil. 41. prope initium: Sed cuius rei gratia, inquit, non cum Petro simul, ac Ioanne, & alijs discipulis ipsum uocauit? Certè quemadmodum tunc ad illos accessit, uocauitque, quando obtemperaturos sciebat, sic Mattheum quoque nunc uocauit, quando miraculosum fama perdomitum, minime reluctaturum uidebat. Quæ de causa etiam Paulum post resurrectionem piscatus est. Nam qui corda scrutatur, & occulta mentium perspicit, is etiam, quando unusquisque ad obediendum paratus erat, non ignorauit: propterea non continuo incipiens, quando diuor fuit, sed post mille miracula, & insignem, at quem prouulgatum de se sanam, aptiorem iam ad obtemperandum uocauit.

13. Ad ceteros eandem rationem ampliat Chrysostomus.

Ad ceteros prædestinatos eandem rationem uocandi Chrysostomus ampliat in eisdem commentariis homil. 65. colum. 5. dicens: Sed cur nam, inquit, non statim omnes conduxit? (videlicet operarios in uincam suam,) & respondet: Omnes quidem ille ab initio conduxisse uoluisse; si uero non omnes eodem tempore paruerunt, à uoluntate uocatorum hæc differentia resultauit: idcirco alij manè, alij tercia, alij sexta, alij nona, alij undecima hora uocantur, quia tunc obtemperaturi erant. quod & Ruiz de Prædestinatione.

Paulus aperitè significauit, dicens: Quando autem acceptauit Deus, qui separauit me à ventre matris mee? Quando porrò Deus uoluit? quando cerè obtemperaturus erat. Nam ipse à primis etiam incubulis uoluisse: sed quia illum renixurum sciebat, tunc uoluit, cum animam ipsius penetratam uocationem non ignorabat. Sic & latronem cum postea uocauit, potuisset antea ipsum uocasse, sed uocatus ille non paruisset. Perpende causales, idcirco, quia tunc obtemperaturi erant. & iterum, quia illum renixurum sciebat, &c. ac denique latro si uocatur antea, non paruisset.

Eandem omnino præscientiam intelligit, per temporum opportunitates Deo notas, quando hom. 4. de laudibus Pauli, colum. 1. quaestione proposita: Cur non antea uocatus fuerit, responder: Ne uelis esse curiosus, sed concede incomprehensibili Dei prouidentia, salutes hominum notis sibi temporum opportunitatibus ordinari. Sic enim ferebatur ipse, dicens: Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris mee, uocauit per gratiam suam.

Rurfus ad Rom. 9. serm. 16. colum. 8. & 9. multa scribit ad eandem sententiam pertinentia. Ex quibus tandem colum. 10. colligit: Præscientia siquidem istud erat, quod ex eodem partu sibi elegit, ut appareret, inquit, manifestaque fieret electio Dei, iuxta præscientiam facta. A primo namque statim die & cum, qui bonus erat futurus, & eum, qui non item, cognouit, & pronunciauit. & colum. sequenti: Unde & dixit: Iacob dilexi; Esau uero odio habui, idque non iniuste. Tu siquidem ex ipso sine illos cognouisti; ipse uero etiam ante manifestè cognouit. Obserua præscientiam eius, qui bonus erat futurus, & qui malus erat futurus, iuxta quam electio facta est.

Quo sensu non solum diuinæ benignitatis, sed etiam uirtutis eorum, qui eliguntur, indicium esse electionem scribit serm. 1. ad Ephes. colum. 3. Quod si homines, inquit, si quando eligunt, optima sibi deligunt, multo magis Deus. Eligens uero & diuinæ benignitatis indicium est, & uirtutis eorum, qui eliguntur. Omnino siquidem probatos elegit. Electionem uero futura probatatis præscientia gubernari paulo inferius notat: Neque ex sola dilectione, neque ex sola nostra uirtute est, sed ex ueritate. Elegit enim nos, inquit. Eligens uero, nouit quid eligat (in dilectione, inquit, predestinans nos.) Sed neminem utique sua uirtus saluauit, dilectione Dei non existente.

Et in sequenti serm. 2. sub initium: Sors, inquit, non uirtutis, sed, ut dicitur, euenus est: tanquam si diceret, missa sorte nos elegit; omnino uero iuxta electum, liberumque propositum predestinatos: hoc est, predestinauit, quos sibi ipsi delegerat, iuxta quod non uidit ante, quam in sortem assigneremur. Admirandum siquidem est Dei præscientiam, omnia prius, quam nascantur, cognoscens. Obserua præuisiorem priorem sorte, & iuxta quam homines assignantur in sortem. Hæc igitur omnia suo iure repositum explicari, quemadmodum probatum est initio præfatis sectionis.

SECTIO VII.

Intellectus idem ad similes sententias aliorum Patrum Græcorum adhiberi debet.

1. Cyrillus Alexandrinus in duodecim Prophetas, nuper editus à Pontano, Malach. 1. sub initium, K

initium, ad illud: *Cum nondum nati fuissent, &c. Non est, inquit, iniustus Deus, nec iniquam, aut ancipitem, seu variabilem fert sententiam in unumquemque mortalem; sed cum tanquam Deus amborum futuras actiones, & utriusque mores, prænosset, meliorem, & sanctiorem complexus est; ut, exempli causa, etiam Beatum Hieroniam prius, quam illum formaret in utero, nouisse se dicit, & sanctificasse, antequam de vulua exiret. Sciebat utique, sciebat eum Prophetam futurum, & ad futura prænuccianda legatum idoneum. Ergo præscientia futurarum actionum ratio fuit, propter quam Dei electio nec iniqua, nec anceps, aut variabilis fuit, sed omnino certa.*

2. Theodoret. Malachiæ 1. ad illud: *Iacob dilexi, &c. illum, inquit, quidem odio persecutus sum, propter malitiam morum; dilexi vero Iacob, quod virtutis studiosus esset. Eadem mente futurorum præscientiam, quæ præcessit prædestinationem, ac reprobationem, Theodoretus exponit Roman. 8. ad illud: Quos autem prædestinavit, hos & vocavit, &c. Quorum, inquit, propositum præsciuit, eos ab initio prædestinavit: prædestinatos autem, ac prescitos etiam vocavit. & post pauca: Ceterum nemo præscientiam horum causam esse dicat; non enim præscientia eos tales effecit, sed Deus, ut Deus, quo futura erant procul prospexit. Neque enim si ferocem equum videns frenum mordentem, & seferem minime tolerantem, dixerim eum precipitio appropinquantem casturum, deinde id, quod dixi, euenerit, non ego equum inieci in precipitium, sed quod futurum erat, prædixi, ex equi ferocia coniecturam faciens. Deus autem vniuersorum omnia procul videt, ut Deus.*

3. Et in sequenti cap. 9. ad illa verba: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, &c. ait: Sed tamen hic quidem Deo charus, ille vero fuit indignus, cuius Deus curam gereret. Et non expectavit Deus rerum experientiam, sed dum adhuc utero gerebantur, eorum differentiam prædixit. Prædixit autem, cum eorum propositum præsciisset. Non est enim iniusta electio, sed quæ hominum propositum conuenit. & longè inferius. Illud, inquit, ad ea preparavit in gloriam, diuinam præscientiam declarat. Illud enim etiam in istis, quæ prius dicta sunt, docuit, cum dixit: Quos præsciuit, & prædestinavit conformes imaginis Filij eius. Apostolo enim scopus est, & institutum ostendere, quod eos, qui digni sunt salute, solus nouit vniuersorum Deus; nullus autem ex hominibus. Vide præscientiam futurorum meritorum, & dignitatis, quæ prærequiritur in Deo, ne sit iniusta eius electio.*

4. Magis præcipuum est Theophylacti testimonium pro supradicta prioritate præscientiæ, quæ sic exponit illud Roman. 8. *Quos præsciuit, & prædestinavit, videlicet, præcognoscit Deus eos, qui vocatione digni sunt, deinde sic prædestinat. Prior itaque est præscientia, postea sequitur prædestinatio. Prædestinationem autem intelliges impermutabilem Dei voluntatem. Prænouit itaque Paulum vocatione dignum esse, sicque prescivit, seu prædestinavit, hoc est, impermutabiliter decreuit, adeoque statuit vocare ipsum. Rursus ad Ephel. 1. sub initium, Theophylactus ita scribit: Quod (Paulus) ait, elegit, Dei clementiam declarat, ipsorumque virtutem: omnino enim eos, qui futuri sunt, prescivit.*

5. Oecumenius ad Rom. 8. *Quos præsciuit, ait, hos etiam prædestinavit; quia secundum propositum sunt: quos autem prædestinavit, hos & vocavit, quia secundum propositum sunt. Et nihil absurdum occurrit, si quibus-*

*dam Deus beneficiat, quibusdam vero non. Cum enim subditur, secundum propositum, statuitur illorum virtus, qui secundum propositum propositum crediderunt, & sic à personarum respectu Deus liberatur.*

6. Clarius autem ex Photio in sequenti cap. 9. illud: *Ut secundum electionem propositum Dei maneret, ita exponit: Id est, electio, quæ secundum scientiam est. Dicendo propositum Dei, consilium eius significauit; dicens vero, secundum electionem, ostendit, quod à se inuicem differrent. Nullus enim alterum præ altero eligit, nisi hoc ab illo in aliquo dissidet. Dicens autem: Non ex operibus, vocationis, ac gratia ipsius magnitudinem demonstrauit, nam etiam cum nihil operati sint, eligit, & adsciscit. Verum, si cum nihil operati sint, eligit, quo pacto eligit; nobis etenim electio sit in his, quæ in aliquo differunt: qui autem nihil operati sunt, in quo differunt? Maximè. Humanis namque oculis, cum nihil egerint, in nullo differunt: diuina autem futuri præcognitione plurimum differunt. Nam ille quidem gratus fuit Deo, hic autem non. Vocatio itaque non ex operibus facta est, sed iustitia homines latebat. Cernis quomodo Photius, apud Oecumenium, præscientiam futurorum cum magnitudine gratiæ coniunxerit, quæ vocando abique meritis fuerit causa pietatis.*

7. Origenes in comment. ad Rom. lib. 7. ad illud c. 9. *An non habet potestatem signum ex eadem massa, facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, ait: Iacob, qui emundauit semetipsum, fecit vas ad honorem; Esau vero, cuius animam non ita puram, nec ita simplicem vidit, ex eadem massa fecit vas ad contumeliam. Ut autem scias, quod pro puritate, & simplicitate animo Iacob factus fuerit ad honorem vas, audi, quale ei diuina Scriptura simplicitatis testimonium perhibet. Et erat, inquit, Iacob homo simplex habitans domum; quia priusquam nasceretur, dicitur de eis: Iacob dilexi; Esau autem odio habui.*

8. Hanc autem præscientiam magis explicuerat paulo superius in id: *Ad hoc excitauit te, &c. Certum est, inquit, Deum non solum scire vniuersisque propositum, ac voluntatem, sed & præscire. Sciens autem & prænoscentem, tanquam bonus dispensator & iustus, vniuersisque motibus & proposito utitur ad ea operi perficienda, quæ vniuersisque animus, ac voluntas eligit. Quod declarat similitudine patrisfamilias, aut regis; ac deinde subiungit: Verum quoniam non latet eum, siue patrisfamilias, siue Rex esse sit, quod necesse sit interdum rebellare subiectos, & disciplina iura corrumpere, & ab hoc correctione ac verberibus indigere; necesse est ergo, ut eligit ex omnibus apta ad hoc ingenti, si qua illa sunt atrocius incitata, quæ suis quidem motibus ferantur; emendationem tamen delinquentibus necessariam conseruant. Ex utroque igitur testimonio constat apud Origenem præscientia futurorum dirigi prædestinationem, electionem, ac reprobationem. Quod idem duriori modo loquendi docet in eodem lib. 7. post medium ad illud capitis 8. Quos præsciuit, & prædestinavit, &c.*

9. Validius tamen argumētum sumitur ex eiusdem commentariis Origenis ad Rom. lib. 1. colum. 3. circa illud: *Segregatus in Euangelium Dei; vbi refutans errorem dicentium, Paulum segregatum esse ex utero matris sue ab hoc, quod in eo nature bonitas erat. Nos, inquit, dicimus, quod neque Paulus fortuito, aut naturali differentia electus est; sed electionis sue causas in semetipso dedit ei, qui sit omnia, antequam fiant. & post pauca: Causus in eo, & merita, quibus in hoc segregari debuerit, vidit ille, quem non latet mens. Præuidit enim quod abundantius, quam ceteri omnes, laboraturus esset in Euangelio, quod*

*in fame & siti, in frigore, & nuditate, periculis latronum, periculis fluminum, periculis maris, prædicaturus esset Euangelium Christi, sciens quod via esset sibi, si non euangelizaret, & quod maceraturus esset corpus suum, & seruituti subiecturus, ne forte cum alijs prædicaret, ipse reprobus efficeretur. Hac ergo, & his similia, & alia multa in eo de ventre maris præsuidens Iesus, pro his segregauit eum in Euangelium.*

10. Hanc autem doctrinam ad omnes prædestinatos ampliandam esse probat Origenes: *Quia quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, euidenter ostendens, quod eos, quos præsciuit Deus tales futuros, ut Christo se in passionibus conformarent, ipsos etiam conformes ac similes imaginis eius prædestinavit & gloria. Præcedit ergo præscientia Dei, per quam noscuntur, qui in se labores, & virtutes habituri sint, & ita prædestinatio sequitur: nec tamen rursum prædestinationis causa putabitur præscientia. Quod enim apud homines vniuersisque meritorum pensatur ex præteritis gestis, hoc apud Deum indicatur ex futuris, & valde impius est, qui in hoc non credit Deo, ut quod nos in præteritis videmus, hoc ille videat in futuris.*

11. Quod autem præscientia incredulitatis, vt conditionaliter futura, supponatur ad permissionem incredulitatis, & reprobationem, colligitur ex Iræneo lib. 4. c. 38. ad med. dicente: *Qui est absconditorum cognitor, qui scit omnia ante, quam fiant, propter hoc dixit: Iacob dilexi; Esau autem odio habui. In eodem lib. 4. cap. 48. post med. ait: Quotquot scit non crediduros Deus, cum sit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiusmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt; quid mirum, si & tunc nunquam crediturum Pharaonem, cum his, qui cum eo erant, tradidit eos sua infidelitati?*

12. Theodulus ad Rom. 9. paulo ante med. illud; *Miserebor, cuius miserebor, ita declarat: Non enim tuum est, o Moyses, nouisse, quinam clementia digni sint, verum istud mihi permittite. Homines quidam post natiuitatem fortasse quicquam animaduertunt, ceterum Deus prius, quam quisquam nascatur, nouit, quid sit in homine. Porro Esau, seu impius, odio est habitus. Et post pauca notat, idem esse, ac si Deus dixisset: Ego noui, quinam digni sint salute, & quotquot indigni. Et inter med. & finem, de vasis misericordiæ, quæ preparavit ad gloriam, ait: Preparavit autem, postquam dignos cognouit, per fidem. Intelligit autem formatam, & actuolam fidem, ex Dei gratia, & prædestinatione venientem, vt constat ex his, quæ dixerat in præcedenti cap. 8. inter med. & fin.*

13. Anastasius Episcopus Nicenus quæstionibus in Scripturam q. 59. circa med. sic de præscientia, & prædestinatione differit: *Cum ergo dixisset Apostolus: Quos præsciuit, & prædestinavit; soluit quod queritur, utpote, præsciuit Deus fore, ut non paeniteret Pharaonem, & indurauit cor eius dilectione, & lenitate, quæ eum ad tantum deduxit contemptum, & audaciam, ut etiam aquis fuerit obrutus. Similiter præsciuit Ieremie rectitudinem, & prædestinavit eum existere vas electionis: si ergo quem vult Deus seruat, quem autem vult, perdit; neque qui seruat, dignus est mercedis, neque qui perit, supplicio. Quam sententiam eum author ex Chrylostomo fateatur acceptam, credendus est intellexisse iuxta mentem Chrylostomi probatam tota scet. præcedenti.*

14. Mens eadem, licet obscurior, fuit Alexandri Philonis apud Turrimum lib. 4. pro epist. Ponticæ de Prædestinatione.

tific. cap. 2. post med. qui in lib. 1. allegoriarum explicans illud Deut. 30. *Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam, & bonum, & contrarium mortem, & malum; elige ergo vitam, ut viuas, ait: Beata res est, quod cum utrumque aut hor proposuerit, quod melius est anima potest suscipere: beatus autem est, quod non ipsa ex se eligit, sed aut hor eam adducat, & meliorem faciat. Non enim ex se humana mens eligit bonum, sed secundum præscientiam Dei, donantis optima his, qui digni sunt. Et post pauca cõfirmat verbis Num. 16. apud Septuaginta: *Nouit Dominus suos, & Sanctos suos adduxit ad se: & quos non elegit sibi, non adduxit ad se. Quod ait, secundum præscientiam, idem est, ac si diceret, secundum prouidentiam procul aspicientem, atque præuidentem futura.**

## SECTIO VIII.

## Latinis Patribus eadem expositio debetur.

1. Hieronymus Malach. 1. colum. 3. simul tractans argumentum Apostoli Roman. 9. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui; Israël, inquit, id est, iustissimus Dei vult dilectionis eius in se scire rationem. Dominusque respondit, Esau; & Iacob de vna stirpe generatos: hoc est, vitia, atque virtutes ex vno cordis fonte procedere: dum ex arbitrij libertate in utramque partem, ut volumus, declinamus. Videlicet ad virtutes per arbitrium supernaturaliter excitatum & adiutum, ad vitia vero per solas vires arbitrij. Vnde post pauca colligit: Porro dilectio & odium Dei, vel ex præscientia nascitur futurorum, vel ex operibus: alioquin nouimus, quod omnia Deus diligit, nec quiquam eorum oderit, quæ creauit: sed proprie eos sua vindicet charitati, qui vitiorum hostes sunt, & rebelles.*

2. Eundem locum Apostoli tractans ad Galat. c. 1. ad illud: *Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris mee, ad argumentum quoddam hæreticorum: Potest, inquit, simpliciter responderi, hoc ex Dei præscientia euenire, ut quem scit iustum futurum, prius diligit, quam oriatur ex utero: & quem peccatorem, oderit ante, quam peccet: non quod & in amore, & in odio iniquitas Dei sit; sed quod non aliter eos habere debeat, quos scit vel peccatores futuros esse, vel iustos: nos ut homines tantum de presenti iudicare; illum, cui futura iam facta sunt, de fine rerum, non de exordijs ferre sententiam. Huius solutionis veritatem non retractat Hieronymus, sed tantum admonet altiora quædam circa prædestinationem & gratiam inquirenda restare, licet continuo subiungat: *Et hæc quidem simplicius dicta sunt, & absque ulteriori differentione possunt utrumque placere lectori.**

3. Propterea licet commentaria in epist. ad Rom. sub inscriptione Hieronymi falso ci adscripta esse credantur à sapientioribus: nihilominus plurima fragmenta ex variis libris eiusdem Doctoris reperiuntur inserta prædictis commentariis, quemadmodum ad Rom. 9. insertum est ex epist. 150. ad Hedibiam q. 10. & ad illud: *Iacob dilexi, transcribuntur ad verbum non pauca ex nuper citato c. 1. Malachiæ, retinendo eius sententiam quantum ad alia verba, quæ adiungit, qualia sunt: Quos præsciuit de gentibus credituros, elegit; & ex Israël reiecit incredulos. & infra: Miserebor, cui miserebor, & misericordiam prestabo. Hoc recto sensu ita intelligitur: Illius miserebor, quem præsciui posse*

misericordiam promereri, ut iam tunc illius sim miser-  
tus. Iuxta eandem sententiam in praecedenti c. 8.  
dixerat, Quos praesciuit. Secundum quod proposuit so-  
la fide saluare quos praesciuerat credituros. Sola fide  
intelligit merere gratis, & absque meritis. & post  
paucis: Quos praevidit conformes futuros in vita, vo-  
luit, ut fierent conformes in gloria.

4. Ambrosius Galat. 1. ad illud: Cum autem pla-  
cuit ei, qui me segregauit, &c. Videns, inquit, Deus  
emulationem eius bonam, sed scientiam ei doctae, pla-  
cuit ei vocare illum ad gratiam suam, sciens iam ido-  
neum hunc esse ad praedicandum Euangelium Filij eius  
gentibus; quia si in re minima tam velox & fidus erat  
audacia conscientiae, non adulatione cuiusquam: quan-  
to magis in praedicando dono Dei futurus esset constan-  
tior spe promissi praemij? Praescientia ergo Dei segrega-  
tus est de utero matris suae, id est, antequam nasceretur:  
vel statim natum, sicut Deus, futurum hominem  
bonum, sicut dicit ad Ieremiam Prophetam: Primum  
quam te formarem in utero, noui te, &c. Ita & Apo-  
stolum Paulum, sciens quid esset futurus, praeuenit  
eum; ut ante quam conuerteretur, vocaret eum, quia  
erat necessarius.

5. Idem Ephes. 1. non procul à principio: Sicut  
elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut esse-  
mus Sancti, &c. Praescius Deus omnium scit, qui cre-  
dituri essent in Christum, sicut dicit ad Rom. 8. Quos  
praesciuit, & vocauit nos, non solum ex Iudaeis, sed etiam  
ex gentibus. Quos ergo Deus vocare dicitur, persua-  
rant in fide. Rursus in lib. 5. de fide ad Gratianum  
cap. 2. multò propius ad finem, quam ad med. illud  
Matth. 20. Non est meum dare vobis, sed quibus  
paratum est à Patre meo, notat, dixisse Dominum,  
ut ostenderet Patrem quoque non petitionibus deferre  
solere, sed meritis, quia Deus personarum acceptor non  
est. Vnde Apostolus ait: Quos praesciuit, & prede-  
stinauit. Non enim ante praedestinauit, quam praesci-  
ret: sed quorum merita praesciuit, eorum premia  
praedestinauit.

6. Ex quibus euidenter inferitur, non esse dubi-  
tandum, quin ex Ambrosiana doctrina fuerit ac-  
ceptum, quod scribitur in commentariis ad Rom.  
quae circumferuntur inter opera Ambrosij ad illa  
verba capitis 8. Quos praesciuit, & praedestinauit.  
Istos, inquit, quos praesciuit futuros sibi deuotos, ipsos  
elegit ad promissa praemia capeffenda. & paulo infe-  
rius. Quos praesciuit Deus aptos sibi, hi credentes per-  
manent, quia aliter fieri non potest, nisi quos praesciuit  
Deus, ipsos & iustificauit: ac per hoc & magnificauit  
illos, ut similes fiant Filio Dei.

7. Iterum autem in cap. 9. ad illud: Cum nondum  
nati fuissent, &c. Sciens enim quod vnusquisque il-  
lorum futurus esset, dixit: Hic erit dignus, qui erit mi-  
nor: & qui maior, erit indignus. Vnum elegit praescien-  
tia, & alterum spreuit. Et in illo, quem elegit, propo-  
situm Dei manet: quia aliud non potest euenire, quam  
scit, & proposuit in illo, ut salute dignus sit. Quibus  
significat, electionis certitudinem ideo frustrari  
non posse, quoniam ducitur praescientia futuro-  
rum, quamuis Dei electio & propositum sit cau-  
sa futurae dignitatis. Hoc enim significat illud:  
Proposuit in illo, ut salute dignus sit. Sicut paulo infe-  
rius de reprobis ait: Praescius Deus mala illos vo-  
luntatis futuros, non illos habuit in numero bonorum.  
& infra: Praescientia est, qua definitum habet qualis  
vnuscuiusque futura voluntas erit. & iterum: Mi-  
sererebor eius, cuius misererebor. hoc est, eius misererebor,  
cuius praescius eram, quod misericordiam daturus es-  
sem, sciens conuersurum illum. & permansurum apud  
me. Et misericordiam praestabo ei, cui misericordiam

praestitero: id est, ei misericordiam dabo, quem praesci-  
ui post errorem recto corde reuersurum ad me. hoc  
est, dare illi, cui dandum est, & non dare illi, cui dan-  
dum est: ut eum vocet, quem sciat obaudire, illum au-  
tem non vocare, quem sciat minime obaudire. Videlicet  
vocatione secundum propositum, quae prop-  
ria est praedestinatorum, iuxta superiorem con-  
textum eiusdem cap. ad Rom. 9.

8. Sedulius Augustini contemporaneus in col-  
lectaneis epist. ad Rom. in illud: His, qui secundum  
propositum vocati sunt, ait: Quos praesciuit futuros de-  
uotos sibi, ipsos elegit ad promissa praemia capeffenda. &  
infra: Quos praesciuit credituros, hos vocauit: vocatio  
enim volentes colligit. & infra: Iacob, & Esau, qui ex  
vno sunt de Rebecca nati concubitu, antequam nasce-  
rentur, fidei sunt merito separati, ut propositio iam ma-  
neret: ita ergo & nunc quos praesciuit de gentibus cre-  
dituros elegit, & ex Israël reiecit incredulos. Gregor.  
in lib. 1. Regum suo lib. 5. cap. 4. inter med. & fin.  
ait: Loca demonum sunt, quia diuina praescientia in  
habitaculum Dei praordinati non sunt. & paucis  
interpositis: Qui ergo non praedestinati sunt, siue  
audiant doctorum verba, siue non audiant, vocari  
in Dei habitaculum nequeunt; quia per nequitiam, in  
qua sunt ante constitutionem mundi praecogniti, locum  
in se malignis spiritibus parauerunt.

Causa itaque propter quam ad Dei regnum  
vocari nequeunt, est libera malitia eorum, ab  
aeterno praecognita, quam Deus cum posset im-  
pedire, maluit permittere.

9. Prius etiam in eundem lib. 1. Reg. suo lib. 2.  
cap. 2. ad illa verba: Quia voluit Dominus occide-  
re eos, ait: Qui enim peccatorem vult viuere, ut con-  
uertatur; si hunc incommutabilem diuina praescientia  
noscit, occidit. Deus igitur vt mortem culpae vel-  
lit permittere, & propter illam inferre mortem  
poenae, supponit aliquam praescientiam, quod  
homines conuerti nolint, cum possint, vt ibi-  
dem probat Gregor.

Beda lib. variarum quaestionum quaest. 13. post  
medium tomo 8. colum. 406. concordiae funda-  
mentum praemittit his verbis: Si ergo in conspe-  
ctu eius semper fuimus, & praesentialiter nos videt;  
quales aut ex ipso futuri essemus in bonum, aut non ex  
ipso, sed ex nobis futuri essemus in malum, non incon-  
ueniens fuit, &c. Inde reprobationis cum libertate  
concordiam ita deducit: Prauitas nostra ab aeterno,  
mala in conspectu Dei ex sua nequitia praesentant:  
Deus illam ad mortem destinauit. Quid ergo? Coegit  
nos Deus, vt mali sibi videremur ab aeterno: absit. Nam  
potius nos coegimus eum, vt nos malos videret. Prae-  
destinationem denique cum libertate eadem praescien-  
tia conciliandam esse, subiungit: Sicut ergo  
praedestinatio ad mortem non coegit malos, vt pereant;  
ita etiam praedestinatio ad vitam non coegit bonos, vt  
saluerentur: sed cum Dominus bonos ad vitam prede-  
stinauit, ita eos praedestinauit, vt ipsa sua praedestina-  
tio meritis, & precibus nostris obtineatur.

10. Anselmus lib. de concordia praedest. & grat.  
c. 1. circa med. Hac, inquit, omnia Deus, qui scit om-  
nem veritatem, & non nisi veritatem: sicut sunt spon-  
tanca, vel necessaria videt, & sicut videt, ita sunt. Hac  
ergo consideratione palam est, quia sine omni repugnanti-  
a, & Deus praescit omnia: & multa sunt ex libera  
voluntate, quae antequam sint, fieri potest, vt nunquam  
sint: & tamen quodammodo sunt necessitate, quae ne-  
cessitas, vt dixi, descendit ex libera voluntate.

11. Rursus in cap. 2. de praedest. post med. declarat  
rationem concordiae cum libertate nostra, esse  
adhibendam in praedestinatione, & gratia, quae  
prius

prius data fuit circa praescientiam, eo quod praed-  
estinatio, & gratia supponant praescientiam, &  
ab illa certitudinem accipiant. Sicut praescientia,  
inquit, quae non fallitur, non praescit, nisi verum, sed  
erit aut necessarium, qui spontaneum: ita praedestina-  
tio, quae non mutatur, non praedestinat, nisi sicut est in  
praescientia. Et quemadmodum quod praescitur, licet  
in aeternitate sit immutabile; tamen in tempore ali-  
quando ante, quam sit, mutari potest; ita est per om-  
nia de praedestinatione. Patet igitur ex his, quae dicta  
sunt, si bene considerentur; quia nec praedestinatio ex-  
cludit liberum arbitrium, nec liberum arbitrium ad-  
uersatur praedestinationi: siquidem omnia illa, qui-  
bus supra monstrauimus, liberum arbitrium praescien-  
tia non repugnare, pariter ostendunt illud praed-  
estimationi concordare. Vide quae dicemus disp. 13.  
sect. 13. ad finem.

12. Idem ad Rom. 8. notat, literam Apostoli sic  
esse ordinandam: Nam quos praesciuit conformes fie-  
ri imaginis Filij, id est, imitatores futuros Christi,  
etiam praedestinauit, illos hoc fore. & post pauca:  
Quos ab aeterno praesciuit fieri conformes Filij sui, etiam  
praedestinauit, id est, per appositam gratiam prepa-  
rauit illos, vt verbo praedicationis crederent. Praedesti-  
natio est gratia preparatio, quae sine praescientia non  
potest esse, potest autem sine praedestinatione praescientia.

13. Concilium Valentinianum III. c. 2. profitetur:  
Neque prorsus vilo modo praescientiam Dei imposuisse  
necessitatem, vt aliud esse non possit: sed quod ille fu-  
turus erat ex propria voluntate, ille sicut Deus, qui  
nouit omnia ante, quam fiant, praescit ex sua omnipo-  
tentia, & incommutabili maiestate.

14. Hugo Victor. in elucidatorijs annotationibus  
epist. ad Rom. c. 9. sine. Haeresis, inquit, Manichaeo-  
rum sic omne bonum gratia adscribebat, vt liberum ar-  
bitrium tollerent. Haeresis Pelagianorum bonum fieri ab  
homine sine gratia posse asserbat. Doctores vero vtrum-  
que errorem destruerunt. Vbi vero Ambrosius dicit,  
quod Deus elegit Paulum, sciens illum esse correctu-  
rum, non intelligit, quod futurum meritum causa esset  
praescientia Dei: sed demonstrat liberum arbitrium gra-  
tia Dei cooperari, quod est contra praedictas haereses.

15. Idem ad Rom. quaest. 214. Sicut Filius, inquit,  
& Spiritus sanctus, cum vterque sit aeternus: tamen  
Filius causa est Spiritus sancti; sic secundum quosdam  
praescientia pertinet ad scientiam, & sic ad Filium;  
praedestinatio ad electionem, electio ad voluntatem,  
quae pertinet ad proprietatem Spiritus sancti; ideo-  
que sicut Filius est causa Spiritus sancti: sic & praescien-  
tia causa est praedestinationis, quam naturali-  
ter, non tempore praecurrit. Quae comparatio tem-  
peranda est ita, vt licet prioritas Filij sit realis &  
necessaria; prioritas tamen huius praescientiae  
respectu electionis sit tantum prioritas secun-  
dum rationem, & libera, quoniam electio po-  
tuit non esse. In eodem lib. quaest. 238. post med. & quaest. 248. causam discriminis inter  
reprobos, & praedestinos reducit ad eorum li-  
bertatem, quoniam praedestinati gratiae cedunt;  
sed reprobi gratiae resistunt.

16. Hypognost. apud Augustinum lib. 6. paulo post  
princip. Praedestinatio, inquit, à praesidendo, & praue-  
niendo, vel praordinando futurum aliquid, dicitur; &  
ideo Deus, cui praescientia non accidens est, sed essentia  
fuit semper, & est, quidquid antequam sit, sic praescit,  
praedestinat, & propterea praedestinat, quia quale fu-  
turum sit, praescit. Ideo & Apostolus: Nam quos praesciuit,  
inquit, & praedestinauit. & post pauca: Quod  
ergo bonum est, praescientia praedestinat: id est, prius  
quam sit in re praordinat.

Ruiz de Praedestinatione.

17. Glossa Roman. 9. transcribit ea verba, quae su-  
pra retulimus ex Ambrosij commentariis ad Ro-  
man. Eademque glossa in Psalm. 68. verb. libro  
viniuentium, ex Cassiodoro ait: Notitia Dei, qua  
praedestinauit ad vitam, quos praesciuit conformes fie-  
ri imaginis Filij sui. Laurentius Iustinian. serm.  
de S. Matthia post med. Futurorum, inquit, Do-  
minus praescius, qualis futurus erat, praedicabat, pre-  
dicando eligebat, eligendo autem arcana eius iudicia  
palam exhibebat.

18. Generaliter autem ad probandum praedestina-  
tionem esse posteriorem praescientiae meriti, aut  
demeriti, vt absolute futuri adduci possunt,

Primò, plures Patres afferentes, Deum aequali-  
ter prospicere omnium hominum saluti. Nam ex  
hac aequalitate colligitur, non à diuina prouiden-  
tia, sed à libero consensu, & cooperatione iu-  
storum prouenire discrimen praedestinatorum à  
reprobis. Verumtamen ij Patres agebant tantum  
de generalibus remedijs omnibus aequaliter pro-  
positis, qualia sunt redemptio, & merita Christi  
Domini, Sacramenta, sacrae literae, & interiora  
auxilia, quo gradu simpliciter necessaria sunt ad  
salutem. De horum explicatione diximus aliquid  
tom. de voluntate Dei, disp. 53. sect. 3. & 4. dice-  
musque plura disp. 18. sect. 2. & 3.

19. Secundò generaliter obiici possent aliqui Pa-  
tres, qui praedestinationem cum libertate concil-  
liant, eo quod praescientia interueniat, quae sup-  
ponit obiecti veritatem. Verumtamen ij debent  
intelligi de suppositione, qua scientia conditio-  
nata supponit in obiecto conditionatam futuri-  
tatem, vnde prouenit vt praescientia futurorum,  
quae Deus decreuit facere, supponat etiam ali-  
quomodo futuri conditionatam.

20. Tertio possunt obiici plerique Patres dicentes,  
contingentia non ideo esse futura, quia Deus ea  
praesciuit: sed e contrario Deum propterea praesci-  
uisse contingentia, quoniam futura sunt. Insu-  
per qui dicunt prophetiam eorum, quae liberè  
fiunt à nobis, non esse prophetiam praedestina-  
tionis, sed tantum praescientiae. Verumtamen ij  
Patres agunt praecipue de futuris peccatis: &  
quando de bonis operibus agunt, intelligunt  
scientiam visionis, quae supponit obiectorum  
existentiam. De his testimonijs Patrum diximus  
factis tom. de scientia Dei, disp. 36.

Postremo possent obiici Damascenus negans  
actiones liberas posse praedefiniri: sed eius expo-  
sitionem vidimus disp. 1. sect. 2.

DISPUTATIO XII.

Quenam sint rationes pro vtraque  
parte controuersiae de causa  
praedestinationis.

SECTIO I.

Rationes, quae probant, bonum vsusum  
diuinae gratiae praesum, non fuisse  
rationem praedestinationis.

1. Possibile praedestinat  
post praevisa  
merita de po-  
tentia abso-  
luta.

R A E M O N E O, seclusa autoritate sacrae  
Scripturae, & Theologorum, nullam esse  
rationem, quae veram sententiam de cau-  
sa praedestinationis euidenter concludat. Quia



de potentia absoluta possibile fuit, nullum hominem fuisse predestinatum ad gloriam, nisi premissa prescientia, qua prouiderentur eius opera bona finalia tanquam absolute futura. Hanc vero prouidentiam fuisse possibilem de potentia absoluta, constabit facile per ea, quae tractabimus in hac, & sequentibus disputationibus, & quae superius tradita sunt, praesertim disp. 7. sect. 2. dicto 3. Porro iis in rebus, quae ex diuinis attributis neque necessariò consequuntur, neque illis repugnant, sed ex mera libertate Dei potuerunt sic, vel aliter se habere; solidum fundamentum cuiusque opinionis debet sumi à diuina reuelatione, quae sua libera consilia manifestauerit, siue per sacras Scripturas, siue per Doctores Ecclesiae.

2. Propterea quatuor disputationibus praecedentibus ex professo posuimus praecipuum fundamentum, quoniam exclusio cuiuslibet causae predestinationis, ex parte nostra praecognita, magno robore probatur plerisque testimoniis Scripturae; prout à grauissimis Theologis exponuntur, eamque tradunt Patres, qui maiori totius Ecclesiae approbatione, & magis ex professo rem predestinationis, & gratiae pertractarunt.

3. Veniendum est igitur ad rationes congruentiae, quibus ut maiores vires accrescant, supponenda sunt duo. Primum est, esse possibilem hunc modum prouidentiae, quo Deus pro sua libera voluntate quemcumque maluerit, eligat, ut efficaciter conferat aeternam gloriam, conferendo ei prius opera bona, quibus eam mereatur. Cuius prouidentiae possibilitas efficaciter probatur.

In primis Matth. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.* Roman. 11. *Potens est Deus inscrere illos, videlicet in bonam oliuam.* & cap. 14. *Potens est enim Deus struere illum; videlicet in perpetua mandatorum obseruantia.* 2. Corinth. 9. *Potens est autem Deus, omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omni opus bonum.* Ephes. 3. postquam precatus fuerat omnium virtutum plenitudinem, addit Apostolus: *Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Iudas in fine Canonicae: *Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constitinere ante conspectum gloriae suae immaculatos, &c.*

4. Secunda probatio praedicti fundamenti non minus valida, quam subtilis, attingitur ab Apostolo, quoniam qui promittit prudenter, non promittit, nisi quae possunt ab ipso fieri, siue per se solum, siue per alias personas, faciendo, ut illae faciant quod ipse promissit. Hoc argumentum virtualiter continetur in illa fide, quam tantopere commendat in Abrahamo Rom. 4. *Plenissime, inquit, sciens, quia quacumque promissit Deus, potens est & facere.* Loquitur autem de fide totius Ecclesiae, per Christi Domini gratiam impleta, sicut Abrahae fuerat promissa. Eius rationis robur ponderant Augustinus lib. de praedest. Sanct. c. 2. versus finem, & c. 10. in medio, & cap. 11. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 20. sine.

3. Confirmatur Actuum 5. vbi Gamaliel persuadet Iudaeorum persecutionem nihil aduersus Apostolorum constantiam esse valituram. *Quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud.* Praeterea Prouerb. 21. initio: *Sicut diuisiones aquarum,*

*ita cor Regis in manu Domini quocumque voluerit, inclinabit illud.* Quod si Regis cor in manu Domini quamuis ut plurimum soleat magis esse sui iuris, & capitis, multo magis ceterorum hominum corda, qui sunt assueti iudicio & voluntate alterius gubernari.

De hac potentia conuertendi quoslibet, plura diximus praecedenti tom. de prouident. disput. 6. sect. 1. Vnde placuit tantum recollere quod profunditate subtilissima, suauissimaque Prudentius cecinit in Hamartigenia propius ad med. quam ad finem.

*Cui facile est in corde hominis componere sensus, Quos libeat, fibrisque omnes animare pudicis Pulsibus, & totum venis insundere bonestum.*

Secundò supponendum est, de facto Deum semper, & infallibiliter exercere modum prouidentiae perfectissimum, quo perfectior excogitari non possit, quique summopere sit rationi consentaneus, ostensioni diuinarum attributionum aptissimus, & ad commune bonum vniuersi conuenientissimus, ut ex sacris literis, Patribus, & Philosophis probatum fuit tom. de voluntate, disput. 9. & 10. Quapropter rationes sequentes, quanta firmitate probant, optimum prouidentiae modum, & ad ostendenda Dei attributa praeteris omnibus opportunum fuisse, ante prauiua merita praedestinare, tanta firmitate probant, ita Deum de facto praedestinasse.

Sit igitur prima ratio, quae colligitur ex D. Thoma lib. 3. contra gent. cap. vltimo, & traditur ab antiquis Scholasticis, quoniam omnes actiones liberae, quae possunt praebere rationem, aut causam praedestinationi, procedunt ab auxilio gratiae. Hoc autem auxilium gratiae effectus est praedestinationis: ergo diuina praedestinatio supponitur determinatè, ac firmiter constituta prius, quam prouideantur nostra bona opera, ut absolute futura. Probatur consequentia, quia non prouidetur nostra bona opera, nisi prauiuo etiam auxilio supernaturali, virtute cuius eliciuntur, & auxilium non prouidetur, nisi prauiua praedestinatione, à qua procedit. Confirmatur. Omnia quippe bona opera supernaturalia sunt effectus praedestinationis: ergo non possunt esse causa, vel ratio illius. Antecedens constat disp. 21. 22. & 23.

Huic argumento probabiliter satisfaceret contraria sententia, distinguendo nomen effectus. Aut enim effectus praedestinationis dicitur ille solus, qui prouenit ex absoluta, & efficaci voluntate dandi gloriam: & hoc modo auxilia gratiae, & opera, quae per illa eliciuntur, non sunt effectus praedestinationis, sed illius ratio, seu causa. Aut effectus praedestinationis dicitur quidquid conducit ad vitam aeternam consequendam, & ea intentione confertur à Deo, siue talis intentio sit absoluta, & efficax, siue sit tantum voluntas antecedens, & conditionata. Hoc modo, quamuis sint effectus praedestinationis omnia nostra bona supernaturalia; possunt nihilominus esse praedestinationis causa, & effectus illius. Inaniter ergo quidam Scholastici vim huius argumenti iactant, & exaggerant, cum non sit maior, quam probabilis congruentia; tum quia minus propria & minus exacta est haec secunda acceptio effectus praedestinationis: tum etiam, quia perfectior modus prouidentiae videtur esse, si media, quae de facto conducunt ad consequendam gratiam, & gloriam, conferantur à Deo propter absolutam & efficacem intentionem gloriae, & gratiae.

Talis

10. Talis est etiam secunda ratio; quia cum diuina voluntas sit prima causa, mouens ad quodcumque bonum; congruentius est, si pro sua libertate media praedestinationis constituat in persona, in qua voluerit, & quando voluerit, & quo gradu, & modo voluerit, quam si expectet prauiuionem nostrae futurae actionis. Nam si hoc expectauerit, iam aliquomodo erit primum mouens, & prima causa ex parte nostra; siquidem ut inclinetur voluntas diuina ad hunc hominem potius, quam ad illum, mouetur à nostris actionibus prauiuis.

11. Tertia ratio, quoniam magis commendatur diuina dilectio, misericordia, & liberalitas gratiae erga praedestinos; si nullius operis prauiuionem expectans, decreuerit efficaciter & infallibiliter praebere libera opera meritoria, ut eisdem conferat aeternum praemium.

Confirmatur primò, quoniam praedestinatio pro fine habet ostensionem diuinarum gratiarum Dei in vasa misericordiae, & laudem gloriae gratiae suae, Roman. 9. & Ephes. 1. *Qui praedestinavit nos, inquit, in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis suae; non secundum merita nostra, ut bene ponderat ibi Hieronymus.* Vnde validius infertur quod Paulus intulit: *In laudem gloriae gratiae suae.* haec enim est gloriosior laus diuinae gratiae. Si autem ratio praedestinandi hunc hominem potius, quam illum, fuisset vsus gratiae prauiuis, iam in ea prouidentiae, iustitiae, aut aequitatis bona pars esset admixta, quae tantumdem minueret de gratia, & misericordia, ideo corroborari potest Rom. 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.* Quod satis ponderatum fuit supra disp. 8. sect. 8.

12. Confirmatur secundò, nam si prauiuis bonus vsus gratiae fuisset ratio praedestinandi hunc hominem potius, quam alium, iam nulla gratia, nulla liberalitas, aut misericordia Dei esset erga praedestinos maior, quam erga multos reprobos. Consequens autem est fallum: ergo & antecedens. Sequelam probò, quoniam gratia, liberalitas, & misericordia Dei in eo solum sita esset, quòd Deus conferret auxilia supernaturalia, & quòd bene ventibus promitteret praemium excellentius, quam pro dignitate meritorum; plurimis autem reprobis Deus confert vberiora auxilia, quam quibusdam praedestinis, ut ostendemus in alia disput. 18. sect. 1. & omnibus promittit excellentiora praemia, si bene vtantur auxiliis. Quo supposito, praemia decernere iis, qui prauiuentur morituri eo tempore, quo sunt in gratia, aut qui prauiuentur bene vsuri gratia, iustitia est, nihil habens liberalitatis, & misericordiae praeter id, quod supposuerat in generalibus decreuis.

13. Explicatur exemplo Regis praebentis liberaliter equos, & arma omnibus, qui decertare voluerint, & promittentis praemia longè maiora, quam pro dignitate certaminis. Qui Rex non erit magis liberalis erga eum, qui legitime certamine brauium consequitur, quam erga eum, qui in certamine defecerit, nisi eum, qui legitime certauit, magis docuerit, incitauerit, adiueritque, ne deficeret. Porro consequentia falsitatis probatur, quia peculiarem gratiam, & misericordiam Dei erga praedestinos, non solum in genere, & vagè, sed etiam in singulari, ita ut diuina liberalitas, & misericordia erga talem hominem singularem

fuerit magis propensa, quam erga alium hominem singularem, probant efficaciter testimonia sacrae Scripturae, quae adduximus tota disputatione 8.

14. Confirmatur tertio, haec enim est maior laus potentiae. Maioris enim est potentiae praedestinando causare, quam supponere prauiua, ut Augustinus notat de corrept. & grat. cap. 11. in medio, & cap. 12. ad finem.

Confirmatur quarto, quoniam haec prouidentia bene operantibus imponit maiorem obligationem agendi gratias, & referendi per dilectionem, & magis se ipsos despiciendi, & humiliandi. Quia si Deus illis praedestinationis gratiam subtraxisset, non euasisset ceteris peccatoribus meliores.

15. Quarta ratio colligitur ex praecedenti, quia discrimen praedestinatorum à reprobis prouenit à Deo; si autem Deus non praedestinaret, nisi prauiuo bono vsu gratiae, iam discrimen praedestinati à reprobo, proueniret à libera hominum voluntate, quoniam alter homo liberè obedit gratiae, alter verò resistit.

Confirmatur primò, quoniam inde non exigua laus esset liberi arbitrij in praedestinato, neque tam pleno sensu in eum, quadraxent Apostoli verba: *Quis enim te discernit, quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris? & cetera eiusmodi, quae attulimus disp. 8. sect. 6.*

16. Confirmatur secundò, & efficaciter, quia contra superbię tentationes, quae ex sanctitate solent occasionem sumere, haec fuit semper vna Sanctorum vox: Nullus est me vilior, aut deterior; quoniam quicumque à Deo accepisset beneficia, quae accipi, non minus, sed fortè magis se totum illius deuouisset obsequio. Contra verò si me Deus destituisset auxiliis peculiaribus, ut destituit illum homicidam, latronem, blasphemum, aut alium perditissimum hominem, eadem, aut fortè grauiora scelera perpetrasset. Quo modestiae genere Sanctorum historiae, spiritualium virorum tractatus, praeterea exhortationes plenae sunt. Vnde cum nulla virtus possit mendacio niti; consequens est, ut hic sensus humilitatis à veritate ortum ducat, neque ab alia, quam ab ea, quam probare contendimus de hominum discrimine, causando efficaciter & infallibiliter à Deo pro sua libertate sine ratione discriminis ex parte nostra.

17. Quinta ratio. Deus negat copiosa auxilia quibusdam hominibus, quos sciebat bene vsuros esse auxiliis, si ea acciperent, & ea confert hominibus quibusdam, quos scit malè vsuros: ergo ratio praedestinandi hunc hominem potius, quam illum, non sumitur ex prauiuo bono vsu gratiae. Probo consequentiam, in hoc enim decreto conferendi quibusdam auxilia, & negandi aliis, nullus bonus vsus prauiuis est, ut absolute futurus. Exempla sunt ciuitates, apud quas Christus Dominus miracula edidit, & conciones habuit, quarum bonus vsus, quoniam non erat futurus, non fuit prauiuis; & tamen eadem auxilia negata sunt gentibus, quae si accepissent, ad fidem conuertentur, ut constat Matth. 11. & simile aliud Ezech. cap. 3. *Si ad populum ignota lingua mittereris, ipsi audierunt te.*

18. Confirmatur primò, quoniam nulla est maior ratio, propter quam expediat Deum negare quibusdam copiosa auxilia, & aliis conferre pro



mera libertate Dei, nulla præuisa ratione discriminis ex parte hominum: & tamen non expedit ea auxilia conferre tali opportunitate, & occasione, vt infallibiliter allequantur gratiam, & gloriam: & hoc priuilegium præparare his hominibus; aliis verò negare, nulla præuisa ratione discriminis.

18. Confirmatur secundò, quoniam si hic modus prædestinationis & reprobationis expediens fuit in quibusdam, eadem ratione expediens fuit in omnibus. Quamuis enim alia genera prouidentia postulent esse peculiaria quibusdam hominibus, hoc tamen nulla ratione postulatur.

19. Confirmatur tertio, quia nulla ratio boni potuit diuini voluntatem cohibere, ne per decretum constituendi hominem sub talibus circumstantiis, & talibus remediis salutis, efficaciter intenderet cooperationem, & æternam salutem hominis, quam certò sciebat obtinendam esse, si talia remedia præberentur. Maximè cum Deus sit natiuo ingenio propensissimus ad amorem talium bonorum: & per hanc intentionem efficacem nullum bonum impediatur, nisi quòd impediretur, etiam si talis intentio non præcederet.

SECTIO II.

Rationes aliæ, de paruulis, de vitæ periodo, & de conformitate membrorum.

1. Paruulorum diuersitas.

Sexta ratio ducitur à paruulorum diuersitate, quorum aliqui ab huius vitæ periculis eripiuntur statim à Baptismo, alij paulo ante Baptismum præoccupantur morte, aliis nulla datur potestas consequendi Baptismum, aliorum vita post Baptismum producitur vsque ad senectutem inter infideles, & sceleratos, quorum mores infallibiliter imituros fuisse, Deus præciuit: unde sic arguitur. Paruulos prædestinatos Deus discreuit à reprobis, suo beneplacito, nullo præuiso vsu gratiæ: ergo congruum fuit, & consonum ingenio Dei eodem modo prædestinare adultos ante præuisa opera.

Confirmatur, quoniam inter eos paruulos, qui statim à Baptismo donantur gloria, multi filij sunt sceleratissimorum parentum: & inter paruulos, qui sine Baptismo damnantur, sunt multi filij Sanctorum parentum.

2. Hoc argumentum de paruulis frequenter Augustinus ponderat, præsertim epist. 105. ad Sixtum colum. 10. & 11. & epist. 157. ad Optatum, & lib. 4. contra Iulian. cap. 8. fusius autem lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum toto serò cap. 7. & lib. de corrept. & grat. cap. 8. ad finem, & lib. de prædestinat. Sanct. cap. 13. initio, & cap. 12. ante med. & de bono perseuer. cap. 10. init. Prosper de lib. arbit. epist. ad Ruffin. propius ad med. quam ad finem, & lib. 1. de vocat. gent. cap. 22. Fulgentius de Incarnat. & grat. cap. 30. circa medium. Hypognost. lib. 6. colum. penult. Horum Patrum aliqua verba referemus disput. 45. sect. 2. propè finem.

3. Semipelagianorum respo-

nsio. Huic argumento Semipelagiani respondent, ideo his paruulis concessum fuisse Baptismum potius, quam illis, quoniam Deus præcognouit, hos rectè operaturos fuisse, illos autem malè, si diutius viuere contigisset: quæ errorum reiicimus disp. 5. sect. 6.

Secundò respondent alij, infantes, qui sine Baptismo decedunt, non perire, neque damnari, & propterea potuisse relinqui sine præuisa causa ex parte illorum. Sed hoc non est præsentis instituti; supponimus enim certum esse pueros sine Baptismo decedentes puniri pœna damni; sicut annotauit etiam Augustinus de bono perseuer. cap. 12. similiterque Fulgentius nuper citati.

Aliorum solutio resollitur.

Tertio respondent alij, prædestinationem, aut reprobationem paruulorum prouenire, vt à ratione, à præscientia futuræ mortis, quam naturales causæ suis viribus relicta quibusdam afferunt. Hæc solutio impugnatur.

4. Reicitur alia.

Primò, quoniam Deus quorundam adultorum voluntates excitat, & allicit, vt huic paruulo Baptismum conferant, vel vt baptizandi suos filios cõpiam faciant: alios autem permittit esse protenuos, aut negligentes. Iam igitur datur discrimen, cuius ratio non potest sumi, ex præuisa virtute causarum naturalium.

Secundò, Deus quibusdam paruulis miraculo manifesto, aliis occulto produxit vitæ periodum, donec baptizarentur: cuius liberalitatis quibusdam præstita, aliis negata nulla potest esse causa.

Tertio impugnatur, quoniam Deus sine miraculo terminum vitæ anteponit, aut postponit per liberam actionem hominum: infantum quippe vita pendet non solum ex vita, sed etiam ex bona valitudine parentum & nutricis, & ex multorum sollicitudine, aut negligentia. Potest autem Deus parentes, inspirato temperantia desiderio, liberare ab imminente morte: permittendo autem effici natam libidinem, aut gulam, efficere potest, vt pereant: potest irruentes mimicos bonis cogitationibus à cæde cohibere: potest etiam permittere, vt interficiant: sicque sexcentis artibus, aut mediis mouendo cogitationes medici, aut pharmacopola, permittendo eorum absentiam, aut præsentiam, præbendo prosperam, vel aduersam fortunam, pluias, aut ariditatem, exercendo laboribus, aliisque innumeris circumstantiis potest Deus suauiter, & sine miraculo constituere vitæ periodum, vbi & quando voluerit. Idem ferè argumentum ex Augustino tractat Driedo de concordia liber. arbit. cum prædestin. part. 1. capit. 4. memb. 6. sentent. 3.

5.

Confirmatur, quia si Deus non aliter vitæ finem imponeret, nisi generali prouidentia, iuuando causas secundas, expectandòque terminum ab illis imponendum; non permetteretur in veteri Testamento vita longæua iis, qui parentes colerent, inanisque foret atque ridicula comminatio Psalm. 54. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Neque foret speciale beneficium, quod prædicatur Sapientia 4. *Raptus est, ne malitia nauaret intellectum eius.* Neque Iob diceret cap. 14. *Breues constituisi terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Denique mortem vel adduci, vel arceri à Deo pro sua libera voluntate, aliàs sæpe testatur sacra Scriptura.

6.

Hinc sumitur septima ratio, quia Deus pro sua libera voluntate quosdam adultos, in gratia constitutos, rapit, ne malitia mutet eorum intellectum; alios iustos diutius viuere concedit, quamuis sciat, eos inter pericula imminetia lapsuros; eorùmque pœnitentia non expectata, mortem adducit, quandoque præter ordinem, cursùmque naturæ: quandoque verò permittit à naturalibus causis inferri. Alios sceleratissimos per

per

per miraculum vitæ periodo expectat, quousque respiciant, & quamprimum ad gloriam colligantur. Huius discriminis nulla fingi potest ratio, vel causa ex parte hominum: & ex parte Dei ostenditur voluntas efficax saluandi quosdam; quæ voluntas non est erga reliquos. Ponderat hanc rationem Augustinus de prædestinat. Sanct. cap. 12. 13. & 14. & de bono perseuer. cap. 8. & 14. & cap. 16. & 17. & de corrept. & grat. cap. 8. & 14. Quæ confirmatur ex dictis de perseuerantia supra disp. 8. sect. 10. post med. & dicendis infra disp. 24. sect. 6. Eandem rationem ponderat Hypognost. lib. 6. colum. penult.

8. Prædestinati Christo D. similes.

Octaua ratio, membra quippe decet esse suo capiti simillima, quantum patitur functionum, & potestatum diuersitas. Quare cum Christus Dominus sit caput omnium prædestinatorum, & omnium exemplar, vt suo loco monstrabimus, decet omnes prædestinatos similes esse Christi prædestinationi: qui ante omnia merita præuisa prædestinatus est, vt infallibiliter haberet merita, & per illa obtineret gloriam sui corporis, & reliquorum prædestinatorum. Similiter ergo debuerunt omnia eius membra prædestinari ante præuisa merita.

9. Confirmatur primò, quoniam diuersitas membrorum Ecclesiæ à capite, non exigit discrimen in hoc modo prædestinandi.

Confirmatur secundò, nam Deus electos prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, Rom. 8. ergo decuit eidem imagini conformes esse in prædestinatione. Ponderat hanc rationem Augustinus in locis, quæ retulimus tom. de prouid. disp. 18. sect. 10. & attigimus supra disp. 6. sect. 1. propè finem.

10. Insignes prædestinati ante præuisa merita.

Nona ratio præcedenti similis. Præstantioribus enim membris Ecclesiæ par est reliqua congruere; sed Beatissima Virgo, Ioannes Baptista, Apostoli, & quidam alij insignes prædestinati ante præuisa opera electi sunt, vt infallibiliter operarentur bene, & consequerentur eum gradum gloriæ, qui conueniens erat eorum dignitati, & fini à Deo intento. Cuius iudicium est confirmatio in gratia, auxiliorum copia, opportunitas, & efficacia. Quis enim dixerit, ex vi auxiliorum, & gratiæ, qua plena fuit Beatissima Virgo, non fuisse infallibile, eam operaturam liberè, quod sciebat expedire ad maiorem Dei gloriam? Quis præterea negauerit, tantam gratiam eo fine colatam esse à Deo, vt per libera merita eam produceret ad summum gloriæ fastigium.

Decimò fauet, quòd prædestinationem tanquam reconditum arcanum admiratur Paulus ad Rom. 11. & occulta esse reprobationis, & prædestinationis iudicia, tradunt Patres citati disp. 9. sect. 2. & 3. Vbi quamuis concedamus aliquam rationem fuisse, propter quam ex suppositione prædestinationis quorundam hominum Deus in reprobis permisit quædam peccata, & huius occultæ rationis admiratione percussum exclamare Paulum: adhuc prædestinatio admirabilior erit, & abstrusior, si nulla detur ex parte hominum ratio, propter quam vnus prædestinetur potius, quam alter.

Confirmatur, quia si omnes prædestinarentur, ac reprobarentur ex præuisis operibus, iam in prædestinatorum, & reprobatorum discrimine, siue circa opera viæ, siue circa retributionem termini, non essent admiranda consilia & iudicia Dei, sed essent admiranda hominum diuersa, & libera

studia: quoniam illud discrimen non à diuino consilio & iudicio, sed ab hominum libertate fuisse determinatum, vt supra vidimus ratione quarta.

SECTIO III.

Aduersus eos, qui, negata causa prædestinationis ad gratiam, concedunt causam prædestinationis ad gloriam.

Superioribus argumentis abundè probatum est, Deum pro sua libera voluntate in iis hominibus potius, quam in aliis causare discrimen prædestinatorum à reprobis, quod attinet ad gratiam auxiliantem & iustificantem, ipsamque perseuerantiam, & mortem in gratia: quod totum ingenuè fatentur aliqui recentiores. Nihilominus asserunt impossibilem fuisse prædestinationem ad gloriam quasi ad præmium meritum, nisi præuisis meritis vt absolute futuris; de qua opinione diximus disp. 7. sect. 1. sub finem. Addunt præterea paruulos, qui per Baptismi gratiam consequuntur gloriam, non prius eligi efficaciter ad gloriam, quam præuideantur morituri ante vsuum rationis post aquam Baptismi. Aduersus hos

1.

Dico primò, possibilem esse prædestinationem ad gloriam ante præuisum Baptismum, & mortem, necnon ante præuisa opera gratiæ, & perseuerantiæ. Hæc autem possibilitas nulla probabilitate negatur, quia demonstratur euidenter fallaciam latere in argumentis oppositæ sententiæ, & illius articulos inter se pugnare, vt ex sequentibus sectionibus aliisque disputationibus constabit. Moneo autem me deinceps agere semper de electione ad gloriam, qua formaliter & expressè volita sit gloria, non qua volita sit solum virtualiter ex eo præcisè, quòd media ad gloriam volita sunt.

2.

Possibilis est prædestinatio ante præuisum Baptismum, & mortem.

Dico secundò. De facto Deus homines prædestinavit ad gloriam ante præuisa eorum merita, quasi absolute futura. Vnde à fortiori prædestinavit infantes ante præuisum Baptismum, & immaturam mortem. Probatur

3.

Sic facta est prædestinatio.

Primò autoritate sanctorum Patrum, quos retulimus disp. 8. 10. & 11. necnon Scholasticorum, quos retulimus disp. 7. sect. 4. qui omnes ita intelligunt testimonia sacra Scripturæ, vt Deus quibus vult conferat efficaciter gratiam & perseuerantiam, motus ab intentione absoluta conferendi eisdem gloriam.

Secundò vt probem ratione, suppono voluntatem absolutam & efficacem mediorem existere potuisse independenter ab efficaci voluntate determinati, & particularis finis, sicut probatum fuit tom. de volunt. Dei disput. 24. sect. 2. & 3. proindeque potuisse Deum efficaciter prædefinire gratiam, & perseuerantiam, necnon reliqua media consequendi gloriam independenter ab efficaci voluntate conferendi gloriam.

4.

Nihilominus de facto Deum non voluisse hæc media huic homini conferre, nisi motum ab efficaci intentione conferendi gloriam eisdem homini, probatur coniecturis, & congruentiis.

5.

Efficax intentio gloriæ mouet ad electionem mediorem.

Primò, quoniam gratia auxilians, iustificans, & tribuens perseuerantiam infallibilem, medium est, ab intrinseca sibi quidditate destinatum ad

ad gloriam, & sufficit ad illam efficaciter consequendam; ergo fuerit congruentior ordo diuinae prouidentiae, si voluntas efficax illorum mediorum procedat ex voluntate efficaci conferendi gloriam eidem homini: ac proinde prior erit voluntas dandi gloriam, quam prauisio bonorum operum, & perseverantiae. Consequentia probatur. Etenim quando media sunt eiusmodi, vt ex sua quidditate destinentur ad finem, & sufficient ad illum consequendum infallibiliter: tunc congruentior modus volendi est, si prius ametur efficaciter finis, & hic amor efficax sit ratio mouens, vt ametur efficaciter media.

6. Confirmatur primò, nam & gratia, & perseverantia & reliqua media salutis, quamuis habeant intrinsecam bonitatem, ratione cuius potuissent efficaciter amari sine ordine ad vltiorem finem, nihilominus congruentius fuit efficaciter amari propter altiorem finem, ad quem ex natura sua destinantur, scilicet propter gloriam; praesertim cum inter media numeretur mors, qua rapitur iustus, ne malitia mutet intellectum eius: quae mors minus aptè amatur efficaciter, nisi ametur propter efficacem amorem finis, videlicet aeternae salutis: quoniam citra hunc finem mors illa perexiguam amabilitatem habet.

7. *Media vult Deus ex efficaci intentione finis.* Confirmatur secundò, quia Deus multis reprobis efficaciter vult conferre gratiam, & eam vult conferre ex intentione gloriae tantum antecedenti, & inefficaci: quoniam non vult efficaciter conferre omnia media, quibus datis, praeficit gloriam obtinendam fuisse de facto: ergo cui Deus talia media conferre vult, ea vult propter intentionem efficacem concedendi gloriam. Probat consequentia; congruum est enim, voluntatem finis, proportionatam voluntati mediorum, esse radicem illius; ita vt sicut voluntas inefficax mediorum prouenit ex voluntate inefficaci finis, & praeterea voluntas efficax mediorum, quae praesciuntur esse frustranda, prouenit similiter ex voluntate inefficaci finis: ita voluntas efficax mediorum, quae praesciuntur opportuna ad consequendum finem, proueniat ex efficaci voluntate finis.

8. Confirmatur tertio, quoniam Deus ante prauiſa opera vult efficaciter praebere praedestinatos omnia media, quae de se sunt efficacia ad aeternam salutem, vt probatum est sect. i. & concedit opinio, contra quam disputamus. Erit autem congruentior modus volendi, si non solum quasi materialiter Deus velit media, quae sunt efficacia ad consequendam beatitudinem, sed etiam velit efficaciter eam formalitatem mediorum, scilicet efficacia esse ad consequendam beatitudinem. Si autem Deus hoc vult expressè & formaliter ante prauiſa opera; iam tunc efficaciter vult consecutionem gloriae, & eam vult non solum virtualiter, & implicite, sed explicitè & formaliter.

9. Confirmatur quarto, Deus quippe non solum vult conferre praedestino gratiam, quae est finalis, sed etiam efficaciter vult illam gratiam esse finalem; & hac intentione mortem inducit praedestino, vt eum maturo tempore ad beatitudinem colligat.

Confirmatur quinto, quamuis enim diuino intellectui repugnet, vnus creaturae cognitionem esse rationem cognoscendi aliam creaturam; nihilominus diuinae voluntati non repugnat vnus creaturae volitionem absolutam esse

rationem volendi aliam creaturam, vt probatum est tom. de volunt. Dei, tota disp. 24.

Tertia probatio conclusionis sumitur à praedestinatione Christi Domini, hac ratione. Congruentior ordo volendi ea, quae sunt ad finem, tunc est, quando maius bonum, & propinquius fini, & magis accommodatum ad consequendum finem, prius eligitur efficaciter, quam minus bonum, & magis distans à fine, & minus accommodatum ad consequendum finem (quantum ad hanc congruentiam Scoti, & Ochami opinionem probauimus tom. de volunt. Dei praedicta disput. 24. sect. 2.) Porro in aeterna praedestinatione Christus Dominus, & illius gloria est omnium praedestinatorum finis: rursus inter bona praedestinatorum gloria est maximum bonum, propinquius fini, scilicet Christo Domino, & eius gloriae, & accommodatius ad consequendam gloriam Christi Domini, quam reliqua media gratiae, quae secundum essentiam imperfectiora sunt, & remotiora: ergo congruentior modus volendi bona praedestinatorum propter Christum erit, velle efficaciter gloriam praedestinatorum, & inde moueri ad volenda efficaciter media necessaria ad gloriam.

Confirmatur primò, nam hac ratione plenior euadet praedestinatio, suo primo actu complectens integrum corpus Ecclesiae triumphantis, videlicet caput, & omnia illius membra, Christum & omnes beandos, qui ideo creantur, vt sint participes gloriae Christi.

Confirmatur secundò, quoniam congruentius est, vt diuina praedestinatio ante prauiſa merita complectatur simul non solum vltimum finem, sed etiam totam seriem mediorum, & finium per se subordinatorum.

Quartò probatur, quia maior erit, & plenior benevolentia, & gratia Dei erga suos electos, si ex primo eorum amore illis efficaciter velit gloriam, quam si tantum velit gratiam prius, & postea gloriam, motus ex prauiſis meritis, vt vidimus sect. praecedenti.

Probatur quinto, quoniam artifex ex intentione efficaci consequendi finem artis, materiam sibi subiectam exercet, atque disponit: Deus autem inducitur plerumque in sacris literis, quasi qui homines praedestinos dolat, effingit, pascit, curat, & in eis serit, plantat, aedificat, scribit, & prope innumeris metaphoris praeparat, vt digni gloria inueniantur: ergo congruentius erit Deum praefigere sibi intentionem efficacem consequendi finem suae artis in gloria; sicut omnes artifices habent efficacem voluntatem consequendi finem suae artis, quando certò sciunt à nulla causa posse suam artem impediri, ne finem assequatur. Perpende praesertim illud Roman. 9. *Vt ostenderet diuinitas gloriae suae in vasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam.* Ergo ex intentione gloriae vasa misericordiae praeparantur per gratiam: intentionem autem gloriae efficacem suadent superiores rationes. Confirmatur: artifices namque sapientissimo dignius est praconstituere finem vltimum operis, & ab eo sine moueri ad omnia, quae secundum artis regulas exigit ille finis.

## SECTIO

## SECTIO IV.

*Eiusdem opinionis solutiones redarguntur, & argumenta retorquentur.*

1. **C**ontraria sententiae fundamentum primum, quo nostra argumenta diluit simul, & oppugnat, distinguit voluntates, in ordine ad quas finis referri potest. Et primò, si finis referatur ad voluntatem illius personae, quae debet adhibere media ad consecutionem finis, eiusmodi voluntas debet prius efficaciter velle finem, quam velit efficaciter gloriam; & quoniam hoc modo gloria referatur ad hominem, qui debet cum diuino auxilio adhibere media ad consecutionem gloriae, propterea humana voluntas prius debet velle efficaciter gloriam, quam velit efficaciter media requisita ad consecutionem gloriae.

2. Secundò, Si verò finis referatur ad voluntatem illius personae, quae non sibi proponit illum finem procurandum, sed alteri, illa voluntas non potest efficaciter velle finem prius, quam velit efficaciter conferre media: veluti quando pater desiderat filium euadere doctum, vel militem strenuum; vel Imperator desiderat sui exercitus victoriam. Quos fines nullus potest efficaciter velle, quoniam ex aliorum libera voluntate dependent; quamuis possit velle efficaciter dare omnia media requisita ad eos fines consequendos. Hoc autem modo (inquiunt) se habet aeterna vita respectu diuinae voluntatis, vt non Deus, sed homines debeant media adhibere ad illam consequendam. Et confirmant, quoniam gloria praedestinatorum comparatione diuinae voluntatis non est proprie finis, quia Deus non debet cum finem consequi, sed homo: quare respectu Dei finis est solum collatio mediorum. Hae & alia per varios distinctionum, & solutionum circuitus amplificata, reuocantur ad vnum fundamentum aduersariorum, quòd efficax electio ad gloriam ante prauiſa opera, vt absolute futura pugnet cum libertate, de quo suo loco dicemus.

3. Nunc ex propositionibus, quas manifestè concedunt authores contrariae sententiae, & nos superius probauimus, redarguimus praedictum fundamentum.

Primò, quoniam actus fidei, & spei, & contritionis & charitatis, libera obseruatio omnium praceptorum, & perseverantia vsque ad finem vitae sunt fines, quos Deus proponit homini, vt eos consequatur homo: & nihilominus, Deus illos efficaciter vult ante, quam prauideat liberam cooperationem hominum, & ex intentione efficaci consequendi hos fines tribuit homini auxilia supernaturalia, & naturales circumstantias opportunas, & congruas, vt aperte concedit haec opinio. Ergo Deus potest efficaciter velle finem, quem homini proponit consequendum ante, quam prauideat futuram cooperationem hominis.

Confirmatur, quoniam Deus efficaci voluntate decreuit humanum genus redimere ante prauiſa merita Christi Domini elicienda per humanam voluntatem liberam; & tamen finis redemptionis erat obtinendus per illa merita libera: ergo Deus potest efficaciter intendere finem prius ratione, quam prauideat esse futura

media, quae per humanam voluntatem liberè adhibenda sunt.

Redarguitur secundò, quoniam gloria praedestinatorum, & omnia media libera, quae ad illam requiruntur, multo magis causantur à Deo, & ab eius libera voluntate, quam ab homine: sed homo potest efficaciter velle gloriam prius, quam velit efficaciter adhibere media, vt expresse concedit haec opinio: ergo Deus potest efficaciter velle gloriam hominis prius, quam efficaciter velit media conferre. Si respondeas: Homo certus est, Deum non defuturum, si homo velit; sed Deus non est certus hominem non esse defuturum, quousque videat eius cooperationem futuram: haec solutio refutatur, quoniam Deus ante prauiſa omnia opera vt absolute futura certò scit se quemlibet hominem posse talibus auxiliis obiectis, & circumstantiis allicere, vt infallibiliter velit quod Deus vult. Homo autem quamuis certò credat, Deum non defuturum esse sibi in necessariis ad salutem, ignorat tamen an sibi copia, vel inopia auxiliorum parata sit: neque potest homo diuinam voluntatem flectere quocumque voluerit, vt Deus potest humanam.

Vnde sumitur tertium argumentum, nam gloria praedestinatorum quamuis sit finis, quem Deus proponit hominibus, vt ab illis consequendus; sed magis consequendus est à Deo, quam ab hominibus, & magis est finis comparatione diuinae praedestinationis, quam comparatione humanae spei.

Confirmatur exemplis aduersariorum, quoniam quicumque pater sapientissimus, qui potuisset ingenij acumen praebere filio, & illius voluntatem efficaciter allicere, vt serio, & constanter animum applicaret ad studia, ille efficaciter veller sapientiam & eruditionem filij prius, quam veller illi praestare media requisita. Idem argumentum confici potest de Imperatore comparatione victoriae, vel comparatione iuris & aequi seruandi à suis ciuibus, & de quibusque aliis exemplis.

Quartò redarguitur, quoniam mors in eo tempore, quo praedestinatus manet in gratia, est medium immediatè attingens consecutionem gloriae, nam efficit, vt finalia sint merita, quae sine morte non essent finalia. Vnde Augustinus de bono perseuer. capit. 17. *Videte* (inquit) *à veritate quam sit alienum negare donum Dei esse perseverantiam vsque in finem, cum vita huius quando voluerit ipse det finem, quem si dat ante imminens lapsum, facit hominem perseverare vsque in finem.* Et tamen mors à Deo adhiberi potest, & à praedestino adhiberi non debet: ergo saltem hoc medium poterit Deus efficaciter velle motus ab intentione efficaci conferendi praedestino gloriam: & tunc volitio efficax dandi gloriam non praesupponet merita prauiſa esse sub ratione finalium, & sub ratione perseverantium, quoniam merita non sunt finalia, & perseverantia, nisi quia Deus hoc tempore vult praedestinati mortem ante illius imminentem lapsum.

Confirmatur ex fundamento contrariae sententiae, nam ille qui adhibere debet media, potest prius velle efficaciter finem, quam velit efficaciter media: huiusmodi autem est mors vt causa perseverantiae adhibenda à Deo propter gloriam.

Secundum fundamentum eisdem argumentis reuin

reiuincitur, & diluitur, quibus primum. Aiunt enim, si Rex proponeret primum ea lege, vt nullus premio potiretur, nisi qui victor euaderet; stultum esset velle efficaciter conferre premium vt premium vni decertantium, nisi prouideret illum esse victurum in certamine: sed Deus proponit hominibus gloriam vt premium meritorum ea lege, vt nullus adustus nisi per merita consequatur: ergo non potest efficaciter velle gloriam, nisi prauis meritis. Confirmatur, nam ordinem in diuinis actibus colligere debemus per analogiam ad nostras actiones.

7. Hoc tamen argumentum redarguitur primò, nam pleraque supernaturalia dona Deus prouidit obtinenda, tanquam premia meritorum: nihilominus prius quam ea merita prouideret vt absolute futura, decretum illud absolute statuit conferendi talia dona tanquam premia meritorum. Dantur itaque merita, quæ sunt ratio dandi premium in executione iustitiæ, licet eorum prauis non fuerit ratio predestinandi ad illud premium. Huius exempla sunt,

*Gloria corporis, & nominis exaltatio Christo D. vt premium prouidit.*

8. *Dignitas Matris Dei à Virgine obuenta per meritum de congruo.*

*Prima gratia iustificans datur propter merita de congruo.*

9. *Augmentum gratia meretur de congruo.*

*Perseuerantiam iustus sibi & aliis de congruo mereri potest.*

10.

Redarguitur secundò, quia Deus pro sua liberrima voluntate absque vlla ratione discriminis ex parte hominum, potest vni homini concedere beneficium, quod non sit premium meritorum; sed tamen eo dato certum sit obtinendum esse premium meritorum. Ergo potest predestinare ad premium meritorum, & non propter prauis merita. Antecedens probatur,

Mors enim, qua iustus aliquis ab imminentibus periculis eripitur, relicto alio iustiore, qui predestinatur esse lapsurus; hoc (inquam) beneficium non datur vt premium meritorum de congruo: imò dari potest sine vllis meritis de congruo, quibus correspondeat mors illa, tanquam premium; ac proinde hanc voluntatem efficacem eripiendi hunc hominem à periculis potest Deus habere antè prauis merita finalia vt finalia, & nulla prauis ratione discriminis inter homines, vt paulo antè dicebamus.

Tertiò & à priori refutatur, quia si Rex posset cui vellet conferre inuictum animi & corporis robur, militarem artem, dexteritatemque certandi singularem, voluntatem insuper inflammare ad certandum, possetque aduersariorum animos frangere, conatus eludere, & aliis artibus inuare quem vellet: ac denique si Rex certò præciseret, Petrum, si his mediis inuaretur, infallibiliter fuisse victurum, idem Rex prudentissimè decerneret efficaciter premium certaminis conferre Petro ante prauis eius victoriam, decernendo simul ea præbere arma, aliæque media, quibus præcise infallibiliter fuisse victurum. Sed quia tanta potentia, & præscientia hominibus non contingit, ideo solus Deus hoc modo potest premia decernere ante prauis merita.

Confirmatur primò, quia virtute prædictæ potentie aut scientie pater, aut amicus Petri posset efficaciter desiderare Petro premium certaminis, volendo simul obseruari certaminis leges, & decernendo incitare, atque inuare Petrum, vt infallibiliter haberet merita, quibus victor euaderet. Ergo similiter Rex, qui proponit premia certantibus, hoc poterit velle, non violata lege certaminis.

Confirmatur secundò, quia licet Rex cum omnibus agere velit vt iustus iudex certaminis; potest nihilominus agere cum Petro non solum vt legislator, & iudex iustus, sed etiam vt militiæ magister, docens manus eius ad prælium, atque vt pater amantissimus arma, sumptus, præsidiaque ministrans.

Hinc facilis est solutio fundamenti secundi, distinguendo maiorem. Nam de Rege sapientissimo & potentissimo dicta, falsa est; de aliis vero Regibus est vera.

Ad confirmationem respondetur, analogiam ab hominibus ad Deum temperandum esse, prout diuina perfectio postulauerit, vt circa ordines actionum diuinarum dictum est tom. de volunt. Dei, disp. 22. & duabus sequentibus.

Tertium fundamentum contrariæ sententiæ. Quando non est possibile nisi vnicum medium ad consequendum finem sub eo modo, quo volutus est, tunc impossibile est finem efficaciter velle, nisi dependenter à medio; sed gloria vt premium est finis, qui non potest obtineri nisi per vnicum medium meritorum, & sine meritis non potest obtineri: ergo non potuit Deus velle efficaciter gloriam predestinatis, nisi dependenter à prauis meritis.

Respondeo. Quando medium est vnicum, tunc volitio finis pendet à medio, ita vt necessariò presupponatur prauis medijs, quando nõ potest efficaciter, & infallibiliter causari à volente finè. Ceterum, quia Deus potest efficaciter & infallibiliter causare media, quæ sunt merita, potest velle gloriam vt premium, volendo efficaciter causare merita, ita vt voluntas medijs

11. *Regis exemplo dicta confirmatur.*

12.

*Qualis sit voluntas dandi gloriam vt premium meritorum. Nominis voluntatis antecedentis & consequentis qui primi auctores.*

13.

*Solutio fundamenti secundum.*

14.

15.

*Quando volitio finis pendet à medio.*

& finis mutuo dependant, nec opus est presupponi prauis merita vt absolute futura; satis est scientia, qua certò scit se sine ambiguitate facturum quæcumque merita facere voluerit.

16. Quartum fundamentum. Omnis voluntas dandi gloriam, quæ non supponit prauis opera, est voluntas antecedens: ergo omnis voluntas dandi gloriam, quæ non supponit prauis opera, non est voluntas efficax, sed tantum velleitas, & simplex complacentia. Probatur consequentia, quia voluntas efficax est voluntas consequens nostra opera prauis: ergo ante prauis merita nulla est voluntas efficax dandi gloriam huic homini in particulari.

Confirmatur primò, voluntas enim antecedens dandi gloriam, communis est predestinatis & reprobis, sed respectu reproborum non est efficax: ergo neque respectu predestinatorum.

Confirmatur secundò, quia voluntas hæc propterea dicitur antecedens, quoniam est ex solo Deo; & voluntas consequens dicitur, quoniam occasionem sumat ex nostris actionibus.

17. Respondetur ad principale argumentum negando consequentiam: & ad eius probationem respondetur antecedens non esse vniuersaliter verum. Quamuis enim efficax voluntas puniendi sit voluntas consequens nostra opera prauis; nihilominus voluntas efficax dandi gloriam vt premium meritorum, est voluntas antecedens, & causans opera nostra: quippe quæ procedit ab innata propensione Dei, nullo modo compulsa per opera nostra, sicut probatum est fusiùs tomo de voluntate Dei disp. 19. ex mente Chrysostomi, & Damasceni, qui priores inuenerunt distinctionem hanc voluntatis antecedentis, & consequentis.

Ceterum, quoniam Scholastici non pauci prædicta nomina sic vsurpant, vt solam velleitatem inefficacem dicant esse voluntatem antecedentem: proindeque quamlibet voluntatem efficacem dicant esse consequentem, ad mentem eorum negandum esset antecedens argumenti principalis.

18. Ad primam cõfirmationem respondetur. Iuxta meliorem, & antiquiorem acceptionem istarum vocum, non omnis voluntas antecedens dandi gloriam, est communis reprobis, & predestinatis, sed tantum illa voluntas, quæ non est totaliter efficax ex parte Dei, licet velit dare sufficientiam remedia ad salutem.

Ad secundam confirmationem respondetur. Vt aliqua voluntas propriè dicatur esse consequens, opus est, ita sumere occasionem ex nostris actionibus, vt ab illis inclinetur ad obiecta repugnantia primariæ & innatæ inclinationi Dei: qualia obiecta sunt indurare, punire, & similia.

19. *Retorquetur obiecto.*

Nunc verò argumentum retorqueo in aduersarios. Primò, quoniam voluntas conferendi efficaciter gratiam iustificantem, & perseuerantiam, est voluntas efficax & absoluta, & tamen non supponit prauis merita de congruo, à quibus dependet: ergo illius executio aliqua voluntas Dei est efficax, licet non supponat opera nostra, à quibus dependet illius executio.

Secundò & efficacius, quia voluit efficaciter Deus redemptionem fieri per Christi merita, antequam libera actiones illius prouiderentur vt absolute futura.

20. *Quintum fundamentum aduersariorum est. Rursus de Prædestinatione.*

quia si electio ad gloriam non supponeret futuram sanctitatem, sed illam causaret; sequeretur inde Deum eligere aliquos ad gloriam, vt eos sanctos efficiat. Consequens autem est falsum; nam econtra eos sanctos efficit, vt ad gloriam eligat.

Respondetur. Si agamus de sanctitate viatorum, mala est sequela, propriè loquendo, quoniam dictio, vt, significat causam finalem: sed electionis ad gloriam non est finis sanctitas viæ, sed tantum est medium. Rectè autem intulisset oppositum, videlicet Deum eligere aliquos ad gloriam, non vt eos sanctos efficiat in hac vita, quia sanctitas huius vitæ à diuina electione ad gloriam tanquam ad premium ab efficaci intentione finis causatur. Quòd si agamus de sanctitate perfecta patriæ, idem erit dicere, homines eliguntur ad gloriam, vt sint sancti, ac dicere, homines eliguntur ad gloriam, vt sint beati, & gloriosi. Quæ propositio propter identitatem impropria est, & inutilis doctrinæ.

SECTIO V.

*Ab ordine obiectorum non bene deducitur ordo electionis, & præscientiæ diuinæ.*

1. *Illa sententia, contra quam disputauimus duabus sectionibus præcedentibus, pergit alia fundamenta iacere. Quorum*

Primum est, quoniam in diuinam voluntatem cadere non potest inæqualitas, nisi quæ ab extrinseca obiectarum denominatione proueniat: vnde sic arguitur. Si Deus efficaciter vult gloriam Petro, & non vult gloriam Iudæ, iam inæqualiter amat Petrum, & Iudam. Quo supposito, petitur vnde proueniat hæc inæqualitas amoris diuini, vtrum ex ipso actu diuino, vel ex illius obiectis. Ex diuino actu præcisè non potest inæqualitas prouenire; quoniam ille simplicissimus est, & summopere vnus & idem: eiusdem autem ad seipsum inæqualitas esse non potest. Restat igitur vt inæqualitas proueniat ab obiectis. Quapropter Deus, quod ex se est, æqualiter vult gloriam Petro & Iudæ, si fuerint digni: neque inæqualitas inuenitur, quousque Petrus & Iudæ prouideantur fore inæquales per merita Petri, & peccata Iudæ, ex quibus redundat inæqualitas in diuinam volitionem tribuendi gloriam illis.

Confirmatur, quia nonnulli reprobi sunt aliquo tempore sanctiores, quam aliqui predestinati, præcæduntque dotibus naturæ & gratiæ præstantioribus: proindeque quantum est ex parte obiecti Deus eos amaret magis, quam predestinatos, nisi prauis perseuerantia foret ratio, propter quam magis amarentur predestinati.

2. Respondetur. Hoc argumentum, si valet aliquid, probat non tantum contra suos auctores, sed etiam contra fidem catholicam. Peto namque de amore, quo Deus vult vehementer & congruentem vocationem vni homini tribuere potius, quam alteri: ac de amore, quo vult illustrationes, reuelationes, internos sensus, & heroicam perfectionem inspirare vni homini potius, quam alteri: denique de amore, quo ex duobus hominibus iustis, imminente peccandi

L peri



periculo, vult per mortem eripere eum, qui minus iustus est, & in remissiori gradu gratiæ constitutus; alium verò constitutum in altiori gradu gratiæ vult inter pericula relinquere. Peto, inquam, yrùm authores contrariæ sententiæ, vel aliquis Catholicorum existimet rationem huius inæqualitatis semper esse petendam ex inæqualitate, quæ prævideatur esse futura in hominibus? Quod si negaueris, vt negare debes; fateri necesse est, eam esse vim amoris infiniti, quoniam infinitus est, vt per suam entitatem vnica; & simplicissimam possit inæqualiter obiecta diligere, & in illis causare inæqualitatem: sicut fufius probatum à nobis fuit in tomo de voluntate Dei disput. 53. sect. 1. & 2.

Via diuini amoris.

3. Vnde sic possumus contra suos authores prædictum argumentum retorquere. Deus, nulla præuisa inæqualitate ex parte hominum, potest illis inæqualiter velle gratiam & alia dona, tam supernaturalia, quam naturalia; neque inæqualitas ista repugnat summæ vnitati, & simplicitati diuinæ volitionis: ergo inæqualiter velle gloriam hominibus, ante præuisam eorum inæqualitatem, non repugnat eidem vnitati, & simplicitati diuinæ volitionis.

4. Secundum fundamentum est, nam eundem ordinem, quem obiecta creata habent inter se, assignare debemus in diuino decreto: sed inter merita, & gloriam hic est ordo, vt in genere causæ meritoria sint priora merita; gloria verò sequatur vt præmium: ergo diuinum decretum dandi efficaciter gloriam, præsupponit præuisa merita. Maiorem probant autoritate Fulgentij in epilogo lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi, dicentis: *Non aliter perficit in opere, quam in sua sempiterna atque incommutabili habet voluntate dispositum.* & lib. 1. ad Monimum, cap. 8. in medio. *Hac, inquit, Deus sicut in prædestinatione semper habuit, sic per gratiam, sicut prædestinauit, facit.*

5. Confirmant primò, quoniam diuina voluntas, quando in tempore confert gloriam vt præmium, iam confert præsuppositis meritis; alioqui iam non conferret vt præmium: ergo Deus ab æterno decreuit conferre gloriam præsupposita præuisione meritorum. Probatur consequentia, quia diuina voluntas eodem ordine voluit ab æterno gloriam, quo eam vult in tempore.

Confirmant secundò ex discrimine inter media moralia, & media physica. Vocant autem media moralia merita comparatione illius, qui debet reddere præmium: de quibus medijs dicunt ij Doctores, nisi præuideantur vt absolute futura, non poterit eorum finis efficaci, & absoluta voluntate decerni.

Confirmant tertid, quia merita nisi acceptentur à Deo conferente præmium, non erunt propria merita, neque digna præmio: sed non acceptantur, nisi præcognoscantur vt futura: ergo non vult Deus illis conferre præmium vt præmium, nisi postquam præuidit esse futura. Atque idem argumentum fieri potest de impetratione, quæ non acceptatur à Deo ad impetrandum, nisi fuerit præuisa.

6. Hæc argumenta diluemus postquam, proposito fundamento tertio aduersariorum, dixerimus quæ ad detegendam vtriusque fallaciam notanda fuerint.

7. Tertium igitur fundamentum est, quia si Deus

non ex gratitudine habens rationem meritorum, sed ex liberalitate merè gratuita, decreuit Petro dare gloriam in tempore, sequitur quòd in tempore gloriam tribuat merè gratis, nulla habita ratione meritorum: ac proinde non tribuat gloriam vt præmium. Quapropter ex vi illius decreti Deus conferret gloriam prædestinatis, etiam si à vita decederent sine vllis gratiæ meritis.

Confirmant primò exemplo Regis, qui decerneret Petrum eligere sibi in consiliarium, nulla habita ratione doctrinæ, prudentiæ, & integritatis, cuius decreti executionem non impediunt ignorantia, imprudentia, & corrupti mores Petri, quamuis postea Regi certò constarent.

Confirmant secundò, quia si Deus ab æterno voluit gloriam merè gratis, non præmissò examine meritorum; voluit eadem ipsa voluntate, hoc obiectum executioni mandare: neque opus est ad executionem alia voluntate Dei, qua velit gloriam dari vt præmium: alioqui prior voluntas non erit efficax.

Confirmant tertid, quia decretum illud fertur ad executionem futuram faciendam ex eodem motiuo, ex quo processit voluntas æterna.

Confirmant quartò, quoniam aliàs diuina voluntas mutaretur, si ab æterno voluisset gratis gloriam tribuere, & in tempore illam vellet conferre solum vt præmium meritorum.

Confirmant quintò, quia velle ab æterno gratis dare gloriam, & in tempore dare gloriam ex meritis, repugnantia sunt, quoniam gratuita voluntas dicit negationem meritorum.

Confirmant sextò, nam Augustinus & alij Patres inde probant prædestinationem ad gratiam non fuisse ex præscientia meritorum; quoniam in tempore gratia non datur ex meritis: ergo si existimarent gratiam dari ex meritis in tempore, existimarent consequenter prædestinationem ab æterno fuisse factam ex meritis præuisis. Quare cum gloria in tempore detur ex meritis, ab æterno prædestinata erit ex præuisis meritis. Loca Augustini, & aliorum Patrum citauimus præcedenti tomo de prouident. disp. 17. & 18.

Confirmant septimò, nemo quippe dicitur acquirere per merita, quod iam aliunde ei debetur; aut certe si acquirit, nouo titulo acquirit, quod debitum ei esset, etiam non existentibus meritis; sed prædestinati per merita acquirunt gloriam de nouo, ita vt ante merita non esset illis debita gloria, neque tribuenda illis esset gratis: ergo prædestinatis non debetur gloria propter gratuitam prædestinationem; consequens igitur est vt prædestinatio ad gloriam non sit merè gratuita, sed propter merita.

Pro diluendo secundo & tertio fundamento recolendum est.

Primò, ordinem diuinæ cognitionis, & volitionis plerumque discrepare ab ordine, quem res volitæ, aut cognitæ seruant inter se. Proinde ab ordine, quem seruat executio ad extra, siue actio transiens à Deo in creaturas, nullum efficacem argumentum sumitur ad colligendum ordinem, quem volitiones diuinæ seruant inter se, aut comparatione scientiæ diuinæ: quin potius liberum Deo fuit ab æterno seruire ordinem volendi diuersum ab eo, quem de facto seruauit, quantumuis maneret eadem executio, & productio ad extra, quæ nunc est. De quo satis diximus

8.

9.

10.

Ordo volitionum Dei plerumque diuersus à rerum ordine.

tomo de voluntate Dei disput. 22. sect. 3. 4. & 5. & tota disp. 24.

11. Secundò obseruandum est, in propositionibus, quæ referuntur ad actus intellectus, & voluntatis, contingere frequenter æquiocationem occasione dictionis alicuius, quæ potest referri ad actionem intellectus, & voluntatis, & potest referri ad obiectum illarum actionum. Exempla sunt sine numero. Vnum sufficiat: *Volo simul vna hora Romam ire, & redire in Hispaniam.* In hac propositione si dictio, *simul*, referatur ad obiectum volitum, erit propositio falsa, & de obiecto impossibile: quoniam impossibile est vna hora simul ire Romam, & redire in Hispaniam. Si verò vox, *simul*, referatur non ad obiectum volitum, sed solum ad actum volendi, vera erit propositio, si proferatur ab homine, qui simul habet volitionem eundi, & volitionem redeundi. Itaque aliud est, simul existere volitionem eundi, & redeundi; aliud est velle, vt existant simul in vna tantum hora contrarij motus eundi Romam, & redeundi in Hispaniam.

12. Tertid obseruandum est, eandem æquiocationem contingere in plerisque dictionibus, quæ referuntur ad electionem diuinam, aut volitionem dandi gloriam. Præcipue verò dictiones sunt, *sicut, aliter, eodem modo, diuerso modo*; veluti cum dicitur: *Sic Deus in tempore gloriam confert, sicut eam voluit dare ab æterno*; vel, *aliter voluit, aut alio modo, quam eam dat in tempore.* Sunt etiam eiusdem æquiocationis hæ voces, *remunerarium, merces, corona iustitiæ, brauium, premium laboris*; quibus opponuntur alia dictiones, *gratis, merè gratuitum, nulla habita ratione laboris*; rursum, *independenter à meritis*, aut *dependentem à meritis*, propter merita præuisa, vel procedens ex meritis præuisis, vel ante præuisa merita, & non propter præuisa, postertus præuisione, aut prius præuisione. Hæ omnes dictiones, & alia similes, æquiocas reddunt propositiones, eò quòd possunt referri ad obiectum volitum à Deo, quod est exequendum ad extra, & possunt referri ad volitionem Dei: qui sunt duo sensus longè diuersi. Sit igitur

13. Prima conclusio. Possibile est, significata præcedentium dictionum ita separari in re, vt conueniant diuino actui, & repugnent obiecto diuini actus: vel econtrario repugnent diuino actui, & conueniant obiecto diuini actus. Exemplum sit *mera gratia*, quæ proprietas conueniet diuinæ volitioni, qua voluit efficaciter hominibus conferre gloriam ex eo solum, quòd nullis meritis nostris Deus impulsus fuerit ad habendam talem volitionem: nihilominus eadem proprietas repugnabit obiecto volito per eandem volitionem, si Deus sua volitione merè gratuita voluit efficaciter conferre gloriam vt præmium meritorum, & voluit simul conferre merita, quibus præmium obtineretur. Idem genus distinctionis accommodandum est reliquis dictionibus.

14. Conclusionem probo primò, quoniam electio ad gratiam iustificantem, & electio ad persecutandum in gratia, est merè gratuita: nihilominus Deus eligit, vt gratiam iustificantem, & persecutandam consequamur per merita, & impetrationem de congruo (vt sæpè diximus.) Ergo potest volitio dandi gloriam esse gratuita, quamuis velit, vt gloriam consequamur per merita de congruo.

Ruis de Prædestinatione.

Probatur secundò, Deus enim potuit præordinare, vt Christus Dominus per sua merita libera obtineret nobis redemptionem, ita vt ad præordinandum non impelleretur Deus à præuisis meritis Christi Domini; sed potius præordinatio esset causa adhibens omnia media, vt Christus Dominus mereretur. Tunc autem præordinatio Deierit merè gratuita, & tamen per illam amatur obiectum consequendum ex iustitia. Similiter potuit Deus præordinare, vt Beata Virgo, & Patriarchæ per orationes & merita de congruo obtinerent incarnationem Christi Domini, quamuis illius prædestinationis nullum esset meritum de congruo præuisum, sed potius aucturam à prædestinatione.

15. Ex eodem ratione factis à Christo D.

Tertid probatur à priori, nam diuina volitio differt à gloria realiter; sicut Deus differt à creatura: ergo possibile est, volitionem diuinam dari gratis, quamuis obiectum eiusdem volitionis non detur gratis, sed ex iustitia. Sic igitur amor, quo Deus efficaciter vult gloriam prædestinatis, potest esse merè gratuitus respectu prædestinatorum, quamuis eadem volitio velit, vt gloria non detur gratis, sed ex iustitia.

16. Ex volitione diuina.

Confirmatur primò, per scientiam quippe conditionalium potest Deus certò scire, quòd si velit alicui dare gloriam vt præmium, poterit illi infallibiliter tribuere merita, vt coronam obtineat: & hoc sufficit, vt possit velle gloriam vt præmium ante præuisa merita.

Confirmatur secundò, quia si Rex aliquis ea polleret scientia & potentia, idem posset, vt dictum est sect. præcedenti.

Quartò probatur, quia gratis esse volitionem, quæ vult obiectum conferri secundum leges iustitiæ, necessariò concedendum est in voluntate antecedenti, siue inefficaci saluandi omnes homines, quæ simplex complacentia, & inefficax amor beandi omnes homines, omnibus hominibus tribuitur gratis, non præuisis eorum meritis: & tamen in ea complacentia amatur beatitudo vt corona iustitiæ obtinenda per merita. Et quantum ad hoc solida ratio discriminis inter simplicem complacentiam, seu velleitatem, ac voluntatem efficacem assignari potest nulla.

17. Ex voluntate inefficaci antecedenti.

Quintò probatur, quoniam saltem voluntas efficax conferendi gloriam alicui homini vagè, potuit esse ex mera gratia, nullo præuiso opere (nec enim per scientiam visionis potest præuideri vagè, sed determinatè), nihilominus per eandem volitionem vult Deus efficaciter, vt gloria obtineatur per merita.

18.

Vtrumque argumentum præcedens confirmatur exemplo Regis, qui præmium proponeret ei, qui victor euaderet in certamine: in quo Rege merè gratuita fuit volitio, qua voluit præmiis inuitare eos, qui decertant, & voluit efficaciter præmium tribui victori, quicumque ille sit: & quamuis hæc volitio sit merè gratuita, nihilominus per illam Rex vult, vt victor non gratis, sed iuxta leges iustitiæ præmium consequatur.

Secunda conclusio. Vt Deus velit efficaciter alicui homini conferre gloriam quasi coronam iustitiæ, & quasi præmium, necessarium est simul velle efficaciter eundem hominem incitare, vt infallibiliter mereatur gloriam. Quæ duæ volitiones mutuo ab inuicem pendunt, vt in generali

19. Voluntas efficax gloria quomodo à meritorum voluntate dependet.



rali fuit explicatum tomo de voluntate Dei disput. 24. Et quoniam volitio efficax conferendi merita, necessariò supponit scientiam, qua Deus scit quibus motiuis & circumstantiis homo infallibiliter alliceretur, inde fit, vt volitio efficax dandi gloriam ante præuisa opera, necessariò præsupponat prædictam scientiam conditionalium.

20. Tertia conclusio. Vt Deus, electione facta merè gratis, velit efficaciter gloriam conferre ex meritis, nihil opus est multiplicare decreta. Hanc conclusionem subiungo, vt ostendam, me consultò prætermittere alias solutiones, quas referre, & impugnare non vacat. Tantùm obseruanda sunt quatuor.

Non est in Deo ordo intentionis, & executionis.

Primum. In Deo non sunt decreta duo circa gloriam, alterum ad intentionem, alterum ad executionem gloriæ; sed idem simplex decretum, quod est intentio gloriæ, vim habet, vt ab eo efficaciter procedat executio in tempore, vt probabimus sect. 7. Vniuersaliter autem in Deo non esse distinguendum ordinem intentionis ab ordine executionis, probauimus tomo de voluntate Dei, prædicta disp. 24. sect. 1.

21. Vnitatis decreti circa gloriam, & meritum.

Secundum. Non habuit Deus duo decreta dandi gloriam, aliud abstrahens à meritis, aliud dandi propter merita; sed vnicum tantum decretum Dei fuit, quo voluit gloriam dare dependenter à meritis, ita vt ex vi illius decreti gloria non daret sine meritis.

Tertium, quod inde inferitur. Decretum dandi gloriam non abstrahat à ratione præmij, & mercedis; sed potius hanc rationem volebat explicitè & determinate.

Quartum. Deus non voluit dare gloriam propter duos titulos, alium merè gratuitum, & alium onerosum; sed tantum voluit dare gloriam propter titulum onerosum, & remuneratorium meritorum.

22. Quarta conclusio. Hæc eadem, quæ diximus de gratuito, & oneroso, intelligenda sunt de illis particulis, sicut, eodem modo, & reliquis, quæ numerauimus in notab. 3.

SECTIO VI.

*Diluuntur aduersariorum fundamenta proposita in præcedenti sectione.*

1. PRIMO fundamento sectione præcedenti satisfecimus. Secundi autem ac tertij fundamenti solutio tota colligitur ex præcedentibus conclusionibus. Sed operæpretium erit singulis rationibus solutionem accommodare.

Ad secundum ergo fundamentum respondetur, negando maiorem, & ad eius probationem respondetur. Ex contextu Fulgentij eisdem in locis constat agere de modo, & ordine, quem Deus vult esse in obiectis volitis; non de modo, & ordine, quem in se habet diuina volitio, ac si diceret: modus, quo res in tempore disponuntur, ille est, quem Deus voluit in rebus existente in tempore: & tamen hoc voluit æterna volitione.

2. Ad primam confirmationem respondetur. Deus vna & eadem volitione, ac proinde eodem ordine voluit gloriam ab æterno, & vult eam in tempore; sed tam in tempore, quam ab

æterno gratis, & ante præuisa merita Deus voluit, & vult, vt gloria non conferatur propter merita, quæ iam sunt facta, quando conferitur gloria.

Ad secundam confirmationem respondetur. Non solum medijs physici, sed etiam medijs moralis finis potest efficaciter amari ante præuisum medium, vt ostendimus sect. 3. initio.

Ad tertiam confirmationem respondetur, distinguendo minorem. Nam vt Deus acceptet merita & impetrationem, non requiritur scientia visionis meritorum, quæ visio supponat futuram existentiam meritorum: requiritur tamen scientia, qua Deus in suo efficaci decreto cognoscit, à se causanda esse merita libera in homine: & hæc merita ita præcognita acceptantur à Deo ad gloriam. Quare sicut sectione præcedenti, conclus. 2. diximus, volitionem efficacem dandi gloriam vt præmium pendere à volitione efficaci dandi merita; ita nunc dicimus, eo ipso pendere ab acceptatione horum meritorum, quæ virtute huius decreti præsciuntur esse futura.

Ad tertium fundamentum respondetur, distinguendo primam propositionem. Illa namque proprietas merè gratuiti, nulla habita ratione meritorum, aut refertur ad obiectum volitum à Deo, ita vt Deus decreuerit, collationem gloriæ fieri gratis, non habita ratione meritorum: & huiusmodi gratuitum optimè infert, quòd Petrus gloriam obtineret, etiam si è vita decederet sine vllis meritis. Hoc autem inconueniens nullo modo sequitur ex propositione, quæ à nobis asseritur. Nam proprietatem illam, *gratuiti, & nulla habita ratione meritorum*, referimus solummodo ad actum Dei, quamuis Deus velit, vt obiectum sit præmium, & corona iustitiæ, vt sect. præced. conclus. 1. explicatum est.

Ad primam confirmationem respondetur. Si Rex posset, cuiuscumque vellet, efficaciter conferre omnes dotes optimi consiliarij, tunc posset electio Petri in consiliarium esse merè gratuita in se; & tamen obiectum volitum per eam posset esse opus iustitiæ.

Ad secundam, tertiam, & quartam confirmationem respondetur. Eadem voluntate, qua Deus voluit conferre gloriam Petro, exequitur in tempore quod vult sine noua voluntate: sed sicut ab æterno voluit, vt gloria daretur ex iustitia, quamuis hoc gratis voluerit, ita in tempore dat gloriam ex iustitia; quemadmodum probabitur sequenti sect. 7.

Ad quintam confirmationem respondetur, distinguendo maiorem. Nam ab æterno velle, vt gloria detur gratis, & in tempore gloriam dare ex meritis, repugnantia sunt. Carterum ab æterno gratis habere voluntatem, per quam velit, vt gloria detur, non gratis, sed ex iustitia; & in tempore gloriam dare ex meritis, hæc non repugnant, sed necessariò se mutuo inferunt.

Ad sextam negatur consequentia. Quamuis enim hæc sit bona consequentia: Non datur causa, vel ratio gratiæ ex parte nostra; ergo non datur ratio prædestinationis ad gratiam. attamen e contrario nihil valet consequentia: Non datur ratio prædestinationis ad gratiam; ergo non datur ratio gratiæ. de quibus consequentiis plura diximus supra disput. 5. sect. 5. Quare Patres vsi sunt optima illatione. Quòd si existimauissent, ex parte nostra dari causam primæ

primæ gratiæ: nihilominus dixissent, prædestinationem ad primam gratiam fuisse gratuitam. Sed hoc non probarent illo argumento, sed alio: sicut quamuis existiment, gratiam iustificantem supponere causam dispositiuam, & meritoriam de congruo virtute gratiæ; gloriam verò supponere merita de condigno: nihilominus dixerunt, nullam esse ex parte nostra causam prædestinationis ad gratiam iustificantem, neque ad gloriam, vt vidimus disput. 10. & 11.

8. Ad septimam distingue consequens. Nam immediate, & formaliter ratione prædestinationis gratiæ non debetur gloria prædestinato, neque illi acquiritur propriè ius ad gloriam: cæterum remotè, & in radice prædestinatis acquiritur ius, & debetur illis gloria ratione prædestinationis merè gratuita, quatenus Deus per illam statuit conferre prædestinato media, quibus infallibiliter mercatur gloriam ex iustitia, & acquirat ius illius. Quare quando postea per merita acquirimus gloriam, non eam acquirimus nouo titulo: quoniam prior titulus gratuitus non erat, nisi in ordine ad tribuendum nobis titulum iustitiæ; titulus autem iustitiæ non esset in nobis ex vi præsentis decreti diuini, nisi præcessisset ille titulus gratuitus prædestinationis. Ideo si quis à prædestinatione præscindat titulum iustitiæ, quem prædestinatio vult esse in nobis, ille neque relinquit in prædestinato vllum ius ad gloriam, neque relinquit in prædestinatione completam rationem prædestinationis, quæ modò est cum toto obiecto ab illa volito.

9. Scientia conditionalium.

Sed quoniam omnes solutiones supponunt scientiam conditionalium, per quam Deus certò cognouit, quibus motiuis, auxilijs, & circumstantiis quicumque homo infallibiliter alliceretur, vt liberè exqueretur opera meritoria, vt vidimus sectione præcedenti, conclus. 2. duabus potissimum obiectionibus redarguimur ab aduersarijs.

10. Prima obiectio, nam si per scientiam conditionalium, ante præuisa opera nostra, Deus prædesinaret nostra merita; sequeretur illa non esse libera. Sed hoc cum reliquis argumentis de libertate tractabitur in peculiari disputatione.

11. Secunda obiectio, quoniam nullus, etiam stultus, præmium tribuit pro meritis, quæ faceret aliquis; sed tantum pro meritis, quæ faciet: ergo scientia conditionalium non sufficit ad prædestinationem, sed necessaria est scientia visionis de opere absolute futuro.

Respondeo negando consequentiam: quamuis in consequente aliqua videatur equiuocatio latere, quæ fessellit illius inuectores. Nam scientiam conditionalium requiri ad prædestinationem duobus modis intelligi potest. Primò quasi ostendens rationem, ob quam congruum fit vnum hominem eligere potius, quam alium: & hoc modo nihil iuuare potest scientia conditionalium, vt argumentum probat, & nos fuisus disput. 5. sect. 6. & disput. 7. sect. 3. Secundo modo scientia conditionalium requiritur ad prædestinationem, quasi ostendens viam, & rationem, qua homines alluci possint à Deo, vt infallibiliter implcant voluntatem efficacem Dei de sua gloria obtinenda per libera merita: sed hoc non est præmium tribuere pro meritis, quæ prædesti-

Quo pacto scientia conditionalium ad prædestinationem requiratur.

Ratiõ de Prædestinatione.

natus faceret, sed præmium tribuere pro meritis, quæ prædestinatus faciet de facto, quoniam de facto Deus illum alluciet, vt infallibiliter, & actualiter operetur.

SECTIO VII.

*Utrum intentionis & executionis volitiones in Deo distinguantur.*

1. DŒCTI recentiores existimant, in Deo ratione ratiocinata distingui volitionem finis, & volitionem exequendi eundem finem, applicando potentiam ad media, per quæ consequendus est finis. Vnde inferunt, in his duabus volitionibus esse diuersum ordinem. Nam volitio finis erit quandoque independens à medijs particularibus: sed volitio exequendi semper pendebit à medio particulari, à quo incipit executio. Ita existimat Suarez 3. part. tomo 1. disp. 5. sect. 1. & lib. 3. de auxilijs cap. 18. & 19. & 1. p. lib. 1. de prædestinat. cap. 14.

1. Sententia distinguens illas.

Primum argumentum est, quia Deus vult ordine intentionis gloriam prædestinato ex sola sua gratia: dat autem eandem gloriam non ex sola liberalitate, sed ex meritis; non dat autem nisi per voluntatem: ergo necesse est intelligere in Deo voluntatem, qua exequitur donationem gloriæ, vt ratione distinctam à priori voluntate, qua eandem gloriam intendit.

2.

Confirmatur primò, quia idem videre licet in ordine causarum, & effectuum naturalium, in quibus Deus intendit finem, & propter illum applicat media, per quæ postea exequitur effectum intentum, quam executionem per suam etiam voluntatem facit: ergo necesse est, illam esse aliquo modo distinctam.

Confirmatur secundò, quia in diuinis rebus nos philosophari non possumus, nisi ex humanis seruando proportionem, & tribuendo Deo quicquid perfectionis est, remotis imperfectionibus: sed in nobis inuenimus hos duos ordines intentionis, seu consultationis, & executionis esse distinctos, & necessarios ad perfectum modum operandi propter finem ex propria intentione, & relatione ipsius operantis. Est autem ordo imperfectionis in nobis, quòd hæc facimus per actus re ipsa distinctos, & per mutationem realem nostræ voluntatis, & medio discursu, consultatione, & inquisitione mediõrum: ergo seclusis his imperfectionibus in vnico & simplicissimo actu voluntatis Dei, vtramque rationem actuam intelligere debemus, cum perfectissimè operetur propter finem.

3.

Secundum argumentum: quia illud obiectum est donum quoddam amabile, cui voluntas per affectum coniungi potest, & est etiam res quadam factibilis à tali operante, qui potest applicare potentiam suam ad talem effectum exequendum. Priori modo versatur voluntas Dei circa tale obiectum, quando ordine tantum intentionis procedit: posteriori autem modo, quando iam inchoat executionem.

4.

Confirmatur ex D. Thoma 1. 2. quæst. 15. & 16. præsertim artic. 4. vbi hoc modo distinguit consensum, & electionem ex vna parte ab vsu. Nam consensus pertinet ad ordinem consultationis, diciturque acceptationem talis medijs per affectum & complacentiam, vel etiam per electionem

5.

tionem, si cum aliis conferatur, nondum tamen ex vi talis actus fit, quia in eo non se gerit voluntas ut facultas operatiua ad extra: vsus verò sequitur post affectionem, & inchoat executionem effectus, quia iam versatur circa illum ut operabilem.

6. Tertium argumentum; quia potentia, per quam Deus exequitur exteriores actiones, ratione distinguitur ab intellectu, & voluntate eius. Per voluntatem autem, quia Deus intra se præfinit, seu acceptat tale medium, non applicat potentiam suam ad operandum, sed tantum amat illud bonum respectu talis personæ; per voluntatem verò exequentem applicat illam ad executionem operis intenti; ergo voluntas executionis distinguitur à voluntate intentionis.

7. Quartum argumentum; quia Deus exequentem voluntate vult concurrere ad actum bonum, intendens ipsum actum bonum: non sic autem vult concurrere ad actum peccati, quia non intendit ipsum peccatum; igitur ordo, & voluntas executionis distinguitur ab ordine intentionis.

8. Pro resolutione suppono probatum in tomio de voluntate Dei disput. 7. sect. 6. quilibet volitiones diuinas esse prorsus eiusdem speciei, nec distingui eo genere distinctionis quasi specificè; quo distinguuntur intellectio & volitio, quarum obiecta formalissima verum, & bonum speciem distinguuntur. Vnicum enim, & simplicissimum bonum infinitum est formalissimum obiectum omnium volitionum diuinarum.

Nihilominus aliqua veluti partes obiecti materialis ratione ratiocinata distinguuntur in diuina volitione secundum rectum modum intelligendi: & hoc inquirimus in præfenti, vtrum inordinatus, aut rectus sit intelligendi modus, quo prædicta sententia distinguit volitionem intentionis, & volitionem executionis.

9. Sit igitur conclusio. Secundum rectum, & ordinatum modum intelligendi, volitio intendens dare gloriam propter merita, non est distinguenda à volitione exequenti retributionem gloriæ propter merita. Generaliter autem efficax volitione finis non distinguitur ab efficaci volitione exequenti finem: sicut neque efficax electio mediorum distinguitur ab efficaci voluntate exequenti media.

10. Probatur primò, quia negari non potest, quin Deus possit intentione sua efficaciter velle, & intendere, quodcumque bonum ab ipso causabile, maximè verò præstantissima bona; sed honorificentissimus titulus coronæ, & brauij reddendi tanquam præmij propter merita, hoc totum est præstantissimum bonum à Deo causabile: Deus igitur efficaciter potest velle, & intendere, totum illud bonum in homine causare. Hoc autem si Deus efficaciter intendat, eo ipso & eadem intentione vult efficaciter exequi operationem transeuntem, quia totum illud bonum causatur: ac subinde data prædicta intentione, datur tota voluntas requisita ad executionem; ideoque superflua erit alia voluntas exequens.

11. Porro de facto Deum intendisse totum illud ritulum honorificentissimum, rationibus probatum est sect. 1. & 2. firmiter autem authoritate Scripturarum, & Patrum supra disput. 8. 10.

& 11. Ex illis enim omnibus efficitur, Deum merè gratis pro sua libera voluntate quosdam homines efficaciter elegisse ad gloriam retribuendam ut præmium meritorum, & ex ea intentione præordinasse media & merita, quibus eum finem consequerentur. Hæc autem efficax electio ad gloriam est ipsissima intentio finis, & ipsissima voluntas exequenti finem.

Vnde probatur secundò; quia nulla est illa necessitas distincta voluntatis exequentis, quam fingit contraria sententia, videlicet ut voluntas exequens sit proximum principium efficiens, vel saltem applicet immediatè omnipotentiam, quæ est principium efficiens. Ad hoc igitur non esse necessariam distinctam voluntatem exequentem, sed eandem ipsam intentionem efficacem esse voluntatem exequentem, probatur, quia postquam semel Deus efficaciter vult aliquid, verbi gratia, vult efficaciter conuocare Petrum; necessariò sequitur imperium in intellectu (nisi dicas, ipsam volitionem esse imperium exequens.) Posita autem voluntate efficaci Dei, & eius imperio, necessariò sequitur conuersio Petri, & quodlibet aliud obiectum, quod vult fieri: siue dicas potentiam operatiuam ad extra ratione distingui volitione, & intellectio- ne diuina; siue dicas, non distingui: quapropter operatiua Dei potentia sufficienter est ad opus applicata per vnicam volitionem efficacem.

13. Confirmatur. Quoniam etiam homines ingenio prompti post consultationem de rebus sibi facilibus, quas possunt statim absque impedimento executioni mandare, vnica volitione finem intendunt, & exequuntur. Neque enim opus est duplici volitione, vna, qua quis velit adire forum, & alia, qua velit applicare potentiam motiuam ad eundem: neque opus est vna volitione, qua velit amicum obuium salutare, & alia, qua velit mouere linguam ad saluandum. Idem intellige de pluribus aliis operationibus. Contingit autem hominibus plerumque primam intentionem non applicare potentias ad executionem, siue quia impeditur executiua potentia, siue quia distat tempus executioni destinatum, & interim cessat intentio. Nihilominus etiam in eo casu voluntas, quæ actualiter exequitur, eadem est intentio efficax, & talis, ut sola sufficeret, etiamsi nulla prior intentio præcessisset. Cum autem nulla volitio cessare possit in Deo, nullaque possit incipere denuò, nullisque impedimentis possit eius executio retardari, vel impediri: consequens est eandem intentionem absolutam, & efficacem finis, esse per se ipsam exequentiam finis, maximè cum intellectus & voluntatis diuinæ summa sit promptitudo, ut primo & simplicissimo ictu quilibet res faciendas comprehendat.

14. Probatur tertio, quoniam doctrina, Philosophis, & Theologis non minus familiaris, quam certa, tradit, ordinem executionis esse contrarium ordini intentionis, ita ut quod est primum in intentione, sit posterius in executione, & quod est prius in executione, sit posterius in intentione. Caterùm isti diuersi ordines non contineantur intra volitiones ipsas; sed executionis ordo est in rebus extra voluntatem productis; ideoque solus intentionis ordo conuenit interiori volitioni: frustra igitur inducitur alia volitio.

litio, cui tribuatur executionis ordo, distinctus ab ordine intentionis.

Hoc igitur sensu Philosophus lib. 3. ethicor. cap. 3. circa medium, de consultationibus tractans: Omnes, inquit, postulo quosdam sine, quemadmodum, & per quos fiat ille, considerant. Atque si per plura posse fieri videtur, per quod illorum facillime, optimeque fiet, perquirunt: idque faciunt, donec ad primam perueniant causam, quæ quidem in inuentione est vltimum. Vnde post pauca subiungit: Id, quod vltimum est in resolutione, primum esse constat in generatione.

15. Probatur quartò, peculiariter refutando finem, ad quem prædicta distinctio voluntatum qualita est à suis authoribus, videlicet ut inter se conciliarent, quæ verbo tenus videntur opponi: siquidem Augustinus aliquando dicit præficientiam meritorum fuisse rationem electionis ad gloriam; frequentius autem excludit quamlibet causam, & rationem prouenientem à præficientia meritorum. Quæ omnia testimonia iam aliter ex ipsius Augustini doctrina conciliata sunt disput. 10. sect. 3. & sequentibus: sicut etiam aliorum Patrum testimonia declarata sunt disput. 11. sect. 2. 6. & 7. Horum igitur omnium conciliatio nihil inuatur; sed potius obscuratur, & impeditur distinctio duarum voluntatum intentionis, & executionis.

16. Confirmatur, quoniam illa distinctio nullum fundamentum habet, neque in Augustino, neque in aliis Patribus asserentibus electionem ad gloriam tanquam ad præmium reddendum pro meritis; omnes enim de illa volitione tanquam de vnica tractant: neque reperitur vllus, vel minimo iudicio significans bis homines fuisse ad gloriam electos, semel ad gloriam non ut ad mercedem, & iterum ad gloriam tanquam ad mercedem, ita ut prior illa sit voluntas intentionis, posterior autem sit voluntas executionis.

17. Ad argumenta solutio constat ex dictis in hac, & duabus præcedentibus sectionibus. Ad primum distinguenda est æquiuocatio antecedentis. Deus enim ordine intentionis ex sola gratia & liberalitate concipit volitionem, qua vult reddere gloriam Petro non ex mera liberalitate, sed ut præmium propter merita. Sic ergo iustitia reddens præmium est obiectum volitum, & exterius exequendum in tempore: sed huius volitio est æterna Dei intentio merè gratis habita.

18. Ad primam confirmationem vltima consequentia negatur; Deus enim eadem intentione efficaci, qua ab æterno vult finem, & vult ad illum applicare media, tam media, quam finem exequitur in tempore per operationem transeuntem, sine vlla distincta operatione immediata in ipso Deo.

19. Ad secundam confirmationem respondetur, minorem esse falsam. Imò potius in nostris volitionibus solus est ordo intentionis, licet in operationibus transeuntibus extra nos reperitur alius ordo executionis: sicut ostendimus in confirmatione probationis secunda.

Ad secundum argumentum respondetur. Circa bonum, prout est amabile, abstrahendo ab eo, quòd sit factibile à tali operante, nulla voluntas efficax, perfecta, & absoluta versari potest; sed tantum imperfecta voluntas complacentiæ, vel conditionata, sicut aperte constat

ex Aristotele lib. 3. ethicorum cap. 2. ante medium, illis præsertim verbis: Electio non est eorum, quæ fieri nequeunt, & infra: Omnino in his versatur electio, quæ in nostra sunt potestate. Idem constat ex S. Thoma 1. 2. quæst. 16. art. 4. corpore, à principio, dicens non esse perfectum appetitum voluntarium, donec tendat, ut realiter habeat ipsum finem.

Ad confirmationem respondeo. Humana voluntas propter suam imperfectionem, hebetudinem, & indigentiam consultationis ad perquirenda media, quæ eligat, non potest in rebus difficilibus à principio vnico actu concipere volitionem ita perfectam, quæ contineat in se intentionem efficacem, & electionem, & vsum. Aliquando tamen in rebus facillimis hoc poterit, ut vidimus in confirmatione secundæ probationis. Ideo S. Thomas 1. 2. quæst. 16. artic. 4. fine, satis aperte significat hos actus posse sola ratione distingui. Nec tamen inde sequitur, etiam in Deo distinguendos esse tales actus, nisi fortè velis eos distinguere in voluntate, prout abstrahi potest ab efficacia (de quo nihil curo.) Nam voluntas efficax, absoluta, & perfecta neque in hominibus multiplicatur ratione ratiocinata: neque potest intelligi voluntas efficax, absoluta, & perfecta, quæ non velit executionem ipsam, & eam exequatur, si tempus, & opportunitas adest. Ideo nobis potius, quam aduersariis, fauet prædictum exemplum.

Ad tertium respondetur, omiſſa maiori, negando minorem.

Ad quartum negatur consequentia. Solummodo quippe sequitur, non esse eandem intentionem, nec eundem modum volendi, quo vult concurrere ad actum bonum, præoptando, ut fiat ille actus; & quo vult concurrere ad actum peccati quasi coactus, præoptando, quod ex se est, ut non committatur.

SECTIO VIII.

*Nec peccatum in Deo refundi, nec maiorem esse debuisse numerum prædestinatorum, sequitur ex prædestinatione constituta ante præuisa opera.*

NUM ex communibus argumentis contra veram sententiam de causa prædestinationis, est, quia multorum gloria prædestinatorum pendet ex peccatis eorum, vel aliorum hominum, aut demonum. Sic enim penitentium gloria pendet ex præcedentibus eorum criminibus: gloria martyrum ex crudelitate tyrannorum: gloria Doctorum ex perfidia hereticorum: gloria virginum ex tentationibus impudicorum hominum, aut demonum. Sed Deus non potest esse author peccatorum: ergo non potest certò prædefinire gloriam prædestinatorum ante præuisa peccata. Consequentia probatur, nemo namque poterit efficaciter velle, & causare finem, nisi velit efficaciter, & causare ea, quæ necessariò requiruntur ad finem; si non prius videat, ea iam esse producta per aliam causam. Confirmatur, quia si Deus potest prædefinire aliquem finem, potest etiam prædefinire media requisita ad eum finem.

2. Principalis argumenti consequentia non est bona, nec verum est antecedens, quo probatur. Imò Deus potest efficaciter prædefinire, velle, atque cauere finem; quamvis non prædefiniri, atque cauere velit, neque causet peccata, quæ requiruntur ad illum finem: dummodo causet alia entia ex se bona, quibus suppositis simul cum permissione Dei præsciatur certò futura esse peccata, si homines constituantur à Deo sub illis circumstantiis. Hac ratione Deus potest prædestinare patientiam martyris ante præuifam tyranni crudelitatem, certus quòd si tyranno tribuat diuitias, potentiam, regna, satellites, & similia; destituat autem specialibus inspirationibus, & illustrationibus, ille diuinis donis, bono fine collatis à Deo, liberè abuteretur ad insolentiam, & crudelitatem contra Christianos. Idem intellige de cæteris exemplis.

3. Ad hanc solutionem confirmandam pertinent omnia, quæ diximus præcedenti tomo de prouidentia disputat. 12. & 13. quibus abundè probatum est, Deum non solum permittere quandoque circumstantias, ex quibus infallibiliter sequantur peccata, sed etiam positivè cauere, & prædefinire eas circumstantias ex se bonas, & intentione boni finis, atque intentione permitrendi peccata: & hanc infallibilitatem probauimus non solum circa peccata vagè per longum tempus, sed etiam circa determinatum peccatum in breui & determinato tempore: idque non solum comparatione hominum, qui iam sunt in peccato mortali; sed etiam comparatione hominum, qui sunt in gratia, quibus potest infallibile esse peccatum eo ordine & ratione, quam loco citato notauimus: dicemus etiam postea in disput. de his, quæ prædefiniuntur circa reprobos, & prædestinatos.

4. Ad confirmationem argumenti responderetur distinguendo antecedens. Media, quæ per se & ex naturali sua inclinatione diriguntur ad aliquem finem, ea omnia possunt prædefiniri ab eo, qui finem prædefinit. Cæterum media, quæ ex naturali inclinatione & per se diriguntur ad destruendum finem intentum; sed ex bonitate, potentia, & sapientia gubernantis, conuertuntur ad proprium finem consequendum, ea non possunt prædefiniri à Deo prædeficiente bonum finem. Hac autem media sunt peccata, quæ ab intrinseco sunt contra diuinam bonitatem, iustitiam, sapientiam, & gloriam: sed ex infinita Dei sapientia, bonitate, & potentia prouenit, quòd ex illis eliciat bona. De qua plura diximus tomo de voluntate Dei, disput. 26. & sequentibus.

5. Ad maiorem autem abundantiam est aduertendum, etiam si concederemus, prædestinationem Dei posteriorem esse præuifis peccatis, siue prædestinati, siue aliorum hominum, aut demonum, adhuc firmam consistere nostram sententiam. Nam & in multis reprobis Deus præuidit æqualia, aut minora, aut maiora peccata eorundem, vel aliorum hominum, aut demonum; & tamen ex illis peccatis non voluit efficaciter elicere bonum gratiæ, & gloriæ illorum; sicut voluit circa prædestinatos. Quare huius discriminis causa non sunt peccata præuifa. Denique quod præcipuè intendimus, est, prædestinationem factam esse ante præuifa merita finalia, & reprobationem negatiuam ante

Prædefinitur finis, non verò peccatum.

Quæ media Deo prædefiniuntur nequeunt.

præuifa demerita finalia: vtrum autem alia præuideantur, non de eo gradu curamus.

Ex vtraque solutione colligitur, necessariam non fuisse limitationem quorundam, qui propter præcedens argumentum existimant Deum ante præuifa opera non decreuisse electis, nisi infimum gradum gloriæ, qui datur omnibus baptizatis, etiam paruulis. Insuper hæc limitatio, licet vera esset, non satisfaceret argumento; quoniam quibusdam prima gratia, quam vsque ad mortem retinent, tribuitur per martyrium, aut poenitentiam: poenitentia autem necessariò supponit peccata propria, vt martyrium supponit aliena peccata.

Secundum argumentum eandem ferè solutionem habet. Argumentum est. Si Deus efficaciter negaret prædestinationem ante præuifa opera, sequeretur, Deum impellere ad peccata, & procurare, vt homines peccent; consequens autem est falsum: ergo & antecedens. Sequela probatur, quia peccata sunt media per se & naturali sua inclinatione ordinata ad negationem prædestinationis, & exclusionem à regno cælesti: & quicumque prædefinit aliquem finem, debet prædefinire media per se ordinata ad eum finem, nisi supponantur iam præuifa vt futura.

Respondetur negando sequelam; & ad probationem distinguo maiorem: nam prædestinationis negatio, siue negatiua exclusio à cælesti regno, habent aliquid boni, & aliquid mali: bona est, in quantum est iusta poena manifestatiua diuinæ iustitiæ in reprobos, & summæ misericordiæ in prædestinatos, quæ magis elucet comparatione iustitiæ. Et vt sic est finis à Deo intentus, & ad illum consequendum non diriguntur peccata reproborum per se, & ex naturali inclinatione sua: quinimò peccata, quod ex se est, diuinam gloriam minuant, & non augent. At verò media per se ordinata ad eundem finem sunt permissio peccatorum, & collatio beneficiorum, sub quibus scitur futurum fuisse peccatum per scientiam conditionalium. Hac media debet Deus prædefinire, & procurare ad consequendum finem reprobationis negatiuæ. Porro negatio prædestinationis, sicut exclusio à regno, mala est, in quantum separat à summo bono; & sub hac ratione est terminus ad quem per se diriguntur peccata, vt peccata sunt, ex sua naturali inclinatione: quamuis peccata formaliter vt peccata non propriè habeant finem, neque intentionem, vt dixi prima secunda tractans de causis peccatorum, quæst. 75.

Tertium argumentum. Si Deus sine operum nostrorum præuisione prædestinaret, aut omnes homines, aut maiorem illorum partem, prædestinaret ad vitam; sed prædestinatorum numerus est longè minor, quam reproborum: ergo Deus non prædestinat ante præuifa merita. Maior probatur, nam si Deus nostra opera non expectat, nihil est ex nostra parte, quod diuinam misericordiam, ex se propensam ad omnium salutem retineat, ne omnes prædestinet, vel certè multò plures.

Respondetur negando maiorem; & ad eius probationem responderetur. Peccatum originale in primis remouetur diuinam misericordiam, ne omnes, aut maiorem partem hominum prædestinet: præuifum namque fuit originale peccatum ante hominum prædestinationem, vt dicemus disput.

6. Non est quorundam limitatio necessaria.

7.

8. Prædestinatiuis negatio aliquid boni, & aliquid mali continet.

9.

10. Peccati originale remouetur misericordiam.

disput. 13. præsertim sect. 5. Et quamuis Deus potuisset omnes, aut maiorem hominum partem ab originali peccato liberandam prædestinare; nihilominus tot hominum prædestinatione congruenter voluit ostendere quid humano generi deberetur, vt notat Augustinus epistola 157. ad Optatum, prope medium, & lib. 21. de ciuitate cap. 12. ad finem, & fusius probabimus infra disput. 16. sect. 9.

11. Præterea diuinam misericordiam, ne prædestinet maiorem partem hominum, remouentur opera nostra, quæ ad prædestinationem licet non præsupponantur quasi absolute futura, præsupponuntur tamen quasi conditionaliter futura sub talibus circumstantiis.

12. Si autem petas, quare Deus non condidit maiorem partem hominum sub circumstantiis, sub quibus erat obtinenda salus æterna? Respondetur, quoniam hæc circumstantiæ sunt valde superiores natura humana, & ideo minus conuenientes, vt in pluribus hominibus reperirentur: quin potius ad suauem prouidentiam pertinet permittere, vt in plurimum deficeret indiuidua, quæ ex se sunt defectibilia, præsertim in ordine ad finem multò superiorem suis viribus.

13. Quæ ratio vt libentius admitatur, retorqueo argumentum in eos, qui constituunt prædestinationem post præuifa opera; & peto ab illis, quare Deus cum sit infinitæ misericordiæ, non præuenit magis copiosis illustrationibus maiorem partem hominum, vt præuenit Paulum? Quare in præteritis sæculis dimisit gentes ingredi vias suas? Quare hodie tot gentes sine luce Euangelij relinquit, cum posset eorum demerita, & ignorantiam cælesti luce, & suauitate superare? Certè quæ ab illis fuerit reddita ratio, eadem nobis sufficit.

SECTIO IX.

De proprietate electionis aliud argumentum soluitur.

1. Argumentum est, quoniam electio propriè sumpta prærequirit disparitatem inter multos, inter quos fit electio; sed prædestinatio ad gloriam est electio; & ita appellatur in sacris litteris: ergo prædestinatio præsupponit disparitatem inter homines. Maior probatur, quoniam electio est acceptio boni, relicto malo, vel acceptio melioris, relicto minus bono.

2. Confirmatur primò, nam si electio constituitur solum ex parte intellectus, iudicat de discrimine, quod inuenitur; si verò electio referatur ad voluntatem, amplectitur id, quod per iudicium intellectus præferatur aliis.

Confirmatur secundò, nam vbi nullum esset discrimen, frustra fieret electio, sed casu posset accipi quicumque ex multitudine.

Confirmatur terciò, quia si electio non supponeret distantiam eligendorum à reprobandis, nihil esset, quo electio distingueretur à proposito Dei, vel dilectione: atqui vt distincta ponuntur à Paulo ad Rom. 9. Vt secundum electionem propositum Dei maneret, Iacob dilexi, &c.

3. Addi solet confirmatio ex Augustino quæst. 2. ad Simplician. Cæterum apud Augustinum duplicem esse electionem, vel potius duplicem acceptionem huius vocis, electio, aliam, quæ suppo-

nit merita, aliam, per quam tribuuntur merita, & non supponuntur præuifa, diximus satis disput. 10. sect. 4.

Præterea suppono, hic non accipi electionem, vt condistinguitur ab intentione finis, & formaliter versatur circa media; neque accipitur electio pro conclusione consilij & discursus practici, quæ est pars humana prudentiæ, de qua agit Aristoteles 3. ethic. cap. 5. hæc enim electio in Deum cadere non potest, vt Damascenus docet lib. 2. de fide, cap. 21. apud Alexandrum, & Ricardum infra citandos. Sed accipitur electio, vt refertur ad multitudinem, ex qua accipiuntur quidam, relicti aliis.

Ad præcipuum igitur argumentum respondeo, distinguendo maiorem: nam humana electio prærequirit disparitatem in rebus; sed diuina electio non prærequirit disparitatem in rebus. Cuius ratio à priori est, quoniam diuina electio causare potest infallibiliter in electis disparitatem, qua discernantur à reprobis: quod nequaquam potest humana electio. Hanc vim diuinæ electionis, vt merè gratis discernat, quos ex se pares inuenit, agnoscit Augustinus citatus dicta disput. 10. sect. 4. & alij Patres cum fundamento in Apostolo, quos retinimus disput. 8. sect. 6.

Confirmatur, humana quippe dilectio supponit bonitatem in persona, circa quam versatur; sed diuina dilectio non supponit, sed causat bonitatem in persona, circa quam versatur. Quare cum electio supponat dilectionem, & ex illa necessariò consequatur; idem discrimen erit inter electionem diuinam, & humanam, quod est inter dilectionem diuinam & humanam. Ita D. Thom. quæst. 23. art. 4. corp.

Ad primam confirmationem respondetur eadem distinctione. Humanæ voluntatis electio per iudicium intellectus amplectitur id, quod præferatur aliis: sed diuinæ voluntatis electio amplectitur id, cui pro sua libertate vult præbere excellentiam, ratione cuius præferatur aliis.

Ad secundam confirmationem responderetur, distinguendo. Nam vbi nullum est discrimen, neque potest per electionem causari discrimen, frustra fit electio: sed quando per electionem potest causari discrimen, quamuis nullum præsupponatur discrimen, vtilissima est electio.

Ad tertiam confirmationem responderetur negando sequelam. Dilectio namque, formaliter, & expressè, tantum dicit, alicui bonum velle: nec dicit expressè comparationem illius cum aliis, aut separationem ab illis. Hoc autem expressè significatur nomine electionis diuinæ: quapropter dilectio diuina est electio, quatenus comparatione prædestinatorum maior est, & altiora bona efficaciter vult, quam comparatione reproborum. Propterea electio posterior est dilectione, quia supra dilectionem addit comparationem magis dilecti cum minus dilecto. Ita D. Thom. quæst. 32. art. 4. corp. & 3. contra gentes cap. vlt. & 1. distinct. 41. art. 1. & de verit. quæst. 6. art. 1. corp. sub finem, & ad 3. Propositum verò neque dicit expressè dilectionem, neque dilectionis excessum; sed tantum dicit expressè firmitatem decreti circa futura, siue faciendâ, siue permitteudâ, vt rectè Ricard. 1. distinct. 41. art. 1. quæst. 1.

Denique quomodo prædestinatio distinguitur ab electione, diximus disput. 4. sect. 1. Minutiora

4.

5. Diuina electio nõ requirit disparitatem.

6.

7.

8.

Electio dilectione postior.

9.



tiora quædam circa proprietates electionis, & eius ordinem ad alias partes, seu formalitates prædestinationis, videnda relinquo apud Alexandrum 1. part. quæst. 30. D. Bonaventuram distinct. 40. artic. 2. quæst. 2. & distinct. 41. artic. 1. quæst. 1. Ricardum distinct. 41. art. 1. quæst. 1. & 2. Driedonem de prædestin. part. 1. cap. 4. ad 4. Gregorium distinct. 41. quæst. 1. art. 2. in solutione primi argumenti.

10. Possit obiici contra prædictam doctrinam, quia Deus magis diligit iustum reprobam, quam peccatorem prædestinatum: nihilominus non eligit iustum illum; sed reprobatur: eligit autem iustum minus dilectum; ergo electio non addit comparationem magis dilecti cum minus dilecto. Respondetur. Eodem gradu & limitatione, quo Deus magis diligit iustum reprobam pro illo tantum tempore, quo iustus est, eundem etiam eligit ad illud donum & gratiam. Veruntamen peccatorem iustam simpliciter, & in æternum eligit, sicut simpliciter, & in æternum magis diligit, volens ei summum bonum: quod fufius tractatum est tomo de voluntate Dei disput. 53. sect. 13.

### DISPUTATIO XIII.

Vtrum prædestinatio, vel reprobatio supponat originale peccatum.

#### SECTIO I.

Vtrum prædestinatio in communi & vagè sumpta supponat originale peccatum. Vbi de prædestinatione condicionali, siue antecedenti.

1. Voluntas antecedens saluandi homines ante præuifum originale.



PRIMA conclusio. Prædestinatio condicionalis, siue (quod idem est) voluntas antecedens saluandi omnes homines, fuit ante præscientiam originalis peccati, & independentem ab illa. Hanc assertionem aliqui recentiores ad eam certam existimant, vt oppositum appellent erroneum; inter quos est Zumel quæst. 23. art. 1. Suarez quæst. 2. conclus. 1. loquitur autem de scientia visionis, in qua non sine periculo negaretur nostra conclusio. Ceterum quantum ad aliam scientiam non nisi probabilis est conclusio, vt dicemus in singulis probationibus.

2. Probatur primò, quia voluntate antecedente eligere ad gloriam, siue prædestinatione condicionali, idem est, quòd velle dare media sufficientia ad gloriam consequendam: sed ante præuifum originale, & independentem ab illo data sunt humano generi in suo capite Adamo media sufficientia, per quæ consequeretur beatitudinem in statu innocentia: ergo ante præuifum originale peccatum, & independentem ab illo Deus antecedenti voluntate, & prædestinatione condicionali elegit homines ad gloriam. Confirmatur, quoniam Adamus habuit auxilium sufficientem, vt perseueraret in gratia: quòd si perseueraret, traduceret ad posteros dona supernaturalia, quibus instructus erat.

3. Responderi probabiliter potest, dependentem ab originali peccato præcognito per scientiam conditionalium collata esse Adamo gratiam, & omnia dona pertinentia ad statum innocentia, & ea collata esse propter Christum Dominum Redemptorem, vt propter causam finalem, & meritoriam, ac proinde independentem à præcognito originali nullam fuisse voluntatem antecedentem saluandi homines. Ceterum diuina bonitate, & liberalitate videtur dignius tale constituisse decretum dandi prædicta dona & media sufficientia ad salutem in statu innocentia, vt ex vi præsentis decreti eadem tribueret, etiam si præciceret non esse committendum originale peccatum.

4. Secundò probatur conclusio, quoniam omnes homines nascuntur deordinati à fine supernaturali propter peccatum originale: ergo ante peccatum originale omnes homines erant ordinati ad finem supernaturalem. Responderi possit eadem solutione præcedentis argumenti. Homines ordinati erant ad finem supernaturalem beatitudinis ante, quam Adamus peccaret, sed non ante, quam Deus certò præciceret Adamum peccaturum, sed dependentem à præscientia peccati ordinati sunt per media status innocentia. Verum hæc solutio similiter refutari potest, vt præcedens. Si quis tamen afferat voluntatem antecedentem saluandi homines non fuisse ante, quam originale peccatum præuideretur scientia visionis, quæ supponit futuritatem absolutam peccati, hoc non video qua probabilitate liberari possit à periculo.

5. Secunda conclusio. Prædestinatio efficax & absoluta hominum vagè fuit ante originale peccatum præcognitum vt absolute futurum, & independentem ab illo. Huius conclusionis probabilis ratio est, quoniam homines vagè prædestinari potuerunt ita, vt ex vi decreti firma & efficax esset prædestinatio alicuius hominis vagè, abstrahendo ab hoc, quòd salutem consequeretur per innocentia statum, si Adamus non peccaret, vel per reparationem post lapsum, si Adamus peccaret.

6. Confirmatur primò, quoniam argumenta, quæ infra sect. 4. probant prædestinationem factam esse præsupposita visione originalis peccati, quamuis probent de prædestinatione hominum in singulari, nihil tamen probant de prædestinatione vaga.

7. Confirmatur secundò, quoniam nulla alia ratio obstat huic conclusioni.

8. Confirmatur tertio, nam reprobatio vaga fuit voluntate absoluta constituta ante præuifum originale, vt sect. seq. dicemus, & disp. seq.

9. Dubitabis, vtrum ante præuifum originale peccatum præfixus fuerit numerus prædestinatorum. Occasionem dubitandi præbuit Augustinus lib. 1. retractat. cap. 13. cuius verba referemus sect. 2. obiect. 1. Existimat enim, si Adamus non peccasset, homines nascituros fuisse vsque ad certum numerum Sanctorum. Ceterum Augustinus tantum intendit asserere, terminandas fuisse aliquando generationes in statu innocentia, neque processuras in infinitum, idque iuxta numerum, quem Deus in eo casu prædestinasset; sicut in natura lapsa de facto præfixit limites multitudini prædestinatorum.

10. Altera ratio dubitandi, quoniam independentem ab originali peccato præcognitus est numerus

rus dæmonum, ad quorum reparandas ruinas prædestinati sunt homines. Sed de hoc dicemus in peculiari quæst. de numero prædestinatorum, disput. 53. sect. 2. 3. & 4.

9. Nunc sit tertia conclusio. Probabilis videtur, numerum prædestinatorum non fuisse præfixum ante præuifum originale peccatum.

10. Probatur primò, nam Christus Dominus non subiret mortem, nisi Adamus peccaret; & verisimile est dependentem à Christi Domini passione fuisse electum tam copiosum numerum prædestinatorum, ita vt numerus foret angustior, si Christus non pateretur, vt colligere licet ex Isaia cap. 53. dicente: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæum. Quod paucis interiectis explicat magis, dicens: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Fauet explicatio Hieronymi. Glossæ ordinaria, Lyra, & aliorum de semine Euangelij multiplicando.

Confirmatur primò. Dignum est enim hoc excellentia, & dignitate passionis Christi Domini.

Confirmatur secundò, quoniam intentio gratia, & gloria maior est, quam foret, si Christus Dominus non fuisset passus: ergo etiam extensio ad plures homines. Vide infra sect. 4.

Secundò probatur, congruum quippe videtur numerum prædestinatorum non designari, nisi designato simul reproborum numero: vterque autem numerus simul non poterat designari, nisi præuifio originali peccato; quoniam si Adamus non peccaret, numerus reproborum non supponeret numerum prædestinatorum, vel certè non tanto excessu superaret, vt infra sect. 4.

#### SECTIO II.

Vtrum originale peccatum fuerit præsuppositum ad reprobationem vagam, & in communi.

1. TRACTATUR hoc idem à Doctõribus sub hoc tit. Vtrum aliqui essent reprobi, quamuis Adamus non peccaret; sed genuisset liberos in statu innocentia. Quæritur autem ex vi præsentis decreti prædestinandi & reprobandi, & ex vi pacti quod fuit initum cum Adamo nomine posteritatis.

2. Prima sententia fert, non modò reprobationem singularis personæ, sed etiam reprobationem hominum vagè, & in communi, suppositum originale: quapropter illo euitato, nullus homo reprobandus, sed potiùs quilibet esset prædestinandus. Ita sentit Scotus 2. distinct. 20. quæst. 2. Marsilius in 2. quæst. 13. art. 1. dub. 4. Gabriel 2. distinct. 20. quæst. vnica, art. 1. Bassolis ibid. art. 3. & 4. Maior dub. vlt. post principalem quæstionem. Pererius tomo 1. in Genes. lib. 4. tractans versum 18. Non est bonum hominem esse solum. s. quid ergo. Idem aperte colligitur ex illis authoribus, qui docent primos parentes, si primam illam tentationem superassent, confirmandos fuisse in iustitia, ne deinceps peccare potuissent: quemadmodum existimat Alexand. 2. part. quæst. 95. art. 3. Et eiusdem sententia videtur esse D. Thom. quodlib. 3. quæst. 11. art. 2. 5. quamuis expressè doceat oppositum locis pro contraria sententia referendis. Eandem tenet

vt probabiliter credendam Catherinus libro de peccato originali, versus finem. s. Vide & de cimo.

3. Primum argumentum est, quoniam Augustinus lib. 14. de ciuit. cap. 1. ante medium, asserit: Neque hoc genus fuisse in singulis moriturum, nisi duo primi (homines) id inobedientia meruissent: à quibus admissum est tam grande peccatum, vt in deterius eo natura mutaretur humana, etiam in posterius obligatione peccati, & mortis necessitate transmissa.

4. Secundum argumentum. Augustinus enim lib. 1. retractat. cap. 13. sub finem: Si peccato, inquit, illo magno non mutaretur in deterius humana natura, ac per hoc si & in parentibus, & in filijs succunditas, felicitasque mansisset; vsque ad certum sanctorum numerum, quem prædestinavit Deus, nascerentur homines, non parentibus successuri morientibus, sed cum viuentibus regnaturi. Igitur euitato illo magno peccato, quilibet posteriorum Adami fuisset prædestinatus ad regnum æternum.

5. Tertium, quia Gregorius lib. 4. moralium cap. 36. aliàs 28. tractans illud Iob, Somno meo requiescerem; Si parentem primum, ait, nulla putredo peccati corrumpere, nequaquam ex se filios gehenna generaret; sed ij qui nunc per Redemptorem saluandi sunt, soli ab illo nascerentur electi. Nullus ergo reprobus nasceretur, si primus parens non peccasset.

6. Quartò argumentatur Alexander citatus ex Boëtio lib. de fide Christiana, dicente: Quoniam Angelorum numerum, id est, superna ciuitatis, cuius ciues Angeli sunt, immutatum voluit conditor permanere, formauit ex terra hominem, atque spiritu vite animauit, eumque præfixa lege in paradisi delicijs constituit, vt si sine peccato manere vellet, tam ipsum, quam eius progeniem Angelicis caribus sociaret. Vnde videtur inferri, nullum de posteris Adami fuisse periturum, quod fieri non poterat, nisi confirmarentur omnes in gratia: nec tamen posterius confirmari nascerentur, si primi parentes non essent confirmati post primam tentationem superatam.

7. Quintum argumentum, nam Hugo lib. 1. de Sacram. part. 6. cap. 24. inter medium & finem: Sunt, ait, qui credunt, veraciter asserendum, quòd primus homo si non peccasset, nullos nisi bonos filios genuisset, & nemo omnium, qui ex eius carne nasceretur, damnaretur. Quam sententiam probare videtur, tum quia non reicit eam, tum etiam quoniam adiunxit illam dictionem, veraciter.

8. Sextum & præcipuum argumentum accipitur ex Anselmo lib. 1. Cur Deus homo, cap. 18. paulo post medium, dicente: Si vicissent, vt non peccarent tentati, ita confirmarentur cum omni propagine sua, quòd amplius peccare non possint. Hoc autem continuo probat duplici ratione. Prima est: Quæmadmodum quia vici peccauerunt, sic infirmati sunt, vt quantum in ipsis est, sine peccato esse non possint. Quis enim audeat dicere, plus valere iniustitiam ad alligandum in seruitutem hominem, quam valeret iustitia ad confirmandum, &c. Secunda ratio, nam quemadmodum in primis parentibus tota natura vitia est, vt peccaret, ita in eisdem tota vicisset, si non peccasset. Consequenter igitur in Elucidario col. 8. dicit: Quòd in paradiso nascerentur tantummodo electi.

Septimum argumentum. Angeli, prima tentatione superata, protinus in gratia confirmati sunt: ergo similiter esset confirmandus Adamus, si primam tentationem superasset. Adamus



mus autem in gratia confirmatus procreare debuisset filios sibi similes in eadem confirmatione.

Octauum argumentum Scoti, nam homines beatificandi sunt à Deo determinati prius, quam determinaret, quòd à talibus parentibus nascerentur in originali iustitia, vel in peccato originali; nam homines beatificandi sunt immediatiores, & viciniore ultimo fini, quem Deus intendit, propterea que secundum rectum ordinem Deus eos velle debuit.

9. Probabilior tamen opinio est, reprobationem hominum vagè & in communi non pendere ab originali peccato. Quocirca quantum est, ex vi præsentis decreti prædestinandi, vel reprobandi homines, necnon ex vi pacti de facto initi cum Adamo, multi reprobandentur, licet Adamus non peccaret. Hæc sententia manifestè colligitur ex authoribus afferentibus, Adamum, & eius filios non fuisse confirmandos in gratia, quamuis primam tentationem superasset; ideòque remansuros esse cum eodem periculo peccandi, quod imminerebatur Adamo ante primam tentationem, & peccatum. Ita existimant S. Thomas 1. part. quæst. 100. art. 2. & lib. 1. sentent. distinct. 20. quæst. 2. art. 3. ad 5. & quodlib. 5. quæst. 5. art. 8. Alber. 2. part. tract. 14. q. 85. sine, & lib. 2. sentent. distinct. 20. Idem suppone- re videtur Agidius eadem distinct. 20. quæst. 2. art. 4. §. aduertendum, & ad 2. Sed multò clariùs in eadem distinct. 20. Ricardus artic. 2. quæst. 3. Durandus quæst. 5. art. 3. Carthusianus quæst. 4. Capreolus quæst. vnica, art. 1. conclus. 3. Caietanus 1. part. quæst. 100. art. 2. Abulens. in cap. 3. Genes. quæst. 6. & 7. (quamuis non nihil à cæteris authoribus istius sententiæ distideat.) Pererius tomo 1. in Genes. lib. 5. disput. de gratia gratum faciente, quæ esset in statu innocentie quæst. 4. Molina 1. part. de opere sex dierum, disput. 32. (quamuis in sequenti disput. 33. conclus. 5. dicat incertum esse, num aliqui reprobandentur, si non peccaret Adamus.) Valent. 1. part. disput. de statu innocent. quæst. 5. punct. 1. sine, & punct. 3. Zumel in præsentia quæst. 23. art. 1. sua q. 2. col. vlr. & infra quæst. 100. art. 2. Magis ex professo Suar. tract. de opere sex dierum, lib. 5. cap. 9. & 10. breuius Carthag. de prædestinatione discursu 7. proposit. 2. & 3.

10. Probatur primò ex Augustino lib. 14. de ciuit. cap. 10. sine, dicente: *Tunc felix vniuersa esset humana societas, si neque illi primi parentes malum in posteros irayerent; neque quisquam illorum iniquitatem committeret, quæ damnationem reciperet.* Supponit igitur Augustinus, etiam parentibus non peccantibus, potuisse peccare filios, vnde damnationem reciperent. Confirmatur, quia continud subdit, quòd *certa securitas peccatorum neminem, morturumque neminem*, danda foret post completum numerum prædestinatorum, quando transferrentur homines ad beatitudinem Angelorum.

11. Colligitur idem ex Augustino lib. 9. de Genesi ad literam cap. 3. in med. illis præcipue verbis: *Donec certo numero impleto, si iuste omnes, obediensque viuerent, tunc fieret illa commutatio*, videlicet ad immortalitatem perfectam, non indigentem alimentis. Supponit igitur potuisse filios non iuste, nec obediens viuere. cui consonat quòd ex lib. 1. retract. referemus infra.

12. Secundò probatur ex Boëtio lib. de duabus

naturis, & vna persona Christi Domini, prope finem; vbi inter duos status extremè distantes considerat tertium statum medium, in quo de facto non extitit, sed extitisset Adamus, *Si firmiter in Dei præceptis stare voluisset, in quo tamen mutari potuisset.* Et paucis interpositis magis explicat, quoniam in eo statu *præsentia quidem mortis, vel peccati aberat, potestas verò vtriusque constabat*; scilicet potestas committendi peccatum, & illius pœnam, quæ mors est. Ergo quamuis Adamus superata prima tentatione voluisset stare firmiter in Dei præceptis, adhuc in eo manebat peccandi potestas; & potiori iure in posteris.

13. Tertid probat Hugo lib. 1. de Sacram. part. 6. cap. 24. notans discrimen inter primum peccatum, & primam obedientiam, *Semel enim transgredi, plena inobedientia fuit; sed non similiter perfecta obedientia fuisse, si in ipsa obedientia homo usque in finem non persistisset.* Propterea sicut inobedientia vno tempore consummata naturam ad corruptionem mutauit: ita obedientia naturam ad corruptionem non mutasset, donec tempore suo usque in finem seruata fuisset perfecta. Quòd si post alicuius temporis obedientiam adhuc homo maneret corruptioni subiectus, eo ipso maneret adhuc obnoxius periculo peccandi, siquidem euitato peccato, non esset possibilis corruptio.

14. Probatur quartò, quamuis enim singularibus personis per specialia priuilegia concedantur in via nonnulla dona gratuita, quæ suapte natura sunt propria termini, & patriæ; nihilominus vniuersæ communitati viatorum talia dona concedi non expedit, neque de facto concessa videmus. Cùm igitur in bono confirmari sit donum proprium termini, & patriæ, tanquam proprietatis, necessariò resultans ex clara visione infiniti boni, & ex plenitudine felicitatis, faciante penitus appetitum; consequens est, vt confirmatio in gratia non daretur hominibus, donec ad æternam beatitudinem transferrentur, etiam si primus homo non peccaret.

15. Vnde quintò ac peculiariter refutatur inconsequentia, & inconstantia contrariæ sententiæ; dicit enim posteros Adami non prius confirmandos fuisse in gratia, quam singuli vicissent primam tentationem. Ita Scotus d. distinct. 20. quæst. 1. Quòd meritò refutat Gabriel eadem distinct. 20. quæst. vnica. artic. 2. prope finem, licet cum eo teneat nullum hominem fuisse reprobandum, si non peccaret Adamus. Inconstantia verò probatur; quia si non erant in gratia confirmati, quando prima tentatione pulsabatur, illi succumbere poterant, & peccare: propter peccatum autem poterant reprobari; maximè quoniam peccantes incurrerent eandem infirmitatem, & fomitem peccati, quæ modò patimur.

16. Sed dicit aliquis. Quamuis Adami posteri non fuissent in gratia confirmati; nihilominus sicut potuissent peccare, ita potuissent in gratia perseuerare, nunquam peccando: præterea que licet peccarent, potuissent à peccato resurgere pœnitendo, sicque vitam æternam obtinere. Ergo quamuis Adamo non peccante posteri potuissent peccare, non sequitur aliquos eorum de facto fuisse peccaturos, aut certè non sequitur aliquos fuisse morituros absque digna pœnitentia peccatorum: proindeque non sequitur aliquos fuisse reprobandos, sed tantum sequitur aliquos potuisse reprobari.

Nihilo

17. Nihilominus respondeo, bonam esse consequentiam, quæ saltem aliquos fuisse peccaturos, & reprobandos, inferretur ex eo, quòd Adami posteri non fuissent in gratia confirmati, quamuis Adamus nunquam peccaret. Ratio est, quoniam in eo casu posteris Adami peccatum esset possibile, non tantum physica, sed etiam morali possibilitate: sicut possibile fuit primis parentibus. Nunquam enim committitur peccatum absque morali possibilitate illius; quippe quæ non aufertur nisi per moralem infallibilitatem euitandi peccatum. Porò quilibet actus hominibus plurimis est longo tempore moraliter possibilis; eo ipso est moraliter infallibilis alicui magna multitudinis vagè, & in communi: quemadmodum colligitur ex his, quæ dicta sunt præced. tom. de prouident. disput. 8. Rursus eadem ratione fuisset moraliter infallibile aliquem vagè tantæ multitudinis fuisse permanens in peccato, & obstinatione finali, propterea que fuisse damnandum.

Confirmatur, quia, semel peccantibus aliquibus hominibus, pertinebat ad magis ordinatam prouidentiam Dei (quod modò pertinet) in quibusdam hominibus suam iustitiam ostendere permitiendo finalem obstinationem, & æterna pœna puniendo.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta postea sectione præcedenti pro prima sententia.

1. Ad primum respondetur. Cùm Augustini mens constet ex eodem lib. 14. capit. 10. & aliis locis allatis sect. præcedente, probatione 1. Consequens est ex illo capite voluisse tantum significare, quòd illa generalis pœna totius naturæ humanæ, quam per originale peccatum omnes contrahimus necessitate moriendi, non fuisset in posteros transfusa, si nò peccaret Adamus: ibi tamen nihil agit de pœna mortis, quam singuli homines, etiam in originali iustitia geniti, personalibus peccatis mereri potuissent.

2. Ad secundum respondetur eodem ferè modo, sicut ad primum. Colligitur autem solutio ex ipsis verbis Augustini: nam, vt nascerentur homines regnaturi cum viuentibus, duas condiciones præmittit, quarum secunda est, *si & in parentibus, & in filiis secunditas, felicitasque mansisset.* Hæc autem felicitas in filiis non maneret, si committerent peccata personalia. Nec obstat illa causalis, *Ac per hoc si & in parentibus, & in filiis, &c.* Nec enim significat adæquatam, & totalem causam, sed inadæquatam, & partialem respectu felicitatis; quamuis enim peccatum illud magni adæquata causa fuerit hæreditariæ miseriæ, & infelicitatis; cæterum illius peccati euitatio non afferret posteris perpetuam felicitatem, nisi dependenter à libera perseuerantia singulorum.

3. Ad tertium respondetur ex D. Thoma 1. part. quæst. 100. art. 2. ad 1. & quodlib. 5. art. 8. Gregorius ita debet intelligi. Si primus parens non peccasset, nunquam ex vi generationis obnoxios pœnæ, & ad peccandum proclius redderet suos filios. Generaret enim filios immunes à culpa, & pœnæ; quamuis illi per liberum arbitrium se possent culpis & earum supplicis implicare. Quæ

Ruiz de Prædestinatione.

propter si primus parens non peccasset, nullus filius ex vi generationis esset reprobatione dignus, ideòque quantum esset ex vi generationis omnes electi forent, nisi personalibus culpis electionem impedirent. Quòd autem Gregorius ait, in eo casu nascituros fuisse solos eos, qui modò sunt electi, per Redemptorem saluandi, declarabitur sect. sequent. ad 1.

4. Ad quartum argumentum respondetur. Inter opera Boëtij nec reperitur liber, cui titulus sit de fide Christiana, nec illa verba reperiuntur in alio libro Boëtij, nec alius author ex omnibus citatis sect. præced. mentionem Boëtij facit ad rem præsentem. Et, quòd caput est, Boëtius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi Domini potius docet nostram sententiam, vt ostendimus sect. præced.

5. Ad quintum. Fateor, Hugonem illis verbis fauere contrariæ sententiæ: verumtamen in eodem capite magis fauet veritati, sicut reulimus sect. præcedenti, probat. 3. Quapropter hoc, quòd in argumento 5. refertur, ab Hugone proponitur tanquam aliorum sententia probabilis, sed repugnans sententiæ superiori, quam docuerat.

6. Ad sextum. Fateor, Anselmum ita fuisse opinatum, quamuis sub aliquo dubio (sicut S. Thomas citatus notat.) Ad primam probationem Anselmi respondetur

Primò. Si constituenda sit aliqua paritas inter iniustitiam, & iustitiam primi parentis, hac proportionem melius constituitur. Sicut primi parentis peccatum posteris atulit necessitatem peccandi, sed non talem, vt non suppeteret illis diuinum auxilium, quo possent euitare sequentia peccata, & à prioribus peccatis resurgere; sic etiam primi parentis victoria & perseuerantia virtutis constantiam ad posteros transfunderet, sed non eo gradu firmitatis, vt non possent auxiliis diuinis resistere, mortalitèrque peccare.

7. Respondetur secundò. Maioris valoris, & virtutis est, minimum bonum cauere, vel retinere, quam plurima bona destruere. Propterea quamuis Adami perseuerantia & victoria non afferret posteris confirmationem in gratia: nihilominus adhuc iustitia plus valuisset, quam iniustitia; quoniam valuisset ad posteros transfundere iustitiam cum possibilitate perseuerandi in illa: quòd est maximum bonum, quòd destruere nullius est potentia, sed impotentia.

8. Ad secundam probationem Anselmi respondetur. Sicut in primis parentibus tota natura victa est, vt peccaret, non personali, sed tantum originali peccato: ita in eisdem tota natura vicisset originale peccatum; sed non vicisset omnia personalia peccata.

9. Ad septimū argumentum. Consequentia negatur. Angelus enim suapte natura est inflexibilis arbitrij post primam electionem; ideò debuit in ea confirmari: sed homo flexibilis est arbitrij.

Ad octauum respondetur. Illud argumentum nihil probat de reprobatione, sed tantum de prædestinatione. Probat autem, vagam prædestinationem hominum in communi fuisse priorem, & independentem à peccato originali; quemadmodum sect. 1. probatum fuit. Cæterum in quantum contendit vltèrius prædestinationem vniuersaliusque hominis in particulari, fuisse priorem, & independentem ab originali peccato, soluendum erit sect. 5.

M

Hæc

10. Reprobatio conditionalis ab originali independens.

Hæc de reprobatione per voluntatem abfolutam, & efficacem excludendi à beatitudine aliquos homines vagè, dicta sunt. Nam de voluntate conditionalis reprobandi homines, si voluerint ipsi peccare, finaliterque resistere diuinæ gratiæ, certius est non pendere à præcognito peccato originali; vt constabit magis sequenti disp. 14. sect. 5.

SECTIO IV.

Vtrum iidem homines predestinati, iidemque reprobati fuissent, quamuis Adamus non peccaret.

1. In eiusmodi conditionalibus semper inquirimus quid sequatur ex vi præsentis decreti: præciso namque decreto, ad quid se inclinaret diuina voluntas, aut est omnino nulla, & chimerica quæstio, aut est de re, quæ à nobis neque probabiliter potest inuestigari.

2. Eosdem homines nascituros primæ sententiæ.

Prima sententiæ asserit, quamuis Adamus non peccaret, nascituros fuisse eosdem numero homines, qui modò predestinati sunt, eosdemque fuisse predestinatos, nec alios fuisse nascituros. Ita Scotus 2. distinct. 20. quæst. 2. Marsilius q. 13. art. 1. dub. 4. (vbi excipit Christum Dominum, qui non predestinaretur, nisi peccasset Adamus) Gabriel 2. distinct. 20. quæst. vn. artic. 1. defendit sententiæ Scoti vt æque probabilem cum opposita. Maior ibidem dub. vlt. post princip. quæstionem, & Carthusianus eadem dist. 20. quæst. 4. versus finem.

3. Scoti fundamenta sunt. Primum ex D. Gregorio 4. moral. quem citauimus sect. 2. argum. 3. Cuius potissimum videntur illa verba: *Is, qui nunc per Redemptorem saluandi sunt, soli ab illo nascuntur electi.*

Secundum, quia Deus voluit efficaciter Petrum perducere ad beatitudinem, & hoc voluit prius, quam voluit Petrum nasci ex talibus parentibus, Ioanne & Maria, v. g. & prius quam voluit permittere, vt contraheret originale peccatū à parentibus: ergo quamuis illi parentes Ioannes & Maria nunquam nascerentur, & quamuis nullum originale peccatum commissum fuisset, adhuc prior illa voluntas efficax sortiretur effectum perducendi Petrum ad beatitudinem. Idem argumentum fieri potest de quolibet homine singulari. Antecedens probat Scotus, quoniam omnis ordinata volitio debet prius amplecti ea, quæ proximius & immediatius coniungunt cum diuina bonitate, & illius gloria; natiuitas autem ex talibus, aut talibus parentibus longius distat ab ultimo fine: ergo diuina volitio, cum ordinatissima sit, vult efficaciter beatitudinem Petri prius, quam velit illius natiuitatem ex talibus parentibus.

5.

Tertium argumentum, vnus enim homo non solum quoad animam, sed etiam quoad organicum corpus idem numero, potuit esse filius aliorum parentum, ita vt Isaac potuerit esse filius Adami, aut Noë non minus naturaliter, quam fuit filius Abraham: quoniam materia, quam Abraham & Sara Isaac ministraverunt, eadem numero potuit esse in Adamo, & Eva, & ab illis ministrari eidem Isaac: idque siue parentes ex sua substantia materiam ministrarent proli, siue ex superfluo alimenti; de

quo disputat Philosophus in 2. de generat. animalium. Confirmatur. Vnitas quippe numerica effectus non constituitur in ordine ad vnum numero agens; quin potius idem numero effectus potuit produci à quibuscumque causis numero diuersis: sicque idem homo predestinatus potuit produci ab aliis parentibus.

6. Solum electos nascituros secundæ sententiæ.

Secunda sententiæ Molinæ in fine totius primæ part. videlicet disput. 33. de opere sex dierum, conclus. 4. & 5. ait, incertum esse, vtrum, si Adamus non peccaret, omnes, & soli electi nascerentur, qui nunc nascuntur, & existimat quantum ad corpora probabilius esse, illos futuros fuisse diuersos, de animarum autem identitate, vel diuersitate nihil affirmari temere. Probat, quia nullus scire potest, quis ordo rerum naturalium, & supernaturalium auxiliorum eligeretur à Deo, si Adamus non peccaret: & aliunde diuersitas animarum non colligitur ex diuersitate parentum, quia quamuis formæ corruptibiles diuersæ sint pro diuersitate materiæ, & naturalis agentis; eadem tamen diuersitas agentium, & materiæ nihil refert ad diuersitatem animæ spiritualis, & incorruptibilis. Suarez autem lib. de predestin. cap. 12. num. 11. licet admittat fuisse possibilem identitatem numericam predestinatorum, quam dixit Scotus; recusat eam de facto ponere, vel auferre. Eodem in dubio hæret tract. de opere sex dierum, lib. 5. cap. 4. fine.

7. Plurimi non predestinantur Adamo non peccante, & similiter de reprobis.

Nihilominus sit prima conclusio. Plurimi eorum, qui nunc predestinati sunt, non fuissent predestinati, nisi peccauisset Adamus; & similiter non fuissent reprobis plurimi eorum, qui nunc reprobis sunt. Hæc conclusio est D. Thomæ quodlib. 3. quæst. 1. art. 2. 5. & quodlib. 5. quæst. 5. art. 8. Capreoli 2. distinct. 20. quæst. vn. conclus. 3. & ad argumenta contra illam, Valent. 1. part. de statu Innoc. quæst. 5. punct. 1. fine, Zumelis 1. p. quæst. 23. art. 1. Suar. quæst. 2. conclus. 2. & q. 98. artic. 2. fine. Maioris, & Adami 2. distinct. 20. prope finem; Carthagenæ tract. de predestinat. discursu 7. longè post med. Eandem vt æque probabilem cum opposita defendit Gabriel supra citatus; & eam sequuntur multi iuniores, disputantes de causa reprobationis ex parte peccati originalis.

8. Individuatio à materia signata.

Primum fundamentum D. Thomæ, & aliorum est, quoniam ex diuersis parentibus naturaliter non nascuntur, nisi homines numero diuersi, tam quoad animam, quam quoad corpus: anima namque indiuiduatur in ordine ad hanc materiam signatam omnibus dispositionibus vltimis ad vnionem, ita, vt naturaliter non infunderetur anima hæc in aliam numero materiam, vel sub aliis dispositionibus diuersis numero, quamuis sub alia materia & sub aliis dispositionibus, per nutritionem succedentibus conseruari possit. De quo principio dictum est à nobis in Metaphys. dist. 4. q. 6.

9. Adamo non peccante plures qui modò non nascuntur nascuntur.

Ex hoc fundamento colligitur secundum, videlicet, si Adamus non peccaret, nascerentur plurimi homines, qui modò non nascuntur; & illi essent predestinati, aut reprobis. Contrà verò multi eorum, qui post peccatum Adami nati sunt, siue predestinati, siue reprobis, non nascerentur, nisi peccauisset Adamus.

Prius igitur probò, nascituros fuisse multos homines, qui modò non producantur, quia permanente innocentie statu plurimos filios generarent

rarent illi homines, qui de facto nullos habuerunt liberos, vel paucos.

Quod probatur secundò, quia multi modò moriuntur ante pubertatem, qui tamen, si Adamus non peccaret, peruenerent ad mille, & eo amplius annos, & eo tempore generarent filios, qui modò non generantur de facto.

10.

Stertilis longe ab statu innocentie.

Tertiò, quia modò multi aut sunt omnino steriles, aut certè non ex quolibet concubitu suscipiunt liberos; at verò in statu innocentie ex quolibet carnali copula nascerentur filij, ita vt nullus actus matrimonij fuisset sterilis, vt fusè probat Alexand. 2. p. q. 94. memb. 3. S. Thom. 1. part. quæst. 99. art. 2. ad 3. D. Bonauent. 2. distinct. 20. art. vn. quæst. 5. vbi Ricard. art. 1. q. 2. Ægidius q. 1. art. 3. Durand. q. 3. Marsilius 2. quæst. 13. artic. 1. conclus. 2. & 3. Suar. tract. de opere sex dierum lib. 5. cap. 3. n. 2. Quidquid dicat sine fundamento Zumel 1. part. q. 98. art. 2. dub. 1. Ratio est, quoniam in statu innocentie foret sana & integra potestas generandi in vtroque parente, & illi secundum rectam rationem vterentur ea potestate ad proprium finem illius, neque abuterentur ad libidinem.

11.

Quartò probatur, quoniam modò multi aut virtutis, aut tuendæ valitudinis studio, aut alia de causa se continent, permanentes in celibatu; at verò in statu innocentie omnes vacarent matrimonio, præter eos, qui postremi futuri essent in vniuerso; vt communiter Doctores sentiunt locis nuper citatis, & statim citandis.

12.

Non est verisimile aequalè esse numerum virorum & mulierum. Æqualis in statu innocentie.

Quintò, quia non est verisimile, nunc semper esse æqualem numerum virorum, ac numerum fœminarum; at verò in statu innocentie semper esset æqualis virorum, ac fœminarum numerus, præsertim eorum, qui nubiles erant. Ita D. Thomas 1. part. quæst. 98. art. 2. fine, & fusè quodlib. 3. quæst. 1. artic. 25. Alexand. 2. part. quæst. 95. memb. 4. D. Bonauent. 2. distinct. 20. art. vn. quæst. 6. vbi Durand. quæst. 3. artic. 2. Ricard. art. 2. quæst. 1. Ægid. quæst. 2. art. 1. Aureol. art. 2. Carthus. quæst. 1. post med. Gabriel art. 3. dub. 1. Marsil. 2. quæst. 13. artic. 1. dub. 4. & in hac sententiæ magis inclinatur Scotus 2. distinct. 20. q. 2. fine.

13.

Imaginatium generatiōi deseruit.

Ratio est, quia vis generatiua potest per imaginatiuam & appetitum sensitiuum ita gubernari ab homine perfectè sano, & integro, vt deseruiat generando viro, quando oportuerit, & rursus quando oportuerit deseruiat fœminæ generandæ. Porro in statu innocentie non solum imaginatiua, & appetitus sensitiuus, sed etiam vis generatiua perfectè subdita esset voluntati parentum, ita, vt ad nutum obediret. Cum autem in eo statu omnes secundum rectam rationem operarentur, sit vt non minus studerent fœminis, quam viris generandis, ne vllus, aut vir, aut fœmina cogeretur manere in celibatu, nec vnus iniret matrimonium cum pluribus, siue simul, siue successiue: quæ omnia statum innocentie non decebant. Quam rationem fusius explicant, & defendunt Doctores citati.

14.

Sextò probatur, quoniam numero diuersa forent plurima alimenta, si Adamus non peccaret; & ex diuerso alimento diuersa materia ministraretur generatiōi, siue ea debuisset prius conuerti in substantiam parentis, siue non; quare diuersus filius generaretur.

Quod autem plurimi eorum, qui modò nascuntur, non nascerentur, nisi peccauisset Adamus.

scuntur, non nascerentur, nisi Adamus peccaret, probatur

Primò, nam aliqui parentes sunt, qui ex pluribus matrimoniis liberos suscipiunt; alij, qui suscipiunt liberos ex matrimonio simul & adulterio, & vago concubitu; alij verò diuersos filios ex diuersis fœminis per vagum concubitu habent. Qui homines, si Adamus non peccaret, ex vntantum vxore filios procrearent; quoniam innocentie status neque bigamia redundaret, nec adulterio, neque simplici fornicatione sordesceret.

In statu innocentie non esset bigamia.

15.

Preoccupatur solutio.

Respondet aliquis. Poterant peccare filij, non peccante Adamo: quod si peccarent, possent per adulteria & vagos concubitus plures filios ex diuersis parentibus suscipere. Sed adhuc firmum est nostrum argumentum, quia, si Adamus non peccaret, quamuis aliqui eius posterij peccarent; alij tamen posterij perseuerarent in originali iustitia, & illi non susciperent liberos ex illicito concubitu, aut ex bigamia: quare quoad illos valet argumentum. Valer autem quantum ad homines multò plures, si filij, qui nascerentur in statu innocentie, postea verò peccarent, remedio penitentie recuperaturi fuissent originalem iustitiam quoad omnes suas partes. Quod esse probabilius dixi tract. de peccato originali, sect. 3. dub. 6.

16.

Varia motiua in matrimonio contrahendo.

Secundò probatur, quia multa diuersa coniugia inirentur, si Adamus non peccaret. Illæ namque circumstantiæ, quæ nunc alliciunt coniuges, vt se inuicem eligant, non essent eo tempore. Nunc enim quædam matrimonia conciliantur libidinoso amore; alia diuitiarum, dignitatis, & imperij, aut nobilitatis cupiditate; alia pacis studio inter dissidentes familias; alios distantissimos domiciliò inopinatus euentus belli, famis, pestis, aut exilij coniungit.

17.

Adamo non peccante non contigisset diluuium.

Probatur tertiò, nam si Adamus non peccaret, non fuisset obruendum diluuiò genus humanum, & plures, qui ferro, aut morbo interierunt ante diluuium; non interissent. A quibus parentibus tam fecundis, & diuturna ætate viuentibus, breui repleteretur vniuersum, ita, vt non restaret habitatio, & alimenta pluribus hominibus. Quare non potuissent produci à filiis Noë tot homines, quot ab illis procreati sunt. Confirmatur, quoniam bello, peste, incendio, fame, & aliis cladibus sæpè deuastatæ regionis breui tempore replentur noua filiorum prole, quos terra non caperet, si superstites essent omnes progenitores à mille annis & ultra; superstites autem essent multò plures filij, & nepotes, quos generare potuissent.

18.

Quartò probatur, quia plures predestinati nascuntur ex propè innumeris progenitoribus reprobis, qui non omnes reprobarentur, si Adamus non peccaret; quoniam omnes nascerentur præditi originali iustitia, & suffulti sufficienti ad perseuerandum auxilio. Quare aut ij, qui modò sunt reprobis, fuissent predestinati, aut non nascerentur ipsi, nec eorum filij.

Quintò denique. Cum reproborum plurimi nati sint ad exercendos predestinatos, illorum existentia non esset opus, si non peccaret Adamus, quia sine martyrio, & iniuriis reproborum predestinarentur plurimi ad perseuerandum in statu innocentie.

19.

Secunda conclusio. Aliqua fortè indiuidua predestinatorum eadem essent, licet Adamus non peccaret, præsertim Abel, & alij alij predestinati, qui proximè ab Adamo distarent. Probatur,

batur, quoniam in iis prædestinatis vim non habent rationes adductæ pro conclusione præcedenti, nulla enim ratione probari potest, Abel non fuisse generandum, si Adamus non peccaret. Idemque dici potest de aliis filiis, aut nepotibus Adami.

20. Denique utrùm Christus Dominus prædestinatus fuisset, si Adamus non peccaret, eadē quæstio est, quæ in materia de Incarnat. tractatur, utrùm si Adamus non peccaret, Deus incarnaretur. Circa quam illud tantum à nobis adnotandum erit, quod ex superiori doctrina posset iniicere scrupulum. Videtur namque inde sequi prædestinandum non fuisse Christum Dominum, nisi nati fuissent omnes illi, qui de facto fuerunt illius progenitores ab Adamo usque ad Ioachim, & Annam, & nisi intercederent adulteria, aliæque peccata, quæ ad progenitorum generationem supponebantur.

21. Et quidem si Christus Dominus naturaliter genitus fuisset, ut alij homines, argumentum convinceret. Cæterum, quia supernaturali actione materia desumpta fuit ex Beatissima Virgine, & à Deo dispositiones accepit, quamvis Beatissima Virgo totum matris concursum naturali vi contulerit, potuit illa materia signata esse profus eadem numero, cum eisdem numero dispositionibus, quas haberet, quamvis procederet ab aliis progenitoribus, & quamvis diversam habuisset matrem. Sed de hoc satis in præsentia.

22. Ad argumenta Scoti respondetur. Iam eius verba explicuimus sect. 3. ad 3. quantum ad aliam difficultatem. Sed qua parte asserit, si Adamus non peccaret, nascituros fuisse hos eosdem electos, qui nunc per Redemptorem saluandi sunt, explicatur à D. Thoma quodlib. 3. quæst. 11. artic. 25. Sicut dicitur: *Hac herba nascitur in horto meo*, non designando individuum, sed speciem. Quinimo Gregorius ibi designavit eandem qualitatem, ut si Adamus non peccaret, essent iidem quoad electionem, non quoad differentiam numericam, ut rectè D. Thomas quodlib. 5. q. 5. art. 8.

23. Ad secundum negatur antecedens, & ad eius probationem negatur maior; quin potius liberum esse Deo prius velle, aut posterius, quæ proximiora sunt fini ultimo, demonstravimus in tom. de volunt. Dei disp. 24. sect. 2. & 3. Respondetur secundò, licet natiuitas ex talibus, aut talibus parentibus, secundum se considerata longius distet ab ultimo fine, quatenus est minus bonum, nihilominus in quantum ab illa natiuitate dependet maius bonum diuinæ gloriæ prædestinando ad altiore gradum beatitudinis plures, & per passionem Christi Domini, & per martyrium, & alias virtutes heroicæ, ut sic non distat longius ab ultimo fine, quam ipsa prædestinatio talium personarum.

24. Tertij argumenti falsum est antecedens, ut constat ex nostro fundamento primo, & ex dictis in Metaphysica. Ad confirmationem similiter negatur antecedens; quamvis enim contingat, vnum effectum naturaliter producti à pluribus partialibus agentibus; tamen ille idem numero effectus non produceretur ab vno tantum illorum agentium, nec à diuersa collectione plurium agentium. Plura de his scribit Capreolus 2. dist. 20. art. 3. ad argumenta Scoti.

Ad argumenta Molinae responderetur. Non hæc decernimus, quid Deus libere eligeret, si Adamus non peccaret, quod iam à controuersia reiecimus in principio sect. huius: sed decernimus, quid includatur virtualiter in decreto prædestinationis, & reprobationis, quod de facto habuit. Et in illo dicimus virtualiter includi, ut diuersi essent prædestinati, & reprobi: quoniam parentum & filiorum naturalis ferries postuleret diuersa indiuidua. Quod autem ait solas animas corruptibiles fumere diuersitatem à materia, & agente, non verò animas racionales, falsum est. Vide supra fundamento 1.

SECTIO V.

*Utrùm ante præuisum originale peccatum Deus prædestinauerit, & reprobauerit singulos homines in particulari.*

1. **H**ic non disputamus de reprobatione positiva, quæ est positium decretum puniendi, de quo infra disp. 14. & 15. sed de reprobatione negativa, quæ est positium voluntas non prædestinandi.

Prima sententia asserit, ante præuisum originale peccatum constitutam esse à Deo per efficacem voluntatem prædestinationem Christi Domini, & omnium prædestinatorum, & in eodem priori, siue instanti rationis negatam esse prædestinationem omnibus, qui non sunt prædestinati. Ita Scotus 1. distinct. 41. quæst. vn. & 3. distinct. 7. quæst. 3. & distinct. 19. quæst. vn. §. in ista quæstione, (apud quem videri potest progressus prædestinationis, & reprobationis distributus in plura instantia, ex quibus quod oportuerit sequentibus disputationibus inferam.) Tenet etiam Marfil. 2. quæst. 13. art. 1. dub. 4. & sub dubio Gabriel 2. distinct. 20. quæst. vn. art. 1. Eadem tribuitur Aggidio, & Hcrucio. Eandem conclusionem ex dissimili fundamento tenet Molina quæst. 23. art. 5. disput. 1. memb. 7. §. quæstio quod. & Suarez lib. 1. de prædestin. cap. 12. n. 8. & 11. Fauet Soto in sine lib. 4. sentent. dum corrigat ea, quæ dixerat Roman. 9. inclinans in eam sententiam, ut permissio peccati Adami fuerit effectus reprobationis.

Opinionis huius argumenta sunt. Primum. Electio hominum ad gloriam constituta fuit ante præuisa opera per meram Dei misericordiam, & liberum beneplacitum: ergo constituta fuit ante præuisum originale peccatum. Probatur consequentia, quia nulla ratio est, propter quam prædestinatio hominum præsupponat præuisa alia opera. Confirmatur primò, quoniam originale peccatum nullo modo fuit vitale prædestinationi: ergo prædestinatio nullo modo pendebat ab illius præuisione. Confirmatur secundò, vltèrius probando negatiuam reprobationem omnium fuisse constitutam ante præuisum originale peccatum; quia si ante præuisum originale efficaciter electi sunt omnes prædestinati, eo ipso quòd per illud decretum reliqui non fuerint electi, iam illis negata est prædestinatio ita, ut iam non sint eligendi.

Secundum

4. Secundum argumentum. Congruum videtur, omnes prædestinatos simul electos fuisse in eodem priori rationis; sed Adamus electus fuit ante præuisum originale peccatum: ergo reliqui omnes prædestinati sunt ante præuisum originale peccatum. Minor probatur, nam per originale peccatum amittit Adamus iustitiam originalem: ergo electio Adami ad iustitiam originalem præsupponebatur ante præuisum originale peccatum. Rursus hæc electio Adami ad iustitiam originalem procedebat à prædestinatione efficaci Adami ad gloriam: ergo prædestinatio Adami ad gloriam existit ante præuisum originale peccatum.

5. Tertium argumentum. Christus enim Dominus prædestinatus fuit ante præuisum originale peccatum; sed reliqui homines simul cum Christo, & ad illius exemplar prædestinati sunt: ergo ante præuisum originale. Confirmatur primò, quoniam electio hominum aliquomodo fuit prior electione Christi Domini, quia propter hominum prædestinationem prædestinatus est Christus Dominus. Confirmatur secundò, Beatissima quippe Virgo prædestinata fuit ante præuisum originale, quod non potuit præuideri, vbi non erat futurum.

6. Quartò atgitur, quia permissio originalis peccati ante præuisum originale peccatum existit; sed permissio originalis peccati supponit iam prædestinationem, & negatiuam reprobationem constitutam: ergo prædestinatio, & reprobatio negatiua existunt ante præuisum originale peccatum. Minor probatur, quia permissio peccati originalis, cum sit medium per se conducentis ad finem reprobationis, erit effectus reprobationis ab illa procedens.

7. Quintò, quoniam Angeli ante præuisum peccatum prædestinati sunt, & reprobat: ergo similiter homines.

8. Sextò, quia si permanens esset status innocentia, prædestinarentur, & reproberentur homines ante præuisum peccatum. Ad eandem rem faciunt argumenta, quæ sequenti disp. 14. sect. 3. & sequentibus, continentur originale peccatum non fuisse causam reprobationis.

9. Probabilior sententia est, voluntatem efficacem prædestinandi hunc hominem determinatè, & non prædestinandi alium hominem determinatè, fuisse posteriorem præuisione originalis peccati, & dependentem ab eadem præuisione. Hanc supponit Augustinus quoties prædestinationem, & reprobationem ita explicat, ut ex eadem massa damnabili propter originale peccatum, Deus iuste reliquerit aliquos secundum originale peccati meritum; alios verò sola misericordia prædestinauerit, quamvis æqua ratione, ut alij, reprobari potuissent. Sic loquitur Augustinus epist. 105. ad Sixtum, colum. 2. & epistol. 106. ad Bonifac. siue ad Paulin. propius ad med. quam ad princip. & epistol. 107. ad Vitalem inter med. & fin. & epistol. 157. ad Optatum inter princip. & med. & lib. 15. de ciuit. c. 1. inter med. & fin. & lib. 21. de ciuit. c. 12. & lib. 1. ad Simplic. q. 2. à medio. & lib. 2. contra duas epistolas Pelag. cap. 7. & in Enchiridio cap. 95. 98. & 99. & lib. de prædestin. & grat. cap. 3. serò toto, & cap. 6. parum à principio, & toto capit. 16. & de prædestinat. Sanct. c. 9. & c. 14. & de bono perseuer. capit. 8. & 12. & de verbis Apostoli, serm. 7. & serm. 22. & Psalm. 118. concione 5. post med.

Vnde Augustini locus sufficit in exemplum Ruiz de Prædestinatione.

cæterorum; lib. 1. de prædest. & grat. capit. 16. inter princip. & med. docet: *Iniustitia non possit argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluerit habere iudicium, ut vni donec, ab alio exigat, quod ab vtriusque debetur.* Et post pauca tanquam certum fundamentum præmittit, etiam si humanum genus nasceretur liberum ab originali culpa, potuisset Deum nonnullos damnare in æternum interitum. Quo supposito, sic arguit à maiori: *Nunc autem cum damnatis poena iusta reddatur, saluatis autem gratia donetur indebita, quis usque adeo humane conditionis oblitus, diuini sensus arcana discutat, ut cum ipse poenam merito fuerit consecutus, querat, cur alius gratiam, quæ non debebatur ei, acceperit?*

10. Frequens est etiam in hac doctrina Prosper, qui lib. sentent. ex Augustino, sent. 307. quæ desumpta est ex epist. 106. *Non ad merita hominum, inquit, sed ad Dei misericordiam pertinet, cum ex illa massa primi hominis, cui merito mors debebatur, quis liberatur. Non est enim iniquitas apud Deum, quia neque remittendo, neque exigendo, quod debetur, iniustus est. Et ibi gratuita est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta.*

Eandem sententiam Augustini decretam ex lib. de prædestinat. Sanct. defendit fufius ad excerpta Genuen. resp. 6. cui consonat resp. 8. ante med. & post med. & lib. de libero arbit. ad Ruffin. post med. & lib. 10. de vocat. gent. cap. 17. & alibi sæpè tam ad capita Gallor. quam ad obiectiones Vincent.

11. His concordat Fulgentius de Incarnat. & grat. cap. 21. & lib. 1. ad Monim. capit. 7. 26. & 28. & Anselm. Roman. 9. ad id, *Iacob dilexi*, & *Misererebor, cui miserus ero.* Beda in id: *Quod si Deus volens ostendere iram.* Videri possunt, quæ diximus disp. 9. sect. 3. ad finem, & quæ dicemus disp. 14. sect. 2. & 3.

12. Prædictam doctrinam Augustini supponunt etiam Scholastici nonnulli, præcipuè S. Thomas 1. part. quæst. 23. art. 1. ad 3. & art. 5. ad 3. & lib. 3. sentent. dist. 10. q. 3. quæstioncula 2. & quodlib. 5. q. 5. art. 8. Capreol. 2. dist. 20. q. vn. art. 3. ad argumenta Scoti, & in 3. dist. 1. q. vn. ad 1. contra 1. conclus. Gregor. 1. dist. 41. art. 2. conclus. 4. probat. 4. & post conclus. 5. argum. 3. collato cum solutione. Soto in digressionem de prædestin. ad Rom. 9. pag. 277. ut supra in 1. sententia. Tenet etiam Zumel q. 23. art. 1. sua q. 2. à fortiori hoc sentiunt omnes Doctores, qui supra disp. 7. sect. 1. dicunt, prædestinationem & reprobationem non esse constitutam, nisi post præuisa opera futura. Carthagena verò tract. de prædestin. discurs. 7. inter princip. & med. & longè post medium excedit, existimans, quòd foret iniusta, & ideo impossibilis absoluta voluntas excludendi à prædestinatione ante præuisum originale, vel aliud peccatum. Et versùs finem eiusdem discursus addit, prædestinationem fuisse factam præuiso peccato originali. Excipit autem Christum Dominum, Beatissimam Virginem, Baptistam, & Apostolos, ut fuerint prædestinati ante præuisum originale.

13. Pro secundæ sententiæ explicatione sit prima conclusio. Aliqua præscientia originalis peccati ut absolute futuri requiritur ad prædestinationem hominum in singulari, siue ad reprobationem. Obserua singula verba, nam hæc conclusio abstrahit ab eo, quòd peccatum cognoscatur scientia visionis per præsentiam in æternitate.

M 3 vel

Materia Christi Domini quomodo determinata.

1.

2. Sententia affirmans.

3.

8. Singulorum prædestinatio, & reprobatio post præuisum originale.

9.

10.

11.

12. Eandem est Scholasticorum sententia.

13. Originalis peccati præscientia requisita ad prædestinationem, & reprobationem.



vel cognoscatur in decreto permittendi peccatum, & causandi tales circumstantias; & abstrahit ab eo, quod hæc scientia præsupponatur vt prior prædestinatione & reprobatione, vel includatur in essentia prædestinationis, & reprobationis. Nunc enim probare id solum contendimus, requiri præscientiam originalis peccati, vt absolute futuri.

14. Probatur primò, quoniam, vt Petrus prædestinetur ad gloriam, requiritur cognitio futuræ existentia Petri (sive ea futuritio causanda sit à prædestinatione, sive ante prædestinationem præsupponatur præuisa.) Cuius evidens est ratio, quoniam qui non est futurus, non potest esse futurus beatus; quare non potest esse prædestinatus, vt sit beatus. Rursus ostendimus sect. præcedenti, hos singulares non fuisse nascituros, si Adamus non peccaret: ergo ad Petri prædestinationem requiritur cognitio originalis peccati vt absolute futuri. Idem argumentum fieri potest de reprobatione, aut prædestinatione cuiusque hominis singularis.

15. Confirmatur primò, quia prædestinatio hominum in singulari sic intelligitur facta, vt simul etiam prædefiniretur certus numerus prædestinatorum: qui numerus confurgit ex omnibus singularibus hominibus prædestinatis. Hic autem numerus sine præscientia originalis peccati esse non potuit; quia, si Adamus non peccaret, plures homines consequerentur æternam salutem comparatione eiusdem multitudinis, ita vt si modò ex mille millibus hominum simul existentium saluantur centum homines; in statu innocentia ex mille millibus hominum saluantur longè plures, quàm modò. Ratio est, quoniam in statu innocentia nulla concupiscentia carnis contra rationem insurgeret, nullique hominum defuisset sufficiens notitia eorum, quæ necessaria sunt ad salutem, tentationes demonis non adeò vehementer vrgerent, vt modò: cunctisque hominibus essent in promptu remedia salutis. Præterea verisimile est, propter passionem, & redemptionem Christi Domini magis copiosum prædestinatorum numerum designatum fuisse per velociores vitæ curriculum, & longiorem mundi durationem, quàm foret in statu innocentia, in quo aut Verbum non incarnaretur, aut certè non pateretur, vt dictum est supra sect. 1.

16. Confirmatur secundò, videtur enim esse communis sensus Patrum, ex originali peccato provenire, vt tam numerosa hominum turba pereat, cuius minor fuisset iactura, si Adamus non peccaret. Idemque Doctores Scholastici existimant.

17. Secundò probatur, nam verisimile est, ac diuina comprehensione, & perfectione dignum, vt quo actu prædestinat hunc hominem in singulari, eodem actu prædestinet ad determinatum gradum gloria, vt dicemus disput. 53. sect. 6. & 7. Determinatus autem gradus gloria non potuit prædestinari sine præscientia peccati originalis, vt absolute futuri. Quod probo, nam aliqui prædestinati sunt ad gradum gloria tam exiguum, vt quicumque prædestinatus esset beator, si Adamus non peccaret. Exemplo sint paruuli decedentes cum Baptismo, vel olim decedentes cum solo remedio naturæ sub fide parentum, & multi adulti, qui diem obeunt cum gratia paulò maiori. Hic autem gradus gratia non foret tam

Prædestinatorum numerus.

Quo actu prædestinat, eodem determinat ad determinatum gradum gloria.

exiguus, si Adamus non peccaret: nam homines diurnam vitam agentes auerent copiosa merita. Quòd si aliquando laberentur in mortale peccatum, nihilominus propter præcedentia copiosa merita reuiuifcentia copiosam gratiam recuperarent quicumque finaliter poeniterent. Valeret autem plus argumentum, si, quod probabilius est, poenitentes recuperarent iustitiam originalem quoad omnes partes, vt tract. de originali, sect. 3. dub. 6. sine probatum est.

18. Confirmatur, quoniam econtrario, supposito peccato originali, & incarnatione Christi Domini, datur altissimus gloria gradus in Beatissima Virgine, & Apostolis; qui gradus non fuisset, si Verbum non incarnaretur, aut si non subiret mortem, quam non subiisset, nisi Adamus peccasset. Vnde Ioan. 10. dicitur: *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.* & Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.*

19. Tertio probatur, quia Christus Dominus per passionem nobis meruit non solum gratiam, & gloriam, sed etiam prædestinationem ad gratiam & gloriam, vt dicemus disput. 67. sect. 5. & sequentibus, ergo nostra prædestinatio præsupponit præcognitam passionem Christi Domini vt absolute futuram. Sed passio Christi Domini non erat futura, nisi futurum fuisset peccatum Adam: ergo præsupponit etiam præcognitum Adam peccatum.

20. Quarto probatur, multorum enim prædestinatio consequitur suum finem per media, quæ supponunt peccatum originale: ergo illorum prædestinatio non fuit omni ex parte constituta, nisi præcognito peccato originali, vt futuro. Antecedens constat in paruulis, qui per Baptismum, & in adultis, qui per martyrium saluantur, & in iis, qui martyrum constantia excitantur, & adducuntur, vt credant, & respiscant.

21. Quintò probatur, quoniam reprobatio negatiua non fuit, nisi præsupposita præscientia peccati originalis vt absolute futuri, quæ præscientia fuit ratio reprobandi, vt dicemus disput. sequenti sect. 3.

Inde autem euidenter sequitur, sine præscientia originalis peccati non fuisse constitutam omnium hominum prædestinationem; quia si Deus omnes electos prædestinasset, non præsupposita præscientia originalis peccati vt absolute futuri, eo ipso quòd in ea prædestinatione omnium electorum non includerentur alij homines, illis esset negata prædestinatio, quam negationem prædestinationis appellamus reprobationem negatiuam.

Tria tamen notanda sunt ad plenam explicationem primæ conclusionis.

Primum. Dicit fortasse aliquis, paucos homines prædestinatos fuisse à Deo independentem à præscientia originalis peccati quasi absolute futuri, eos videlicet, qui potuissent naturaliter nasci, quàmuis Adamus non peccaret, vt sect. præcedenti dictum est. Aduersus hoc nihil probat directè prima, & postrema ratio conclusionis nostræ: ceterum reiiciendum est quasi gratis dictum; & quoniam exceptio circa leges communis prouidentia indiget maiori fundamento; ac præterea quoniam illorum hominum prædestinatio, nec esset ad certum gradum gratia, neque supponeret præcognitam passionem Christi Domini, contra ea, quæ diximus probat. 2. & 3.

Reuiuifcentia meritorum.

18.

19. Christi Domini meritum.

20.

Multorum prædestinatio finem per media originale supponitiam consequitur.

21.

Reprobatio negatiua supponit præscientiam originalis.

22.

Notanda tria.

Secun

23. Secundum. Inquiris, vtrum præcedens conclusio veniat intelligenda, non solum de originante peccato, quod fuit in Adamo, sed etiã de peccato originato, quod singulis hominibus inhæret proprium? Et respondeo affirmatiue, tum quoniam Augustinus, D. Thom. & alij Doctores citati loquuntur non solum de originali peccato originante, sed etiam de originato, ratione cuius omnes homines digni sunt ira Dei, & reprobatione, nec nisi misericorditer liberantur. Tum etiam, quia quàmuis prima & tertia ratio non probent requiri præscientiam peccati originalis originari; hoc tamen probant secunda, quarta, & quinta ratio conclusionis. Nam media prædestinationis, & reprobationis, & gradus illorum supponunt non solum originale peccatum originans, sed etiam originale originatum.

24. Tertium est. A prædicta regula omnino excipienda fuit Beatissima Virgo, in qua impossibile erat præcognosci originale originatum, quod non erat futurum. Quare Deus præcognito vt futuro originante peccato Adami, voluit, omnes homines, permittere, vt contraherent parentis culpam, & simul voluit excipere Beatissimam Virginem, quam tamen prædestinauit præcognito peccato originato suorum parentum. Porro prædestinatio Beatissimæ Virginis, & decretum præseruandi illam à peccato originali posterius fuit prædestinatione Christi Domini, propter cuius merita præcognita factum est illud decretum. Quare decretum permittendi, vt reliqui omnes contraherent originalem culpam, & præscientia eiusdem culpæ vt absolute futuræ fuit etiam suo modo posterior prædestinatione Christi Domini, quàmuis prior sit aliorum hominum prædestinatio, vel reprobatione.

25. Hac doctrina præoccupatur obiectio, qua Vazquez disput. 95. cap. 3. §. hæc opinio, reiicit nostram sententiam de præcognitione peccati originalis inhærentis singulis hominibus, quoniam ex ea sequeretur, Beatissimam Virginem contrafuisse peccatum originale de facto, & non potuisse per merita Christi Domini liberari ab illo, quia præuidebatur ante merita Christi Domini. Quæ omnia nulla consecutione possunt inferri ex sententia, prout à nobis explicata est.

26. Scientia conditionata originalis sufficiens.

27.

Ad argumenta primæ sententiæ. Ad primum responderetur. Pro conclusione prima adductæ sunt rationes, quæ probant, originale peccatum præcognoscendum fuisse, ante hominum prædestinationem, vel reprobationem in singulari, quæ rationes vim nullam habent circa alia omnia opera præter originale peccatum. Ad con-

firmationem primam responderetur. Originale peccatum prædestinationi huius hominis in particulari vile fuit per accidens, quatenus inde factum est, hunc hominem nasci, qui in statu innocentia non nasceretur. Ad secundam confirmationem responderetur. Sicut ante originale præcognitum non est constituta prædestinatio in singulari, ita neque reprobatio.

28. Ad secundum argumentum negatur minor, & ad eius probationem responderetur. Electio Adami ad iustitiam originalem processit ab electione efficaci ad gloriam: hæc autem electio ad gloriam supponebat, præcognitum fuisse originale, vt absolute futurum ex vi scientia conditionata, quam supra diximus conclus. 2. non verò per scientiam visionis. Sic Adami prædestinatio melius consonat cum prædestinationibus cæterorum, & expeditur à multis difficultatibus, quibus impeditur diuersus modus prædestinandi Adamum.

29. Ad tertium distingo maiorem: aut enim agit de prædestinatione Christi Domini, abstrahendo à carne passibili; quo sensu omitto maiorem: aut agit de prædestinatione Christi Domini, vt per passionem intraret in gloriam suam; & huiusmodi prædestinatio est exemplar nostræ prædestinationis, & est post præscientiam originalis peccati, sicut nostra prædestinatio. Ad primam confirmationem responderetur. Illa prædestinatio Christi Domini, quæ aliquo modo dependet ab electione talium hominum in particulari, est prædestinatio Christi vt passibilis. Vtrum autem priori alia prædestinatione fuerit prædestinatus Christus Dominus, non est modò disputandum. Ad secundam confirmationem responderetur. Beatissima Virgo prædestinata est, non præuiso originali peccato, quod illi inhæreret; ceterum præuiso peccato Adami, & progenitorum Beatissimæ Virginis, vt paulo superius dictum est.

30. Ad quartum negatur minor, & eius probatio ita distinguenda est. Permissio peccati originalis non fuit effectus voluntatis efficacis reprobandi hunc, & illum hominem in singulari; fuit tamen effectus voluntatis efficacis reprobandi homines vagè, quæ voluntas præcessit cognitionem peccati originalis.

31. Ad quintum de Angelis infra disputat. 52. Nunc tantum dicimus, non esse eandem rationem hominum & Angelorum, quia nec Angeli peccauerunt in capite; nec erant arbitrij flexibiles, & ob alias rationes suo loco dicendas.

32. Ad sextum similiter responderetur. Si permanens esset innocentia status, in illo prædestinarentur, & reproberentur homines ante præcognitum originale, quia nullum esset originale peccatum, & ante præcognita peccata personalia siue prædestinatorum, siue reproborum; hic enim modus prædestinandi foret conuenientior propter rationes dictas disputat. 12. Solum reperio Carthagenam, qui dixerit in eo statu non fuisse futuram prædestinationem, aut reprobationem, nisi præuisis operibus, tractatu de prædestinatione

discurf. 7. circa medium.

28.

Electio Adami ad iustitiam originalem procedit ab electione ad gloriam.

29.

Christi Domini prædestinatio nostra prædestinationis exemplar.

30.

Non est eandem ratio hominum & Angelorum.

32.

In statu innocentia prædestinarentur ante originale.



DISPUTATIO XIV.

Vtrum originale peccatum fuerit causa reprobationis.

Prooemium explicans equiuocationem verborum.

1. Multiplex reprobationis causa. Simpliciter requisita, & simpliciter non requisita.

Discriminibus communi.

2. Generalis & peculiaris.

Respondeo ad reprobationem negativam & positivam referri.

3. Discrimine voluntatis excludendi a regno cum voluntate non praeordinandi.

1. QVONIAM in hac & sequentibus disputationibus ambiguitas verborum multis Doctoribus dedit occasionem errandi, observandum est, multiplicem esse gradum, & ordinem causae comparatione reprobationis. Alia enim est causa simpliciter requisita, sine qua non potuit existere reprobatio; alia vero est causa, quae non est simpliciter requisita, sed potuit sine illa causa esse reprobatio; verum de facto causat. Iterum causa reprobationis est duplex: alia est causa discriminis; alia causa communis. Causam discriminis appello eam, quae in solis reprobis reperitur, & infert necessarium reprobationem, ita ut ubicumque ponatur illa causa, ponenda sit reprobatio. Causa vero communis non infert necessarium reprobationem; sed reperitur in praedestinis non minus, quam in reprobis; ceterum divina misericordia impeditur, ne causet reprobationem.

2. Tertio dividi potest causa reprobationis in generalem, & peculiarem. Generalem appello, quae omnium hominum reprobationem causat; peculiarem vero, quae ita quorundam reprobationem causat, ut multi homines reproberentur sine illa causa. Observa discrimen huius divisionis optimum.

Quarto. Haec omnia causarum membra referri possunt ad reprobationem negativam tantum, quae est negatio voluntatis praedestinati, seu positiva voluntas non praedestinati: vel referri possunt ad reprobationem positivam, quae est voluntas puniendi, siue in hoc saeculo permissione plurimum peccatorum, siue in futuro aeterno igne.

3. Quinto. Confundunt authores aliqui voluntatem excludendi a regno caelesti cum voluntate non praedestinati ad gloriam; cum tamen utriusque voluntatis discrimen tanti momenti sit in praesenti disputatione, ut alterius voluntatis nulla requiratur ex parte nostra; alterius vero necessario supponatur causa ex parte nostra. Voluntas enim non praedestinati quamvis ipsa sit actus positivus; nihilominus nullum obiectum positivum amplectitur, sed meram negationem praedestinationis, quae voluntas nullam praerequirat causam, ut dicemus sect. 1. Voluntas autem excludendi a regno caelesti non solum amplectitur negationem praedestinationis ad gloriam, sed etiam amplectitur positivam rationem poenae damni, & positivam actionem externam Dei, qua reum esse declarat per sententiam, & mittit in exilium, precipitque, a satellitibus deportari procul a patria. Quare voluntas excludendi a regno caelesti proprie sumpta differt a voluntate negandi praedestinationem: sicut apud homines voluntas puniendi exilio differt a voluntate non adducendi aliquem in patriam. Et de voluntate excludendi a

regno caelesti, & illius causa dicemus disput. sequenti, sect. 3.

SECTIO I.

Vtrum originale peccatum sit negativae reprobationis causa simpliciter requisita.

1. Varimus, inquam, vtrum decretum negandi praedestinationem huic, & illi homini potuerit esse, quamvis in illis hominibus nullum peccatum personale, neque originale praecognoferetur, quod esset ratio negandi praedestinationem.

2. Peccatum aliquod, saltem originale, fuisse causam simpliciter requisitam negativae reprobationis, colligitur ex Henrico Aureolo, aliisque Doctoribus, qui supra disput. 7. sect. 1. propterea negant reprobationem factam ante praevia peccata, quoniam repugnat iustitiae divinae, atque clementiae. A quibus primo aspectu nihil dissidere videntur recentiores Thomistae, qui quamvis dicant reprobationem fieri ante praevia peccata; nihilominus dicunt voluntatem excludendi a regno caelesti posteriorem esse cognitione originalis peccati.

3. Probant, nam alias exclusio a regno caelesti esset iniusta, iniqua, & indigna Deo. Verumtamen ex aliis eorumdem Doctorum conclusionibus colligitur, exclusionem a regno caelesti per modum poenae, esse indignam Deo, si propter nullum peccatum praecogitum fiat; sed negationem praedestinationis fieri posse ob nullum peccatum. Ita loquitur Carthago, de praedest. discurs. 7. ante med. corol. 2. & Zumel in praesenti q. 23. artic. 1. sua q. 2. concl. 3. & art. 5. sua quaest. 4. concl. 4. ex his in quibus Catholici conveniunt.

4. Ut omittamus pleraque argumenta, quae reprobationem ante praevia peccata, contendunt, esse crudelem & iniustam, (de quibus infra disp. 15. & sequentibus disp. 16. 17. & 18.) afferemus ea tantum, quae magis propria fuerint quaestioni praesentis.

Primum argumentum, quia si Deus ante praevium originale peccatum vellet, aliquem hominem nunquam esse beatum, non praeberet illi auxilia sufficientia ad salutem; consequens autem est falsum: omnibus quippe Deus auxilia sufficientia tribuit, ut videbimus disputat. 39. & decem sequentibus.

5. Secundum argumentum, quia Deus semel iustificatum hominem non deserit prius quam ab illo deseratur: ergo nullum reprobat ante praevium peccatum illius, saltem originale. Antecedens habetur in Trident. sess. 6. cap. 11. & c. 13. desumptum ex Augustino in lib. de nat. & grat. cap. 26. post med. qui lib. de bono perseverant. cap. 6. in medio ait: *Voluntate sua quisque deserit Deum, ut merito deseratur a Deo.* Eidem sententiae concordant multa verba Augustini lib. 15. de civit. c. 15. a principio, & de corrept. & grat. c. 11. & tract. 2. in Ioan. colum. 4.

6. Cyprianus de orat. Domin. circa med. *Habenti Deum*, ait, *nihil deserit, si Deo ipse non desit.* Prosper ad 7. obiect. Vincent. *Deum*, inquit, *prinsquam deseratur, neminem deserit.* Quod idem repetit ad 14. obiect. & 16. & ad cap. 11. Gallor. relatus cap. *vastis* tra. 23. q. 4. & in sentent. super c. 7. Gallor.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

Sententia a se firmans.

Exclusio a gloria per modum poenae indigna Deo.

Deus non deserit nisi prius deseratur.

Gallor. de reprobis agens ait: *Gratia Dei non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur.* & de vocat. gent. cap. 12. *Nullum fidelium a Deo non discedentem relinquit.* Consonat his Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 13. parum a principio. Bernardus in meditationibus, siue lib. de anima cap. 7. *Non deserit, ait, sperantes in se, nisi prior ipse deseratur.* Hilarius in Matth. canone 24. ad illud Matth. 23. *Eccoe relinquetur vobis domus vestra deserta*, notat eandem rationem deserendi.

7. Confutatur primo, nam *ut gratia non adiuventur hominum voluntates, in ipsis causis est, non in Deo*, ut scribit Augustinus lib. de peccator. merit. & rem. cap. 17. inter princip. & medium. Quod idem sub nomine libri 2. de Baptismo parvulorum refert & explicat Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 28. (nam in alio libro, siue epist. 23. de Baptif. parvul. nihil agit de hoc,) & S. Thom. lib. 3. contra gent. c. 159. Secundum confirmatur ex his, quae de induratione & excacatione dicemus sequenti disp. 15. sect. 3. concl. 5.

8. Tertium argumentum. Crudelitas enim est, ab omni ratione aliena, decernere, non praedestinare ad gloriam, quem ipse Deus ad gloriam condiderat, idque decernere, nullo praevio impedimento ex parte hominum.

9. Confirmatur primo, quia negatio praedestinationis esset odium, nulla causa odij praesupposita ex parte eius, quem Deus odio persequitur. Odiu autem hominum Deo repugnat, nisi praecise & formaliter, prout peccatores sunt, quod probatum est tom. de volunt. Dei, disp. 54. sect. 3. Quo sensu Hieronym. Malachiae 1. *Odiu*, inquit, *Dei ex praesensione nascitur futurorum.*

10. Confirmatur secundum, quoniam imprudencia, vel fraudulencia foret conferre media salutis, excludendo a fine salutis.

9. Quartum argumentum, Deus enim esset totalis, aut primus author perditionis reprobatorum, si, nullo praevio peccato, etiam originali, negaret praedestinationem iis hominibus. Sequela probatur, propterea namque Deus est totalis, aut primus author praedestinationis, & salutis, quoniam ante praevia merita praedestinat: igitur si ante praevia demerita negaret praedestinationem, foret totalis author perditionis. Consequentis autem falsitas est manifesta, Osee c. 13. *Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum.* Matth. 18. *Non est voluntas ante Patrem vestrum, ut pereat vnus de pusillis istis.* Ezech. 18. *Vino ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat.* Alia multa referimus probantes, Deum, quod ex se est, velle, & procurare salutem omnium, etiam reprobatorum, disp. 17. sect. 3. & sequentibus.

10. Quintum argumentum, quia decretum negandi praedestinationem ante praevium omne peccatum exerceret summum ius, & absolutum dominium, postposita ratione iustitiae & misericordiae: quod est indignum Deo. Illud enim decretum nec esset actus misericordiae, quia non leuaret a miseria; nec esset actus iustitiae distributivae, neque vindictivae.

11. Sexto pro hac sententia potuissent adduci nonnulla testimonia Augustini, quibus docet, Deum, eo quod iustus sit, non potuisse facere vasa in contumeliam, & homines reprobare, nisi propter eorum culpam. Ceterum haec praetermittimus, quia manifeste tractant de reprobatione positiva, quae est damnatio, non de praecisa

negatione praedestinationis, in qua praesens sectio versatur. Videbimus ea testimonia infra sect. 3.

Sit igitur vnica conclusio. Negativae reprobationis non est simpliciter necessaria causa peccatum originale: quin potius de potentia absolute soluta possibile fuit decretum negandi praedestinationem quibusdam hominibus determinate & in singulari, constitui prius ratione, quam praevideretur esse futura culpa originalis; & a fortiori prius quam praevideretur culpa personalis. Hanc tenet expressè Sauer. tract. de auxil. lib. 2. cap. 5. num. 8. & 1. p. lib. 5. de reprobat. cap. 5. n. 6. Sic etiam Ruard. art. 7. contra Lutherum, *quod autem omnibus*, pag. 326. prope init. asserit, etiam si genus humanum sine peccato fuisset, nihilominus Deum potuisse aliquos damnare. Quod prius & magis expressè docuit Maior 1. dist. 41. quaest. 1. artic. 2. in secunda solutione quarti argumenti.

12. Caiet. in praesenti q. 23. artic. 5. ad quamdam confirmationem Aureoli responder, potuisse Deum permittere culpam ex solo sine ostendendi punitionem iustitiam. Videtur autem agere de quocumque peccato, etiam originali. Colligitur etiam ex Doctoribus vniuersaliter asserentibus, nullam iniustitiam, neque acceptionem personarum interuenire, quando ex duobus aequalibus hominibus vni confertur gratuitum beneficium; alteri vero negatur. Hos referemus infra disput. 18. sect. 1. Haec est mens S. Thomae de verit. q. 6. art. 2. ad 9. dicentis: *Ratio reprobationis est in hominibus peccatum originale, ut dicit Augustinus; vel in futuro per hoc ipsum, quod est non habere debitum ad hoc, quod eis gratia conferatur. Rationabiliter autem possum velle denegare aliquid alicui, quod sibi non debetur.*

13. Probatur primo, Sapient. 12. *Quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti.* Cuius ratio non tantum est, quoniam Deus nullum habet superiorem iudicem, sed etiam, quia non esset iniustitia, nec vlla inordinatio imputabilis. Hoc enim probandum, atque laudandum sibi proponit totus ille liber Sapientiae, maxime c. 12.

14. Recte igitur Macarius senior Aegyptius homil. 15. prope med. *Deus*, inquit, *sui iuris est, & quod vult, facit, ita ut (si visum sit ei) per potentiam suam mittere possit iustos in gehennam, peccatores autem in regnum caelorum; licet hoc minime velit, nec ei gratum sit; quia Dominus iustus est iudex.* Nimirum quoniam suapte natura & ingenio propender ad exercendam iustitiam distributivam, & vindictivam magis, quam ad exercendum illud supremum dominium, quod de potentia absolute exercere potuisset. Augustinus etiam lib. de bono perseverant. cap. 8. sub initium; *Tam multos*, inquit, *liberat misericors Deus de tam debita perditione, ut si neminem inde liberaret, non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem. Qui ergo liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitum agnoscat.*

15. Augustinus lib. de praedestinat. & grat. cap. 16. quod est vltimum, versum med. *Si humanum*, inquit, *genus, quod creatum primis constet ex nihilo, non cum debita mortis, & peccati origine nasceretur, & tamen ex eis creator omnipotens in aeternum nonnullos damnare vellet interitum, quis omnipotenti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim, cum non essent, esse donauerat, quo sine essent, habuit potestatem: nec dicerent ceteri, cur paribus meritis omnium diuinum discre*

12. Originale peccatum non est causa simpliciter necessaria reprobationis negativae.

13.

14.

15.

16.

discreparet arbitrium: quia potestatem habet singulis luri ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Similis sententia refertur etiam ex epistol. 106. ad Bonifac. siue ad Paulinum à Ruaro supra citato. Verumtamen Augustinus ibi potius inclinatur in contrariam doctrinam, quam referemus sect. 3.

17. *Beneficium merè gratuitum.*  
Vnde sumitur prima ratio conclusionis à priori demonstrans. Quia beneficium merè gratuitum, & nullo prorsus modo debitum denegari potest cuilibet personæ absque vlla culpa illius (alioquin si denegari non posset, eo ipso deberetur illi aliquo genere debiti, quodcumque illud sit.) Sed prædestinatio est beneficium merè gratuitum, & nullo prorsus modo debitum vlli creaturæ rationali, siue Angelicæ, siue humanae, quamuis in puris naturalibus consideretur: ergo Deus prædestinationem cuiuscumque voluerit, donare poterit, etiam existentibus puris omnibus naturalibus, nullaque præsupposita culpa generis humani. Confirmatur, quia negatio prædestinationis ad gratiam, siue ad gloriam, non affert necessariò, & intrinsecè rationem pœnæ; sed potest esse mera negatio beneficij gratuiti, nihil habens punitionis: ergo nullam culpam præsupponit.

18. *Plures per gratiam à peccato liberantur, qui tamen non prædestinantur.*  
Probat secundò; nam multi hominum per gratiam liberantur à peccato originali, & à reliquis peccatis mortalibus; & nihilominus non prædestinantur ad gloriam, nec ad perseverantiam in gratia: ergo quamuis ab ortu liberi fuissent ab originali culpa, potuissent eis negari prædestinatio. Probat consequentia, quia, si propter gratiam non debetur illis prædestinatio ad perseverantiam & ad gloriam; multo minus debita esset illis, si crearentur in puris naturalibus.

19. *Prædestinatio Angelorum.*  
Tertiò probatur, quoniam Angelorum natura nullo peccato originali infecta fuit, & tamen potuit illis negari prædestinatio ante præuisa opera personalia: ergo idem possibile fuit in hominibus. Quòd autem de facto prædestinatio Angelorum fuerit ante præuisa opera, dicemus infra disput. 50. præsertim sect. 3. & sequentibus. Nunc autem de possibilitate loquimur, quoniam illa certior est, & sufficienter probat, quòd intendimus.

20. *Ad argumenta oppositæ sententiæ respondeo.*  
Ad primum responderetur primò, negando sequelam, nam auxilia sufficientia ad salutem, procedentia ex voluntate antecedenti, & inefficaci prædestinandi, non pugnant cum efficaci voluntate negandi prædestinationem, vt ostendimus infra disp. 17. sect. 3. & sequentibus. Respondetur secundò. De potentia absoluta Deus poterat omnia auxilia requisita ad gratiam & gloriam negare, aut aliquibus hominibus, aut omnibus, nullo præsupposito peccato ex parte nostra, quoniam dominus est suæ gratiæ, & omnium auxiliorum.

21. *Ad secundum responderetur, primò, negando consequentiam, eo quòd negare prædestinationem alicui non est deserere; siquidem nihilominus ei conferuntur sufficientia auxilia, & quandoque etiam copiosa gratia iustificans. Respondetur secundò. De potentia absoluta potuit Deus antequam deferatur ab hominibus, deserere illos, negando illis omne bonum supernaturale; sed non potuit deserere, odio prosequendo; Tridentinum autem, & Augustinus agunt de potentia ordinaria. Respondetur tertiò. Non de om-*

nibus hominibus, sed de semel iustificatis ait Tridentinum non deserere, nisi priùs deserant, in sess. 6. cap. 11. Atque eodem modo videtur limitare doctrinam in cap. 13. quoniam agit de perseverantiæ munere, quo Deus perficit in nobis bonum opus, quod cœpit. Sic Augustinus de prædestin. & grat. cap. 26. & Prosper in sententia ad cap. 7. Gallor. agit similiter de illis hominibus iustis, qui in gratia non perseverant, vt constat ex obiectione Gallorum. Inde constat solutio ad confirmationes.

22. *Ad tertium responderetur non esse crudelitatem; Deus namque nulli debet prædestinationem, & potuit hanc suam libertatem ostendere, de quo magis infra disp. 16. Ad primam confirmationem responderetur. Negatio prædestinationis præscisa ab omni causa appellari potest odiù, quoniam excludit amorem efficacem ad supernaturalia bona; sed propriè non est odiù, hoc enim versatur circa inimicum, vt circa proprium obiectum. Ad secundam confirmationem responderetur. Deus neminem excludit positivè à gloria; sed tantùm vult nihil amplius dare, quam media sufficientia, imò multoties etiam abundantia: licet sciat hominem illis sua culpa non esse cooperaturum.*

23. *Ad quartum negatur sequela, & ad eius probationem responderetur. Deus est primus author totius prædestinationis, non ex eo præcisè, quoniam ante præuisa opera prædestinat, sed ex eo quòd directè vult, & causat omnia, quæ requiruntur ad finem prædestinationis: non sic autem causat Deus omnia, quæ requiruntur ad negativam reprobationem; non enim causat peccata: de quo sequenti disp. 15. sect. 5.*

24. *Ad quintum responderetur. Illud decretum eo modo iustum esset, quo iusta est in nobis voluntas retinendi, quæ nostra sunt, quando non tenemur ea largiri. Et quamuis in se formaliter non afferret aliquid misericordiæ; nihilominus adiunctam haberet maximam misericordiã conferendi bona naturalia, & auxilia supernaturalia sufficientia. Adde iustissimam legem, & gubernatricem, quam explicuimus in tom. de volunt. Dei, disp. 57.*

Sextum argumentum simul adiunctam habuit solutionem.

## SECTIO II.

*Peccatum originale non est causa discriminis, sed omnes homines potuerunt reprobari propter illud.*

1. *H*oc est, peccatum originale non necessariò infert reprobationem negativam, in quocumque subiecto est; sed tantùm infert, iuste & congruenter negari posse prædestinationem. Cuius evidens ratio est, quia peccatum originale inficit omnes prædestinatos (præter Beatissimam Virginem,) ac præcisè ex vi demeriti, quòd est peccatum originale, nulla est ratio, propter quam vnus potius, quàm alter, liberetur ab originali. Vnde à fortiori nulla est ratio, propter quam vnus potius, quàm alter, liberetur ab originali ex intentione conferendi gloriam.

2. *Confirmatur, quia si plures homines æquale debitum contraxerint, cæteris omnibus existentibus paribus, nulla datur ex parte debitoris ratio,*

ratio, propter quam vnus potius, quàm alter, remittatur debitum; at peccatum originale in omnibus hominibus est æquale. Item ex duobus hominibus conuictis de æquali crimine, cæteris existentibus paribus, nulla ratio datur ex parte reorum, ob quam vnus potius, quàm alter, liberetur eo fine, vt regni particeps fiat.

Præcedens assertio, & rationes illius traduntur ab Augustino, Prospero, Fulgentio, Beda, & Anselmo plurimis in locis. Sic enim Augustinus epist. 105. ad Sixtum propius ad fin. quàm ad med. *Intelligat, inquit, Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum, cum quo habuit communem causam, videt per iustitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni.*

3. *Filius etiam epist. 106. ad Bonifac. idem argumentum tractans hæc inter alia scribit propius ad med. quàm ad princip. Quid nos hic docuit, Apostolus Rom. 9. nisi ex illa massa primi hominis, cui meriti mors debetur, non ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinere, quòd quisque liberatur, atque ira non esse iniquitatem apud Deum, quia neque remittendo, neque exigendo, quòd debetur, iniustus est? Ibi enim gratia est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta. Et longè inferius de prædicta conspersione, seu massa subiungit: Neque ibi præcedunt merita gratiam liberantis, neque hic effugiunt peccata iustitiam punientis.*

4. *Talia scribit etiam epist. 107. ad Vitalem inter med. & fin. & epist. 157. ad Optatum in princip. & med. & lib. de prædestin. & grat. toto ferè c. 3. & cap. 6. parum à principio, & toto cap. 16. & lib. de prædestin. Sanct. cap. 9. & 14. & de bono persever. cap. 8. & 12. & lib. 15. de ciuit. cap. 1. inter med. & finem, & lib. 21. de ciuit. c. 12. & lib. 1. ad Simplician. q. 2. à medio, & lib. 2. contra duas epistolas Pelag. cap. 7. & in Enchirid. cap. 95. 98. & 99. & de verbis Apostoli ferm. 7. & ferm. 22. & Psalm. 118. concione 5. post med. Ex quibus locis nonnulla verba retulimus supra disp. 9. sect. 3. & disp. 13. sect. 5.*

5. *Prosper ad excerpta Genuens. respons. 6. post med. ait: Omni homini damnata natiuitate genito, hoc in Adam debetur, vt pereat. Et sicut non possumus conqueri de eo, quòd in præteritis sæculis dimisit omnes gentes ingredi vias suas: ita iustam non haberemus querelam, si cum eis, cum quibus nobis fuit causa communis, cessante adhuc gratia, periremus. Eamdem veritatem repetit respons. 8. ante med. & post medium, & lib. de libero arbitr. ad Ruffin. post med. & alibi sæpe tam ad capita Gallorum, quàm ad obiectionem Vincent. & lib. 1. de vocat. gent. cap. 17. & lib. sentent. ex Augustino, sentent. 307.*

6. *His concordat Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. cap. 21. & lib. 1. ad Monim. cap. 7. & cap. 28. præsertim verò cap. 26. post med. ait: Non itaque frustra talis est ab eo, Apostolo, facta inter puniendos, glorificandisque discretio; vt illos vocaret vasa ira; istos autem vasa misericordiæ, nisi vt ostenderet, tam in vasis ira, quàm in vasis misericordiæ iniquitatem propriam præcessisse. Beda in Collectan. Roman. 9. ad illud; Quod si Deus volens ostendere iram, &c. describit fragmenta ex Augustino epist. 106. ad Bonifac. & epist. 157. ad Optatum.*

7. *Anselmus autem in idem cap. Rom. 9. ad illud: Iacob dilexi, &c. & ad illud, Miserebor, cui miserebor, Augustini verba diuersis ex locis selecta sic interserit: Docemur, ex illa massa primi hominis, cui mors meriti debetur, non ad merita hominum, sed ad*

*Dei misericordiam pertinere, quòd quisque liberatur, atque ira non esse iniquitatem apud Deum, quia neque remittendo, neque exigendo, quòd debetur, iniustus est. Ibi enim gratuita est indulgentia, ubi iusta posset esse vindicta, vt hinc euidentius appareret, à pœna debita liberato & gratis iustificato quantum beneficij conferatur, quòd alter æqualiter vnus sine puniendis iniquitate punitur, &c. Similia docet Glossa Roman. 9. ad id, Esau odio habui. & author Hypognosticon lib. 3. propius ad medium, quàm ad princip.*

8. *Confirmatur, generaliter quippe nullam esse rationem discriminis, vt vnus homo potius, quàm alter, reprobari debuerit, probandum est rationibus sequenti disp. 15. sect. 2. quòd auctoritate Scripturæ, & Parum ostendimus iam disp. 8. 10. & 11. & Scholasticorum auctoritate supra disp. 7. sect. 4.*

## SECTIO III.

*Peccatum originale reprobationis causam esse reprobis nunquam iustificandis.*

1. *D*E reprobis, quibus aliquando remittitur peccatum originale per gratiam, vtrum illis sit causa reprobationis, dicemus sect. 6. & sequentibus. Nunc pro tota controuersia de peccato originali, vt est causa reprobationis, obseruandum est, ab antiquioribus Scholasticis ita fuisse prætermisam, vt non nisi pauci leuiter, & ambigè illam attigerint. Quamuis enim multi expressè dixerint, nullum peccatum præuisum, nec originale, nec personale, causam fuisse reprobationis; alij verò econtra dixerint, peccatum præuisum fuisse causam reprobationis in quibusdam quidem reprobis peccatum originale tantùm, in aliis solum personale, in aliis verò tam personale, quàm originale præuisum: quos Doctores citabimus sequenti disp. 15. sect. 1. Nihilominus omnes ij Doctores agunt de causa discriminis, ob quam ij potius, quàm illi, reprobandi fuerint: & quamuis plerique expressè dicant, personalia peccata nullo modo fuisse causam reprobationis, sed vtrum peccatum originale sit causa reprobationis eo modo, vt etiam in prædestinatis possit causare reprobationem, de hac quæstione nihil expressè antiquiores Scholastici.

2. *Prima igitur sententia absolute negat, originale peccatum fuisse causam reprobationis, quocumque modo, siue vt causam discriminis, siue vt causam communem. Ita Marfil. 1. dist. 42. art. 2. concl. 4. & sequentibus. Suar. lib. 5. de reprob. c. 5. num. 5. Bannez 1. p. q. 23. art. 5. in dub. circa 2. & 3. concl. Zumel art. 5. sua q. 4. in pronuntiatis pro sententia Augustini, concl. 1. Molina disp. 1. n. 7. & 8. & aliqua ex parte Vazquez disp. 95. c. 3. fine, & c. 5. Et in hanc sententiam magis inclinatur Soto in fine 4. sentent. dum corrigat quæ dixerat c. 9. ad Rom. Varia sunt eorum fundamenta, variique modi explicandi, quibus satisfacemus in sequentibus sectionibus.*

3. *Nunc statuitur prima conclusio. Peccatum originale est causa reprobationis positivè: id est, peccatum originale est ratio, propter quam iustum est decretum puniendi quosdam reprobos pœna damni, excludendo eos à regno cœlesti: atque*

1.

*Antiquiorum mens.*

2.

3. *Originale reprobationis positivè causam.*

atque idem peccatum originale est ratio mouens diuinam voluntatem ad prædictum decretum puniendi.

4. Probatur primò ex Augustino epistol. 106. ad Paulin. siue ad Bonifac. propius ad med. quàm ad princip. dicente: *Hæc massa si esset ita media, ut quænamadmodum nihil boni, ita etiam nihil mali mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam. Cum verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuersa defluerit, proculdubio quod ex ea sunt vasa in honorem, non ipsius massa iustitia, quæ gratiam nulla præcessit, sed Dei misericordie; quod verò in contumeliam, non iniquitati Dei (quæ absit ut sit apud Deum,) sed iudicio deputandum est. Obserua illa verba condemnationem, iudicio.*

5. Ex quibus colligo Augustinum agere de reprobatione positua, quæ iusta non erit, nisi illius causa & ratio sit peccatum præcognitum; quamuis sine hac causa & ratione possit esse iusta reprobatio negatiua, ut supra sect. 1. Vide infra concl. 2. confirmat. 1. Eodem modo loquitur Augustinus epist. 157. ad Opratum inter princip. & med. *Merito, inquit, videretur iniustum, quod sunt vasa ira in perditionem, si non esset ipsa vniuersa ex Adam massa damnata. Quod ergo sunt inde nascendo vasa ira, pertinent ad debitam penam, &c.*

6. Fufius autem hanc penam, omnibus debitam, persequitur tota ferè epist. 105. ad Sixtum. Vnde satis erit referre quod scribit prope med. *Si vasa sunt ira, quæ perfecta sunt ad perfectionem, sibi hoc impudent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter vniuersi peccatum, in quo omnes peccauerunt, merito Deus, iustèque damnauit. Si autem vasa sunt misericordie, quibus ex eadem massa factis, supplicium debitum reddere noluit, &c.* Sententiam eandem reperies in omnibus locis Augustini, Prosperi, Fulgentij, Bedæ, Anselmi, & Glossæ, quæ citauimus sect. 2. & disp. 13. sect. 5. Prædictam denique conclusionem à fortiori tenent authores citandi pro concl. 2. nec ab ea dissentiunt authores citati pro prima sententia.

7. Ratione probatur, quia voluntas puniendi non potest esse iusta, & sancta, nisi illius ratio sit culpa; sed in quibusdam hominibus personalis culpa non est prima causa, & ratio voluntatis puniendi; ergo in quibusdam hominibus originalis culpa est prima ratio, & causa voluntatis puniendi. Maior ex se euidentis traditur ab Augustino lib. 3. contra Iulianum, cap. 18. sub finem, dicente: *Deus potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est.*

8. Et epist. 106. ad Bonifac. circa med. *Quemquam, ait, immeritum & nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur.* Vnde non longè post medium probat, paruulos nasci reos originalis peccati, quoniam absurdissimum esset, & à iustitia Dei penitus alienum, eos damnare in æternum, si fuissent ab omni peccato liberi. Et lib. 1. retract. cap. 9. inter med. & fin. *Omnis autem pena, inquit, si iusta est, peccati pena est, & supplicium nominatur.* Quod recipitur à Magistro, & communiter Scholast. 2. sent. dist. 36. cap. & ideo. & S. Thoma 1. 2. q. 87. toto art. 7. & 8. His consonat lib. de prædestinat. & grat. c. 5. & 14. Præterea lib. 83. questionum, q. 24. post medium. *Deus iustus, inquit, regens, & gubernans vniuersa, nullam penam sinit immeritò infligi, nullum præmium immeritò dari.*

Voluntas puniendi iniusta nisi illius ratio sit culpa.

Confirmatur primò, nam prædicta doctrina fundamentum habet in sacris literis, ut Sapient. 12. *Eum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum putas à tua virtute.* Job 4. *Recordare, obsecro, quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deliti sunt?* Quod licet Eliphaz ad temporalia referens, falsò dixerit, verificatur quantum ad æterna, & spiritualia: ut bene obseruat Gregor. lib. 5. moral. cap. 14. insuper Ezech. 18. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris.* Quo ad penam spirituales animæ limitandum esse monet Hieron. epist. ad Auitum, quem sequitur S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 8. Est autem spiritualis pena grauissima reprobatio positua, de qua nunc agimus.

Confirmatur secundò, semper enim sacræ literæ mortem, aut æternum supplicium adscribunt peccato tanquam propriæ causæ. Ideo Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, &c. Sed impij manibus suis accesserunt illam.* Roman. 9. *Stipendium peccati mors.* Quibus & alijs similibus testimonijs Fulgentius toto ferè lib. 1. ad Monim. præsertim cap. 5. 6. 13. 19. 24. 26. 27. probat, ideo iustam esse Dei prædestinationem ad penam, quoniam ipse non prædestinavit ad culpam, sed illam sua sponte committunt homines. Peculiariter notantur ab authoribus illa verba ex c. 26. propius ad med. quàm ad finem: *Vasis ira nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum homo inueniret habere peccatum.* Quæ verba referuntur 23. q. 4. cap. vasis ira, quod est 24.

Confirmatur tertio, quia tam antiqui Philosophi, quàm Ecclesiæ Patres communiter arbitrij libertatem inde probant, quoniam iniuste forent omnes punitiones, si nulla esset imputabilis culpa.

Confirmatur quarto, testimonijs plurimorum Patrum, quos retulimus tom. de volunt. Dei disp. 57. sect. 3. & disp. 58. sect. 4. afferuisse, pertinere ad iustitiam Dei reos punire; iustos autem præmijs ornare.

Quintò, nam Concil. Atracis. II. can. 2. decernit: *Si quis afferit, mortem tantum corporis, quæ pena peccati est; non autem & peccatum, quod mors est anime, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit.* Cui consequens est argumentum, quo solet probari peccatum originale, quia si paruuli nascerentur ab eo liberi, non vexarentur arumnis, morbis, & morte. Quod argumentum assertit Augustinus contra Iulian. lib. 3. c. 3. & 4. consonatque sequenti lib. 4. c. 12. Fulgent. de Incarn. & grat. cap. 14. S. Thom. S. Bonau. & alij Scholastici loco citati.

Minorem prædixi syllogismi, videlicet in quibusdam hominibus personalem culpam non esse primam rationem & causam, propter quam Deus eos vult punire, probò primò; quia Deus vult punire homines permissione peccatorum personalium: huius autem voluntatis puniendi non potest esse ratio & causa eadem ipsa peccata, quæ permittuntur. Quamuis enim peccatum sit aliquomodo sui ipsius pena; nihilominus voluntas permittendi peccata, si procedit ex fine puniendi, debet præsupponere alia peccata, quæ puniat, ne sit minus ordinata voluntas, speciem habens crudelitatis quasi ex studio puniendi peccata. Quare voluntas permittendi primum peccatum personale, & puniendi ea permissione, non habet aliam rationem, nisi peccatum originale. Confirmatur, nam ex D. Thoma 1. 2. q. 87. artic. 2. corp.

5.

10.

11.

12.

13.

Personalis culpa non est prima ratio.

corp. aperte colligitur, permissionem peccati esse penam præcedentis peccati, & non eiusdem peccati, quod permittitur.

14. Secundò probatur, quoniam Deus vult punire peccatum originale aliquibus hominibus, negando eas circumstantias naturales, & ea supernaturalia auxilia congruentia, quibus liberarentur à peccato originali. Vtraque ratio confirmatur, quia quamuis Deus potuisset remedium originalis peccati negare, & permittere peccata personalia, hoc non ordinando in penam originalis peccati: communis tamen sensus Sanctorum disputantium de originali peccato existimat, hæc infligi à Deo in penam originalis peccati, siquidem sentiunt esse penam peccati originalis concupiscentiam, propensionem ad malum, & omnia pericula peccati, & damnationis æternæ, à quibus liber esset status innocentie felicissimus, ut diximus in tract. de originali peccato sect. 1. dub. 19.

Potuit Deus remediū originalis negare.

15. Sed ais. Ex prædicto discursu non colligitur peccatum originale esse rationem & causam reprobationis positua, quoniam hæc est voluntas puniendi æterna pena in futuro sæculo: at verò prædictæ punitiones sunt in hac vita, & reperiuntur in plerisque prædestinatis. Respondeo, Quinimo rectè inde colligitur primam rationem & causam reprobationis positua in quibusdam hominibus esse peccatum originale: quoniam in quibuscumque hominibus peccatum originale punitur pena æterna, in eisdem prima ratio, & causa, ob quam permittuntur mori sine remedio peccati originalis, & permittuntur rueri in peccata personalia, finaliter permansura, est peccatum originale, & ex his punitionibus huius vitæ procedit infallibiliter æterna puniatio. Hæc omnia confirmantur magis ex sequenti conclusione.

16. Originale reprobationis negatiua causa.

17. Hanc conclusionem esse Augustini mentem, ac discipulorum eius, postea ratione prima probabimus: prius autè probemus oportet ipsorum verbis. In Psalmum 118. concione 5. post med. Augustinus, *Quid est, inquit, à Deo repelli, nisi non adiuari? Mandatis quippe eius rectis, atque arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi præueniens eius adiuet charitas. Quos autem non adiuvat, hos merito perhibetur repellere, & tanquam flamma fræmeria prohibeantur indigni, ne manum extendant ad arborem vitæ. Quis est autem dignus, ex quo per vnum hominem peccatum intravit in mundum? Sed indubitata Dei misericordia sanatur debita nostra miseria.* Idem lib. 21. de ciuit. cap. 12. ante med. *Qui hoc, inquit, nefas primum admisit, cum ea, quæ in illo fuerat radicata, sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto, debitoque supplicio, nisi misericordia indubitata gratia, liberetur.*

18. Similia multa reperies in varijs locis Augustini de Prædestinatione.

stini, quæ citauimus supra sect. 2. & præcedenti disp. 13. sect. 5. Quibus omnibus adhibenda est obseruatio propria præsentis conclusionis, videlicet Augustinum agere de concessa gratis, vel iuste negata prædestinatione, non tantum ad auxilia, vel ad gratiam, sed etiam ad gloriam, ut vidimus disp. 4. sect. 2. & 3. Præterea quamuis expressè Augustinus nihil dixisset de negata prædestinatione ad gloriam, ex eo solùm, quòd asseruisset originale peccatum fuisse causam & rationem non prædestinandi ad auxilia congruentia, vel ad Baptismum, vel ad gratiam iustificantem; eo ipso virtualiter asseruisset, illud idem peccatum fuisse causam & rationem non prædestinandi ad gloriam. Huius enim prædestinationis negatio sequitur ex illa; quoniam gloria nulli datur sine gratia iustificante per Baptismum, vel per auxilia: quamuis econtrario non sequatur, esse causam negandi prædestinationem ad auxilia, vel ad Baptismum, aut ad gratiam iustificantem; licet sit causa negandi prædestinationem ad gratiam, & ad perseverantiam in gratia.

Augustini mens.

Duo proponamus exempla. Primum ex lib. de prædestinat. Sanctor. cap. 14. inter princip. & med. *Quare alijs concedatur, et ex his vitæ periculis, dum iusti sunt, auferantur; alijs verò iusti, donec à iustitia cadant, in eisdem vitæ periculis vitæ productiore teneantur, quis cognouit sensum Domini? Hæc manifestè tractant de vitæ periodo, quæ est propriissimus & inseparabilis effectus prædestinationis ad gloriam. Hanc autem gratiam eripiendi iustum è vitæ periculis prius, quàm cadat, iusto Dei iudicio non dari quibusdam, infertius repetit non semel. Et inter med. & finem adiungit: paruulos, qui non baptizati vitæ huius æternam suarunt, satis indicare iudicium debitum.*

19.

Secundum ex lib. de bono perseuer. cap. 8. nam sub init. *De iam debita perditione, dicit, ut si neminem inde liberaret, non esset iniustus. Ex uno quippe omnes in condemnationem, non iniustitia indicati sunt filij iræ, sed iustitia.* Quòd autem agat de liberatione perfecta, & integra, quam necessarìo consequatur æterna gloria, constat ex sequenti contextu, præsertim illis verbis inter med. & fin. *Ex duobus itaque paruulis originali peccato pariter obstrictis cui iste assumatur, ille relinquatur: & ex duobus etate iam grandibus impijs cur iste ita vocetur, et vocentem sequatur; ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, et vocentem sequatur: inferat ab illa sum iudicia Dei.*

20.

Prosper epist. de libero arbit. ad Ruffin. post med. *Inver saluatos, inquit, & non saluatos paruulos, quæ meritum potuit esse discretio? Quid istos introduxit in regnum Dei? Quid illos exclusit à Dei regno? Equidem si meritum consideres, non vna pars saluari meruit; sed vtraque damnari. Quia omnibus in Adæ præuacatione prostratis, nisi quosdam assumeret misericors gratia, maneret super omnes inculpata iustitia.* Sic etiam Fulgentius de Incarnat. & grat. cap. 12. & 13. docet, humanum genus in Adamo peccante omnem sanctam & piam cogitationem, quæ nimirum est initium vocationis & iustificationis, perdidisse: vnde præterea sequitur amissile ius ad omnia media, quibus acquirenda sit gloria, quibus iuste negatis, consequens est, iuste negari prædestinationem ad gloriam propter idem peccatum originale. Plura loca Fulgentij, Prosperi, Bedæ, & Anselmi citauimus sect. 2.

21.

Sancta cogitatio quæ est initium vocationis perditæ in Adæ peccato.



22. *Secundum conclusionem esse Augustini veritatem.*

Meritò igitur prædictam conclusionem secundam esse ex mente Augustini, testatur D. Thomas de verit. quæst. 6. art. 2. ad 9. quam etiam tradit S. Thomas ad Roman. 9. lect. 3. in id, *Misererebor, cui miseror, &c.* & lect. 4. in id, *Numquid dicit signum, &c.* Neque docet oppositum D. Thom. in eodem c. lect. 2. sine; neque in q. 23. art. 3. aut 5. neque 3. contra gent. cap. 61. & 63. si bene intelligantur. Nam ex his omnibus locis tantum colligitur originale peccatum non esse causam discriminis, ob quam vnus potius, quam alter, debuerit reprobari. Obserua tamen, quando D. Thom. ait reprobationem includere permissionem culpæ, agere de culpa personali, non de originali; vel si agit de originali culpa, eius permissio includitur in reprobatione vaga, non in reprobatione determinati hominis, de quo infra lect. 5. Quapropter falsò Bannez in art. 5. dub. postremo, in sententia tertiâ tribuit contrarium D. Thomæ prædictis in locis.

23.

Præterea nostram conclusionem docent Soto ad Roman. 9. in digressionem pag. 277. Driedo de concordia liberi arbit. cum prædestin. p. 1. cap. 4. memb. 1. sentent. 7. Bellarmin. 2. de grat. c. 16. sine. Valent. quæst. 23. p. 2. puncto 3. Vazquez disp. 95. c. 4. num. 17. Et à fortiori hoc docent omnes, qui generaliter affirmant reprobationis causam esse peccata præuisa, quos referemus sequenti disput. 15. sect. 1. opin. 1. & 3. Sed inter prædictos Doctores non idem est modus explicandi causam reprobationis, vt apud eos videre licet.

24. *Reprobatio negatiua subordinatur reprobationi positivæ tanquam medium ordinatum ad finem. Vt enim paulo superius dictum est, hominum derelictionem & peccandi periculum Deus ordinat in penam peccati originalis in iis hominibus, qui adhuc illius culpæ reatu tenentur obstricti. Quare sicut originale peccatum est causa, & ratio, propter quam Deus vult punire alios peccatis, ita est ratio, & causa, propter quam Deus vult negare congruentia auxilia, & opportunitates, sub quibus homo consequeretur salutem, quoniam hoc vult in penam originalis peccati. Proinde originale peccatum est ratio, & causa voluntatis non prædestinandi; quia voluntas non prædestinandi necessariò coheret cum prædicta voluntate permittendi finalia peccata, & negandi auxilia congruentia, & opportunitates prædictas.*

25.

Confirmatur primò, nam Augustinus & alij Doctores citati pro prima conclusione, propterea coniungunt punitionem cum negatione gratiæ, ac destitutione, quoniam existimant Deum præfictis negare gratiam, & prædestinationem, vt ea negatione puniat originale peccatum: sicque Augustinus frequenter ait, reprobationem, aut derelictionem hominũ esse iudicium, aut iustitiam correspondentem hominum demeritis. Varia testimonio huius sententiæ citauimus pro conclusione secunda, & referemus disp. 15. sect. 3. concl. 5.

26. *Nondum iustificatos potest Deus deservere, sed non deus nisi ab eis prius deseratur.*

Confirmatur secundò, quamvis enim homines nondum iustificatos Deus deservere possit prius, quam ab illis deseratur; ceterum magis congruum est diuinæ misericordiæ, nullum hominem, etiam si nondum iustificatus sit, deservere, nisi ob culpam hominis prius deserentis: atque hoc magis consonat literis sacris, & doctrinæ Sanctorum, vt vidimus sect. 1. argument. 2. & eius solutione.

Confirmatur tertio, quoniam ex sacris literis constat, Deum quod ex se est, & proprio ingenio percipere salutem omnium, & per homines stare, quominus conuertantur, Tobia 3. *Non delictaris in perditionibus nostris.* Matth. 18. *Numquid voluntatis mea est mors impij.* 2. Petri 3. *Patienter agit propter vos nolens aliquem perire.* Matth. 18. *Non est voluntas ante Patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis.*

27.

Confirmatur quarto, quoniam maius erit beneficium, quod in Adamo accepit vniuersum genus humanum, virtute cuius omnes possemus salutem consequi, si nulli hominum negata fuit prædestinatio, nisi ob culpam totius naturæ.

Confirmatur quinto, nam ex opposito nostræ conclusionis sequitur, Deum, nulla culpa huius & illius hominis irritatum, eo sine, & intentione efficaci permittere illius peccatum originale, vt ea permissione excludat à regno cælesti hos homines in particulari. Quod rigidius est, quam vt bene consonet cum dulcedine prædicata in sacris literis. Mitius autem est dicere, supposito peccato originali, permitti alia peccata in penam originalis peccati, & ex intentione efficaci reprobandi.

28.

Respondet aliquis, prædictis argumentis rectè concludi, causam reprobationis negatiuæ ex parte nostra fuisse aliquam culpam; sed non probari causam fuisse culpam originalem: potuit enim esse causa personalis culpa singulorum hominum. Hoc tamen reiiciendum est primò, quoniam culpa personalis non est causa reprobationis negatiuæ, ita, vt neque sit causa discriminis, neque sit causa communis, vt dicitur disp. 15. sect. 2.

*Præoccupatur solutio.*

Secundò reiiciendum est, quamvis enim culpa personalis esset causa communis reprobationis, deberet simul esse causa originalis culpa: & capropter quicumque Doctores dicunt peccata personalia esse causam reprobationis, dicunt etiam peccatum originale esse causam in iis hominibus, qui adhuc tenentur originali peccato.

29.

Postremò notanda est ampliatio conclusionis vtriusque, vt peccatum originale fuerit causa reprobationis negatiuæ, & positivæ quibuslibet in hominibus, quibus originale non remittitur: siue illi fuerint adulti, siue paruuli: de quibus dicemus sequenti disput. 15. sect. 4. Vtrum præuisa mors illorum sub originali peccato supponatur prius, quam excludantur à gloria. De adultis verò similem quæstionem explicabimus eadem disp. 15. sect. 2.

*Conclusionis ampliatio.*

SECTIO IV.

*Utrum originata peccata sint causa reprobationis, vel solum originans peccatum.*

Vazquez disputat. 95. cap. 3. sine ait, commodiùs assignari causam reprobationis peccatum primi parentis, in ipso tantum præuisum, & nondum in posteros deriuatum, quatenus illud peccatum ex se aptum erat totam posteritatem inficere. Tribus fundamentis nititur.

1.

Primum, quoniam existimat ante præuisum peccatum, inhærens singulis hominibus, constitutam esse omnium hominum prædestinationem

*Sententia negans.*

& reprobationem. Aliàs, inquit, Beatiſſima Virgo contraxisset originale peccatum. Sed huic rationi fatiſfecimus præced. disp. 13. sect. 5. ante 2. conclusionem.

2.

Secundum fundamentum scribit initio cap. 6. eiusdem disput. quia nulla culpa, inhærens pueris, potuit esse causa negandi illis gratiam, siquidem eadem culpa confitit in priuatione gratiæ in ordine ad culpam capitis: ergo peccatum Adamo inhærens fuit causa reprobationis, quatenus aſſert exclusionem à gratia.

Tertium argumentum. Permissio, vt homines contrahant originale peccatum, sibi inhærens, est effectus reprobationis factæ propter peccatum primi parentis: igitur originale peccatum, singulis inhærens non potuit esse causa reprobationis, sed tantum originans peccatum Adami.

His adde quartum argumentum, quia creatio hominis reprobandi est effectus reprobationis: ergo supponit reprobationem constitutam ante præuisam existentiam hominis: ergo reprobatio constituitur ante, quam præuideatur originale peccatum inhærens homini.

3.

*Originale originans se solo reprobationis causa.*

Dico primò. Peccatum originale originans est causa reprobationis se solo, quatenus ab illo, tanquam à prima radice, procedunt originata peccata, quæ singulis hominibus inhærent: ac proinde ab illo procedit reprobationis causa in iis hominibus, qui propter originale peccatum reprobandi. Ratio est, quoniam Deus non alia de causa permittit iuste culpas originales à singulis hominibus in conceptione contrahi, & negat illis iustitiam originalem, & gratiam, donatam nobis in primo parente, nisi quia primus parens nomine totius posteritatis peccauit.

4.

*Originatum quorundam hominum reprobationis causa.*

Dico secundò. Voluntas efficax & absoluta reprobandi quosdam homines, habet pro ratione & causa non solum peccatum originans, quod fuit in Adamo, sed etiam originatum, quod eisdem hominibus inhæret proprium: itaque ex vi præsentis decreti non est adæquata causa peccatum originans. Probat, quoniam, vt ostendimus sect. 3. reprobatio tota est ad puniendum eum hominem, qui reprobandi: ergo supponit culpam illius hominis; sed propter originale originans, præcisè sumptum, nullus præter Adamũ est propriè culpabilis, aut dignus pena, nisi in radice, quatenus dignum est, posteros contrahere culpam capitis: ergo vt reprobatio sit propriè punitiua hominum propter eorum culpam, debet respicere, vt rationem, & causam, culpam singulis hominibus inhærentem, & propriam, ratione cuius propriè sunt damnabiles.

5.

*Causa adæquata punitiua pena sensu qua.*

Confirmatur primò, nam adæquata causa puniendi pena sensus, non est actus peccati personalis, præcisò reatu, sed simul etiam est ratio & causa punitiua reatus, quo formaliter homo constituitur peccator, vnde sequitur, vt sit pena dignus. At verò comparatione hominum peccatum originans se habet tantum vt actus, sed originatum peccatum, illis inhærens, est reatus.

6.

Confirmatur secundò, quoniam Augustinus & alij Patres citati pro conclusione prima, sect. tertiâ, dum assignant reprobationis causam esse peccatum originale, probant, quia tota massa generis humani erat corrupta, & damnatione digna: quæ verba proprio & vñtato sensu Sanctorum significant corruptionem, & damnabilem.

*Aut. de Prædestinatione.*

litteram inherentem non solum Adamo, sed etiam posteris.

Confirmatur tertio, nec enim sola reprobatio positiva, sed etiam negatiua, videlicet negatio prædestinationis ad gratiam, & negatio prædestinationis ad gloriam, procedit ex intentione puniendi, vt in sect. 3. concl. 2. dictum est.

7.

Ad fundamenta oppositæ sententiæ responderetur.

Ad primum dictum est loco ibidem citato.

Ad secundum responderetur distinguendo antecedens. Duplex enim est negatio gratiæ comparatione eorum hominum, qui propter originale peccatum reprobandi: altera est præcisè negatio iustitiæ, & gratiæ, quam habere possent in conceptionis instanti; & huius negationis causa est peccatum originans præcisè, vt probat argumentum. Sed hæc negatio gratiæ non est reprobatio efficax, neque procedit ex voluntate efficaci reprobandi. Altera est negatio gratiæ pro reliquo tempore vitæ sequentis post primum instantem. Hæc negatio gratiæ continet absolutam & efficacem voluntatem reprobandi, supponitque in primo instanti inherentem culpam originatam.

8.

Ad tertium responderetur, negando antecedens. Permissio namque, vt homines contrahant originale peccatum, sibi inhærens, est effectus reprobationis vagæ, non reprobationis determinatæ, qua talis homo in singulari reprobandi sit, vt in simili dicemus sect. sequenti.

Ad quartum responderetur, negando antecedens: de quo infra disp. 38. sect. 9.

SECTIO V.

*Reprobatio vaga, & reprobatio conditiua non supponit, vt rationem, & causam, peccatum originale.*

Recentiores citati initio sect. 3. peccatum originale nulli hominum esse causam reprobationis pluribus argumentis confirmant, quæ ad duo capita reducuntur. Alterum proponitur sect. sequenti: alterum huiusmodi est. Permissio peccati originalis est effectus reprobationis: ergo peccatum originale non est causa reprobationis. Probat, quoniam si originale peccatum esset causa reprobationis, etiam esset causa permissionis peccati originalis, quæ à reprobatione causatur: at verò nullum peccatum est causa & ratio, vt idem ipsum peccatum permittatur, sicut diximus sect. 3. probantes conclusionem primam. Quòd autem permissio peccati originalis sit effectus reprobationis, probatur primò, conducit enim ad finem reprobationis. Secundò, quoniam omnis permissio peccati ordinatur ad ostendendam iustitiam in punitione: ergo omnis permissio peccati est effectus reprobationis.

1.

*Recentiorum sententia.*

Hoc argumentum soluitur duplici distinctione reprobationis: alia siquidem est reprobatio vaga, ex vi cuius præcisè nullus homo in singulari, determinatèque reprobandi: alia est reprobatio determinata ad singulares homines. Rursus reprobatio alia est conditiua tantum, qua posita non infertur infallibiliter exclusio à regno: alia verò est reprobatio absoluta, & suo modo efficax; qua posita infallibiliter infertur exclusio à regno cælesti.

2.

*Multiple reprobatio.*



SECTIO VI.

Reprobis, quibus remittitur originale peccatum, causa est reprobationis negatiua.

3. Dico igitur primò. Reprobatio determinata, & absoluta supponit quasi rationem & causam peccatum originale, sicut probatum est in sect. 3. & 4.

4. Dico secundò. Reprobatio vaga & conditionalis non supponit peccatum originale quasi sui causam, & rationem (vt probatum est disp. 13. sect. 2. & 3.) quinimo permissio peccati originalis est effectus reprobationis vagæ, & reprobationis conditionalis. Probatur, quia permissio peccati originalis necessariò procedebat ex aliquo fine & moriuo bono. Quamuis autem posset procedere ex sola voluntate gubernandi hominem modo accommodato ad suam naturam defectibilem; nihilominus potuit alter finis simul intendi, scilicet permissio, vt aliqui homines, si vellent in aeternum deficere ab ultimo fine ad maiorem gloriam Dei, & omnium prædestinatorum. Huius finis intentio est reprobatio conditionalis. Potuit etiam efficaciter intendi reprobatio alicuius hominis vagè, non determinando aliquem in particulari. Verisimilius autem est hos omnes fines simul intentos esse à Deo in permissio- ne peccati originalis; quoniam omnes in vnum collecti ex parte obiecti continent perfectiorem prouidentiam.

5. Confirmatur, quoniam ante præuisum originale peccatum datur voluntas efficax gloriæ comparatione hominum vagè, & voluntas conditionalis gloriæ comparatione hominum determinatè (vt vidimus disput. 13. sect. 1.) ergo simili proportione dabitur ante præuisum originale peccatum vagæ, & conditionalis.

6. Dico tertid. Permissio peccati originalis non est effectus reprobationis determinatæ, & absolutæ. Tum quia reprobatio hominum determinata, & absoluta necessariò supponit præuisum peccatum originale quasi absolutè futurum, vt probatum est disput. 13. sect. 5. Tum etiam, quia si permissio peccati originalis esset effectus reprobationis, non posset peccatum originale esse causa reprobationis, vt ostensum est in principio argumenti.

7. Hinc constat solutio argumenti, distinguendo antecedens, & similiter distinguendo duas propositiones, quibus probatur antecedens, hoc videlicet modo. Quidquid ad finem reprobationis conducit, est effectus reprobationis alicuius siue absolutæ, siue conditionalis, siue vagæ, siue determinatæ: subintellige si illud causatur à Deo, & bonum est; cuiusmodi est permissio. Rursus omnis permissio peccati ordinatur ad ostendendam iustitiam, siue in hominibus vagè, siue in hominibus determinatè, siue conditionalis, siue absoluta voluntate. Quomodo autè ordinetur permissio peccati ad ostendendam iustitiam, dicemus disp. 16. sect. 5. & sequentibus. Sed vtrum permissio peccati siue originalis, siue personalis sit effectus reprobationis, dicendum est disp. 38. sect. 5. & 7.

8. Nunc obseruandum est, permissioem, vt originale peccatum sit finale, esse effectum reprobationis determinatæ. Sed hæc non est permissio peccati originalis, sed permissio finalitatis in peccato, siue permissio, vt nunquam applicetur remedium ad illud peccatum remittendum.

1. Obiectio.

Alterum argumentum, quo probare contendunt absolutè & generaliter, peccatum originale non esse causam reprobationis, inde sumitur, quoniam aliquibus reprobis remittitur peccatum originale, quibus non potest esse causa damnationis, ac proinde neque reprobationis. Cui argumento respondemus primò, nullam esse consequentiam à quibusdam reprobis ad omnes. Quoniam originale peccatum est causa reprobationis, non necessariò inferens reprobationem, neque necessariò requisita, sed quæ posita, iusta est reprobatio ordinata ad illius peccati punitionem. Proinde hoc peccatum originale erit causa reprobationis in iis præcitis, quos Deus iustè voluerit punire propter originale peccatum; in illis verò præcitis, quibus misericorditer voluerit remittere originale peccatum, poterit non esse causa reprobationis.

2. Restat igitur examinare, vtrum de facto originale peccatum sit causa reprobationis iis præcitis, quibus per gratiam remittitur. Affirmatiuam partem tuetur autoritas Augustini, & aliorum Doctorem, quos reuimus sect. 3. qui vniuersaliter & sine limitatione dicunt peccatum originale esse causam reprobationis. Aliunde autem vrget argumentum, quoniam causa reprobationis est causa damnationis aternæ; sed peccatum remissum non potest esse causa damnationis aternæ: ergo peccatum originale remissum non potest esse causa reprobationis. Quod argumentum multiplici consideratione munitum tantum refutatur Bañez artic. 5. versùs finem, & Zumel eod. artic. sua quest. 4. versùs finem, vt existimant, non satis tutam esse sententiam, quam fatentur esse Augustini de reprobatione propter peccatum originale remittendum.

3. Adduntque D. Augustinum non attendisse fallaciam eiusdem argumenti, quo suam sententiam probat. Modestius, credo, verisimiliter dixissent, se assecutos non esse tanti Doctorem mentem, ac rationis scopum. Reliqui recentiores aut explicant Augustinum, & limitant, aut eius sententiam defendunt saltem vt probabilis, aut discedunt ab Augustino, nulla censura notantes eius opinionem, sicut discedit Vazquez disp. 95. cap. 4. & 5.

4. Porro prædicta censura iusta est, si referatur ad causam reprobationis, vt intelligit Bañez, & Zumel, & explicatur tribus propositionibus.

Prima. Homines reprobantur, & damnantur in penam originalis peccati iam remissi, ita vt quando remissum est peccatum originale, tunc sit pena illis reprobatio, & damnatio.

Secunda propositio. Reprobatio, & damnatio aterna est pena per se debita originali peccato, etiam postquam remissum est.

Tertia. Peccatum originale est causa adæquata per se, & proxima reprobationis totius includendo damnationem.

Tres istæ propositiones alienæ sunt à fide, & vera Theologia: neque minus alienæ sunt à sententia Augustini, quoniam vult, peccatum originale

Non est effectus reprobationis determinatæ.

Solutio argummenti.

1. Obiectio.

Solutio.

2.

Augustini sententia.

Obiectio.

Quid sentiat Bañez, & Zumel.

3.

4. Defenditur Augustinus.

ginale iis, quibus remittitur, esse causam reprobationis inadæquatam, remotam, & per accidens, vt dicemus sect. 7.

5. Non est causa reprobationis positiuæ.

Sit igitur prima conclusio certa apud omnes Doctores. Præcitis, quibus remittitur originale peccatum, non est causa reprobationis positiuæ absolutè & simpliciter, hoc est, non ita est causa, vt culpæ originali correspondeat pena aterna damni, siue sensus; sed tota pena damni & sensus totaliter, & quasi totali demerito correspondet peccatis personalibus.

Probatur primò, quoniam iniustum esset culpam semel remissam punire, perinde atque punire sine culpa vlla; culpa enim remissa perinde est, ac si non fuisset. Si quis autem recurrat ad reuiuiscientiam culpæ per sequentia peccata, refutabitur sect. 9.

6. Probatur secundò, quia Trid. sess. 5. can. 5. definit, per Baptismum remitti paruulis totum, quod culpæ rationem habet, nihilque in illis manere, quod eos ab ingressu cæli remotetur, & consonat sess. 6. c. 14. & sess. 14. c. 8. Colligitur autem ex Paulo Rom. 8. Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu. De qua re diximus in tract. de originali peccato, sect. 1. dub. 19. in appendice. Videri potest Suarez de Baptism. disputat. 26. sect. 1. conclus. 3. Rosensis contra tertium art. Lutheri. Ruard. art. 2. pag. 37. 9. quod autem.

7. Tertid probatur autoritate Prosperi ad c. 7. Gallor. in responsione, & postea in sententia ad idem caput, cuius verba, quia longiora sunt, nec satis perspicua, prætermittuntur.

8. Ex dictis inferitur, iis præcitis, quibus remittitur originale, non esse causam reprobationis eodem modo, quo est causa reprobationis iis præcitis, quibus nunquam remittitur originale peccatum, quoniam ij puniuntur aterna pena damni propter originale peccatum.

9. Secunda conclusio. Iis etiam præcitis, quibus remittitur originale peccatum, idem peccatum fuit causa reprobationis; (quo autem modo sit causa, & cuius reprobationis sit causa, dicemus postea.) Probatur primò ex Augustino, & aliis Patribus citatis sect. 3. qui vniuersaliter, & sine vlla limitatione asserunt, originale peccatum esse causam reprobationis. Eodem modo loquitur D. Thom. ad Roman. 9. lect. 3. & 4. & de verit. q. 6. art. 2. ad 9. ex mente Augustini.

10. Aliquorū solutio rejicitur.

Aliqui Doctores dicunt limitandos esse Augustinum, & alios Patres, vt intelligantur de illis tantum præcitis, quibus non remittitur peccatum originale. Aliis namque solum peccatum personale est causa reprobationis. Carterum hæc explicatio manifestè pugnat cum verbis Augustini, quæ non solum generalia sunt, sed etiam prolata in singulari de aliquo reprobo, cui remissum est originale peccatum, videlicet de Esau, quem Augustinus locis citatis in sect. 3. dicit fuisse reprobatum à Deo, & odio habitum propter originale peccatum, ratione cuius in Adamo erat vna massa damnata. Ita loquitur Augustinus de Esau epist. 105. ad Sixtum, quem refert Beda ad Rom. 9. in id, Esau odio habui. & lib. 1. ad Simplic. quest. 2. circa med. Similiter loquitur de Esau Anselmus Roman. 9. & Glossa in id, Esau odio habui. & D. Thom. Roman. 9. lect. 3. locutus fuerat antea de reprobatione Esau, & postea asserit, originale esse causam reprobationis.

Ruiz de Prædestinatione.

Confirmatur primò, quoniam improbabile profus erit asserere, Esau natum ex parentibus, apud quos summa erat religio illius ætatis, caruisse remedio originalis peccati, quod per circumcisionem potuit simul applicari, quando applicatum est fratri Iacobo. Quod si aliqua fingatur causa negandi circumcisionem, nulla fingi potest causa, propter quam toto infantia tempore non potuerit illi applicari fides parentum aliquo externo signo, vt in lege natura solebat applicari. Quapropter inconsequenter loquitur Sotus in digressionem de prædestin. Rom. 9. pag. 278. dicens, quibusdam hominibus solum personale peccatum esse causam reprobationis, & tamen Esau reprobationis causam fuisse originale peccatum.

Confirmatur secundò, nam Augustinus locis citatis probat, Deum in Esau odisse, non naturam, quam fecerat, sed culpam, quam Deus non fecerat. Et probat, hoc odium quæsi ante, quam Esau aliquid boni egisset, aut mali, personali videlicet actione: ergo existimat, Esau odio habitum, & reprobatum fuisse ob solam culpam originalem ante præuisa actualia peccata.

Confirmatur tertid, quoniam Augustinus docet reprobationem fieri ante præuisa peccata personalia, vt ostendemus sequenti disputat. 15. sect. 2.

Confirmatur quartò, nam hæc Augustinus asserit de Esau tanquam de exemplo reliquorum, qui reprobantur. Quare eadem ratione omnes alij reprobi quamuis obtineant remissionem peccati originalis, nihilominus reprobantur propter originale peccatum, vt propter causam modo explicando in sequenti concl. 3. & sect. 7.

Secundò probatur conclusio, de facto quippe Deus non reprobauit aliquem, nisi propter præuisam culpam; sed nullum reprobat propter præuisam culpam personalem, quin potius omnes reprobantur ante præuisa personalia peccata: ergo omnes reprobi reprobantur propter originale peccatum. Maiorem probauimus sect. 3. Minorem probo, nam ex illis verbis Apostoli, Antequam quidquam boni egissent, aut mali, &c. & iterum, Non ex operibus, sed ex vocatione dictum est, &c. meritò colligitur prædestinatio ante præuisa opera personalia, vt ostendimus disp. 8. sect. 2. & 3. ergo eadem ratione colligere debemus reprobationem ante præuisa opera personalia: nam Paulus eodem modo loquitur de amore, & odio; cuius argumenti vim ostendemus disp. 15. sect. 2. concl. 2. probat. 2.

Tertid probatur ex doctrina communi Patrum dicentium, ab originali peccato totius naturæ humanæ corruptionem, damnationem, omniaque reproborum mala fluxisse, tanquam sanicem ab vlcere. Cui doctrina magis consonum erit, omnium hominum reprobationem ab originali peccato procedere vt à causa: nam reprobationem reliqua comitantur mala.

Tertia conclusio. Iis præcitis, quibus remittitur originale peccatum, idem peccatum fuit causa reprobationis negatiuæ, hoc est, negandi prædestinationem, quatenus Deus videns eos infectos originali peccato, propter illud peccatum voluit eos non prædestinare ad beatitudinem electione efficaci: quamuis simul, aut posterius ratione, voluerit eosdem iustificare, sed non voluerit conferre donum perseuerantiæ; propterea, quod eos non prædestinauerat.

11.

12.

13.

14.

15.

Nullum nisi propter præuisam culpam Deus reprobauit.

Reprobationis negatiuæ causa.

16. Hanc existimo esse mentem Augustini lib. de corrept. & grat. cap. 7. ad finem, vbi postquam vniuersaliter dixerat prædestinatione liberari merè gratis homines à massa perditionis induc- tæ per primum parentem, ita loquitur: *Qui vero perseueraturi non sunt, ac sic à fide Christiana, & conuersatione lapsuri sunt, ut tales eos vite huius finis inueniat, proculdubio nec illo tempore, quo bene, piè- que viuunt, in isto numero computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præscientia Dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secundum propo- sitionem vocati, ac per hoc nec electi.* Sumitur eadem sententia ex toto cap. 8. de bono perseuerant. si conferas initium cum variis partibus eiusdem capituli.

17. Quapropter omnes peccatores, etiam illos, qui solis personalibus culpis obstricti sunt, per- tinere ad vnam massam in Adamo corruptam, docet Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. à med. & epist. 105. ad Sixtum post med. & epist. 106. & 107. atque aliis plerisque locis, quæ ci- tauimus sect. 2. cum aliis testimoniis Prosperii, Fulgentij, Bedæ, & Anselmi.

18. Vnde in mente diuina cogitare debemus prius omnes homines cognitos vt infectos originali peccato, & in ea corruptione pares, ex quibus Deus præscientia & prædestinatione discernit eos tantum, quos secundum propositum vocare decreuit, vt perseuerent. Reliquos omnes pro- pter originale peccatum reliquit in massa perdi- tionis, non ita, vt omnes maneant obnoxij ori- ginali peccato, vel illius pœnæ; sed ita vt nul- lus illorum liberetur ab originali per vocatio- nem secundum propositum, & per gratiam con- gruenter, vt perseueret: sed aliqui vocentur, & iustificentur per auxilia, quæ non præciantur habitura effectum perseuerantiæ; alij verò nun- quam iustificentur.

SECTIO VII.

*Reprobationis causa inadæquata, per accidens, & remota est peccatum originale remittendum.*

1. Bellarmin. lib. 2. de grat. c. 16. ad finem, existi- mat ex peccato originali incipere omnium hominum reprobationem, etiam eorum, quibus remittitur originale peccatum; quamuis illis proxima causa reprobationis sit peccatum per- sonale. Valent. 1. p. q. 23. part. 2. punct. 3. ait, eif- dem hominibus originale peccatum esse causam remotam reprobationis; causam verò proximam peccatum personale. Vterque autem hoc tradit esse mentem Augustini. Quantum ad originale peccatum horum authorum sententiam sequi- mur; quamuis circa dependentiam reprobatio- nis à peccato personali ab illis recedamus.

2. In quo primum occurrit inquirendum, vtrum negatio prædestinationis sit constituta à Deo in pœnam peccati originalis, remittendi per gra- tiam. Affirmatiua pars colligi videtur ex dictis sect. 3. conclus. 1. & 2. in probationibus. Etenim quamuis Deus potuerit negare prædestinatio- nem sine vlla culpa; sed de facto prædestinatio- nem minime negauit, nisi in pœnam culpæ præ- uisæ. Confirmatur, Deus namque non recedit, neque derelinquit nos, nisi prius relictus à nobis.

3. Respondeo. Negatio prædestinationis decer-

nitur partim in pœnam peccati originalis remit- tendi; partim verò non in pœnam, sed occasio- ne accepta ex peccato originali: & hoc satis est ad verificanda ea, quæ dicta sunt sect. 3. Pro cuius explicatione notandum est, homines dupli- citer potuisse prædestinari ad gloriam. Primò quidem per gratiam congruentem statui innocentiæ, & per subiectionem perfectam inferio- rum virtutum sub ratione & Deo, & sine vllis pec- candi periculis. Secundo modo prædestinari po- tuerunt ad gloriam per gratiam congruentem statui naturæ lapsæ, inter pericula peccandi, & rebellionem concupiscentiæ.

Dico igitur primò. Negatio prædestinationis per media innocentia facta est in pœnam origi- nalis peccati remittendi. Explicatur, & proba- tur, quia priuatio totius gratiæ, virtutum, & subiectionis perfectæ ad Deum, quæ forer in statu innocentia, de facto est pœna in omnibus paruulis, qui nascuntur, quamuis illis remit- tendum sit peccatum originale per Baptisimum: ergo ab æterno Deus illam negationem voluit in pœnam, & in ea negatione includitur etiam negatio prædestinationis, qua homines ad gloriam ordinari possent per media innocentia.

Notandum tamen est, eandem negationem prædestinationis manere, postquam remissum est peccatum originale; nihilominus illam negationem non esse iam pœnam, postquam remissum est originale peccatum; sicut iam non est pœna concupiscentia, & negatio perfectæ sub- iectionis virtutum inferiorum sub ratione. Quare sicut in tempore aliqua negationes bonorum prius sunt pœna peccati originalis nondum remissi, & postquam remissum est, non sunt pœna, sed tantum effectus relictus ex peccato origi- nali; ita Deus potuit ab æterno velle, & ordi- nare sine vlla mutatione sui decreti, vt in tem- pore illæ negationes prius sint pœna origina- lis peccati, & postea non sint pœna, sed tan- tum effectus.

Obiicit, præcedentia nihil ad rem præsen- tem facere, quia negatio prædestinationis per media innocentia conuenit non solum reprobis, sed etiam prædestinatis omnibus, cum nullus prædestinatus sit per statum innocentia: ergo quamuis peccatum originale causaret negatio- nem huius prædestinationis, adhuc absolute non erit causa negandi prædestinationem.

Respondeo negando consequentiam: ad cuius explicationem

Dico secundò. Negatio prædestinationis per media innocentia permanet in præcitis, etiam quando sunt in gratia, peculiari modo, quo non permanet in prædestinatis: quamuis, vt dixi, non habeat rationem pœnæ: post remissum peccatum originale. Explicatur & probatur à simili. Nam propriè, ac verè loquuntur Theologi quando dicunt, negationem perfectæ subiectionis vi- rium inferiorum, concupiscentiam, ignoran- tiam, & mortem effectus esse peccati originalis, quoniam propter originale peccatum ablata sunt dona supernaturalia perfectæ subiectionis, scientia, & immortalitatis. Rursus quamuis illa eadem dona, quæ per originale peccatum amissa sunt, non recuperentur in patria; quia tamen per alia dona altioris ordinis redditur homini multo perfectior sapientia, relictudo omnium virtutum, & immortalitas: propterea rectè dici- tur, in patria omnes defectus, prouenientes ex peccato

*Negatio præ- destinationis partim in pœ- nam origina- li remittendi.*

*Duo modi prædestina- tionis.*

*4. Negatio præ- destinationis per media in- nocentia.*

*5. Negatio præ- destinationis quomodo per- maneat.*

6.

*7. Permanet in præcitis quò- do sunt in gratia.*

peccato originali aboleri; sed in hac vita mul- tos manere in hominibus iustis: neque solum dicimus causam horum defectuum esse, quia homines non sunt beati; sed frequentius prop- riisque dicimus, causam esse peccatum origi- nale.

8. Eodem igitur pacto negatio prædestinationis per media innocentia est effectus originalis peccati; permanens in quibuscumque iustis, in quibus per aliam prædestinationem redemptionis efficacis non confertur altiori modo tota perfe- ctio, quæ per prædestinationem innocentia concedenda fuerat. Neque solum dicere pote- ris causam esse, quia non sunt prædestinati altio- ri prædestinatione per redemptionem Christi Domini; sed etiam propriè, rectèque dixeris, causam esse, quia per originale peccatum ami- sere prædestinationem innocentia. Quod tamen dici non potest de iis iustis, qui per re- demptionem Christi Domini prædestinati sunt ad gloriam.

9. Si autem petas causam, ob quam his homini- bus negata sit prædestinatio per gratiam con- gruenter naturæ lapsæ. Respondeo, & Dico tertio, causam negandi hanc prædestina- tionem fuisse peccatum originale. Fuit autem causa per accidens, remouendo prohibens. Ratio est, quoniam si homines permanerent in statu innocentia, non esset adeò expediens, nec con- gruum diuinæ benevolentia, alicui homini in particulari negare prædestinationem ante pra- uisæ eius peccata personalia, iuxta ea, quæ dixi- mus sect. 3. in probationibus primæ, & secundæ conclusionis. Sed postquam humanum genus corruit per culpam, potuit Deus pro sua libertate quibusdam concedere prædestinationem gratui- tam per redemptionem efficacem, & gratiam congruentem, & vocationem secundum propositum; aliis verò hæc omnia negare, licet præfer- ret eos fore iustificandos. Confirmatur, quia prædestinatio est res adeò gratuita, vt potuerit cuiuscumque homini negari, nulla alia causa ex- stente, nisi quia nulli est debita, vt supra sect. 1. ergo à fortiori potuit negari occasione accepta ex peccato originali; quamuis non in pœnam illius.

*Negandi hæc prædestina- tionem, origi- nale causa per accidens.*

*Prædestinatio res gratuita.*

*10. Non fuit ne- gatio in pœ- nam origina- li remittendi constituta.*

*11. Originale re- probationis causa per ac- cidens, & re- mota in iis quibus remittitur.*

præced. conclus. 1. Sed est causa per accidens, tum quia negatio prædestinationis per gratiam con- gruenter naturæ lapsæ prouenit à peccato origi- nali, tanquam à remouente prohibens, quod poterat impedire negationem prædestinationis: tum etiam, quia quamuis ab originali peccato proueniat negatio prædestinationis, & quamuis ex hac negatione per se proueniat permissio pec- cati; nihilominus ipsum peccatum per accidens & omnino præter intentionem prouenit à nega- tione prædestinationis. Vnde damnatio, quæ necesse est præsupponit peccatum, non omnino per se cohæret cum negatione prædestinationis, & multo minus cum peccato originali remisso. Atque hinc constat, quomodo etiam sit causa re- mota, nam damnatio non prouenit ab origi- nali peccato, nisi per intermediam negationem prædestinationis, & permissionem, & peccatum personale.

Obiicit, ex his colligi, reprobis quibus remit- titur peccatum originale, causam proximam & per se negandi prædestinationem esse peccatum personale. Respondetur, esse bona consequutio, si aliquid peccatum deberet esse causa proxima & per se negandi prædestinationem; sed aliter se res habet, & ideo consequutio nulla est, vt constat sequenti disp. 15. Assertioni postremæ con- tradicit Suarez lib. 5. de reprob. cap. 6. num. 5. Sed eius argumentum cum aliis accipiet solu- tionem sect. sequenti.

SECTIO VIII.

*Opposita sententia argumenta soluantur.*

1. Primum argumentum est. Causa reprobatio- nis eo ipso est causa damnationis æternæ; sed originale remissum non potest esse causa dam- nationis æternæ: igitur originale remissum non potest esse causa reprobationis. Maior probatur, æterna quippe damnatio est effectus reprobatio- nis: ergo quæ fuerit causa reprobationis, erit etiam causa damnationis. Nam causa causa est cau- sa etiam effectus, resultantis ex illa causa. Confir- matur, quoniam Augustinus, & alij Patres, dum assignant causam reprobationis esse peccatum originale, simul coniungunt punitionem & dam- nationem æternam, vt supra sect. 3. conclus. 1. & 2. Minor verò probari solet iis argumentis, quæ sect. 6. attulimus pro conclusione prima.

Respondetur, maiorem esse falsam simplici- ter, & quodammodo veram. Nam causa reprobationis non est causa per se damnationis æternæ; est tamen illius causa per accidens, vt diximus in sect. præced. prope finem. Peccatum igitur origi- nale quamuis à Deo præcognitum fuerit vt re- mittendum, potuit esse causa reprobationis ne- gatiua; licet non esset causa per se, & proxima damnationis, sed causa remota, & per accidens, quod non est inconueniens. Hinc soluantur alia duo argumenta, quæ solo modo loquendi à præ- cedenti differunt.

Secundum argumentum est. Homo qui repro- batur propter aliquod peccatum, propter illud idem damnatur in æternum; sed nullus in æter- num damnatur propter peccatum remissum: ergo nullus reprobat propter peccatum originale remissum. Respondeo. Homo, qui reprobat

12.

1.

2.

*Causa repro- bationis non est causa per se damnatio- nis æternæ.*

3.

propter peccatum originale remissum, non damnatur propter illud idem peccatum, vt propter culpam, quæ puniendæ est in æternum, & quæ cum constituit dignum pœna; sed damnatur propter originale remissum, vt propter causam remoram, & per accidens damnationis. Proxima autem & per se causa damnationis est personale peccatum. Insuper impropiè & non sine aliqua falsitate dicitur, reprobari homines propter originale remissum; propriè autem propter originale nondum remissum, sed remittendum, vt vidimus sect. præcedenti, dicto 1.

4. Tertium argumentum. Ab æterno Deus non habuit propositum priuandi aliquem beatitudine propter peccatum remittendum: ergo ab æterno Deus nullum reprobaui propter peccatum remittendum. Respondetur. Eadem æquiuocatione laborat hoc, qua præcedens argumentum. Distingendum est igitur antecedens. Ab æterno Deus non habuit propositum priuandi aliquem beatitudine propter peccatum remittendum, aut propter culpam, cui correspondeat immediatè pœna priuationis regni cœlestis; nihilominus ab æterno Deus habuit propositum priuandi aliquem beatitudine propter peccatum remittendum, vt propter causam remoram, & per accidens exclusionis à regno cœlesti, dependenter à permissione peccati personalis, quod sit causa proxima & immediata damnationis.

5. Quartum argumentum, quoniam Augustinus & alij Patres locis citatis in sect. 2. & 3. vt explicent, qua ratione originale peccatum sit causa reprobationis, dicunt, Deum iustè à quibusdam debitoribus exigere debitum, quamuis aliis liberaliter remittat: iam ergo existimant, originale peccatum, si est causa reprobationis, simul esse causam damnationis, & pœna. Hæc verba si referantur ad eos præcitos, quibus remittitur originale peccatum, ita intelligenda sunt, vt tantum illis sit pœna negatio prædestinationis per media innocentie modo explicato in sect. præcedenti, dicto 1. & 2. reliqua verò negatio prædestinationis effectus sit, non pœna originalis peccati.

6. Quintum argumentum, quia si Petrus nullum prorsus peccatum, siue originale, siue personale, contraxisset, iniustum esset, negationem prædestinationis ordinare ad puniendum Petrum; sed peccatum originale remissum ita se habet respectu Petri, ac si nunquam fuisset, quoniam totaliter deletur: ergo negatio prædestinationis non potest ordinari ad puniendum Petrum propter peccatum originale remissum. Respondetur, concedendo consequentiam; consequens enim non pugnat cum doctrina nostra, quia quando ab æterno negatur prædestinatio, tunc peccatum originale non est remissum, sed remittendum, & potest Deus, eum hominem, quem præcitat, futurum esse prius peccatorem, & postea iustum, vel le punire propter illud peccatum, quod habiturus est prius.

7. Sextò contra præcedentem solutionem arguitur. Quamuis Deus ab æterno possit decernere punire hominem pro eo tempore, in quo est peccator, ea tamen lege, vt liberatus à peccato, liberetur simul à pœna; sed non ita vt postquam deleta est prorsus culpa, adhuc permaneat pœna; sed negatio prædestinationis necessariò debet permanere, deleto originali peccato: ergo non est inducta in pœnam peccati originalis.

Respondetur. Negatio prædestinationis quamuis ordinata fuerit ad puniendum originale peccatum pro eo tempore, in quo futurum est; nihilominus, deleto originali peccato, manet negatio prædestinationis, non retinens rationem pœnæ comparatione illius temporis, in quo deletum est peccatum originale: nam comparatione huius temporis solum habet rationem effectus relictæ ex peccato originali, vt in sect. præced. dicto 1.

8. Sed vrget Zumel colligens mutari diuinum decretum: siquidem prius voluit esse pœnam originalis peccati; postea non vult esse pœnam. Respondetur, non mutari, nam comparatione eiusdem rei in eodem tempore, & in eodem statu eadem semper vult: sicut non mutatur decretum Dei, quamuis quem vult esse prius iuuenem, velit postea esse senem, & mortalitatem, quam vult prius esse pœnam originalis peccati, vult postea non esse pœnam, sed tantum effectum peccati originalis.

9. Septimum argumentum, quia si negatio prædestinationis datur in pœnam originalis peccati, etiam negatio vocationis secundum propositum, & negatio gratiæ congruæ, & permissio peccati finalis erunt in pœnam peccati originalis; sed hæc exercentur, quando iam hi homines sunt in gratia: ergo post remissum originale peccatum relinquitur illis adhuc pœna originalis peccati.

Respondetur primò. Si totius prædestinationis negatio daretur in pœnam; tunc negatio vocationis secundum propositum, & gratiæ congruæ, & permissio peccati finalis essent in pœnam. Caterùm negatio prædestinationis per media naturæ lapsæ, & per redemptionis efficacitatem non datur in pœnam originalis peccati: ac proinde nec negatio vocationis secundum propositum, & gratiæ congruæ, nec permissio, de quo diximus etiam sect. præcedenti dicto 4.

10. Respondetur secundò. Non video implicationem contradictionis in hoc, quod præcito, existenti in gratia, negatur vocatio secundum propositum, & gratia congrua ad perseuerandum, & permittatur peccatum finale, atque hæc omnia non sint pœna originalis peccati eo tempore, quo exercentur: verum tamen decretum circa illa omnia constitutum fuerit ad puniendum originale peccatum pro eo tempore, in quo non erat remissum. Pro cuius explanatione obserua ea bona, quæ merè gratis conceduntur à Rege, posse negari in pœnam alicuius peccati; postea verò quamuis Rex peccatum remittat, & restituat hominem in suam gratiam, non propterea necessarium est illi conferre omnia, quæ omnibus suis amicis gratis contulit; sed potest adhuc perseuerare, & exerceri negatio illorum honorum, quæ prius erat pœna, & iam non est pœna. Huiusmodi sunt vocatio secundum propositum, gratia congrua, & donum perseuerantia; quæ dona gratuita cum Deus nulli homini debeat, siue iusto, siue iniusto, potest in decreto illa negandi perseuerare, etiam si homo redeat in gratiam, quamuis prius propter originale peccatum ita decreuerit.

11. Octauum argumentum, quia peccatum remissum non potuit relinquere subiectum dignum, vt gratia & gloria priuaretur: ergo peccatum originale non potuit esse causa reprobationis homini iusto. Respondetur, negando consequentiam; peccatum

Deleto originali quo pœna maneat negatio prædestinationis.

Diuini decreti immutabilitas.

9.

10. Non implicat præcito existenti in gratia negari vocationem secundum propositum.

Donum perseuerantia indebitum.

11.

Damnatiois causa remota est proxima.

peccatum enim antequam remitteretur, constituebat subiectum dignum, cui negarentur prædestinatio, & media infallibilia prædestinationis: postea verò quando remissum est originale peccatum, non debentur homini iusto illa media infallibilia prædestinationis, & ideo non conceduntur; sed perseuerat propositum negandi illa, ita tamen, vt idem homo non priuetur gratia iustificante prius, quam in mortale peccatum liberè consentiat.

12. Nonum argumentum. Peccati originalis non solum culpa, sed etiam pœna æqualiter remittitur omnibus infantibus per Baptisimum, ex quibus alij sunt prædestinati, alij præciti; sed prædestinatis nulla restat negatio prædestinationis in pœnam originalis peccati: ergo nulla negatio prædestinationis restat præcitis in pœnam peccati originalis.

Confirmatur primò, nam si duo homines rei sunt æqualis culpæ, & æqualis pœnæ, & Sacramentum pœnitentiæ recipiant dispositione prorsus æquali, ac per illud æqualem gratiam acquirant, & æqualem satisfactionem impleant; tunc vnus illorum hominum non poterit debere in purgatorio maiorem pœnam, quam alter: sed infantibus baptizatis culpa, pœna debita, Sacramentum Baptismi, & reliqua omnia equalia sunt: ergo non potest quibusdam restare pœna, quæ aliis non restat.

Confirmatur secundò, quoniam omnes infantes per gratiam Baptismi æquale ius acquirunt ad gloriam, ad auxilia, & ad perseuerandum in gratia.

13. Respondetur ad principale argumentum, distinguendo consequens, quia negatio prædestinationis, quæ infantibus baptizatis restat, iam non est pœna originalis peccati, sed tantum est effectus relictus ex originali peccato: quamuis eadem negatio prædestinationis fuerit in pœnam originalis peccati, antequam remitteretur.

14. Quòd si vrgeas: ergo iam ante Baptisimum inæqualis erat pœna originalis peccati in infante præcito, & in infante prædestinato. Respondeo, quantum ad id, quod per se pertinebat ad pœnam originalis peccati, æquales erant omnes infantes, quoniam tam prædestinatis, quam præcitis in pœnam originalis peccati negata est prædestinatio per media innocentia. Caterùm hæc pœna per accidens redditur maior in homine præcito, quia Deus non vult illi conferre prædestinationem per media redemptionis efficacis: & non vult, quoniam non debet, vt explicatum est sect. præcedenti. Neque mirum est, pœnas, aut effectus peccati originalis per accidens inæquales esse in hominibus: sic enim morbos, ignorantiam, rebellionem inferiorum vitium, & vitæ breuitatem, non solum infidelibus, sed etiam fidelibus, & iustis, inæqualia esse videmus.

15. Ad primam confirmationem conceditur totum. Nihil enim, quod propriè habeat rationem pœnæ, restat infanti præcito, sicut neque prædestinato. Restant nihilominus inæquales effectus.

Ad secundam confirmationem respondetur. Infantes baptizati æquale ius acquirunt ad gloriam, si perseuerent in gratia, & æquale ius acquirunt ad auxilia communia gratiæ, & perseuerantia, quæ iustis de lege debentur; sed nullum ius acquirunt ad peculiariora dona, & vberiora au-

xilia, qualia sunt vocatio secundum propositum, & donum perseuerantia: & ideo eis possunt à Deo pro sua libertate negari, accepta occasione ex peccato originali.

16. Decimum argumentum. Permissio peccati personalis est effectus reprobationis in iis reprobis, qui aliquando sunt in gratia: ergo similiter erit effectus reprobationis permissio peccati originalis: ergo peccatum originale non erit causa reprobationis. Respondetur negando primam consequentiam, nam peccati personalis permissio supponit causam congruentem, & sufficientem rationem ex peccato originali: sed peccati originalis permissio non supponit causam & rationem ex alio præcedenti peccato. Quomodo autem permissio originalis peccati sit effectus reprobationis, dictum est sect. 4.

17. Vndecimum argumentum. Peccatum personale remittendum non est causa reprobationis: ergo neque peccatum originale remittendum. Respondetur negando consequentiam, quoniam quodcumque peccatum personale inuenit prædestinationem, aut reprobationem iam constitutam; sed non peccatum originale, cuius præmissio præcedit prædestinationem, & reprobationem.

SECTIO IX.

De aliis modis dicendi, præcipuè verò de reuiviscencia peccati originalis.

1. Multiplicem modum defendendi sententiam Augustini de causa reprobationis in iis, quibus remittitur peccatum originale, referunt, & impugnant Bañes quæst. 23. art. 5. in dubitatione circa secundam, & tertiam conclusionem, & Zumel eodem art. sua quæst. 4. versùs finem. Ex illis quædam sunt magna ex parte vera, & coincidunt cum nostra sententia superius explicata: alia, quia nullo probabiliter fundamento nituntur, non indigent impugnatione: alia facile impugnari poterunt ex his, quæ supra dicta sunt. Quapropter satis erit impugnare vnicum modum dicendi, qui primo aspectu videtur probabilior.

2. Hæc igitur sententia asserit, originale peccatum remissum redire, quando committitur peccatum personale, sicut peccata per pœnitentiam remissa, redeunt per sequentia peccata, videlicet propter ingratitudinem peccantis contra eum, qui priora peccata remisit, & hac ratione originale peccatum esse causam reprobationis. Ad hanc sententiam proximè accedit Bellarm. 2. de grat. cap. 16. sine. & Valent. q. 23. part. 2. punct. 3. §. cum autem. Loca Augustini, quæ pro se adducunt, explicauimus in sect. 6. sine.

3. Hic tamen modus dicendi pugnat cum mente Augustini, & cum eius rationibus, quibus probat, ante præuisa personalia peccata, fieri reprobationem. Vnde redarguitur.

Primò, quoniam originale peccatum rediens propter ingratitudinem, solo modo loquendi est peccatum originale; sed re vera non est nisi peccatum personale ingratitudinis erga Deum, qui remisit originale peccatum.

Secundò, quoniam in omnibus peccatis grauior est malitia ex obiecto, quam ex circumstantia ingratia

16.

17.

Inter peccatum originale & personale discrimen.

1.

2. Sententia asserens originale reuiviscere.

3. Pugna cum Augustini mente.

4. Malitia ex obiecto.



ingratitude circa beneficium precedentis remissionis, v.g. peccatum hæresis grauius est à sua intrinseca specie & obiecto, quàm à circumstantia ingratitude circa beneficium remissi originalis peccati. Nec vlla probabilis ratio reddi poterit, ob quam Deus, Lutherum reprobaturus ob culpam personalem huius actus, in particulari respiciat in eo actu ingratitude circa remissionem originalis peccati, non curans de malitia hæresis, vt propter eam reprobet.

Ex ingrati- tudine.

5. Tertiò, nam eadem ratione dicere poteris, multos reprobati propter peccata personalia iam remissa, quoniam ea redeunt per ingratitude.

Quartò, nam aliqui reprobantur, in quibus originale peccatum nulla ratione redire potest per ingratitude, inuincibiliter enim ignorant originale peccatum, & beneficium remissionis. Aliqui namque inuincibiliter ignorant, se baptizatos fuisse in infantia: alij autem licet sciant baptizatos, ignorant tamen inuincibiliter fructum Baptismi, & remedium originalis peccati.

DISPUTATIO XV.

Vtrum peccata personalia, prauisfa vt futura, fuerint causa reprobationis.

SECTIO I.

Doctorum placita.

1. Quid de po- tentia abso- luti.

1. RÆMITTO, de potentia absoluta ita potuisse reprobationem institui, vt supponeret cuiusque hominis peccatum finale, prauisum vt finale: in quo genere prouidentia nulla est implicatio contradictionis, nihilque diuina sapientia, aut potestate indignum, vt colligi potest, tum ex his, quæ dicimus in hac, & sequentibus disputationibus, tum etiam ex his, quæ diximus disput. 7. sect. 2. & disput. 12. sect. 1. Quare quem ordinem reprobandi Deus de facto elegerit, non potest constare, nisi vel autoritate, vel probabili coniectura desumpta ex congruentia.

2. Causa discriminis apud aliquos.

2. Prima igitur opinio dicit, peccatum, siue originale, siue personale, prauisum vt futurum vsque ad finem vite, ita fuisse causam reprobationis, vt fuerit causa discriminis, ob quam Deus huic homini potius, quàm illi, negauerit prædestinationem, ita vt hominibus prædestinatis non posset negari prædestinatio eodem iure, & ratione, qua negatur huiusmodi præstitis. Hanc sententiam tuerentur Henricus, Bacon, Aureolus, Argentinus, Alber. Pighius, Echius, Michaël de Med. Nicol. Grandis, Ochamus, Gabriel, Catherin. Osorius, Camerarius, Ioan. à Bonomia, Turrian. Lessius, & alij supra disput. 7. sect. 1. generaliter negantes prædestinationem, aut reprobationem ante prauisfa opera. Videntur eandem tenere S. Bonauent. Albert. & Alexand. citati in eadem disput. 7. sect. 1. Denique Carthagensis licet existimauerit, prædestinationem fuisse constitutam ante prauisfa opera, toto discurs. 10. nihilominus

toto discurs. 12. contendit, reprobationis causam fuisse peccatum vltimum, vt videre est præsertim pag. 446.

3. Fundamenta prima opinionis, quod attinet ad prædestinationem, soluta sunt disput. 9. 10. 11. & 12. Quod attinet ad reprobationem, soluentur sect. 6. & quatuor sequentibus disput.

3.

4. Secunda opinio asserit, nullam esse causam discriminis, ob quam vnus homo potius, quàm alter, reprobari debuerit: sed omnes æquali iure ac ratione potuisse reprobari, & pro libera Dei voluntate vni homini concessam esse prædestinationem, alteri verò iuste negatam fuisse independentem à prauisfo peccato finali. Ita sentiunt D. Thomas, Magist. sentent. D. Anton. Durand. Scotus, Raynerius, Altisiod. Abulen. Arimin. Ricard. Marfil. Egidius, Maior, Capreolus, Deza, Driedo, Ferrara, Soto, Corduba, & plures alij citati in disput. 7. sect. 4.

4. Nulla causa discriminis.

5. Sed inter hos Doctores obseruandum est discrimen, & distinguendus est loquendi modus ambiguus. Nam ex illis aliqui absolute asserunt, causam dari reprobationis, sed non prædestinationis; nihilominus non dissentiunt ab opinione secunda, quam nuper retulimus, quia loquuntur de causa, quæ communis est prædestinatis, & reprobis. Alias necessariò concederent in prædestinatis præcessisse rationem discriminis, si foret in reprobis ratio discriminis, vt dicitur in probatione conclusionis primæ, sect. sequenti.

5.

6. Secundam opinionem subdividit in duo membra, videlicet tertiam & quartam opinionem, quæ sub secunda continentur.

6.

7. Tertia opinio sit, causam communem prædestinatis, & reprobis, ob quam omnes adulti potuerunt reprobari, fuisse prauisum peccatum, siue originale solum, siue personale solum, siue vtrumque simul. Cæterum hoc peccatum non fuisse causam discriminis, ob quam iste debuerit reprobari potius, quàm alter, qui prædestinatur: item hoc peccatum non fuisse prauisum, vt finale, ante reprobationem, sed tantum esse prauisum, vt committendum, & Deum pro sua libera facultate voluisse reprobare, ac permittere, vt illud peccatum esset finale. Ita sentiunt, quamuis non adeò expressè, Sotus in digressionem de prædestinat. ad Roman. 9. pag. 277. Bellar. lib. 2. de grat. & libero arbit. cap. 16. prope finem, & magis expressè Valent. 1. part. quæst. 23. posteriori p. punct. 3. quibus adde Horantium lib. 3. locorum Catholic. cap. 9.

7. Tertia causa communis.

8. Quarta opinio asserit, personalia peccata non fuisse causam reprobationis, ita vt neque causa communis fuerint, neque fuerint causa discriminis; sed potius absolute, sicut nulla est causa prædestinationis, ita nulla sit causa reprobationis.

8. Neque causa communis, neque discriminis causa.

9. Hæc efficaciter colligitur ex D. Thoma præsentis quæst. 23. quamuis enim artic. 5. solum videatur negare causam discriminis. Cæterum in artic. 3. corp. ait: Sicut prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, ita reprobatio includit voluntatem permitendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam pro culpa. Quod idem docet 3. contra Gentes, cap. 161. & 163. quod est vltimum, ait, reprobationem esse decretum non dandi gratiam quibusdam, scilicet gratiam, qua liberarentur à culpa, siue commissa, siue committenda. Vnde colligo, voluntatem efficacem permittendi culpam infallibiliter futuram, & cui certò possit decerni poena, fuisse ante omnem culpam

culpam personalem prauisam, sicut decretum dandi merita, & præmium, fuit ante omne meritum prauisum.

9. Hanc opinionem videntur etiam tenere Doctores, qui absolute dicunt, ante prauisfa opera fuisse factam reprobationem, nulla existente causa reprobationis, aut prædestinationis. Qui quamuis magis expressè loquantur de causa discriminis, nihilominus videntur etiam comprehendere causam communem. Ita loquitur D. Antoninus 4. p. tit. 14. cap. 12. §. 4. Durand. 1. dist. 41. q. 2. præsertim n. 14. Driedo 1. p. concordia liberi arbit. cum prædestinat. cap. 3. conclus. 1. & 3. & cap. 4. mem. 1. ad 5. & mem. 2. sentent. 1. & 2. Magister 1. dist. 41. cap. 4. fine ait: Reprobavit quos voluit non propter futura merita, quæ præcideret, sicut prædestinavit quos voluit. Et prius dixerat reprobationis nullum esse meritum.

10. Manifestè docet opinionem quartam Gregor. 1. dist. 41. art. 2. conclus. 4. & 5. Marfil. in 1. q. 41. art. 2. conclus. 4. & sequentibus, Maior distinct. 41. quæst. 1. art. 2. conclus. 4. & 5. Scotus dist. 41. penult. colum. quamuis sub dubio, in hoc tamen inclinatur, quem sequuntur Bassolis dist. 40. q. 1. art. 4. & Corduba lib. 1. quæstion. q. 56. opin. 5. docet etiam Ricard. dist. 41. art. 3. q. 1. quæ debet conferti cum art. 2. quæst. 2. Adamus Rom. 9. in id, Quid ergo dicemus? Ferrar. lib. 3. contra Gent. cap. 161. Caiet. quæst. 23. art. 5. Sed adhuc clariùs & magis ex professo recentiores in eadem q. 23. art. 5. vbi Bañes in dub. circa 2. & 3. conclus. Zuzmel sua quæst. 4. Medina 3. part. q. 1. art. 3. circa 4. conclusionem, Suar. lib. 2. de auxil. cap. 5. n. 7. & in re idem sentit Molina hic art. 5. disput. 3. conclus. 2. quamuis aliter loquatur: vide illius conclusionem primam. In hac sententiam magis inclinatur Sotus in fine libri 4. sentent. dum corrigit, quæ dixerat Rom. 9.

10. Docet opinionem quartam Gregorius & alij.

11. Præcedens opinio quarta subdividit possit in tria membra: quoniam aliqui authores dicunt neque personale, nec originale peccatum esse causam reprobationis. Alij dicunt originale peccatum esse causam communem; sed negant, personalia peccata esse causam communem. Alij verò absolute negant, personalia peccata esse causam reprobationis, nulla facta mentione de originali peccato. Sed quia de peccato originali satis diximus disput. precedenti, nihil opus est in præsentis referre opiniones, nisi tantum circa personalia peccata.

12. Iterum igitur opinio quarta subdividitur in duas sequentes, pro quibus intelligendis horandū est discrimen inter causam damnationis, seu punitonis, & inter causam decreti damnandi, seu puniendi. Nam apud omnes certum est, punitiōe, & condemnationem indigere culpa præcognita, quasi sui causa & ratione; sed decretum puniendi ab aliquibus Doctoribus constituitur, nulla præcedente causa & ratione ex præcognita culpa.

13. Sit igitur opinio quinta, quæ asserit neque dari causam negandi prædestinationem, neque dari causam decreti puniendi; quamuis punitiōis, & obdurations detur causa. Ita Ricard. supra citatus in opin. 4.

14. Sexta sententia fert, ex præciso peccato personali nullo modo extitisse causam, ob quam prædestinatio negaretur his hominibus: cæterum cognita negatione prædestinationis, & voluntate permittendi peccata, ex vi huius cognitionis certò etiam cognita fuisse peccata futura: & hanc pec-

14. Reprobatio nis positiva causa.

catorum cognitionem asserit fuisse rationem & causam reprobationis positivæ, quæ est decretum puniendi. Ita Scotus, quem sequitur Bassolis, Gregor. & Cord. citati in opin. 4. Idem tenet Caiet. hac q. 23. art. 5. ad 4. argum. Henric. & clariùs Ferrar. 3. contra Gent. c. 161. §. pro solutione. Castro contra hæreses, verb. libertas, hæresi 1. ad obiect. 3. Molina 1. p. q. 23. art. 5. disput. 3. conclus. 1. citans pro se Heruæum dist. 41. q. 1. Maior dist. 41. q. 1. Syluest. in conflatorio. Huic sententiæ fauet valde D. Thom. verbis citatis, supra opin. 4.

15. Quantum ad causam voluntatis puniendi idem sentit Bellar. lib. 2. de grat. & libero arbit. cap. 16. & Driedo de concordia liberi arbit. cum prædestinat. 1. part. cap. 4. membr. 2. initio. Suarez lib. 2. de auxil. cap. 5. num. 7. & lib. 5. de reprob. cap. 6. num. 8. Huius sententiæ videtur esse Magister distinct. 40. cap. vlt. dicens, reprobationem esse præscientiam culpe non finiende, & præparationem poenæ non terminandæ. & in distinct. 41. vbi dicit nullum esse meritum reprobationis, definit: Reprobatio est nolle misereri, neque dare, quo sit homo melior; & addit, obdurations dari meritum, & ex iustitia procedere.

16. Præcedens opinio sexta subdividit possit in duo membra, circa quæ ferè nullus Doctorum loquitur expressè. Nam cum dicunt, causam reprobationis positivæ, quæ est decretum puniendi, fuisse prauisum peccatum committendum; aut intelligunt, illud peccatum prauisum fuisse vt finale, ita vt ante prauisam finalitatem non fuerit constitutum decretum puniendi: & hæc numeretur vt opinio septima. Aut constitutum est decretum puniendi, sicut potuit, prauisfo peccato mortali ante prauisam finalitatem, decernendo permittere, vt esset finalis permissione infallibili: & hæc potest esse opinio octava.

17. Rursus præcognitio peccati futuri requisita, vt sit ratio reprobationis, à quibusdam constituitur esse scientia visionis, præsupponens futuritione peccati; ab alijs verò constituitur scientia, qua peccatum præscitur in decreto permittendi, sicut à Scoto, & alijs. Ad hæc quando dicitur, negandi prædestinationem nullam fuisse causam, Doctores communiter loquuntur absolute, & vniuersaliter: quare comprehendunt non solum negationem prædestinationis ad gratiam, sed etiam negationem prædestinationis ad gloriam. Aliqui tamen iuniores dicunt nullam fuisse causam negandi prædestinationem ad primam gratiam; fuisse tamen causam negandi prædestinationem ad gloriam: qui Doctores partim consentiunt primæ opinioni, partim verò secundæ. Ita Vazquez disputat. 95. cap. 2. & 5. & Turrian. in opusc. de prædestin.

15.

16. Sexta opinio in duo membra subdividitur.

17.

Nulla causa neganda prædestinationis ad gratiam.

SECTIO II.

Reprobationis negativæ causam non fuisse personale peccatum.

1. Scholasticorum non pauci ita videntur de negata prædestinatione loqui, quasi Deus nullo positivo actu, sed mera negatione volitionis se habuerit circa gratiam, & gloriam reprobatorum; antequam præcideret eorum opera. Vnus reperitur Horantius locorum Catholic. lib. 3. c. 8. circa med. dicens: Nullum Deus actum positivum habet, quo statuat, nunquam eos electurū. Quamuis autem

1.



autem per abstractionem præcisivam, seclusa negatiua abstractione, præcindere possumus diuinam prouidentiam supernaturalem circa prædestinatos, non intelligendo explicitè actum positium Dei circa negandam prædestinationem reprobis: nihilominus certum esse debet, Deū positiuam uolitione uoluisse non prædestinare tales homines; sed hic actus reprobationis appellatur negatiuus ab obiecto, quoniam negationem prædestinationis amplectitur. Hoc igitur sensu verificari poterit quod Hugo Victor. in epist. ad Rom. q. 233. scribit, reprobationem nihil positiuū ponere, quia est non eligere, & non prædestinare.

Positiua uoluntas non prædestinandi.

2. Porro non esse meram omissionem, sed uolitionem positiuam, qua Deus intendit permissionem peccati, & reprobationem, probabimus disp. 16. sect. 3. sicut in tom. de uolunt. Dei disp. 8. sect. 3. probatum fuit generaliter esse positiuam uolitionem, qua Deus de quocumque obiecto uolibili decreuit alteram partem contradictionis, ita ut nullius obiecti comparatione Deus se habuerit merè negatiuè.

3. Reprobationis negatiua nulla causa discriminis.

Sit igitur prima conclusio. Peccatum personale non est causa discriminis comparatione reprobationis negatiuæ: hoc est, peccatum personale non est causa, propter quam negare prædestinationem huic homini rationabilius sit, quam prædestinationem negare alteri, qui est prædestinatus. Loquor autem de peccato personali quocumque, siue finali, siue non finali, siue præcognito ut finali, siue præcognito secundum substantiam peccati, abstrahendo à circumstantia finalitatis. Vnde colligo ex parte reproborum uniuersaliter nullā esse causam discriminis in ordine ad reprobationem negatiuam: quoniam si aliqua esset, aut esset peccatum originale, aut peccati personale. Quod originale peccatum non sit causa discriminis, probatum est in disp. 14. sect. 2. Nunc uero peccatum personale non esse causam discriminis, probandum restat. Hanc conclusionem tenent expressè omnes Doctores Scholastici citati disp. 7. sect. 4. quorum multos retuli in præcedenti sect. opin. 2. 3. & 4.

4. Probatur primò, quia negatio prædestinationis est aliquo modo ratio, propter quam præciti non perseverant in gratia: est, inquam, ratio tanquam remouens id, quo illorum effrenatus impetus ad uitia cohibendus esset: ergo prius est, negatum esse prædestinationem, quam futura esse eorum peccata, quæ digna sint reprobatione. Antecedens probatur 1. Ioannis 2. *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si ex nobis fuissent, mansissent utique nobiscum.* & Matth. 15. *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.* & Ioan. 10. *Vos non credidistis, quia non estis ex ouibus meis.* Quæ, & similia ponderauimus disp. 8. præsertim sect. 8. & sequentibus.

5. Secundò probatur, & firmius, quia si daretur aliqua ratio discriminis, ob quam negare prædestinationem huic homini foret rationabilis, quam negare prædestinationem alteri homini, qui est prædestinatus, sequeretur inde dari rationem discriminis comparatione prædestinationis, ita ut eadem ipsa ratio esset, ob quam non negare, sed concedere prædestinationem huic homini prædestinato, esset rationabilis, quam eam concedere alteri. Consequentia est euidens; uel potius antecedens, & consequens idem sunt vario modo significata.

6. Confirmatur primò, quia si rationi magis cō-

sonat negare prædestinationem Pelagio, quam Augustino; eo ipso minus consonat rationi cōcedere prædestinationem Pelagio, quam Augustino: quare magis consonat rationi prædestinationem concedere Augustino, quam Pelagio.

Confirmatur secundò, nam si negare prædestinationem Pelagio, rationabilius est, quam negare prædestinationem Augustino: iam Pelagius ex se ante negatam prædestinationem prouidetur magis indignus, & improportionatus ad prædestinationem, quam Augustinus: ergo Augustinus prouidetur esse minus indignus, & improportionatus ad prædestinationem, quam Pelagius. Hæc autem minor indignitas & improportio erit ratio, ut illi prædestinationem negare minus rationabile sit, quam negare Pelagio.

Vnde colligitur explicatio maior præcedentis rationis. Etenim quamuis detur ratio discriminis negandi prædestinationem Pelagio potius, quam Augustino; adhuc non sequitur dari talem rationem prædestinandi Augustinum potius, quam Pelagium, quæ ratio sit meritum, aut dispositio, aut impetratio. Cæterum sequitur dari aliquam rationem prædestinandi Augustinum potius, quam Pelagium: quæ ratio, ut minimum, sit, Augustinum ante prædestinationem prouideri minus impeditum, minus indignum, minusque distantem à dispositione prædestinationis.

7. Quamuis daretur ratio negandi prædestinationem uni potius quam alio, non daretur concedendi uni potius quam alio.

8. Ex præcedenti ratione constat, præsentem conclusionem probari posse omnibus testimoniis sacre Scripturæ, & Sanctorum, omnibusque argumentis, quibus disput. 8. & quatuor sequentibus probatum est, nullam fuisse rationem, ob quam Deus unum potius, quam alium hominem, prædestinauerit, sed id pro suo beneplacito præstitisse, nulla præuisa ratione discriminis: potuisset que Deum, Pelagium prædestinare non minus congruenter, quam Augustinum. Horum præcipua capita per compendium attingam, quò facilius ad præsentem conclusionem probandam accommodentur.

9. Sit igitur tertia probatio conclusionis, quoniam si negare prædestinationem Esau propter peccata personalia fuit rationabilis, quam negare prædestinationem Iacobo, & ea fuit causa, ut negaretur prædestinatio Esau potius, quam Iacobo, sequitur inde Iacobum non fuisse prædestinatum, & dilectum prius, quam cognoscere-tur fore, ut Iacob non committeret ea crimina, quibus redderetur indignus prædestinatione, & impediretur ab illa eo gradu, quo impeditus est Esau; consequenter igitur Iacob non esset prædestinatus ante præuisa opera, saltem illa, quæ si non erant bona, distabant tamen à malitia operum Esau, quamuis mala erant. Quapropter falsum esset, quod Paulus asserit Rom. 9. *Antequam quidquam boni egissent, aut mali.* &c. quod ponderauimus disp. 8. sect. 1. 2. & 3.

10. Confirmatur primò, iam enim non præcisè ex uocante, sed ex operibus malis Esau, & negatione malorum operum Iacob, dictum fuisset, *Major seruiet minori*; de quo uide fultius dicta sect. 3. Nunc uero obserua, si hoc argumentum afferatur ad probandum, nullam esse causam communem reprobationis, habere aliquam probabilem solutionem, de qua infra conclus. 2. probat. 1. Cæterum ea solutio nullum locum habet, quando hoc argumentum adducitur ad probandum, esse nullam rationem discriminis.

Confir-

11. Confirmatur secundò, nam, ut figulus pro libito ex uili massa quoad omnia prorsus æquali, effingit aliud uas ad honestos usus, aliud uero ad turpes & contumeliosos; ita Deus, &c. ut in eadem disput. 8. sect. 4. dictum est.

Confirmatur tertio, Deus enim cui uult, miseretur, & quem uult, obdurat, Rom. 9.

12. Confirmatur quarto, quoniam ut tempus nullam habet rationem discriminis, ob quam unus dies sit profanus & vulgaris potius, quam alter: ita homines nullam habent rationem ex se, propter quam unus potius, quam alter, relinquatur.

Confirmatur quinto, nam eadem ratione non tantum prædestinatio, sed etiam negatiua reprobatio sortibus comparantur in eadem disput. 8. sect. 5.

13. Quarto probatur conclusio ex Augustino, & aliis Patribus citatis disput. 10. & 11. in quibus obseruandum est, apud illos manifestum esse, quòd nulla sit ratio discriminis, ob quam prædestinatio ad gratiam negata fuerit huic homini potius, quam alteri; sed nullam esse rationem negandi prædestinationem ad gloriam huic homini potius, quam alteri, hoc probabilis est apud illos: sicut probabilis est, nullam esse rationem concedendi prædestinationem ad gloriam uni potius, quam alteri.

14. Quintò probatur, quia & peccatum personale ratio fuit, ob quam negare prædestinationem Pelagio rationabilius fuit, quam negare Augustino, iam actiones Augustini aliquo modo inclinant, & mouent Deum, ut ad illum potius, quam ad Pelagium prædestinationem dirigat: ac proinde Deus non erit totaliter primum mouens in genere determinantis. Præterea sequitur Deum, quod ex se est, ante præuisa opera Pelagij non minus liberalem & beneuolum fuisse erga illum, quam erga Augustinum. Insuper sequitur, Augustinum aliquo titulo posse sui liberi arbitrij usum præferre arbitrio Pelagij, quod ex se est, existente æqualitate ex parte Dei. De quibus fusè dixi disput. 12. sect. 1. vsque ad rationem quartam.

15. Deus pro suo beneplacito negat auxilia, quibus certò præcognouit, quòd aliqui reprobi bene uerentur, & conuerterentur: ergo pro suo beneplacito negabit prædestinationem.

Confirmatur primò, Deus namque pro suo beneplacito Baptisimum concedit, aut negat, mortemque anteponit, aut postponit cum quorundam emolumento, & aliorum periculo, ac damnatione.

Confirmatur secundò, nam plerique existentes in gratia, cum possent ad gloriam colligi, cum quæ præsciantur inter imminetia pericula lapsuri, relinquuntur, & damnantur. alij grauioribus sceleribus obstricti uigentur copiosis auxiliis, & iuuantur opportunitatibus, ut respiciant: ergo in his saltem hominibus non est ratio discriminis personale peccatum præcognitum, sicut in eadem disput. 12. sect. 6. ratione 6. & 7. probatum fuit.

16. Septimò denique. Omnia, quæ ad conclusionem sequentem probandam adducenda sunt, eadem à fortiori probant præcedentem.

17. Personale nulli causa reprobationis negatiua.

Secunda conclusio. Peccatum personale nulli reprobatio est causa reprobationis negatiuæ. Conclusionem explicio sequentibus propositionibus.

Prima. Peccatum personale neque est causa discriminis, ut in præcedenti conclusione dictum est, nec est causa communis, ob quam reprobatus sit hic homo, & ob quam eodem iure potuissent plures prædestinati reprobari. Quare quod in disput. 14. sect. 2. & sequentibus, affirmatum est, originale peccatum esse causam communem reprobationis, hoc idem in præsentem negamus de personali peccato.

Secunda propositio. Neque peccatum mortale, neque ueniale, est causa.

Tertia. Neque personale peccatum, quod dimittendum est reprobato, neque peccatum finale.

Quarta. Rursum peccatum finale non est causa reprobationis, neque præuisum sub ratione peccati abstrahendo à circumstantia finalitatis, neque præuisum sub formalitate finalitatis.

Quinta propositio. Eadem ratione nulla actio libera, qua sine culpa cessat quis ab opere bono naturali, siue à cooperatione cum gratia supernaturali, est causa reprobationis.

Conclusio prædicta probatur primò, nam huius sententiæ sunt Doctores Scholastici adducti sect. 1. opin. 4. Quamuis suam mentem aliqui minus explicauerint. Nec immeritò existimant eam esse Augustini sententiam in locis adductis disput. 8. & 10. Cuius industria sunt tria.

Alterum, nam Augustinus sæpe profert originale peccatum ut causam communem reprobationis, ut uidimus disp. 14. sect. 3. & nunquam profert peccatum personale; sed supprimit quandoque, quandoque uero reicit: ergo existimant peccatum personale non solum non esse causam discriminis, sed neque esse causam communem negandi prædestinationem.

Alterum indicium est, quoniam Augustinus aliquando asserit, indurationis, & punitiois, aut reprobationis positiuæ, quæ est decretum puniendi, causam esse peccatum personale; nunquam tamen ait, negandi prædestinationem causam esse peccatum personale: sed quotiens agit de sola prædestinatione concedenda, aut neganda, excludit opera præuisa; recurrit autem ad liberum Dei beneplacitum, ut magis constabit infra.

Tertium, nam Augustinus æqualiter excludit opera præuisa ante reprobationem Esau, sicut excludit ante prædestinationem Iacob, ut dicemus in probatione 2.

Valentia quæst. 23. posteriori part. puncto 3. probat. 4. multa testimonia Augustini refert pro causa reprobationis ex præcognitis peccatis; sed ea omnia adducta sunt à nobis pro causa reprobationis, quæ est peccatum originale, disput. 14. sect. 3. conclus. 1. præter alia, quæ pro causa derelictionis, seu excacationis & obdurationis adducenda sunt infra sect. 3. conclus. 5. quæ omnia testimonia Augustini contra præsentem conclusionem nihil probant.

Prosper autem & Fulgentius, dicentes causam reprobationis esse præuisa peccata, intelligendi sunt de ea reprobatione positiuæ, quæ est uoluntas puniendi pena sensus; non uero de sola negatione prædestinationis, de qua sæpè loquuntur, sicut & Augustinus. Eorum testimonia uidimus disput. 11. sect. 1. & 2. Eodem modo intelligendum est Valentinianum Concilium in eadem disput. 1. sect. 8. post medium citatum.

Obiicies Prosperum ad capita Gallorum sentent. 1. dicentem: *Gratia tamen Dei non prius eos deseruit*

18.

19.

20.

21.

22.

23.

O deservit

deseruit, quam ab eis desereretur: & quia hoc ipsos voluntaria facturos defectione prauideri, ideo in predestinatione electione illos non habuit. Vbi non agit Prosper de causa reprobationis punitiue, sed de causa negandi predestinationem ad gratiam; neque agit de peccato originali, sed tantum de personali defectione voluntaria; cum Gallorum cap. 7. & responsio, & sententia Prosperi agant de iis hominibus, qui in gratia constituti, gratiam deserunt, & deseruntur.

24. Respondeo. Quin potius Prosper ibi agit, non de mera negatione predestinationis, sed de quadam parte illius, quae est punitiua. Quod ex contextu proba, quoniam Prosper intendit excludere errorem dicentem, in Augustini sententia Deum positua volitione voluisse, vt praesciti, qui aliquando sunt iusti, non permanerent in gratia, & Deum illis fuisse causam auersionis. Contra quos primum docet Prosper, Deum liberè permisisse eorum lapsum; quamuis potuissent vires standi probere lapsuris. Huius autem permissionis nullam causam assignat ex parte hominis. Deinde docet homines sua libera culpa esse causam, ob quam Deus ab eis recedat auferendo gratiam, & quantum ad hoc esse causam negandi predestinationem, videlicet qua parte Deus vult subtrahi gratiam iustificante in poenam praecedentis peccati; & haec subtractio gratiae, vt est in poenam, non est volita, nisi propter prauisa peccata. Aliter respondet Vazquez disp. 95. c. 9. n. 61. Sed eius expositio violenta videtur, & minimè necessaria.

25. Idem asserit Prosper in responsione ad cap. 3. Gallor. agens de iis, qui per Baptismum gratiam consequuntur, & postea prolapsi sine poenitentiae correptione defecerunt: quibus negationem predestinationis ad poenitentiam in poenam peccati datam dicit esse propter praecognitum peccatum. Vide alia loca Prosperi, quae citauimus disp. 11. sect. 2. initio. Iis similia multa testimonia referemus inferius tractantes possibilitatem obtinendi salutem, omnibus hominibus oblatam. Vbi de causa impediendi iustificationem nostram. Ex illis quippe colligetur ante prauisam nostram culpam nullam esse destitutionem talem, ex qua necessario sequatur nostra culpa, damnatiove reprobatorum.

26. Probatur secundò, quia Rom. 9. sicut dicitur Iacob dilectus, antequam quidquam boni egisset, aut mali, ita dicitur Esau reprobatus, & odio habitus: sed ex eo loco August. & alij Doctores colligunt, Iacob predestinatum fuisse ante prauisa opera, ita vt futura opera, neque fuerint causa discriminis, neque causa communis ad predestinandum: ergo eadem ratione colligitur Esau reprobatio ante prauisa opera, ita vt neque fuerint causa discriminis, neque causa communis.

27. Confirmatur primò, quia causa communis reprobationis est illa, quae aequaliter prauidetur in predestinato, & in reprobo; sed demerita personalia non sunt prauisa in Iacobo ante, quam predestinaretur, quia predestinatus est ante, quam egisset quidquam boni, aut mali: ergo neque in Esau. Quapropter qui dixerit demerita, prauisa in Esau, fuisse causam reprobationis, debet asserere Iacob predestinatum non fuisse, antequam ageret aliquid mali, ob quod dignus esset reprobatione, sicut Esau: quamuis predestinatus fuerit antequam ageret aliquid boni.

28. Confirmatur secundò, quoniam si consideremus diuinam scientiam, vt praescindit ab omni opere, quasi absolute futuro, solum cognoscens conditionaliter futura opera, ex vi solius huius scientiae predestinatus est Iacob; & hunc modum predestinandi ex vi huius scientiae Deus negauit Esau; nullum verò predestinavit Deus ex vi alterius scientiae de facto, vt probatum est disp. 7. vlt. que ad 12. Ergo in ea praescitione scientiae diuinae, secluso omni opere vt absolute futuro, si intelligitur concessa predestinatio Iacobo, intelligitur etiam negata predestinatio Esau, & ita negata, vt virtute nullius alterius scientiae concedenda foret.

Confirmatur tertio, Deus enim per illam scientiam conditionalium, non expectans cognitionem absolute futurorum, decreuit predestinare Iacob. Quo supposito rogo, qua intentione, & quo fine voluerit per eam scientiam non predestinare Esau, sed voluerit expectare cognitionem peccati personalis vt absolute futuri? Hoc certè, vt minimum, debuit fieri ex intentione negandi predestinationem: iam ergo ante prauisum peccatum personale constituta erat voluntas negandi predestinationem.

Confirmatur quartò, nam ea, quae sequuntur in eodem cap. 9. ad Rom. de figulo, cui integrum est pro sua libertate ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, & illud, Cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat, à reprobatione excludunt prauisa opera aequaliter, vt à predestinatione.

Ex his colligitur vim asserere textui Valentiam quæst. 23. posteriori part. punct. 3. ad 1. vbi ait, Iacob non esse electum, & predestinatum ex operibus, sed Esau odio habitum ex operibus. Probat primò, quia idem est aliquid fieri non ex operibus, & fieri ex vocante, vel secundum propositum; sed reprobatio Esau non potuit esse ex vocante, neque potuit esse secundum propositum: ergo debuit esse ex operibus. Respondetur. Reprobatio fit ex vocante, secundum propositum, quatenus deliberata, & efficaci voluntate negat vocationem secundum propositum. Sicut enim dies, & nox est ab illuminante, vel praesente, vel absente: ita predestinatio, & negatio predestinationis à vocante, dante, aut negante vocationem secundum propositum existit.

Alij authores idem intentum secundò probant, quoniam Paulus eodem cap. 9. ait, reprobationem fieri propter peccata. Respondeo, solum puniendi, & obdurandi voluntatem asserit Paulus, ex peccatis rationem accipere, vt videbimus sect. seqq. Tertio probant, nam August. explicans eundem locum ad Rom. 9. admittit in Esau causam odij, sed in Iacob negat causam amoris. Responderetur. August. nunquam admittit in Esau causam negandi predestinationem ex operibus, sed tantum ex damnata origine. Vide quae diximus probat. 2. Renertor ad seriem rationum, quibus probatur secunda conclusio, sitque tertia probatio, quoniam independenter à prauis personalibus culpis reprobatorum vt absolute futuris, constituta est omnium electorum predestinatio cum capite Christo Domino. At verò constituta omnium electorum predestinatione, eo ipso constituta est reprobatio negatiua, quae est negatio predestinationis. Nam qui in ea collectione omnium predestinatorum non comprehenduntur, eo ipso voluntariè, ac liberè relinquuntur à Deo predestinationis expertes.

Quartò

34. Permissio cuiusque peccati reprobationis effectus in reprobo.

Quartò probatur, quia permissio cuiusque peccati personalis, in reprobo est effectus reprobationis negatiuae, praesertim verò permissio peccati mortalis, quo amittitur gratia nunquam recuperanda: ergo nullum peccatum personale prauisum est causa reprobationis. Probatur consequentia, quoniam si reprobatio negatiua est causa permissionis, non potest praevideri permissio, nisi constituta prius reprobatione negatiua. Quòd si permissio non potest praevideri, neque peccatum vt absolute futurum praevideri poterit. Non enim praevideretur, nisi dependenter à prauisa permissione. Antecedens futurum probandum erit infra disp. 38. sect. 7. Nunc verò probatur, quia permissio cuiusque peccati in predestinato procedit ex intentione efficaci predestinationis propter bonum, quod Deus inde colligere decreuit: in reprobo autem eadem permissio congruentius procedit ex efficaci intentione reprobationis, quamuis procedere posset ex intentione inefficaci.

Confirmatur primò, nam creatio reprobi sub talibus circumstantiis, in quibus certò scitur esse peccaturus, procedit ex aliquo fine à Deo efficaciter intento, & non ab alio, nisi à fine reprobationis.

Confirmatur secundò, quemadmodum enim prima vocatio congrua, & secundum propositum, est effectus predestinationis: ita reprobationis effectus est prima negatio vocationis congruae, simul cum permissione sub iis circumstantiis, sub quibus certò praescitur committendum esse peccatum. Quae permissio talem locum occupat in reprobatione, qualem vocatio congrua sibi vindicat in predestinatione. Quamobrem August. non semel admonet, quibusdam hominibus propterea fuisse negata media, quibus erant consecuturi salutem, quoniam predestinati non erant. Sic lib. de bon. perseuer. c. 12. versus fin. à libera Dei providentia, negante predestinationem, provenire, inquit, quòd Baptismus non detur infantibus quorundam fidelium filijs morituris; cum tamen Deo predestinante disponatur, vt baptizentur alij infantes etiam infidelium filij.

De adultis autem in eod. lib. de bon. perseuer. c. 12. inter princ. & med. postquam dixerat, certissime liberari predestinatos, adiungit: Cateri autem vbi, nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur? Vbi Tyrj relicti sunt, & Sidonij, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam, vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent, est negatum. Illud, vnde crederent, non potest hic esse aliud, nisi medium, quo posito, praesciebantur fuisse credituri, videlicet, si mira illa Christi signa vidissent. Hoc autem negatum est, quia non fuerat datum, vt crederent; quae datio non potest intelligi quoad executionem, sed quoad predestinationem: haec enim sola prior est, & causa dandi, vel negandi media opportuna.

Hoc clarius expressit August. còtinuè subiungens: Ex quo apparet, habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter minus intelligentis, quo mouetur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamen si Dei aliori iudicio, à perditionis massa non sunt gratis predestinatione discreti, nec ipsi eis adhibentur, vel dicta diuina, vel facta per quae possent credere, si audirent vti que talia, vel viderent. Sequens contextus eiusdem c. 14. valet ad idem probandum, quem meritò ponderat Greg. Arimin. 1. sent. dist. 41. q. 1. art. 2. concl. 4. prob. 4. Colligitur eadem sententia ex toto c. 22. eiusdem lib. de bon. perseuer. & ex enchirid. c. 95.

35. Creatio reprobi, reprobationis effectus.

36. De adultis autem in eod. lib. de bon. perseuer. c. 12. inter princ. & med. postquam dixerat, certissime liberari predestinatos, adiungit: Cateri autem vbi, nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur? Vbi Tyrj relicti sunt, & Sidonij, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam, vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent, est negatum. Illud, vnde crederent, non potest hic esse aliud, nisi medium, quo posito, praesciebantur fuisse credituri, videlicet, si mira illa Christi signa vidissent. Hoc autem negatum est, quia non fuerat datum, vt crederent; quae datio non potest intelligi quoad executionem, sed quoad predestinationem: haec enim sola prior est, & causa dandi, vel negandi media opportuna.

37. Hoc clarius expressit August. còtinuè subiungens: Ex quo apparet, habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter minus intelligentis, quo mouetur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamen si Dei aliori iudicio, à perditionis massa non sunt gratis predestinatione discreti, nec ipsi eis adhibentur, vel dicta diuina, vel facta per quae possent credere, si audirent vti que talia, vel viderent. Sequens contextus eiusdem c. 14. valet ad idem probandum, quem meritò ponderat Greg. Arimin. 1. sent. dist. 41. q. 1. art. 2. concl. 4. prob. 4. Colligitur eadem sententia ex toto c. 22. eiusdem lib. de bon. perseuer. & ex enchirid. c. 95.

Ruiz de Predestinatione.

Creatio predestinati, predestinationis effectus.

Qua complectantur predestinationem, & reprobationem.

Confirmatur tertio, creatio namque predestinati sub talibus circumstantiis est effectus predestinationis: ergo pari ratione creatio reprobi sub talibus circumstantiis erit effectus reprobationis, & non solius atque merè naturalis providentiae. Consequentia probatur, sic enim melius reprobatio correspondet alteri suae comparati, videlicet predestinationi: correspondet autem quantum ad ea, quae bona sunt, & Deo digna.

Confirmatur quartò, quia predestinatio complectitur omnia, quae iuuant ad predestinationem, quasi prima illorum causa: ergo reprobatio complectitur omnia, quae per se iuuant ad finem bonum reprobationis, à Deo intentum, & à Deo causari possunt: ergo continet permissionem cuiusque peccati personalis.

Quintò confirmo, nam hoc modo eminentior est reprobatio, & maioris potestatis, minisque pendens ab humanis actionibus in iis, in quibus citra iniuriam potest.

Circa rationem quartam occurrit notandum, ab aliquibus Thomistis ita profertur, quasi impossibile sit, permissionem peccati non esse effectum reprobationis. Haec autem existimatio provenit ex duobus illorum principiis. Alterum est, quoniam quaecumque permissio Dei eiusmodi est, vt illa posita, infallibile sit peccatum, & impossibile sit peccare aliquem, nisi data hac permissione, imò & predefinitione materialis entitatis peccati. Alterum, quoniam fortè nomine reprobationis intelligunt permissionem peccati, qualiscumque fuerit, non distinguentes, vtrum fuerit permissio proveniens ex intentione efficaci reprobandi, vel ex intentione inefficaci.

Nos autem existimamus primò nullius peccati entitatem, seu materiale actionem, posse praefiniri, nec predestinari: sicut probatum est fufius tom. de voluntate Dei.

Secundò, possibile esse peccati permissionem ita temperatam, vt praescindendo à qualibet scientia diuina, & consideratis tantum circumstantiis omnibus permissionis, illa posita in actu primo adhuc maneat moraliter liberum, & omnino contingens peccatum, ita vt quandoque sub illa contingat peccatum, quandoque non contingat.

Tertio, permissionem peccati nec esse reprobationem proprie, neque proprie esse effectum reprobationis, nisi procedat ex intentione efficaci negandi predestinationem. Propter haec quamuis praecedentem rationem tradamus vt probabilem coniecturam; ceterum agnoscimus, possibilem esse oppositum modum providentiae, negando predestinationem ob prauisa peccata personalia.

Quintò probatur conclusio, quoniam Angeli reprobatii sunt ante prauisa quaecumque peccata; sicut dicendum erit disp. 50. sect. 3. & seqq.

Tertia conclusio, ad explicationem praecedentium conclusionum. Tam negatio predestinationis ad gloriam, quam negatio predestinationis ad gratiam, constituta est ante prauisa peccata personalia, ita vt ex illis nulla sumeretur ratio negandi predestinationem ad gloriam, sicut neque ad gratiam. Hanc conclusionem probant rationes vtriusque conclusionis praecedentis: quarum vt facilior sit usus, notanda sunt tria.

Primum est, non solum predestinationem ad gratiam, sed etiam predestinationem ad gloriam, factam esse independenter à prauis operibus, vt probatum est dispur. 10. sect. 2. & seqq. atque sequenti disp. 11. & 12.

Thomistarum opinio.

Quid requiratur ad effectum reprobationis.

Negatio predestinationis ad gratiam, & gloriam ante prauisa peccata.

Trium notanda.

43.

Secundum est, negationem prædestinationis eodem gradu esse independentem ab operibus, quo independens est prædestinatio, vt in præcedentibus conclusionibus probatum est.

Tertium est. Sicut congruentius est amare efficaciter finem prius, quàm amentur efficaciter media: ita congruentius est efficaciter nolle finem prius, quàm efficaciter omittantur media. Quapropter sicut prius debuit esse voluntas efficax gloriæ, quàm gratiæ ad congruentis: ita prius debuit esse voluntas efficax negandi gloriam, quàm negandi gratiam congruentem.

Quartum est. In ordine ad finem intentum à diuina reprobatione (quicumque ille sit) proximus accedit negatio prædestinationis ad gloriã, quàm negatio prædestinationis ad gratiam; & propterea illam oportebat esse priorem, hanc verò posteriorem. Præcedentes conclusiones magis explicabuntur initio sectionis sequentis.

44.

Negatio reprobatio pendens à scientia conditionali.

Sit quarta conclusio. Multorum hominum reprobatio negatiua pendet à peccatis personalibus, præcognitis per scientiam conditionalium certò dictantem fuisse committenda, si tales homines constituerentur sub talibus circumstantiis. Probatur, quoniam quibus remittendum est originale peccatum, non potest certa esse reprobatio negatiua, nisi supponat dictam certitudinem scientiæ conditionalis, vt dicitur infra sect. 7. & 8. & in disp. 55. sect. 6. & seqq.

45.

Conditio sine qua non talis scientia.

Nunc notanda sunt duo. Primum est, hanc scientiam non esse rationem discriminis, vt demonstratum est disp. 5. sect. 6. & disp. 7. sect. 3.

Secundum, hanc scientiã esse veluti conditionem, sine qua non, & viam aperire atque dirigere decretũ, sed non afferre motiũ incitans ad decretũ reprobationis, vt supr. non semel admonui.

SECTIO III.

Reprobationis punitiua, & obdurationis causa est peccatum personale.

1.

Obiectio.

Aduersus ea, quæ superiori sect. dicta sunt, occurrit obiectio. De facto Deus negat prædestinationem in pœnam peccati: ergo omnis negatio prædestinationis est punitiua; sed voluntas punitiua præsupponit peccata personalia, vt dicemus conclus. 1. & 2. ergo negatio prædestinationis supponit peccata personalia. Confirmatur, quia negatio prædestinationis ad gloriam est idem quod excludere à gloria, ac proinde est pœna damni; pœna verò damni non infligitur, nisi propter peccata personalia, iis saltem hominibus, quibus originale peccatum remissum est.

2.

Duplex reprobatio punitiua.

Propterea distinguenda est duplex reprobatio punitiua. Altera est, quæ punit pœna damni, vel pœna sensus. Altera, quæ non aliter punit, nisi prædestinationem negando. Hæc reprobatio punitiua de facto comitatur negatiuam reprobationem, eadẽmq; non indiget alia causa, nisi peccato originali, etiam si dimitendum sit, vt constat ex dictis in sect. superiori, & in disp. 14. sect. 3. & 6. & seqq. Vnde constat solutio principalis obiectiois.

3.

Ad confirmationem respondetur, negando maiorem: licet enim voluntas Dei, per quam negat prædestinationem ad gloriam, sit positius actus; nihilominus totum obiectum illius voluntatis est negatiuum, scilicet non dare gloriam, & non dare media, sine quibus scit Deus obtinen-

dam non esse gloriam, quamuis obtineri possit. Cæterum voluntas excludendi à gloria habet præterea obiectum positiuum, videlicet formalitatem pœnæ proprie sumptæ, imponendæ à iudice propter culpam finalem, nunquam dimittentem, & adimplendæ ex præscripto Dei, vt dictum est in præmio præcedentis disp. 14.

4.

Voluntas punitiua pœnæ damni, & voluntatis punitiua pœnæ sensus discrimen.

Ex his colligitur sequentes conclusiones intelligendas esse non de reprobatione, quæ punit sola negatione prædestinationis ad gloriam; sed de reprobatione, quæ punit peccata damni, vel pœna sensus, cum hoc tamen discrimine, vt voluntas punitiua sola pœna damni, non supponat peccatũ personale, sed tantum originale (vt sect. 4. de paruulis erit dicendum); sed voluntas punitiua pœna sensus, & pœna damni, necessariò supponat peccatum personale, vt infra dicemus.

5.

Dubij solutio.

Si autem petas, vtrum voluntas illa, considerata præcisè prout terminatur ad pœnam damni, supponat peccata personalia? Respondeo. In iis hominibus, quibus nunquam dimittitur peccatum originale, non supponit peccatum personale: cæterum illud necessariò supponit in illis hominibus, quibus remittitur originale peccatum, vt ex sequentibus rationibus constabit.

6.

Personale peccatum, vs futurũ cognitum reprobationis punitiua causa.

Sit igitur prima conclusio. Peccatum personale præcognitum vt futurum causa est reprobationis positivæ, quæ est voluntas punitiua pœna damni, aut pœna sensus. Probatur, quoniam aliquod peccatum necessariò debet esse causa voluntatis punitiua, nisi fuerit iniusta voluntas, vt probatũ est argumentis August. Fulgent. & aliorum supra disp. 14. sect. 3. concl. 1. prob. 1. sed voluntas punitiua quosdam homines pœna damni, aut sensus, non potest provenire ex peccato originali (nam illud semel remissum illis, non potest esse ratio punitiois æternæ); ergo ratio mouens ad voluntatem punitiua tales homines erit peccatum personale.

7.

Confirmatur primò, quia quamuis originale peccatum non sit remissum, illud tamen non potest esse ratio punitiua pœna sensus in æternum: ergo voluntas punitiua pœna sensus supponit peccatum personale.

Confirmatur secundò ex August. lib. 1. ad Simplic. q. 2. post med. dicente: *Noluit Esau, & non currit; sed esu voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, nisi vocatione contempta fieret reprobus.* Vbi significat, reprobationis causam fuisse contemptum vocationis: quod intelligendum est de reprobatione punitiua, vt consonet aliis testimonijs Augustini adductis disput. 13. sect. 5.

8.

Confirmatur tertio, quoniam Prosper, & Fulgent. varijs in locis cit. in disp. 10. sect. 1. & 2. & disput. 14. sect. 1. & 2. diuersimodè loquuntur de prædestinatione, & reprobatione comparatione præscientiæ. Afferunt namque præscientiã operum præsupponi ad reprobationem, non verò ad prædestinationem. Quare, vt minimum ad reprobationem punitiuam præsupponitur præscientia peccatorũ, nec solum originalis peccati, sed etiam præscientia peccatorum personalium. Quod autem ij Patres non existimauerint reprobationem merè negatiuam ex præuisis operibus rationem accepisse, probatum est præced. sect. 2. & disp. 10. sect. 1. & 2. & disp. 14. sect. 1. & 2.

9.

Dicit aliquis, argumentis, & testimonijs nuper citatis probari, causam punitiua semper esse peccatum personale; nihilominus non probari, peccatum personale fuisse rationem decreti diuini, volun-

voluntatisque punitiua: quin potius istius voluntatis nullam fuisse rationem, & causam. Aduersus hoc fit

Immanens voluntiois causa peccata personalia.

Secunda conclusio. Non solum punitiois creatæ, quam Deus extra se facit, sed etiam immanentis voluntiois, & liberi decreti punitiua, causam, siue rationem dederunt peccata personalia, præcognita vt absolute futura. Hæc conclusio probabitur sect. 5. in 5. discrimine, & magis ex professo disp. 16. sect. 6. conclus. 1.

10. Præcognita in decreto.

Tertia conclusio. Peccata personalia non supponuntur præcognita per scientiam visionis, supponendo eorum existentiam vt absolute futura; sed tantum supponuntur præcognita in decreto dandi tales circumstantias ex se bonas, & talem mensuram auxiliorum, & permittendi peccata. Hæc conclusio est ex mente Scoti, & Basil. Gregor. & Cordubæ, quos supra sect. 1. opin. 6. citauimus. Quod atinet ad modũ cognoscendi actiones liberas certò & infallibiliter in circumstantiis, & in decreto Dei, tractauimus tom. de scientia Dei, disp. 26. & disp. 75. sect. 6. Nunc supposita possibilitate huius scientiæ, probatur conclusio, quia cognoscere peccata vt absolute futura, satis est ad voluntatem efficacem punitiua: quod autem per hoc, aut illud determinatiuum cognoscatur, nihil interest.

11. Non est opus præcognoscere peccata vt finalia.

Quarta conclusio. Vt Deus efficaciter velit punire aliquem pœna sensus, non est opus præcognoscere peccata vt finalia, sed satis est præcognoscere peccata esse futura: inde namque moueri potest diuina voluntas, vt velit permittere esse finalia, vel sitque hominem obdurare, & excæcare, ita vt permisso finalitatis in peccato sit effectus voluntatis in æternum punitiua peccatum iam præcognitum, ac proinde non supponatur ad illam voluntatem. Probatur, quoniam peccatum mortale sufficientem rationem præbet, vt Deus velit permittere finalitatem illius, & punire in æternum: quod magis constabit ex sequenti conclusione.

12. Voluntas deserendi, & permittendi obdurationem.

Quinta conclusio. Voluntas deserendi hominem derelictione maiori, quàm quæ potest cadere in homines iustos de lege ordinaria; præterea voluntas permittendi obdurationem, & excæcationem, ac pertinaciam in peccato vsq; in finem; hæc, inquam, voluntates sunt punitivæ; ac proinde supponunt in homine peccatum, quandoque solum originale, plerumque etiam personalia, sed quandoque cõmunia reprobis cum prædestinatis.

13.

Derelictionem hanc repugnantẽ legibus amicitia, quas Deus erga iustos seruire constituit, hominibus nunquam impositam esse nisi propter peccata, docent iidem Patres, qui supra disput. 14. sect. 1. arg. 2. dixerunt, neminem à Deo deserit, nisi prius ipse deseruerit Deum: idẽmque probant multi Patres statim referendi.

14. Peccata excæcationis causa.

Excæcationem autem, & obdurationem nunquam induci nisi propter peccata, maxime verò personalia, probari potest plurimis testimonijs Scripturæ, quorum aliqua referam. Rom. 1. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, &c.* scilicet propter idololatriam. & infra: *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie, & post pauca: Sicut non probauerunt, Deũ habere in notitia tradidit illos Deus in reprobũ sensum.* 2. Thessal. 2. *Et quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* 2. Tim. 3. *Mali autem, & facinorosi proficisci in peius.* Deuter. 28. *Si nolueris*

Ruiz de Prædestinatione.

*audire vocem Domini Dei tui, percutiet te Dominus cecitate, & amentia, & furore mentis.* Sap. 2. prop. fin. *Excæcavit illos malitia eorum.* Psalm. 68. *Obscurentur oculi eorum, ne videant, &c.* Quia quem tu percussisti, percussit te, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intret in iustitiam tuam.* Quod ab Isaia prædict. c. 6. notatur Matth. 13. & Ioan. 12. *Excæca cor populi huius, &c.* & ab Apostolo ponderatur Rom. 11. Psalm. 2. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.*

15.

Confirmatur iis Scripturis, quibus docemur, excæcatos, & obduratos esse sibi metipsis auctores, & causas obdurationis & excæcationis. Hoc enim non modò significat spontaneam & liberam culpam, quam continet actualis oculorum clausio, ne lumen videant, & actualis resistentia, ne Dei vocationibus, & inspirationibus, aut flagellis emolliantur: sed præterea significat talem dispositionem cordis in actu primo, quæ parata sit resistere fortissimis auxilijs, flagellis, inspirationibus, & illustrationibus.

16.

Propter præcedentia peccata contrahitur excæcacio in actu primo.

Hanc obdurationem, & excæcationem in actu primo paratam homines non contrahunt, nisi propter præcedentia peccata, præcipue verò propter illa, quibus resistunt prioribus & facilioribus vocationibus, & auxilijs. Quam ob causam sine figurata locutione propriissimèq; dicuntur homines excæcare, & obdurare se ipsos; sed à Deo indurari & excæcari non proprie, sed figurata locutione dicuntur. Sic Exodi 8. *Pharao ingravit cor suum.* Deuter. 10. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne inducitis amplius.* & c. 15. *Non obdurabis cor tuum.* 1. Reg. 6. *Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptius.* 4. Reg. 17. *Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.* Similia leguntur 2. Paral. 30. & 36. & lib. 2. Esdræ c. 9. Jerem. 5. prope initium: *Percussisti eos, & non doluerunt: at trivisti eos, & reuerunt accipere disciplinam: indurauerunt ceruicem suam, & noluerunt reueri.* Zachar. 7. *Noluerunt attendere, & vererunt scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt, vt non audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem.* Psalm. 57. *Sicut aspidis serpens & obdurantis aures suas.* Psalm. 94. *Nolite obdurare corda vestra.*

17.

Patres autem magis perspicacè tradunt, quod in prædictis Scripturæ verbis continetur, excæcatione videlicet, ac obduratione nunquam à Deo permitti, nisi in pœnam peccatorũ, maxime personalium. August. lib. de grat. & lib. arb. c. 20. & 21. post multam huius dogmatis confirmationem ad fin. concludit: *Ac per hoc quando legitis in liuis veritatis, à Deo seduci homines, vel obtundi, vel obdurari corda eorum, nolite dubitare, præcessisse mala merita eorum, vt iusto patereat, ne incurratis in illud Salomonis: Insuperbia viri violat vias eius. Deum autem causatur in corde suo.* & c. 23. à med. *Quando auditis Dominum dicentem: Ego Dominus decepi Prophetam illum, & quom vult indurat, in eo, quem seduci permittit, vel obdurari, mala eius merita credite.*

18.

Et lib. 83. quæst. q. 68. ad fin. præmittens rem gestam in Agypto per Iosephum fuisse vocationem Pharaonis, ne foret ingratus, infert: *Quod autem huic vocationi obtemperare noluit, sed exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas, & misericordia debebatur, meruit pœnam, vt induraretur illi cor, & tantam cecitatem mentis pateretur, vt tot, & tantis tamque manifestis Dei signis non crederet.*



19. Idem epist. 105. ad Sixtum, col. 4. *Nec obdurat, inquit, Deus impariendo malitiam, sed non impariendo misericordiam. Quibus enim non impartitur, neque digni sunt: at potius ut non impartatur, hoc digni sunt, hoc merentur.* & epist. 106. circa med. *Propter illud, quod inconcussus tenetur, non esse iniquitatem apud Deum, neminem obdurari, nisi merito noverit.* Similia scribit lib. 20. de civit. cap. 19. ad fin. lib. 5. contra Iulian. cap. 3. lib. de prædest. & grat. c. 4. & de bon. persecut. cap. 11. parum à princ. & de corrept. & grat. cap. 11. tract. 53. in Ioan. à med. lib. 1. ad Simplic. q. 2. paulo post med. & in Psalm. 68. ad illud, *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.*

20. Prosper ad c. 11. Gallor. post med. ait: *Cum verò aliquos a Deo aut traditos desiderijs suis, aut obduratos legimus, aut relictos: magis peccatis suis hoc ipsos meruisse, profitemur; quia talia eorum crimina precesserunt, que eis etiam supplicium verterent in reatum.* Recipiuntur hæc in decreto cap. *vass. ira.* 23. q. 4. Talia quoque Gloss. ord. tradit ex August. Rom. 9. verb. *Non volentis.* & Anselm. Rom. 9. ad illud, *Quem vult, indurat.*

21. Tradunt idem dogma Hieron. in id Eccles. 1. *Dedi cor meum, & c. 2. prope fin. & Isaia 5. Auferam à vinea mea sepem, & erit in direptione.* Greg. lib. 11. mor. c. 5. in Iob 12. *Si inclusit, nullus est, qui aperiatur.* & lib. 16. c. 24. ad illud Iob 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* & lib. 29. c. 17. ad illud Iob 38. *Vesperum super filios terra confurgere facis.* & lib. 25. c. 9. fin. ad illud Iob 34. *Idcirco inducit noctem.* & lib. 31. c. 11. & in Ezech. lib. 1. homil. 11. Isidor. lib. 2. sent. de sum. bon. c. 5. ad fin. & c. 6. præsertim verò c. 15. ante med. Chrysostr. Rom. 1. serm. 3. inter med. & fin. ad illud, *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* & 2. Cor. homil. 8. col. 2. & magis ex professo homil. de Adam, & Eva. Basil. ad illud Isaia 2. *Reliquit populum suum.* & homil. 9. *quod Deus non sit auctor malorum,* prope initium. Cyrill. Hierosol. catech. 6. inter med. & fin. Cyrill. Alexandr. lib. 8. in Ioan. c. 21. post med. Origenes in cap. 2. Iudic. homil. 2. fine. Damascen. lib. 2. fidei cap. 29. & 30.

22. Idem docent Hugo Victor questionib. in epist. ad Rom. 9. q. 264. S. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. Alex. ad. 1. p. q. 29. membr. 4. & 5. Magister & communiter Scholastici lib. 1. sent. dist. 40. vers. fin. & lib. 2. dist. 36. c. 3. S. Bonau. 1. dist. 40. art. 3. q. 1. & 2. & art. 4. q. 2. Catechismus Pij V. ad illa verba Dominice orationis, *Et ne nos inducas, s. dicimur auctorem induci.* Abulens. in Iosue, cap. 11. q. 79. post med.

23. Ratio prædicti dogmatis, & 5. conclus. supponit, de potentia absoluta Deum potuisse, nullo præcedente demerito, nec culpa, hominem ita destituere, ut obduratus esset & excæcatus: quoniam est absolutus Dominus suorum auxiliorum, & cuiuslibet creaturæ, quam posset in æternum cruciare, nulla præcedente culpa, ut vidimus disp. 14. sect. 1.

24. Quo supposito, ratio tota consistit in meliori modo gubernandi, qui magis decet supremum iudicem, & conuenientior est ad imponenda præcepta virtutum, & continendos homines in eorum obsequantia. Hinc enim expeditissima fuerunt leges à Deo constitutæ, iuxta quas omnibus, etiam peccatoribus, offeruntur auxilia sufficientia, sed iustis & in Dei amicitia permanentibus abundantiora, quam peccatoribus. Ideo non obduratur, nisi qui propter peccatum, in quo manet, est obduracione dignus. Ideo quod August. & alij alij Patres aliquando dicunt, quod esset iniustus, si Deus, nullo supposito demerito, destitueret hominem, aut excæcaret, intelligendum est, suppositis legi-

23. Potuit homo sine eius culpa obdurari.

24. Quinque conclusiois ratio.

bus statutis, ac præcipue supposito contractu Redemptionis, inito cum Christo Domino.

Obiicies primò Paul. ad Rom. 9. dicentem: *Cui vult, miseretur, & quem vult, indurat.* ergo induratio non supponit demerita peccatorum. Respondetur negando consequentiam. Sed tantum infertur, omnes homines esse peccatores, & ex iis, qui æqualiter digni sunt obduracione, Deum, cuius vult, misereri, & quem vult, indurare. Vnde August. de bon. persec. c. 11. parum à princ. ait: *Quem vult, indurat, eius quidem præcedentibus meritis, sed cum eo, cuius miseretur, plerumque communibus.* Quibus similia vidimus nuper ex lib. de grat. & lib. arb. c. 23. atque idem colligitur ex contextu Apostoli, ut obleruat S. Thomas in comment. Si in istes, ibi à Paulo reiici causâ odij & obduracionis ex præiustis meritis, aut demeritis, ut diximus supra sect. 2. concl. 2. Respondet, reiici demerita personalia, sed non demerita originalia, ut statim dicemus.

Obiicies secundò, quia plerique barbarorum filij, cum primò perueniunt ad usum rationis, antequam personalia peccata committant, obdurati sunt: ergo demeritum non præcedit obduracionem. Antecedens probatur, quoniam illi pueri magis destituti sunt auxilijs, & opportunitatibus salutis, quam perditissimi Christianorum.

Respondetur, illos pueros potuisse obdurari, & excæcari ob demeritum solius peccati originalis. Vnde August. epist. 105. *Querimus, inquit, meritum obduracionis, & inuenimus: merito namq. peccati vniuersa massa damnata est.* Idem docet August. gl. ad Rom. 9. quam sequitur Alex. 1. p. q. 29. si vbi rectè aduertit hanc esse generalem, & minus propriam obduracionem, & excæcationem. Nam hæc nomina sumpta secundum magis acceptum usum Scripture, & Patrum, referuntur ad pertinaciam in præcedente peccato personali, & resistentiam comparatione auxiliorum, quæ ex se erant valde fortia ad conuersionem, ut statim dicemus. Confirmatur solutio, quia peccatum originale esse sufficiens impedimentum auxiliantis gratiæ, docet D. Thom. 3. contr. gent. c. 161. & 2. 2. q. 2. art. 5. in solut. 1. arg. & 1. 2. q. 98. art. 4. ad 2. quem refert, & sequitur Ruard. art. 7. contr. Lutherum, prope med. pag. 239.

Obiicies tertio, nam & iusti obdurantur, & non propter præcedentia peccata: ergo obduracione non semper est in pœnam peccatorum. Antecedens probatur, quoniam reprobi aliquando sunt in gratia, & tamen illis infallibile est peccaturos esse mortaliter, suppositis circumstantijs, & auxilijs, in quibus sunt: ergo illi, qui sunt in gratia, aliquando sunt obdurati.

Respondetur, negando consequentiam postremam, quia nec omnes, qui mortaliter peccant, sunt obdurati, nec omnes, quibus longo tempore est infallibile peccatum mortale, sunt obdurati, sed illi proprie sunt obdurati, qui tenaciter adherentes priori electioni malæ, resistent singularibus quibusdam auxilijs externis Dei pulsantibus, & percutientibus, ut Pharaon. Sic etiâ excæcatio dicitur comparatione singularis externæ lucis, secundum illud Isaia 42. *Quis cæcus, nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quem Prophebas meos misi? Quapropter de eodem populo dicitur Ioan. 12. Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant, quia dixit Isaia: Exæca cor populi huius, & aures eius auerit. Ezech. 3. Omnis domus Israël avertit a fronte est, & duro corde, quia videlicet Prophetam audire nolebant, quem Ethnici audirent, & barbari, ut optime ponderat Gregor. in Ezech. homil. 10. inter princ. & med. & lib. 26. moral.*

25.

26.

27.

28.

Qui obdurantur.

moral. cap. 15. aliàs 22. & 23. & lib. 34. cap. 6. Bernard. lib. 1. de confid. prope initium, quem sequitur Bonauent. in Pharetra lib. 3. cap. 13. *Quilibet autem reprobus existens in peccato nunquam remittendo, dicitur induratus generali vocis acceptance, qua vsus est Apostolus Rom. 9.*

In his omnibus supponimus, Deum non esse authorem excæcationis, & indurationis, causans illam directè, aut per se, aut propriè; sed tantum per accidens permittendo indurationem, & excæcationem: de quo diximus 1. 2. q. 79. art. 3. & tom. de voluntate Dei, disp. 42. dicemus etiam aliquid disp. 16. sect. 1. 2. & 3.

29. Deus permittit, non directè causat excæcationem.

SECTIO IV.

Appendix, utrum paruuli reprobentur ante præmissam negationem Baptismi, & mortem.

1. Hic colligenda sunt omnia, quæ pertinent ad reprobationem infantium, notando, quæ, quibus in locis iam fuerint disputata.

Primò quidem, si loquamur de reprobatione sub ea præcisâ consideratione, quatenus paruulis negata est gratia, & originalis iustitia in primo instanti conceptionis, euidens est, nihil fuisse causam reprobationis istius, nisi peccatum primæ parentis, addita diuina voluntate libera, quæ cum potuisset infantem sanctificare in primo instanti, ne contraheret originale peccatum, noluit tamen sanctificare.

Secundò restat inuestiganda ratio, propter quâ Deus eisdem infantibus non voluit gratiam conferre in reliquo tempore vitæ: ac proinde neque voluit gloriam illis conferre. Semipelagiani dicebant, rationem huius reprobationis fuisse mala opera, quæ paruuli facturi erant, si peruenirent ad rationis usum, quem errorem satis impugnamus supra disp. 5. sect. 6.

Tertio Prosper 2. lib. de vocat. gent. c. 8. causam reprobationis infantium reducit ad parentum demerita, sic tamen, ut illa sit sufficiens ratio, propter quam omnes reprobari possent, ac proinde non sit ratio, propter quam vnus potius, quam alter, reprobus fuerit. Quin potius non raro eliguntur infantes eorum parentum, qui grauioribus sceleribus tenentur: alij reprobandur filij parentum minus sceleratorum. Illud tamen obseruandum est, quando negatur prædestinatio paruulis ob demerita parentum, non inferri hoc ut pœnam paruulo pro peccato parentum: infertur autem ut pœna parentibus pro suo peccato, & infertur paruulo ut pœna proprii peccati originalis, iuxta ea, quæ diximus tract. de origin. peccato, sect. 3. dub. 1. versus finem, qua ratione puniantur filij pro peccatis parentum.

Quartò obseruandum est, quamuis concedamus scelera parentum à Deo sumi pro motiuo negandi paruulo Baptismum, non protinus colligi, scelera illa esse priora reprobatione paruuli. Nam permisso illorum potuit esse effectus reprobationis paruuli, ita ut Deus volens prædestinationem filio negare, voluerit permittere scelera parentum, ob quæ digni essent puniri reprobatione filiorum. Sed ita esse de facto constitutum nullo solido fundamento probatur. Videtur autem minus congruere ordini diuinæ intentionis circa puniendâ peccata: de quo dicemus disp. 16. sect. 6.

Quintò, originale peccatum esse infantibus

Originalis peccati causa negandi gratiam, & originale iustitiam.

Semipelagianorum error.

Eorum reprobationis causa parentum demerita secundum Prosper.

Qui obdurantur.

5.

causam communem reprobationis, ob quam reprobari potuissent etiam illi, qui prædestinati sunt, probatum est iam disp. 14. sect. 3. & 4.

Restat igitur inquirenda causa discriminis, ob quam ex duobus infantibus damnatione dignis propter originale crimen vnus reprobetur potius, quam alter.

Sit igitur conclusio. In reprobatione paruulorum nulla datur causa discriminis, neque ex parte paruuli, neque ex parte parentum, aut cuiuscumque naturalis, aut libera, quæ impediatur, vel inueniat vitam, aut mortem, aut illius Baptismum; sed sola diuina voluntas pro sua libertate causat discrimen paruuli reprobatum à prædestinato: eademque causat media, sine naturalia, siue libera, quæ ad hunc finem conducunt. Hanc sententiam tenent omnes Doctores, qui sect. 1. opin. 2. & 4. generaliter non solum paruulis, sed etiam adultis negant discriminis causam ex parte illorum: quin potius August. & reliqui Doctores huius sententiæ à paruulis argumentum accipiunt, quoniam in reprobatione paruulorum manifestus est, nullam ex parte hominum esse rationem discriminis: vnde colligunt, negatiuam reprobationem adultorum fieri sine ratione discriminis ex parte hominum; quod ex multis locis Augustini, Prosperii, & Fulgentij retulimus disp. 12. sect. 2.

Ad hanc conclusionem probandam accommodari possunt argumenta, quæ supra sect. 2. concl. 1. probant in reprobatione adultorum nullam esse rationem discriminis, & illud præcipue; quia si daretur ratio discriminis ad reprobationem, daretur etiam ad prædestinationem. Quare pro hac conclusione militant omnia argumenta, quæ supra disp. 12. sect. 1. & 2. probant nullam esse rationem prædestinationis ex parte prædestinati. Præsertim verò notanda est ratio 6. & 7. quarum summa hæc est: Deus quorundam parentum voluntates efficaciter excitat, & allicit, ut permittant filios baptizari; alios parentes permittit retinere, vel negligere filiorum salutem: huius autem discriminis nulla potest esse ratio ex parte hominum. Neque solum parentum, sed etiam aliorum hominum voluntates Deus dirigit, ut inueniat quocumque modo, vel impediatur Baptismum infantum.

Præterea causarum naturalium ordinem Deus per liberas causas suauiter gubernat, ita, ut pater ante generationem, & mater ante natiuitatem, nutrix, famuli, medici, amici, & inimici seruiant diuinæ voluntati, qua quosdam infantes ante natiuitatem perire vult, alios ante usum rationis, cum posset suauiter illorum morbos, & occasiones mortis impedire, inspirando parentibus, nutricibus, & ministris varia consilia circa cibos, exercitia, vitæ pericula, & medicinas adhibendas. Huius verò discriminis, quo Deus quorundam infantium vitæ prospicit vsque ad Baptismum, alios autem obire vult, nulla potest assignari ratio præter diuinam voluntatem.

Confirmatur primò, quibusdam enim infantibus est absolute impossibilis Baptismus ex suppositione impedimentorum, veluti mortis ante natiuitatem, ignorantia Baptismi, vel naturalis aquæ defectus, quando mors imminet. Quod autem Deus non remouerit hæc impedimenta quibusdam infantibus, licet alijs ea remoueat, nulla potest assignari ratio, nisi diuina voluntas, ut ex August. Prosper. & Fulgent. dicemus tractantes de generalitate sufficientis auxilij, disp. 49.

Confirmatur secundò, quia reprobationem

6. Nulla in paruulorum reprobatione causa discriminis.

7.

8. Deus per liberas causas suauiter ordinem causarum naturalium gubernat.

9.



Statuor rationes facilius negandi predestinationem paruulorum.

paruulorum constitui ante prauisum concursum cuiuscumque causae naturalis, aut liberae, multo facilius est, quam reprobationem adultorum ita constitui, propter quatuor rationes.

Prima, quoniam ex probatione paruulorum non sequitur amissio alicuius boni naturalis, neque poena sensus; sed solum amittuntur bona gratuita, quae potest Deus cuiuscumque uoluerit, negare, videlicet iustificatio, & glorificatio.

10. Secunda ratio, quia cum infantes gratia & gloria sibi in Adamo collata, in eodem amiserint originali peccato, digni sunt carere gratia & gloria, quoad in Adamo manent, nondum renati per Christum.

Tertia, quoniam paruuli salutem obtinere non poterant, nisi alieno merito, scilicet Christi Domini, & aliena voluntate baptizantis. Quare manifestius est aliena voluntate solius Dei posse illis negare applicationem huius beneficii. Adulti autem propria voluntate cum auxilio supernaturali possunt applicare sibi merita Christi Domini.

Quarta ratio, quae inde sequitur, quia nihil opus est, infantium voluntates flectere circa liberas actiones, aut permissiones earundem actionum praedestinare; sicut opus est in reprobatione adultorum.

11. Obiectio.

Contra praecedentem conclusionem obiiciuntur argumenta similia his, quae generaliter concludunt praedestinationem non fuisse constitutam, nisi prauis operibus, quibus satisfecimus disp. 12. vel contendunt, reprobationem non fuisse factam ante prauisam mortem reprobati in peccato, quibus satisfaciemus in seq. sect. & disp.

Quorundam opinio.

Notanda demum occurrit opinio quorundam asserens, eos paruulos, quibus humana diligentia non potuit adhibere Baptismum, neque impedire mortem, reprobati ante prauisum peccatum originarium illis inherens, propter peccatum primi parentis, quod est originale originans. Sed disp. 14. sect. 4. vniuersaliter probatum est, originale originans se solo & immediate nulli esse causam reprobationis, nisi remore in quantum causat, & constituit in ratione culpae originale originarium, singulis infantibus inherens.

SECTIO V.

Utrum reprobationis aequè ac praedestinationis nulla sit causa ex parte hominum.

1. Haec quaestio quantum ad difficultatem, & quantum ad solutionem vix differt ab altera, videlicet Deus sit causa totius reprobationis, sicut est causa totius praedestinationis. In qua

Dico primum. Nullam supponere causam, & rationem ex parte nostra, propriam & vniuersaliter conuenientem praedestinationi; sed minus propriam, & minus vniuersaliter conuenientem reprobationi. Probatur multiplici discrimine reprobationis à praedestinatione. Quod ad praesens attinet,

Multiplex reprobationis à praedestinatione discrimen.

Primum discrimen est, quia praedestinationis ex parte hominum nulla est causa, neque communis, neque causa discriminis; & contra reprobationis negatiuae datur causa communis, scilicet peccatum originarium, & non peccatum personale: reprobationis autem positivae datur causa, tam peccatum originarium, quam peccata personalia. Quapropter ex eo solum verificatur, nullam esse causam reprobationis ex parte nostra, quoniam reprobationis negatiuae nulla est causa discriminis: & hic est epilogus omnium, quae probata sunt tota disp. 14. & 15.

Secundum, praecipuumque discrimen praedestinationis à reprobatione consistit in eo, quod praedestinatio causat omnia merita praemij, & praedestinationis, sed reprobatio non causat, neque; causare potest merita reprobationis; quin potius aliquo modo causetur ab illis. Cum igitur merita reprobationis à solo homine causetur, fit, ut ex parte hominum aliquo modo existat reprobationis causa; quo modo non existit causa praedestinationis. Hoc discrimen reprobationis à praedestinatione notat Magister 2. dist. 40. c. vlt. & communiter Doctores in eadem dist. 40. & 41. Alber. 1. p. q. 66. memb. 1. Alexand. 1. p. q. 39. memb. 2. Caiet. q. 23. art. 5. ad 4. Henric. Ferrar. 3. cont. gent. c. 161. §. pro solutione. Hoc secundum discrimen est, quod potissimum intendunt Patres, qui seq. disp. 16. sect. 1. & 4. dicunt, impios non esse praedestinos ad culpam, sed in illa praescitos; poenam vero illorum esse praedestinatam, aut praeparatam.

2. Reprobatio ipsius merita non causat.

Ut clarius constet quanto minus ex parte hominum ad praedestinationem conferri, quam ad reprobationem, notandum est, tanto minus nos circa praedestinationem posse nobis tribuere, quanto plus tribuendum est Deo ut auctori. In praedestinatione autem, quamuis ad actiones meritorias debeat homo effectiue concurrere suo intellectu, & voluntate libera: nihilominus Deus est causa principalis actionis meritoriae, & praemij, & causae, ut nos cognoscamus, & velimus liberè cum illo concurrere. Quare tota praedestinatio vltimò reducitur in Deum, quatenus illud exiguum, quod à nobis liberè praestatur ad praedestinationem, illud etiam nobis à Deo donatur. Reprobatio vero neque totaliter, neque partialiter sibi vendicat merita reprobationis, scilicet peccata, sed illorum, in quantum peccata sunt, vnica est causa liberum arbitrium creatum.

3.

Tertium discrimen, quod ex praeced. nascitur. Praedestinatio ipsa sibi conficit rationem iustitiae, & consonantiam cum ratione: sed reprobatio non potest efficere rationem & causam, quae requiritur, ut reprobatio sit iusta, & rationi consentanea. Id quod in reprobatione punitiva manifestum est, quoniam sine peccato non potest esse iusta puniendi voluntas, supra sect. 3. In reprobatione autem negatiua, supposito ordine prouidentiae diuinae, qui modò est, probatur; nam supposito pacto prius inito cum Adamo, & postea cum Christo D. iniustum esset, & contra pactum, aliquem hominem excludere à regno caelesti, nisi vel propter peccatum Adami, vel propter peccatum personale.

4. Praedestinatio sibi conficit rationem discriminis.

Quartum discrimen, ex superioribus proueniens. Praedestinatio tota est ex voluntate Dei, quantum ad merita, & quantum ad retributionem; sed reprobatio tolerat aliquid contra reprobantis voluntatem, videlicet peccata. Haec contrarietas respectu diuinae voluntatis notatur ad Rom. 9. dñm dicitur: *Sustinuit in multa patientia iram vestram apta in interitum*. Patientia namque opus non est, nisi ad ea, quae contra nostram voluntatem fiunt. Vnde rectè Chryl. serm. 16. ad Rom. 9. & OE cum ibi colligunt reprobos ex se, & contra Dei voluntatem aptos esse, ac praeparatos ad interitum.

5. Tota ex voluntate Dei.

Quintum discrimen versatur circa intentionem retributionis. Quod indicare volens Christus Dominus Matth. 25. magna verborum variatione loquitur de praemio atque de poena. Nam de praemio: *Venite, inquit, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*. Sed de poena: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui para-*

6. Diuisus circa intentionem retribuendi.

tus est diabolo, & angelis eius. Quod Chryl. homil. 80. multo propius ad med. quam ad princip. ita ponderat, *illis autem: Ite, dicit, maledicti, non quidem à Patre; non enim ipse, sed opera eius propria maledixerunt. In ignem aeternum, non vobis, sed diabolo, & angelis eius praeparatum. Ita quando de regno quidem dicebat: Praeparatum vobis ante constitutionem mundi, subiicit. De igne vero non sic, sed diabolo ait esse praeparatum. Nam ego regnum vobis, ignem autem non vobis, sed diabolo, & angelis eius praeparavi, in quem quoniam vos sponte inieistis, vobis ipsis id reputate.*

7. Idem prior obseruauerat Origenes tract. 34. in Marth. à med. dicens: *Considera, quoniam regnum quidem non Angelis praeparatum dicit; ignem autem aeternum diabolo, & angelis eius: quia quantum ad se, homines non ad perditionem creantur, peccantes autem coniungunt se diabolo*. Eodem modo ratiocinantur Theophylact. & Euthym. ad eum locum.

8. Eadem ratione regnum à constitutione mundi paratum esse dixit, sed ignem non dixit paratum à constitutione mundi, quoniam poenam non decreuit inferre, quousque prauidisset futurum peccatum, sed praemium praebere decreuit, antequam prouideret merita, propter eum finem constituens mundum. Mirabili quoque formalitate, seu proprietate sermonis, ait, praeparatum esse diabolo, & angelis eius, ut illis etiam non fuerit praeparatum supplicium, quousque deserint esse Angeli Dei, & aduersantes Deo facti fuerint diaboli, & angeli eius. Denique quamuis Deus auctor sit poenae, & illam velit, sicut auctor est praemij, & vult praemium; nihilominus praemium à se ipso vult, nulla nostra actione prius compulsus, aut inuitatus; sed poenam Deus non vult à se ipso, nisi irritatus, & quasi compulsus nostris demeritis, infra disp. 16. sect. 6. Ideo plus aliquid habent homines in causando praecipuo effectu reprobationis, quam in causando praecipuo effectu praedestinationis.

9. Dico secundò. Quamuis in aliquo sensu verum sit, Deum esse causam totius reprobationis; nihilominus absolutè dicendum est, Deum non esse causam totius reprobationis, & multo minus esse causam totalem reprobationis. In primis enim Deum non esse causam totalem reprobationis manifestius est, quia totalis causa excludit consortium alterius causae: at verò probatum est nuper, reprobationis causam existere ex parte hominum, & non ex parte solius Dei. Confirmatur, quoniam in aliquo sensu dici posset, Deum esse causam totalem praedestinationis, eo quod illa etiam casualitas, quam praestat voluntas creata, reducitur in Deum ut in auctorem; sed hoc modo non potest dici causa totalis reprobationis.

10. Deinde si nomine reprobationis intelligamus ea solum, quae à Deo causantur, videlicet permissionem peccatorum, destitutionem auxiliorum, & damnationem, omnia haec causat reprobatio: & in hoc sensu dici posset, Deum esse causam totius reprobationis. Sed quoniam plerique Theologorum nomine reprobationis intelligunt non solum effectus illius, sed etiam obiecta quaecumque, ac demerita, circa quae versatur reprobatio, ideo distinguenda erit propositio, vel absolutè dicendum erit, Deum non esse causam totius reprobationis, quo magis distemus à haereticis, qui Deum faciunt auctorem peccati. Quapropter cautius in reprobatione, quam in praedestinatione loquendum esse de hoc articulo, prudenter monet Caiet. q. 23. art. 5. ad 4. arg. Henrici.

Deus non est totius reprobationis causa.

Quo sensu sit Deus reprobationis causa.

Ex his soluitur argumentum Ioannis à Bona, qui in tract. de praedest. p. 2. oppugnat sententiam, sect. 2. explicatam, de reprobatione ante prauis peccata, quoniam ex illa sequitur, reprobum se posse apud Deum excusare, quamuis non possit illum accusare. Quam illationem probat, quia vas factum in contumeliam, licet non possit accusare figulum, nec iuste de illo conqueri, quod ei turpem formam dedisset ad ignominiosos vsus; nihilominus meritò se possit apud figulum excusare, si de sua ignominia & turpitudine reprehenderet illud: ergo similiter reprobis. Respondetur, consequentiam esse nullam: quamuis enim Deus reprobet negando praedestinationem ante prauis opera; nihilominus non Deus, sed homo sua culpa auctor est omnium peccatorum, quibus fit vas in contumeliam, & ignominia dignum. Quem verò sensum reddat hic modus loquendi, Deus facit vasa in contumeliam, & vasa irae, ex August. & aliis Patrib. explicauimus disp. 8. sect. 4. ad 1.

11. Obiectio soluitur.

SECTIO VI.

De odio, induratione, aliisque proprietatibus reprobationis argumenta soluantur.

1. Contra reprobationem ante prauis opera constitutam plurima sunt argumenta in hac, & seq. sect. referenda: ea tamen pauca sunt comparatione omnium, quae contra reprobationem eandem constitutam ante prauis opera diximus supra, vel dicenda sunt infra. Nam primò argumenta ex autoritate Scripturae soluta sunt disp. 9. sect. 2. & seq. Argumenta ex August. soluta sunt disp. 10. sect. 3. 4. & 5. Argumenta ex aliis Patrib. Ecclesiae soluta sunt disput. 11. & in hac disp. 11. sect. 2. Argumenta aliqua ex ratione soluta sunt disp. 12. sect. 3. & seq. Multa praeterea soluta sunt obiter sectionibus praecedentibus, & tota disp. 14. Difficiliora argumenta soluenda erunt in quatuor disputationibus proximè seqq. Praeterea argumenta, quae ad scientiam Dei, certitudinem reprobationis, & libertatem hominis pertinent, de quibus in propria disputatione dicendum est.

1.

2. Nunc igitur primum argumentum sit. Reprobare idem est, quod indurare; sed Deus non indurat, nisi in poenam peccatorum: ergo non reprobat, nisi in poenam peccatorum, ac proinde supponuntur peccata ut causa reprobationis. Maior probatur Rom. 9. *Cui vult, miseretur, & quem vult, indurat*. Vbi *misereri* idem est quod *praedestinare*, ex mente Augustini, & sequacium: ergo *indurare*, quod illi opponitur, erit idem, quod *reprobare*. Minor verò probata est in sect. 3.

2.

3. Respondetur primò. Induratio non est idem, quod reprobatio; sed est secundus effectus reprobationis, post permissionem peccati. Huius autem effectus Paulus meminit potius, quam aliorum, ut ostendat, non solum nullis praecedentibus meritis bonis, sed etiam praecedentibus meritis malis, Deum, cuius vult, misereri, & quem vult, indurare, ut Pharaonem. Quapropter verbum *misereri*, hoc loco si adaequatè & directè opponitur verbo *indurare*, debet significare collationem gratiae iustificantis peccatorem, & non potest significare totam praedestinationem: si autem verbum *misereri*, accipiatur pro tota praedestinatione, illi opponitur inadaequatè & indirectè verbum *indurare*.

3. Induratio reprobationis secundus effectus.

re, quasi vnus effectus reprobationis, qui infert necessarium negationem prædestinationis.

4. Responderetur secundò. Fortè vox *indurare*, vniuersalius ibi accipitur à Paulo, vt significet quamcumque negationem auxiliij congruentis, & permissionem peccati, etiam eam, quæ reperiri potest in homine iustificato. Tunc autem *indurare* erit idem, quod reprobare, & non supponet culpam præuisam, nisi originalem, propter quam vt propter causam remotam, & per accidens, reprobentur illi, quibus remittitur originale peccatum, supra disp. 14. sect. 6. & seqq. Cæterum obduratio propriè & in rigore aliud significat, vt vidimus sect. 3.

5. Secundum argumentum ex eod. c. 9. ad Rom. Reprobare est sustinere in multa patientia vasa iræ apta in interitum; sed hoc supponit esse præuisas iniurias, inferendas ab iis, qui patienter sustinentur, ac supponit, vasa iam esse apta in interitum, & digna iræ: ergo reprobatio supponit præuisa peccata.

Responderetur negando antecedens; quinimò sustinere in multa patientia est effectus secundus reprobationis, supponens priorem aliū effectum, qui est permissio peccatorum: ac proinde non est idem, quod reprobare, nisi nomine reprobationis intelligas solam voluntatem puniendi; hæc enim reprobatio supponit præcognita peccata.

6. Tertium argumentum ex eod. c. 9. fin. vbi causa reprobandi Synagogam assignatur esse illius perfidia, & superba præsumptio de operibus legis, quod Paulus his verbis testatur Rom. 9. *Israel autem sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.* & Rom. 11. *Propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fidei stas: noli altum sapere; sed time.*

Responderetur. His, & similib. locis nõ redditur causa negandi prædestinationem, aut negandi auxilia congruentia ad credendū; sed redditur causa, propter quam ille populus punitur obsecratione, induratione, & carentia gratiæ iustificantis. Huius namque supplicij causa est incredulitas, & superbia præcognita. Sed ante hæc omnia præcessit voluntas efficax negandi prædestinationem, & permittendi superbiam, & incredulitatem.

7. Quartum argumentum. Reprobare est odio habere; sed Deus neminẽ odio habet, nisi propter peccata: ergo neminem reprobat, nisi propter peccata, ac proinde peccata præcognita erunt causa reprobationis. Maior constat ex c. 9. ad Rom. vt explicatum est in disp. 8. sect. 2. & 3. Minor probatur primò autoritate August. epist. 105. ad Sixtũ ferè inter med. & fin. dicens: *Quid oderit in Esau, antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum. Nec in isto odisset naturam, quam bonam ipse fecerat.* & lib. 1. ad Simplic. q. 2. propius ad med. quàm ad fin. ex eodem fundamento concludit: *Nec odit in homine, nisi peccatum.* & post pauca: *Non igitur odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem.* Eandem sententiam tradit tract. 110. in Ioan. inter med. & fin. & serm. 54. de verb. Dom. à med. & manifestè sumitur ex Sap. 11. *Diligis omnia, que sunt, & nihil odisti eorum, que fecisti.* Multæ præterea sunt rationes, ob quas rationalem creaturam ad imaginem Dei factam Creator ipse diligat; nulla verò est ratio odij, nisi peccatum.

8. Responderetur distinguendo maiorẽ, & minorem argumenti principalis, secundum triplicem acceptionem odij, ideòq; tribus assertionib. opus erit. Dico igitur primò. Reprobare negatiuè (prout

est præcisa voluntas non prædestinandi) est odio habere, non quidem odio propriè dicto, sed metaphoricè, prout excludit maiorem amorem, quamuis non excludit totaliter amorẽ: vt Luc. 14. *Qui non odit patrem, & matrem, in super & animam suam, &c.* Ioan. 12. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Odium ita sumptũ de facto, ac de potentia ordinaria non est in voluntate diuina, nisi propter culpam originalem: siue illa remittenda fuerit, siue non remittenda; sicut ostendimus disp. 14. sect. 6. concl. 2. Hoc odio dicitur Deus odisse quos reprobat, quia non vult illis efficaciter gloriã, sed sola voluntate antecedenti, vt rectè S. Th. in præsent. q. 23. art. 3. ad 1.

Dico secundò. Positiuè reprobare est odio habere, volendo alicui personæ malũ æternæ pœnæ. Sed huiusmodi reprobatio & odium Deo non est possibile, nisi propter præcognitam culpam, nunquam remittendam, siue culpã originalem quantũ ad pœnam damni, siue personalem culpam, quantum ad pœnam sensus, vt constat ex dictis sect. 3.

Dico tertio. Quodcũque reprobare, tam positiuè, quàm negatiuè sumptũ, non est odio habere propriè, sed metaphoricè; sicut dicitur Deus irasci; quoniam vult, & infert reprobo malum æternæ damnationis: sicut solent qui prosequuntur odio, suis inimicis malum velle, & inferre.

Probatur, quia licet odiũ peccati propriè conueniat Deo, sicut probatum fuit tom. de volunt. Dei disp. 54. sect. 1. & 2. nihilominus odium personæ propriè dictum, diuinæ bonitati repugnat, ideòque non nisi metaphoricè conuenit. Cũ igitur reprobatio, quam tractamus, personam respiciat, sicut & prædestinatio, non potest hæc reprobatio continere odium propriè dictum.

Ita Hieronym. in id Malach. 1. *Esau odio habui.* Ambros. de Noè & arca, c. 4. Damascen. lib. 1. fidei c. 14. ad fin. Anselm. in Elucidar. propius ad med. quàm ad princ. S. Thom. lib. 1. contra gent. c. 96. à med. & author opusculi de prædest. quod tribuitur S. Thom. c. 7. Ferrar. 1. contr. gent. cit. Capreol. 1. dist. 45. art. 1. concl. 8. Henric. in sum. art. 46. q. 3. Durand. lib. 4. sent. dist. 17. q. 7. u. 10. & non pauci recentiores; quamuis ex his authoribus aliqui nimium excedant etiam peccatorum odium negantes Deo propriè conuenire. Aureolũ consultò prætermitto, qui ceteros superat improbabilitate.

Explicatur magis, & confirmatur, Deum non odisse reprobos, primò quidem distinguendo duplicem eorum statum viæ, atque termini. Nam quãdiu præciti permanent in statu viatorũ, Deus illis vult, & cõfert multa bona temporalia, & spiritalia, & quandoque diligit vt amicos, & verè iustificatos. Semper autem Deus, quantũ ex se est, vult, & procurat, vt æternam felicitatem consequantur; & ipsum odisse culpas eorum, est amor personarum, sicut odisse febrim, aut mortem filij, est verissimus illius amor. Porro quãdo iam sunt in statu damnationis, quãuis Deus velit, & inferat malũ æternæ pœnæ; nihilominus propriè non eos odio prosequitur: quoniam illud malũ non vult, quia malũ est illis personis; sed ratio volendi est, nam æterna pœna est bonum, non modò iustitiæ, & communitatis vniuersi, sed etiam est bonum earundem personarũ, ex suppositione finalis impenitentię. Bonum est enim eis reduci ad ordinẽ iustitiæ modo possibili in eo statu, & eorũ pœnam & tristitiam efficere consonantiã, & harmoniam cum tota gubernatione vniuersi, & cum eius auctore. Huc pertinet quod Augustin. ait lib. 1. ad Simplic.

Reprobare negatiuè odio habere metaphoricè.

9. Reprobare positiuè odio habere.

10. Quãuis reprobatio improprie odij.

11.

12. Nõ odit Deus reprobos.

Simplic. quæst. 2. propius ad med. quàm ad fin. *Non itaque odit Deus, nec in quantum homines sunt, nec in quantum vasa sunt, id est, nec quod in eis fecit creando, nec quod in eis fecit ordinando.* loquitur autem de vasis iræ.

13. Confirmatur secundò, quia puniri non est malum, sed dignum esse supplicio, vt docet Dionys. de diu. nom. c. 4. p. 4. fufius autem Damascen. dialog. contra Manichæos longè post med. recipiuntque communiter Theologi. Sed Deus reprobis non vult malum, neque causat illos esse dignos supplicio; sed tantum causat, & vult eos puniri: ergo non vult, & neque causat illis malum, sed bonum.

Confirmatur tertio testimoniis August. productis in arg. 4. quibus docet, Deum non odisse hominem, sed peccatorem, in quantum peccator est, volendo, vt non sit peccator, quod ipsum est personam amore solidissimo prosequi, vt ostendit August. Psal. 103. ab illo vers. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur;* præsertim ad vlt. vers. *Et iniqui, ita vt non sint,* videlicet non sint iniqui. Hoc autem amoris genus quatum ad simplicem complacentiam Deus retinet etiam circa damnatos. Placet enim Deo virtus, & sanctitas, & felicitas, quam poruissent habere: displicet autem vehementer quòd ea felicitate & sanctitate careat. Sed de hoc fufius tom. de volunt. Dei disp. 54. sect. 3.

14. Obiciet aliquis fortasse quod Scholastici monent, de non electis simpliciter esse concedendum, quòd odio habuit, id est, reprobauit. Sic loquitur Magister lib. 3. sent. dist. 32. c. vlt. vbi Bonavent. dubio lit. 3. & art. vnic. q. 2. sine. Ricard. art. 1. q. 1. Argentina q. vnic. art. 4. ante med. Cæteri verò Scholastici tacendo consentire videntur. Nihilominus inde non sequitur, non esse metaphoricum, sed propriè dictum esse odium Dei aduersus reprobos: nam simpliciter concedendæ sunt multæ locutiones metaphoricæ; sicut concedimus simpliciter, Deum irasci contra peccatores, & Deum iurasse, promittendo Abrahamo, & Dauidi.

15. Quintum argumentum. Reprobare est respuere aliquem, tanquam indignum; ergo supponitur eius indignitas præcognita: supponitur ergo culpa.

Confirmatur primò, nam reprobatio opponitur approbationi, & electioni; sed approbatio, & electio supponit præcognitam bonitatem, ac dignitatem personæ: ergo reprobatio supponit personæ malitiam præcognitam.

Confirmatur secundò, quia reprobatio habet rationem pœnæ illatæ pro culpa.

Confirmatur tertio, quoniam vt durum & à ratione alienum sese auribus statim offert, voluntatem permittendi peccata præciti appellare reprobationem.

Confirmatur quartò, nam in sacra Scriptura semper reprobatio accipitur pro refutatione rei prius secundum se indignæ, vt ad Hebr. 6. *Terra proferens spinas reprobata est.* & 1. Corinth. 9. *Castigo corpus meum, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* & Ecclef. 9. *Speciem mulieris multi admirati reprobi facti sunt.* & 2. ad Timoth. 3. *Reprobi circa fidem.*

16. Ad principale argumentum respondeo, distinguendo antecedens. Nam *reprobare* puniendo est respuere aliquem tanquam indignum; & hæc reprobatio supponit peccata præcognita; sed reprobare negando prædestinationem, non est respuere tanquam indignum; sed velle permittere, vt fiat indignus gloria, & dignus pœna, vt constat

ex D. Thoma hic art. 3. corp. & ad 1. Igitur reprobatio hoc modo sumpta non supponit præcognitam, nisi tantum originalem culpam, siue ea remittenda fuerit, siue non remittenda.

Ad primam confirmationem responderetur. In Deo reperitur approbatio, & electio aliter, quàm in hominibus. Solus enim Deus est, qui per suam electionem, & approbationem tribuit merita personæ approbatæ, & electæ, vt vidimus disput. 12. sect. 9. sine. Eadem igitur ratione reprobatio in Deo aliter reperietur, quàm in hominibus: & significabit voluntatem non conferendi merita per electionem, & approbationem, sed voluntatem permittendi demerita.

Ad secundam confirmationem responderetur. Reprobatio in iis præsertim hominibus, quibus remissum est originale peccatum, non habet propriè rationem pœnæ, sed quodam modo, supra disp. 14. sect. 7. & 8.

Ad tertiam confirmationem responderetur, non esse durum, & à ratione alienum, si vox, *reprobare*, intelligatur, vt à grauissimis Theologorum intelligitur, & supra explicata est.

Ad quartam confirmationem responderetur, illa testimonia Scripturæ sacræ non significare æternam reprobationem Dei, sed significant impietatem, & malitiam, ob quã secundum præsentem iustitiam digni sumus reprobatione. Quapropter illa testimonia communia sunt prædestinatis, & reprobis, iuxta ea, quæ diximus disp. 2. sect. 1.

SECTIO VII.

Quæ prouidentia suauitatem oppugnare videntur argumenta soluntur.

17. IN prouidentia circa reprobos duplex suauitas considerari potest: altera, quæ contraria est crudelitati, & inclementiæ, de qua parum agemus in præsentibus; plura verò seq. disp. 16. & tribus seqq. Altera suauitas est contraria minus ordinatæ gubernationi, quæ proprium & connaturalem causarum ordinem inuertit, & vim affert propensionibus rerum. De hac igitur suauitate potissimum agunt aliqua sequentium argumentorum.

Primum, quia si Deus ante præuisa opera reprobat, videtur auferre libertatem arbitrij creati. Sed huic ex professò satisfiet infra disp. 55.

2. Secundum argumentum, quoniam reprobatio constituta prius ratione, quàm Deus peccata preuiderit, continet modum prouidendi, qui repugnare videtur diuinæ suauitati, clementiæ, & maiestati. Nam in illo tria potissimum notantur inconuenientia.

Primum, quòd Deus peculiari studio curet, huius hominis vitam producere, idque procuret eo fine, vt ei denegat prædestinationem, ac permittat ei peccatum finale; cùm tamen e contrario alteri reprobo mortem anticipari procuret, priusquam conuertatur, aut priusquam infans perueniat ad Baptisimum.

Secundum, quòd mortem, causarum naturalium communi concursu imminentem alicui homini iusto, Deus impediatur, ne moriens in gratia saluetur, donec in peccatum lapsus damnetur.

Tertium ex præcedentibus consequens est, Deum adhibito studio adduxisse circumstantias, in quibus sciebat, hunc hominem esse interficiendum in peccato mortali, concurrentibus ad eius

17.

1. Duplex suauitas.

2.

3. eius mortem causis liberis, & naturalibus; & eo sine disposuisse tam magnam feriem circumstantiarum, vt eum laqueo reprobationis caperet, permittens finale peccatum.

4. His inconuenientibus vt occurrat Molina presentia quaest. 23. art. 5. disp. 1. membr. 13. §. 2. & duobus sequentibus, docet, Deum non posuisse hunc hominem in talibus circumstantiis, quia volebat eum reprobare, nec quia volebat eum praedestinare; sed quoniam hoc exigebat ordo vniuersi, perinde ac si Deus nulla scientia conditionata sciret, quid hic homo esset operaturus sub illis circumstantiis: independenter enim ab ea praescientia Deus elegit totum ordinem rerum, qui à prima constitutione decurrit vsque ad finem mundi.

4. Hæc tamen solutio refutatur primò: nam plurimæ circumstantiæ reprobatorum, & praedestinatorum omitti potuerunt, adhibitis contrariis circumstantiis: quæ tamen nihil inueterent ordinem vniuersi, quippe qui nec vnam, neque contrariam circumstantiam exigebat. Nulla namque ratione fingi potest, inuertendum fuisse ordinem vniuersi, quamuis huic infanti non daretur hæc nutritrix, vel puero daretur alter pædagogus, vel adolefcenti magister alius, vel alter adiungeretur amicus, aut sodalis: nec quamuis admittatur ad Principum gratiam, vel orbetur filiis, vel moriatur eius vxor, vel eius nauis potius, quam altera, capiatur à piratis, vel naufragium faciat. Sic excogitari possunt infinitæ circumstantiæ naturales, quarum mutatio nihil nocebit ordini vniuersi.

5. Confirmatur, quia multò magis à probabilitate distaret, qui fingeret, inuertendum fuisse prædictum ordinem; si supernaturales illustrationes, & inspirationes abundarent magis claritate, suauitate, atque diurnitate, cum hæc sit vnà ex præcipuis circumstantiis, quibus mutatis aliter se haberet istius hominis praedestinatio, vel reprobatio.

6. Secundò impugnatur, nam si Deus hominem constituit in his circumstantiis, quas postulat ordo vniuersi, perinde ac si non præsciret Deus conditionaliter futuras illius hominis operationes; consequens est, rationem discriminis, propter quam hic homo potius, quam alter, constituitur in iis circumstantiis, in quibus est honestè victurus, & consequatur salutem æternam, non accipi ex libera electione Dei; sed rationem huius discriminis accipi ex ordine vniuersi, qui postulabat has circumstantias, sub quibus hic homo positus, erat honestè victurus, & cooperaturus diuinæ gratiæ vsque ad mortem: & postulabat alias circumstantias, sub quibus alter homo positus, erat finaliter peccaturus.

6. Tertio inde inferitur, cessare præcipuam vtilitatem scientiæ conditionata, quam meritò commendant illius assertores, ipse Molina præcipuè, nihil enim hæc scientia confert ad constituendam praedestinationem, aut reprobationem ante præuisa opera: si praedestinantur, aut reprobantur iidem homines, qui praedestinantur, aut reprobarentur, etiam si Deus conditionata scientia penitus careret, quoniam ordo vniuersi postularet eandem circumstantias, & in illis constituuntur homines perinde, ac si nulla foret in mundo scientia conditionata. Nam iuxta solutionem, quam impugnamus, scientia conditionata non præit, sed comitatur praedestinationem, ac repro-

bationem, nec ostendit Deo viam, & modum praedestinandi, quos voluerit.

7. Quartò impugnatur, quoniam hic modus dicendi valde minuit gratitatem Dei beneuolentiam erga praedestinos: proptereaque minuit etiam ratione agendi gratias Deo, quam praedestinati colligunt ex comparatione reprobatorum, vt dicemus disp. 16. sect. 7. Nam si ordo vniuersi postulasset, vt Petrus crearetur sub illis circumstantiis, sub quibus praesciebat finaliter peccaturus, & reprobandus: crearetur à Deo sub illis eadem ratione, qua creatus est Iudas, vel alter reprobatus, iuxta prædictam doctrinam.

8. Quintò denique, quoniam certum est, Deum multorum praedestinatorum, & reprobatorum circumstantias miraculosè mutasse; talia verò miracula non exigebat ordo naturalis vniuersi, qui si fortè postulasset ad sui decorem aliqua miracula fieri, saltem non postulasset hoc miraculum circa hunc hominem fieri potius, quam aliud, vel circa alium hominem: ergo Deus illas circumstantias mutauit ex altiori aliquo fine praedestinationis, aut reprobationis, vel eorundem, vel aliorum hominum. Nam cuiuscumque diuersi hominis reprobatio, aut praedestinatio pendat ab hac miraculosa mutatione circumstantiarum, pertinentium ad hunc hominem, sufficienter probat, quod intendimus.

9. Sextò sequeretur ex eadem doctrina, quam impugnamus, non esse reuocandas in Dei prouidentiam, punientis peccata, fames, bella, pestes, morbos, cæterisque calamitates, quas multoties sacræ literæ, Patrèsque testantur, à Deo, quando vult, adduci, & quando vult, arceri, iuxta culpas hominum, vel poenitentiam illarum, ac subinde non iuxta ordinem vniuersi præcisè consideratum.

10. Denique vir sapiens, & constans non debet in eas angustias se conicere timore illorum inconuenientium, quæ proponuntur in argumento, quia non sunt inconuenientia fugienda, sed conuenientia libenter amplectenda.

11. Primum quippe, quod vocatur inconueniens, valde commendat peculiarem Dei curam, & prouidentiam circa minima quæque in particulari disponenda, sicut est magis expediens ad finem praedestinationis, & reprobationis; præcipuè verò circa vitæ diurnitatem, aut breuitatem, ac mortis opportunitatem, à quibus maximè pender executio praedestinationis, aut reprobationis.

11. Secundum etiam, quod obicitur in argumento, non est inconueniens; sed potius infra disput. 16. sect. 2. obiect. 2. constabit his hominibus iustis, & alioqui præscitis, Deum producere diurnitatem vitæ: non quia Deus intendat, vt diutius viuentes peccata committant, propter quæ damnentur; sed quoniam intendit illis conferre naturale beneficium, quod illi appetunt, & postulant, videlicet longitudinem vitæ: simul intendens illis negare praedestinationem efficacem. In quo negotio supponendum est, salua fide Catholica, negari non posse, quin aliquoties Deus supernaturaliter impediatur cursum causarum naturalium afferentium mortem: sicut Ezechia, tribus pueris in igne Babylonico, Paulo, & cæteris cum eo nauigantibus Romam, puero centurionis, & filio Reguli, quam plurimisque aliis contigit. Sed non indiget miraculis ad hoc præstandum diuina sapientia, & potentia, vt potest quæ potest suauiter dirigere ordinem causarum natura-

7.

8.

9.

10.

11.

naturalium, & liberarum innumeris habitudinibus, & mutis temperamentis, quibus positus, naturaliter non sequatur mors, nisi quando Deus voluerit, vt vidimus disp. 12. sect. 2. ratione 6. & 7.

12. Ad tertium inconueniens solutio constat ex dictis. Concedendum est enim, Deum adhibito studio circumstantias illas adducere, quando non sunt malæ: (nam malas tantummodo permittit) nihilominus ad hæc disponenda mouetur Deus ex intentione concedendi beneficia desiderantibus, & petentibus illa, & ex intentione concedendi efficacem praedestinationem, non intendens posituè laqueum reprobationis iniicere, licet intendat eum permittere.

13. Tertium argumentum, quoniam ex prædicto modo reprobandi sequitur reprobos tentari à Deo. Sequela probatur, quia constituit illos in circumstantiis alliciendis ad peccandum: dæmon verò non aliter tentat.

14. Respondetur. Dæmon verò, & propriè tentat in peccatum, quoniam inducit circumstantias per se inclinantes ad peccatum, vt consilia, suggestiones, commotionesque passionum ad peccatum: item per eas circumstantias, quæ ex se bonæ sunt, dæmon propriè tentat, nam eas procurat ex intentione inducendi ad culpam. Deus verò nullas occasiones propriè inclinantes ad malū causat, & occasiones ex se bonas non adducit, intendens, vt homo peccet, sed ex intentione boni finis, vt infra disp. 16. sect. 1. & sequentibus.

15. Quartum argumentum. Deus circa reprobationem, & damnationem se habet tantum permittendo, & non efficiendo: ergo Deus non curat de circumstantiis adhibendis; sed expectat præuidere vniuersi quæ opera.

16. Probatur consequentia, permissio namque non dicitur curam, & prouidentiam, posituè causantem aliquid, sed tantum non impediens.

17. Respondetur. Vis huius argumenti in voce tantum posita est; ideo distinguenda est vox *permissio*, quam si quis voluerit ita stricte accipere, vt nullam positiuam actionem Dei includat: tunc dicendum erit, Deum circa reprobationem non se habere tantum permittendo, sed posituè causando; nihilominus magis congruit modo loquendi Theologorum accipere permissionem peccati, vt includit positiuam causalitatem earum circumstantiarum, quibus positus erit committendum peccatum, quod puniendum sit in æternum.

18. S E C T I O VIII.

19. Alia quatuor argumenta diluuntur.

20. Primum argumentum. Cognitione eorum, quæ ad ordinem naturæ pertinent, prior est in Deo, quæ cognitio, & voluntas eorū, quæ pertinent ad ordinem gratiæ; sed peccata pertinent ad ordinem naturæ, & reprobatio pertinet ad ordinem gratiæ: ergo cognitio peccatorum prior est reprobatione.

21. Respondetur primò. Maior est falsa, præsertim si agatur de scientia rei vt absolutè futura: quin potius Deus prius voluit ordinem gratiæ, quam præcognosceret mundum esse futurum in esse naturæ. Sed de hoc diximus contra Caietanum tom. de volunt. Dei, disp. 22. sect. 3.

22. Respondetur secundo. Peccata pertinent ad ordinem gratiæ, quasi negationes gratiæ, & impedimenta illius, quæ non præcognoscuntur, nisi præcognita voluntate non praedestinandi ad gratiam.

Secundum argumentum, quia peccatum præuisum est causa omnium effectuum reprobationis: ergo est causa reprobationis.

23. Respondetur, antecedens verum esse de peccato originali; falsum autem de peccato personali. Quin potius permissio primi peccati personalis, est effectus reprobationis, & illius permissionis non est causa peccatum personale præcognitum, vt vidimus supra sect. 2.

24. Tertium argumentum. Saltem iis hominibus, quibus peccatum originale remittitur, opus est, peccatum personale esse causam reprobationis.

25. Respondetur, reprobationis posituè causam esse solum peccatum personale in iis hominibus. Cæterum negandi praedestinationem causa non est peccatum personale: sed huius negationis nulla est causa per se & proxima; fuit tamen illius causa per accidens & remota peccatū originale, quod remittendū erat, vt vidimus disp. 14. sect. 7. Quod si opponas negationem praedestinationis esse opus iustitiæ punitiæ, ex sententia Augustini eadem disp. 14. sect. 3. & peccatum originale remittendum non posse puniri negata praedestinatione. Huic difficultati satisfacimus eadem disp. 14. sect. 7. & 8. ad 4. argumentum.

26. Argumentum quartum. Si Deus ante præcognitum peccatum personale negauisset praedestinationem his hominibus, deseruisset eos prius, quam ab illis deseretur; sed Deus nullum deserit, antequam deseratur: ergo non ita denegat praedestinationem.

27. Respondetur primò. Ille homo, cui remittendū est originale peccatum, per illud idem peccatum originale Deum deseruit prius, quam Deus illi negaret praedestinationem: & hoc sufficit modo explicato dicta disp. 14. sect. 6. & sequentibus.

28. Respondetur secundo. Quod Sancti, & Concilia communiter asserunt, neminem à Deo deserui, nisi prius deserat, intelligunt, neminem iustificate gratia spoliari, nisi ob culpam, & neminem excacari, & indurari peculiari destitutione auxiliorum sine culpa, vt vidimus disput. 14. sect. 1. in 2. argum. & hac disp. 15. sect. 3. conclus. 5.

DISPUTATIO XVI.

Quos fines intendat diuina prouidentia circa reprobos.

Præfatio generaliter tractans de finibus intentis.

1. E intentione conferendi beneficia reprobis per veram, & non simulatam beneuolentiam Dei erga illos dicendum est disp. sequenti; in presenti verò de praedestinatione ad vtramque mortem culpæ & poenæ, de rigore, inclementia, & studio puniendi, quæ solent obici contra reprobationem ante præuisa opera: de vtilitatibus, quas Deus praedestinis affert reprobis labore, atque periculo. Quæ quoniam inter se, & cum causa reprobationis complicata sunt, difficiliore obiectiones ministrarunt aduersariis Augustini.

2. Vt ergo præmittamus ea, quæ ad fines reprobationis generaliter pertinent, primò certum est, reprobationis causam finalem, primam in modo, &

*Nulla enim esset conditio nata scientia.*

*Impedit Deus causam naturalem cursum aliquoties.*

*Peccata pertinent ad gratiam ordinem, & quomodo.*

*Quomodo intelligendum, Deum neminem deserere, nisi, &c.*

*Reprobationis causa finalis.*



nendo, & vltimam in terminando, esse Deum ipsum sub ratione infiniti boni; quilibet enim actus diuinae voluntatis hunc respicit finem vltimum, & bonum formale, sicut probatum est tomo de volunt. Dei disp. 3. sect. 1. & 2.

Sed quoniam hoc non erat aded manifestum in reprobatione, vt aliis actionibus Dei, notatur Proter. 16. initio: *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum;* quoniam scilicet in decernendo supplicio impij ostenditur iustitia, ac bonitatis amor, potestas, & alia attributa. Ita ferè intelligunt Glossa, & Lyra ibi.

Deus autem non aliter respicit se vt finem in reprobatione, reliquisque partibus prouidentia, nisi quatenus ex suis operibus elicit ostensionem, siue notitiam suorum attributorum, quæ est gloria extrinseca Dei. Quare illud inquirendum restat, cuius attributi ostensionem Deus intendat per reprobationem, & quos alios fines intermedios, & subordinatos, veluti, vt rùm intendat culpam, vt rùm intendat poenam, & quomodo intédant; recolendum est enim ex his quæ probata sunt tomo de volunt. Dei, disp. 15. sect. 3. 4. & 5. circa fines creatos, & subordinatos ita se habere volitionem diuinam, vt non solum velit vnam rem creatam esse finem alterius rei; sed etiam velit esse fines subordinatos respectu eiusdem volitionis diuinæ, sicut verè sunt. Verè namque vult vnam rem, quia vult aliam, vt finem illius.

SECTIO I.

*Nec ad malum culpæ, nec ad omissionem virtutis, quæ necessaria sit ad salutem, reprobi prædestinantur.*

1. Peccatum Deum intenderè nequit.

PRIMA conclusio. Nec tota reprobatio, nec vlla pars illius, nec vilis effectus eiusdem ad eum finem à Deo dirigitur, vt reprobos peccet. Quinimò contradictionem implicat peccatū aliquod esse finem intentum à Deo; & consequenter est impossibile, personam aliquam ad peccandum prædestinari. Quocirca non modò peccatū formaliter, vt peccatum est, sed etiam materialem illius actionem, ab intrinseco, & realiter contrariam rationi, quam necessariò consequitur malitia peccati, Deum intendere, & ad illam prædestinare, contradictionem inuoluit: sicut probatum est tomo de volunt. Dei, disp. 26. & multis sequentibus vsque ad 51. Præcipuè verò disp. 33. probata est indecentia, & improportio talium actionum, comparatione diuinæ voluntatis. & disp. 35. probatum est, Deum non prædestinare homines ad tales operationes exercendas. Aliqua Concilia & Patres citauimus disp. 1. sect. 7. num. 10.

Obstare videtur Anselmus lib. de concordia præscientiæ, & prædestin. cum libertate, c. 2. ante med. dicens: *Prædestinatio non solum bonorum, sed malorum potest dici: quænam modum Deum mala, quæ non facit, dicitur facere, quia permittit.* & post pauca: *Nō est ergo inuoluentis eum hoc modo prædestinare, diu malos, & eorum mala opera non corrigi.* Cæterum hæc doctrina temperari debet, ita vt formaliter & præcisè considerando causalitatem significatā verbo prædestinandi, potuisset à sacris scriptoribus induci talis modus loquendi tropicus, & figuratus, quo Deus diceretur prædestinare mala, quæ dicitur facere. Verumtamen Theologis non licet in-

ducere talē modū loquendi, nec cum tolerare: tū quia non habent auctoritatem inducendi tales locutiones tropicas, ad quas offendunt hæretici, & infirmi: tum etiam, quia prædestinare non significat qualitercumque causare, vel facere; sed præcipuè significat ordinem ad finem vltimum, cui ordini directè repugnant mala.

Secunda conclusio. Nunquam est finis intentus à diuina prouidentia circa reprobos omisso actus necessarij ad salutem, siue sit necessarius necessitate finis, siue sola necessitate præcepti. Quod verum est non solum in ea prouidentia, qua reprobis concedit auxilia interna, aut externa, sed etiam in ea, qua subtrahit aliqua auxilia, & in quibuscumque circumstantiis offerendis, vel subtrahendis. Exemplum sit Actuum 16. Paulus & Timotheus *vetiti sunt ab Spiritu sancto loqui verbum in Asia, & tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Iesu.* & Paulus Rom. 1. *Sape, ait, proposuit venire ad vos, & prohibuitur sum vsque adhuc.* Atque discipulis præcepit Christus Dominus Lucæ 9. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.*

His omnibus populis prædicatio Apostoli negata est, non eo fine, vt non crederent, neque cōsequerentur gratiam, sed propter alios fines, quos explicabimus sect. 5. & sequentibus, & disp. 17. sect. 1. & 2. Generalis autem finis cuiuscumque auxilij negati est Deum ostendere se dominum esse suæ gratiæ, vt cui voluerit, negare possit infra disp. 18. Sed præterea sunt fines particulares, vt quoniam expedit gentes nō vocari ad Euangelium, nisi prius vocato Iudæorum populo, cui promissio facta fuerat, vel vt in aliud tempus magis opportunum referuaretur prædicatio; vel vt aliis nationibus magis indigentibus prius prædicarent Paulus, & Timotheus.

Probatur conclusio, quia si Deus intenderet omissionem actus præcepti credendi, aut penitendi, iam intenderet peccatum, quod est impossibile, vt probatum est conclus. præcedenti. Si autem aliquis dicat, Deum intendere meram negationem fidei, aut penitentia, quæ non sit imputabilis ad culpam: hoc etiam est contra mentem Scripturæ, & Patrum dicentium, Deum, quod ex se est, potius optare, vt omnes credant, peniteant, & gratiam consequantur, vt vidimus tomo de voluntate Dei, disp. 19. 20. & 21.

Confirmatur primò verbis Tridentini sess. 6. can. 17. *Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit.* Vbi aut nihil agitur de peccatis, aut certè agitur præcipuè de negatione gratiæ, siue ea sequatur necessariò ex diuina potestate, & prædestinatione, siue non. Quo supposito duo colliguntur ex illo canone, primum est aliquos reprobos de facto gratiam accipere: secundum, omnes, qui vocantur, eo fine vocari, vt gratiam accipiant, & oppositum, scilicet non recipere gratiam non esse finem intentum, & prædestinatum à Deo.

Confirmatur secundò, Gallorum enim aliqui inferbant ex doctrina Augustini, quòd eis, qui prædestinati sunt reiciendi, subtrahuntur obedientia vires, vt obedire cessent. Quam calumniam scribit Augustinus 2. de bono perseuer. c. 15. sub initium. Idem, quod Augustinus de bono perseuer. c. 15. scribit Prosper ad obiectiones Vincentianas

centianas dubio 7. & 8. Cui similes sunt duæ alie propositiones, prima: *Hæc est voluntas Dei, vt magna pars Christianorum salua esse neque velit, neque possit.* Secunda: *Non vult Deus, vt omnes Catholici in fide perseuerent; sed vult, vt magna inde pars apostaret.* Quas propositiones quasi impias, & blasphemias reiecit Prosper respondens ad 7. & 8. obiectiones Vincent. & 14. obiectiones Gallorum: cui subscribit Fulgentius in lib. 1. ad Monim. cap. vltimo. Vnde euidenter colligitur, quòd Deus non velit, nec intendat, vt aliquis homo non velit bonum, ad quod tenetur, siue hoc non velle sit imputabile ad culpam, siue non sit imputabile, quia non potest velle illud bonum.

SECTIO II.

*Ex præcedenti doctrina colligitur solutio quarundam obiectionum, exponendo, quid petant reprobi, quando dicunt orantes: Fiat voluntas tua.*

1. ADuersus Augustini doctrinam, iuxta quam ante præuia opera fuerit negata prædestinatio, Galli argumentabantur, inferentes, Deum auctorem esse ruinae, atque peccati, idque obiectionibus multis, quibus satisfacit Prosper in lib. ad capita Gallor. & lib. ad obiectiones Vincent. seu lib. ad articulos sibi falsò impositos. Ex quibus obiectionibus prætermittam eas, quæ faciliores sunt, aut pertinent ad generalem controuersiam, quòd Deus non sit author peccati 1. 2. q. 79. vt quæ sumuntur ex generali concursu Dei ad actiones, seu ex negato auxilio efficaci, vel ex eo, quòd non impediatur Deus peccata, cum possit.

2. Sit igitur obiectio prima. Quicūque vult finem, velle potest ea media, quæ per se & naturali inclinatione sua ordinantur ad illum finem, & sunt simpliciter necessaria; sed peccata ex naturali sua inclinatione, & per se ordinantur ad negandam prædestinationem, & excludendum à regno cælesti: ergo si Deus vult hunc finem, potest velle illa media. Huic obiectioni satisfacimus supra disp. 12. sect. 8. argumento 2.

3. Nunc adiungimus confirmationem primam eiusdem obiectionis; quoniam qui vult causam, ex qua infallibiliter sequitur effectus, censetur effectum velle virtualiter, aut interpretatiuè; sed Deus vult, & causat circumstantias, ex quibus infallibiliter sequitur peccatum in reprobis: ergo censetur interpretatiuè velle peccatum.

4. Respondetur, maiorem non esse vniuersaliter veram; quoniam si effectus sequitur per accidens ex aliqua causa, & illū effectum non tenetur evitare, qui vult causam; tunc non censetur velle effectum. Sic enim iudici licet iuramentū petere à reo, què certò scit esse negaturum falso iuramento; & pulchre fœminæ licet ornare se, & in publicū prodire, quamuis certò sciat aliquè capiendum esse illius turpi desiderio. Ex omnibus autè circumstantiis, quas Deus adhibet, peccatū sequitur per accidens, & præter intentionē Dei, ac Deus non tenetur illud impedire, quamuis possit. Si autem circumstantiæ à Deo causatæ, forèt per se causa peccati, vel si Deus teneretur impedire, ne homines peccarent, tunc imputaretur Deo peccatum.

5. Secunda obiectio habetur in 3. c. Gallor. quoniam in doctrina Augustini de reprobatione cōcedendū est, quòd non prædestinati etiam fuerint

Non semper qui vult causam censetur velle effectum.

4. Obiectio secunda.

per Baptismū regenerati, & piè iustèque vixerint, nihil eis prodest; sed tandiū referuatur à Deo, donec ruant, & pereant: neque ante ex hac vita, quam hoc eis contingat, auferuntur. Similia etiam habentur in 9. obiectione Vincentiana.

Prosper tacitè concedit hæc esse Augustini sententiam, eam quippe non refutat, quin potius eisdem ferè verbis hoc tradit Augustinus in lib. de corrept. & grat. c. 13. & colligitur apertè ex lib. de prædestin. Sanctor. cap. 12. 13. & 14. & de bono perseuer. c. 16. 17. & 22. & clariùs habetur in 28. c. Soliloquiorum, vt diximus disp. 10. sect. 2. Sed quoniam Galli hoc caput, sicut alia dirigebant ad probandum, Deum esse peccati auctorem in sententia Augustini, rectè responder Prosper, ostendendo hominum vitam ex se bonam esse, & multiplici bono sine amabilem à Deo, & propter hos fines bonos à Deo vitam conferri reprobis, quamuis tempore præsentis sint in gratia, per quam peruenirent ad gloriam, si nunc interficerentur. Deus itaque quando præsciens futuri peccati, & volens peccatum permittere, vitam longiorem concedit iusto, non intendit peccatum, neque damnationem illius, sed intendit conferre illi beneficium vitæ, & negare beneficium mortis, quod liberè negare potest, cui voluerit.

6. Tertia obiectio sit illa, quæ est 14. inter obiectiones Vincentianas, contenditque ex doctrina Augustini, & Prosperi colligere, quòd reprobi etiam si petant à Deo sanctitatis perseuerantiam, non impetrabunt, eo quòd mutari non potest diuina prædestinatio, qua eos præordinauit, vt caderent.

7. Respondendum, & dicendum est primò. Si reprobi peterent perseuerantiam cum iis conditionibus, quæ in oratione requiruntur ad infallibiliter impetrandum, sine dubio impetrarent perseuerantiam: & vna ex his conditionibus est perseuerantia in petendo. Cæterum infallibile est, quicūque reprobum non esse petiturum cum his conditionibus: & infallibile est, quemcumque reprobum existentem in gratia, commissurum esse aliqua peccata venialia, & negligenter curaturum esse de perseuerantia, propter quæ iuste subtrahatur peculiare donum perseuerantia, & abundantius auxilium, quod requirit. Diximus hæc de re præced. tomo de prouident. disp. 13. sect. 3. & 4.

8. Dicendum est secundò, non ex intentione Dei primaria, sed in poenā peccati, quod liberè committit reprobos, negari donū speciale perseuerantia, vt colligitur ex dicto primo, & ex his, quæ diximus disp. 15. sect. 3. conclus. 5. & disp. 14. sect. 2. arg. 2. Hæc solutio colligitur ex Prospero in solut. ad obiectiones Vincent. 14. licet hoc minus explicet, intentus magis in confutanda prædestinatione Dei ad ruinam.

9. Quarta obiectio sit, quæ est 16. inter Vincentianas, quòd reprobi quādo sunt fideles & iusti, & in oratione Domini dicunt, *Fiat voluntas tua*, nihil aliud quam contra se petant, videlicet vt ruant, quoniam voluntas Dei est, vt æterna morte pereant.

10. Respondet Prosper primò. Nō petunt, vt ruant in culpam, nā hoc non vult Deus; sed potius vult oppositum. Secundò. Petunt tamen reprobi, vt ex suppositione quòd inueniatur digni poenā in die iudicij, puniantur, quoniam hæc est voluntas Dei.

11. Sed vterius poterant vrgere inferendo, quòd reprobi existentes in gratia in oratione Domini petant à Deo, vt permittat eos mortaliter peccare, & indurari, vtque eos in æternum puniret: quoniam Deus vult permittere eorum peccata.

5.

6. Obiectio tertia.

7. Si reprobi peterent sanctam perseuerantiam, impetrarent perseuerantiam.

8. Perseuerantia negatur in poenam peccati.

9. Obiectio quarta.

10. Obiectio quinta.



tum, & obdurationem, & vult in æternum punire propter peccatum. Imò omnes, qui ignorant suam prædestinationem, tenerentur petere, vt, si fortè reprobatu sunt, Deus eos permittat mortaliter peccare, & obdurari, & in æternum puniri.

10. Insatur.

Hæc à vera sententiâ de reprobatione ante præuisa opera deterere poterunt cum, qui non animaduertat eandem difficultatem superandam esse, quâuis asseratur reprobatio facta propter præuisa opera. Certum namque est, præscitos existentes in gratia, potuisse tunc per mortem liberari à periculis peccandi, vt certò consequerentur salutem. Cum autè Deus velit, adhuc eos manere inter pericula peccandi, & velit eis vitâ eripere, quando videt eos esse in peccato, cum tamè posset diutius expectare: sequeretur quòd in oratione Dominica dicentes, *Fiat voluntas tua*, petant vt non eo tempore, quo sunt in gratia, sed postea quando sunt in peccato mortali, Deus eorum mortem vel causet, vel permittat.

11.

Deinde nõ solum in reprobis, sed etiam in prædestinatis eadè est difficultas, quoniam Deus vult quorundam prædestinatorum peccata grauissima permittit. Quare à Deo petent, vt Deus permittat grauissima scelera ab eis committi. Sicque Petrus Apostolus petiisset à Deo, vt permittere eum ter negare Christum Dominum: ac deniq; Ecclesia deberet petere, vt Deus hæreses permitteret, & iniusta bella. Dicemus de hoc aliquid disp. 23. sect. 2. fine.

12.

Huius nodi solutio colligitur ex his, quæ de conformitate voluntatis creatæ cum diuina, Doctores Scholastici tradunt cum Magistro in 1. sentent. dist. 48. & cum D. Thom. 1. 2. q. 19. art. 10. de quibus alienum est à præsentis instituto disputare. Quapropter ea breuiter supponentes, quæ ad Dei voluntatem pertinent, inferimus quæ dicenda sunt circa præsentem petitionem. Tres igitur generales regulas præmitto.

Tres regula, vt conformemur cum diuina voluntate.

Prima. In iis, in quibus non tenemur conformari cum diuina voluntate, non tenemur petere, vt fiat voluntas Dei circa eandem res.

Secunda regula. In iis, in quibus licitè conformamur cum diuina voluntate, licitè petimus, vt fiat voluntas Dei circa eandem res: licitè, inquam, quod est ex parte desiderij, & conformitatis, nisi alia obstet cõtra naturam orationis, vt infra dicto 3.

Tertia regula. In iis, in quibus nõ licet cõformari cum voluntate Dei, non licet petere à Deo, vt fiat voluntas eius circa eandem res. His suppositis,

13. Nullus tenetur petere peccati sui permissionem.

Dico primò. Nullus tenetur in oratione Dominica petere, vt fiat voluntas Dei, qua vult permittit illius, qui orat, peccatum, indurationem, & interitum. Probatur primò, quia nullus homo tenetur velle, vt Deus velit permittere culpam mortalem illius, & damnationem æternam; sed potius tenetur desiderare, & velle, vt Deus velit illius perseuerantiam, & æternam salutem: ergo non tenetur petere à Deo, vt fiat voluntas Dei, qua vult permittit eius peccata, & damnationem: sed potius tenetur petere, vt Deus velit ei conferre perseuerantiam, & gloriam.

14.

Confirmatur primò, quoniam in sequentibus verbis Dominicæ orationis, quibus petitur quotidianus panis, peccatorum remissio, & tentationum victoria, quicumque orat, siue reprobus sit, siue prædestinatus, petit à Deo non solum auxilia sufficientia ad salutem, sed etiam gratiam, qua remittuntur peccata, necnon perseuerantiam in gratia, vt sæpe Cyprianus, & Augustinus notant, & cum illis multi Patres atque Concilia; sed quilibet

tenetur aliquando orare oratione Dominica, vel eisdem, vel aliis verbis: ergo quilibet tenetur petere, vt Deus velit illius culpam non permittere, neque damnationem æternam.

15. Quadam indifferentia inordinata.

Confirmatur secundo, si quis enim affectaret suam voluntate retinere indifferentiam omnimodam circa suam prædestinationem, ita vt nulla ratione desideraret, vt Deus eligeret eum ad ostendam misericordiam potius, quam ad ostendam iustitiam, ille actus esset inordinatus; quia recta ratio dicit, à quocumque homine propriam salutem esse desiderandam, ita vt desideret in se gloriam misericordiam, & non iustitiam, vt diximus 1. 2. q. 19. art. 10. dub. 3.

16. Peculiaris casus.

Confirmatur tertio ex assertione sequenti. Petis igitur, vtrum saltè ex suppositione, quòd Deus velit Petri peccatum, & damnationem permittit; teneatur Petrus orare, vt hæc voluntas Dei fiat; præsertim si reuelatione alicui constet sui certa, & irreuocabilis reprobatio?

Respondeo & dico secundo. Etiam in hoc casu non tenetur Petrus orare, vt hæc voluntas Dei impleatur, etiam ex suppositione, quòd ita constituta est.

Probatur primò, nam etiam ex suppositione, non tenetur homo in his rebus idem velle, quòd Deus vult: satis est, si non velit contrarium, vt probatum est 1. 2. q. 19. art. 10. dub. 1. conclus. 1.

17. Oratio ex se ad salutem ordinatur.

Secundo probatur, quoniam oratio ex natura sua, & ex institutione Dei, est mediū per se ordinatum ad solam prædestinationem implendam, & non ad reprobationem implendam. Cuius ratio à priori est prima, nam oratio dirigitur ex natura sua ad bonum orantis, sicut qualibet petitio ad bonum petentis: & quamuis aliquo modo sit bonum homini reprobo puniri; ceterum permitti peccatum in illo non est bonum illius, licet sit bonum diuinae gubernationis, & vniuersi. Denique oratio dirigitur ad meliora bona, non ad infima, & quæ proueniunt potius ob defectum, & omissionem orationis.

18.

Tertio probatur, quoniam si oratio non habet vim impetrandi, perinde est, ac si non fuisset: si autem habet vim impetrandi, supponit aliquam amicitiam, saltem inchoatam & imperfectam, qua persona, & eius oratio Deo sit grata: subinde autem oratio medium per se ordinatum est ad prædestinationem, quæ est amoris, non verò ad reprobationem, quæ est odij.

Quarto probatur, Ecclesia namque petit frequenter, vt prædestinationis liber adscripta retineat nomina prædestinatorum, & vt impleatur prædestinatio, mille aliis loquendi formulis petit à Deo; sed reprobationem impleri, nunquam petit: ergo multò minus tenebitur impleri, siue fieri Dei voluntatem, qua vult ipsum reprobare.

19. Voluntatem antecedentem impleri petimus.

Quinto probatur, præceptum quippe diuinum obligans, vt oremus, dicentes: *Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra*, obligat, vt petamus impleri voluntatem antecedentem Dei, qua vult, omnes seruare præcepta diuina, & salutem consequi: de qua 1. Thessalon. 4. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra*. Nec obligat, vt petamus impletionem alterius voluntatis. Idque primò colligitur ex illis verbis, *sicut in celo*, vbi nulla voluntas reprobandi impletur; sed sola voluntas prædestinandi, & voluntas, vt homines seruent diuina præcepta. Neque minus colligitur eadem conclusio, si metaphoricè intelligas cælum eos esse, qui crediderunt, & petamus, vt in iis, qui

qui non crediderunt, impleatur similiter diuina voluntas, & fideles sunt, vt intelligit Cyprianus, quem sequitur Augustinus de prædestinat. Sator. cap. 8. post medium.

20.

Colligitur secundo ex sequentibus petitionibus, quibus petitur gratia, & perseuerantia, quæ repugnat cū permissione peccati & damnatione.

Tertio colligitur, quoniam oratio ex natura rei dirigitur ad bonum orantis, vt paulo antea dicebamus. Quòd si in oratione Dominica ex institutione Christi Domini non petitur impleri, nisi voluntatem antecedentem Dei circa implenda diuina præcepta, & consequendam salutem, iam inde fit, vt quicumque orat, etiam ex suppositione, quòd sciat, se reprobum esse, non teneatur petere impletionem huius voluntatis.

21.

Qui peteret à Deo suam reprobationem impleri peccaret.

Ex eisdè rationibus colligo, & dico tertio. Si quis peteret à Deo, vt sua ipsius reprobatio impleatur, ille peccaret contra naturam orationis, & contra institutionem diuinam, & contra propriam salutis amorem debitum, & exerceret actionem multiplici ratione monstruosam; atque sibi ipsi repugnantè. Et quâuis licitè posset suam voluntatem conformare cum diuina ex suppositione, quòd Deus ita decreuit; ceterum inde non sequitur, quòd possit hoc orando petere: orationem quippe licere, non inseritur vel eo quòd liceat voluntas; quamuis econtrariò rectè inferatur, non licere orationem ex eo, quòd non liceat voluntas, suprâ, regula tertia.

22.

Diuina voluntatis frustrationem petere non licet.

Dico quarto. Ex suppositione, quòd Deus velit peccatum permittit, & reprobare, huius voluntatis frustrationem petere à Deo, vel optare quocumque modo est contra charitatem, debitamque subiectionem, ac reuerentiam voluntatis diuinæ; quamuis liceat desiderare, vt Deus liberè non voluisset reprobationem, sed prædestinationem eius, qui orat. Hoc deducitur ex his, quæ diximus 1. 2. q. 19. art. 10. dub. 2.

23.

Ad quid tenentur illi cui sua reprobationis fuerit reuelatio.

Inde colligitur, quæ obligatione teneretur ille, cui reuelaretur propria reprobatio (suppono autè, huiusmodi reuelationes nunquam, aut rarissime fieri, nisi in sensu cõminatorio. Nam de potentia ordinaria verum est, quòd S. Bonau. dixit impossibiles esse has reuelationes. Quòd autem Vazquez 1. 2. q. 19. art. 10. disp. 72. cap. 3. dicit esse possibiles, intelligendū est de potentia absoluta.) Ceterum data hypothese, quòd reuelatio ita fieret, vt certò constaret, non esse comminatoriam, sed firmam & constantem voluntatem reprobandi; hic homo teneretur abstinere à petenda reuocatione, vel frustratione diuini decreti, vel à petenda sua prædestinatione; quamuis nihilominus teneretur petere, vt Deus cum induceret ad vitanda peccata, implendamque legem Dei, quando ignoraret, in qua actione, & in quo præcepto, ac in quo tempore Deus decreuisset eum destitueret: hoc autem petere deberet in oratione Dominica, & nihil aliud circa implendam diuinam voluntatem. Aliter præsentis difficultati respondet Vazquez 1. 2. disp. 72. c. 3. cuius doctrinam nunc examinare parum interest instituto præsentis.

SECTIO III.

Vtrum Deus reprobos prædestinet ad permissionem peccati.

I.

Permissio peccati positina voluta à Deo.

Prima conclusio. Permissio peccati Deus positina volitione intendit, vt finem subordinatæ reuelationis.

natum ad vltiorè finem. Sic August. in enchir. ad Laurent. c. 100. ait: *Vt miro, & ineffabili modo nõ fiat propter Dei voluntatem, quòd etiam contra eius sit voluntatem, quia non fieret, si non sineret; neque vitiq; nolens finit, sed volens. Neque sineret bonus male fieri, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bonum bene.* Quibus Augustinus notat & positinam volitionem permittendi mala, & finem vltiorè huius voluntatis, vt de malis bonum eliciat. Hæc verba Augustini recepta sunt à Magistro, & communiter ab Scholasticis 1. dist. 47. sub initium. Hoc igitur sensu Augustinus tract. 107. in Ioan. prope finem, ad illud c. 17. *Nemo ex eis perit, nisi filius perditionis*; ait: *Filius perditionis dictus est traditor Christi, perditioni prædestinatus.* Eadem verba recipit S. Thom. in Catena.

2.

Ratione probatur, quoniam ad perfectionem diuinæ voluntatis pertinet, vt circa quamcumque partem contradiccionis versetur positino actu, si obiectū est capax diuinæ volitionis (vt in simili diximus disp. 15. sect. 2. initio.) Permissio autem peccati est obiectum capax diuinæ volitionis, quoniam nullam includit malitiam. Nam permissio peccati, prout est obiectum volitum à Deo, existens extra Deum, tria continet. Primum est negatio copiosi anxij, & negatio earum circumstantiarum, sub quibus enitatur peccatum. Secundum est positio bonarum circumstantiarum, in quibus peccatum committendum esse præscitur conditionaliter. Tertium est præparatio generalis concursus ad omnem actionem liberam hominis, non excludendo actionem peccati. Quæ omnia obiecta nihil mali continent: ac proinde potest illa Deus positina volitione intendere, quod fusiùs probatum est in proprio loco, præced. tomo de voluntate Dei, disp. 26. sect. 6. & 7.

Quid permissio peccati continet.

Secunda conclusio. Nihilominus non est dicendum, reprobos prædestinari à Deo ad permissionem peccati. Primò, quoniam hic modus loquendi apud antiquos Patres, & apud Scholasticos non reperitur. Secundo, quia vox hæc, *Prædestinatio*, vel refertur ad aliquod bonum personæ prædestinatæ, cuiusmodi est non modò gloria, sed etiam gratia; quæ quantum habet boni, tantum habet, vt possit esse finis, ad quem persona destinatur: vel refertur ad id, quòd est vltimus status, ad quem peruenit persona; cuiusmodi est æterna punitio reprobi. Cum autem permissio neque sit vltimus status, neque sit bonum personæ, non ita propriè illi conceditur prædestinationis nomen: vt magis constar ex his, quæ diximus disp. 1. tota sect. 2. & 3.

Non est dicendum reprobos ad permissionem peccati prædestinari.

SECTIO IV.

Ad malum pœnæ prædestinari reprobos à Deo.

1. Aeterna pœna positina voluta in reprobatione.

Prima conclusio. Aeterna pœna est finis positina volitione intentus in reprobatione: ac proinde propriè dicitur ad pœnam reprobos prædestinari.

Probatur primò, quoniam reprobos prædestinatos esse ad supplicium Augustinus asserit 15. de ciuit. cap. 1. ante medium, & lib. 21. cap. 24. prope initium; & illud Psalmi 13. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*, de prædestinatis ad interitum intelligendum putat in expositione.

ne eiusdem Psalmi. Cuius lectione excitatus est Monimus, ut suo magistro Fulgentio quaestionem proponeret, quam toto lib. 1. ad Monimum, diluenda suscipit Fulgentius, ut constat ex illius cap. 3. Neque refutat Fulgentius eum modum loquendi, sed potius admittit eod. lib. cap. 7. initio, & cap. 13. initio, & cap. 14. 28. & 29. dicens poenam esse praedestinatum, siue preparatam; non vero culpam. Similiter loquitur Prosper in responsione ad 14. & 15. c. Gallor. & ad 10. & 11. obiecit. Vincentianam, Isidorus lib. 2. sentent. de summo bono c. 6. initio, Author Hypognostici lib. 6. a medio, Beda lib. quaestion. q. 13. post medium. Concilium Valentin. III. sub Lothario Imperatore, c. 3. dicit, impios esse praedestinos ad mortem.

Huius conclusionis rationes quantum ad modum loquendi, & proprietatem illius, admixtam improprietati, iam dedimus supra disp. 1. sect. 2. n. 13. & 14. Nunc addimus poenam proprie dici reprobationis effectum; licet minus proprie dicatur esse praedestinata. Rationes autem, ob quas oportuit supplicia praedestinari, videbimus post secundam conclusionem.

Pena reprobationis effectus.

Secunda conclusio. Deus non intendit poenam, quoniam mala est, & nociva peccatoribus, sicut dicitur ibi, quasi cum vellet ex libidine nocendi; sed vult poenam, quoniam ipsa in se habet honestatem, & rectam rationem iustitiae, per quam ostenditur attributum diuinae iustitiae. Itaque poenitentia, nisi in se haberet honestatem conformem rationi rectae, non esset ostensio diuinae iustitiae, nec amaretur a Deo. Hoc alia non indiget probatione praeter eam, quam dabimus sect. 6. conclus. 1. Atque praedicta laus diuinae bonitatis inde magis extollitur, quoniam non solum vult Deus poenam esse bonam vniuersi, & bonum gubernationis, sed etiam vult esse bonum ipsius personae poenitentiae, ut diximus disp. 15. sect. 6. ad 4. & fusius tom. de volunt. Dei disp. 54. sect. 3.

Cur ad Deum velit.

Hinc sumitur prima praecipuaque ratio, propter quam oportuit reprobare Deum aliquos homines, & ad aeternum supplicium praedestinari; quoniam quod honestum est, & rationi consonum, decet amari a Deo, & ab eo fieri.

Rationes propter quas oportuit reprobari aliquos.

Confirmatur primo, nam honestum misericordiae, & aliarum virtutum (ut humano more loquamur) volitum est a Deo per actum praedestinationis; ergo honestum iustitiae debuit etiam amari. Congruentius namque est Deum absoluto actu velle, & exercere varia honestorum genera, & non vnum, aut alterum solum.

Confirmatur secundo, quoniam in reprobatione, & praedestinatione ad poenam elucet misericordia iustitiae permixta, dum circa dignum punit, & dum vario genere auxiliorum praemouet, ut reprobos caueat a poena, ut sequentibus sectionibus, & disputationibus ostenditur.

Secunda ratio est D. Thomae quaest. 23. artic. 5. ad 3. & aliorum, quos referemus sect. sequenti, quoniam oportuit, neque solum attributum misericordiae, neque solum attributum iustitiae distribui, commutari, & remunerari; sed etiam attributum iustitiae punitivae manifestari operibus ad extra; & quamuis hoc manifestetur praedestinatorum punitione in hac vita, oportuit insigniorem manifestationem praebere aeterno supplicio.

Confirmatur primo, quia perfectio Dei, qua ratione auctor naturalis est, multiplici rerum naturalium genere, atque ordine superiori, & inferiori repraesentatur perfectius, quam repraesentaretur, si perfectiora tantum & superiora rerum genera crearentur: ergo perfectio Dei, ut est supernaturalis gubernator, multiplici statu atque ordine creaturarum rationalium perfectius repraesentabitur.

Confirmatur secundo, quia perfectio Dei infinita est, & ea propter vnicum rerum genere, aut ordine, aut statu, non satis repraesentatur; & quamuis nulla operum multiplicitate repraesentari possit diuina perfectio, quantum repraesentabilis est; nihilominus expedit pluribus repraesentari.

Ex his rationibus colligitur tertia conclusio. Quamuis ex punitione reprobatorum non colligerentur aliae utilitates, & honestates altiores (de quibus dicemus in sequentibus sectionibus) ex eo solum quod in ea punitione esset honestas iustitiae punitivae, & quae inde resultat ostensio diuini attributi; satis esset, ut Deus punitionem intenderet sine alio ulteriori fructu, qui colligendus esset ex punitione. Quod praeter rationes praecedentes confirmatur verbis Pauli 2. ad Timotheum 2. In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea, & fictilia: & quadam quidem in honorem, quadam autem in contumeliam.

Vnde quamuis vasa aurea, & argentea non indigerent lignis, & fictilibus: expediret tamen ad domus magnificentiam, & plenitudinem, ut non solum aurea, & argentea, sed etiam lignea, & fictilia haberet ad varios vsus.

Dicit aliquis, ergo posset Deus ex hoc solo fine omnes homines & Angelos reprobare, nullo relicto, qui praedestinaretur.

Respondeo, de potentia absoluta fuisse possibile, ut dicitur initio sect. 5. sed non de potentia ordinaria: quin potius ab hac possibilitate summo opere distat, sicut summo opere repugnat innatae propensioni bonitatis infinitae.

Contra priores conclusiones, & earum rationes arguit Henricus, quoniam diuina iustitia punitiva satis ostendebatur punitione aeterna demonum: ergo ex hoc capite nihil opus fuit homines in aeternum reprobari.

Confirmatur, nam ex Angelis, & hominibus constituitur vna communitas, & vniuersitas circa ordinem gratiae: ergo satis fuit in Angelis ostendi iustitiam.

Respondetur concessio antecedenti, negando consequentiam; fuit enim conueniens singulas partes principales totius vniuersi, scilicet genus hominum, & Angelorum, constare praecipuis partibus diuinae prouidentiae, & ostensionis attributorum. Quemadmodum quamuis oppida, & villae careant aliqua parte regiminis: ceterum prouinciae praecipue alicuius imperij solent consistere omni parte regiminis. Hoc intendit S. Thomas in praesenti art. 5. ad 3. illis verbis: Sic igitur consideremus totum genus humanum, sicut totam rerum vniuersitatem; quia videlicet in eo perinde variantur gradus rerum, ac si nulla restaret pars vniuersitatis.

Confirmatur primo, quia nulla erat maior ratio, propter quam in solis Angelis, & non in solis hominibus ostenderetur iustitia reprobandi: & ideo oportuit quantum ad hoc pari seueritate, & pari benevolentia gubernari vtrumque genus.

Confirmatur secundo, quoniam humanum genus ex se aptius est ad reprobationem, quam angelicum.

Confirmatur tertio, quoniam alioqui bona, quae

7.

8.

9.

10. Decuit aliquos homines reprobari.

11.

quae ex reprobatione hominum colliguntur circa homines praedestinos; non colligentur: de quibus in sect. 7. dicemus. Ab hac solutione vix differt solutio Caietani in art. 5. ad primum horum.

Secundo arguit Henricus; ostenditur enim diuina iustitia in retributione praedestinatorum, quibus reposita est diuina corona iustitiae, quam reddet Dominus in iudicium: ergo ad ostendam iustitiam non fuit opus reprobatione.

Respondetur. Punitiva iustitia non ostenditur in retributione praedestinatorum.

Dices. Ostenditur in punitione praedestinatorum in hac vita.

Respondetur, non satis ostendi, nec in aeternum ostendi, sicut diximus in secunda ratione conclusionis secundae. Alia argumenta soluentur in sect. 5. & 6.

12.

SECTIO V.

Utrum ostensio iustitiae fuerit finis completus, & per se intentus.

Circa doctrinam praecedentis sectionis duae difficultates occurrunt.

1. Prima difficultas.

Prima est, utrum ostensio iustitiae punitivae fuerit reprobationis integer & completus finis, ita ut ex modo, quo de facto voluit esse ille finis, sufficeret ad reprobandum, praescindendo a reliquis finibus, quos de facto Deus intendit: & sufficeret similiter, ut Deus decerneret permittere peccata.

2. Non fuit completus finis iustitiae punitivae ostensio.

Dico primo, de facto non fuit volitus quasi integer & completus finis, sed ut partialis, & dependenter ab utilitate praedestinatorum, & aliis finibus, de quibus dicemus sect. 7. & 8. quibus sublatis Deus non veller reprobare, neque veller permittere peccata ex vi praesentis decreti.

Probatum primo, quia minus decet infinitam benignitatem ac clementiam Dei, permittere peccata eo solo, & adaequato fine, ut cum tanta creaturae rationalis iactura splenderet diuina iustitia.

Confirmatur, quia licet hoc fieri posset a supremo Domino sine vlla iniustitia, sed non sine quadam specie crudelitatis, ob quam minus deceret.

Probatum secundo, nam impossibilis est reprobatio, si Deus neminem creet eorum, quos praescit esse damnandos: igitur illum, quem Deus non crearet, praesciens fore damnandum, vti que non reprobare. Sed propter solum finem ostendendae iustitiae Deus neminem crearet, nisi rationes aliae honestatis, & utilitatis, alique fines mouerent eius voluntatem: ergo Deus neminem reprobaret propter solum finem ostendendi iustitiam, nisi concurrerent alij quoque fines, & honestates.

Minor istius syllogismi traditur ab Augustino lib. 11. de ciuit. cap. 18. dicente: Nec enim Deus vultum, non dico, Angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse praescisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vsibus commoderet. Quam sententiam selegit Prosper lib. sentent. ex Augustino sentent. 140. quem sequitur etiam Beda Roman. 9. ad illud: Cuius vult misiretur. & Glossa eodem cap. 9. verbo sustinuit.

Confirmatur, quia iam Augustinus, quam alij Patres frequentius commodant alias utilitates, quasi praestantiores, & magis principaliter intentas, ut videbimus sect. 7. & 8. & sequenti disp.

17. Ergo de facto finis ostendendi iustitiam non fuit volitus tanquam adaequatus & completus.

Probatum tertio, quia finis subordinatus ad vltiorem finem, non amatur ut finis totalis, & completus, sed quasi partialis, ac dependenter ab vltioribus finibus, ad quos subordinatur; sed ostensio iustitiae punitivae volita est a Deo tanquam finis subordinatus ad vltiorem finem: igitur ostensio iustitiae non amatur ut finis totalis, & completus, sed quasi partialis, ac dependenter ab vltiori fine, ad quem subordinatur. Maior probatur, quia medium non amatur, nisi dependenter a fine, ad quem ordinatur: finis autem subordinatus inducit rationem medij comparatione vltioris finis. Minor vero probatur, nam Roman. 9. Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa ira, ut ostenderet diuitias gloriae in vasa misericordiae. Quapropter ostensio gloriae misericordiae in praedestinis, est vltior, & superior finis, ad quem subordinatur ostensio irae. Atque ita obseruat Augustinus saepe, sicut videbimus sect. 7. utilitate 2.

5.

6. Potuit esse adaequatus.

7.

8. Obiectio.

Solutio.

9.

10. Difficultas secunda.

Dico secundo, de potentia absoluta Deus potuisset permittere peccata, & reprobare, ex solo adaequato fine punitivae iustitiae ostendendae; quamuis nullum aliud bonum inde colligeretur: ut recte docet Caietan. hic quaest. 23. artic. 5. ad quamdam confirmationem Aureoli.

Probatum, quia hoc non esset contra iustitiam, cum Deus negaret solummodo gratuita, per quae impediendum esset peccatum, & non negaret debita; nec esset contra rectum ordinem diuinae bonitatis, & sapientiae: nam comparatione Dei minus malum est culpa, & maius bonum est ostensio diuinae iustitiae; nec est contra bonitatem & sapientiam permittere minus malum propter maius bonum.

Molina quaest. 23. artic. 5. aduertendum tamen, existimat hoc esse impossibile propter primam rationem adductam pro conclusione prima. Cui respondemus probare tantummodo congruentiam non asserere necessitatem.

Sed virget Molina, quoniam vituperandus esset Princeps homo, qui peccata, quae posset impedire, ea tantum causa permitteret, ut haberet quid iuste puniret, commendaretque suam iustitiam. Hoc etiam argumento vtitur Henricus aduersus D. Thomae sententiam de reprobatione.

Respondemus autem hac in re argumentum ab hominibus ad Deum valere nihil: quoniam homines Principes mortaliter peccant, si permittant peccata, quae possunt impedire sine maiori aliquo detrimento reipublicae; quia cuiuslibet hominis principatus non ordinatur ad gloriam Principis, sed ad bonum regimen subditorum. Si autem homo aliquis liberaretur ab hac obligatione, ille non esset vituperandus, quamuis permitteret peccata ex solo fine ostendendi suam iustitiam punitivam. Deus autem nullius hominis peccatum impedire tenetur, neque tenetur suum regem dirigere ad subditorum bonum; sed potest suam solum gloriam intendere.

Denique si opponas Augustinum citatum pro conclusione prima probat. 2. & 3. respondeo illum tradere quid sequatur ex vi praesentis decreti, pro ut de facto est, nihil agendo de potentia absoluta.

Secunda difficultas est, utrum ostensio diuinae iustitiae fuerit finis per se intentus. Inde namque

Aureolus apud Caietanum in art. 5. oppugnat reprobationem ante prauis opera; quoniam iustitia punitiua non est per se intenta, sed tantum ex suppositione culpae punibilis: ergo iustitia punitiua non est causa reprobationis, nisi ex suppositione prauis iam culpae punibilis, ac proinde fuit opus prauideri culpam ante decretum efficacis ostendendi iustitiam punitiuam. Unde praeterea inferitur, nihil opus fuisse permittere culpam, quoniam non fuit opus ostendere iustitiam punitiuam, nisi ex suppositione culpae. Hoc confirmat Durandus 1. dist. 41. quaest. 2. num. 11. quia iustitia punitiua non pertinet ad perfectionem vniuersi; sed perfectius esset vniuersum sine culpa, & sine iustitia puniente, quam cum eis: sicut natura omnium animalium perfectior esset sine morbo, & medicina, quam cum eis.

11. *Responsio Caietani.*

His recte satisfacit Caiet. art. 5. ad vltimum Aureoli, distinguens per se intentum; aliud enim est per se primò intentum, quod ita intenditur per se, vt omnia ad ipsum quomodolibet requisita intenduntur. Qua ratione est per se primò intentus splendor diuinæ potentiae, sapientiae, & bonitatis, qui ostenditur in creatione totius mundi corporei, & spiritualis. Aliud autem est per se intentum ex suppositione, & non primò: illud videlicet, quod ita in se bonum est, & dignum, quòd propter se expetatur, vt tamen praesupponat aliquod malum, quod non potest intendi. Huiusmodi est iustitia punitiua.

12.

Hinc soluit Caietanus argumentum Aureoli, quoniam iustitia punitiua splendor dignus est, qui propter se expetatur; quamuis pendeat eius consecutio à culpa. Quod probat, eo quòd splendor diuinæ bonitatis, & omnium attributorum, ex passione Christi resultans, per se, & propter se fuit expetitus; & tamen pendeat ex peccatis non solum eorum, à quibus, sed etiam omnium hominum, propter quos passus fuit. Et sicut opus fuit culpam permittere, vt in passione clarius fulgerent omnia Dei attributa: ita opus fuit, permittere culpam, vt in eius punitioe fulgeret punitiua iustitia. Idem ferè sentiunt communiter recentiores.

13. *Iustitia punitiua ex permissio peccati perfectius vniuersum.*

Ad confirmationem Durandi respondemus primò negando antecedens absolutè. Quinimo iustitia punitiua pertinet ad perfectionem vniuersi, sine qua, & sine permissione peccatorum esset vniuersum multo minus perfectum: quod abundè probatum fuit praecedenti tomo de prouidentia disput. 2. sect. 3. 4. & 5. Nec obstat illud exemplum Durandi. Quamuis enim omnium animalium natura foret perfectior secundum se considerata, si suapte natura, & secundum ordinariam prouidentiam permanere posset immunis à morbis, & medicinis; attamen supposita naturae corruptibilitate animalium, melius est in ordine ad vniuersum, & in ordine ad gubernationem Dei, morbis laborare cum indigentia medicinae. Sic igitur si omnes homines cum ordinaria prouidentia, & communibus auxiliis essent in obseruantia diuinæ legis perseveraturi, melius esset omnes esse praedestinos: verum tamen ex suppositione, quòd abutuntur plurimi praedictis auxiliis, melius est in ordine ad vniuersum reprobare multos, vt fufius explicatum fuit loco citato.

14.

Ex quibus fundamentis, necnon ex dicendis

in sequentibus sectionibus, infero, non fuisse prociurum in maiorem perfectionem vniuersi quamuis supra numerum, & gradum sanctitatis, & beatitudinis, ad quem electi sunt de facto praedestinati, adderetur tota multitudo quorumlibet hominum, & multo maior multitudo crearetur; & omnes praedestinarerentur ad altiorem gradum sanctitatis, & gloriae, nullo homine reprobo. Ratio est, quoniam in eo casu deessent vniuerso perfectiones, & vtilitates dictae, atque dicendae, propter quarum defectum foret mundus simpliciter imperfectior, licet secundum quid perfectior: sicut animal sine pedibus, aut manibus, licet augetur illi duplo maius caput, foret simpliciter imperfectius.

Respondetur secundò, omisso antecedenti, negando consequentiam: nam quamuis sine vlla culpa, & sine vilo morbo mundus in se perfectior esset; nihilominus foret minus accommodatus ad ostendendam diuinam sapientiam, potentiam, bonitatem, longanimitatem, & iustitiam punitiuam: quae omnia attributa ostenduntur permittendo mala, puniendo, & ex illis eliciendo bona, cum tamen aliunde in bonis & praedestinis sufficienter luceat misericordia Dei, & clarius comparatione reproborum, vt infra sect. 7.

### SECTIO VI.

*Utrum ostensio iustitiae punitivae sit finis efficaciter intentus in permissione cuiusque peccati reproborum.*

Catholici omnes supponunt vt certum, ostensionem iustitiae punitivae intentam fuisse in reprobatione: sicut aperte tradit Paulus Rom. 9. *Quod si Deus volens ostendere iram, &c.* Sed adhuc non constat inter eos, vtrum prius fuerit in Deo efficacis decretum ostendendi punitiuam iustitiam in Petro, v.g. ante praecognitum quodcumque peccatum Petri vt absolute futurum, & inde manauerit decretum permittendi peccata Petri, & obduratione, ita vt haec permissio adhibeatur quasi medium ad obtinendum sine prius intentum ostendendi punitiuam iustitiam in Petro.

Praeterea non est dubium, quin supposito vno peccato personali ad puniendum illud peccatum praeteritum, & puniendum simul futura, permittat sequentia peccata, ita vt permissio sequentium peccatorum procedat ex efficaci decreto puniendi omnia peccata simul. Sicque Anselmus ad Roman. 9. intelligere videtur verba Dei ad Pharaonem: *Ad hoc excitavi te, vt ostendam in te virtutem meam.* Inde namque malitia Pharaonis quasi dormiens, latensque prius, postea verò excitata foras erumperet signis, atque portentis per Moysen editis, quòd permittentur grauiora peccata, & tandem in mare rubrum demersus rueret in infernum.

Idque aperte colligitur ex dictis disp. 15. sect. 3. concl. 5. quoniam cum obduratio & excaecatio ex parte hominis afferant liberam & obstinatum voluntatem permanendi in peccato: haec nouum peccatum est, & permittitur in poenam praecedentis peccati, vt vtrumque puniatur in aeternum. Colligitur praeterea ex eo, quòd peccatum aliquando sit poena peccati: de quo dictum est satis tomo de voluntate Dei, disp. 43. sect. 3.

Tertiò

4.

Tertiò supponendum est, his hominibus, quibus nondum remissum est originale, propter illud potuisse Deum permittere culpam personalem, ex intentione puniendi tam originale, quam personalem culpam: sicut originale peccatum esse sufficiens meritum obdurationis, diximus eadem disp. 15. sect. 3. obiect. 2. Quare difficultas praesentis quaestiones eò deuoluitur, vtrum Deus efficaciter intendat ostensionem punitivae iustitiae in aliqua persona ante prauisam omnem culpam eiusdem personae, ita vt ante prauisam culpam originale intendat punire, & ex eo sine moueatur Deus ad permittendum peccatum originale; & in homine, cui per gratiam remissum est originale peccatum, Deus eo sine permittat primum peccatum personale, vt habeat in quo ostendatur eius punitiua iustitia.

5. *Affirmatiua sententia.*

Prima sententia est affirmatiua, quam tenet Ricardus in 1. dist. 41. artic. 3. quaest. 1. vbi ait; si damnatio est propter demerita, quamuis praordinatio ad damnationem non sit propter demerita, non esse iniustam, & ita de facto fuisse.

Probari potest primò autoritate D. Thomae hoc art. 5. ad 3. vbi ait, ostensionem iustitiae esse finem intentum in reprobatione; sed art. 3. corp. dixerat, in reprobatione includi non solum voluntatem puniendi, sed etiam voluntatem permittendi peccatum: ergo apud D. Thomam Deus permittit peccatum quodcumque eo sine, vt puniendo ostendat iustitiam.

Confirmatur, quoniam in dicta solutione ad 3. vitur exemplo naturalis prouidentiae, quae permittit mala fieri, ne multa bona impediatur, sicut permittit corruptiones ex intentione futurae generationis: ergo similiter Deus permittit peccatum ex intentione puniendi. Idem, quod D. Thomas, asserit tanquam probabile Durandus 1. dist. 41. q. 2. n. 10. & 11.

6.

S. Bonavent. ead. dist. 41. art. 1. quaest. 2. ad finem corporis ait. Deus non vult voluntate beneplaciti (id est, efficaci) omnes iustificare ad ostendam iustitiam, & vt appareat, quid omnibus debebatur: ergo apud S. Bonaventuram negatio efficacis praedestinationis ad gratiam, ac perinde permissio etiam peccati, dirigitur ad ostendam iustitiam. Idem, quod D. Bonavent. docet Ricardus dist. 41. art. 2. quaest. 2. §. *ideo.* Driedo de concordia liberi arbitrij cum praedestinat. p. 1. cap. 4. ad 4. pag. 86. ostensionem iustitiae, dicit, esse rationem, ob quam Deus quosdam reprobat ante prauisam rationem discriminis illorum ab alijs. Idem alijs loquendi formulis significant alijs recentiores, vt Zumel, qui art. 5. q. 4. ad 7. & ad 9. argum. ait, Deum ideo permittere culpas, quoniam intendit non quidem punire, sed in punitioe ostendere iustitiam.

7.

Probatum secundò ex Augustino lib. 21. de ciuit. cap. 21. dicente, propterea non omnes homines transferretur à tenebris ad lucem, vt in aliquibus appareret seueritas vltionis, & quid hominibus omnibus deberetur. Quod idem obseruat Augustinus alijs in locis referendis sequenti sect. 7. vtilitate 2.

8.

*Exemplo vtilitatis retribuendi gloriae praedestinat. probatur.*

Tertiò probatur exemplo voluntatis retribuendi praedestinatam gloriam, cuius voluntatis nullum meritum est causa, sed potius ex intentione retribuendi gloriam mouetur Deus, vt velit merita tribuere praedestinis: ergo simili proportione potuit se habere voluntas puniendi ita, vt quamuis punitioe causa sint peccata;

nullum tamen peccatum causa sit voluntatis puniendi ad ostendam iustitiam, sed potius voluntas efficacis ostendendi iustitiam sit causa voluntatis permittendi demerita punienda.

Confirmatur, licet enim Deus non posset habere decretum efficacis puniendi, nisi certus esset, quòd peccata futura essent, si permittentur; nihilominus potest idem decretum efficacis habere ante, quam praecognoscat peccata, vt absolute futura, & inde potest moueri ad permittenda peccata.

Quartò probatur, permissio namque peccati de se bona est, & positivè volita à Deo: rursus ostensio iustitiae in punitioe bonum est maius comparatione Dei, quam comparatione illius malum sit peccatum hominis; ergo Deus potest velle permissionem peccati propter efficacem intentionem permittendi peccatum.

Confirmatur, quoniam nulla ratio obstat huic voluntati.

Quintò probatur, quia Deus de facto vult permittere peccata: ergo intendit in ea voluntate aliquè finem; sed non intendit alium nisi ostensionem iustitiae: ergo hunc intendit, & ita propter finem ostendendi iustitiam permittit peccata.

Nihilominus sit prima conclusio. De facto Deus ad permittendum peccatum originale, & ad permittendum primum peccatum hominis iusti, mouetur ex intentione efficacis ostendendi iustitiam punitiuam: sed prius praecognoscit peccatum vt absolute futurum, & dependenter ab hac cognitione vult efficaciter ostendere punitiuam iustitiam. Sic sentiunt Henricus quodlib. 4. quaest. 19. & quodlib. 5. quaest. 5. & quodlib. 8. q. 5. Aureolus 1. dist. 40. art. 1. & dist. 41. art. 1. quibus tacite consentire videtur Scotus dist. 41. q. vnica, §. *contra istam propositionem.* & colligitur ex omnibus Doctoribus, qui supra disput. 7. sect. 1. dicunt, prauis peccata esse rationem, ob quam vnus potius reprobetur, quam alter: & ex alijs, qui praecedenti disp. 15. sect. 1. opin. 3. dicunt, peccata prauis esse causam reprobationis; quamuis non sint causa discriminis. Inter quos est Sorus, Bellarm. & Valentia: & qui ibidem opin. 6. dicunt, voluntatem puniendi supponere peccata praecognita vt absolute futura. Inter quos est Magister sentent. Bassolis, Henricus, Maior, Syluest. Driedo, Corduba.

Clariusque alijs conclusionem docent. Caiet. hoc artic. 5. ad 4. argum. Henrici, dicens: Deus non ideo permittit peccata, vt puniat, sed permittit, & punit propter reluctentiam iustitiae. Idem Ferrar. 3. contra gentes, cap. 161. §. *pro solutione.* qui adhuc explicat neque punitioem, neque voluntatem puniendi esse, nisi praesupposita praescientia peccati futuri. Gregor. 1. dist. 41. q. vnica, art. 2. ad 4. ait: *Deus non reprobat, vt puniat, neque punit, quia reprobat.* Molina q. 23. art. 3. §. *aduertendum est,* & art. 5. disp. 1. memb. 13. §. *verum.* Vazquez disp. 95. cap. 4. §. 9. Suar. lib. 2. de auxilijs cap. 5. n. 5. & 6. & lib. 5. c. 2. n. 4. sed praecipue cap. 3. Cartagena de praedestinat. discursu 5. prope medium, alijsque recentiores docent praesentem conclusionem.

Probatum primò ex sacris literis, nam in eis Deus semper inducitur, tanquam ex propria voluntate pondere, & naturae propensione, vehementer praoptans omnium hominum vitam, & felicitatem, quique proinde non nisi peccatis ad iram prouocatus, & quasi coactus mortem inferat,

9.

10.

11.

*Decretum puniendi supponit peccatum praecognitum.*

12.

13.

*Probatum ex sacris Scripturis.*



inferat, & aeternam damnationem. Hoc autem non erit verum, si Deus ante praecognitum peccatum futurum, interdicit, & efficaciter vult offensionem iustitiae in punitione, arque eo sine culpam permittit, vt habeat quod puniat. Praedictum fundamentum, quod ex sacris literis supposuimus, habetur Sapient. 1. Ezech. 18. & 33. lib. 2. Reg. cap. 14. Tobiae 3. Osee 13. Matth. 18. & 23. Roman. 1. 1. ad Timoth. 2. 2. Petri 3. Quorum locorum verba nonnulla posuimus disp. 14. sect. 1. & 3. & fusius ponderauimus tomo de voluntate Dei disput. 19. sect. 1. tractabimusque infra disp. 17. sect. 3. 4. & 5.

14. Probatur ex Patribus.

Secunda probatio consistit in testimoniis Patrum, qui praedictis, & aliis similibus Scripturarum locis adducti sunt, vt clarius affirmarent Deum non velle punire, praesertim aeterna poena, nisi praesupposito peccato personali. Propterea namque distinguunt voluntatem consequentem ab antecedenti, quoniam voluntas saluandi omnes & beatificandi est voluntas primaria; & beneplacitum Dei, ex ipso Deo, & ex eius natura propensione existens, nullamque occasionem sumens a nostro vitio. At verò voluntas consequens, qua videlicet Deus vult permittere & punire peccata, est volitio, qua oritur & rationem sumit ex nostro vitio. Ita docet expressè Chrysostomus serm. 1. in epist. ad Ephes. Damascenus in Dialogo contra Manichaeos versus finem, & lib. 2. de fide cap. 29. versus finem. Quorum doctrina valde probatur omnibus Theologis. His consonat Augustinus de Spiritu, & lit. c. 33. inter princip. & medium, Hieronymus Malachiae 1. ad illud: *Filius honorat patrem*, &c. & Ezechiel. 16. ad illud: *Ergo & tu confundere*. Epiphani. haeresi 66. post epist. Marcelli pag. 3. Tertullian. in exhortat. ad castitatem, non procul à principio.

15.

Confirmatur ex superiori sect. 4. recolendo, verbum praedictandi ad mortem, siue ad poenam significare decretum efficacis puniendi aeterno supplicio. Hoc igitur sensu Patres multoties asserunt, Deum non praedestinare ad mortem, siue ad poenam, nisi praesupposito peccato personali. Ita Prosper ad obiect. 11. Vincent. *Nec illam*, inquit, *animam nequiter, turpiterque victuram, ad hoc vt taliter viveret, praeparauit: sed talem futuram non ignorauit, & de tali iuste se iudicaturum esse praesciuit. Atque ita ad praedestinationem eius nihil aliud referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiam retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiae largitatem.*

16.

Rurfus ad c. 14. Gallor. respondens ait: *Praedestinatio Dei semper in bono est, aut ad retributionem iustitiae, aut ad donationem pertinens gratiae.* Similitérque sequenti c. 15. respondens asserit: *Deum praescisse simul & praedestinasse, quae ipso erant auctore facienda, vel quae malis meritis iusto erant iudicio retribuenda. Qua disunctione significat, non fieri Deo auctore retributionem peccatorum, quatenus illarum poenarum priores auctores sunt, qui peccata committunt.*

17.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum, cap. 5. & multis sequentibus ex sacris literis probat, mortem vtramque temporalem, videlicet, & aeternam à Deo non esse volitam, neque praedestinatam, nisi praesupposita culpa. Vnde cap. 6. initio ait: *Huiusmodi mortis, quam peccator sibi per contemptum diuinae iustitiae, iniuste concupiscendo, accersit, duplicem Deum mortem iuste iudicando retribuit. Hoc est, primam in separatione animae, & corporis, secundam*

*in aeterna cruciatione animae, & corporis.*

His consequentia scribit cap. 7. initio, & toto cap. 13. & 14. & cap. 17. sub initium, proponit quaestionem, *An idcirco iniquos ad supplicium iuste praedestinauerit, quia eorum mala opera, licet futura praesciret, non tamen ipse praedestinauit, vt futura essent.* Cui quaestioni respondet affirmatiuè. Quod confirmat omnibus sequentibus capitibus vsque ad 24. ante medium; cuius, *Ostendimus*, inquit, *Deum, quid reddendum, praesciuit, & quid donandum, praedestinauit illos ad supplicium, quos à se praesciuit voluntatis male vitio recessuros, &c.*

Beda lib. quaest. q. 13. post med. ait: *Praedestinauit reprobis mortem aeternam, sed non mortis aeternae causam. Non est enim in Dei dispositione, quomodo peccator peccet; sed tamen cum sciat eum peccaturum, mortem ei praedestinauit vt verus iudex. Et infra: Praenitas nostra ab aeterno, mala in conspectu Dei praesentauit: Deus illam ad mortem destinauit.* Valentinianum Concilium III. sub Lothario Imperatore, cap. 3. *Fidenter*, inquit, *fatemur, in electione saluandorum misericordiam Dei praecedere meritum bonum: in damnatione autem peritorum meritum malum praecedere iustum Dei iudicium.* Et paucis interpositis addit: *Poenam sane malum meritum eorum sequentem, vti Deum, qui omnia prospicit, praesciuisse, & praedestinasse, quia iustus est iudex.*

Tertiò probatur, nam Apostolus Roman. 9. licet auctor sit intentionis ostendendi iustitiam; eam tamen intentionem describit vt sequentem, non autem vt praecedentem peccata, cum ait: *Volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum.* Prauisa sunt igitur esse vasa irae apta in interitum prius, quam Deus volens ostendere iram, sustineret in multa patientia. Hoc obseruat Chrysostomus Roman. 9. serm. 16. inter med. & finem ad praedicta verba, dicens: *Quoniam vero longanimitate illa ad respicientiam non vebatur Pharaon, sed se ipsum apparabat in iram, vsus est illo Deus ad correctionem aliorum, sumpta, quam meruerat; poena. Non enim vult Deus ad eum modum suam ipsius potentiam notam facere; sed magis alia ratione, misericordiam vt profit, vt beneficiat.*

Clarius est testimonium Oecumenij ad praedicta verba Roman. 9. dicentis de Pharaone: *Apparatus ad interitum, id est, ad hoc additus, & praeparatus, vt perire oporteret: manifestans, quod ipse ira Dei causa esset, siue ipsius perditionis. Nec enim Deus causa est malorum; sed quisque se ipsum vas efficit ire, quemadmodum & vas benignitatis, siue misericordiae. Ira Pharaoni non Deus, sed ipsius malitia fuit causa, vt pateretur ea, qua passus est.* Et paulo inferius repetit: *Quod ergo ipse non perdat illa vasa, omnino manifestum est; se ipsa enim ad interitum apparauerunt. Perdit tamen illa, postquam se ipsa praeparauerunt. Eandem sententiam reperies apud Rupertum in eiusdem loci commentario.*

Quartò probatur, quoniam, vt sapienter adnotauit Chrysostomus in Genesim homil. 3. post medium; *Propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt percamus, nec vt puniendos nos tradat, sed vt saluet.* Neminem igitur Deus produxit ex efficaci intentione permittendi peccatum personale, quod puniat, nec ex intentione efficaci puniendi, quam conceperit ante praecognitum illud peccatum vt absolute futurum.

Quapropter ad corroborandum antecedens huius argumenti pertinent plurimi Patres, afferentes

18.

19.

20.

21.

22.

23.

rentes finem creandi homines, & concedendi liberum arbitrium, fuisse, vt rectè operantes consequerentur Dei similitudinem, & aeternam felicitatem. Eorum verba retulimus tomo de voluntate Dei disp. 35. sect. 3. Peculiariter notandum est, quod breuiter & perspicue Damascenus lib. 2. fidei cap. 29. sine inquit: *Non ad puniendos nos praefauit, sed vt efficiat nos bonitatis suae particeps, vt bonus: peccantes autem puniri vult, vt iustus.*

24.

Quintò probatur, nam si Deus prius ratione, quam futura peccata praedideret, intenderet efficaciter hunc hominem punire, & ex ea intentione peccata illius permitteret: sequeretur vel nullo modo, vel saltem non ita propriè, nec tanta Dei gloria verificari, quod Patres ponderant, ex sacra Scriptura depromptum, videlicet quasi coactum & inuitum Deum à nobis ad puniendum prouocari. Sic Bernard. serm. 5. in Natali Domini in med. *Ex se sumit materiam, inquit, & veluti seminarium miserendi. Nam quod iudicat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus.* Ac subdit, appellari *Patrem misericordiarum*, & non iudiciorum, ea praesertim ratione, quod miserendi causam, & originem sumat ex proprio, iudicandi, vel vlciscendi magis ex nostro.

25.

Egregiè Nazianzen. in orat. de plaga grandinis paulo post med. ita diuinam misericordiam spondet: *Missis facta ira, quae ipsius naturae aduersatur, misericordiam, quae ipsi naturae inest, amplectitur. Ad illam enim à nobis vi pertrahitur: ad hanc suapte natura fertur. Cum igitur non nisi coactus percutiat, &c.* Chrysostomus homil. 67. in Ioan. ad illud: *Videns ciuitatem, fleuit super illam; Haec*, inquit, *dicit Scriptura, vt nostra causa deferri nos, & nobis ipsius perditionis nostra auctores esse demonstrat. Deus autem non modo nos non derelinquere, & punire vult, sed quoties punit, inuitus punit.* In hac violentia, & quasi coactione declaranda frequentior est Saluianus Massilien. Episcop. lib. 1. de prouid. propius ad med. quam ad finem, & lib. 4. inter principium & medium, & iterum eolum. penult.

26.

Sextò probatur, quia si Deus ex efficaci voluntate puniendi Iudam aeterna morte, moueretur ad permittendum illius peccatum, sequeretur, aliquo saltem modo Deum esse primum auctorem, & primam causam aeternae mortis: si autem efficacis decretum puniendi non constituit, quousque praecognoscat futurum peccatum Iudae; certius, simplicius, ac honorificentius verificatur illud encomium diuinæ bonitatis, & clementiae Sapient. 1. *Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent omnia, &c. Impij autem manibus, & verbis accerserunt illam.* Quo, & aliis testimoniis Scripturae communi consensu Patres conuincunt, iniquos ipsos sibi sua libeta voluntate causas & auctores esse mortis temporalis, & aeternae: quoniam priores Deum prouocant, vt velit inferre mortis supplicium.

27.

Sic Augustinus lib. 4. de Trinitate, cap. 12. post medium: *Propterea*, inquit, *scriptum est: Deus mortem non fecit, quia causa mortis ipse non fuit; sed tamen per eius retributionem iustissime mors irrogata est peccatori: sicut supplicium iudex irrogat reo; causa tamen supplicij non est iustitia iudicis, sed meritum criminis.* Idem dogma tradunt alij plerique Patres, quorum verba retulimus tomo de voluntate Dei, disp. 35. sect. 7. & 8.

Septimò probatur, quoniam intentio efficacis ostendendi iustitiam in punitione, mouens ad permittenda peccata, minus decet diuinam clementiam: quoniam difficilius liberatur à specie crudelitatis. videtur namque studium nocendi, & libido puniendi.

Confirmatur primò, quoniam ex opposito magis commendatur diuina misericordia erga omnes etiam reprobos.

Confirmatur secundò, nam haec ratio magis vrget circa infantes baptizatos, ideòque filios, & amicos Dei, quorum amicitiae, quam Deus habet non fictam, nec insidiosam, minus congruum ac decens est, efficaciter decernere punitionem aeternam, & eo sine permittere peccatum illorum, vt iuste possit illud decretum expleri. Quod probant omnia, quae de vera Dei charitate erga quoslibet iustos etiam praescitos, attulimus tomo de voluntate Dei tota disp. 34.

Secunda conclusio. Nullam video implicationem contradictionis, ob quam repugnet de potentia absoluta, intentionem efficacem puniendi fuisse in Deo ante praecognita peccata, vt absolute futura. Quantum ad hoc vera est sententia Ricardi citati pro prima sententia: atque idem colligitur ex Caietano quaest. 23. art. 5. ad 4. argum. Aureoli. Vide quae ex eo diximus sect. 5. difficultate 1. concl. 2. Hanc conclusionem efficaciter probant tertia & quarta ratio adductae pro prima sententia.

Impossibile esse praedictam intentionem puniendi existimant Molina, Suarez, & Vazquez, quibus fauet Ferrariensis locis citatis in conclus. 1. Ex quibus quae colligi possunt obiectiones, haec sunt praecipuae.

Prima, quoniam Concilia, & Patres citati pro conclus. 1. non solum dicunt Deum de facto non praedestinare ad poenam, nisi praesupposita culpa, sed dicunt aliud esse impossibile, quoniam foret iniustum.

Respondetur. Patres volunt iniustum esse punire eum, qui non sit reus alicuius peccati. Ceterum vt magis commendat diuinam clementiam, vtque ostendant ordinem, quo de facto constituta fuit reprobatio, longius distare ab iniustitia, dicunt, praesupposita praescientia peccati vt futuri, voluisse Deum ostendere iustitiam puniendam. Sed non dicunt iniustum esse decretum puniendi peccata, etiam si habeatur ante prauisa peccata vt absolute futura.

Obiiciunt secundò, quia si Deus praedestinaret ostensionem suae iustitiae ante praecognita peccata, deberet etiam praedestinare, ac praedefinire peccata. Probant consequentiam, quoniam sunt media necessaria ad illum finem consequendum. Confirmant, quia Deus necessariò praedestinat merita, ex eo quod gloriam vt praemium praedestinat; ergo Deus praedestinet etiam peccata, si praedestinaret ostensionem iustitiae in illis. Huic argumento satisfacimus disputat. 72. sect. 8. argum. 1. & 2.

Nunc verò circa praedictam obiectionem obseruanda sunt duo. Primum est, aequaliter probare, quod passio Christi Domini praedestinet non potuerit ante prauisam inuidiam, odiumque inimicorum, nisi praedefiniretur etiam inuidia, & odium. Secundum, quia quaecumque peccata per accidens, & contra suam naturalem propensionem vtilia sunt ad finem bonum, intentum à Deo, etiam si finis sit punitio, vt iusta est;

28.

29.

30.

31.

32.

Duo obseruanda.



est; ideo opus non est Deum prædefinire peccata: factis est, si sciat, quod positus talibus circumstantiis infallibiliter erunt, & bono fine Deus adhibeat, vel permittat eas circumstantias adhiberi.

33. Tertia obiectio, quoniam indignum est Deo insidiari hominibus, & de industria querere circumstantias, & minuere auxilia, ut culpa laqueis captum hominem puniat.

Respondetur. Hoc minus dignum est Deo, propterea quod de facto non est. Ceterum absolute non repugnat: id namque si fieret à Deo, non fieret tali intentione nocendi, per quam ratio nocenti propter se ipsam placeret Deo, quod significatur in antecedente; sed potius adhuc in tali voluntate displiceret propter se ratio nocenti hominum; placeret autem propter maius bonum iustitiæ vindicatiæ, & maius bonum creaturæ punitæ, quæ ea ratione, quamuis iniuria, reducitur ad suum creatorem, & ad eius gloriam, quod non solum est bonum extrinsecum Dei, sed etiam est bonum creaturæ punitæ.

34. Quarta obiectio, quia peccatores excusarent merito sua peccata.

Respondetur, negando sequelam, quoniam adhuc essent proflus libera: neque fugi potest maiorem excusationem peccati suppetere, quoniam puniendi intentio præcedat, si auxilia, occasionem, tentationes, ac reliquæ circumstantiæ perinde se habent, ac si nulla Dei intentio præcederet.

35. Quinta obiectio, quoniam efficax intentio puniendi, si non supponat præcognita peccata ut futura, nec erit actus iustitiæ, nec actus misericordiæ, ac proinde non poterit recta ratione duci.

Respondetur. Erit actus iustitiæ ratione obiecti voliti, qua ratione vult exercere honestum iustitiæ punitivæ. Sed in se formaliter non habebit eam peculiarem rationem iustitiæ, quam habet voluntas consequens peccata, & supponens illorum futuritionem. Huic similis est voluntas efficax reddendi gloriam ut præmium operum: quæ voluntas ex parte obiecti est remuneratiua, licet ipsa voluntas sit ex mera misericordia ante præiusta opera, supra disputat. 12. sect. 5. & 6.

36. Ad argumenta primæ sententiæ respondetur. S. Thomas rectè explicatur à Caietano, & Ferrarienti, ut ostensio iustitiæ sit finis intentus à Deo in permissione, & punitione peccati simul sumptis: sed non sit finis efficaciter intentus in sola permissione peccati. Atque eodem modo explicari potest Durandus, Driedo, & alij recentiores. S. Bonavent. & Ricardus tantum intendunt docere sententiam Augustini, quam referunt, de qua dicemus ad 2. argumentum.

37. Ad argumentum secundum respondetur. Augustinus ibi agit de reprobatione hominum supposito peccato originali, quo præsupposito potest Deus intendere severitatem vltionis, ut diximus in principio huius sectionis: sed de nostra quæstione nihil expressè docet Augustinus ibi.

38. Ad tertium, & quartum argumentum respondetur. Rectè probant secundam conclusionem, videlicet illam intentionem puniendi fuisse possibilem de potentia absoluta; sed non probant fuisse de facto; quoniam illud minus decet diuinam clementiam, minusque consentit Scripturæ, & Patribus.

Ad quintum respondetur. Quando Deus permittit Adamo peccatum originale, & quando homini cuiquam iusto permittit primum peccatum mortale, quamuis non intendat efficaciter punitionem; sunt tamen alij multi fines, quos intendit. Primus est finis generalis prouidentia, ut causas liberas sinat suos motus liberius agere. Secundus est, ut constet Deum posse cui voluerit negare copiosum auxilium, & illo negato quàm debilis sit creata voluntas. Tertius, ut neget prædestinationem eidem homini, & inde colligat vtilitates plurimas dicendas in sequentibus sectionibus.

SECTIO VII.

Vtrum prædestinatorum vtilitas sit finis intentus in perditione reprobatorum.

Affirmatiua conclusio est certa Roman. 9. & 11. quorum verba referemus infra; & Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ex quo loco reprobos à Deo creati, & tolerari, ut cooperentur in bonum prædestinatorum, colligit Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 51. & Hugo de S. Victore in epist. ad Roman. quæst. 209. & quatuor sequentibus. Præterea 1. Corinth. 3. fine: Omnia vestra sunt, sine Paulus, sine Cephas, sine mundus, sine vita, sine mors, sine præsentia, sine futura. Vbi nomine mundi intelligere possumus omnes homines, qui sunt in mundo, qui omnes aut sunt prædestinati, aut sunt prædestinatorum; quoniam eorum vtilitatibus inseruiunt: & in specie possumus reprobos intelligere nomine mortis. Denique dum futura dicit esse prædestinatorum, ostendit non solum futuram gloriam, sed etiam futuram penam reprobatorum prodesse prædestinatis. Parum ab hoc sensu distat Chrysofostomus hom. 10. in illud caput, O Eumen. & Anselmus ibi.

Iterum Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 6. fine, c. 7. ad finem ait: Num quia præstiti sunt, ideo creati minimè debuerunt? Habent enim & ipsi locum suum, quem in rebus impleant pro vtilitatibus Sanctorum. Cuius mentem defendens Prosper in sententia ad 11. cap. Gallor. ait: Qui sibi sua iniquitate nocituri sunt, ad vtilitatem nascuntur aliorum. Ex prædicto lib. 11. c. 6. fine, sententiam illam Augustini: Frustra dicitur: Non crearet Deus, quos sciebat malos futuros. Cur enim non crearet, quos sciebat bonis profuturos? recipiunt Hugo Victorin. erudit. Theolog. summæ sentent. tract. 3. cap. 7. fine, Magister lib. 2. sentent. dist. 23. sub init. Vbi eam tacendo approbat S. Thomas, & magis expressè opusc. de prædestin. c. 7. ratione 3. S. Bonavent. dicta dist. 23. in expositione literæ, vbi etiam Egidius, & in dub. literali 1. & 2. Durandus, Argentinus, & alij Scholastici.

Ratio autem à priori est, quoniam infinita bonitas, & sapientia non permetteret mala, nisi propter maius bonum. Et quamuis satis fuisset bonum iustitiæ in punitione reprobatorum, ut vidimus sect. 5. & 6. Solet tamen Deus inferiora bona ordinare ad superiora, sicque omnia reducere ad se ipsum. Propterea non solum substantia reprobatorum, sed etiam peccatorum permisso, atque punitio congruentex ordinantur à Deo non

39. Finis à Deo intentus in permissione peccati Adam & primi peccati mortalis in homine iusto.

1. Conclusio affirmatiua.

2.

3. Ratio à priori.

non solum ad ostensionem iustitiæ, quæ ostensio est minus bonum; sed etiam ostensio iustitiæ ordinatur ad ostensionem maiorem misericordiæ in prædestinatos, quæ est longè altius bonum: at qui prædestinati omnes ordinantur ad Christum Deum, & hominem; Christus verò in quantum homo ordinatur ad Deum. Quapropter Paulus 1. Cor. 3. concludit: Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. vbi prædictum ordinem causæ finalis intelligere possumus. Sed de ordine omnium prædestinatorum ad Christum dicendum est in peculiari disp. versùs finem operis.

4. Præcedens discursus confirmatur primò, nam ostensio iustitiæ per se solum tam exiguum bonum est, ut quibusdam videatur, neque de potentia absoluta esse posse integrum reprobationis finem, nisi ordinetur ad aliud superius bonum, ut vidimus sect. 5. Illud autem certum est diuitias gloriæ Dei non ostendi iustitiæ, sed misericordiæ, quam maiori studio, quàm reliqua omnia, Deus ostendit, ut Chrysofostom. notat Rom. 9. serm. 16. in ea verba: Diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ.

5. Confirmatur secundò, supponendo Dei voluntatem impleri de omnibus hominibus, & cunctis actionibus eorum, etiam illis, quibus peccando violant voluntatem signi; & delirando nituntur impedire voluntatem beneplaciti. Quod ex professo probauimus tomo de volunt. Dei tota disp. 18. Hinc ergo colligitur congrua ratio, quoniam oportet diuinam voluntatem, non vticumque, sed maximè impleri etiam per eas actiones, quæ contra Dei voluntatem fiunt. Quare Deus inde colligere debet illud bonum, quod sibi est maximè voluntarium; sed maximè voluntaria est Deo misericordia circa prædestinatos; minus autem voluntaria est iustitiæ circa reprobos, ut supra diximus: igitur oportet Deum ex impiorum actionibus non solum colligere bonum iustitiæ, sed etiam illud ordinare ad bonum misericordiæ in prædestinatis.

6. Quæ ratio colligitur ex c. 28. Isaie illis verbis: Sicut in valle Gabon irascitur, ut faciat opus suum, alienum opus eius: ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Vbi Hieronymus ait: Non est opus Domini perdere quos creauit, sed facere opus alienum. Non est opus eius punire peccatores, sed peregrinum ab eo, ut puniat qui saluator est; lege præcedetia ab illis verbis: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem suum; videbitque, hæc opera peregrina destinari ad prædestinatorum, ac potissimum Christi Domini gloriam.

7. Quamuis singulæ vtilitates à reprobatorum malis prouenientes in bonum prædestinatorum non possint enumerari, præcipuas tamen earum ad nouem generalia capita reducemus.

Prima vtilitas hæc est. Prædestinatorum virtutes comparatione vitiorum, & obstinationis, ac prædestinatorum gloria, supremæque felicitas, comparatione penarum, & extremæ infelicitatis reprobatorum, splendent clariùs, atque iucundius, non aliter atque pictorum arte, inter umbras clarior extat eminentia corporum, & lux in tenebris magis emicat.

8. Hanc Aug. lib. 11. de ciuit. c. 18. probat autoritate simul & ratione, Ecclesiast. c. 33. dicens: Nec enim Deus vultum, nõ dico Angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præcisset, nisi pariter nosset, quibus eos honorum vltibus commoderet: atque in ordinem seculorum, tanquam pulcherrimum cæmen, etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret. Quæ Ruiz de Prædestinatione.

verba recipit Prosper lib. sent. ex Augustino, sent. 140. Positis autem exemplis oppositorum adiungit Augustinus: Sicut ergo ista contraria, contrarijs opposita, sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non verborum, sed rerum eloquentia contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Apertissime hoc postum est in libro Ecclesiastico hoc modo: Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator. Et sic intue in omnia opera Altissimi duo & duo, vnum contra vnum.

Idem Aug. Enchir. c. 10. & 11. Ex omnibus, ait, consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud, quod malè dicitur, bene ordinatum, & suo loco positum, eminentiùs commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis. Anselmus in Elucidario col. 4. de malis Angelis: Cum Deus, inquit, præciperet eos tales futuros, quare creauit eos? Propter ornatum sui operis. Ut enim pictor nigrum colorem subtermit, ut albus, vel rubens pretiosior sit: sic collatione malorum iusti clariore sunt. Prior hanc similitudinem exposuerat Gregorius lib. 33. moral. c. 13. fine.

Chrysof. hom. de Adam, & Eva col. 3. de Lucifero sic loquitur: Deus scinit futurum irreparabilem casum eius, sicut scinit quanta bona facturus esset de malo illius. Nam tolle persecutores, & non erunt martyres: tolle ebriosos, & non laudamus sobrios: tolle tenaces, & non præferimus eleemosynas largos. Ex comparatione ergo peioris oboritur laus melioris.

Generalis non modò figura, sed etiam exemplum fuit illud discrimen, quo Deus populum fidelem gloriosum reddidit inter plagas Ægyptiorum, quod meritò ponderat Sapiens c. 17. & 18. in cuius initio notentur illa potissimum verba: Et quia non & ipsi eadem patiebantur, magnificabant te: & quia non ledebantur, gratias agebant: & ut esset differentia, domum petebant. Ad idem discrimen respexit Ecclesiasticus c. 39. versu 29. dicens: Quomodo conuertit aquas in siccitatem, siccata est terra, & via illius vijs illorum directæ sunt: sic peccatoribus ostensiones in ira eius.

Prædicta ratio recipitur à Scholasticis communiter lib. 1. sentent. dist. 46. & Alexand. 1. p. q. 38. memb. 3. Solus Durandus dicta dist. 46. q. 2. dicit, ex comparatione malorum bona non reddi commendabiliora secundum existentiam; sed tantum secundum apparentiam. Fallitur tamen in primis, quoniam secundum existentiam commendabilius est speculum, meliùs representans occasione suppositi opaci, terminantis lucem: sic commendabiliora sunt bona prædestinatorum, quando meliùs representant attributa diuina occasione malorum iuxta positiorum. Deinde, quoniam melior, & euidentior cognitio, quam inde colligunt Sancti, reddit eos in se ipsis perfectiores.

Secunda vtilitas. Prædestinati reprobatorum in culpis atque supplicio euidentius agnoscunt se ex propriis vitibus habere nihil virtutis & gratiæ: deinde propter peccata originalia, vel actualia, quæ commiserunt, dignos fuisse æterno supplicio non minus, quàm plerosque reprobatorum, quos vident æterno igne torqueri. Vnde sequitur primò, ut euidentius agnoscant summam misericordiam, & merè gratuitam: secundò, ut gratias agant feruentius: tertio, ut in Domino tantum, non in se gloriantur. Hæc omnia significantur Rom. 9. illis verbis: Quod si Deus volens ostendere iram, & iram facere parentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa ira apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in

9.

10.

11.

12.

13.

Quid in culpa reprobos agnoscat prædestinati.

in gloriam. & Rom. 11. Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei; in eos, qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem.

14.

Hæc membra secundæ utilitatis frequenter, & eleganter commendat Augustinus, veluti lib. de prædest. Sanct. c. 8. & de bono perseuer. cap. 12. & epist. 106. ad Bonifac. propius ad medium, quam ad fin. & epist. 157. ad Optatum propius ad medium, quam ad princ. & lib. 21. de civit. cap. 12. & lib. 4. contra Iulian. c. 8. post med. & lib. 2. de nutritis, & concup. c. 16. & 17. & lib. 11. de Genesi ad liter. c. 8. Prosper ad c. 13. Gallor. sine. Beda Rom. 9. ad id: Quod si Deus volens ostendere, &c.

15.

Cuiuslibet sententia.

Nec vera est exclusiva, quam aliquis ex recentioribus adhibet, dicens, hanc utilitatem solummodo provenire ex comparatione gratiæ congruentis, & abundantioris, quæ negatur reprobis; conceditur autem prædestinatis. Quinimo provenit etiam ex comparatione supplicij, tam æterni, quam temporalis: ac proinde perseuerantia, protectio, & securitas prædestinatorum commendatur à circumstantibus ruinis, sceleribus, & suppliciis reproborum. Quod observare licet toto Psalm. 90. præsertim illis verbis: Cadent à lavere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Unde Augustin. illud Psalm. 58. Deus misericordia eius præveniet me. Deus ostendet mihi super inimicos meos, explicat his verbis: Quamvis erga me habuit misericordiam, in illis mihi demonstravit. Nisi enim debitor suspèdatur, minus gratias agit, cui debitum relaxatur. Similia non solum de discrimine gratiæ, sed etiam de discrimine pænæ, docet Augustinus in locis nuper citatis: loquitur autem tam de parvulis, quam de adultis.

16.

Observanda.

Tādē observari debet, tot esse beneficia Dei erga prædestinatos, quot sunt reprobi, imò & quot sunt bona, quæ illis à Deo tribuuntur, & mala, quæ permittuntur, & pænæ, quibus cruciantur: quoniam ex vi præsentis decreti Deus nullum reproborum creasset, aut si creasset, non permisisset esse reprobum, nisi ut prædestinatorum utilitatibus inferiret, ut vidimus sect. 5. dicto 1.

17.

Reprobos prædestinati indicant.

Tertia utilitas. Prædestinati punitivā iustitiam exercent in reprobos, eos iudicando, & damnando simul cum Christo Domino, qui quod Apostolis dixit: Sedebitis super sedes duodecim, indicantes, ad omnes electos dictum esse voluit, Paulo interprete, 1. Cor. 6. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus: & iterum: Si in vobis iudicabitur mundus, &c. Atque ex hoc actu iustitiæ quadruplex infurgit ratio lætitiæ.

18.

Quadruplex lætitiæ ratio in prædestinato.

Prima, & præcipua est vindicta diuinæ iniuriæ, quam supra omnia testantur electi.

Secunda est vindicta propriæ iniuriæ, quā iuste in hac vita, & securius in alia expetunt Sancti à solo Deo iudice. De vtraque ratione dicitur Psalm. 57. Letabitur iustus, cum viderit vindictam: & dicet homo, si vtrique est fructus iusto vtrique; est Deus iudicans eos in terra. Necnon 2. Thessal. 1. Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem ipsi, qui vos tribulant, in revelatione Domini Iesu de celo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis. Propter vtramque vindictam Apocal. 19. semel & iterum canitur. Alleluia Deo, Qui iudicavit de meretrice magna, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius. Facitque valde Aug. lib. 20. de civit. c. 22. probans, pœnas damnatorum manifestas esse beatis, & ab illis videri. nihil autem vident, nisi lætum sibi.

Tertia ratio lætitiæ est, quoniam victores evadunt, & superiores iis, à quibus antea conculcabantur. Sapient. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiauerunt.

Quarta ratio, nam in punitione impiorum vident splendere iustitiam, bonitatem, sapientiam, & potentiam Dei, ut dicemus sect. sequenti. Ad has rationes reducitur illa, quam sub dubio tradit Hugo Victor. in epist. Rom. q. 249. & 250. videlicet beatos lætari, quoniam in punitione reproborum magis efficaciter agnoscunt misericordiam sibi præstitam.

Beda tom. 8. lib. var. q. 110. col. 401. ait: Iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet, ut iusti omnes, & in Deo videant gaudia, que percipiunt, & in illis respiciant supplicia, que evaserunt, quatenus in æternum tanto magis divina gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciant, que eius adiutorio vicerunt.

Præcedentes utilitates quamvis ornent statum viæ, præcipue tamen statum patriæ felicitem reddunt. At quæ deinceps afferentur utilitates, ad statum viæ magis, quam patriæ pertinent.

Quarta utilitas. Prædestinati à Deo subrogantur in locum sanctitatis, quem reprobi sponte deserunt. In quo duplex est dependentia. Prima, qua testatur D. Thom. q. 23. art. 6. ad 1. his verbis: Non permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat, secundum illud Iob. 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Quem locum ad rem præsentem egregie ponderat Greg. lib. 25. moral. c. 7. à medio, & toto c. 8. Secunda dependentia est, quia prædestinatorum multi non erigerentur, nisi reproborum plurimi à sanctitate caderent. Quod Augustinus de corrept. & grat. c. 13. probat verbis Ioannis Baptistæ: Facite dignum fructum penitentiae, & nolite dicere apud vosmetipsos: Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham, ut ostendat sic istos esse amputandos, si non fecerint fructum, ut non desit numerus, qui promissus est Abraham. Tamen apertius in Apocal. cap. 3. dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus, nisi iste perdidit, certus est numerus. Hac tenus Augustinus, cuius postremam sententiam tacite admittit D. Thomas citatus, nam eam retulit in argumento, & confirmare videtur in solutione.

Huius providentiæ ratio funditur ex eo, quod non solum in naturalibus, sed etiam in supernaturalibus decet, vniuersam correctionem non permitti nisi propter alterius generationem. Exemplis verò probatur, quoniam Angelorum ruinas homines implēt: Iacob fratris primogenita tulit prius, & postea in se benignitatem transtulit; in locum Iudæ Mathias ordinatus est: Synagoga obstinata perfidia permilla fuit, ut ex gentibus plures civitatis vocarentur ad fidem, & converterentur.

Quod præterea Deus dirigit, vltiorem finem videlicet, ut prædestinati ex Israëllico populo, qui nouissimis temporibus redituri sunt ad Ecclesiam, æmulatione Gentilium præparientium sibi coronas, excitentur ad fidem. Quos omnes fines diuinæ prædestinationis Paulus tradit tota epist. ad Rom. præsertim cap. 9. & 11.

Nota illa verba: Illorum delicto, salus est gentibus, ut illos æmulentur. Scilicet ut Iudæi æmulentur Gentiles. Quod infra magis explicat: Nunc misericordiam consequuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam.

19.

20.

21.

Prædestinati loco reprobis subrogati.

22.

Huius providentiæ ratio.

23.

diam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Quod bene observat Chrys. & Oecum. vtroque loco.

24.

Nota secundò illa verba. Secundum Evangelium inimici propter vos; quæ ad hanc rem egregie ponderat D. Augustinus de prædestinat. Sanct. cap. 16. & Beda ad Roman. 11. & illa: Si enim amissio illorum reconciliatio est mundi; quæ rectè ad hanc rem ponderat Hugo ad Roman. q. 270. & illa: Fracti sunt rami, ut ego inserar bene.

25.

Obiicit aliquis. Gentilicus populus vocandus fuisset ad fidem, quamvis Israëliticus creditus: ergo vniuersus reprobario non requiritur ad prædestinationem alterius, quod est contra dicta in principio quartæ utilitatis. Antecedens colligitur ex actibus cap. 13. vbi constantem Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit vobis Dominus. Observa dictionem primum, ex qua colligitur postea vocandas fuisse gentes, id, quod docet aperte Chryl. tom. 2. ad Roman. 11. serm. 19. ad illa verba: Quod si illorum delicto salus est gentibus.

Respondetur. Quamvis gentilicus populus vocaretur, illius multi non vocarentur, qui de facto vocati sunt. Quod reprobo primò, quoniam aliqui mortuari essent, antequam ad eos pervenirent Apostoli, qui forent impediti suæ gentis prædicatione. Secundò, quia copiosior numerus Gætilium in Ecclesia admittitur ad prædictam occasionem. Sic enim Paulus ad Roman. 11. ait: Quod si delictum eorum divitiis sunt mundi, & diminutio eorum divitiis gentium.

26.

Quinta utilitas. Reproborum periculis, ac ruinis prædestinati cautiore, securiore, & redduntur humilitate, diffidentia sui, timore diuinorum iudiciorum, prudentia, & circumspèctione. Roman. 11. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Prouerb. 19. Passilente flagellato, stultus sapientior erit. & Prouerb. 21. Multato pestilente, sapientior erit paruulus. Sic Damascenus lib. 2. de fide, c. 29. post med. ait: Interdum deseritur quis in malis ad vitam aliorum in melius commutandam. Nemesius de facultatibus animæ, c. 44. sine ait: Deseritur quis ad tempus ad correctionem alterius, ut eius casum ceteri intuentes erudiantur: ut in Lazaro, & diuice euenit. Natura enim ita comparatum est, ut dum alios in malis cernimus, ipsi animo contrahantur, ut scitè à Menandro dictum est.

27.

Chryl. tom. 9. serm. 16. in id: Suscipiunt in multa patientia; Passus est, inquit, Pharaone Deus ad correctionem aliorum, sumpta, quam meruit, pœna, & alios diligenciores faciens. Et Augustinus de corrept. & grat. cap. 13. monet in Scriptura frequenter denunciari prædestinatis pericula reproborum, ne altum sapiant, sed timeant: ut cum dicitur Apocal. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Et lib. 1. ad Simplic. q. 2. post med. explicat illud Psalm. 57. Manus suas lauabit in sanguine peccatoris, ut prædestinati in supplicio reproborum per timorem sua opera curent esse puriora. Quam explicationem sequitur ex Casiodoro Glossa ordinaria, & interlinealis.

28.

Idem Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 8. circa medium: Deus, inquit, melius esse iudicavit, misere quosquam non perseueraturos certo numero Sanctorum suorum, ut quibus non expedit in huius vitæ temptatione securitas, non possint esse securi. Multos enim à perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus. Qui videtur stare, videat, ne cadat, &c. De his etiam Ruiz de Prædestinatione.

loquitur lib. 11. de Genesi ad literam c. 11. cum ait: Quos ita creauit, ut ad bonum proficere, nisi malorum comparatione, non possent.

Hæc utilitas non tantum ex hominibus reprobatis, sed etiam ex dæmonibus colligitur. Idè Augustinus lib. 11. de Genesi ad liter. cap. 22. præmittens Deum præscium creasse dæmones ad utilitatem Sanctorum, adiungit post medium: Præstatur Sanctis ex eorum comparatione cautela, & pia sub Deo humilitatis, & intelligentiæ gratia, & exercitatio ad tolerandos malos, & probatio ad diligendos inimicos. Quod attiner ad humilitatem & cautelam, admonuit Dominus Luca 10. Videbam, inquit, Satanam sicut fulgur de celo cadentem, &c. Quod ita ponderat Gregor. lib. 23. moral. cap. 4. inter princip. & medium. Mirè Dominus, ut in discipulorum cordibus elationem premeret, iudicium ruinae reuulit, quod ipse Magister elationis accepit: ut in aurore superbia discerent, quid de elationis vitio formidarent. Fufius hanc utilitatem persequitur lib. 34. moral. cap. 7. tractans illud Iob. 41. Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. & cap. 12. & 13. ad illud Iob. 41. Sub ipso erunt radii Solis, & sternet sibi aurum, quasi lutum; præsertim ad finem c. 13. cuius sententia refertur c. 33. q. 3.

Humilitas & cautela.

30.

Denique commentaria, quæ tribuantur Ambrosio ad Rom. 9. circa illud: Dicit enim Scriptura Pharaoni, &c. rem explicant antiqua medicorum consuetudine, qua per anatomicam sectionem læuientes in homines capitis reos dicebant, docebantque artem medendi optimis ciuibus, & vita dignis. Ad hoc caput reuocari potest, quod subtiliter Boëtius obseruauit lib. 4. de consolat. profa 6. prope finem. Sape illa summa prouidentia protulit insigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua sibi pessima quidem perpeti videntur, noxiorum odio flagrant, ad virtutis frugem redire, dum eis dissimiles student esse, quos oderant.

Sexta utilitas. Reprobi omnium vitiorum escam prædestinatis subtrahunt, præripiendo temporalia bona, & omnium virtutum materiam miniftrant, persequutionibus exercendo.

31. Reprobi virtutum materiam ministrant. Quatuor emolumenta.

Quatuor autem inde existunt emolumenta virtutum. Primum, quia prædestinati circa difficiliora nitentes, eliciunt actus heroicos. Secundum, quia firmiores, profundioresque radices agunt, ne possint tentationum turbine conuelli. Tertium est, quoniam intentio soli Deo placendi purior redditur à quocumque sinistro affectu. Quartum, quia quorundam hypocritis persequutionibus detegitur, & aliorum virtutibus solida esse probatur.

32.

Propter hæc zizania in medio tritici permittuntur crescere vsque ad messem, alliganda postea in fasciculos ad comburendum; ne colligentes zizania eradicet cum eis simul & triticum, quod in messe congregandum est in horreum Dei: quibus proprietatibus vitia reproborum, & prædestinatorum virtutes denotatur Matth. 13. & Philipp. 1. In nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo. Iudicum cap. 2. sine, & cap. 3. initio antiqui habitatores relinquuntur fidelibus permixti in terra promissionis, ut Deus experiantur Israël, vtrum in viis eius ambulet; vtque disceret bella Domini, haberetque consuetudinem præliandi. Quod ad rem præsentem eleganter explicat Augustinus eo loco ab vtraque Glossa relato.

Q 2 Hoc

33. Hoc scilicet obsequio sicut Esau suo fratri Iacob, sic quicumque reprobos, temporali potestate maior, seruiet minori prædestinato, Genesis 25. & Roman. 9. sicut explicuimus disputat. 8. sect. 2. num. 10. Nouum hunc ordinem, & modum seruiendi explicat Augustinus sermone 78. de tempore, post medium, dicens: *Populus maior seruiet minori. Quo, inquis, ordine? illo utique, quo mali seruiunt bonis, non utique obsequendo, sed persequendo. Quomodo ergo mali seruiunt bonis? Quomodo persecutores martyribus, quomodo lima, vel mallei auro, quomodo mole seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis formalia, ut illi coquantur, illi consumantur. Quomodo, inquam, mali seruiunt? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, ubi sine dubio palea consumitur, aurum probatur, & qua sequuntur.*

34. Et lib. 16. de ciuit. cap. 35. post medium ait: *Nemo ferè nostrorum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudæorum minori populo Christiano seruiturum. Quod postea confirmat. Consonat in cap. 42. ostendens Iacob significare populum Christianum, & Esau populum Iudæorum, & de his esse dictum, Maior seruiet minori. Eandem expositionem sequitur Prosper lib. de prædict. parte 1. cap. 21. sine. Anselmus autem Rom. 9. confirmat Prouerb. 11. *Qui stultus est, seruiet sapienti.* Concordat Brunus eod. cap. 9.*

35. Generaliter autem creare Deum, quos præfuit esse damnandos ad eum finem, inter alios, ut exerceant, & admoneant, docet Augustinus lib. 11. de Genesi ad liter. cap. 6. sine, & cap. 9. sine. & epist. 157. ad Optatum propius ad medium, quam ad princip. & in id Psalm. 54. *Contristatus sum in exercitatione mea.* & lib. de gratia & libero arbit. cap. 20. in med. ponderans illud 2. Regum 16. *Dominus præcepit illi, ut maledicat, &c. Si forte respiciat Deus humilitatem meam.* Chrysofostomus hom. de Adam, & Eua, colum. 3. Prosper ad c. 13. Gallor. Damascen. lib. 2. fidei cap. 29. Beda Roman. 9. ad illud: *Quod si Deus volens, &c.* Anselmus in Elucidario multo propius ad medium, quam ad principium.

36. Gregor. lib. 16. moral. cap. 23. circa medium, illud Iob. 24. *Calcatis torcularibus stium, exponit de reprobis, qui persequendo & calcando prædestinatos transmittunt ad cœleste conuiuiũ. & lib. 2. moral. c. 29. Abel, inquit, esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Ferrum quippe mentis nostra non potest ad acumen peruenire virtutis, nisi hoc alterius eraserit lima prauitatis.* Refertur ante cap. vltimum 7. quaest. 1.

37. Confirmatur primò, nam Pharaon, Nabuchodonosor, & ceteri persecutores Israëlitiçi populi, deseruiebant, ut fideles oppressi, vel imminente timore perculsi, confugerent ad Deum, profitentes ad nulum posse, si velit, cuiusque regis obstinatissimi voluntatem flectere, odia commutans in gratiam, & contemptum in reuerentiam, & gloriam, sicut expedit prædestinatis. Cuius rei exempla plurima vidimus præcedenti tomo de prouident. disp. 6. sect. 8.

38. Confirmatur secundò, nam exemplo patientiæ, quam Deus ostendit erga reprobos, expectans eos, & prouocans ad penitentiam, crescit prædestinatis spes obtinendi veniam peccatorum. Sapient. 12. *Bone spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans, das locum in peccatis penitentia. Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciatu attentione, dans tempus, & locum, per*

*qua possent mutari à malitia; cum quanta diligentia iudicasti filios tuos.*

Confirmatur tertio, quia reproborum perniciosissimi sunt hæretici; sed tamen oportet hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. 1. Corinth. 11. Rursus cum nihil sit, quo magis debilitare possint veræ fidei auctoritatem, eamque conciliare falsò dogmati, quam futurorum prædictiones, & apparentia miracula, permittit illa Deus, ut fideles tentet, & palam fiat, an toto corde Deum diligant, Deuter. 32. initio. Quòd autem hæreticorum dissensione fides Catholica roboretur, tractat Augustin. lib. 18. de ciuit. toto c. 51. Quòd autem per eorum acumina vanitatis, excitentur prædestinati, ut diligentius arcana veritatis inquirent, scribit lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophet. c. 6. ad finem.

Confirmatur quartò, nam Iudæi, adhuc pertinentes in perfidia toto orbe dispersi, argumento sunt vniuerso orbi, prophetias Euangelicæ legis non esse à Christianis confictas, utpote quas veras esse consentitur nostræ religionis hostes acerbissimi: iidemque pena exilij ac seruitutis tam diuturnæ comprobant culpam, & cæcitate probant veram fuisse prædictionem Isaiæ, & redemptoris. Hæc notantur Psalm. 58. *Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei: disperge illos in virtute tua, & depone eos protektor meus Domine. Delictum oris eorum, &c.* Quæ optimè explicat Augustinus 18. de ciuit. cap. 46. post medium, & serm. 78. de tempore, circa medium.

Confirmatur quinto, quoniam prædestinati suorum peccatorum penas vtilius, faciliusque reddunt in hoc sæculo, quam in futuro. Id autem reproborum labore, & periculo fieri iuste Deus permittit. Vnde Perus in 1. cap. 4. fideles hortatur ad sustinendas infidelium persecutiones, quoniam *tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis; quis finis eorum, qui non credunt Euangelio: & si iustus vix saluabitur, iniustus, & peccator ubi parebunt? Extant plurima exempla in Scriptura. legatur D. Chrysofostom. in orat. 4. de aduersa valetudine, August. lib. 2. de Genesi contra Manichæos: *Quare, inquit, non faceret, cum per suam instiliam, & prouidentiam multos de malitia diaboli corrigit.**

Septima vtilitas. Reprobi seruiunt temporalibus commodis prædestinatorum, ut Deuter. 24. sub finem, de antiquis habitatoribus Palæstinæ dicitur: *Non eieciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestie agræ, paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.* Idem mystico sensu traditur Iosue 9. Vbi Gabaonitæ ea lege atque omine permittuntur viuere, ut in usum vniuersæ multitudinis ligna cedant, aquisque comperent. Porro Gabaonitæ in terra promissionis agentes, & nunquam consequuturi sortem in illa, eos denotant, qui quamuis in Ecclesia sint, nunquam tamen ad electorum sortem peruenient. Ita ferè Origenes hom. 10. in Iosue, & Ildorus in Glossa.

Confirmatur primò, nã ex reprobis nascuntur quamplurimi prædestinati, quemadmodum maxima pars fidelium ex Gentilibus, & idololatris descendit. Sapienter enim Chrysofostomus tom. 5. homil. 5. de penitentia propius ad principium, quam ad medium, id obseruat in Esau, quaestionem proponens: *Si ergo fornicator, & patricida, & profanus,*

39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

*profanus, & odibilis, quare protinus non suscipit meritam animaduersionem? Respondet autem: Esau genuit Raguëlem, Raguë Zaran, Zara Iob. Cernis; quantus elanguisset patientia flos, si praueniens Deus à radice penas exegisset. Egyptios, qui ultra fidem blasphemii, patienter expectat, quousque ibi monasteria, & Ecclesia, atque in illis florere, qui Angelicam imitarentur vitam. Romanorum mandant leges, prægnantem, si quando contigerit mortis peccato damnari, non prius, quam pepererit, necari. Notat etiam hanc vtilitatem Prosper in sententia ad 13. c. Gallor. post med. de innumerabili multitudine impiorum, dicens: *Cum etiam per ipsorum veniat propaginem regeneranda generatio.**

Confirmatur secundò, quia plurimis operibus temporalem vtilitatem reipublicæ conferunt reprobi maiorem, quam prædestinati. De illis rectè Augustinus lib. 5. contra Iulian. cap. 3. longè post medium: *Nec Deus, ait, quid de illis boni operetur, ignorat, cum & hoc ipsam bonum operetur, quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem sæculi presentis exornat.* In quo respexisse videtur Augustinus generaliter ad perfectionem vniuersi, quæ resultat ex peccatoribus, ut probatum fuit tomo de prouident. disp. 2. sect. 3. 4. & 5. & breuiter in presenti disp. 16. sect. 5. versus finem.

Ceterum quoniam aliqui per calumniam huic sententiæ dictionem exclusiuam addiderunt, obicientes secundum Augustini doctrinam quosdam homines esse creatos, non ut vitam adipiscerentur æternam, sed ut habitum tantummodo sæculi presentis ornarent, & ad vtilitatem nascerentur aliorum. Prosper ad 13. cap. Gallor. respondet, creati potius quantum est ex parte creatoris, ut vitam adipiscantur æternam, quam sua culpa non assequuntur. Concedit autem studijs, & operibus impiorum commoda vite presentis instructa, inuentione artium, extructione urbium, constitutione legum, consideratione populorum.

Confirmatur tertio, nam reprobi, quod attinet ad temporalia commoda reipublicæ, quamuis absolute sint inferiores prædestinatis; quemadmodum enim reproborum est ad iram prouocare Deum: ita prædestinatorum est placere.

Ceterum triplici capite reprobi præstant prædestinatis. Primò, quoniam se totos rebus temporalibus impendunt, & nulli labori circa temporalia parcunt. Secundò, nam omnibus artibus, atque modis, siue honestis, siue prohibitis vtuntur: vnde arte dæmonis, mendacijs, fracto fœdere, proditiõibus, crudelitatibus, inquisitionibus contra ius, multa bello, pacèque consequuntur, quæ prædestinati non assequerentur. Tertio, quia Deus vult hoc esse premium virtutis saltem secundum quid, quæ in nullo reproborum deficit omnino. De quo rectè D. Chrysofostomus orat. 4. de aduersa valetudine, agens de diuite, & Lazaro, & Anselmus in Elucidario multo propius ad med. quam ad principium.

Octaua vtilitas differt à præcedentibus, quoniam ex iis tantum actionibus reproborum colligitur, quæ ad virtutem pertinent, siue moralem tantum, siue supernaturalem.

Primò igitur virtutes reproborum, siue solidæ sint, & veræ, siue fictæ, atque fucata per hypocritism, ordinantur à Deo ad electorum bonum: quod Gregor. 34. moral. cap. 10. aliàs cap. 13. tractans id Iob 41. *Sub ipso erunt radij Solis, & sternet sibi aurum quasi lutum;* probat his verbis: *Sape Deus occultat quorundam mala diu tolerat, ut aper-*

*ta eorum bona electorum suorum vtilibus profutura distenderit. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseverantur angustum iter arripunt, sed ad querendam viam eos, qui perseverantur sunt, accendunt. & post pauca: Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Totum denique caput hoc tractat.*

Gregorius item Nyssenus oratione de infaptibus, qui præmaturè abripiuntur, propius ad finem, quam ad med. ita quaestionem proponit, & soluit: *Cur, inquit, hunc quidem prouidit benevolentia subducit ex vita prius, quam per malum voluntas perficiatur; illum verò relinquit talem fieri, ut melius ipsi esset, penitus natura non esse? Ad hoc rationem reddemus, quod sepe numero vita eorum, qui bene vixerint, etiam ipsi, qui ex ipsis nati sunt, causa melioris conditionis est.*

Anselmus in Elucidario multo propius ad medium, quam ad principium, accommodato declarat exemplo: *Sæpe seruus errantem filium ad patrem pertrahit, & ipse ad opus suum recedit: ita isti electos ad Deum pertrahunt, & ipsi ad mala studia redeunt. & paulo inferiùs: Cum bona exterius simulant, quæ interiori non amant: tum filij Dei, adhuc in errore positi, per eorum exempla bona arripunt, quæ toto corde diligunt; & cum illi bona deserunt, quæ non amauerunt, isti firmius in capto bono inhaerent: ut olim cum mali Angeli ceciderunt, boni firmius steterunt.*

Secundò. Reprobi plerumque potentia valentes, specie iustitiæ, ac legum auctoritate iustos castigant, & à malis actibus emendant, ut notat Anselmus paulo post verba citata. Rursus disciplinæ seueritatem non pauci reprobi seruare procurant rigidiùs, & minas, & terrores crudeliùs intentantes in prædestinatos, magis eos deterrent à vitijs, & in officio continent.

Tertio denique cunctæ virtutes, siue morales, siue supernaturales, quas quilibet reprobos exercuit in hac vita, gaudij materiam ministrabunt beatis: nam de quocumque bono à quocumque facto gaudebunt. Quapropter horum omnium bonorum gloriam reprobis cripiunt prædestinati; ut S. Thomas obseruat in presenti, q. 23. art. 6. ad 1.

Nona vtilitas non ab omnibus reprobis, sed à dæmonibus prouenit; Deus enim eos habet paratos ministros, & executores cuiuslibet diuini & crudelissimi supplicij, quod minus deceret dignitatem cœlestium Angelorum. Quantum ad æternas penas Ecclesiasticas cap. 39. *Sunt, inquit, spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt flagella. In tempore summationis effundent virtutem, & furorem eius, qui fecit illos.* Hoc autem prædestinatis prodest, quatenus tantæ crudelitatis terror eos facilius à noxijs voluptatibus continet.

Solus autem dæmon poterat prædestinatis subministrare materiam victoriæ de tentationibus ad malum inclinantibus. Quam vtilitatem fusiùs persequitur Augustinus Psalm. 97. exponens tubas ductiles, & toto serm. 222. de tempore, & lib. 11. de ciuit. cap. 18. & lib. 11. de Genesi ad liter. cap. 22. Gregorius exponens illud Iob. 40. *Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum,* lib. 33. moral. cap. 11. 13. & 14. aliàs 16. 17. 18. & 19. Anselmus in Elucidario multo propius ad med. quam ad principium. Bernardus serm. 17. in Cantica, Origenes homil. 3.

48. 49. 50. 51. 52. 53.

44. 45. Obiactio. Respondet Prosper. 46. 47. Reproborum virtutes ordinata ad bonum prædestinatorum.

42. Seruiunt temporalibus prædestinatorum commodis. 43. Ex reprobis nascuntur prædestinati.

Iustus castigant.

Beati de reproborum bonis gaudebunt.

Dæmones electis vtilis.



in Ieremiam: qui, sicut & Augustinus, notat, diabolum esse malleum uniuersa terra, Ierem. 50. Denique Paulo, & eius imitatoribus darur Angelus Satanæ colaphizans, ne de virtutibus extollatur.

SECTIO VIII.

Quomodo Deus suam gloriam colligat ex reprobis.

I. Fines alij.

Hic prius quasi per epilogum colligendi sunt homines fines explicati sectionibus precedentibus, & qui explicandi restant disp. sequenti: deinde subiungendi sunt alij fines.

Iustitia.

Primò igitur Deus ostendit iustitiam punitiuam in supplicio reproborum: vt explicatum est sect. 4. 5. & 6.

Secundò ostendit iustitiam, seu dominium, & ius diuinum, qua negat, quibus vult, abundantiora beneficia naturæ, & gratiæ: quo iustitiæ genere inter homines dicitur iusta agere, qui debitum suum exigit, & indebitum negat percenti, aut desideranti.

2. Misericordia in prædestinatos.

Terriò ostendit eximiâ misericordiam in prædestinatos propter octo utilitates prouenientes ex reprobis, de quibus actû est precedenti sect. 7.

in reprobos.

Quartò ostendit liberalitatem, & misericordiam in reprobos, conferendo illis vitam, & bona temporalia, necnon auxilia supernaturalia ex voluntate antecedenti salutis; vt probabitur disp. sequenti. Quod beneficium est tanto maioris liberalitatis, quanto magis indignis confertur: & tanto maioris misericordiæ, quanto magis est miser, qui recipit. Sapienter igitur Hieronymus lib. 3. aduersus Pelagian. colum. 5. Deus, inquit, non condemnat ex præsentia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat: sed tanta bonitatis est, & ineffabilis clementia, vt eligat eum, quem inuicem bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & penitentia. Sed de hac ostensione bonitatis plura dicemus sequenti disp. 17. sect. 1. & 2.

3. Patientia.

Quintò ostendit longanimitatem, benignitatem, lenitatem, & patientiam, diu tolerando reprobos in hac vita, & ad penitentiam inuitando, vt constat Rom. 2. & 9. & notant Chrysofomus, & Oecumenius ad Rom. 9.

Boni amor.

Sextò ostendit misericordiam in reprobos, puniendo illos citra dignum.

Septimò ostendit Deus amorem boni in supplicio reproborum; quoniam ex amore boni prouenit odium in peccata: quare Deus se alienum ab iniquitate probat Psalm. 49. dicens: Existimasti iniquè, quòd ero tui similis? Arguam te, & statuem contra faciem tuam, quod notat ibi interlinealis ex Augustino.

4. Omnipotentia.

Octauò ostendit Deus omnipotentiam. Vnde Exodi 9. ad Pharaonè ait: Idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam. & Roman. 9. Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, quod notat Augustinus in quæstionibus super Exod. q. 23. & de prædest. Sanct. c. 3. & in epist. 106. col. 8. & epist. 157. ad Optatum propius ad med. quâ ad princ. & multi expositores ad Rom. 9. in id. Quòd si Deus volens. Vbi Beda, Glossa, Anselmus, & Commētarius, qui tribuitur Ambrosio.

5. Cui circa reprobos nõ circa prædestinatos ostendatur potentia.

Si pctas, quare Scriptura potentia meminit potius, quàm sapientia ostendendæ circa reprobos: deinde, quare potentiam dixit ostendi circa reprobos, non verò circa prædestinatos.

Respondeo primò, quoniam infinitæ potentia est ex malis bona elicere, vt notat Augustinus in epist. 106. & Beda citati: Vnde Boëtius de consolat. lib. 4. profa 6. Sola diuina vis est, cui etiam mala bona sunt, cum eis competenter creando alicuius boni elicere effectum.

Aneas Gazeus in Theophrasto multo propius ad medium, quàm ad principium: Magna facultatis est, etiam ea, qua male facta sunt, in vsum aliquem bonum conuertere, & qua infirmita fecimus, ea in formam pulchram posse redigere, & perfecta exhibere. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum circa med. Diuina sapientia, virtutis, & potentia est officium non solum bona facere, sed illud maxime, vt id, quod per malos aliquos excogitatum est, ad bonum aliquem, & vtilem finem deducat.

Secunda ratio est, quia prouidentia circa reprobos magis directè, & p̄ se nata est timorem incutere impiis: est autem potentia, quæ præcipuè & maxime timetur. Ideo Exodi 9. Vt ostendam, ait, inter fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Vnde Gabanonitæ Iosue 9. dixerunt: Audiuimus famam potentia eius, cum ea, qua fecit in Aegypto. De reliquis autem dicitur in Cantico Deuter. 15. Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistin. Tunc conturbati sunt Principes Edon, robustus Moab obtinuit tremor: obriuerunt omnes habitatores Canaan. Irruat super eos formido, & pavor in magnitudine brachij tui.

Tertia ratio, quoniam infinitæ potentia est, nihil metuere ex tarditate supplicij eorum, qui aduersus Deum exultant. Ideo namque Sapient. 12. dicitur: Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris posse.

Quarta denique, quoniam potentia magis latebat in tolerandis reprobis, & ideo magis indiget ostendi in eorum punitione: quemadmodum Sapient. 12. præmittitur ante verba nuper citata. Virtutem enim ostendis tu, qui non credis in virtute consummatum, & horum, qui te nesciunt, audaciam traducis.

Multiplex autem modus, quo circa reprobos peccata Dei omnipotentia exercetur, & ostenditur, expositus est tomo de voluntate Dei tota disp. 44. Cuius summa capita sunt, diminutio protectionis, & interioris illustrationis, exteriorum bonorum subministratio, punitio, & flagella, concursus in ipsam etiam operationem, qua mala est, illi præscribendo mensuram, & omnes circumstantias, ne plus noceat, quàm expedit permittere. Denique mirabilis ars conuertendi, vt seruiant efficaci voluntati Dei, quæcumque contra voluntatem antecedentem illius sunt à quibuscumque demonibus, vel hominibus.

Nonò Deus ostendit sapientiam, & prudentiam in suauitate suæ prouidentia, qua permittit causas liberas agere motus suos: neque vult omnes eleuare per copiosa, & opportuna auxilia supernaturalia; sed aliquas permittit ex solis viribus naturæ agere. Quod fufius, quàm alij, tractat S. Thomas in opusc. de prædest. c. 7. post medium.

Decimò sapientiam, & prouidentia suauitatem ostendit, dum propter vniuersale bonum permittit particulare malum reproborum, sicq; ne impediatur naturalis ordo generationis humanae creat, & infundit animas, quas præcise esse damnandas: vt tradit S. Thomas in dicto opusc. cap. 7. ratione 2. Sed de his plura disp. sequenti, sect. 1. & 2.

6.

7.

8.

9.

10.

Multipliciter potest exercetur.

Prouidentia suauitas.

SECTIO IX.

Soluuntur obiectiones due de tanta multitudine reproborum, & de vitando maiori malo.

1. Aduersus omnia, quæ in presenti disput. 16. dicta sunt, obiicit

Primò, quoniam pauci reprobi sufficerent, vt Deus ex illis consequeretur omnes fines supra numeratos: ergo nulla fuit sufficiens ratio, propter quam tanta multitudini negauerit prædestinationem ante præuisa opera, præsertim cum suo ingenio inclinetur potius ad prædestinandum. Quo argumento Ioannes Eckius in Chrysopasso prædestinat. centuria 3. num. 52. quem sequitur Valentia in 1. part. quæst. 23. part. posteriori de reprob. punct. 3. probatione vltima, contendebat nullum fuisse reprobatum, nisi post opera præuisa. Antequam respondeam, peto à Doctorebus opposita sententia, quare Deus non contulerit vberiora, & opportuniora auxilia pluribus, vt contulit Magdalena, & Matthæo, quæ sine dubio potuit conferre.

2. Reproborum multitudo dictos fines maximè ostendit.

Respondeo igitur, distinguendo antecedens. Quamuis enim Deus consequeretur dictos fines in aliquo gradu exiguo: cæterum in eo gradu maiori, & excellentiori, quem decebat intendere, & de facto intendit Deus, eosdem fines minime consequeretur. Exemplum sit vltionis seueritas, quæ quamuis in vno homine potuisset ostendere, quid omnibus deberetur: cæterum euidentiùs hoc ostendit tanta multitudo hominum permanens in seueritate vltionis. Hoc notat Augustinus lib. 21. de ciuit. cap. 12. prope finem, tractans de pœna peccati originalis: Si omnes, inquit, remanerent in pœnis istis damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis: rursus si omnes a tenebris transferrentur ad lucem, in nullo appareret seueritas vltionis. In qua propterea multo plures, quàm in illa sunt, vt sic ostendatur quid omnibus deberetur.

3. Eidem rationi præmittit aliam Augustinus epistol. 157. ad Optatum propius ad medium, quàm ad princip. Tam multos, inquit, nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere præsciuit, vt multitudine incomparabili plures sint illis, quos in regni sui gloriam filios suos promissionis prædestinare dignatus est, vt etiam ipsa reproborum multitudine ostenderetur, quàm nullius momenti sit apud Deum iustum quantalibet numerositas iustissime damnatorum. Atque vt hinc quoque intelligant, qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi vniuersæ, quòd tam magna parti eius redditum cerneant. Sequitur hanc rationem Beda Roman. 9. in id. Quòd si Deus volens, &c. Inde verò prædestinatos excitari ad feruentiores laudes diuinæ misericordiæ, constat Isaia 24. præsertim illis verbis: Quomodo si parca oliua, qua remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cum fuerit finita vindemia: hi leuabunt vocem suam, arque laudabunt, &c. Propter hoc in doctrinis gloriificate Dominum.

4. Per alias plures rationes possumus eodem modo discurrere. Nam ad eum gradum suauitatis diuinæ prouidentia in permittendis motibus naturalibus causarum, ad eum gradum exercendi prædestinatos persequutionibus, & erroribus tentandi, ad eum gradum seruicij temporalibus

bus commoditatibus prædestinatorum, ad generando tot filios, ac nepotes prædestinatos opus fuit tam numerosa multitudine reproborum. Sic poteris instaurare: cunctas rationes, expositas sect. 6. 7. & 8. Inuenit etiam recolere quæ dicta sunt disp. 12. sect. 8. ad 3. & præced. tomo de prouident. disp. 2. sect. 5. ad 9.

5. Possumus autem sensibili quodam exemplo manuduci ad penetrandam rationem. Prudens enim agricola, quantumcumque sit diues, & potens; vt agrum munder à quibuscumque lapidibus, vt prohibeat iter agentes, ne conculcent, vt aues, & formicas abigar, ne comedant, vt messorum, & trituræ famulos virgeat, ne vel vnam spicam amittant; prudentiùs tamen agit hæc omnia dispendia permittendo, & aliunde seminando, quantum deductis talibus dispendiis requirit sua familia: nec dubium est, quin sit incomparabiliter maior multitudo granorum, quæ perditur iis, aliisque dispendiis, quàm eorum, qui colliguntur. Quod facile percipiet, qui quatuor, aut tria grana sola seminauerit in horto magna diligentia, culto, rigato, & seruato.

6. Obiicit secundo. Recta ratio gubernandi præcipit, mala maiora non permitti propter minora bona; sed gratia & gloria prædestinatorum, & quæcumque gloria Dei, quæ ex reproborum damnatione resultat, est bonum minus: at verò culpa mortalis reproborum est malum longè maius (vt probatum est 1. 2. q. 88. art. 1. dub. 6.) ergo Deus non debuit permittere reproborum peccata propter quæcumque bona, quæ colligit ex eorum damnatione.

7. Cuius comparatione peccati mortale sit summum malum.

Respondetur, distinguendo minorem: nam peccatum mortale quodcumque, si comparatur ad hominem committentem, illi est malum maius, quàm non esse, & quàm carere omnibus bonis naturæ, gratiæ, & gloriæ: & ideo ille debet potius tolerare quodcumque malum, quàm admittere peccatum. Cæterum mortale peccatum si referatur ad eum, qui non committit, sed tantum permittit, & referatur ad totum vniuersum, illi est malum nullius momenti comparatione boni, quod Deus facit, & quod ipsi imputatur. Est enim valde notandum, hoc proprium esse peccati, vt eius malitia respiciat eum tantum, qui tenetur vitare, aut impedire peccatum, & comparatione illius sit summum malum; sed comparatione aliorum sit infimum malum; vt fufius diximus in eodem dubio 6.

DISPUTATIO XVII.

Vtrum diuina prouidentia circa reprobos eorum bonum & utilitatem intenderit.

SECTIO I.

Quare Deus creet homines, quos præcise esse damnandos, an, vt ostendat bonitatem conferendo beneficia talibus.

HERETICI generaliter aduersus Dei prouidentiam, quacumque ratione reprobantis, & plures Catholicorum specialiter contra reprobationem, ante præuisa opera



opera decretam, obiciunt circa reprobos nulla in re benevolentiam ostendere, nihilque admittunt propter illorum amorem, sed propter avaritiam ostendendam propriæ gloriæ in prædestinatione. Ideo necessarium erit veritatem ab hac calumnia defendere, præmittendo, quæ sunt certiora, vel alibi tractata.

2. Primò namque si Deus eos, qui damnandi sunt, non præsciret certò, nisi per scientiam visionis, præsupposita absoluta futuritione mortis in peccato mortali, quamvis in eo casu aliquem locum haberent rationes infra dicendæ; nihilominus legitima, & plena quæstionis solutio foret, Deum non potuisse non creare eos, quos præscivit esse damnandos. Nam si à decreto damnandi temperare debuisset commiseratione tantæ infelicitatis, ad commiserationem supponenda erat scientia visionis, quo scientia præsupposita impossibile erat Deo efficere, ut non esset absolute futurum, quòd præsciebat esse absolute futurum. Alioqui posset falsam reddere suam scientiam, aut efficere, ut non præsciuerit, quod præscivit: quod implicat contradictionem.

3. Secundò. Difficultas igitur quæstionis præsentis posita est in reddenda ratione voluntatis diuinæ, qua autem præscientiam mortis in peccato mortali, & damnationis ut absolute futuræ, voluit homines creare sub his, aut illis circumstantiis, sub quibus præsciebat per scientiam conditionalium, quòd morerentur in peccato mortali, & damnarentur.

4. *In quavis sententia lo-cum habet difficultas quæstionis.* Obseruandum est tertio, difficultatem hanc non solum in sententia Augustini, sed etiam in opposita sententia negotium facessere. Finge namque, nemini cunctorum in particulari hominum negatam esse prædestinationem, quousque prævideretur eius mors, in peccato mortali, ut absolute futura, & omnibus hominibus æqualia prorsus auxilia à Deo fuisse collata: adhuc restabit reddenda ratio, propter quam Deus voluerit, homines creare sub talibus circumstantiis, & tali auxiliorum mensura, sub qua certò sciebat plurimos vagè fuisse damnandos. Rursus reddenda est ratio, quare non creavit sub his circumstantiis, sub quibus certò sciebat non esse damnandam tantam multitudinem hominum. Quòd si dicas hoc fieri non potuisse: deuolueris ad maximum inconueniens indigni sapientia, & potentia Dei.

5. Imò potius eandem vigere difficultatem in errore Pelagianorum asserentium, liberum arbitrium præcedere præbendo rationem gratiæ, ac prædestinationis, obseruauit Augustinus epist. 106. ad Bonifac. paulo post med. dicens: *Etenim etiam illud dici potest, sine sit gratia, qua iustificantur iniusti, de qua nobis dubitare fas non est: sine, ut quidam volunt, semper præcedat liberum arbitrium, cuius meritum sequatur, vel poena, vel premium, cur orantino creati sum, quos Deus ita peccaturos, ut eterno essent igne damnandi, sine dubitatione præscivit.*

6. Quartò aduertendum est, præsentis quæstione non inuestigari rationem discriminis, propter quam hic homo potius, quam alter, creatus sit sub his circumstantiis, sub quibus præscitur certa damnatio. Huius enim nullam esse rationem discriminis ex parte hominum, probatum est disp. 15. Vnde efficaciter colligitur nullam esse rationem discriminis etiã ex parte Dei: sicut in simili probatum fuit disput. 7. sect. 2. sine. Atque inde

sumitur ratio sufficiens, ob quam Deus pro mera libertate sortem prædestinationis, aut reprobationis quibuslibet hominibus diuidere potuerit.

7. *Cur hic potius quam alter reprobetur.* Quintò ex suppositione, quòd Deus voluit hos homines prædestinare, & non alios, reddi potest ratio, propter quam hic homo potius, quam alter, reprobetur: quoniam ex eo nascitur sunt aliqui prædestinatorum, qui aliàs non nascerentur, secundum dicta disput. 15. sect. 4. Neque video aliam suppositionem, ex qua inferatur, quòd hic homo nascatur potius, quam alter: nam quòd parentes prædestinati generent hoc tempore, & loco, & sub hac materia, hoc facile impeditur à Deo, manente eodem ordine prædestinationis, qua prædestinatus, est parens: quoniam tribui potest alter filius reprobos, si parentibus prædestinatis opus est filius reprobos, secundum ordinem, quem Deus in parentis prædestinatione decreuit, ut illius prædestinationem adiuet.

8. *Difficultas punitum.* Sextò ex his omnibus restat, quæstionem deuolui, ut ratio reddenda sit creationis & reprobationis in communi, & non in particulari.

9. *Eos creat propter splendorem omnium attributorum.* Sit igitur prima conclusio. Deus creat homines, quos præscit esse damnandos, & vult permittere eorum damnationem propter gloriam, & splendorem omnium attributorum, & utilitates plurimas prædestinatorum. Hæc conclusio probata est tota præcedenti disputatione.

10. *Non ut damnent, sed ut saluet.* Secunda conclusio: Deus creat hominem, quem præscit esse damnandum, non ut eum damnet, sed ut saluet, & ad beatitudinem perducat; hunc verò finem non intendit efficacia voluntate: de quo infra sect. 3. & sequentibus.

11. *Ve ostendat suam bonitatem.* Tertia conclusio, qua præsentis sectionis est propria. Quem præscit esse damnandum, Deus eo sine creat, ut ostendat in eo ( præter alia attributa iam explicata disput. præcedenti ) suam bonitatem, beneficentiam, & perfectionem, iuxta illud Matth. 5. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Cuius eximie bonitatis exemplo persuadet post pauca: *Estote ergo & vos perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est.* & Luca 6. *Eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos.* Finis igitur creandi, & conseruandi præscitos est, exercere beneficentiam, conferendo beneficia corporis, & animæ, rerumque omnium, quæ ad vitæ commoditatem, & iucunditatem pertinent. Hæc enim omnia verissimè sunt beneficia, ex non simulata benevolentia, sed verissima dilectione profecta: quamvis Deus simul velit permittere damnationem æternam eiusdem hominis, cui hæc beneficia conferuntur. Quapropter reprobos non modò non potest conseruari de sua creatione, verum etiam tenetur pro illa, cæterisque rebus agere gratias immortales.

12. *Reprobos pro creatione gratias agere tenetur.* Breuiter Chrysostomus indicauit hunc finem homil. 5. de anathemate, dicens: *Mortuus est pro inimicis, pro tyrannis, &c. quos tales fore ante constitutionem mundi sciebat, eosque præscius formauit vincente præscientiam bonitatis.* Considera victoriam bonitatis, quam eodem titulo commendat Hieronymus relatus præcedenti disput. 16. sect. 8.

13. *11. 12.* Frequenter, & copiosè prædictam conclusionem docet Augustinus lib. 2. de nuptiis, & concupiscent. cap. 16. ad med. & cap. 17. & lib. 1. contra aduersarios legis, & Prophet. cap. 6. ad med. & lib.

SECTIO II.

*Reprobo melius est, maiusque beneficium creari, quam non creari.*

& lib. de catechizan. rudibus cap. 18. ante med. Sic lib. 3. de libero arbit. cap. 5. inter med. & finem: *Nec ab illa, inquit, creatura, quam præscivit Deus, non solum peccatorem, sed etiam in peccandi voluntate mansuram, abstulit largitatem bonitatis suæ, ut eam conderet.* Similia scribit etiam sequenti cap. 6. & 7. & lib. 5. contra Iulianum cap. 8. in med. *Quos ignibus æternis præscivit arsurus, creare non desinit, nec ei, quia eos creat, nisi bonitas imputatur.* & lib. 11. de Genesi ad liter. cap. 22. sub initium, de diabolo sic loquitur: *Præsciens, cum propria voluntate malum futurum, fecit tamen, non abstinens bonitatem suam in præbenda vita, atque substantia futura etiam nocia voluntati.*

13. *13.* Eundem finem ostendendæ bonitatis collatione naturalium beneficiorum impulsisse ad creando omnes Angelos, & homines, etiam illos, qui præsciebantur esse damnandi, Cyrillus Alexand. exponit lib. 1. in Genes. colum. 4. Magis expressè Damascen. dialogo contra Manichæos prope med. proponit eorum calumniam, *cur Deus cum diabolum malum fore prænosset, eum creauit?* Respondet autem: *Eximia quadam, & singularis bonitas in causa fuit, cur eum procrearet. Sic enim secum locutus est: Quandoquidem iste malus futurus est, omniaque, quibus eum afficio, bona perditurus, ego ne quoque eum bono prorsus spoliabo, ac delebo? Admirè. Quem eundem finem fufius persequitur sequentibus foliis. Vnde inter med. & finem infert: *Nec æquum, nec bonum est ob eam causam, quia hic accipere nolit, bonum, quominus benefaciat, ac bona præbeat, prohiberi. Nam alioqui bonum malo cederet.* Moyles etiam Barcepha commentar. de paradiso part. 3. cap. 4. parum à principio notat eandem rationem ostendendæ probitatis, & gratiæ. His consonant alia testimonia Patrum, adducta præcedenti disp. 16. sect. 5. & 6.*

14. *14.* Probatur primò, nam eadem ratio, finisque mouens ad præbenda beneficia conseruationis, mouet etiam ad præbendum beneficium creationis, præsertim cum conseruatio sit continuata quædam actio creationis, nec vlla reperitur quantum ad finem intentum, ratio discriminis; sed præbendi beneficia creationis ratio fuit perfectio diuinæ bonitatis, & benignitatis, iuxta verba Christi Domini citata in conclusione: eadem igitur ratio fuit creandi.

15. *15.* Probatur secundò, quoniam dato, & non concessio, quòd ipsi reprobo foret melius, & eligibilis, ac oprabilis secundum rectam rationem eligenti, nunquam creari, quam creati, permittere Deo cruciatus æternos illius, adhuc comparatione Creatoris est melius, laudabilis, & eligibilis eundem hominem creare: quoniam Creator non est author culpæ, nec intendit damnationem, & poenam; sed potius gloriam illius, & quantum in se est, procurat, ut ille seruans præcepta deuiter extremam miseriam. Quo supposito, magna cum laude communicat suam bonitatem, & exercet beneficentiam, & liberalitatem, indigno conferens beneficia creationis, conseruationis, & potestatis obtinendi salutem æternam.

16. *16.* Probatur tertio, & efficacius, cuiuscumque namque damnato existere quamvis in extrema miseria absolute melius est, quam omnino non existere, ita ut secundum rectam rationem deberet eligere potius conseruari sub ea miseria, quam annihilari, ut ab ea liberaretur. Hoc autem explicandum est sect. sequenti.

1. *1.* Si miseria poenæ præcindatur ab omni culpa, ut comparetur cum annihilatione, facilius ostenditur, quamcumque poenam esse malum leuius annihilatione, & creati sub illa miseria melius esse, quam non creari. Maior autem difficultas est de miseria culpæ. Ratio dubitandi est, quia culpa mortalis est malum grauius, quam non esse, ut probatum est 1. 2. quæst. 88. artic. 1. dub. 6. ergo liberatio à culpa mortali est bonum maius, quam creatio: ergo prætermittere hominis creationem, ut eum à mortali culpa liberet, beneficium erit maius, quam creare illum, permittendo illius culpam mortalem.

2. *2.* Nihilominus sit prima conclusio. Creatio, etiam si coniuncta sit cum permissione culpæ mortalis, est maius bonum homini, & beneficium maius, quam prætermittio creationis ex fine liberandi hominem ab omni culpa. Quinimo comparatio abusua est, quoniam prætermittio creationis, quamvis ex ea intentione procedat, non proprie est beneficium; quoniam ipsa prorsus est nihil, & pertinet ad personam prorsus non existentem: creatio autem etiam si adiuncta sit permissioni culpæ mortalis, est magnum beneficium.

3. *3.* Probatur efficaciter in quibuscumque prædestinatis, quorum peccata mortalia Deus permittit: exempli gratia, in D. Petro cuius creatio, & prædestinatio ad gloriam, quamvis adiuncta fuerit voluntati permittendi illius peccata mortalia, fuit maius bonum Petro, & beneficium maius, quam foret prætermittere eius creationem, ut euitarentur illius peccata mortalia. Quod videtur aded manifestum, & ex mente omnium Theologorum, ut probatione non indigeat.

4. *4.* Hinc colligitur secunda conclusio. Creatio hominis, etiam si coniuncta sit cum reprobatione eiusdem hominis, est illi maius bonum, & beneficium maius, quam prætermittere creationem, ut euitetur reprobatio.

5. *5.* Probatur, quoniam in miseria reproborum malum culpæ excessu incomparabili maius est, quam malum poenæ: sed creatio hominis, etiam si adiuncta sit cum permissione mortalis culpæ, beneficium est maius, quam prætermittio eiusdem creationis ( ut probatum est in conclusione proxima ) ergo licet coniuncta sit cum permissione mortalis culpæ, & damnatione æterna, erit beneficium maius creatio.

6. *6.* Confirmatur, præcipua namque ratio dubitandi, an homini reprobo melius esset non creari, est culpa mortalis: & hæc difficultas tota superanda remanet in plurimis prædestinatis; quare facilius erit vincere maiorem difficultatem circa poenam reproborum.

7. *7.* Respondet primò, culpas reproborum permanere in æternum, & semper multiplicari; sed prædestinatorum culpas cito transire. Nihilominus non enernatur argumentum nostrum, quia culpa mortalis quæcumque, etiam si vnico tantum instanti duraret, est malum maius, quam annihilari in æternum: nihilominus inde non sequitur,

sequitur, esse maius beneficium non creati eum, qui praeficitur commissurus illud peccatum; quin potius maius beneficium est creati, permittendo culpam mortalem, & est maius bonum respectu hominis, qui creatur: ergo quamuis innumeræ mortales culpæ, durantes in æternum, sint maius malum, quàm annihilatio; adhuc non sequitur, minus bonum, & minus beneficium reprobi esse, creati cum tali permissione, quàm nullo prorsus tempore creati. Huc enim nostræ conclusiones, atque ratiocinationes euadunt, ut euidenter constet fallacem esse illius argumenti consecrationem.

5. Respondebis secundò, prædestinatos creati ad summam felicitatem gloriæ, in æternum duraturam; reprobos verò non item. Nihilominus eandem vim retinet argumentum nostrum, quoniam culpa mortalis cuiusque prædestinati est illi malum maius, quàm in æternum carere supernaturali gloria, & prorsus non esse: nam omnia bona beatorum omnium simul sumpta, non sunt in ratione boni tam magnum, quantum malum est vnico peccatum mortale vnico instanti durans. Quapropter argumenti tota difficultas circa culpam superanda est in prædestinato. Vnde facile colligitur solutio circa culpam, & poenam æternam reproborum.

6. Vtraque conclusio probatur secundò, simulque soluitur argumentum initio propositum: soluitur autem hac distinctione. Culpa mortalis est malum maius, quàm non esse, si comparatur in ordine ad electionem liberam, & ad hominem, quatenus est liberum agens illius culpæ. Ceterum culpa mortalis non est maius malum, quàm non esse, si referatur ad hominem præcisè, in quantum ea culpa permittitur à Deo, & quatenus à Deo permissa cedit in malum hominis, cui permittitur peccare. Hæc distinctio explicatur, & probatur exemplo. Nam D. Petrus sciens se peccaturum esse mortaliter, si existimaret vnum è duobus esse necessario eligendum, videlicet aut in æternum annihilari, aut peccaturum mortaliter, deberet eligere in æternum annihilari, & renunciare suæ prædestinationi potius, quàm eligere peccatum mortale: & nihilominus secundum prudentiam, & secundum ordinatum amorem Dei, & proprii boni, D. Petrus non deberet eligere non esse in æternum ad impediendum peccatum mortale, sed posset quasi permittere, ut suum peccatum mortale esset futurum, eligendo adhuc remanere in rerum natura cum spe suæ prædestinationis. Iam ergo peccatum mortale, si comparatur ad hominem, non in quantum eligit illud peccatum, sed in quantum ipse permittit, vel alius permittit, ut sic non est homini malum omnium maximum.

7. Confirmatur primò, quoniam hoc proprium est peccati, ut sit malum illi tantum, qui peccat, & malum sit illi præcipue, in quantum est author peccati: minus autem malum sit illi, in quantum illud peccatum est poena aliorum peccatorum, vel in quantum inferitur ex permissione Dei, aut sub alia quacumque ratione.

Confirmatur secundò, quia quicumque pater sapientissimus, & studiosissimus virtutis præoptaret vitam sui filij, quem scit esse conuertendum, etiamsi certò sciret futura esse mortalia peccata illius, si viuat, & nõ deberet præeligere annihilacione filij: ergo maius bonum illius hominis peccati est viuere, etiamsi permittatur illius peccati.

Confirmatur tertio, quoniam ista distinctione reducuntur ad concordiam duæ sententiæ Patrum, & Scholasticorum, quæ videntur inter se pugnare. Altera sententia est Augustini, Damasceni, & aliorum, quos referemus statim, reprobo melius esse, maiusque beneficium creati, quàm non creati, quamuis decreuerit Deus ei negare prædestinationem, & permittere culpas illius, & eas in æternum punire.

Altera sententia fert, quòd reprobo melius, aut certè minus malum foret, nunquam creati, & nunquam existere, quàm peccare & damnari. Hanc ex verbis Christi Domini Matth. 26. & Marci 14. *Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille*, colligunt Cyillus Alexandrinus lib. 1. in Genes. colum. 4. Gregor. Nyssen. orat. de infant. qui præmature abripiuntur, propius ad med. quàm ad fin. & orat. Catechet. cap. 7. & 8. Theophylact. Marci 14. Hieronymus Matth. 26. (nec dissentit Marci 14. quamuis ambigè loquatur.) Bernard. serm. 35. in Cantica versùs finem, Glossa, & Lyra Matth. 26. S. Thom. in Catena Marci 14. Cui sententiæ consonat doctrina Scholasticorum omnium, afferentium, mortale peccatum esse malum maximum omnium malorum, propterea què rationi consentaneum esse, ut optione data, potius eligeretur annihilatio, quàm peccare.

Reducuntur autem ad concordiam istæ sententiæ distinguendo formalitatem, vel actionem personæ, cum qua comparatur miseria peccati. Primò namque mortale peccatum est maius malum, quàm nunquam creati, vel post creationem annihilari, si peccatum comparatur ad hominem, in quantum liberè eligit peccatum. Secundò nihilominus esse maius malum annihilari, vel nunquam creati, peccatum verò minus malum esse, si peccatum referatur ad hominem, non in quantum liberè eligit illud peccatum, sed in quantum ipse quasi tolerat illud malum, quod intulit ipse sibi, vel timeret fore, ut inferat, & in quantum à Deo recipit permissionem illius peccati. Quia, sicut antea dicebamus, hoc est propriissimum peccati, ut illius extrema miseria, & malitia sit tantum comparatione peccantis, prout peccans est, & eo ipso liberè eligens peccatum.

Ad hanc secundam formalitatem tolerandi, seclusa electione, pertinent quæ scribunt Augustinus, & Damascenus. Augustinus enim lib. 3. de libero arbit. cap. 6. parum à princip. sub nomine miseriæ comprehendens maximam, quæ est peccatum (ut constat ex contextu) sic disputat: *Si quis dixerit, non esse, quàm miserum me esse malle. Respondebo, mentiris. Nam & nunc miser es, nec ob aliud mori non vis, nisi ut sis. Ita cum miser esse nolis, esse vis tamen. Age igitur gratias, &c.*

Præoccupat autem euasionem ita sequenti cap. 7. initio: *Si dixeris: Ideo magis volo, vel miser esse, quàm omnino non esse, quia iam sum: si autem prius, quàm essem, possem consuli, eligerem non esse potius, quàm ut miser essem. Nunc autem non id volo, quod velle deberem, &c.* Hoc autem toto capite refutat, quoniam quicumque existit, in quantum modo appropinquat ad Deum, qui summè est, & in quantum est, bonum participat, & in quantum felicitatem amat, & miseriam odio prosequitur. Totus igitur Augustini discursus non comparat miseriam cum peccante, prout peccans est, sed comparat cum alia consideratione, qua

quam iam existens miser, deliberat vtrum sit eligibilis fuisse nihil, quàm in eam miseriam incidisse.

12. Eodem sensu procedit Damascenus dialogo contra Manichæos inter med. & fin. Cuius peculiariter notanda sunt illa verba: *Non dixit Dominus: Vitile fuerat, si non natus fuisset homo ille, sed, Vitile fuerat homini illi. Bonum quidem est, & quantum ad naturam, & quantum ad ius attinet, ut bonus beneficiat, ac bona largiatur. At qui accepit, nec conseruauit, turpe, ac probrosum sibi hoc ipsum efficit, quod accepit.* Pondera fuisse verè bonum, & beneficium vitile homini collatum, quantum est ex parte Dei; sed solius peccantis comparatione non esse bonum, & vitile. Quod etiam significat longè inferiùs, dicens: *Haud consentaneum erat, ut ob ignauiam nostram ille bonitatis suæ beneficia non impertiret. Inter quæ primum illud est, ut aliquid sit. Neque par erat, ut vitium nostrum victoriam obtineret, atque inuicem ipsius bonitatem redderet.* Colligitur idem ex aliis testimoniis Augustini, & aliorum Patrum citatis sect. 1. Clarius autem S. Thomas opusc. de prædestin. cap. 7. ratione 1. & post rationem 4. docet, esse melius ipsi reprobo creati, quem plerique discipulorum sequuntur:

13. Obiicies. Ideo annihilari est potius eligendum, quàm peccatum mortale; quia mortale peccatum est maximum malorum: ergo prius supponit peccati malitiam esse maximam: ergo illa est maxima, seclusa comparatione ad electionem. Quare simpliciter, & absolute, quocumque modo comparatur, aut referatur, erit fugienda magis malitia peccati, quàm annihilatio.

Respondetur, concedendo primam consequentiam, negando verò secundam. Itaque malitia peccati prius supponitur esse maxima, & inde prouenit, quòd potius sit eligenda annihilatio. Nihilominus eadem malitia peccati non præsupponitur esse maxima, nisi in ordine ad eligentem, in quantum liberè eligit, quia essentia illius malitiæ maximè consistit in ordine ad hoc tantum, & non in ordine ad reliquas considerationes.

### SECTIO III.

*Ex voluntate antecedenti seruandi reprobo, argumenta contra reprobationem ante præuisa peccata.*

1. NEmini prædestinationem ante præuisa peccata negari contendunt probare Doctores, ex voluntate antecedentis salutis. In quo genere

Primum argumentum est. Deus vult, & desiderat omnium hominum etiam reproborum salutem æternam; sed impossibile est, Deum ex se ipso simul velle, aliquem hominem saluari, & perire: admittere eum ad regnum, & excludere: ergo Deus ante præuisa opera nulli denegauit beatitudinem.

2. Confirmatur primò, quamuis enim voluntas simplex saluandi, & voluntas efficax puniendi non repugnent, quoties ex diuersis causis oriuntur: ut quando iudex ex sua misericordia veller eum absolueri, sed propter probatum crimen damnare vult; nihilominus iudicem ex se, & sine præuisa culpa velle punire, aut velle non absolueri, simulque velle absolueri, repugnat,

licet vnum sit volitum voluntate antecedente, aliud voluntate efficaci: ergo quamuis in Deo voluntas antecedens saluandi, quod ex se est, non repugnet voluntati efficaci reprobandi propter præuisa peccata: nihilominus repugnat, Deum ex se ante præuisa peccata velle antecedenter saluare, & velle efficaciter reprobare eundem hominem.

3. Confirmatur secundò, quoniam vna simplex voluntas non inclinatur ex se præcisè ad obiecta contradictoria volenda, sed ad vnum tantum inclinatur ex se: quapropter ad illud contradictorium debet ab extrinseco motiuo inclinari.

Confirmatur tertio, nam ex se inclinari ad contradictoria, derogat constantiæ, & consonantiæ, quæ vna voluntas debet rectè secum consentire. Quare licet hominum voluntates quandoque variis affectibus rapiantur simul in partes aduersas; id tamen repugnat Deo.

4. Secundum argumentum. Voluntas antecedens salutis tribuit omnia, quæ ad salutem sufficiunt, ita ut per Deum non stet, quominus reprobos consequatur salutem; sed voluntas efficax reprobationis salutem negat: ergo hæc supponit præuisam culpam ex parte hominis; aliàs per Deum staret.

Confirmatur primò verbis Isaïæ 5. *Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci. Expectaui, ut faceret vinas; fecit autem labruscas.* Deus autem non expectaret, ut faceret vinas, si ante præuisas labruscas efficaciter negaret prædestinationem ad fructus maturos gratiæ.

Confirmatur secundò, quia contra prudentem rationem agendi procederet, qui diligenti cura, & magnis expensis præberet, quæ necessaria sunt ad vnum finem; simul autem per alia media efficaciter intenderet, ac procurauerit, ut ille finis nunquam obtineatur.

5. Tertium argumentum, quoniam simulatio ad detidendos homines, capiendisque per insidias, dolum, & fraudem, lateret in diuina prouidentia circa reprobos, si antecedenter vellet eorum salutem: nihilominus autem prius quàm præiuderet eorum peccata, negaret illis prædestinationem. Hoc autem inconueniens sequi probatur, quoniam qui seridò, & non ex simulata, sed ex vera beneuolentia, confert alicui beneficium, non impedit alia via, ne illi beneficium proficit, & multo minus procurat, ut beneficium noceat.

Confirmatur primò, nam Angeli custodes reproborum, Sancti pro illis orates, exhortationes, illustrationes, inspirationes, & reliqua media salutis fictionem continent: quoniam ex se ostendunt voluntatem saluandi, si Deus aliunde vult efficaciter non saluare.

6. Confirmatur secundò, nam insidias parat, & laqueos iniicit, qui seuerè præcipit obseruari præcepta, sed aliunde efficaciter vult negare prædestinationem ad implenda præcepta.

Confirmatur tertio, quia promissio auxiliorum non est utilis, sed nociua reprobis, adiuncta reprobatione ante præuisa merita: ergo non ex vera, sed ex ficta beneuolentia procedit.

Confirmatur quarto, quoniam ea de causa Augustinus, & qui illius sententiam sequuntur, existimant, sicut prædestinatis mala cooperantur in bonum, ita reprobis bona eorum opera in malum cooperari, sic ut etiam oratio fiat in peccatum: de quo dicemus infra.

Quantum

7. Quartum argumentum. De ratione beneficij est, vt dirigatur ad bonum, & vtilitatem particularem illius personę, cui confertur beneficium: sed auxilia reprobis collata, sunt beneficia Dei, de quibus rationem reddituri sunt in die iudicij, (vt constat ex factis literis.) ergo diriguntur ad vtilitatem particularem illorum. Rursus hoc consequens esset falsum, si Deus, data opera, prædicta auxilia conferret in iis circumstantiis, in quibus scit fore nocitura: ergo Deus non intendit ita conferre salutis remedia.

Confirmatur, quia nullus ex ordinata charitate corrigit aliquem eo tempore, & circumstantiis, in quibus scit correctionem fore nocituram ob malitiam alterius; sed quærit potius circumstantias, in quibus sit profutura correctio: ergo si Deus ex amore, & charitate corrigit impios, non debet quærere circumstantias, in quibus sciat fore, vt correctioni non obediant.

8. Quintum argumentum, quia sine dubio Deus suauior, & beneuolentior erit in reprobos, si conferat auxilia sufficientia, relicta eorum indifferentia non solum physica, sed etiam moralis, & prædestinatione illis minimè negata, quousque præuideantur eorum opera futura.

SECTIO IV.

*Reprobos Deus vult saluos fieri etiam post præuisum originale peccatum.*

1. Præcedentium argumentorum vires corroborantur ex his, quæ in præsentī dicenda sunt ad refutandas solutiones duas, quæ adhiberi possent.

Prima solutio sit, Deum non velle, vt homines reprobi salui fiant, sed tantum velle, vt prædestinati salui fiant. Hæc solutio colligi possent ex Augustino, Prospero, Fulgentio, Beda, & Anselmo variis in locis adductis tomo de voluntate Dei disput. 19. sect. 8. vbi illa verba 1. ad Timotheum 2. *Vult omnes homines saluos fieri*, intelligunt de solis prædestinatis, qui reipsa, & effectu salutem consequuntur.

2. Respondetur Augustinus, & reliqui Patres eas explicationes conuenientes solis prædestinati tradunt ea limitatione, vt alias potiores explicationes ab ipsis prius traditas non excludant: vt constat, præsertim apud Augustinum de corrept. & grat. cap. 14. à quo reliqui eandem explicationes didicerunt. Itaque Augustinus, & alij Patres, quando limitant voluntatem salutis ad solos prædestinatos, loquuntur de sola voluntate efficaci, de qua existimant intelligi posse illa verba Pauli.

Confirmatur, quoniam voluntate antecedenti Deum velle omnium salutem, iidem Patres aperte testantur: quod probauimus tomo de voluntate Dei tota disput. 19. præcipue sect. 5. & 8. & tota disput. 20. & 21.

3. Eadem prima solutio possent colligi secundò ex Prospero ad c. 13. Gallor. vbi tacitè videtur Gallis concedere, reprobos non ad hoc creatos esse, vt vitam consequerentur æternam; sed vt habitum tantummodo sæculi præsentis ornarent.

Respondetur, Prospero ibi tantum admittit non esse creatos reprobos ex efficaci voluntate salutis eorum; cæterum de voluntate antecedenti salu-

tis illorum nihil ibi Prosper agit. Alibi tamen expressè tradit voluntatem antecedentem salutis omnium etiam reproborum, veluti ad Vincenianas obiect. 7. & 16. & ad cap. 7. & 8. Gallor. & lib. 1. de vocat. gentium cap. 4. & sequentibus, & toto lib. 2. præcipue capit. 9. 10. 14. 23. 24. 25. 30. & 31.

Tertiò possent ad illam limitationem confirmandam obici, quòd hominibus quibusdam sic impedita sunt auxilia, vt supposito impedimento salutem non possint consequi.

Respondetur primò probabilius esse omnibus hominibus adultis auxilia esse parata, & expedita, ita vt quilibet possit salutem consequi: quod ostendimus infra disput. 39. & nouem sequentibus.

Respondetur secundò, Quamuis reproborum auxilia forent impedita; nihilominus illis etiam collata fuissent auxilia ex intentione antecedenti salutis illorum, per se loquendo: nam impedimenta per accidens euenirent auxiliis.

Respondetur tertiò, Quamuis auxilia fuissent impedita quibusdam reprobis, non tamen omnibus: quin potius certum est, quibusdam reprobis in promptu esse auxilia, & parata omnia media salutis, si velint. Quare in his reprobis vim suam integram retinent argumenta proposita in sectione præcedenti.

Secundam solutionem adhibent aliqui, dicentes, Deus voluntate antecedenti vult omnium hominum salutem ante præuisum originale peccatum; sed in eo priori non vult voluntate efficaci reprobare: sed post præuisum originale peccatum hoc vult. Ita Zumel q. 23. art. 4. sua q. 2. ad 1. argumentum.

Hæc tamen solutio redarguitur, quia post præuisum originale peccatum, vel manet voluntas antecedens saluandi cunctos homines, etiam reprobos, conferendo illis media sufficientia; vel non manet. Si manet illa voluntas, eo ipso remanet eadem difficultas in argumentis sectionis præcedentis: quoniam voluntas antecedens salutis reproborum, sine cæperit ante voluntatè efficacem reprobandi, siue post illam; si tamen cum illa simul perseverat, eandem habet repugantiã cum illa. Si autem asseras, post præuisum originale peccatum iam cessare voluntatem antecedentem salutis reproborum, hoc falsum esse constabit ex conclusione sequenti. Quare Zumel consultius retinisset solutionem, prius à se traditam in art. 3. sua q. 3. ante conclusionem sextam.

Propterea contra solutionem vtramque, vel potius euasione, vnica conclusio statuitur. Deus non solum prædestinatos, sed etiam reprobos vult saluos fieri voluntate antecedenti, neque hoc vult tantum ante præuisum originale peccatum, sed etiam post præuisum peccatum originale.

Probatum primò ex Scriptura, vt 1. ad Timoth. 4. *Qui est Saluator omnium, & maxime fidelium.*

ergo etiam infidelium Saluator est: alioqui non dixisset, *maxime*; sed dixisset, *tantum*. Infideles autem maxima ex parte sunt reprobi: pauci namque ab infidelitate reuocantur ad fidem. Quod optime ponderat Prosper lib. 2. de vocat. Gentium, cap. 31. & 32. Idem argumentum sumitur ex 1. Ioannis 2. *Ipsi est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Confir-

7. Confirmatur primò, quia vel ad solos reprobos, vel ad illos præcipue dirigitur illa increpatio Pauli Roman. 1. *Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit: tu autem secundum duritiam tuam, & impoenitens cor tuum thesaurizas tibi iram.* Similiter ad reprobos pertinet illud Isaia 5. *Quid ultra debui facere vinee mee, & non feci. Expectaui, vt faceret vinas; fecit autem labruscas, & illud Isaia 65. Expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.* & Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti.* Hæc, & similia multa dirigebantur ad homines, qui iam originale peccatum contraxerant: quapropter ostendit manifestè, Deum desiderare salutem reproborum etiam post præuisum, & præsuppositum originale peccatum.

8. Confirmatur secundò reliquis testimoniis Scripturæ, quibus generalem voluntatem saluandi omnes homines, nulla exceptione adhibita, Deus reuelauit, vt 1. ad Timoth. 2. 2. Petri 3. Marth. 18. Marci 16. Ezechiel. 18. Tobia 3. quæ verba non ad homines naturæ integræ; sed ad homines naturæ lapsæ diriguntur, vt in spem erigantur consequendi salutem æternam.

9. Sed quia veritatem hanc ex professo probauimus tomo de voluntate Dei dicta disput. 19. & duabus sequentibus, erit satis indicare breuiter applicationem quarundam probationum, & summa capita quarundam conclusionum, & singulas ad sua loca remittere.

Sit igitur probatio secunda, quia Patres nominatim agentes de quibusdam reprobis non modò post originale peccatum, sed etiam post multa personalia crimina, docent, Deum antecedenti voluntate desiderasse, & procurasse salutem æternam illorum, veluti de Pharaone, Esau, rebellibus Israëlitis, Iuda, Gentilibus, idololatriis, cæterisque similibus, quorum testimonia dedimus in prædicta disput. 19. de voluntate Dei, sect. 2. 3. & 4. præcipue verò sect. 5. & 6. Peculiariter autem voluntas saluandi Iudam proditorum probatur ibidem disput. 20. sect. 9.

10. Probatum tertiò, nam antecedentem Dei voluntatem, conditione affectam, vt omnes salui fiant, si & ipsi velint, docent expressè multi Patres, ex quibus nonnulli mentionem expressam faciunt reproborum; cæteri prædictam conditionem apponentes, euidenter ostendunt, voluntatem illam, quod ex se est, indifferenter offerri prædestinatis, & reprobis. De hac voluntate conditionata diximus ex professo disput. 20. de voluntate Dei quatuor prioribus sectionibus, ostendentes nihil imperfectè, & in eis, nec indignitatis in ea contineri.

11. Probatum quartò, quia diuina voluntas, humano generi tribuens Christi Domini redemptionem, cum destinata fuerit in remedium peccatorum, præsertim originalis, necessariò supponit, humanum genus iam fuisse corruptum originali peccato. Hoc autem remedium, quantum ex se fuit, destinabatur ad salutem omnium, quos redemit quantum ad sufficientiam, licet ipsi prohibuerint, ne redimerentur etiam quoad efficaciam. Igitur Deus generaliter vult, quantum ex se fuit, illos etiam homines saluare, qui sua culpa damnantur in æternum, & hoc vult etiam supposita præscientia peccati originalis. Idem argumentum accipi potest ex aliis generalibus remediis salutis, vt Sacramentis, prædicatione de Prædestinatione.

tione, miraculis, quod Scripturæ, Patrumque auctoritate munimus in prædicta disput. 20. de voluntate Dei, sect. 6. 7. & 8.

12. Quintò probatur, quia præceptum Dei, fideliter adimpletum ab Ecclesia, iuxta doctrinam Apostoli 2. Timoth. 2. obligat orare pro cunctis hominibus absque discrimine, & exceptione, quantumcumque obstinatis. Hoc autem præceptum supponit, omnes, pro quibus oramus, contraxisse peccatum originale. Igitur etiam supposita præscientia peccati originalis viget in Deo generalis illa voluntas saluandi quoslibet homines, etiam eos, qui futuri sunt reprobi. Quod argumentum ab orationis generalitate ductum, ponderauimus prædicta disput. 19. de voluntate Dei, sect. 7.

13. Sextò probatur, quoniam omnes affectus, quos Scriptura sacra per metaphoram Deo tribuit circa damnationem, licet iustissimam impiorum, videlicet tristitia, ira, coactio, siue compulsiō, zelus, odium, fluctuatio, & penitentia, probant, Deum etiam præsupposito peccato originali præoptasse salutem eorum, qui de facto damnantur. Hæc argumenta profecuti sumus tota disput. 21. de voluntate Dei.

14. Septimò probatur, reprobis enim, etiam supposito peccato originali, Deus districte præcipit, curam agere propriæ salutis, qui proinde graue peccatum committunt, quando propriam salutem negligunt, vel de illa desperant; sed hæc obligatio per se, & ex natura rei destinatur ad eum finem, vt illi homines consequantur æternam salutem: ergo Deus verè, & sine fictione intendit antecedenter eundem finem, etiam supposito peccato originali.

15. Occurrebant hic aliæ dubitationes. Prima, num efficax voluntas saluandi prædestinatos, sit voluntas antecedens, aut consequens, & vniuersaliter quòdam sit verum discrimen vtriusque voluntatis. De quo diximus in illa disput. 19. de voluntate Dei, sect. 3. ex qua constat, efficacem voluntatem saluandi prædestinatos esse voluntatem antecedentem, & non consequentem, quoniam ab intrinseca, & innata Dei propensione procedit. Cæteræ dubitationes sunt, vtrum antecedens voluntas saluandi quoslibet homines, sit voluntas signi, aut beneplaciti, voluntas secundum quid, vel simpliciter omnino simplex, aut partim efficax voluntas, & vtrum semper impleatur, vel non impleatur. His omnibus satisfecimus in prædicta disput. 19. de voluntate Dei, disput. 10. & tribus sequentibus.

SECTIO V.

*Dei erga reprobos non simulata, sed vera beneuolentia defenditur ab argumentis propositis sectione 3.*

1. Argumenta sect. 3. proposita à quibusdam Doctoribus afferuntur, vt probent prædestinationem ad gloriam non fuisse negatam ante præuisa opera: concedunt tamen prædestinationem ad gratiam negatam fuisse ante præuisa opera. Qui Doctores debuissent animadvertere profus eandem esse vim illorum argumentorum aduersus vtramque prædestinationem. Nam Deus voluntate antecedenti sicut desiderat omnibus reprobis salutem æternam gloriæ, ita desiderat salutem

12. Præceptum Dei obligat orare pro cunctis hominibus sine discrimine.

13.

14.

15. Dubitationes alia.

Prima colligitur ex Augustino.

Exponitur Augustinus.

Prospero explicatur.

4. Obiectio.

4. Resp.

5. Solutio 2.

Redarguitur.

6.

Deus reprobos vult saluos fieri.

1. Quorundam opinio.

R

salutem gratiæ: necnon sicut confert media sufficientia ad gloriam, ita etiam ad gratiam: quippe quæ si ad gratiam obtinendam non sufficiunt, non possunt ad gloriam sufficere. Igitur prædicti Doctores loquuntur magis consequenter; sed minus probabilem conclusionem inferunt, dum colligunt, negandi prædestinationem ad gratiam, fuisse causam præuisa opera.

2. Ad primum argumentum respondetur, negando consequentiam. Quamuis enim Deus ex se ipso, ante præuisa opera, neminem velit punire, nec velit postitum excludere à regno cælesti; nihilominus vult non saluare efficaciter, nec efficaciter prædestinare. Nec enim pugnant inter se duo hæc, alterum est antecedenter per simplicem complacentiam, & voluntatem conditionalem velle saluare: alterum est voluntate absoluta velle non impendere plus, quam auxilia sufficientia, neque velle prædestinare efficaciter, sed velle permittere, vt à gloria deficiant. Hæc solutio probatur

Prima solutio probatio.

Primò, quoniam antecedenter velle, vt omnes homines salui fiant, non est simpliciter velle, sed secundum quid: ergo non pugnat cum voluntate absoluta negandi prædestinationem. Consequentia probatur, quoniam vniuersaliter contraria simul reperiuntur, si vnum sit tantum secundum quid, & aliud simpliciter: ergo similiter voluntates, quæ videntur esse contrariæ, si vna sit secundum quid, & alia simpliciter, poterunt esse simul.

3. Voluntas secundum quid.

Illud fundamentum, videlicet, non esse simpliciter velle, sed tantum secundum quid velle, vt omnes homines saluentur, traditur à S. Thoma supra quæst. 19. art. 6. & in presenti quæst. 23. artic. 4. sine, Durando, Ricardo, & Carthusiano 1. distinct. 46. quæst. 1. Maiore 2. distinct. 37. quæst. 1. colum. penult. & à multis recentioribus, quos retulimus tomo de voluntate Dei disp. 19. sect. 10. vbi declaratum fuit, & probatum, istius voluntatis diminutionem esse tantum ex parte obiecti, quia vult obiectum secundum aliquam rationem communem, abstractione præcisam à singularibus, & apposita conditione restrictam. Alioqui veram, & propriam, nullòque modo metaphoricam rationem voluntatis retinet.

4. Vnde procedit secunda probatio eiusdem doctrinæ, quoniam obiecta nullatenus inter se repugnantia, possunt esse volita per eandem voluntatem; sed prædictum obiectum voluntatis antecedentis saluandi, & obiectum voluntatis efficacis non prædestinandi non repugnant: ergo possunt esse volita per eandem voluntatem Dei.

Probatur tertio, nam in humana Christi Domini voluntate, & in quibuscumque hominibus plerumque est voluntas efficax de vno obiecto, & complacentia simplex, vel conditionata volitio de opposito.

5. Ad primam confirmationem respondetur distinguendo consequens, Deum ex se solo velle antecedenter saluare, & velle efficaciter reprobare reprobatione positua ante præuisa opera, hæc duo fortè repugnant, aut certè minus decet. Nihilominus Deum ex se solo ante præuisa opera velle reprobare sola negatione prædestinationis, non repugnat cum voluntate antecedenti salutis; quia propter diuersos fines bonos, qui colligi possunt ex prædestinatione, & ex reprobatione,

vult antecedenter saluare, & vult efficaciter reprobare. Sic enim iudex posset ante præuisa opera velle permittere alicuius hominis crimen, vt illius lapsu, & ignominia, pars reipubl. nobilior redderetur cautior, & coerceretur à culpa, quamuis optaret, vt ille homo, si vellet, se contineret à peccando.

6. Ad secundam confirmationem respondetur. Quamuis illa duo obiecta, secundum se sumpta, contradictoria sint; nihilominus, vt terminant volitiones diuinas, non contradicunt propter duas rationes. Prima, quoniam vna est voluntas secundum quid, & alia simpliciter, sicut explicatum est nuper. Secunda, quoniam amant illa obiecta propter diuersos fines bonos; salutem quippe vult Deus, quia bonum est misericordix, & gloriæ Dei: sed negationem prædestinationis vult, quia bonum est iustitiæ, & ad salutem aliorum hominum, sicut disput. præcedenti probatum est.

Ad tertiam confirmationem respondetur. Ex se inclinare ad contradictoria propter diuersum finem rationabiliter mouentem ex vtraque parte, volendo vnum secundum quid, & alium simpliciter, non derogat constantia voluntatis; aliter verò derogaret.

7. Ad secundum argumentum respondetur distinguendo minorem: aut enim voluntas efficax reprobationis salutem negat, negando ea, quæ ex parte Dei requiruntur ad salutem; & hoc modo falsa est minor. Aut voluntas efficax reprobationis salutem negat non aliter, nisi negando ea auxilia, & eas circumstantias, quibus efficaciter vinceretur malitia reprobis; concedendo tamen omnia, quæ abundè sufficiunt, vt homo saluetur, si per eum non stet: sic vera est minor. Sed hinc non sequitur, per Deum stare, quominus reprobis saluetur. Porro per hominis liberum arbitrium, & non per Deum stare, quominus reprobis consequantur salutem, docent Scriptura, & Patres, quos generaliter retulimus sectione præcedenti.

8. Ad primam confirmationem respondetur. Quamuis Deus ante præuisa opera velit negare prædestinationem efficacem; nihilominus expectat, vt homines ferant fructus dignos suis auxiliis: expectat, inquam, desiderio inefficaci, & conditionali, quod more hominum significatur per modum spei, quamuis in Deo non sit spes, quoniam certus est, non futuros esse illos fructus.

9. Quod autem in secunda confirmatione afferitur, verum est, & à nostra sententia non dissentiens. Deus namque non procurat, vt reprobis beatitudinem, aut gratiam non obtineant, nec ad hunc finem obtinendum adhibet media, nec ex ea intentione negat auxilia, vt supra disp. 16. sect. 1. post conclusionem secundam vidimus. Aduertendum tamen est, non esse contra prudentiam, magnis expensis, & diligenti cura præbere, quæ necessaria sunt ad vnum finem, si hoc decet magnificentiam, liberalitatem, & bonitatem largitoris: quamuis aliunde permittat, vt ille alter finis non obtineatur efficaciter, ad maius aliud bonum colligendum.

Ad tertium argumentum respondetur: Deus non impedit quominus auxilia profint reprobis, quin potius iuuat, & intendit vt profint; sed tantum permittit, vt propter liberam eorum malitiam noceant: & hoc nullam simulationem,

nem, aut dolum probat in Dei beneuolentia latere.

Ad primam confirmationem respondetur, negando antecedens, quia Deus vult efficaciter non saluare, negando vberiora auxilia, & relinquendo maiora, quam quæ sufficiunt, vt homo, si velit, possit salutem consequi.

Ad secundam confirmationem negatur antecedens, nisi fortè ille, qui præciperet, negaret auxilium sufficiens ad implenda præcepta.

10. Nocumentum per accidens reprobis promissio auxiliorum.

Ad tertiam confirmationem respondetur primò. Promissio auxiliorum nocua est reprobis; sed hoc nocumentum valde per accidens, & præter intentionem Dei resultat ex promissione auxiliorum, & ex negata prædestinatione. Resultat autem nocumentum tanquam à causa per se, à malitia eiusdem hominis, quæ non minuit beneuolentiam, & liberalitatem Dei; sed potius eam commendat.

Respondetur secundò. Promissio auxiliorum, adiuncta reprobatione, reprobis nocet secundum quid, quatenus, cæteris paribus, grauior est culpa hominis habentis parata auxilia gratiæ; quibus vitare possit culpam. Cæterum simpliciter prodest, quoniam propter auxilia gratiæ reprobis euitant plura, & grauiora peccata, & grauiora circumstantias peccatorum, in quæ præcipitentur, nisi diuinis auxiliis retinerentur.

Hinc soluitur quarta confirmatio, cuius doctrina ita temperanda est, vt non omnia bona cooperentur in malum reprobis, nam quibusdam bonis liberantur à grauiori culpa, & poena, vt optimè annotauit Hugo de S. Victore in epist. ad Rom. q. 213. Imò ea etiam bona, quæ cooperantur in malum, impediunt alia grauiora mala.

11.

Ad quartum argumentum respondetur. Deus auxilia dirigit ad vtilitatem particularem hominis reprobis: sed quoniam hunc finem non intendit efficaci, & absoluta voluntate, sed tantum voluntate complacentiæ, & conditionali; ideo huic non repugnat auxilia conferre in circumstantiis, sub quibus sciat fore, vt auxilia noceant propter malitiam reprobis.

12.

Ad confirmationem respondetur primò. Ab hominibus ad Deum non rectè sumitur argumentum circa procurandam hominum salutem; quoniam homo tenetur facere, quantum commode potest ad salutem aliorum; Deus verò minime tenetur.

Respondetur secundò. Si ille homo, qui corrigit, speret maius aliquod bonum aliorum ex eo, quòd impium corrigit in circumstantiis, in quibus scit correctionem fore nocituram illi propter eius malitiam, tunc ordinata charitas erit, voluntate complacentiæ desiderare vtilitatem impij, quam ex se causare posset correctio: nihilominus voluntate absoluta velle permittere eiusdem impij nocumentum propter maius bonum aliorum.

13.

Ad quintum respondetur. Suauior, & beneuolentior erit Deus in reprobos, si auxilia sufficientia tribuat, relicta indifferentia non solum physica, sed etiam morali ad salutem, & prædestinationem minimè negata, quousque præuideat eorum opera. Cæterum inde sequitur, Deum minus suauem, ac beneuolum esse in prædestinatos, quorum saltem aliquos necessarium erit consequutos fuisse salutem, non maiori Dei cura, & prouidentia, quam ea, quæ reprobis multis daretur. Propterea meritò Deus, vt suauior, ac beneuolentior esset in prædestinatos, prætermisit illam maiorem de Prædestinatione.

Dei erga prædestinatos suauitas.

ioem suauitatem in reprobos, quos parui pendit comparatione prædestinatorum. Sed dicemus plura disp. 55. sect. 11. à principio.

Notandum tamen est, adhuc magnam Dei erga reprobos suauitatem, beneuolentiamque reprobos, quæ ex hac, & præcedenti disput. colligitur hoc epilogo.

14. Erga reprobos.

Primò. Dat & conseruat esse naturale, quod etiam supposita damnatione melius est, quam non esse.

Secundò. Quæ bona reprobis auidissimè expectant, & à Deo enixè postulant, scilicet temporalia, recipiunt abundantius, quam prædestinati.

Tertiò. Data fuit etiam reprobis redemptio, Sacramenta, literæ sacræ, cæteraque auxilia interna, & externa.

Quartò. Magis copiosa auxilia, & altior gradus gratiæ in hac vita datur quibusdam reprobis, quam quibusdam prædestinatis, excepto beneficio opportuna mortis.

Quintò. Expectantur, tolerantur, terrentur, vt caueant.

Sextò. Nullam poenam Deus illis infert, nisi illi prius se liberè culpis implicent: & tunc tam in hac, quam in alia vita punit citra dignum.

Septimò. Non solum Deo, sed etiam Christo Domino, in quantum homini reprobis, debent omnia hæc beneficia non solum supernaturalia, quæ directè ad redemptionem pertinent, sed etiam naturalia, quibus liberantur à temporalibus ærumnis, & ornantur temporalibus bonis. Sic Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus apud Driedonem de captiuit. & redempt. generis humani, pag. 365. tract. 4. cap. 2. part. 8. membr. 1. dicunt Deum esse Saluatorem omnium quoad salutem præsentis sæculi, sed maximè fidelium in futuro.

DISPUTATIO XVIII.

Vtrum personarum acceptio sit prædestinare quosdam, cæterisque negare prædestinationem, sine præcognita ratione discriminis.

SECTIO I.

De beneficijs merè gratuitis inæqualiter distribuendis.



MA ex præcipuis obiectionibus Massiliensium, Fausti olim, & multorum postea Scholasticorum, contra prædestinationem, ac reprobationem, ante præuisa opera constitutam, accipitur ex illo vitio contrario iustitiæ distributiæ, quod appellatur personarum acceptio. Nam Princeps tenetur reipublicæ bona distribuere pro meritis ciuium, ea seruata æqualitate, vt pro æqualibus meritis æqualia, pro maioribus maiora, pro minoribus minora præmia distribuatur. Quòd si Deus ante præuisa merita prædestinationem quibusdam concederet; aliis verò negaret, iam nulla præcognita ratione inæqualitatis, Deus inæqualia bona distribueret hominibus; ergo committeret vitium acceptionis personarum.

1. Massiliensium obiectiones.



narum. Hoc argumentum auctoritatibus Scripturæ, & Patrum virgibus magis infra sect. 2.

Nunc verò solutionis summa est, distinguere duo genera beneficiorum, quæ à Principe conferuntur. Alia namque sapiunt aliquid iustitiæ, & in illis conferendis potest esse vitium acceptionis personarum, ut dicemus sect. 2. & seq. Alia beneficia sunt merè gratuita, quæ nihil omnino iustitiæ respiciunt, & in his conferendis impossibile est vitium acceptionis personarum intervenire. Statuitur ergo conclusio respondens directè titulo disputationis. Nulla personarum acceptio, nullave iniustitia fuit prædestinare quosdam homines, ceterisque negare prædestinationem sine præcognita ratione discriminis ex parte hominum. Cùm de facto Deus prædestinauerit, aut negauerit prædestinationem ante præuisa omnia opera, satis erat hæc conclusio; sed ut clarius, abundantiusque confirmetur, addo propositiones quatuor de acceptione personarum, quæ nulla esset, quamvis Deus post præuisa multa opera hominum, siue bona, siue mala, nihilominus prædestinaret quem vellet ad opera finalia bona, & ad gloriam.

Prima propositio. Licet Deus præuidisset opera futura hominum, siue mala, siue bona, siue naturalia, siue supernaturalia, nihilominus sine personarum acceptione posset quos vellet, prædestinare, alios relinquere, nulla habita ratione operum, quæ supponit à se præuisa.

Secunda propositio. Ex duobus hominibus, quos præuidisset, in aliquo tempore futuros esse æquales in meritis supernaturalibus, posset pro sua libertate Deus unum prædestinare efficaciter, alium relinquere.

Tertia propositio. Idem similiter posset ex duobus hominibus, quos aliquo tempore æquales in peccatis futuros esse cognoscat.

Quarta propositio. Quinetiam peccatoribus, quos Deus præuidisset ferè toto vitæ decursu plura, grauioræque scelera commissuros, posset concedere prædestinationem ad penitentiam in ultimo spiritu vitæ, & ad gloriam, negando prædestinationem aliis, non modò peccatoribus leuiorum culparum, sed etiam iustis, quorum excellentiora merita supernaturalia præuidisset, idque sine specie, aut vmbra acceptionis personarum. Nihilominus autem Deus omnibus hominibus concederet omnia ea, quæ ex lege, & promissione, vel ex merito condigni, aut congrui concedere tenetur.

Probat primò ex Scriptura, omnibus testimoniis adductis tota disp. 8. quæ directè probant, inæqualitatem, discriminemque prædestinatorum à reprobis, non ex operibus præcognitis, sed ex Dei voluntate, beneplacito, consilio, electione, amore, pastoralis cura, vocatione, sorte, trahendi, & compellendi, potentia, ceterisque operationibus Dei prouenire; nec vllum à se ipso, sed à Dei gratia discerni. Nunc ponderare oportet totum cap. 11. ad Rom. vbi ex eadem gente, nata ex eisdem progenitoribus quidam eliguntur amici propter Patres, alij relinquuntur inimici, & oliuæ ramis præfertur oleaster: nam illi abscinduntur, & oleaster inseritur in bonam oliuam. Quæ duo ad hoc propositum notat August. de prædestinatione Sanctorum cap. 16.

Rufus 1. ad Timoth. 4. Paulus ait: Deus est Saluator omnium, & maxime fidelium. Quod testimonium Prosper 2. de vocat. gent. cap. 10. aliàs c. 31.

ponderat his verbis: Adijciendo, maxime fidelium, ostendit esse partem generis humani, quæ merè fidei diuinitus inspiratæ, ad æternam salutem specialibus beneficijs prouehatur: quod utique nulla iniquitate agitur, siquidem in ipsis quoque fidelium populis non eadem omnibus, neque paria conferantur, & ante vlla humanorum pondera meritorum, dissimilima diuinorum mensura sit munerum.

Secundò probatur ex Patribus omnibus locis adductis in disp. 10. & 11. & adducendis probatione 3. & 4. Illud tantum notandum est in præfati æqualitatem illam ex parte Dei comparatione omnium hominum, ita ut à Deo non possit incipere discrimen Sanctorum ab impijs, neque possit Deus sine iniustitia, & acceptione personarum unum assumere, alio relicto, nisi præsupposita ratione discriminis, hanc, inquam, doctrinam erroris merè suggillari ab Hilario Arel. & Prospero in epistolis ad August. similiterque notatur à Petro Diacono in lib. de incarn. & grat. Iesu Christi cap. 7. ut magis constat ex dictis præcedenti tomo de prouident. tota disp. 14.

Tertiò probatur ratione à priori, ex se quidem euidenti, sed præterea munita testimonijs Scripturæ, Patrum, & Scholasticorum. Quoniam acceptio personarum est vitium contra solam virtutem iustitiæ: ergo non potest committi personarum acceptio, nisi violetur aliqua obligatio iustitiæ. Rursus quæcumque obligatio iustitiæ supponit debitum aliquod; quare vbi nullum prorsus debitum est, implicat contradictionem, committi personarum acceptionem: sed dandi prædestinationem efficacem hominibus nullū prorsus debitū est in Deo; ergo nulla potest committi personarum acceptio, negando prædestinationem.

Confirmatur primò, quia prædestinatio est opus meræ misericordiæ. Quapropter prædictum argumentum paucis complexus est Paulus Rom. 9. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyses enim dicit: Miserebor, cui miserebor, quali diceret: iniustitia nulla est in Deo, quia non ex iustitia, sed ex mera misericordia distribuit prædestinationem, cui vult. Notantque August. Anselm. & alij Patres, non reddi à Paulo rationem ex discrimine ex parte hominum, sed ex sola misericordia Dei; ut vidimus disput. 8. sect. 3. & 4.

Confirmatur secundò, quia supremus Princeps inter debitores æqualis summæ, aut æqualis criminis reos sine vitio acceptionis personarum, & iniustitiæ vni remittit debitum, ac culpam; exigit autem ab alio debitum, & penas sumit pro crimine. Ita August. Prosper, Fulgent. Anselm. Beda multis in locis notatis supra disp. 14. sect. 2. Videri potest præsertim August. epist. 105. ad Sixtum, col. 2. 9. & 10. & epistol. 106. ad Bonif. circa med. & lib. 1. ad Simplic. q. 2. col. 8. & lib. de prædestinat. Sanct. cap. 15. & 16. & lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 7. & de corrept. & grat. cap. 8. & lib. 4. contra Iulian. cap. 8. Ex D. Fulgentio præter totum lib. 1. ad Monim. præsertim c. 7. 26. & duo sequentia, notandum est cap. 21. & 28. libri de Incarn. & grat. Iesu Christi, vbi prædicta ratione probat personarum acceptionem, iniustitiæque procul abesse à prædestinatione gratuita; sicut & Anselmus, & Beda in id Roman. 9. Miserebor, cui miserebor.

Confirmatur tertiò, quoniam etsi propter debitum originale, aut personale omnes homines damnarentur, & nemo liberaretur per gratiam, nihilominus

nihilominus nemo iure posset conquiri: ergo non possunt conquiri, qui damnantur, licet alij prædestinentur. Probat consequentia, nam aliena prædestinatio nullum liberat à debito culpæ propriæ, neque tribuit ius ad prædestinationem, vel ad gratiam. Antecedens huius argumenti ex sententia Augustini in lib. de prædestinat. Sanct. docet Prosper ad excerpta Genuef. dub. 6. 7. & 8. & lib. sentent. ex August. sent. 307. & lib. de lib. arbit. ad Ruffinum, post med. & lib. 1. de vocat. gent. cap. 17.

Quarta ratio sumitur ex præcedenti, quoniam hæc est ratio, & essentia pleni, perfectique dominij, ut dominus possit pro sua libera voluntate vni concedere sua bona, alteri verò negare sine vitio acceptionis personarum, aut iniustitiæ, nisi ea bona ex promissione, vel contractu alicui debeant; sed prædestinatio efficax, peculiaris auxilia, & vocatio secundum propositum, sunt bona, quæ nulli hominum debentur ex promissione Dei, aut contractu, & Deus est illorum dominus absolutus, & supremus: ergo illa potest negare, aut concedere, cui voluerit sine vitio. Hæc ratio habetur Matth. 20. illis præsertim verbis: *Amice, non facio tibi iniuriam; nonne ex denario conuenisti mecum. Tolle, quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi, aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum.*

Confirmatur, quia nouissimi minus laborauerunt, quàm priores, & tamen pares facti sunt in substantia mercedis, & æternitate gloriæ; sed superiores in excellentia, & intensioe, ut intelligunt Ambros. lib. 7. in Lucam, exponens cap. 15. Hieronymus lib. 2. in Iouinian. August. de sancta virginitate cap. 26. Gregor. 4. moral. cap. 42. quos sequitur Bellarm. 3. de gratia cap. vlt. Atque in hoc sensu dicuntur nouissimi primi, ut notat Salmeron tomo 7. tract. 3. n. 22. & 23.

Videbitur alicui, nullum ex hoc testimonio argumentum esse validum ad probandam inæqualitatem in beneficijs merè gratuitis. Nam denarius redditus operatijs, siue nouissimis, siue primis, est merces ex iustitia reddita, significans gloriam, quæ vnicuique datur pro quantitate meritorum, infra sect. 2. Confirmatur, quoniam nouissimi licet minus laborauerint, quàm primi, plus tamen meruerunt, quàm primi, propter feruentiore affectum fiduciæ, humilitatis, & liberalitatis ex supernaturali auxilio gratiæ abundantioris, ut notat Gregor. Nazianz. orat. 50. in S. Baptisma non longè ante med.

Respondetur. Matth. 20. docemur inæqualitatem beneficij merè gratuiti, quod quibusdam non redditur, sed donatur, alijs verò non donatur, ut agnoscat August. tom. 10. serm. 59. de verbis Domini, col. 2. & lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 7. parum à princip. Hæc autem inæqualitas beneficij non colligitur præcisè ex denario diurno, & gloria reddita; sed ex eo quòd Deus nouissimis contulit abundantiore gratiam auxiliantem, per quam minori labore plus mererentur. Quod probant verba patrisfamilias, dum querelis priorum satisfacit, nihil in bonum vsum, & strenuitatem nouissimorum, sed in suam gratiam, & liberalitatem referendo, dum ait Matth. 20. *Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi: an non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Quæ verba ad gratuitum donum pertinere explicat Augustin. Ruiz de Prædestinatione.

Confirmatur, quoniam hoc testimonio ad hanc eandem conclusionem probandam vitur S. Thomas artic. 5. fine: Abulensis Matth. 20. quæst. 25. Driedo, & quidem alij Theologi ex citandis in fine præsentis sectionis.

Quintò probatur conclusio, radicem aperiendo supremi, & absoluti dominij, quæ est prima, & vniuersalissima causalitas (etenim primum, & naturalissimum dominium est causa in suos effectus.) Rectè igitur Scotus 1. sentent. distinct. 41. quæst. vnica, ad 2. argum. princip. ratiocinatur. Quicumque nulla merita personarum supponit, sed potius omnia causas, non committit vitium acceptionis personarum, licet inæqualia merita tribuat, & causet ex intentione retribuendi præmia, & dignitates inæquales. Etenim terrenus Rex, si posset, cui vult, præbere maximas vires corporis, & animi robur eximium, summamque belli prudentiam, & artem, & euentus belli fortunatissimos; nullam omnino committeret acceptionem personarum, si quemcumque vellet, eligeret ad hæc merita, & ad dignitatem generalissimi ducis. Cùm igitur Deus nulla supponat merita, sed omnia faciat, & conferat, non incurrit in culpam accipiendi personas, etiamsi pro suo beneplacito decernat prædestinationem aliquibus hominibus, & ceteris eam negare decernat, idque multò potiori iure, quàm ille Rex, quippe qui supponeret, homines existere suæ naturæ participes, & connaturalem proportionem habere ad illa dona: Deus autem omnino nihil supponit ex parte hominum, quos ex nihilo producit, ut prædestinet ad gloriam, & postquam producti sunt, nullam connaturalem proportionem habent ad supernaturalia dona.

Sextò probatur, quia sine vitio acceptionis personarum Deus quibus vult, inæqualia auxilia supernaturalia distribuit, ita ut æqualibus hominibus inæqualia auxilia, & deterioribus quandoque vberiora auxilia conferat, quàm bonis, aut minus malis: ergo quamvis Deus prædestinationem concedat vni, quam alteri negat, nulla præuisa ratione discriminis, adhuc non erit vitium acceptionis personarum. Consequentia probatur à paritate rationis. Antecedens verò docet August. lib. 4. contra Iulian. cap. 8. & contra duas epistolas Pelagian. lib. 1. toto cap. 7. & epist. 107. ad Vitalem, & alibi sæpe; sed præsertim toto lib. de prædestin. Sanct. & de bono perseuer.

Prosper autem apertissimè, ac fusè probat eandem inæqualitatem lib. 2. de vocat. gent. cap. 31. 32. & 33. quorum summa continetur in illis verbis capitis 32. *Non eadem omnibus, neque paria conferantur, & ante vlla humanorum pondera meritorum, dissimilima diuinorum mensura sit munerum.* Idem docuerat in eodem lib. 2. cap. 3. 6. & 7. & lib. 1. cap. 17. & 21. & tota epist. ad Ruffinum, præsertim à medio, & lib. de ingratis cap. 10. & sequentibus. Fulgentius toto lib. 1. ad Monim. præcipue cap. 7. 26. 27. & 28. & lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi, & alij infra citandi. Peculiariter autem Isidorus lib. 2. sentent. de summo bono cap. 5. post med. & cap. 6. post med. docet peccatoribus, ac deterioribus Deum quandoque tribuere maiora dona conuersionis, & perseuerantia, quæ non tribuit minus sceleratis, aut etiam iustis desiderantibus bonum.

Prædicta diuinæ gratiæ, & auxiliorum inæqualitas, pro Dei beneplacito distributa, tot Scripturæ testimonijs comprobatur, ut sine errore negari

2. Solutionis summa.

Sine acceptione personarum aliquibus negatur prædestinatio.

Propositiones quatuor.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

Ratio à priori. Personarum acceptio iniustitia opponitur.

13. Obiectio.

14. Responso.

15. Radix supremi & absoluti dominij.

16.

17.

18. Prædicta auxilijs inæqualitas ex Scripturâ probatur.

negari non possit, quorum præcipua pondera- uimus tota disput. 8. Nunc attingenda sunt ali- qua magis propria præsentis dogmatis. Cuius- modi est illud Matth. 11. Et cui voluerit Filius re- uelare. & Matth. 13. Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum: illis autem non est datum. Roman. 12. Vnicuique sicut Deus dimisit mensuram fidei. 1. Corin- th. 12. Hac autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult. Quod non modò de gratiis, quas vocamus gratis dar- tas, sed etiam de gratis auxiliatricibus ad iusti- ficationem, atque de fide, spe, & charitate dic- tum esse constat ex superiori contextu, ab illis verbis: Nemo potest docere, Dominus Iesus, nisi Spi- ritu sancto. Quam ampliacionem Apostolicæ do- ctrinæ notant Augustinus de prædestinatione Sanctorum cap. 11. & Prosper lib. 2. de vocatio- ne gentium, cap. 2. aliis cap. 7. & 8. Propter ean- dem rationem colligitur idem ex 1. Corinth. 7. vbi de continentia virtute dicit Apostolus: Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum, sed unusquisque pro- prium donum habet ex Deo: alius quidem sic; alius verò sic.

19.

Eiusdem rationis est illud Ephes. 4. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Chri- sti; vbi quamuis Apostolus agat de varietate gra- duum in Ecclesia Apostolorum, Prophetarum, Euangelistarum, & Doctorum: nihilominus agit de supernaturalibus auxiliis gratiæ, quæ abundantiora dantur Apostolis, quam reliquo Ecclesiæ corpori. Quapropter non abs re S. Tho- mas hoc testimonio vitur 1. 2. quæst. 112. ar- tic. 4. corp. vt probet inæqualitatem gratiæ tan- quam à prima & principali causa provenire à Dei prædestinatione. Quod etiam docet 2. 2. quæst. 24. artic. 3. & 4. & de veritate quæst. 29. (quæ est vltima ex disputatis) art. 7. ad 4. asserit: Meritum Christi Domini, quantum ad sufficien- tiam, equaliter se habet ad omnes, non autem quan- tum ad efficaciam: quod accidit partim ex libero ar- bitrio, partim ex diuina electione, per quam quibusdam misericorditer confertur effectus meritorum Christi; quibusdam verò iusto Dei iudicio subtrahitur.

20. Sæpe proba- tione funda- mentum ex- plicatur.

Primum illud fundamentum istius sextæ pro- bationis explicatur, & confirmatur primò, nam illi homines, quibus Deus confert minora auxi- lia, vel sunt peccatores, nullam actionem super- naturalem elicientes, quibus manifestum est nul- lam iniustitiam fieri: quoniam illis nullum aux- ilium supernaturale debetur, & quod datur, ex mera misericordia datur (sicut ostensum est præ- cedenti tomo de prouidentia disp. 24. & plurimis sequentib.) Vel sunt peccatores, elicientes actio- nem supernaturalem fidei, vel spei: atque his ho- minibus Deus concedit certam mensuram vlti- oris auxiliij supernaturalis, quod de congruo respondet prædictis actionibus supernaturalibus hominis peccatoris. Proinde licet abundantius aliud auxilium Deus conferat aliis hominibus magis indignis, nihil detrahitur iustitiæ Dei, qui iam satisfecit illi quicumque debito. Si- militer si homines iusti sunt, siue supernaturali- ter operentur, siue non operentur, Deus illi cer- tam mensuram auxiliorum confert, correspondentem gratiæ iustificanti, & operibus superna- turalibus illorum: sed maiorem aliam mensuram potest liberè negare hominibus iustis, eandem- que concedere peccatoribus, aut minus iustis ho- minibus, aut minus laborantibus.

21.

Explicatur, & confirmatur secundò, quia

Deus, nulla præcedente inæqualitate ex parte hominum, absoluta voluntate vult, suum au- xilium esse efficac in vno homine, & non vult hoc in altero per absolutam voluntatem, sed tantum per voluntatem antecedentem. Vnde Augustinus de Spiritu, & litera, cap. 34. fine: Tam, inquit, si ad illam profunditatem scrutandam quis- quam nos coarctet, cur illi ita suadeatur, aut persua- deatur; illi autem non ita: duo sola occurrunt, quæ re- spondere mihi placeat: O altitudo diuinarum! & numquid iniquitas apud Deum? Cui responso ista displicet, querat doctiores; sed caueat, ne inueniat presumptiores. Similia scribit Augustinus de bo- no perseuerant. cap. 14. fine: & non solum in his, sed etiam in aliis operibus Augustinus frequen- ter docet, discrimen iustorum ab impijs prouen- ire à libero arbitrio, vt moto; sed à Dei electio- ne, vt à primo mouente, causante fidem, & perse- uerantiam, quando, & in quo homine vult, vt de prædestinat. Sancto. cap. 6. & 8. de bono perseue- rant. cap. 8. & 14. lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 17. lib. 4. contra Iulian. cap. 8. de corrept. & grat. cap. 7. de grat. & lib. arbitr. cap. 15. & Prosper ad articulos sibi falsò impositos, siue ad obiect. Vincent. cap. 13. Ex quibus, & aliis locis verba refert, & dignis momentis expendit Ruard. ar- tic. 7. contra Lutherum, prope medium, pagi- na 236. & sequenti, & multa similia attulimus disp. 10. 11. & 12.

22.

Tertiò ad idem confirmandum valet pluri- mum Cassiani testimonium, quod ab inuito ve- ritas extorsit. Qui quamuis auctor fuerit æqua- litatis ex parte Dei, quam Massilienses aduersus Augustinum iactabant: nihilominus in collatio- ne 13. præsertim in cap. 8. 9. 15. 16. & 17. testatur expressè inæqualitatem diuini auxiliij, ita vt quos- dam nihil de sua salute cogitantes præligat, alios inuitos, & reluctantes trahat, alios vocet prius, quam inuocetur ab illis: aliorum autem oratio- nes, ac conatus Deus expectet.

23.

Quonia Deus auxilia suffi- cientia nega- ret, non esse- rinus.

Septimò probatur conclusio: quamuis enim Deus omnibus hominibus negaret auxilia om- nia, non solum abundantia, sed etiam simpliciter necessaria ad gratiam, & ad gloriam: adhuc ne- que contra iustitiam, neque contra suam miseri- cordiam Deus ageret. Ac proinde quamuis om- nia auxilia negaret quibusdam hominibus, & concederet aliis, nihil ageret indignum sua iu- stitia, vel misericordia: ergo multo minus erit iniustitia, concessio sufficienti auxilio, negare abundantiora, & efficacia, quæ aliis concedun- tur. Antecedenti fauet illud Sapiencia 12. Quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas fecisti? Fa- uent etiam quæ diximus disp. 14. sect. 1. & 2. & quod frequenter Augustinus ait, Deum potuisse neminem liberare ab originali damnatione. Sed præcipuum fundamentum est, quoniam super- naturalia auxilia, etiam communia, & sufficien- tia nulli hominum debentur, seclusa gratia; sed ex mera misericordia conceduntur. Antecedens huius rationis traditur expressè à Bellarmino lib. 2. de grat. cap. 4. Driedone de captiuitate & redemptione, tract. 4. fine, videlicet cap. 2. part. 8. membr. 3. concl. 3. Ruard. art. 7. contra Luther. prope medium, §. quod autem omnibus, pag. 236. initio.

24.

Octauò probatur, quoniam absque persona- rum acceptione Deus privilegia gratiæ quibus- dam hominibus contulit, quæ non contulit aliis: quorum aliqua Prosper lib. 2. de vocat. gentium cap. 11.

cap. 11. aliis cap. 3. post medium comprehendit his verbis: In Abraha lumbis Levi sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron, & sacerdotalis ordo bene- dicitur. In Isaac de repromissione concepto omnium gentium vocatio, & tota Christi forma præconditur. Iacob nullo merito suffragante prius, quam nascatur, eligitur. Ieremia dicitur: Prius quam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctifi- caui te. Ioannes intra matris viscera Spiritu sancto re- pleus exultat, & vt nullus inter natos mulierum ma- ior sit, prius sentit initia gratiæ, quam nature. Post quæ verba Prosper ostendit quibusdam fidei, aut spei, aut charitatis perfectionem subitò fuisse concessam, quæ aliis non tribuitur, nisi pau- latim per interualla temporum, & incrementa meritum.

25. Humanitati gratis concessio vnio hyposta- tica.

Confirmatur eximio, & singulari exemplo humanitatis Christi Domini, cui Deus absque nota personarum acceptionis concessit supre- mam gratiam vnionis hypostaticæ, cateraque ineffabilia dona, quæ comitantur illam, nullis præcedentibus meritis ex parte humanitatis il- lius, ratione morum esset dignior illis donis, quam Angelica quælibet, vel humana natura, præcisè considerata sub esse possibili. Ergo quæ- cumque dona supernaturalia prædestinationis, aut auxiliorum, aut iustificationis, Deus poterit absque personarum acceptione concedere qui- busdam pro suo beneplacito, cæteris verò negare. Consequentia probatur, quoniam eadem est ratio in omnibus, quæ fuit in humanitate Christi Domini, quantum ad rationem beneficiij merè gratuiti, concessi per absolutum dominium, dan- do simul, & causando merita, & dignitatem su- premi capitis. Sic enim poterit Deus merè gra- tis dare, & causare dignitatem, & merita, quibus in hominibus voluerit ad iustificationem, & glori- am. Antecedens verò de gratia vnionis hypo- staticæ ponderat Augustinus frequenter, veluti lib. de prædestinat. Sancto. cap. 15. & 16. & de bon. perseuer. cap. vlt. & de corrept. & grat. cap. 11. & de Trinitate lib. 13. cap. 17. & lib. 2. de peccat. me- ritis & remiss. cap. 17. & Enchirid. cap. 36. Ful- gentius de Incarnat. & grat. cap. 20. Sed de hoc plura diximus præcedenti tomo de prouidentia disp. 18. sect. 10.

26.

Nonò probatur, quia sine personarum acce- ptione, qui prius erant iusti, permittuntur cadere, & damnari, sed alij peccatores eriguntur, vt con- sequantur salutem. Prioris partis exemplo sint demones, Saul, Iudas, Simon Magnus, & Nico- laus Diaconus. Posterioris partis exemplo sint Adamus, Dauid, Petrus, Maria Magdalena, & Laro: de quibus exemplis, ac de vniuersali dog- mate fidei, quòd reprobi quandoque sint in gra- tia, & prædestinati quandoque in peccato, tra- ctat fusè Vega lib. 12. in Trident. cap. 2. & 3. & Bellarm. lib. 3. de gratia, cap. 14. Trident. autem sess. 6. can. 17. definit, iustificationis gratiam con- tingere non solis prædestinatis.

27.

Confirmatur primò: multi namque pro mi- noribus criminibus damnantur, alij verò diutius expectantur, vt dicitur Lucæ 13. Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi peni- tentiam habueritis, omnes similiter peribitis: sicut & illi decem & octo, super quos cecidit turris in Si- loe, & occidit eos. Putatis, quia ipsi debitorum fue- rint præter omnes homines habitantes in Hierusa- lem, &c.

Confirmatur secundò, nemo namque dubita- bit, ex illis pueris, quos à rationis vsu paulo post, rapuit mors, multos esse in inferno, vel propter vnicum peccatum mortale, aut propter pauca non admodum graua (vt omittam quod probabilius est, quosdam esse in inferno pro- pter peccata venialia coniuncta cum originali, sine alio peccato mortali, vt vidimus 1. 2. q. 89. art. 6. dub. 3.) Quis autem dubitet, grauiora sce- lera tolerata fuisse in plerisque prædestinatis, qui ad extremam senectutem iustificuntur.

Damnantur quidam propter venialia iur- ta cum ori- ginali.

Confirmatur tertio, quoniam Adami pecca- tum multis rationibus grauius fuit, quam pecca- tum quorundam damnatorum. Idemque dicere possumus de grauitate peccatorum Mariae Mag- dalenæ, & Latronis.

28.

Decimò probatur, quia licet fingas naturali iure obligatum fuisse Deum ad præbendam ho- minibus gratiam, & prædestinationem: illud ius amiserunt omnes adulti propter actualia pec- cata, necnon etiam infantes propter originale peccatum. Quamobrem absque vlla iniuria, & consequenter absque personarum acceptione gratiam, & prædestinationem potuisset negare, quibus vellet. Confirmatur, quia licet fingas Deum iustitia lege teneri cunctis hominibus offerre, quantum ex se est, auxiliorum abundan- tiam, non solum vt iustificentur, sed etiam vt perseuerent in gratia: singulæque simul, virtutes morales, solis naturæ vitibus acquisite, de con- digno mereri prædictam auxiliorum copiam, & ipsam etiam prædestinationem, adhuc Deus abs- que vilo vestigio iniustitiæ, vel acceptionis per- sonarum, negaret suam prædestinationem, & suam gratiam iustificanti quibus vellet: quo- niam homines quoadiu non aguntur spiritu Dei congrua vocatione mouentis, proniores ruunt ad vitia, frequentiusque abutuntur viribus liberi arbitrij, & negligunt cooperari supernaturalibus auxiliis. Vnde liberatus maneret ab illa obliga- tione Deus, vt non traheret ad se, nisi quod fuis- set placitum ante ipsum.

29.

Quibusdam Deus in- quale benefi- cium confert.

Vndecimò probatur, quoniam sine acceptio- ne personarum Deus ex æqualibus hominibus quibusdam potius, quam aliis, confert inæqua- le beneficium mortis opportuna: ad prædestina- tionem, vt probatum est supra disput. 12. sect. 2. ratione 7. Confirmatur, quia circa paruulos euidentior est inæqualitas ex parte Dei, cum omnes paruuli, quod ex se est, sint æquales, & Deus quorundam Baptismum ante mortem ordinet; aliorum verò Baptismum aut impe- diat, aut impediri permittat, vt probatum est supra disputat. 15. sect. 4. & disput. 12. sect. 2. sub init. Quod similiter præstat adultis, affe-rens, vel impediens, ne Confessarius adsit moribundo.

30.

Duodecimò probatur, quia si Deus non posset sine iniustitia, & personarum acceptione, vnum hominem minus dignum alteri digniori præfer- re, peculiaribus auxiliis eum excitando, & or- dando excellentioribus gratiæ beneficiis, blas- phemia esset humilitas Sanctorum, quæ dum se dicit minus dignum, Deum personarum acce- ptorem faceret. Confirmatur, licet enim humi- les ex vehementia boni affectus inclinentur ali- quando, vt demissius sentiant de se, quam rei ve- ritas patitur; semper tamen inclinantur ad rem ex genere probabilem, & minime contrariam di- uinæ bonitati, & iustitiæ. Quare saltem ex gene-

re non erit contrarium diuinæ bonitati, & iustitiæ minus digno maiora gratiæ beneficia conferre, vt certius consequatur salutem.

31. Decimotertio probatur, quia si esset vitium acceptionis personarum ex æquè dignis personam alteram alteri præferre, multo grauior iniustitia foret communitatem aliquam præferre alteri æquè indignæ communitati; sed Deus singularibus beneficiis gratiæ prætulit communitates quasdam, relictiis aliis, quæ non erant magis indignæ: ergo à fortiori hoc licebit circa personas singulas. Minor probatur exemplis. Primò, Ecclesia multis gratuitis donis præfertur Synagoga, quod ad literam significant verba Domini Matth. 20. *Erunt nouissimi primi.* Ea propter Iacob. Genesis 48. commutatis manibus maiori fratri minorem prætulit. Secundò, Redemptor sui temporis discipulis liberalius communicauit dona gratiæ, quæ ab illius præsentia reuocabant, quibus dixit Luca 10. *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Multi enim Prophetæ, & Reges voluerunt videre,* &c. Quasi diceret, non quia vestra vos merita; sed quia mea vos liberalitas Regibus, ac Prophetis prætulit, ideo videtis, & auditis, quæ illi desiderantes non sunt affecturi.

32. Tertio populus Israël singulari Dei beneuolentia, & protectione vsus est supra omnes gentes sui temporis, Deuter. 4. ab illis verbis: *Neque enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.* & Psalm. 147. *Non fecit taliter omni nationi.* Hoc tamen non suis meritis, sed mera Dei liberalitate consequutus est, cum fuisset nõ minus indignus, quàm Gentes, vt ostendit Paul. Rom. 3, ab illis verbis: *Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus omnes sub peccato esse.* Quarto præterea Actuum 14. & 17. *Deus dimisit Gentes ingredi vias suas: nunc autem annuntiat, vt omnes ubique penitentiam agant.* Quo significatur ante legem gratiæ mundum laborasse penuria supernaturalium auxiliorum: quam rei euentus probauit tot tamque detestabilibus erroribus ac peccatis, non modò Gentilitate, sed etiam Iudæa constructa.

33. Quintò probat Petrus Diaconus de Incarnat. & gratia cap. 7. quoniam in Bithynia, & Asia uentus Dominus Apostolum prædicare, atque ad alias prouincias direxit. Sextò, Hæc omnia confirmantur, quoniam multi Gentilium Philosophorum minus indigni erant gratia, quàm multi Christianorum, eo quòd moralium virtutum, ac rectæ rationis studio multa vitia utcumque superabant, & philosophica tantum ratione excedebant diuina præcepta. Quod licet falsò tribuatur Chrysofomo 1. Corinth. 1. homil. 3. potest tamen ex eo colligi variis in locis, vbi commemorat illorum insigniores virtutes, quæ non præcipiuntur à Christo Domino, sed consulantur: veluti Roman. 8. col. 2. de iis Philosophis, qui paupertatem propria sponte elegerunt, mentionem facit. Et 1. Corinth. 1. homil. 4. in moral. prope init. & in med. de iis, qui Deorum multitudinem refutantes mortem, aut extremum eius periculum obierunt.

34. Decimoquarto probatur conclusio, nam ad gratiam, & gloriam obtinendam magnum discrimen afferunt naturalia bona corporis & animi, necnon prospera vel aduersa fortuna, quatenus multa impedimenta remouent, aut promptio-

rem reddunt hominem, vt obediatur acceptæ gratiæ: sicut ostendimus præcedenti tomo de prouidentia, tota disput. 16. Nihilominus Deus sua libertate sine villo vitio acceptionis personarum bona hæc naturalia tam interna, quàm externa tribuit inæqualiter: vt optimè probat Driedo de captiuit. & redempt. generis humani tractat. 4. cap. 2. part. 8. membr. 2. pag. 371. præsertim verò sententia 5, probat neminem posse iure conquiri de prædicta inæqualitate bonorum naturalium.

Decimoquinto ab hominum exemplo persuadet Prosper 2. de uocatione gentium cap. 32. aliàs cap. 10. his verbis: *Si enim de parentum carnalium iudicijs conquiri non audemus, cum aliquos filios suos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia, indulgentiori amplectimur affectu; in dominis quoque erga famulos libera est dispositio: neque in istè quoque reprehenditur, qui de vnius conditionis familia, quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit: numquid de Summi Patris, & veri Domini beneuolentiissima æquitate causandum est, quòd in magna domo eius innumeris differentijs vniuersa variantur.*

SECTIO II.

*Beneficia, quæ iustitiam sapiunt, nisi æqualiter distribueret Deus, fuisset personarum acceptor.*

Generalis explicatio ad testimonia Scripturæ, & Patrum, quæ videntur excludere inæqualitatem gratiæ, dabitur in præsentia, sed in sequenti sectione 3. & 4. afferentur testimonia Patrum.

Dico igitur primò. Acceptio personarum esset apud Deum, si beneficia, quæ non sunt merè gratuita, sed participant aliquid iustitiæ, non distribueret secundum æqualitatem iustitiæ, habita ratione personæ ac meritum illius. Hæc conclusio per seipsum euidentis est, quia Deus violaret iustitiam, si in iis, quæ quocumque modo debentur alicui personæ, defraudaret illam debito, vt alteri tribueret. Quapropter paterfamilias Matth. 20. non prius dixit: *An non licet mihi, quòd volo facere?* quàm supposuisset iam primis redditum esse quiddam illis debebatur ex pacto, dicens: *Nõne ex denario conuenisti mecum? Tolle quòd tuum est, & vade.* Sic 1. Corinth. 3. *Vniquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* & 2. Corinth. 12. *Qui parce seminatur, parce & metet: & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

Dico secundò. Huiusmodi beneficia Dei, in quibus seruari debet æqualitas comparatione personæ ac meriti, reduci possunt ad sex principalia genera.

Primum genus pertinet ad præscribendas leges, ab hominibus obseruandas, & ad puniendam legum transgressionem: in quo genere Scriptura sacra frequentius, quàm in alio, negat esse acceptionem personarum apud Deum, vt Principum ac potentium aduersus pauperes insolentiam, & tyrannidem comprimat. Docetque primò, Deum districtè præcipere potentibus, vt non solum iustitiæ, sed etiam misericordiæ leges custodiant erga quoscumque miseros, etiam aduenas, & peregrinos.

Philosophorum virtutes.

35.

1.

2.

3.

regrinos. Secundò. Non solum homines infimos, sed etiam Principes, ac potentes puniendos esse à Deo, tantòque seuerius, quantò eorum scelerata grauiora sunt peccatis aliorum, ita vt pro grauitate criminis statuenda sit magnitudo supplicij, nulla habita ratione potentiæ, aut cuiusque alterius qualitatibus personæ.

3. Sub hoc intellectu personarum acceptio remouetur à Deo sequentibus locis Scripturæ. Deuter. 10. *Deus, qui personam non accipit, neque munerè, facit iudicium pupillo, & viduæ: amar peregrinum, & c. 2. Paral. 19. iudicibus à se constitutis ita præcipit Iosaphat. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupidum munerum.* Iob 34. *Qui non accipit personas Principum, nec cognouit tyranniam, cum discerneret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi.* Sapient. 6. *Non subtrahit personam cuiusquam Deus, nec crederetur magnitudinem cuiusquam. Pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.* Ecclesiastici 35. *Deus non accipit personam in pauperem.* Ephes. 6. *Et vos domini eadem facite illis, remittentes minus scientes, quoniam vester, & illorum Dominus est in celo, & personarum acceptio non est apud Deum.* Coloss. 3. *Qui enim iniuriam fecit, recipiet, & non est personarum acceptio apud Deum.* Eadem sententia obscurius, quàm alibi, later in illis verbis Galat. 2. *Quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus personam non accipit; videlicet vt faueret veritati, quam Paulus prædicabat, de legalibus abrogandis, non obstante fauore Petri, & aliorum Principum Ecclesiæ.*

4. Meritum de condigno.

5. Meritum de congruo.

Secundum genus pertinet ad reddendum præmium meritis de condigno, præsertim in alia vita: quòd præmium nisi seruaret æqualitatem proportionalem ad meritum, ita vt maiori merito maius, & minori merito minus præmium responderet, vitium esset acceptionis personarum. Sic 1. Petri 1. *Si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuersiusque opus: in timore, in colatui vestri tempore conseruamini.*

Tertium genus pertinet ad reddendum præmium meritis de congruo cuiusque personæ, nulla habita ratione generis, conditionis, aut aliarum qualitarum, præterquam meriti. Iuxta quam æqualitatem primò Deus gratiam iustificantem, & amicitiam infundit iis, qui per auxilia supernaturalia credunt, sperant, penitent, diliguntque, sicut oportet. Secundò. Bene operantibus per priora auxilia supernaturalia Deus confert vltiora auxilia secundum quamdam mensuram, quam sua lege Deus præscripsit: nam vsque ad eam mensuram habent aliquid iustitiæ; quando excedunt, pertinet ad meram misericordiam. De hoc genere iustitiæ dicitur Rom. 2. *Gloria, honor, & pax omni homini operanti bonum, Iudeo primò, & Græco: non enim est acceptio personarum apud Deum.* Quod clariùs dicitur Rom. 10. *Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum; omnis enim, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* & Actuum 10. Petrus ait: *In veritate comperi, quia non est acceptor personarum Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Agebat autem Petrus de Cornelio, & eius familia, qui quamuis Gentiles genere, non sine fide supernaturali meruerunt, & impetrauerunt gratiam, vt probatum est præced. tomo, de prouident. disp. 24. sect. 3.

Potest etiam ad hoc genus æqualitatis reuocari, quàm Petrus commendat initio secundæ Canonice, dicens: *Ijs, qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem;* non modò quantum ad obiectum, quòd idem creditur ab omnibus fidelibus, sed etiam quantum ad specificam quidditatem omnium actuum, & habituum, quibus iustificamur: sola namque intensio, extensio, diuturnitas, aut aliæ circumstantiæ sunt inæquales; sed specifica ratio in omnibus Christianis est æqualis.

Quartum genus æqualitatis seruatur in distribuendis auxiliis sufficientibus, præcisè consideratis sub ea mensura, sub qua sunt simpliciter necessaria, non considerando superabundantiam, quæ ferè semper illis adiungitur pro Dei arbitratu. Illa quippe mensura datur æqualiter omnibus, nullum excipiendo sexum, ætatem, nationem, conditionem, occupationem, statum, siue personam. Quamuis enim Deus nemini promiserit, ac subinde nemini debeat primam gratiam præuenientem, & excitantem; nihilominus illius sufficientiam sub præscripta mensura distribuit æqualiter omnibus, vt perfectius satisfaciatur munci supremi gubernatoris supernaturalis. Quæ de causa numeratur hoc inter beneficia, quæ iustitiam sapiunt.

Distribuantur autem in duo membra, quæ velut corpus & anima, constituunt integrum quoddam auxilium sufficiens. Corpus enim constat omnibus exterioribus auxiliis, quæ cunctis hominibus æqualiter oblata sunt. Nam Christus Dominus omnibus hominibus venit, & pro omnibus mortuus, omnes redemit: omnibus instituit Sacramenta, prædicationem Euangelicam, Scripturas, miracula, exempla, comminationes poenarum, præmiorum promissiones. Hæc viuificantur per animam omnibus æqualiter inspiratam, quantum est ex parte Dei, quæ est interior vocatio, & inspiratio, cæteraque auxilia interiora, quorum prædicta mensura cunctis hominibus æqualiter datur partim, & partim offertur pro temporum, & locorum opportunitatibus, vt probabimus infra disput. 39. & sequentibus, maxime 47. Summa tamen æqualitas seruatur in concursu primæ causæ præcisè considerato, prout offertur à prima causa paratus, quantum ex ipso est.

Quintum genus æqualitatis numerare possumus proportionem, seu proportionalitatem quorumcumque donorum, etiam gratiæ gratum facientis, & auxiliorum ad capacitatem, ac dispositionem recipientis. Quæ solet appellari arithmetica æqualitas, & non geometrica. Sic enim Matth. 25. *Homo peregrinè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem.* Sic etiam in mensuram vniuersiusque membri augmentum corporis facit, Ephes. 4. causans tantum profectum gratiæ, donorumque, quantum requiritur ad explendam mensuram muneris, vel gradus, ad quem vnæque persona Dei prædestinatione dirigitur: sicut ex Theodoro, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, & aliis exposuimus præcedenti tomo de prouident. disput. 9. sect. 9.

Ad hoc genus æqualitatis potissimum respexerunt Prosper, Fulgentius, Hieronymus, Hilarius, Basil. Cyrillus Hierosolym. & Theophylact. citandi sect. 3. & 4. Ad idem explicandum dirigitur exempla Solis, lucis, seminis, pluuiæ, manna, cæteraque

6.

7.

8.

9.

10.

Distributio sufficientium.

Proportio donorum.



teraque similia, quae referemus sectione 3. & 4. Illustrius est illud Dionysij cap. 8. de diuinis nominibus, à medio: *Iustitia rursus Deus laudatur, quod sita cuique pro dignitate tribuat: quod modum, pulchritudinem, ordinem, ornatum, omnesque distinctiones, & ordines termino, qui verè acquirimus est, unicuique definit, & omnibus sua actionis auctor est.* Quamuis hoc etiam commendat sextum aequalitatis genus, quod sequitur.

¶ I. *Equalitas naturalium beneficiorum.* Sexto tandem in naturalibus beneficiis Dei prouidentia rigidiorè aequalitatem seruat, quam in supernaturalibus, quoniam connaturalitatis debito creaturis debentur ea beneficia. Ideo secundum ordinariam prouidentiam hominibus Deus largitur tantum beneficiorum naturalium, quantum naturalium causarum concursus, & actiuitas potest operari. Hæc est proportio aequalitatis, & inæqualitatis, de qua sancti Patres dicunt, quod Deus aequaliter se habet ad omnia; licet non omnia aequaliter se habeant ad participandam ipsius bonitatem, sicut Sol; vt exponit S. Thomas de veritate quæst. 6. art. 2. ad 5. Quod non obstat, quominus Deus Angelorum, vel hominum ministerio diuersimodè causas secundas etiam absque miraculo temperatas applicet, vt plus, minusve naturalium beneficiorum tribuat, cui voluerit.

SECTIO III.

*Iuxta prædicta aequalitatis genera veniunt exponendi Latini Patres, qui frequenter aequalitatem ex parte Dei laudant.*

¶ I. Sicut tantum vnus, aut alter fuisset auctor aequalitatis ex parte Dei, liceret fortasse dubitare, ne fortè sensisset contra Catholicam inæqualitatem, quæ probata fuit tota sect. 1. Nihilominus cum eam aequalitatem tradiderint tot Ecclesiæ Doctores præstantissimi, tam Latini, quam Græci, & inter eos Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alij, qui constantius, & copiosius defendunt inæqualitatem donorum supernaturalium pro Dei beneplacito; rationis paritate compellimur, omnium Patrum sententias, æqui, bonique consulendo, declarare, iuxta vnum, aut alterum aequalitatis genus ex allatis in sect. præced.

¶ 2. Augustinus igitur in Psalm. 45. illud: *Deus in medio eius non commouebitur;* ita exponit: *Quid ergo est: Deus in medio eius? hoc significat, quod agnus est omnibus Deus, & personas non accipit. Quomodo enim illud, quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines: ita Deus medius esse dicitur, aequaliter omnibus consulens.* Quod autem Augustinus egerit de supernaturali protectione ac adiutorio, constat ex declaratione verborum sequentium: *Vnde non commouebitur? Quia in medio eius Deus, adiuuabit eam Deus vultu suo,* &c. Potest igitur istud referri ad omnia sex aequalitatis genera, præsertim verò ad aequalitatem auxiliorum, quæ de condigno, vel de congruo debentur hominibus, quibus Deus per gratiam iustificantiem, vel per dispositiones ad illam peculiari ratione Deus adesse dicitur. De quibus etiam ad illud Psalm. 17. *In circuitu eius tabernaculum eius;* inquit: *Conuersi tamen ipsi ambulant, qui credunt ei, quia in medio eorum est, cum omnibus aequaliter fuerit, in quibus tanquam in tabernaculo habitet hoc tempore.*

Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 31. docet, *gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse prouidentia pari, bonitate generali; & iterum, bonitatem Dei super omnes homines esse generalem.* Quam paritatem intelligit in prouidentia generalium & sufficientium auxiliorum: simul in eodem contextu docens inæqualitatem specialium, & abundantium auxiliorum, sicut & in aliis locis, quæ retulimus sect. 1. præsertim in 6. probatione. Atque idem Prosper, aut quilibet alius auctor libri de prouidentia carminibus cecinit aequalitatem ex parte Dei, quantum ad auxilia generalia, & sufficientia ad salutem: addit autem, inæqualitatem provenire à libero arbitrio recipiente, & à tentationibus dæmonis, mundi, & concupiscentiæ. Notentur peculiariter illa verba:

*Optimus ille Non plus accepit, quam pessimus: æqua creaturæ Mensura est, vno qui lumine luminat omnes.*

Quapropter hæc continetur quartum, & quintum genus aequalitatis explicatum.

Ad quantum verò genus aequalitatis iuxta recipientis dispositionem præcipue respexit Fulgentius lib. 2. ad Monimum cap. 8. post medium de charitate, cæterisque donis supernaturalibus ita differens: *Quæ pro vniuscuiusque captu vel augeri, vel minui dicuntur in nobis. Quoniam talium crementa, detrimentaque charitatum, secundum id dicuntur, quod quibusdam seu plus, seu minus insunt: non quod in se vel augeri, vel minui possunt. Nam & Sol tantus est, cum videtur ab oculis sanis, quantus, cum videtur à sancis: nec ipse minuitur, cum minus ab oculis turbatis percipitur: nec augetur, cum amplius oculis sanis infunditur. Quia diuersitas illa visionis non ex diuersitate Solis euenit, sed in diuersitate sanitatis, infirmitatisque consistit. Et quamuis vnum minus, alterum magis inluminet, ipse tamen vnum, atque idem in se lumen habet, quod vnus minus, alter amplius videt. Sic etiam Spiritu sancto, in se sine augmento, ac detrimento immutabiliter permanente, duplicem sibi Heliæ spiritum poposcit in eo, quod augmentum spiritualis gratiæ postulauit.*

Ad quartum, & quintum genus aequalitatis auxiliorum sufficientium, quæ distribuuntur, seruata proportione ad capacitatem & dispositionem recipientis pertinet, quod Cyprianus lib. de opere, & cleemosyn. ad finem: *Nec quisquam, inquit, à beneficiis eius, & muneribus arceatur, quominus omne humanum genus bonitate, ac largitate diuina aequaliter perfruatur. Sic aequaliter dies illuminat, Sol radiat, imber rigat, ventus aspirat, & dormientibus somnus vnus est, & stellarum splendor, ac lunæ communis est.* Vbi licet exempla ponantur solummodo de temporalibus beneficiis, nihilominus doctrina communis est etiam ad spiritualia munera, quæ manifestius expressit duobus in locis sequentibus.

Nam lib. 3. epist. 8. ad Fidum, prope med. Illic, ait, *æqualitas diuina, & spiritualis exprimitur, quod pares, & æquales sint omnes homines, quando à Deo semel facti sunt, & possit ætas nostra in crementis corporum secundum seculum, non secundum Deum habere discrimen, nisi si & gratia ipsa, quæ baptizatis datur, pro ætate accipientium, vel minor, vel maior tribuitur, cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate paterna equalis omnibus præbeatur. Nam Deus vt personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad celestis gratiæ consecutionem aequalitate librata, præbeat partem. Quod asserit per Baptismum æqualem gratiam conferri, nec maiorem adultis, quam infan*

infantibus, intelligendum est præcisè considerata virtute Sacramenti, abstrahendo à dispositione recipientium: nam adultis gratiam maiorem conferit ratione dispositionis supernaturalis.

¶ 7. Idem Cyprianus lib. 4. epistol. epist. 7. (quæ aliàs numeratur epist. 76.) in medio sic loquitur: *Quoniam Spiritus sanctus non de mensura datur, sed super credentem totus infunditur. Nam si dies omnibus aequaliter nascitur, & si Sol super omnes pari, & æquali luce diffunditur: quanto magis Christus Sol, & dies verus in Ecclesia sua lumen vite æternæ pari aequalitate largitur? Cuius aequalitatis Sacramentum videmus in Exodo esse celebratum, cum de caelo manna desueret, & futurorum præfiguratione alimentum panis celestis, & cibum Christi venientis ostenderet. Illic enim sine discrimine vel sexus, vel ætatis Gomor à singulis aequaliter colligebatur. Vnde apparebat Christi indulgentiam & celestem gratiam, postmodum sequitur am, aequaliter omnibus diuidi, sine sexus varietate, sine ætatum discrimine, sine acceptione persone super omnem Dei populum spiritualis gratiæ munus infundi. Prædictam verò aequalitatem non excludere præstantiorem aliam inæqualitatem ostendit sequenti cõtextu, exponens parabolam feminis Matth. 13.*

¶ 8. Quintum genus aequalitatis iuxta proportionem capacitatis, & dispositionis Hilarius tradit in Matth. canonem 27. explicans parabolam talentorum: *Diuisio pecunie, inquit, inæqualis est, sed non ad diuitem referenda diuersitas est: aut enim, vnumquemque secundum virtutem suam accepisse. Ergo in quantum quis capax esset, accepit: & extra moderantis arbitrium est, quod erat in iure sumentis.* Cum hoc quinto aequalitatis genere videtur coniungere secundum, & tertium comparatione meritorum de condigno, vel de congruo, quando post pauca subiungit: *Igitur vnusquisque secundum fidei suæ mensuram talentum, id est, Evangelij prædicationem à predicante suscepit: hæc enim incorrupta substantia est, hoc patrimonium Christi, æternis hereditibus reservatæ.*

¶ 9. Hieronymus solùm aequalitatis genus quartum pertinens ad sufficientiam auxiliorum attigit in epist. ad Augustinum de Petro reprobato à Paulo col. 3. tractans illud Actor. 10. *Singe Petre, occide, & manduca,* &c. *Quo dicto, inquit, ostenditur, nullum hominem secundum naturam esse pollutum, sed aequaliter omnes ad Christi gratiam vocari.*

¶ 10. Sed quintum aequalitatis genus seruantis proportionalitatem cum dispositione, & capacitare recipientis tractat sequentibus locis ad Ephef. 4. ad illud: *Secundum mensuram donationis Christi; Consummata, inquit, perfectio totum crescere faciat corpus aequaliter, & omnia membra iuxta mensuram suam incrementum ætatis accipiant.* quem similitudinem magis explicat contextu sequenti. Rursum in Ecclesiast. cap. 7. ad illa verba: *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere; Quomodo, inquit, vna, atque eadem Solis operatio liquefacit ceram, & siccac lutum: sic vna Dei in Agypto signorum operatio mollebat corda credentium, & incredulos indurabat.*

¶ 11. Idem epist. 147. ad Damascen. de filio prodigo col. 3. tractans illud: *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit; Substantia, inquit, Dei est omne, quod viuimus, sapimus, cogitamus, in verba prorumpimus. Hæc Deus aequaliter vniuersi, & in commune largitus est, Evangelista dicente: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quam aequalitatem præcipue de supernaturalibus beneficiis intellexit Hieronymum sequens contextus ostendit.

¶ 12. In eodem aequalitatis genere versatur ep. 105.

ad Hedibiam, q. 10. post med. dicens: *Deus equali cunctos sorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnusquisque quod vult, siue bonum, siue malum.* & post pauca: *Vnus est Solis calor, & secundum essentiali subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit: sic & bonitas, & clementia Dei vasa ira, quæ apta sunt in interitum, id est, populum Israël indurat, &c.* Postea verò notat hanc inæqualitatem fieri causis præcedentibus, quia alij non susceperunt Filium Dei, alij verò recipere sua sponte voluerunt.

Ambrosius in Psalm. 118. serm. 8. verf. 8. communem omnibus hominibus esse gratiam lucis supernaturalis, quantum ex se est, sed homines plurimos illam impedire claudendo fenestras, declarat exemplo Solis, & pluuiæ. Venit igitur intelligendus de quarto, & quinto aequalitatis genere. De quo etiam Arnobius lib. 2. aduersus gentes multo propius ad finem, quàm ad med. *Equaliter, inquit, per omnes diuina beneficia curreverunt.* & post pauca: *Non aequaliter libera, qui aequaliter omnes vocat? Haud ab indulgentia principali quemquam repellit, aut respuit, qui sublimioribus, & infimis, seruis, foeminis, pueris uniformiter potestatem veniendi ad se præbet, multaque subiungit ad idem institutum.*

Denique Dei gratiam aequaliter proponi prædestinato, & reprobo, sicut Solem, Hugo Victorinus scribit in epist. ad Rom. quæst. 238. & 248. & in annotationibus elucidatoriis eiusdem epistolæ cap. 9. sub init. & paulo inferius, quæst. 2. Debet igitur intelligi de prædictis quarto, & quinto genere aequalitatis.

SECTIO IV.

*Græcis Patribus debetur expositio de generibus aequalitatis, de quibus Latini declarati sunt.*

¶ 1. Rationis paritas ita persuadet; cum Græci Patres vocationem, & omnia salutis auxilia docuerint esse prorsus indebita, & merè gratuita non minus, quàm Patres Latini, sicut probauimus præcedenti tomo de prouid. disp. 27. & 28. Dionysius igitur de diuinis nominibus cap. 2. in med. sigilli similitudine sic proportionalem similitudinem exponit adaptatam dispositioni, seu capacitati recipientis: *Totum se ipsum illud atque idem offert; sed horum, quæ illo participant, dissimilitudo, & differentia dissimiles facit formas, quæ exprimitur, eiusdemque ac totius exemplarias. Velut si mollia sint, & ad figurandum facilia, leuiusque, ac figuris vacua, neque resistent, neque dura sint, neque fluxa, & non coherentia: figuram certè habebunt & mundam, & claram, & permanentem. Quod si quid eorum, quæ commoda esse diximus, absit, id causa erit, cur & figura non imprimatur, & obscura sit, &c.* Quibus magnam auctoritatem conciliat Hierotheus, quem intelligit Dionysius paulo inferius dicens, ea valde celebrata fuisse à clarissimo suo præceptorè in Theologicis suis institutionib. necnon S. Thomas in eius capitis commentario lect. 3. nihil recedens à sensu, quem prædicta verba sonant.

¶ 2. S. Maximus in Dionysium explanans secundum caput de diuinis nominibus, prædictum exemplum sigilli declarat alia similitudine: *Sicut magnam vocem emissam omnes, qui adfunt, participant, vnusquisque pro sua virtute, &c.* Quod refert, & sequitur Cyparistotus decade 7. cap. 10. sub initium.



initium. Eamdem sententiam sub metaphora luminis, & oculorum tradit Dionysius de celesti hierarch. cap. 9. post medium. Quam magis illustant in illius commentariis Albertus Magnus Abbas Vercellen. & Carthus. art. 45.

3. Gregorius Nyssenus lib. 1. conformationum Eunuomij tradit ea, quæ refert ad verbum Cyparissiotus prædicta decade 7. cap. 8. post medium. Vnde sensum fideliter colligens ait: Ex quibus liquet, omnem differentiam participationum ex differentia participantium existere, sicutque magnas, aut parvas participaciones propter habilitatem obscure, aut clare participantium. Quam differentiam in fine capitis refert ad potestatem liberi arbitrij. Hæc igitur verificantur tantum supposita æqualitate auxilij sufficientis, & proportionalitate, quam Deus servat respectu dispositionis, vt vidimus sect. 2. in quarto, & quinto genere.

4. Basilius in princip. Prouerbiorum, homil. 12. col. 3. de sapientia sic loquitur: Communem eius usum ostendens, & quemadmodum omnibus æquè ex ea commodum prouenit, immolauit, inquit, victimas suas, hoc est, solidum cibum preparauit is, qui animi affectibus ob ipsam consequendam se spoliauerit: in cratere vinum miscuit, bonitatis mentem nimium exilitans, Cratera enim dicit communem: ac vulgarem bonorum distributionem. Ex quo æquè apud omnes facultas est ex ea, quantum quisque potest pro sua portione hauirendi. Tangit igitur Basilius plura simul æqualitatis genera; nam & secundum, & tertium pertinens ad merita de condigno, vel de congruo, & quartum genus æqualitatis auxiliorum sufficientium, & quantum proportionalitatis ad capacitatem, & dispositionem recipientis non prætermittit.

5. In eisdem generibus versatur æqualitas, quam Chrysostomus tradit homil. 45. in Matth. post medium, illis præcipuè verbis: Si verò illi corrupturunt semina, inculcabilis omnino est, qui tanta liberalitate in omnes equaliter vitur, & infra: Sed cur si fertile territorium est, & agricola vnus, & eadem semina: alius centum, alius sexaginta, alius triginta producit? Certè hoc quoque propter ipsam terre naturam cum discrimine, ac differentiâ hæc procedunt. Ita non agricolæ, neque seminum causa, sed terre conditione, non naturaliter insita, sed voluntate constituta, maior, atque minor progressio fit. Atque Roman. 9. serm. 16. col. 15. Quod saluatus, inquit, non est (Pharao) totum per suam ipsius voluntatem stetit, ita vt quantum ad Deum attinebat, nihil ab illis, qui saluati sunt, minus habuerit. Non cum omnibus, qui saluati sunt, sed cum aliquibus Pharaonem comparat.

6. Iustinus Martyr in expositione fidei de recta confessione, prope finem: Communis, inquit, Sol nobis quotidie se præbet omnibus, nec magis, minusve irradiat alium, quam alium, sed in omnes ex æquo exercet vim suam. At ramen si quis acutiore visu polleat, plus eius splendoris recipit, non quod Sol magis in eum agat, quam in ceteros; sed propter vim oculorum existiam. At quisquis infirmos habet oculos, ne obtueri quidem eam lucem poterit, propter eorum hebetudinem. Idem cogita de sole iustitiæ, cum sit Deus, ex æquo illum esse omnibus iuxta suam essentiam: nos autem quotquot sumus, vt hebetes, & oculos squalentes peccatorum surdibus, ad percipiendum lumen non esse idoneos.

7. Eodem propè modo de Sole ratiocinatur Chrysostomus 2. Corinth. 4. homil. 8. col. 3. sub initium. Sed plura Patrum testimonia pro eadem similitudine vidimus tomo de scientia Dei, dif-

put. 25. sect. 11. quæ omnia præcipuè tractant æqualitatem quarti, & quinti generis explicatam in sect. 2. Quibus consonat Irenæus aduersus hæreses lib. 4. cap. 48. ante medium, dicens: Vnus & idem Deus his quidem, qui non credunt, sed nullificant eum, infert cæcitatem: quemadmodum Sol his, qui propter aliquam infirmitatem oculorum non possunt contemplari lumen eius: his autem, qui credunt, & sequuntur eum, pleniorcm, & maiorem illuminationem mentis præstat. Cyrillus Hierosol. catech. 1. versùs finem: Remissio, inquit, peccatorum ex æquo datur omnibus: communicatio autem Spiritus sancti secundum fidei vniuscuiusque proportionem datur. Quod magis explicuit in catech. 16. post med. dicens: Quemadmodum lumen vno radij progressu illuminat omnia: ita Spiritus sanctus eos, qui habent oculos, illuminat. Quod si quis spem non respiciens illius gratia potitur: non Spiritum sanctum, sed suam ipsius arguat perfidiam.

8. Vtitur eodem exemplo Solis Alexandrinus Cyrillus in Ioannem lib. 1. cap. 11. in medio. Sed æqualitatem auxiliorum manifestius expressit, Ioannis 17. lib. 11. cap. 21. fine, dicens: Quod si proditor equaliter alijs discipulis Saluatoris auxilium non habuisset, frustra hæc a nobis dicerentur. Sin autem non minus, quam ceteri, diuina gratia regebatur, sed suo ipsius iudicio in profundum perditionis delapsus sit: quomodo etiam non seruauit eum Christus, qui suam patrociniâ ei præstitit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerit, seruasset hominem, nisi vltro ille in perditionem insiluisset? Gratia igitur in alijs effulset, seruauitque omnis, qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt. Sic enim salutis nostræ modus dispositus est. Hæc igitur omnia quartum, & quintum genus æqualitatis continent. Sed præterea referri possunt ad secundum, & tertium, respiciens merita de condigno, vel de congruo.

9. De generibus eiusdem æqualitatis intelligendus venit Origenes, quando lib. 3. Periarchon, siue de principiis cap. 7. propius ad med. quam ad princip. adducis verbis Apostoli Hebr. 6. Terra frequenter vententem supra se bibens imbrem, & generans, &c. ita ratiocinatur: Ex his Pauli sermonibus euidenter ostenditur, quod vno, eodemque opere Dei, quo imbrem terre largitur, alia quidem terra diligenter excolta fructus afferat bonos: alia verò, que negligenter inculta est, spinas, & tribulos proferat. & post pauca: Ita vt bonitas, & æquitas inbriatum super omnem terram equaliter veniat; sed vno, eodemque opere pluuia, &c. Rursusque proposita similitudine Solis, qui vna, eademque calor virtute ceram soluit, limum verò arefacit, & restringit, non quod virtus eius aliter in limo, aliter operetur in cera; sed quod limi alia, alia quoque cera sit qualitas. Vtramque similitudinem applicat Deo, qui vna, & æquali operatione, atque doctrina propter diuersitatem liberi propositi voluntatis humanæ, quosdam emollit, & conuertit, alios indurat.

10. Secundum, tertium, quartum, & quintum æqualitatis genus tenemus etiam intelligere, quando Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom. pag. 6. Diuinitum, inquit, verbum clamauit, omnes simul vocans, eos quidem vel maxime cognoscens, qui non erant parituri: & tamen quoniam est in nostra potestate parere, & non parere, vt nulli possint casuari præteritum ignorantie, iustum fecit vocationem. Vocatio dicitur iusta, quoniam talem mensurâ attingit, vt omnes possint audire, idcòque iuste damnentur, qui parere nolunt, & audire dissimulant. Insuper quia quantum ad hunc gradum vocatio æqualis est omnibus hominibus.

Sed

11. Sed æqualitatè clariùs expressit in lib. 7. Stromat. pag. 2. dicens, Deum ex æquo vocasse omnes, siue eos, qui nõ erant credituri, siue eos, qui vtique credituri erant, siue eos, qui eximie credituri erant. Sic enim loquitur: Seruator quidem est, non horum quidem seruator, illorum verò non. Pro ea autem, quam habet vniuscuique aptitudinè suâ diuinitatis beneficii & Gracis, & barbaris, & iis, qui ex eis prædestinati quidè fuerat, suo autè tempore sunt vocati, fideles, & electi. Neque ergo vnquam aliquibus inuiderit, qui omnes ex æquo vocauit: iis autem, qui eximie crediderunt, honores tribuit eximios. & pag. 5. eiusdem libri ait: In stadio decerant athletæ, & ex his vtiq; superat, qui alii præparauerit ( id est, qui melius paruertit, quam alter.) Omnibus enim omnia à Deo posita sunt equalia, & est ipse alienus a reprehensione: misericordiam autem consequitur is, qui potest, & potens est qui voluerit.

12. Ioannes Climacus lib. de inanis vitæ fuga, gradu 1. parum à principio: Omnibus, inquit, qui libero arbitrio vtuntur, Deus communiter proponit, omnibus vitæ, omnibus salus, non aliter, quam infusus lucis, & Solis aspectus, temporumque vicissitudines: nec enim est personarum acceptio apud Deum.

13. Marcus Eremita lib. de Baptismo longè post medium ait: Quomodo sol perfectus plenus, simplex, & æquale cunctis suum ipsius beneficium offert, quisque verò quatenus purgatum habet oculum, hætenus etiam plebeius fuerit, lucem recipit: ita Spiritus sanctus à Baptismo suscepto credentes ei omnium actionum, ac donorum capaces reddit: non tamen omnibus concessit, vt equaliter dona exerceant, sed cuique pro dignitate, & pro modo executionis mandatorum, quatenus testificatus est operibus suis, & perspicuam reddidit sua in Christum fidei mensuram.

14. Theophylactus Matth. 25. Spiritualia dona accipientes, inquit, illi quidem plura, hi verò minora, vnusquisque secundum propriam facultatem, hoc est, secundum mensuram fidei, & purificationis: in vas enim, quod ego daturus sum Deo, in illud mittet donum suum; si paruum dederò, paruum dabit ipse donum; si magnum, magnum ipse quoque dabit.

15. Methodius in concione de Resurrectione, cuius verba refert Theodulus in Collectaneis ad epist. Rom. c. 9. post mediū, tractans de potestate figuli, ait: Non quia alios bonos, alios non tales Deus condidit; absit: verum omnia Dei bona ex æquo sunt omnibus communia.

DISPVATIO XIX.

Vtrum hominibus sit optabilis nemini negatam fuisse prædestinationem ante præuisam mortem in peccato mortali.

**R**IMO hic dicendum est, vtrum ille modus reprobandi, sumens rationè ex præuisis peccatis, & morte, afferat maius solatium, & magis erigat spem. Neque dubitamus, quin hæc præferat plurimis hominū ex suppositione suæ cognitionis, qua de facto cognoscunt vtrūque modum negandi, aut concedendi prædestinationem ante, vel post præuisa opera. Nā ab omnibus indoctis, & à plurimis sapientiū reputatur esse maioris solatij, & spei, optabiliorque modus negandi prædestinationè, præsupposita præsciencia peccatorū, & mortis. Illud autem inquirimus, vtrum illi ho-

Ruiz de Prædestinatione.

mini, qui rectè penetrauerit vtrumque modū reprobandi, & prædestinandi, res ipsa præbeat rationem solatij, spei, & desiderij, vel non præbeat. Itaque petimus rationem, vtrum prædicta existimatio communis hominum, sententium maius solatium, spem, & complacentiam in negata prædestinatione propter præuisa peccata: vtrum, inquam, hæc existimatio falsa sit, an vera iuxta rei naturam, & rationem rectam.

2. Secundo vt præsentis difficultatis status præ oculis habeatur, fingamus hominè, qui nihil tenetur curare de diuina gloria, nihil de implenda diuina voluntate circa prædestinationè, nihil de maiori vtilitate vniuersi; sed hoc vnum desiderare, & curare teneatur, vt modus prædestinandi, aut negandi prædestinationem, sit, quam maxime fieri possit, accommodatus ad propriam vtilitatè, solatium, & spem: atque huic homini, antequam Deus prædestinationè constituat, detur optio, vt eligat quem modum prædestinandi sibi magis vtilem, maiorisque solatij, & spei esse putauerit, supponendo tamen in quocunque modo prædestinandi, siue ante, siue post præuisa opera, futuram esse prædestinationè in hac vita sibi ignotâ, & incertâ.

3. Tertio. Quoniâ hæc quæstio valde conuicta est cū libertate, deliberatione, exhortatione, & correptione: nos ea omnia supponimus rectè cõstituta cū prædestinatione, aut reprobatione, cõstituta indepènter à præuisis operibus: vt partim ostendimus disp. 15. sect. 7. & fullius disp. 55. dicemus.

4. Quarto. Multi à vera sententia de prædestinationis, & reprobationis causa non tam ratione, quâ affectu, & horrore retinentur, quibus si perluadeas mitiorem, latiotem, maioris quoque spei atque solatij esse sententiam Augustini, in illam pedibus ibunt.

5. Prima conclusio. Ex eo quod prædestinatio negata sit quibusdam, & aliis concessa ante præuisa opera, & præuisam mortè, non est maior ratio tristitiæ, desolationis, aut desperationis: sicut econtrario quamuis nobis certò constaret, ex diuina reuelatione prædestinationem nulli esse negatâ, nisi post præuisa opera, & mortem, inde non esset ratio maioris solatij, aut spei, neque magis inde homines ad virtutem, & perseuerantiam vires, & animos caperent, si rectè penetrarent, vtrumque modum prædestinandi, vt explicui num. 1.

6. Probat, quia negatio prædestinationis ante præuisa opera nõ minuit probabilitatè, ac possibilitatè cuiusque homini in particulari, quod salutè consequetur, & quod prædestinatus erit: ergo non minuit spem, solatium & vires ad virtutem.

7. Similiter arguitur econtrario. Negatio prædestinationis, supponens præuisa opera, nõ auget probabilitatè, ac possibilitatem cuiusque homini in particulari, quod salutè cõsequetur, & quod prædestinatus erit: ergo nõ auget spem, solatiū, & vires ad virtutè. Vtriusque argumèti cõsequentiâ euadens est, quia solatium, & spes, de qua in præfenti agitur, nõ prouenit ex alio motiuo, nisi ex vtilitate salutis æternæ, & prædestinationis, vt notatum est num. 2. porò supposito, quod nulli certa est prædestinatio, sed omnibus dubia, non potest in hac re esse maius solatium, & spes, nisi ex maiori probabilitate salutis, vel prædestinationis.

8. Confirmatur, sicut enim desperationem, ac tristitiam causat impossibilitas boni nostri, aut indicij firmum, quod non obtinebimus illud bonum; ita spè fouet, & auget probabilitas, quod obtinebimus, & possibilitas cognita: quare vbi non est maior

Casus.

3.

4. Prædestinatio negata ante præuisa opera non affert maiorem rationem tristitiæ.

5. Desperationem causat boni impossibilitas.

S maior

maior possibilitas, neque probabilitas, non erit spes, & solatium maius. Rursus ex eo quod negata fuerit predestinatio ante prauisam peccata, & mortem, non esse minorem probabilitatem, neque minorem possibilitatem consequendi salutem, & predestinationem cuiusque homini, probatur, quoniam hæc tota probabilitas, & possibilitas consistit ex duabus causis, quarum præcipua est auxiliū supernaturale Dei, paratum omnibus hominibus: hoc autem non minus probabiliter adest hominibus, si predestinatio conceditur ante prauisam opera, vel negatur. Minus præcipua causa est liberum arbitriū, de quo non minus probabile est, quod operabitur bene cum diuino auxilio, etiam si negata sit predestinatio ante prauisam opera.

6. Confirmatur, quoniam etiam si predestinatio negata fuerit ante prauisam peccata, & mortem, adhuc firma permanent illa decreta: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Nec est minor probabilitas, quod seruibis mandata, & perseuerabis, etiam si negata fuerit predestinatio ante prauisam peccata: ergo non est minor probabilitas salutis, & predestinationis.

7. Hæc ratio firmior erit solutione sequentium obiectionum. Prius tamen notanda sunt singula verba Augustini, quibus præcedentis argumenti vim ita complexus est in lib. de predest. Sanctor. c. 11. initio: *Sanè cum Apstolus dicat: Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio, miror homines infirmitati suæ se nulle committere, quam firmitati promissionis Dei. Sed incerta est mihi (inquis) de me ipso voluntas Dei. Quid ergo? Tua ne de te ipso voluntas certa est, neque times? Cum igitur utraque voluntas incerta sit, cur non homo firmiter, quam infirmiori fidem suam, spem, charitatemque committit.* Propterea Prosper ad excerpta Genuesium, dub. 10. quod est vltimum, ait: *Abstine vobis, ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in Deo inbecillius habere, non in vobis.* His verbis Augustinus & Prosper non solum nostram conclusionem probant; sed etiam obiectiones omnes præoccupant.

8. Prima obiectio potest ita concipi. Mihi incertum est, quid Deus de me constituerit, vtrum mihi negauerit predestinationem ante prauisam opera: & hæc est ratio tristitiæ, debilitatque spem.

9. Respondeo. Fatore esse rationem tristitiæ, incutereque timorem, quo difficilior est spes. Nihilominus assero non minus, sed plus timoris, atque tristitiæ, de solationisque secundum rectam rationem superesse debere, si predestinatio negata sit post peccata prauisam. Nam incerta est de te ipso voluntas tua, ignorasque, vtrum ita futurum sit, vt serues præcepta, & perseueres in gratia vsque ad mortem. Imò illud maioris solatij, & spei præbet predestinatio, ante prauisam opera concessa, vel negata, quod secundum illam poteris tibi persuadere, effectum esse predestinationis hanc tuam sollicitudinem, & tristitiam, si ex ea occasione accipis collocandi totam tuam spem in Deo, & gaudendi, quod in eius manibus posita sint tuæ sortes: quoniam in eo maiorem probabilitatem habent tuæ salutis, quam si tibi committantur.

Obiicies secundò. Si mea salus ita est in mea potestate, vt quousque ego operer, & diem extremum claudam, nihil de mea damnatione constitutum sit: iam magis in mea potestate posita erit predestinatio, aut negatio predestinationis, siquidem mea libera opera prauisam sunt ratio de-

terminans Deum, vt predestinet, aut reprobet. Porro quocumque bonum positum esse magis in potestate eius, qui desiderat illud bonum, est maioris solatij, & spei.

Respondeo, distinguendo postremam propositionem, nã circa humana bona, vt plurimum ita res habet, vt maioris solatij, atque spei sit bonum desideratum esse magis positum in potestate desiderantis, minusque dependens ab aliena voluntate: id tamen propterea contingit, quoniam circa humana bona vt plurimum melius nobis nos ipsi consulimus, & probabilius est, quod illud bonum obtinebimus, quam si pendeat etiam ex aliena voluntate. Cæterum quandoque contingit non esse maiorem probabilitatem obrinendi boni, si pendeat solum ab actione desiderantis, quam si pendeat ab actione alterius: & tunc etiam in humanis bonis non est maioris solatij, aut spei bonum illud esse magis positum in voluntate desiderantis.

10. Probatur, & explicatur exemplo: si enim inter te, & plures homines mittantur sortes, vt eligantur, qui constituendi sunt in opulentissimis regni dignitatibus, si tibi detur optio, vt inter latentes sortes in vna tua manu sortem tibi quaeras, & in lucem proferas, vel alteri committas proferendam: si non est tibi magis probabile, quod tibi bona fors obueniet vno vel altero modo, nõ dubium est, quin tibi non sit maioris solatij, aut spei, quod fors à te proferenda sit. Quinimo si aliquis alter adesset tibi, qui diuineret, temperaretque, vt vellet sortes, quamuis de illius erga te beneuolentia dubitares, adhuc illi tutius confidentiusque tuam sortem committeres, quam tibi. Sic igitur se habent sortes predestinationis concessa, aut negata: quapropter ex eo quod magis pendeat à voluntate Dei, & minus à nostra, nihil est, quod spem, aut solatium minuat, sed potius quod auget, & quod nos ad orandum excitet, sicut orat Ecclesia, vt Deus nobis præstet velle, & eligere nostram salutem, faciatque, vt nos faciamus quod oportet: quod fufius prosequitur Augustinus dicto cap. 11. de predestinat. Sanctor.

11. Tertio obiicies, solatium esse hoc solum, quod bona vel mala fors à me est, & non ab alio, etiam si inde non sit maior probabilitas bonæ sortis.

Respondeo primo. Solatium hoc ex se est contra rationem rectam, proceditque tantum ex inordinato amore propriæ voluntatis, non autem propriæ salutis.

Respondeo secundò, absolute falsum esse antecedens: nam in alia vita predestinati magis gaudebunt de maiori Dei erga eos beneuolentia, tutiorique via obtinendæ salutis, qualis est predestinatio ante prauisam opera. Damnatos autem sicut vehementer torquet memoria boni, quod liberè amiserunt, ita quanto magis in eorum potestate bonum illud positum erat, tanto erit maior doloris ratio. Quam ob causam in hac vita qui negligunt diuina præcepta, inde participare debent maiorem tristitiam, & desperationem de se ipsis: sed qui in hac vita satagunt suæ predestinationi cooperari, seruando diuina præcepta, maius solatium capiunt ex indicio diuinæ beneuolentia, & predestinationis, quam ex eo, quod sit magis in eorum potestate. Hoc autem solatium à beatis participant.

Obiicies quarto, triste, desperationique proximum esse iam hoc negotium esse predefinitum ab æterno, non expectato euentu futuro.

Respon-

Responderetur, falsum esse antecedens, si res bene consideretur. Eadem quippe ratione diceret augeri lætitiā, & spem corroborari, eo quod hoc negotium tuæ predestinationis constitutum sit ab æterno, non expectato futuro euentu. Idcirco distinguendum est antecedens. Si tibi persuadeas, tibi negatam esse predestinationem, triste est, & desperationi proximum, siue hoc factū fuerit, & expectato futuro euentu, siue non expectato. Contra verò si tibi persuadeas, concessam esse predestinationem, lætum est, & spem confirmat, quod ante prauisam opera ille te predestinauerit, qui solus potest infallibiliter implere predestinationem. Si autem omnino dubitas, vtrum concessa fuerit, vel negata tibi predestinatio, nulla est ratio, propter quam ex altera parte tristitia, & desperationem colligas potius, quam ex altera solatium, & spem.

13. Eodè modo soluitur obiectio quinta, quia videlicet si predestinatio negata est ante prauisam opera, minor est gratia, & beneuolentia Dei erga reprobos, quam si post prauisam, vt probatum est supra disp. 17. sect. 5. sine: ergo reprobis est minor ratio solatij, & spei.

Responderetur, concesso antecedenti, negando consequentiam, quoniam sicut est minor beneuolentia negari predestinationem ante prauisam opera: ita est maior beneuolentia concedere predestinationem ante prauisam opera; & ideo quandiu ignoras, quæ tibi fors obtigerit, maioris beneuolentia spes compensat minoris beneuolentia metū.

14. Obiicies sextò. Minus possibilis est hominibus salus, si negatur illis predestinatio ante prauisam opera: ergo est illis minor ratio solatij, atque spei. Antecedens probatur, quia si negatur predestinatio ante prauisam opera, quauis reprobis sit physice possibile vitare peccatū finale, nihilominus nõ est moraliter possibile, sed infallibile, quod mortaliter peccabunt, & sub peccato morientur. At verò si predestinatio negata nulli est, nisi post prauisam opera, relinquuntur reprobis nõ solū physica, sed etiam moralis potestas consequendi salutem.

15. Responderetur primò, antecedens, & eius probationem esse falsa. Quin potius licet reprobarentur homines post prauisam peccata, multis hominibus esset infallibile peccatum mortale vagè in longo tempore. Nam ij, qui sunt in peccato mortali, infallibiliter longo tempore committent plura, & ij etiā, qui sunt in gratia, nisi accipiant speciale donum perseuerantiæ, infallibiliter peccabunt longo tempore, atque in potestate Dei est hoc donum negare multis: sicut de facto negatur propter venialia peccata, & negligentias minores, quam quibus tenentur alij, quibus conceditur donum perseuerantiæ, vt probatum est præcedenti tomo de provident. disp. 13. sect. 2. 3. & 4.

Responderetur secundò. Etiam si minus possibilis esset salus reprobis, si negatur predestinatio ante prauisam opera, adhuc non sequitur esse minorem rationem solatij, & spei, nisi illi tantum homini, qui se existimat esse reprobum. Nam qui omnino dubitat, vtrum sit predestinatus, aut reprobos, potest hanc rationem tristitiæ abundè compensare altera ratione lætitiæ ex eo, quod minus possibilis est illi aeterna damnatio, si predestinatus est. Quod si ex hac parte lætitiæ, & spem non accipit, inconfuqueter, & contra rectam rationem operatur, capiendò ex altera parte tristitiam, & desperationem.

12. Responderetur tertio. Reprobis esse potest non tantum physice, sed etiam moraliter possibile vitale finale peccatum: nihilominus eius peccati

Reiz. de Predestinatione.

permissio, & hominis reprobatio certissima Deo erit ex vi scientiæ mediæ: sicut ostendimus in tomo de scientia.

16. Obiicies septimò, minorem probabilitatē salutis esse, si negatur predestinatio ante prauisam peccata, & mortem; quauis enim de mea voluntate incertum sit, vtrum bene operatura sit, & in bono perseueratura: tamen contingere poterit, vt me mors opprimat, quando fuerim in gratia, si Deus predestinationem minime negauit, nisi post prauisam peccata, & mortem. Si verò Deus predestinationem negauit ante prauisam peccata, eo ipso decreuit vitam mihi concedere, quandiu sum in gratia, & interficere quando fuerim in peccato.

17. Responderetur. Hinc malè colligis minorem probabilitatē salutis, minoremque rationem solatij & spei, nisi supponas, te reprobū esse. Quod probò primò, quia si Deus te predestinauit ante prauisam opera, concedet vitam, quandiu in peccato fueris, expectabitque opportunum tempus, vt te ad gloriam colligat in gratia: cum autem hoc, & illud tibi sit æqualiter incertum, aut de neuro debes lætari, vel tristari, at debes vnus partis tristitiam temperare alterius partis lætitiā.

18. Probatur secundò, nam licet predestinatio nulli negata esset, nisi post prauisam peccata, & mortem, adhuc tibi nõ minus incertum esset, te esse moriturum in peccato, quam est incertum modò: nihil ergo nunc habes, vnde prudenter tristari possis magis, quam sub alio modo predestinandi. Quin potius inde lætari potes, quod hæc tua sollicitudo de predestinatione, si te Deo committis, & in eo speras, indicium aliquod est, quod Deus decreuit, mortem in gratia tibi concedere.

Probatur tertio, quoniam etiam si nulli negata esset predestinatio, nisi post prauisam peccata, & mortem, adhuc concedendū esset, quod certa fides docet, Deum multis afferre mortem, quando sunt in peccato, & aliis, quado sūt in gratia: sicut probatum est, disp. 12. sect. 2. Finge ergo Deū, postquam prauidit tua peccata, de te uille tibi mortem, & prauisam morte damnationem: pero à te, quid habes maioris probabilitatis, spei, aut solatij, in hoc genere providentiæ, quam in altero? Certè nihil.

19. Secunda conclusio. Predestinationem esse quibusdam concessam, & aliis negatam ante prauisam opera, est obiectum, quod rectè consideratum adest maius solatium, & maiorem spem salutis. Hæc conclusio traditur apertè ab Augustino, & Prospero locis adductis pro prima conclusione. Probè igitur Enchiridion Colonienf. tit. de Sacramento. Pœnitentiæ cap. de cæteris, docet predestinationis doctrinam iustis esse magnæ lætitiæ causam. Agit autè toto illo titulo, de predestinatione Augustiniana. Atque solutiones præcedentium obiectionum, eadem fuerè probationes conclusionis presentis, quoniam omnes inferunt probabiliorem esse nobis salutem, & predestinationem, si Deus ante prauisam predestinat, minus verò probabilem, si Deus post prauisam opera predestinat.

20. Quod idem confirmatur primò, quoniam homines, qui probabilibus indicij existimant se esse in gratia, damnationem timent, desiderantque beatitudinem; inde maiorem spem, atque solatiū habent in Deo, quia Deum præbentur esse constantiam iustis, & si fortè cadant in peccatū mortale, reuocaturum ad pœnitentiā, probabilius est, quam sit probabile, quod illi homines sine speciali protectione, ac providentiā Dei perseue-

S 2 rabunt.

rabunt. Homines enim facillimè obliuiscuntur prioris propositi, & quod delectat hoc anno, respicimus cum fastidio sequentibus annis pertæsi laboris, & oneris. Quin etiam nostra priora consilia, quamuis meliora fuerint, irridemus. Quapropter si Deus curam suscipit dandi cõstantiam prædestinatis, multò firmior est ratio sperandi, quàm si omnes homines sibi ipsis relinqueret cõmuniibus auxiliis gratiæ, vt quisque sibi cõstantiam conferuaret, vel amitteret. Illi autem homines, quibus non suppetunt prædicta probabilita indicia, quod sint in gratia, magis sperare debent veram pœnitentiam, & vitæ mutationem ex eo, quod Deus decreuerit multis conferre efficacæ auxiliũ, & opportunum, vt infallibiliter consequantur salutem: nam si omnes homines relinqueret communiibus auxiliis gratiæ, difficilior esset salus, & respicientia peccatoribus.

21.

Omnibus igitur tam iustis, quàm peccatoribus congruit illa exhortatio Augustini lib. de bono perseuer. c. 22. inter medium, & finem: *Ab sit autem a vobis, idco desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipsis habere iubemini, & non in vobis. Maledictus enim omnis homo, qui spem habet in homine, & Bonũ est considerare in Domino, quàm considerare in homine. Quod dicit ad erigendã spem propriæ prædestinationis factæ ante præuisa opera. Quod prope finẽ ita repetit: *An verò rimendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes eius ponenda demonstratur in Deo non autem desperaret, si eam in se ipso superbisimũ, & impiissimũ poneret* Suprà dicta verba Augustini refert, atque commendat Prosper ad excerpta Genuensium, dub. 9.*

22.

Plures prædestinati sunt ante præuisa, quàm si prædestinarentur post.

Secundò cõfirmatur, quia si Deus prædestinat ante præuisa opera, plures prædestinati sunt, quàm si prædestinãtur propter præuisa, & pauciores reprobãtur: ergo vniciquẽ hominũ est maior probabilitas salutis, maiorque ratio spei, & solarij. Consequentia est euidens, quoniam in quacumque multitudine hominũ quantò plures fuerint fortes felices, tantò probabilius est vniciquẽ hominum, quod aliqua sortium illarum ad eum perueniet. Antecedens autem sæpe traditur ab aduersariis inde probantibus nemini negatam, aut concessam esse prædestinationem ante præuisa opera, quoniam Deus ex se propensus ad miserendum, plures prædestinaret, quàm de facto prædestinat, vt vidimus suprà disp. 12. sect. 8. faciunt etiam quæ diximus disp. 16. sect. 9.

23.

Confirmatur tertio, quia supposita paucitate prædestinatorũ, quàm fides, & experientia docet, solariũ & spes salutis tantæ Christianorum multitudinis, qui ad finem vitæ pœnitentiam, & correctionẽ differunt, præcipue sumitur ex eo, quod diuina prædestinatio adest specialibus potentissimisque auxiliis tẽpore mortis. Alioqui vitiorum habitus diurni, passionũ vehementia, vis morbi, tumultus familiæ, clamores filiorũ, atque seruatorum importunæ preces pro hæreditate distribuenda, vel impetrandis legatis, horrens denique perturbatio mortis multò improbabiliorẽ efficiẽrent veram, & non simulatam pœnitentiam.

24.

Quisquẽ prædestinatio fieri ante opera præuisa eligeret.

Tertia cõclusio. Si fingatur homo prudentissimus in eligendo suo maiori bono, magisquẽ vili, nulla habita ratione de diuina gloria, aut voluntate explẽda, neq; de maiori bono vnuerũ, quicquẽ optime penetraret, quis modus prouidentie sibi foret vtilior, ille, data sibi optiõne, eligeret, prædestinationẽ concedi, aut negari hominibus ante præuisa opera potius, quàm post præuisa. Hæc

conclusio deducitur ex præcedenti. nam circa bonum incertum nihil est magis optandum, aut eligendum, nisi maior probabilitas: maior autem probabilitas erit illi homini de sua beatitudine, si ante præuisa opera concedatur, negeturque prædestinatio, vt nuper probatum est.

25. Ad id eligendum tenentur.

Quarta conclusio. Si totũ genus humanũ huiusmodi electionem committeret alicui homini, ille maiori iure teneretur eligere prædestinationẽ ante præuisa opera: quoniam plura singularia ex humano genere participarent prædestinationem ex isto modo prædestinandi, sicut diximus probantes secundam conclusionem.

26.

Ratio dubij.

Dubitabis, vt rãm ab his cõclusionibus excipiẽdi sint plures homines, in quibus cernuntur indicia reprobationis. Ratio dubitandi est, quia si certũ illis esset, negatam fuisse sibi prædestinationẽ ante præuisa opera, desperarent, foretque illis oprabile, vt nõ fuisset prædestinatio constituta ante præuisa opera, sed post præuisa. Probabilitas autẽ propriæ reprobationis participat, licet imperfecte, naturam certitudinis de sua reprobatione: ergo minuet spem, & oprabilior illis esset alter modus prædestinandi post præuisa opera.

27.

si quibus certò constaret propria reprobatio, non haberent rationem oprandi modum reprobãdi post præuisa opera.

Respondetur, & sit quinta conclusio. Tam illi, quibus certò constaret propria reprobatio, quàm illi, qui probabilibus indicijs eã colligunt, nulla habent rationem oprandi modum reprobãdi post præuisa opera potius, quàm ante præuisa. Quamuis enim ille, cui reuelaretur, sibi negatã esse prædestinationem ante præuisa, rationabiliter optaret aliũ modũ prouidentie, in quo nõ esset sibi certa reprobatio: nihilominus similiter illẽ, cui reuelaretur, sibi negatã esse prædestinationem post præuisa peccata, rationabiliter optaret aliũ modũ prouidentie, in quo nõ esset sibi certa reprobatio. Si autẽ fingas aliquẽ certò scire vtroque genere prouidentie, siue ante, siue post præuisa opera negatã sibi fuisse prædestinationem, ille stultus esset, si præeligeret reprobati post præuisa peccata.

28.

Eadem proportione seruata dicendũ est de illis, in quibus probabilia indicia reprobationis ante præuisa peccata cernuntur, qui rationabiliter optarent quemcũque modũ prouidentie, in quo non haberent in ea indicia reprobationis: sicut cõtrario ille, qui haberet probabilia indicia reprobationis constitutã post præuisa opera, rationabiliter optaret aliũ modũ prouidentie, in quo nõ haberet ea indicia. Cæterũ suppositis indicijs, non est maior probabilitas salutis in futurum, sed potius minor ex eo, quod negata sit prædestinatio post præuisa opera, & ratio non est illis opranda.

Appendix de remedio tentationis circa reprobationem.

Contra tristitiã, & anxietatem, quæ personas suæ salutis studiosas angere solet, nullũ melius remedium inuenitur, quàm eo ipso tempore, quanto potuerit gaudio Deo gratulari, quod sua, & omnium prædestinatio à libera Dei voluntate propter Christi Domini merita dependeat: insuper eodem tempore feruentiores excitare fidei, spei, charitatis, & humilitatis actus: quibus in oratione factis persona, quæ tentatur, habeat nouum aliquod indicium suæ prædestinationis. Est enim valde probabile, prædictam tristitiã & anxietatem esse prædestinationis effectum, quando mentem ad Deum reuocat, & ad media prædestinationis inclinat. Propterea demon victus recedet,

recedet, timebitque iterum eidem personæ occasionem præbere cooperãdi suæ prædestinationi.

Hoc remedium erit magis necessarium personis, quæ non potuerint capere rationes maioris gaudij, quas tota disput. præcedenti probauimus. Sequens verò remedium non videtur opportunum, & vtile, nisi personis in spiritali perfectione valde exercitatis, atque prouectis. Hoc ita docuit S. Bonauentura opusculo, cui titulus est, *Remedium defectuum religiosi*, cap. vltimo in 4. parte opusculi, pag. 670. *Si de prædestinatione, aut præscientia Dei diabolus tibi aliquam tentationem immiserit, sic ei respondeas. Quidquid sit de me, certum est, te esse damnatum, si autem & ego damnabor, & post hanc vitam Deum meum habere non debeo, habeo per totum tempus vite presentis, & tanto ardentius, quanto breuius nouero me habiturum. Momentum igitur temporis non omitam, quin secundum posse meum totaliter fruatur ipso, & semper in ipso delectabor, ex quo in futuro sua presentia priuabor: & tu diabole, si recum esse oportet, scias, quod tamdiu in Dei seruitio perseuerabo corde, ore, opere, omni membro, omni momento, quamdiu possim. Quod si quis sic Deo adhareret, cæteras consolationes reputaret absinthium.*

Hoc ad tentatorem responso reddito Doctor idem admonet, ex ea colligendum esse futuræ salutis & prædestinationis indicium, & orationem adhibendam esse ad Dominum nostrum Iesum Christum, & Beatissimam eius Matrem. Sunt autem hæc illius postrema verba. *Sic ergo concludo diabolo: Quidquid futurum est, non desistam à Dei seruitio, & vœ tibi, qui non vis tanto Domino ministrare.*

DISPUTATIO XX.

Vtrum silentio sit occultanda prædestinatio ante præuisa opera.

SECTIO I.

Non rudibus, sed literatis, & ingeniosis est tradenda.



Massiliensium sententia.

TI AMSI vera foret sententia Augustini de prædestinatione concessa, vel negata independenter à præuisis operibus, nihilominus non esse promendam, sed omnino reticendam, dicebant olim Massilienses, vt constat ex Augustino c. 15. de bono perseueratiã, Prospero ad excerpta Genuensium, dub. 9. & ex epistolis Hilarij, & Prosperi ad Augustinum de hac re. Ex quibus hæc colliguntur argumenta.

Primum, quoniam ex ea doctrina infirmiores sumunt occasionem desperandi, vel negligendi quasi inutilem curam suæ salutis, aut detrectandi correctiones, & consilia.

Secundum, quia non potest intelligi, quodque ab auditoribus recipiendum non est, sine vilo fructu dicitur: ergo prudentius seruatur silentio.

His Augustinus in cap. 16. de bono perseuer. & cap. 22. satis facit, cuius doctrinam reducimus ad tres propositiones.

2. Augustini sententia tribus propositiõnibus contenta.

Prima propositio. Doctrina de prædestinatione non ita reticere potest, vt asseratur doctrina contrariã: falsum quippe nulla ratione affirmantem. Ruiz de Prædestinatione.

dum est in vilo negotio, maxime verò circa religionem, & Theologiam.

Secunda propositio. In hac, vt in qualibet alia controuersia difficili, quando nullus vrget interrogando illius decisionem, inter simplices, qui eam capere nequeunt, reticenda est, vt Christus Dominus Ioan. 16. docuit exemplo, cum ait: *Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modò.* & 1. Corinth. 3. *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis parum dedi.* Quod magis confirmabitur infra contra Caluinum.

3. Tradenda est vera prædestinationis doctrina.

Tertia propositio. Quando controuersia de prædestinatione agitur, ac potissimum inter eos, qui Theologiam profitentur, tradenda est, & explicanda vera decisio illius. Probat Augustinus; quoniam aliqui per literas, & gratiam Dei capaces sunt huius doctrinæ: quorum vtilitas per se consecuta præponenda est damno, quod per accidens in reliquos redundat, vel defectu ingenij, vel propter deprauatum affectum.

Confirmatur primò, quia si dum agitur hæc controuersia, veritas supprimitur, inde colligunt falsam esse, aut parum tutam veram sententiam de prædestinatione. Quod inconueniens in hominibus doctis, qui per gratiam Dei capere possunt, est maioris momenti, quàm quodcumque aliorum detrimentum. Fructus autem sunt humilitas, diffidentia sui, fiducia in Deum, & intima gratiarum actio cum timore, ac tremore operando nostram salutem.

Confirmatur secundò exemplo Pauli tradentis doctrinam de prædestinatione, non supponente prauisionem operum.

Hinc facilis est solutio argumentorum.

4. Desperatio salutis non prouenit ex doctrina prædestinationis.

Ad primum respondetur. Desperatio, & negligentia salutis non prouenit ex doctrina de prædestinatione bene intellecta, vt ostendimus disput. præcedenti; sed prouenit ex malo intellectu doctrinæ, atque per accidens. Porro propter scandala, quæ infirmi patiuntur suam ob culpam, vel ruditatem, reticenda non est veritas, quæ firmioribus membris Ecclesiæ valde vtilis est, præsertim quando timetur periculum opposita falsitatis. Quod Augustinus in c. 15. de bono perseuer. & cap. 21. fine, & 22. post medium confirmat, quoniam præscientia futurorum non est in Ecclesiâ reticenda, sed prædicanda: & tamen abutuntur illa multi ad negligendam correctionem, atque ad desperandum. Qua occasione in Augustini monasterio quendam fratrem recessisse, memorat idem Augustinus. Aliqui etiam inde colligebant, orandum non esse, quoniam antequam peramus, præscit Deus, quibusnam rebus indigeamus, & quæ postulare velimus.

5.

Ad secundum argumentum respondetur, veram doctrinam de prædestinatione intelligi posse, & à multis magno cum fructu recipi. Vbi obseruandum est, hanc calumniam à Massiliensibus dirigi, præsertim contra prædestinationem ad primam gratiam vocantem, quæ nullam rationem sumit ex actionibus elicitis per vires natura: hæc autem doctrina postquam Ecclesiæ definitione sancita est, ab omnibus traditur, & à multis bene intelligitur cum magno fructu. Idem igitur eueniet in ea parte doctrinæ Augustini de prædestinatione, quæ adhuc non est definita, si Doctores Theologi ad illam bene intelligendam, & explicandam adiciant animum.



6. **Caluini** tenuit, afferens cauendum esse nobis, ne à tanto sacramento predestinationis æternæ fideles quoslibet vulgares, ac plebeios arceamus. Probat autem duobus argumentis.

Primum, quia mysterium Trinitatis ac diuinitas Filij, & Spiritus sancti quibuslibet fidelibus, etiam vulgaribus, credendum proponitur, licet capacitatem humanam superet multò magis, quam mysterium predestinationis.

Secundum argumentum, quia qui celant predestinationis mysterium, ne debiles animas conturbent, oblique Deum insimulant stultæ incogitantia, quasi periculum hoc non præuiderit, nimirum in Scripturis reuelans predestinationis mysterium. Hæc refert Horantius locor. Cathol. lib. 3. cap. 5. ante medium & post med. Hic autem error, ideo detestabilior est, quia non per accidens propter hominum ruditatem, sed per se quibuslibet hominibus bene penetrantibus sui desperationem, & neglectum bonorum operum induceret illa predestinatio, quam prædicabat Caluinus, eo quòd physicam, & antecedentem necessitatem afferens libertatem penitus eriperet, ut olim VVicleph.

7. **Refutatur.** Hæc autem stultitia manet abundè refutata exemplo Christi Domini & Apostoli supra propositione 2. Quibus adiungere possumus Raphaëlis verba Tobia 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.* Vnde planè colligitur quædam esse quibusdam personis, & quibusdam temporibus celanda, quoulsque veniat occasio manifestandi, sicut Raphaël prius occultauerat mysterium, quod tunc aperte reuelauit.

8. Sunt etiam notatu digna, quæ refert Eldras lib. 4. qui liber quamuis non sit Canonicus, maguam tamen habet auctoritatem. Igitur cap. 14. sub initium refert, Deum dixisse Moyse: *Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes.* Et post medium capituli refert ita sibi imperatum: *Perfectis quadam palam facies, quadam sapientibus abscondè trades.* Atque in fine eiusdem capituli: *Priores, quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni, & indigni: nouissimos autem septuaginta (libros) construas, ut tradas eos sapientibus de populo tuo.*

9. Manifesto tandem exemplo refutatur hic error, quem præoccupans Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 21. prope finem, ait: *Dolosi autem, vel imperiti medici est etiam vile medicamentum ita alligare, ut aut non prosit, aut obsit.* Quam sententiam repetit Prosper ad excerpta Genuensium, dub. 9. post medium. Eadem ergo ratione medicamentum vtile non erit alligandum personis, quibus nocere potius, quam prodesse poterit propter defectum capacitatis, aut propter inordinatum affectum.

10. **Omnibus proponendum** Ad primum argumentum Caluini respondetur. Sicut omnibus hominibus etiam rudibus & vulgaribus credendum proponitur Trinitatis mysterium; sed eius recondita quæstiones aduersus hereticos, vel inter Catholicos agitata, non attinguntur: sic etiam omnibus etiam rudibus, & vulgaribus proponendum est, ut credant, Deum præsciuisse, atque prædestinasse, quibus hominibus daturus esset gloriam propter bona opera, & perseuerantiam in Dei mandatis; sed vtrum hoc prædestinauerit ante, vel post præuisa merita, non est attingendum, sed insistentium in eo tantum, ut penitentiam agant

tempestiuè, & Dei legem custodiant: sic enim erunt prædestinati. Adde quòd circa prædestinationem ante præuisa opera promptum est argumentum, etiam rudibus occurrens, quòd possit spem deicere, & retardare diligentiam bonorum operum. Nihil autem tale timetur, vel certè non eo gradu probabilitatis, licet rudibus attingatur mysterium Trinitatis, quoniam illius difficultas nihil eorum salutem impedire videtur, sicut malè intellecta prædestinatio.

Secundum argumentum est ridiculum. Deus enim per sacras literas, & per earum expositores non omnia proponit æqualiter omnibus, sed Ecclesiæ Doctores constituit super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, Lucæ 12. *Mensuram autem dicit propter modum capacitatis quorumcumque audientium;* sicut Augustinus annotat de quæstion. Euangel. lib. 2. cap. 26. *Additum est etiam in tempore, quòd beneficium non suo tempore datum, reddatur cassum, & nomen beneficij perdit;* sicut S. Thomas in Catena subiungit ex Ildoro, cuius locus non inuenitur.

Verumtamen Isidorus lib. 2. de officio Ecclesiast. c. 5. de Sacerdotibus, *Vnumquemque*, inquit, *admonens diuersa exhortatione, iuxta professionem, morumque qualitatem, scilicet ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo profereat.* Quod exemplo periti medici confirmans lib. 3. sentent. cap. 43. *Sic Doctor*, inquit, *Ecclesiæ singulis quibusque hominibus congruum doctrinæ remedium adhibebit: & quid cuique oporteat pro qualitate, sexu, ac professione annunciabit.* Non omnibus ea, quæ clausa sunt, aperienda sunt. *Multi enim sunt, qui capere non possunt, &c.*

Gregorius autem Pastoralis curæ part. 4. cap. 5. *Prædicator*, ait, *auditoris animum ultra vires non trahat, ne, ut ita dicam, dum plus, quam valet, tenditur, mentis chorda rumpatur.* *Alta enim quæque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperiiri.* Confirmat autem prædictis verbis Christi Domini: *Per mensuram quippe tritici exprimitur modus verbi, ne quem angusto cordi incapabile aliquid tribuitur, extra fundatur.* Hinc Paulus ait, 1. Corinth. 3. *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, &c.* Adiungit autem allegoricas significationes ex aliis locis Scripturæ: quemadmodum etiam lib. 30. moral. cap. 8. versus finem, ubi hoc confirmat verbis Apostoli 2. Timoth. 2. *Quæ audisti à me per multos testes, hæc comendata fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Requirit itaque fidelitatem, & idoneitatem ad docendum, ut illi committantur mysteria ab Apostolo tradita.

SECTIO II.

Methodus, & mensura proponendi doctrinam de predestinatione.

1. **Quamuis** hoc negotium spiritali prudentiæ, & discretioni doctoris committendū sit, proderit tamen aliquos regulas indicare: quarum Prima sit. Etiam inter doctos & literatos, illi, qui magis ad lætitiā, magnanimitatem, fiducia, & amorem diuinæ bonitatis propensi sunt animo, securiùs audiunt plura de prædestinatione constituta ante præuisa merita, & tribuente merita, præsertim si probabilia prædestinationis indicia deprehendantur in eis, quoniam Deum constanter amant, seruando præcepta, fugiendòque peccata.

Secunda

2. **Secunda** regula. Qui promptiori pollent ingenio, maturiorique iudicio, quique docibilibiores sunt, ut cum tranquillitate acquiescant suis præceptoribus, plura de hac re doceri possunt, iuxta opportunitates occurrentes.

3. **Tertia** regula. Quando vel præsentium interrogaciones, vel alia occasione postulauerint, ut de præsentium hominum prædestinatione loquamur, tunc omnes eos, quos alloquimur, erigere debemus in spem, & probabilem sententiam, quòd ipsi sunt de numero prædestinatorum, quamuis rudes sint, & quamuis tunc detineantur peccatis. Hos enim hortari debemus, ut penitentiam agant cum emendatione vitæ. quo supposito addere debemus: *De ipso autem cursu vestro bono, rectoque condiscite, vos ad prædestinationem diuinæ gratiæ pertinere. Vos ipsam obediendi perseverantiam à Patre luminum sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo considerare, non vos esse à prædestinatione populi eius alienos, quia etiam hoc, ut faciatis, ut scilicet largiatur.* Ita docet Augustinus dicto cap. 22. de bono perseuer. inter princip. & med. & inter med. & finem, cuius verba refert, & commendat Prosper ad excerpta Genuensium, dub. 9. quod est vltimum.

4. **Laurentius** Iustinianus in fasciculo amoris cap. 17. inter princip. & med. *Quis*, ait, *saluandus sit, quisve damnandus, nemo discit.* De numero eorum se unusquisque esse arbitretur, de quibus ipse Mediator Patri dicebat: *Tui erant, & mihi eos dedisti. Tui erant*, inquit, *non ipsorum meritis, sed electione tua.*

5. **Exemplo** magis, quam verbo præsentem regulam Apostoli tradiderunt; in suis enim epistolis omnes fideles tanquam prædestinatos hortantur, & æternæ vitæ futura participatione vires, & alacritatem ad labores iniiciunt.

6. **Quarta** regula sequitur ex præcedenti. Quando rerum, & personarum opportunitas suaserit de reprobis, & eorum infallibili damnatione tractare; sermones efferantur non per secundam personam Verbi, quod referatur ad auditores præsentis; sed per tertiam personam Verbi, quod referatur ad alios. Cuius rationem reddidit Augustinus dicto cap. 22. de bono perseuer. in med. *Res enim non optabilis, sed abominabilis dicitur, & durissimè atque odiosissimè, quasi in audientium frontem compellendo colliditur.* quando nimirum dicit per secundam personam. Subdit autem aliam rationem. Ut non ipsis tantum malum tanquam optate videamur, sed de aliis referre quod oderint, nec ad se existiment pertinere sperando, orandòque meliora.

7. **Quinta** regula sit. Quæ pertinent ad finale peccatum reproborum, & certitudinem eius, non proponantur populo quali prouenientia ex subtractione diuinæ gratiæ, sed potius quasi prouenientia ex eorum culpa, & negligentia orandi, & exercendæ pietatis opera. Vnde sumatur occasio hortandi audientes, ut petant, pulsant, quarant, & insistant piis operibus, quo recedant à numero reproborum. Sumitur ex eodem Augustino, & Prospero.

8. **Sexta** regula. Quoties apud vulgares, vel illiteratos inciderit sermo de diuina præsentia, & electione, seu prædestinatione, siue in publicis concionibus, siue in colloquijs priuatis, reuocandi sunt auditores, ut certò credant, se posse cum diuina gratia, sibi parata, salutem æternam conse-

qui, si velint; nec posse damnari, nisi propter propriam culpam, quam possunt euitare, si velint diuinæ gratiæ cooperari. Talia sunt illa, Math. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Math. 7. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui fecerit voluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum caelorum.* 1. Cor. 9. & 10. *Sic currite, ut comprehendatis. Qui stat, videat, ne cadat.* & 2. Petri 1. *Magis sagacite, ut per bona opera certam vestram uocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando.* Tales enim exhortaciones propterea frequentiores & clariores in vtroque Testamento dictauit Spiritus sanctus, sed prædestinationis arcanum rarò, & obscurioribus verbis, quoniam exhortaciones omnibus hominibus, & quolibet tempore tutissimæ sunt, & vtilissimæ.

9. **Ex** iis omnibus regulis inferitur vnicum, & efficax remedium ad desolationes, & anxietates, quibus aliquando virtutis studiosi retardantur, ac deterentur à proposito, ut animo concidunt, quoties de sua prædestinatione cogitant. Quibus hæc ipsa tentatio damonij, & anxietas poterit subministrare materiam spei, & lætitiæ spiritalis, si ex ea sollicitudine sumant occasiōnem feruentius orandi, & vacandi piis operibus, diffidentes de se ipsis, & totam spem in Deo collocantes, iuxta veram doctrinam de causa prædestinationis. Tales igitur personæ sunt erigendæ, & confortandæ, quoniam anxietas illa, & sollicitudo quatenus addit calcaria currentibus ad virtutes, indicium est prædestinationis. Docendi igitur sunt omnes, ut ex simili bello sic aduersus damonem pugnent, ut quoties anxietate prædicta pulsantur, feruentius orent, & insistant bonis operibus, & ex illis reflectendo colligant, se iam habere prædestinationis indicia plura, & maiora, quam antea, vnde possint magis in Deo latari, & sperare. Ita Damon victus recedet.

DISPUTATIO XXI.

Vtrum omne, quod ad gloriam obtinendam conducit, & ipsa gloria, sit effectus predestinationis.

SECTIO I.

Vtrum effectus predestinationis sit omne, quod prouenit in salutem.



1. **ONCLUSIO** affirmatiua est Fulgentij de Incarnatione, & grat. Iesu Christi cap. 31. ad finem his verbis. *Nihil prouenit in salutem hominum, quod ille non in æterna bona voluntatis suæ dispositione faciendum prædestinauit.* Colligitur ex Augustino toto lib. de prædestinatio. Sanct. & de bono perseuer. Vbi *vocationem, fidem, gratiam, vitam, mortem, & alia, cuiusmodi probat à prædestinatione prouenire; ut in sequentibus disputationibus dicemus.* Vnde constat intelligentia definitionis positæ in lib. de bono perseuer. cap. 14. *Prædestinatio est præsentia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè*

1. **Affirmatiua conclusio.**



liberantur, quicumque liberantur. Vbi preparatio est decretum cauſandi, & conferendi. Quare omnia beneficia, quibus liberantur predestinati, siue quoad substantiam naturalia fuerint, siue supernaturalia, erunt effectus predestinationis. Quapropter idem colligitur ex aliis Patribus, qui predestiam, & alias similes definitiones recipiunt, supra citati disput. 1. sect. 7. Anselmus de concord. predest. cum libero arbit. cap. 3. col. 4. ait: Cum omni subiacent dispositioni Dei; quidquid contingit homini, quod adiuuat liberum arbitrium ad accipiendam, aut ad seruandam rectitudinem, siue gratia imputandum est. Ergo & predestinationi, quae gratiam cauſat.

2. Ex antiquis Scholasticis clarius, quam reliqui, praesentem conclusionem tradit Durandus 1. dist. 41. q. 2. num. 7. his verbis: Omne bonum, quod fit ab aliquo, vel fit pro eo, vel quod inuatur cum qualitercumque ad consequutionem finis supernaturalis, siue per cauſam, siue per occasionem, cadit sub effectu predestinationis, ut pars eius. Quod postea magis explicat, dicens esse effectum predestinationis, siue ex impressione caeli, siue ex occasione praescita exterius, siue ex inspiratione immissa interius, siue quocumque alio modo inuenit ad tendendum in beatitudinem. S. Thomas hoc art. 5. corp. sine ait: Quicquid est in homine ordinans ipsum ad salutem, comprehenditur totum sub effectu predestinationis, etiam ipsa preparatio ad gratiam. Sed D. Thomas videtur agere tantum de rebus, quae indigent supernaturali auxilio gratiae, ita tamen, ut de his clarius affirmet esse effectus predestinationis, sed alias res naturales non excludat: quin potius ex hac generali regula deduci possunt, ut videbimus disputationibus sequentibus, praesertim 23. & 24. His similia scribit S. Thomas in art. 8. corp. versus finem.

3. Idem prorsus, quod S. Thomas, dicunt Caiet. in eodem art. 5. Capreol. 1. dist. 41. q. vnica, art. 1. conclus. 5. Ferrar. 3. contra gentes cap. 163. quod est vltimum, Sotus ad Roman. 9. in digressionem, dum oppugnat secundam opinionem: idem Ferrar. Ricard. 1. dist. 41. art. 2. q. 1. Carthag. discursu 3. Driedo de concordia liberi arbit. cum predest. part. 1. cap. 1. dum definit predestinationem specialiter acceptam, ait effectum esse predestinationis totam congeriem operum, quae Deus facit aut in homine, aut per hominem ordinata in vitam aeternam.

4. Notandum. Ut ratione probetur conclusio, notandum est quemcumque effectum ad extra cauſari a Deo per volitionem, & imperium alicuius prouidentiae: quare omnes illae res, quae cauſantur a Deo per volitionem & imperium communis prouidentiae, siue naturalis, siue supernaturalis, & non producuntur per volitionem, & imperium predestinationis, non erunt effectus predestinationis. At verò quaecumque res cauſantur a Deo per volitionem & imperium predestinationis, erunt effectus illius, siue simul conueniat communis prouidentiae naturalis, & supernaturalis, siue sola predestinatio concurrat, de quo postea.

5. Probatur conclusio. Vnde sic probatur conclusio. Quicquid prouenit in salutem hominum, cauſatur a Deo per volitionem, & imperium predestinationis: ergo est effectus predestinationis. Consequentia constat ex praecedenti doctrina; sed antecedens probatur, quia Deus predestinat efficaciter singulos homines ante praecisa opera, ut probatum est disp. 7. & multis sequentibus: igitur ex inten-

tionem huius finis, utque certò eum consequantur, adhibere debet omnia media, quae requiruntur ad huius finis consequutionem, siue fuerint supernaturalia, siue naturalia: alioquin non poterit certò praefinire finem ante praecisa opera.

Hac ratione sufficienter probatur, omnia rerum genera, quae ad supernaturalem beatitudinem requiruntur, esse predestinationis effectus, siue fuerint naturalia, siue supernaturalia; siue fuerint libera, siue necessaria: siue fuerint actiones vitales, siue quaecumque bona extrinseca. Caterum eadem ratione nihil probatur de singularibus quibusque rebus, quoniam non requiruntur singulariter ad consequutionem beatitudinis, maxime cum iste modus prouidendi, quamuis in exteriori opere sit minus perfectus, nihilominus diuinæ perfectioni non repugnet: nec enim includit confusionem, aut supponit ignorantiam operantis, quam aduersus illum obiciunt aliqui auctores, ut vidimus tomo praeced. de prouident. to. 2. disp. 8.

Nihilominus ratio congruitatis, & optimus prouidendi modus, quem de facto Deus semper eligit, persuadet, non tantum genera rerum, & species, sed etiam indiuidua quaelibet in singulari cum omnibus circumstantiis temporis, & loci, necnon intensionis, extensionis, durationis, cauſarum, & si quae sunt aliae circumstantiae: haec, inquam, omnia predestinationis effectus esse. Potest enim Deus per efficacem, & absolutam voluntatem eas cauſare, intendens, ut illa singularia hic & nunc efficaciter adiuuent proximè, vel remotè ad obtinendam gloriam, saltem occasionem praebendo mediocum, quibus obtinetur, vel eadem media promouendo. Sic autem, quantum est ex parte Dei, plenius & perfectius procedit tota series predestinationis, non tantum quoad substantiam effectuum predestinationis, sed etiam quoad modum illos volendi, qui magis declarat specialem Dei beneuolentiam erga predestinatos, erga quos magis exercet bonitatem, sapientiam, & potentiam, quae requiritur ad exactam & determinatam predefinitionem talium effectuum. Hoc igitur modo praedictas res esse predestinationis effectus, intelligere videntur Doctores supra citati pro conclusione, praecipue verò Fulgentius. Sed de liberis actionibus dicemus iterum disput. sequenti, sect. 4.

SECTIO II.

Quas conditiones exigit predestinationis effectus.

1. EX praecedenti sectione colliguntur aliqua corollaria, quibus praesenti dubio satisfiet. Primum est, minus propriè nomen effectus predestinationis accepisse Doctores aliquos; putant enim ad illum esse satis, si quomodocumque inuenit ad obtinendam gloriam, quamuis non cauſetur a Deo per efficacem volitionem, & efficax imperium predestinationis efficaciter ordinantis ad gloriam, sed tantum procedat ex intentione communis prouidentiae, qua Deus vult omnes homines saluos fieri, praecipue verò predestinatos.

2. Fortassis autem haec ratio sufficeret, ut esset effectus

6. Omnia ad supernaturalem beatitudinem requisita predestinationis effectus.

7. Non tantum species est rerum genera, sed etiam indiuidua effectus predestinationis.

Causa predestinationis non est illius effectus.

5. Procedentia ex generali prouidentia quatenus sint effectus predestinationis.

effectus predestinationis vagæ, & vniuersalis, qua vult efficaciter Deus, ut aliqui salui fiant virtute illorum mediocum. Quia quantum est ex virtute illorum, praecise considerata, non saluatur hic, aut ille homo in particulari, licet saluetur aliquis vagè. Ceterum, quia talis voluntas Dei sub ea praecisione considerata non appellatur propriè predestinatio; consequens est, ut nec effectus illius, prout est illius, sit propriè predestinationis effectus.

3. Confirmatur primò, quia si praedicta voluntas ita praecisa sufficeret ad constituendos effectus predestinationis; eadem ratione sufficeret ad constituendos predestinatos quoscumque denominaret. Quamobrem omnes homines quantumcumque praesciti, forent predestinati; quia quantum est ex parte voluntatis illius praecise consideratae, non minus destinati sunt effectus illi ad eorum salutem, quam ad salutem electorum.

Confirmatur secundò, nam ex eo praecise, quòd aliquid inuenit ad obtinendam gloriam, non habet rationem effectus, sed potius rationem cauſae, & rationem medij deseruentis ad eum finem (nam inuenire est vel cauſare, vel quomodocumque promouere causalitatem, applicando cauſas, vel ministrando materiam, vel ponendo conditionem requisitam, vel quolibet alio modo.) Restat igitur ut quiddam effectus non oriatur immediatè, & formaliter, nisi ex eo, quòd ab ipsa predestinatione cauſetur.

4. Quapropter auctores illi, quoniam existimant, homines non esse predestinatos ad vitam aeternam, nisi post praecisam cooperationem liberam cum diuinis auxiliis, & finalem perseuerantiam in gratia: vnde necessariò sequitur, solam gloriae collationem, aut etiam mortem in gratia procedere ab efficaci voluntate predestinandi; ne videantur tam longè recedere à comuni, & vera doctrina, si fateantur omnia auxilia, & omnes actus, & habitus supernaturales nequaquam esse predestinationis effectus, inuenierunt illum loquendi modum, quo retinent nomen effectus predestinationis; at verò rem ita respuunt, ut potius dicant esse cauſam predestinationis. Vnde sumitur peculiaris ratio contra illos, quia quòd est cauſa predestinationis, non est effectus predestinationis.

Secundum corollarium est, verè predestinationis effectus esse multa beneficia, quae procedunt ex intentione communis prouidentiae naturalis, aut supernaturalis, & ex antecedenti atque inefficaci voluntate salutis, & ex suo genere communia sunt predestinatis, & reprobis. Nihilominus ea non sunt effectus predestinationis, prout procedunt ab inefficaci voluntate salutis, quae communis est omnibus hominibus, nec prout procedunt ex intentione communis prouidentiae; sed tantum prout procedunt ex efficaci intentione, & imperio predestinationis. Quapropter non solum applicatio meritum Christi Domini, & susceptio Sacramentorum, aut lectio Scripturarum, sed etiam ipsa Incarnatio, Passio, redemptio, Sacramentorum institutio, sacra doctrina, & miracula, & cetera omnia verè, proprièque sunt effectus predestinationis: eos quippe Deus produxit, efficaciter intendens per illos saluare Petrum, Paulum, & ceteros predestinatos in particulari, & nominatim. De quo plura disp. 57. sect. 4. & 5.

6. Tertium est, euenire posse, ut aliquod auxilium gratiae, datum predestinato, non sit effectus predestinationis, quoniam Deus praescit, de facto nihil esse profuturum ad iustificationem, & ad gloriam, ita ut neque virtus illius relicta in alio auxilio, nec memoria, nec aliquid aliud physicè, nec moraliter villo modo proficit: quam ob cauſam tale auxilium non procedit ex efficaci voluntate predestinandi; sed tantum ex antecedenti voluntate salutis, quae tribuit etiam reprobis auxilia: hoc autem rarò, vel nunquam euenire videbimus sequenti disp. 22. sect. 2. versus finem.

7. Quartum corollarium est, omnem effectum predestinationis cuiuslibet singularis predestinati, tam Angeli, quam hominis, esse simul effectum predestinationis Christi Domini, cuius predestinatio est cauſa cuiuslibet predestinationis, ut ostendemus disp. 67. sect. 5. & sequentibus. Quòd autem est cauſa cauſae, consequenter etiam est cauſa effectuum, qui producuntur ab illa cauſa. Cauſarum autem Christus Dominus hos effectus, siue per meritum, passionem, & redemptionem, ut in hominibus, siue per meritum solum sine redemptionis, & passionis necessitate, ut in Angelis, & fortassis etiam in Adamo quantum ad gratiam primam, & iustitiam in statu innocentiae receptam: de quibus non est modò dicendù.

8. Quintum est, aliquod beneficium esse posse predestinationis effectum, licet non fuerit concessum omnibus predestinatis, sed tantum aliquibus, aut etiam vnico tantum singulari, dummodo tribuatur propter efficacem intentionem perducendi ad beatitudinem.

9. Sextum corollarium. Beneficia naturalia, vel supernaturalia iustificationis, & bonorum operum, quae conceduntur plerisque praescitis, quamuis non sint effectus predestinationis illorum, quia predestinati non sunt; nihilominus eadem sunt effectus predestinationis aliorum hominum, ad quorum doctrinam, exemplum, aut gubernationem seruiunt, vel quibus quolibet alio modo profunt, secundum dicta supra disput. 16. sect. 7. praesertim vtilitate 5. & 8.

10. Postremum. Quamuis duo beneficia mutuam causalitatem diuersi generis exerceant (sic gloria est cauſa finalis gratiae; quae tamen est cauſa meritoria, & quasi efficiens eiusdem gloriae) nihilominus vtrumque beneficium esse potest effectus predestinationis, quoniam producitur per efficacem intentionem saluandi personam, cui coſertur.

SECTIO III.

Utrum gloria beatitudinis sit effectus predestinationis.

1. VNUS Durandus 1. dist. 41. q. 2. n. 11. probare nititur gloriam non esse effectum predestinationis propriè sumptam. Probat autem, quia predestinatio, propriè dicta, pro obiecto adaequato respicit tantum media consequenda gloriae, non autem ipsum finem, qui est gloria, quamuis largius accepta predestinatio amplius, ut comprehendat etiam gloriam. Eandem sententiam inter recentiores secutus est Cartagena discursu 3. dub. 2. pag. 45.

2. Nihilominus sit conclusio. Gloria beatificans, & omnes dotes animi & corporis, quae comi

6.

7.

8.

9.

10.

1.

2.

comitantur eam, sunt effectus predestinationis proprie dictæ.

Probatum primò, & simul eueritur prædictum fundamentum Durandi, quia non solum ad gratiam, sed etiam atque potissimum ad finem gloriæ Deus prædestinat: ideoque iuxta prædestinationis acceptionem ab antiquis Patribus, & Scholasticis vñtacam, ex sacris literis depromptam, & quidditati prædestinationis congruentem prædestinatio respicit gloriam tanquam primarium obiectum, sicut probatum fuit disp. 4. sect. 2. Porro prædestinatione sua Deus prædestinat, quæ fuerat ipse facturus, vt Augustinus docet lib. de prædestinat. Sancto. cap. 10. & de bono perseuer. cap. 18. & vidimus disp. 1. sect. 7. dicto 6. ergo prædestinatione ad gloriam Deus prædestinat se facturum esse gloriam: ita prædestinationis huius effectus erit gloria. Confirmatur, quia prædestinatio est gratiæ præparatio, vt ex eodem Augustino vidimus dicta sect. 7. Sed potissima gratiæ præparatio est illa, de qua Matth. 25. Possidete paratum vobis regnum. Maxime cum gloria verè sit gratia tunc etiam, quando retribuitur propter merita, Deo tribuente gratiam pro gratia. Quemadmodum probatum est fufius tomo de voluntate Dei disp. 56. sect. 4. & breuiter supra disp. 4. sect. 2. probat. 6.

3. Probatum secundò, quia licet prædestinatio respiceret solam gratiam, & non gloriam immediatè; saltem mediatè gloria foret effectus prædestinationis ad gratiam, quoniam gloria est effectus ipsius gratiæ. Quare Vazquez disput. 91. cap. 4. n. 20. & disp. 93. cap. 1. initio à vero & communi modo loquendi minus discedit, quam Durandus. Admittit enim gloriam esse effectum prædestinationis; quamvis dicat prædestinationem proprie non esse ad gloriam, sed ad gratiam.

4. Probatum tertio ex Paulo ad Roman. 8. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Quibus verbis vocationem, iustificationem, & glorificationem cum prædestinatione coniungit Apostolus tanquam effectus cum sua prima & præcipua causa, à qua prononunt, & tanquam executionem operis cum efficaci decreto, & intentione illius. Augustinus propterea lib. de corrept. & gratia cap. 9. & post med. prædictum locum ponderans; Illa, inquit, gloria est hic intelligenda, de qua idem dicit: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

5. Opponunt aliqui Doctores in primis, quoniam alia lectio habet, magnificauit, quomodo legit Ambrosius, & verbum Græcum, cui responderet, significat, gloriosum ostendere, & magnificare, & laudibus extollere.

Respondet. In Vulgata Sixti V. legimus glorificauit. Sed quamuis cum aliquibus antiquorum Patrum legeremus magnificauit, verbum hoc significabit gloriam beatitudinis tanto maiori ratione, quam gloriam huius vitæ, quanto magnificentior, & excellentior est dignitas, & splendor beatorum quocumque honore, & gloria viatorum.

6. Opponunt secundò Patres, qui non alterius vitæ beatitudinem intelligunt hoc loco, sed gloriam vitæ præsentis.

Respondetur. Fateor aliquos Patres intelligere gloriam vitæ præsentis; sed illi non excludunt gloriam alterius vitæ: quin potius eam generali-

bus verbis comprehendunt. Quod probo, quia Chrysostomus, Oecumenius, Theodoretus, Theophylact. & Theodulus Episcopus Cæsaryriæ (tomo 6. Bibliothecæ) ita hunc locum explicant, *Glorificauit per donorum largitiones, & filiorum adoptionem.* Theodoretus, *per gratiam Spiritus sancti.* Hieronymus, *in virtutibus grauatum.* Commentarius sub nomine Ambrosij, *per similitudinem Filio Dei, & talem similitudinem, quæ permaneat vsque ad magnificationem, & nihil amplius hi Patres dicunt ad illius verbi explanationem.*

7. Porro his declarationibus tanto maiori iure intelligimus non solum dona præsentis vitæ, sed etiam beatitudinem futuræ, quanto beatitudo maius donum est, magis proprium filiorum, magisque ostendens filiationem Dei, similitudinem cum Filio Dei, & gratiam Spiritus sancti. De hac enim prima Ioan. 3. *Nunc, ait, filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.*

8. Confirmatur primò, nam adoptionem præsentis vitæ manifestè agnoscunt Patres in præcedenti verbo, *iustificauit*; ergo quando additur verbum *glorificauit*, hoc referunt ad ea dona adoptionis, quibus iam non lateat; sed manifestetur omnibus adoptio in hac vita imperfectè, & in futura perfectè.

9. Confirmatur secundò, nam Apostolus loquitur de illa gloria, quæ per se debetur iustificationi, & quæ, completè sine villo prolixo defectu, nec iniustitia, iustificat, & quæ nos perfectè reddit conformes imagini Filij sui; (ex hac enim conformitate tanquam ex fine supremo sumpsit gradationis exordium ibi Paulus.) Hæc autem perfecta conformitas, perfectèque iustitia non est possibilis, nisi per gloriam beatificam.

10. Confirmatur tertio, quoniam illa extrinseca gloria laudis, & magnificæ prædicationis, quæ potest esse in hac vita, valde per accidens, & accessoriè pertinet ad prædestinationem quorundam hominum: proptereaque multis prædicationis negatur; conceditur autem multis reprobis, præcipuè quamdiu sunt in gratia. Paulus autem in præsentis non agit nisi de glorificatione per se, primarièque pertinente ad prædestinationem: iuxta quem modum sequenti cap. 9. prædestinatos appellat vasa, quæ præparauit in gloriam.

11. Confirmatur quartò, quia glorificationem æternæ beatitudinis esse prædestinationis effectum, intelligunt in his verbis Augustinus de prædestinat. Sancto. cap. 17. & serm. 17. de verbis Apostoli, & in præfatione ad vltimum Psalm. versus finem. Fulgentius lib. 1. ad Monim. c. 11. à medio, & in eius loci commentariis Origenes, Beda, Anselmus, S. Thomas, Caietanus, & multi alij expoitores. Fauet etiam Hugo Victorin. in epist. ad Rom. q. 233.

12. Quartò probatur conclusio communi Scholasticorum consensu, ex dicto Pauli testimonio colligentium effectus prædestinationis, inter quos æternam gloriam numerant. Ita D. Thomas hac q. 23. art. 2. corp. & art. 5. corp. Magister 1. dist. 40. lit. D. Albertus 1. part. q. 63. memb. 1. versus finem, Alexander 1. part. q. 28. memb. 4. art. 2. Ricard. 1. dist. 40. art. 1. q. 1. corp. & dist. 41. art. 1. q. 1. & art. 2. q. 1. Marsilius 1. q. 41. art. 1. notab. 2. 3. & 5. Gabriel dist. 41. q. vnica, artic. 3. dub. 1.

dub. 1. vbi Gregor. art. 1. Capreolus dist. 40. q. vnica, art. 1. conclus. 2. sine. Soto in digressionem ad Roman. 9. dum oppugnat secundam opinionem, Driedo de concordia liberi arbitrii, cum prædest. 1. p. cap. 1. dum definit prædestinationem specialiter acceptam: communiter Thomistæ in præfenti q. 23. art. 2. vbi Caiet. Molina; Zumel, & alij art. 5. Vazquez disputat. 91. cap. 4. & 93. cap. 1. Suar. lib. 3. de prædestinat. cap. 3. Valentia 1. part. q. 23. punct. 3.

13. Probatio ratione. Quintò probatur ratione desumpta ex generali definitione præcedentium sectionum: effectus enim prædestinationis est ille, qui à Deo causatur per volitionem, & imperium efficacis prædestinandi; sed hoc modo causatur gloria: igitur gloria est effectus prædestinationis.

Confirmatur primò, quia gloriam esse prædestinationis effectum, firmum est, & constans, licet de reliquis omnibus effectibus, sicut de vocatione, & iustificatione dubitetur, an sint effectus prædestinationis. Nam de iustificatione & vocatione propterea fortasse dubitaret aliquis, quoniam existimaret, neminem prædestinari ante præuisam vocationem, & iustificationem perseuerantem vsque ad mortem. Cæterum nullus potest dubitare, quin prædestinentur homines ante præuisam gloriam, atque ita prædestinentur, vt gloria causetur ex efficaci intentione prædestinationis ad gloriam.

Confirmatur secundò, quia gloriam esse prædestinationis finem, nihil obest, quominus sit prædestinationis effectus: quin potius, excepto vltimo fine, qui est diuina bonitas, quicumque alter finis diuinæ prouidentia causandus est ab eadem prouidentia.

DISPUTATIO XXII.

Vtrum gratia sit effectus prædestinationis.

SECTIO I.

De gratia in communi.

1. Gabrielis opinio. INGVLARIS est in hac re opinio Gabrielis, quæ quantum fieri potest pugnat cum singulari opinione Durandi nuper exclusâ. Sicut enim Durandus solam gloriam excipit, ne sit effectus prædestinationis proprie sumptæ; ita Gabriel 1. dist. 41. q. vnica, artic. 3. dub. 1. ait, solam gloriam esse effectum prædestinationis proprie sumptæ; sed media gratiæ, quæ requiruntur ad gloriam, non esse effectus prædestinationis: quoniam proprie sumpta prædestinatio est finis non mediorum. Quæ opinio melius coheret cum sententia eiusdem Gabrielis, & aliorum dicentium, prædestinationis causam esse præuisa opera gratiæ, sicut notauimus disp. præced. sect. 1.

2. Gratia effectus prædestinationis. Nihilominus sit conclusio. Gratia, siue homini realiter inhærens, siue extrinsecus adiuuans, vel excitans, est effectus prædestinationis. Probatum verbis Pauli Roman. 8. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit; sub quibus verbis comprehendit quodcumque genus gratiæ. Nam gratia excitans per-

tinet ad vocationem, de qua dicemus sect. 2. sed gratia adiuuans pertinet ad iustificationem, proximè disponendo ad illam, & producendo actus, & habitus, quibus iustificamur, qui præcipuè intelliguntur. Quapropter omnes Patres citati disputat. præcedenti sect. 3. & confirmatione 3. varias partes gratiæ commemorant ad explanationem vtriusque vocis *vocauit*, & *iustificauit*, & aperte asserunt iustificationem, & gratiam prouenire à prædestinatione vt à causa. Similiter Doctores Scholastici locis citatis in eadem sect. 3. probatione 4. omnes, præter Gabrielem, dicunt effectum prædestinationis esse gratiam, siue iustificationem: ex quibus S. Thomas, Magister, & quidam alij manifestè explicant auxilian-tem gratiam.

SECTIO II.

Vocationem esse prædestinationis effectum.

2. Perpicuè, manifestèque docent Scholastici Doctores vocationem esse prædestinationis effectum. Ita Albertus 1. p. q. 63. memb. 1. sub finem, & memb. 2. Gregor. dist. 41. q. vnica artic. 2. colum. 4. dicens esse communem sententiam Sanctorum, & Scholasticorum, & artic. 1. circa medium. Capreolus dist. 40. q. vnica conclus. 2. sine. Marsilius q. 41. art. 1. notab. 5. Driedo de concordia liberi arbitrii. cum prædestinat. p. 1. cap. 1. prope initium. Camerar. dialogo de prædestinat. c. 1. §. 3. sine; & communiter recentiores, vt Molina q. 23. art. 2. disp. 3. vbi Zumel q. vnica, in 2. notab. & conclus. 1. Cartagena discursu 3. prope finem, Vazquez disp. 93. c. 1. Suar. lib. 3. de prædestin. c. 6. Valentia q. 23. punct. 3.

3. Præterea colligitur efficaciter ex reliquis Scholasticis, quos citauimus disput. præcedenti, sect. 1. Sub illa quippe generali ratione boni conducentis ad salutem comprehenditur vocationem, sine qua non est possibile salutis exordium adultis. Colligitur etiam ex authoribus citatis in eadem disput. 21. sect. 3. versus finem; inter quos S. Thomas hac q. 23. art. 5. ipsam quoque præparationem ad gratiam dicit esse prædestinationis effectum. Prima verò præparatio fit in nobis per vocationem. Qua ratione dixerat in art. 2. vocationem esse executionem prædestinationis. Executio autem quælibet est effectus illius prouidentia, cuius est executio. Qua ratione colligitur idem ex Caietano, & aliis Thomistis ibidem citatis. Ricardus 1. dist. 41. art. 2. q. 1. magis explicuit vocationem, dicens: *Quidquid prouenit in salutem, etiam quantum ad initium, esse prædestinationis effectum.* Salutis autem initium à vocatione sumi, docet Tridentinum sess. 6. c. 5. post alios plurimos Patres. Magister, S. Bonauent. & quidam alij Scholastici nulla limitatione restringunt generalem regulam, qua docent, gratiam esse effectum prædestinationis: constat autem vocationem esse gratiam. Ideoque prædicti Doctores non meminere vocationis, quoniam eam comprehendit generale nomen gratiæ.

Probatum testimonio Pauli semper ad effectus prædestinationis adducendo: *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit. Et istud vobis debemus, secundum propositum. Sunt enim & alij vocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum vocati.* Ita scribit

scribit Augustinus epist. 106. ad Bonifac. colum. 9. & de corrept. & grat. cap. 7. in medio, & lib. 5. contra Iulian. cap. 3. longè post medium. Quibus in locis ad verbum illud, *vocavit*, Augustinus adiungit expositionem illam. Sed aliis plurimis in locis docet, vocationem secundum propositum esse propriam prædestinatorum, & à Dei prædestinatione causari. Quia ratione antonomasticè *vocati* nominantur electi, & eo nomine distinguuntur à reprobis. Quemadmodum 1. Corinth. 1. *Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis*, &c. Quem locum ponderat Augustinus de prædestinat. Sanctior. cap. 16. & 17. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 9. sine, & ad capitula Gallor. respons. 5. Quibus similia de vocatione secundum propositum scribit Augustinus lib. 13. de Trinit. cap. 16. propius ad princip. quam ad medium, & lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 9. & lib. 1. ad Simplician. q. 2. multo propius ad med. quam ad princip. & lib. de corrept. & grat. cap. 12. non procul à principio, de vocatione sine penitentia: de qua etiam tractat lib. de bono perferuerant. cap. 17. sub initium, & Prosper ad obiectiones Vincentianas, responsione 12. initio.

Has peculiare vires vocationis, quæ est effectus prædestinationis, agnovit etiam Chrysostomus 1. Thessalon. 1. sine, hom. 3. colum. 2. tractans illud Apostoli: *Vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute*; necnon 2. ad Timoth. 1. homil. 2. colum. 2. ponderans illud: *Vocavit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam.*

Sed de vocatione secundum propositum magis ex professo tractauimus supra disp. 8. sect. 11. Nunc autem ponderandum est, nihil aliud esse, quod hanc vocationem faciat esse propriam prædestinatorum, nisi quod illa procedat ab efficaci Dei proposito, quo prædestinare vult aliquem in gloriam. Est igitur hæc vatio prædestinationis effectus. Quapropter iuxta prædictam proprietatem, & acceptionem Pauli, nec illa vatio congrua, & opportuna, quæ sortitur effectum iustificationis in plerisque præscitis, est vatio secundum propositum, quia non procedit ab eo proposito, quod causat, vt vocatis omnia cooperentur in bonum, & adiuuent ad obtinendum vitam æternam.

Ratione verò probatur, quoniam, vt vidimus disp. præcedenti sect. 1. & 2. quidquid de facto conducit ad obtinendam vitam æternam, & procedit ex efficaci voluntate prædestinandi, est effectus prædestinationis: vatio autem eo gradu conducit, vt adultis absolutè necessaria sit, & sine illa non possint iustificari, nec ad vitam æternam peruenire. Vnde consequens est, vt ex efficaci voluntate prædestinandi procedat, vocationem tribuere prædestinatis. Quilibet enim efficaciter intendens aliquem finem, propter illum adhibet media simpliciter necessaria, ad eum per se conferentia.

Confirmatur, quia perfectior erit modus prouidendi vocationem prædestinato tribuere propter efficacem intentionem perducendi eum ad gloriam, quam tribuere propter inefficacem intentionem, quia Deus vult omnes homines saluos fieri, quæ maior perfectio sæpe iam probata fuit in generali modo prædestinandi ante præuisa opera, præsertim disp. 12. sect. 1.

Circa doctrinæ præcedentis amplitudinem occurrunt quatuor obseruatione digna.

Primum est, integram, & completam vocationem constare duplici parte, veluti corpore, & anima; quæ coalescit in ens vnicum vnitatem morali, constat enim exteriori, & interiori vocatione. Tota igitur integra vatio cum vtraque sui parte prædestinationis effectus est. Vatio interior continet illustrationem intellectus, & suauitatem voluntatis, à quibus tanquam ab anima vitales vires accipit exterior vatio, quæ sit per Scripturas, aut verbi diuini prædicationem, aut priuatas exhortationes, miracula, exempla, correctiones, beneficia, & flagella.

Quod autem hæc exterior vatio comprehendatur etiam sub effectu prædestinationis, probatur, nam comprehenditur etiam sub nomine gratiæ, cuius præparatio est prædestinatio. Sic enim Apostolus 2. Cor. 1. *Hæc, inquit, confidentiam volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis.* Nam prior gratia fuerat epistola, secunda verò gratia foret præsentia Doctoris, vt exponunt ibi Chrysostomus, Theodoretus, & Hieronymus, & significat Ambrosius; Anselmus autem lib. de concordia prædestinat. cum libero arbitrio cap. 3. inter principium & medium: *Prædicantes, inquit, non sunt, nisi mittantur; sed quod mittantur, gratia est. Quapropter prædicatio gratia est, quia gratia est, quod descendit ex gratia.*

Confirmatur primò, quia propter eminentiam prædicationis de Christo Domino prædictum fuit Psalm. 44. *Diffusa est gratia in labijs tuis. & expletum Luca 4. Mirabantur in verbis gratia quæ procedebant de ore eius.*

Confirmatur secundò, nam vniuersaliter naturalia, & corporalia beneficia quælibet, prædestinatis collata, vocari posse gratiam, & esse prædestinationis effectus, probabitur efficaciter infra disputat. 24. sect. 7. circa primum argumentum.

Confirmatur tertio, quia vocationem exteriorem Augustinus commemorat lib. 83. quaest. q. 68. longè post medium, dicens: *Nec velle quisquam potest, nisi admonitus, & vocatus, sine intrinsecus, vbi nullus hominum videt, sine extrinsecus per sermonem sanantem, aut per aliqua signa visibilia.* & lib. 1. ad Simplician. quaest. 2. prope initium, Cornelium dicit nullo modo crediturum fuisse, *nisi vel secretis per visa mentis, aut spiritibus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur.* Quibus consonat lib. de Spiritu, & litera, c. 34. & in Psalm. 102. ad illud: *Miserator, & misericors Dominus.*

Frequentior autem, & copiosior est Prosper in exponenda vocatione exteriori, variisque modis vocandi, præcipue lib. 2. de vocat. gent. cap. 4. 26. & 33. & ad capita Gallor. respons. 5. Sufficiat aliquid recitare ex prædicto cap. 26. sub initium. *Gratia Dei in omnibus iustificationibus principaliter præeminet, suadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando.* & post pauca: *Quæ opitulatio per innumeros modos, sine occultis, sine manifestis, omnibus adhibetur.* Obserua non tantum interiores & spirituales, sed etiam sensibiles, & exteriores effectus, quos operatur gratia. Vnde cum gratia electorum sit effectus prædestinationis, cõsequens erit etiam tales effectus

6. Quatuor notanda.

7. Vatio exterior prædestinationis effectus.

9. Vatio exterior.

10.

4. Vatio secundum propositum.

5. Vatio conducit ad obtinendam vitam æternam.

sensibiles, quando per illos vocantur electi, esse prædestinationis effectus.

Secundum obseruatione dignum est. Vocationem, vt antecedit consensum nostræ voluntatis, esse effectum prædestinationis, certius est, quam esse effectum prædestinationis consensum liberum, per quem vocationi obtemperamus, de quo dicendum est sect. 4. Ratio autem est, quoniam quæ sunt in nobis sine nobis, hoc est, sine consensu libero, ea totaliter tribuuntur Deo, & eius prædestinationi, ita vt nullo modo tribui possint libertati nostræ.

Tertium. Omnis & sola vatio, quæ re ipsa sortitur effectum iuuandi ad consecutionem gloriæ, est effectus prædestinationis. Probatur, quia quæ re ipsa non sortitur effectum, non tribuitur à Deo ex efficaci intentione gloriæ, aliàs frustraretur diuina intentio efficax; & quæcumque vatio re ipsa iuuat, & à Deo tribuitur ex intentione efficax gloriæ. Sic videtur sentire Albertus 1. p. q. 63. memb. 2. post medium: traditque fusiùs Vazquez disp. 93. c. 1. per totum. Confirmari potest, quoniam prædestinatorum propria est vatio secundum propositum: hæc autem semper sortitur effectum, vt vidimus ponderantes locum Rom. 8.

Quartum. Ex præcedenti doctrina colligit aliquis fortasè, nonnullas vocationes prædestinatorum non esse prædestinationis effectus, quia multis vocationibus prædestinati resistunt. Nilominus existimo, vel nullam, vel raram vocationem tribui prædestinato, quæ non sit effectus prædestinationis: quoniam omnes vocationes, etiam illæ, quibus prædestinati resistunt, sortuntur aliquem effectum, siue disponendi ad sequentes vocationes, vt illis facilius consentiat prædestinatus, siue vt memoria præcedentium vocationum, quibus resistit, confusionem pariat, & animum obtemperandi; vt Augustino contigit in lib. 8. Confession. à cap. 8. præsertim illis verbis c. 12. *Quamdiu, quamdiu? Cras, & cras?* Siue quia vocationum omnium collectio tribuitur à Deo eo sine, vt sub illa collectione infallibilis sit conuersio, vim habens cuiusdam compulsionis moralis. Durius est enim contra repetitos, & crebros stimulos calcitrare.

Dices. Saltem vatio, cuius fructus amittitur per mortale peccatum, non erit effectus prædestinationis: quoniam illa licet fuerit utilis ad gratiam, non tamen utilis fuit ad gloriam. Respondetur. Quin potius etiam illa utilis fuit ad gloriam, quoniam illius effectus, per mortale peccatum mortificatus, reuiuiscit postea per penitentiam, vt dicemus de iustificatione infra sect. 7.

SECTIO III.

Utrum preparatio Dei, vt concurrat nobiscum ad supernaturales actus, sit effectus prædestinationis.

PRO parte affirmatiua arguitur primò; quia quidquid re, & effectu iuuat, vt prædestinati beatitudinem allequantur, est effectus prædestinationis, supra disp. 21. sect. 1. Sed hæc preparatio Dei est, quæ maximè iuuat: ergo est effectus prædestinationis.

Secundò, quia quæcumque gratia iuuans, & quodcumque auxilium sufficiens ad gratiam est

effectus prædestinationis, vt probatum est sect. 1. sed primum, & maximum auxiliorum, & maxima gratia adiuuans est prædicta preparatio Dei: ergo est effectus prædestinationis.

Tertio, quoniam media requisita ad obtinendum finem gloriæ, sunt effectus prædestinationis; sed preparatio concurrenti nobiscum, est medium simpliciter necessarium: ergo est effectus prædestinationis.

Quartò. Quamuis Deus paratus sit etiam concurrere cum reprobis ad actiones supernaturales; hæc preparatio prouenit à sola prouidentia communi, & antecedenti voluntate, qua vult omnes homines saluos fieri; sed preparatio, qua Deus paratus est concurrere cum prædestinatis ad actiones supernaturales, prouenit in Deo non solum ex communi prouidentia, & voluntate antecedenti, sed etiam ex efficaci voluntate perducendi ad beatitudinem hos homines: quare talis preparatio Dei effectus erit prædestinationis efficax ad gloriam.

Quintò arguitur, nam si aliqua ratio posset obitare, quominus illa promptitudo foret effectus prædestinationis, maximè quoniam illa promptitudo non est in prædestinatis, sed in Deo. Hæc autem ratio non sufficit, nam orationes Sanctorum, exhortationes, ac sollicitudo Angli custodis, atque Prælati, non sunt in homine prædestinato, sed extra eum, & tamen sunt effectus prædestinationis illius, infra disp. 25.

Propter hæc aliqui recentiores absolutè afferunt, preparationem Dei, vt nobiscum concurrat, esse effectum prædestinationis. Qui Doctores non tam re, quam modo loquedi à veritate discedunt, cum agnoscant non esse realiter, & verè effectum.

Sit igitur prima conclusio. Preparatio Dei, vt cū prædestinatis concurrat ad supernaturales actiones, absolutè non est effectus prædestinationis.

Probatur primò, nullus enim actus Dei potest esse verè, & realiter effectus; sed preparatio Dei est actus liber Dei: ergo non potest esse verè, & realiter effectus. Maior euidens est, quoniam si esset effectus, esset aliquid creatum: at omnis actus Dei est increatus. Minor probatur, quia preparatio Dei est actus diuinae voluntatis volentis concurrere, & imperium diuini intellectus, applicans hanc volitionem.

Probatur secundò, quoniam prædestinationis pars non est effectus prædestinationis; sed hæc preparatio est pars prædestinationis. Prædestinatio namque non solum est voluntas tribuendi finem, sed etiam voluntas tribuendi media, supra sect. 1. at hæc preparatio concurrenti est voluntas tribuendi media.

Secunda conclusio. Secundum rationem, atque secundum quid est effectus prædestinationis prædicta preparatio Dei, quia secundum rationem procedit ab electione efficaci ad gloriam eo modo, quo in Deo volitio efficax mediatorum procedit ab efficaci intentione finis.

Dices. Hæc promptitudo concurrenti nobiscum erat ante electionem efficacem ad gloriam in eo signo rationis, quo intelliguntur omnes homines voluntate antecedenti ordinati ad gloriam: ergo neque secundum rationem procedit ex electione huius hominis ad gloriam. Respondetur, concesso antecedenti, distinguendo consequens: pro cuius explicatione statuuntur tertia, & quarta conclusio.

11. Vatio, vt antecedit consensum.

12. Quæ sortitur effectum.

13. Vatio cui resistit prædestinatus.

2.

3.

4. Absolutè non est effectus prædestinationis.

5.

6. Secundum quid est effectus.

7.

1. Affirmatiua partis fundamentum 1.

8. Sit igitur tertia conclusio. Præparatio Dei concurrendi cum prædestinatis, si consideretur præcisa à circumstantiis, sub quibus, vult concurrere, vt sic nullo modo est effectus prædestinationis efficacis; sed pertinet ad supernaturalem prouidentiam communem cunctis hominibus, vt probat præcedens obiectio.

9. Quarta conclusio. Præparatio concurrendi, prout est coniuncta cum talibus circumstantiis, & tali modo concurrendi, quibus est infallibile prædestinatum percuturum esse ad gloriam, procedit ab efficaci intentione gloriæ, & est quodammodo effectus illius secundum rationem.

10. Ad argumenta primæ sententiæ vniuersaliter respondeo, probare solummodo conclusionem secundam & quartam. Sed quatenus oppugnare videntur primam conclusionem, respondeo

Ad primum: Quidquid re, & effectu iuuat, vt prædestinati beatitudinem consequantur, est effectus prædestinationis, nisi fuerit ipsa prædestinatio, quæ maximè iuuat, & tamen non est effectus sui; hæc autem præparatio Dei est ipsa prædestinatio, vel illius pars.

Ad secundum similiter responderetur. Auxilium, & gratia certa, effectus est prædestinationis; sed increata gratia, & increatum auxilium, quod est præparatio Dei, est ipsa prædestinatio, non illius effectus.

Ad tertium responderetur. Præparatio Dei non est medium ad finem propriè, sed est voluntas dandi media ad finem.

11. Ad quartum respondeo probare conclusionem quartam, & nihil aliud.

Ad quintum responderetur. Quæ sunt entia creata, quamuis homini prædestinato non insint, sed extra illum sint, possunt esse realiter effectus prædestinationis; sed quod est ens increatum, nequit esse prædestinationis effectus. Cuius ratio non accipitur ex eo quod extra prædestinatum sit, sed ex eo quod non potest effici, quod increatum est.

12. Appendix verò sit ad præcedentem discursum, non solum esse prædestinationis effectum ipsum auxilium collatum, sed etiam modum, atque mensuram, per quam relicto non solum auxilio sufficienti, sed etiam dato maiori auxilio, negatur illa copia diuini auxilij, per quam facile, sine molestia, & defectibus leuioribus, prædestinatus resisteret tentationibus. Hoc enim modo Deus solet aliquando prædestinatos deserere, vt eos tenter, ita tamen vt faciat cum tentatione prouentum; nec eos damnari permittat. De quo videri potest Chiaconius in annotationibus ad Cassian. proposit. 11.

SECTIO IV.

*Vtrum actiones supernaturales, qua ratione procedunt à libero arbitrio, sint effectus prædestinationis.*

1. PRIMò, quia certum est, actiones supernaturales esse effectus prædestinationis, qua ratione sunt ab auxilio naturali, & à Deo quasi à principali agente; ideo non querimus, nisi de actione naturali, quatenus procedit à libero arbitrio.

2. Secundò certum est actionem supernaturalem totam esse à Deo, & totam esse à libero arbitrio, ita vt nulla pars illius actionis sit à Deo, quæ

non sit à libero arbitrio, nec econtrario: imò omnes formalitates eiusdem actionis causantur à Deo, & à libero arbitrio. Quin etiam in tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 10. probatum fuit ex vtriusque causa concursu coalescere vnicam, & simplicem formalitatem actionis totalis, & integræ, qua supernaturalis operatio pendet à Deo, & pendet à libero arbitrio; sed de hoc parum est curandum in presenti, dummodo certum sit actionem supernaturalem pendere à libero arbitrio, non vt à causa totali, sed à partiali minus principali, & eandem pendere à Deo, vt à causa principali; verum non totali, sed partiali. Quo supposito, queritur, vtrum hæc formalitas dependentiæ à libero arbitrio, vt à partiali causa, sit effectus prædestinationis à Deo procedens, vt à causa efficienti per intentionem efficacem gloriæ.

Tertiò certum est, in sensu reduplicatiuo falsam esse hanc propositionem: *Actio supernaturalis qua ratione procedit à libero arbitrio, est effectus prædestinationis*; quoniam sensus reduplicatiuus affirmat procedere à libero arbitrio esse formaliter idem, quod procedere à prædestinatione, siue esse effectum prædestinationis. Constat autem diuersas formalitates esse, effectum prædestinationis esse à Deo procedentem, & procedere à libero arbitrio. Quantum ad hoc rectè sentit Molina quæst. 23. art. 5. disp. 1. memb. 9. post medium, & memb. 10. §. nos diximus, dum ait, actiones supernaturales ex eo præcisè quod sint à libero arbitrio, non habere quod sint effectus prædestinationis. Quo supposito vterius inquirendum restat, vtrum ipsum procedere à libero arbitrio, sit causatum à prædestinatione: in qua questione dictiones, *in quantum, sub ratione, quatenus*, & similes accipientur à nobis deinceps in sensu specificatiuo, non in sensu reduplicatiuo.

Quartò certum est concursus liberi arbitrij formaliter sumptum sub ratione concursus esse effectum Dei propter quatuor rationes.

Prima, quia Deus causa est nostri liberi arbitrij.

Secunda, quoniam eius generalis concursus est simpliciter necessarius, vt nos possimus concurrere.

Tertia, quia per supernaturalia auxilia Deus inuitat, excitatque nostrum arbitrium, vt concurrat.

Quarta, quoniam per auxilia supernaturalia cooperatur nobiscum. Adhuc tamen ex his non constat, concursus nostrum esse effectum prædestinationis; hæc enim omnia vera sunt etiam in eorum sententia, qui dicunt, nullius hominis prædestinationem constitutam esse ante præuisa opera: in quorum sententia concursus liberi arbitrij ad actiones supernaturales non erit propriè effectus prædestinationis; quoniam non procedit à voluntate efficaci conferendi gloriam. Ij Doctores reperientur citati supra disputat. 7. sect. 1.

Sit igitur conclusio. Actiones supernaturales non solum, qua ratione procedunt à Deo per auxilia supernaturalia, sed etiam qua ratione procedunt à libero arbitrio creato, sunt effectus prædestinationis, ita vt etiam ipsa partialis formalitas, quæ est liberè concurrere, secundum totam suam essentiam specificatiue sit effectus causatus à diuina prædestinatione.

Prima

Preparatio præcisa à circumstantiis non est effectus prædestinationis.

Coniuncta cum illis effectus.

10.

11.

12.

Actio tota à Deo, & tota à libero arbitrio.

3. Quid in sensu reduplicatiuo.

4. Concursus liberi arbitrij sub ratione talis effectus Dei.

5. Actio qua ratione procedit à libero arbitrio effectus prædestinationis.

Prima ratio conclusionis est, quoniam Deus non solum adiuuat liberum arbitrium, nec vt cumque mouet, ac excitat, sed etiam tali auxiliorum pondere, & opportunitate mouet, liberum arbitrium prædestinatorum, cui certò scit fore, vt non resistat, sed liberè præstet suum concursum. Hoc autem Deus efficit ex efficaci intentione prædestinationis ad gloriam: ergo etiam partialis formalitas, quæ est concursus liberi arbitrij, secundum totam suam essentiam causatur à prædestinatione diuina. Antecedens probatur ex modo loquendi Scripturæ, Conciliorum, & sanctorum Patrum, quod Deus det, ac præstet, vt velimus, faciaturque, vt faciamus. Quod ex cap. 6. Ioannis 2. ad Thessalon. 1. Ephes. 1. & Ezechiel. 11. necnon ex Augustino, Hieronymo, Prospero, & Fulgentio ostendemus infra disp. 27. & 28.

6. Nunc sufficiat Cælestinus Papa epist. 1. ad Episcopos Galliarum, c. 12. dicens: *Deus agit in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus.* Quæ eadem sententia colligitur ex toto Concilio Araucan. I. sed clariùs habetur in cap. 23. & 25. Fauetque Concilium Mileuitanum cap. 4. dicens, *gratiam dari, vt diligamus facere.* Denique variis modis loquendi sanctorum Patrum idem significatur: quemadmodum apud Isidorum lib. 2. de summo bono, cap. 6. initio: *Prædestinatio facit sequi superna, & interiora.* Apud Augustinum, Prosperum, & Hilariem: *Facit, vt credam, & perseuerem.* Apud Leonem: *Deus dat, vt prædestinati operentur quod ipse operatur.* Similia reperuntur apud Gregor. Bernard. Anselmum, Concilium Valentinianum, Athanas. Ambros. Glossam, & alios, quos retulimus supra disp. 10. & 11.

7. Prædestinatio Deus singulari operatione liberat.

Secundò probatur ex dictis præcedenti tomo de prouidentia, disputat. 6. & sequentibus vsque ad 13. Quamuis enim Deus poterit solummodo vagè, & in generali, non autem in particulari cum omnibus circumstantiis prædestinare bonas operationes prædestinatorum, sicut probatum est ibi tota disp. 8. poteritque consequenter non prædestinare mortem prædestinati, quousque præuideret vt absolute futuram eius penitentiam, & gratiam in tali tempore; nihilominus de facto prædestinavit singulas operationes liberas in particulari cum omnibus circumstantiis: quemadmodum probatum est in eodem tomo de prouidentia tota disp. 9. quam confirmant disp. 10. & 11. Colligitur autem hæc eadem prædestinatio ex dictis supra disput. 8. 10. & 11. Rationis autem summa est, quia modus hic prouidendi nihil impedit libertatem, supposita scientia conditionata, & aliunde maiorem perfectionem exercet bonitatis, sapientiæ, & omnipotentie magis ostensiuam, & specialis amoris, quo suos filios prosequitur.

8. Tertiò probatur, quia quilibet bonas voluntates, & quilibet opera pietatis à Deo fuisse prædestinata, & eius prædestinatione causari, S. Augustinus docet frequenter lib. de prædestinat. Sanctor. & lib. de bono perseuerant. & lib. de corrept. & grat. & alij multis libris, & epistolis. Quem in hoc dogmate sequuntur Prosper ad cap. 14. & 15. Gallor. & ad obiectiones Vincent. respon. 11. & 12. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 9. post medium, & in fine, & c. 13. circa medium, & cap. 14. ante medium, & cap. 24. & 29. ad finem. Concilium Valentinianum III. cap. 3. & author Hypognost. lib. 6. colum. 2. & 3. Quin etiam Chrysostomus Ephes. 1. sermone 1. Ruiz de Prædestinatione.

Deus, inquit, *prædestinavit ad hoc, vt credam.* Colligitur idem ex cap. 22. Actorum: *Deus præordinauit te, vt cognosceres veritatem, & videres iustum.* Laurentius Iustin. in fasciculo amoris c. 17. inter princip. & medium: *Electio, inquit, meritorum nostrorum causa est.*

Aduersus hanc & omnes probationes istius conclusionis obicere poteris, omnia illa testimonia Patrum esse generalia quibuslibet operibus pietatis, & iustificationis, quæ multoties reperiuntur in reprobis; sed quæ reperiuntur in reprobis, non sunt effectus prædestinationis propriè, & strictè sumptæ, de qua in presenti loquimur: ergo per illa testimonia non probantur effectus prædestinationis propriè, & strictè sumptæ. Maior constat, quia quilibet opera pietatis prædestinari, docent Patres citati, similiterque docent omnia prædestinari, & Deum præstare, & efficere, vt nos illa velimus, & faciamus, & totum opus pietatis esse donum Dei.

9. Obiectio.

10. Solutio.

Respondetur. Quamuis omnes eiusmodi locutiones immediata consequentia nihil aliud probent, nisi quilibet pietatis opera esse effectus Dei per gratiam, & prædestinationis largè sumptæ; addito tamen alio principio, probant esse effectus prædestinationis propriè, & strictè sumptæ, quando referuntur ad opera electorum. Quidquid enim gratiæ Deus reprobis concedit per generalem prouidentiam, & antecedentem voluntatem salutis, suis electis præstat per efficacem voluntatem prædestinationis, si præcognoscit illis esse profuturum. Nihil enim est, quod prohibeat, ne per hanc efficacem intentionem prædestinandi concedat, & operetur: quin potius inde magis commendatur amor Dei erga suos filios donando hereditate perpetua, & regni consortio, maioremque perfectionem exercet, ac ostendit sapientiæ, bonitatis, & potentia Dei, sicut paulo superius dicebamus.

Confirmatur, quia nisi Deus sua prædestinatione causaret vt liberum arbitrium adhiberet suum concursus cum diuina gratia, sequeretur discrimen prædestinatorum à reprobis non prouenire à diuina prædestinatione, sed à libero arbitrio cooperante cum generali prouidentia, quæ communis est etiam reprobis. Consequens autem esse falsum constat ex dictis tota disputat. 8. præsertim sect. 6. & disputat. 18. sectione 1. probatione 6.

11.

Quartò probatur conclusio, nam supernaturales operationes secundum totum, quod requiritur, vt sint meritoria, sunt dona Dei: ergo secundum idem totum efficiuntur à Deo per gratiam. Sed vt sint meritoria de congruo, vel de condigno, requiritur, eas procedere ab arbitrio liberè concurrente: igitur etiam concursus liberi arbitrij est effectus Dei per gratiam. Primum illud antecedens traditur à Tridentino sess. 6. cap. ultimo prope finem, vbi: *Tanta est, inquit, Domini erga omnes homines bonitas, vt eorum velit esse merita, que sunt ipsius dona.* Quam sententiam accepit ex Cælestino I. epist. 1. cap. 1. 2. & ex Augustino epist. 105. paulo ante medium, & epist. 106. colum. 4. & in Psalm. 70. concione 2. ad illud, *Potentiam tuam, & iustitiam tuam, &c.* & lib. de grat. & libero arbitrio cap. 6. 8. & 9. & lib. de corrept. & grat. cap. 13. & tract. 3. in Ioannem circa medium, & in Enchirid. cap. 106. & 107. Leo I. epist. 48. ad Nicætam Aquileien. colum. 2.

12. Supernaturales operationes dona Dei.



Fulgentius in prologo librorum ad Mominum inter med. & finem, & lib. 1. c. 10. & 11. & lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 23. ad finem. Gregor. lib. 18. moral. cap. 22. à medio; Anselmus lib. de concordia prædestinat. cum lib. arbit. c. 3. col. 3. Bernard. tract. de grat. & libero arbit. duabus postremis columnis, & serm. 1. de Annunciat. sub initium, & serm. 5. in Vigilia Natiuitat. in med. quorum verba retulimus tomo de volunt. Dei disput. 56. sect. 2. in argument. 3. & sect. 4. in sexta gratia.

13. *Reprehenditur Catherinus.* Vnde constat, quantum aberrauerit à vera notitia scriptorum Augustini Catherinus lib. 1. de prædestinat. cap. *argumentantur ergo*, pag. 43. reprehendens Scholasticos, eo quod non animaduernerint, apud Augustinum prædestinationem esse præscientiam donorum Dei tantum, quæ ipse facturus est, non verò nostrorum operum. Mirandum est enim, ex tot locis Augustini citatis in hac & præcedentibus probationibus nullum obseruasse, in quo Augustinus diceret, merita nostra esse dona Dei, & Deum facere, vt faciamus, & bonas voluntates prædestinare, aliâque similia, quæ pöderabimus statim.

14. *Totum Dei in bonis, & nihil nostri.* Quintò probatur, quoniâ in quibuslibet operibus, vtilibus ad salutem, totum est Dei, & nihil omnino nostrum est, nisi propter Deum principaliter operantem, & donantem, vt sit nostrum; sed concursus etiam, prout procedit à libero arbitrio, est aliquid: ergo illud non est nostrum, nisi propter Deum principaliter operantem, & donantem, vt sit nostrum. Hoc autem in prædestinationis operabitur per efficacem intentionem prædestinationis, quoniam est medium per se requisitum ad finem prædestinationis. Quod autem nihil sit nostrum, sed totum sit Dei, probabitur ex Scriptura, & Patribus infra disput. 27.

15. *Liberi arbitrij cooperatio etiam vt ab eo procedat ad salutem necessaria.* Confirmatur, ipsa quippe cooperatio quatenus procedit à libero arbitrio, est per se necessaria, vt adulti consequantur iustificationem, & gloriam: ergo est per se & efficaciter inuenta, prædefinita, & præparata per Dei prædestinationem, per quam Deus efficaciter vult, vt arbitrium liberè cooperetur ad credendum, sperandum, poenitendum, & amandum. Quapropter hæc cooperatio, prout est à libero arbitrio, est effectus prædestinationis.

16. Sextò probatur, nam cooperatio liberi arbitrij ad supernaturales actus, est entitatiuè, & quidditatiuè supernaturalis; identificatur enim realiter cum toto actu, & cum supernaturali concursu Dei, & procedit ab arbitrio secundum potentiam obedientialem cleuato. Igitur ea cooperatio procedit à Deo, prout est author supernaturalis. Cùm autem in mediis, & meritis prædestinatorum, supernaturalis author operetur cum certissima scientia consecutionis effectuum, operabitur ex efficaci voluntate, & intentione prædestinationis: ac proinde cooperatio arbitrij erit effectus prædestinationis.

17. Septimò probatur, quia Theologi multi dicunt opera bona non solum vt procedunt à Deo, sed etiam vt procedunt à libero arbitrio, & ipsum non repugnare auxiliis Dei, esse effectum prædestinationis: vt Scotus 1. dist. 41. §. *sed contra i stud.* & dist. 47. fine, & quodlib. 14. dum agit de secundo principali; Greg. 1. dist. 41. q. vnica, art. 2. col. 4. ex Augustino, & Marsilius 1. q. 41. artic. 2. concl. 1. in 2. probatione generali, Soto in digressione ad Roman. 9. pag. 273. & 275. & recentiores

Thomistæ communiter. Suar. lib. 3. de prædestin. cap. 5. Vazquez disp. 93. cap. 1. & 3. Valent. q. 23. punct. 3. fauētque Durandus dist. 41. q. 2. num. 6. & 7. & q. 3. in medio. Carthuf. 1. dist. 41. q. 1. versus finem.

Ex toto præcedenti discursu deducitur ampliatio conclusionis supra posita, vt comprehendat omnes actus supernaturales hominis prædestinati, nullo prorsus excepto. Quia nullus actus est, qui de facto non conducatur ad gloriam prædestinati, siue vt meritum condigni, siue congrui, siue vt dispositio remota, quamuis sit elicitus extra statum gratiæ, & quâuis eius utilitas sit amissa per mortale peccatum: reuincit enim, vt videbimus sect. 7. Quod si fortè datur aliquis actus supernaturalis in prædestinato, qui de facto non conducatur, neque remotè ad eius gloriam substantialem, vt minimum proderit ad gloriam accidentialem: & ea ratione fuerit effectus prædestinationis. Quoniam prædestinatio non diminuat, & spoliatur, sed suis omnibus accidentibus ornata producit substantiam gloria.

## SECTIO V.

### Contra præcedentem decisionem argumenta soluantur.

1. *Ampliatio conclusionis.* Ludouicus Molina in art. 5. disput. 1. memb. 9. post med. & memb. 10. licet ambiguit loquatur, ceterum veram sententiam, hæc tamen probatam, tenere videtur. Nam in memb. 10. §. *post hanc totam*, expressè dicit bonum vsum liberi arbitrij, etiam prout ab arbitrio emanat, esse effectum prædestinationis, si consideretur, quatenus Deus per auxilia excitat, & adiuuat nostras actiones supernaturales. Et in vtroque memb. 9. & 10. se explicat, dicens, bonum vsum liberi arbitrij, si spectetur præcisè, prout est ab arbitrio, non esse effectum prædestinationis. Quod absolute verum est, nam effectus prædestinationis essentialiter respicit Dei prædestinationem vt causam, sicut explicabimus in solutione primi argumenti.

2. Sed quoniam eiusdem Doctores argumenta, quæ proponit memb. 10. à §. *hinc iam facile*, & in memb. 9. post medium, videntur pugnare cum præcedenti decisione, ideo soluenda sunt.

Primum argumentum sumitur ex discrimine liberi arbitrij ab aliis agentibus, quæ per virtutè extrinsecus impressam agunt. Exemplum sit ferri calidum, cuius actio calefaciendi, etiâ prout est à ferro, procedit etiam ab igne: idque propterea, quoniam ferrum nulla vi sibi innata potens est calefacere; sed totam vim calefaciendi recipit ab igne, & ita recipit, vt nõ possit non calefacere. Ceterum liberum arbitrium per virtutem sibi innatam concurrat ad supernaturalem actionem, & ita concurrat, vt possit non concurrere: ergo actio supernaturalis, prout est à libero arbitrio, præcisè non est effectus prædestinationis.

3. *Dupliciter potest actio supernaturalis considerari.* Respondetur, distinguendo consequens. Nam si consideretur actio supernaturalis, prout est ab arbitrio, abstrahendo à modo particulari, quo est ab arbitrio, & solum considerata communi ratione procedendi ab arbitrio: fateor, vt sic actionem non esse effectum prædestinationis: sicut etiam vt sic non est actio supernaturalis, sed abstrahit à naturali, & supernaturali. Fateor etiam, libero arbitrio esse inlitam vim, vt concurrat effectiue ad actionem supernaturalem peculiari modo, quo

quo non est in ferro, vt calefaciat, sicut probauit tractans de visione beata supra q. 12. art. 1. Ceterum si actio supernaturalis consideretur secundum modum specificum & singularem, quo procedit ab arbitrio, quantumcumque ille modus præcindatur per intellectum, semper eius differentia specifica, & numerica quidditatiuè continet ordinem ad diuinam prædestinationem, excitantem, & mouentem ita efficaciter, vt infallibiliter concurrat liberum arbitrium. Quapropter sub hac præcisione adhuc erit effectus prædestinationis.

4. Secundum argumentum. Quod actus supernaturalis euadat liber, imputabilis, & capax meriti, hoc non prouenit à prædestinatione Dei, sed à solo libero arbitrio: ergo sub hac formalitate concursus liberi arbitrij non erit effectus prædestinationis. Respondetur, antecedens absolute falsum esse; quamuis quodammodo verum sit. Etenim quamuis denominatio extrinseca libertatis, quæ prouenit à voluntate, potente non operari, & circumstantiis omnibus, quæ relinquunt voluntatem liberam. hæc, inquam, denominatio quamuis immediatè proueniat à nobis, & non à prædestinatione: ceterum eadem denominatio remotè prouenit à prædestinatione, quatenus Deus ea intentione voluntatem, & omnes circumstantias temperauit, vt posset non agere: & aliud efficaciter excitat, vt infallibiliter agat. Vnde sic argumentor. Prædestinatio facit, vt voluntas faciat, sub his circumstantiis hunc actum existere in rerum natura: ergo prædestinatio facit, vt hic actus euadat liber, imputabilis, & capax meriti. Probatur consequentia, quoniam actus, nisi existeret, non esset liber: & rursus supposito, quod existat, eius libertas consistit in eo, quod procedat à voluntate sub circumstantiis, in quibus potest non operari.

5. Tertium argumentum, quoniâ ex duobus hominibus, habentibus auxilia prorsus æqualia, quod vnus conuertatur potius, quam alter, prouenit à libero arbitrio, & non ab auxilio, quod in vtroque est æquale: ergo ille concursus, vt est à libero arbitrio, non est à diuina prædestinatione.

6. Respondetur, negando antecedens. Semper enim ex parte diuinæ prædestinationis interuenit inæqualitas, eo quod vni tribuit opportunum, & congruum auxilium, sed alteri non item. Ceterum vtrum ad hoc requiratur realis aliqua inæqualitas in ipsa entitate supernaturali gratiæ, vel in circumstantiis naturalibus, vel sufficiat sola inæqualitas præscientiæ conditionatæ, atque voluntatis diuinæ, non est opus ad solutionem huius argumenti determinare.

7. Quartum argumentum. Bonus vsum liberi arbitrij, prout procedit à libero arbitrio, tenet se ex parte prædestinati, estque id, quod Deus exigit à prædestinato: ergo vt sic non est effectus prædestinationis.

8. Respondetur, negando consequentiam, quoniam Deus dat, vt arbitrium faciat id, quod Deus à prædestinato exigit, & quod se tenet ex parte prædestinati.

9. Quintum argumentum. Effectus prædestinationis, in quantum est effectus prædestinationis, non est effectus liberi arbitrij creati, sed solius Dei: ergo effectus liberi arbitrij, in quantum est effectus liberi arbitrij, non est effectus prædestinationis, sed solius liberi arbitrij.

10. Respondetur negando consequentiam. Ratio Ruiz de Prædestinatione.

discriminis colligitur ex dictis, quia nostrum liberum arbitrium non mouet Deum, vt concurrat, neque facit, vt Deus faciat. Sed Deus sua prædestinatione mouet, facitque, vt nostrum liberum arbitrium concurrat. Præterea Deus est prima, & vniuersalissima causa cuiuscumque realitatis, & eleuat liberum arbitrium supernaturaliter, vt concurrat per obedientialem potentiam, tanquam instrumentum Dei. Magna igitur est disparitas inter vtrumque concursum.

11. Sextum argumentum. Opera bona, qua ratione sunt effectus liberi arbitrij, sunt id, à quo pendet prædestinatio Dei: ergo non sunt effectus prædestinationis. Probatur antecedens, quia nisi concurreret liberum arbitrium, non esset prædestinatum.

12. Respondetur. Prædestinatio, improprie loquendo, dici potest pendere à concursu liberi arbitrij, quatenus hic adultus non esset prædestinatus, nisi liberè concurreret ad credendum, sperandum, & diligendum, ceterum, proprie loquendo, prædestinatio non pendet à concursu liberi arbitrij, (quemadmodum constabit magis disp. 26. & disp. 55. sect. 1. 2. & 3.) Nec enim voluntas diuina, qua creare vult, proprie pendet à creatura producenda, quamuis si creatura nunquam esset futura, sequeretur Deum non voluisse creare illam. Quod si respondeas, esse discrimen, quoniam in potestate prædestinati positum est non concurrere; sed in potestate creaturæ non est positum, non creari: nihilominus non emeratur hæc nostra ratio, Dei namque prædestinatio præstat hoc efficaciter, & suauiter, vt prædestinatus liberè concurrat, idque non minori certitudine, quam præstat, vt existat creatura, quam creare deccinit.

## SECTIO VI.

### Iustificatio, perseverantia, et omnes habitus supernaturales sunt effectus prædestinationis.

1. *Prima sententia negat.* Solus inter antiquos Patres Origenes ex professo negare videtur, iustificationem esse prædestinationis effectum, lib. 7. in epist. ad Roman. post med. exponens illud cap. 8. *Quos vocauit, hos & iustificauit.* Expressè namque docet, non ideo aliquem esse iustificatum, quia fuit prædestinatus: atque repetit iterum, atque iterum, Dei præscientiam, & prædestinationem non esse causam, vt boni, vel mali simus. Poterit tamen expositionem piam admittere, quoniam contextus agit de causa totaliter determinante per antecedentem necessitatem, quæ libertati repugnat. Quomodo certum est iustificationem non causari à prædestinatione. Faciunt etiam ad eius excusationem, quæ diximus disp. 11. sect. 7. ante medium. Inter Scholasticos autem omnes illi, qui dicunt opera præuisa, vt elicienda per gratiam, fuisse causam, & rationem prædestinationis, eo ipso tenentur dicere, iustificationem non esse prædestinationis effectum, proprie loquendo; quamuis extensione quadam impropria possint hoc nomen effectus retinere (vt vidimus disput. 12. sect. 1. ratione prima.) Hos autem Doctores citauimus disp. 7. sect. 1. Nihilominus sit

2. *Iustificatio prædestinationis effectus est.* Prima conclusio certa. Iustificatio est effectus prædestinationis. Hanc docent Scholastici referendi

rendi pro conclusione 3. Qui omnes probant Apostoli verbis Roman.8. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit, &c. & Ephel.1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis sue in laudem gloriæ gratiæ sue, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo. Quapropter adoptio filiorum, qua formaliter gratificamur, & iustificamur, decreta fuit, & causata per diuinam prædestinationem.

Confirmatur, quia nomine gratiæ potissimum significatur illa, qua formaliter persona constituitur Deo grata, iusta, & immaculata. Quapropter hæc gratia potissimum est intelligenda, quando Augustinus, ab omnibus receptus, dicit, gratiam esse prædestinationis effectum. Consonat Prosper ad obiect. Vincentianas, respons. 12. dicens: Prædestinatio facit, vt ex filijs diaboli fiant filij Dei.

3. Finalis iustificatio.

Hæc conclusio, vt minimum est certa de iustificatione finali (nam de illa iustificatione, quæ per mortale peccatum amittitur, non est in eo gradu certitudinis, vt videbimus sect. sequenti.) Probatur, nam aliqua iustificatio durans vsque ad mortem, est singulare donum, prædestinatorum propriissimum, & simpliciter necessarium ad executionem prædestinationis: quocirca non debet prædestinatio negligere curam, & causalitatem illius. Vnde colligo, & fit

4. Finalitas effectus prædestinationis.

Secunda conclusio. Finalitas ipsa iustificantis gratiæ est effectus prædestinationis. Probatur primò, quia finalitas est maximè requisita ad executionem prædestinationis, & est conditio constituens illud donum, vt sit proprium prædestinatorum. Secundò, quoniam adoptio filiorum, qua gratificamur in Iesu Christo, tunc primò incipit habere statum perfectionis, & immutabilitatis, cui certa debeatur hæreditas, & cui comunicetur perfecta similitudo Dei, quando finalis est.

5. Perseuerantia potissimum prædestinationis effectus.

Tertia quoque conclusio præcedentis appendix est, perseuerantia donum esse potissimum effectum eorum, quos prædestinatio causat in via. Hanc conclusionem probant nonnulla testimonia Scripturæ, prout à Patribus ponderantur, quorum verba retulimus suprâ disp. 8. sect. 8. n. 17. 18. & 21. & lect. 10. à num. 14. vsque ad 24. Deum quippe sua gratia, & prædestinatione causare perseuerantiam electorum, docet Augustinus lib. de prædestinat. Sanct. c. 16. & lib. de bono perseuer. cap. 7. 8. & 17. sub init. & lib. de corrept. & grat. cap. 6. 7. 8. & 12. prope initium, & lib. 20. de ciuit. cap. 8. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 24. sub finem, & ad capita Gallor. respons. 7. & 14. & in epist. ad Augustinum, & ad obiect. Vincentianas respons. 12. Hilarius Arelaten. in epist. ad Augustinum in medio. Fulgentius lib. 1. ad Monimum à cap. 7. vsque ad 14. præcipuè verò cap. 11. 14. & 16. & lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi c. 29. & 31. & in epiloquo. Isidorus lib. 2. sentent. de summo bono, cap. 5. fine, & sequenti c. 6.

6.

Quàm antiqua sint istius doctrinæ fundamenta, docuit Cælestinus I. epist. 1. c. 11. initio, dicens: Apostolica sedis inuolubiles sanctiones bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilius studiorum, & in eis perseuerantiam ad Christi Domini gratiam referre docuerunt. Cui consequens est, quod Tridentinum sess. 6. cap. 13. decernit de perseuerantie munere, de quo scriptum est. Qui perse-

uerauerit vsque in finem, hic saluus erit; quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, eum, qui stat, statuere, vt perseueranter stet, &c. Propterea canone 16. vocatur magnum illud vsque in finem perseuerantia donum. hoc enim solum est gratia propria prædestinatorum in via, quæ nullis reprobis comunicatur; proptereaque magis digna, & proportionata est, quæ præordinetur, præparetur, & causetur ab ipsa prædestinatione.

Confirmatur, nam perseuerantia requirit speciale auxilium gratiæ, vt decernit Tridentinum dicta sess. 6. can. 22. Hoc autem ita datur prædestinatis, vt eo non nisi perseuerantes sint, vt docet Augustinus de corrept. & grat. cap. 12. ergo donum hoc est aptissimum, vt sit effectus prædestinationis. Rectè igitur Prosper ad cap. 14. Gallorum circa med. Fides, inquit, & charitatis opera, atque in eis vsque in finem perseuerantia, quia homini per Dei gratiam conferuntur, rectè & ista, & quæ eis retribuenda sunt, prædestinata dicuntur ex auctoritate Apostoli, &c. Perpende bonam esse illationem hanc. Hoc donum confertur per gratiam; ergo prædestinatum est, quod intelligi iuxta modum expositum sect. 4. probat. 3.

Quarta conclusio. Remissio pœnæ tam in hac vita per satisfactionem, aut satisfationem, quam in futuro sæculo, est effectus prædestinationis: tum quia compler vltimatè iustificationem, delens reatum ac debitum pœnæ, tum quia tollit impedimentum gloriæ.

Quinta conclusio deducitur etiam ex præcedentibus, videlicet, effectus prædestinationis esse quolibet habitus ad iustificationem quolibet modo pertinentes.

Primò namque præstantissimum illum habitum, quo formaliter constituimur Deo grati, & iusti, prædestinationis effectum esse, colligunt Scholastici Doctores ex citatis verbis Apostoli: Quos vocauit, hos & iustificauit, &c. Ita existimat Ricard. 1. dist. 40. art. 1. q. 1. & dist. 41. art. 1. q. 1. & art. 2. q. 1. Marfilius 1. q. 41. art. 1. notab. 4. Greg. 1. dist. 41. q. vnica, art. 2. Cartag. discursu 3. inter med. & finem, pag. 46. Molina q. 23. artic. 2. disputat. 3. Zumel eodem art. q. vnica, conclus. 2. Suarez lib. 3. cap. 4. Vazquez disp. 93. cap. 1. Ratio est, quoniam habitus gratiæ iuuat, vt prædestinati beatitudinem consequantur, & datur ex eo sine efficaciter intento.

Secundò. Omnes præterea habitus supernaturales, siue fidei, & spei, qui præcedunt gratiam, siue charitatis, & virtutum moralium, qui gratiam consequuntur, effectus sunt prædestinationis. Tum quoniam ad complementum, & perfectionem iustificationis habitualis pertinent; licet enim iustificatio quoad substantiam sit in essentia animæ, nihilominus quantum ad initium sui per fidem & spem, & quantum ad perfectionem per reliquos habitus recipitur in potentiis animæ. Quare hi omnes habitus intelligi possunt in verbo Pauli ad Rom. 8. iustificauit. Tum etiam, quoniam eo sine tribuuntur à Deo habitus, vt ad gloriæ consecutionem iuuent, inclinando ad proprios actus hominem ratione vtentem.

Tertiò. Prædicta, vera sunt non solum de paruulis, sed etiam de adultis, in quibus quamuis habituum infusio pendeat ab actione libera hominis, adhuc sicut actio libera est effectus prædestinationis, suprâ sect. 4. & 5. ita etiam est effectus prædestinationis habitus supponens actionem

7. Ad perseuerandum speciale auxilium gratiæ.

8. Remissio pœnæ effectus prædestinationis.

9. Quilibet habitus ad iustificationem pertinentes.

10. Gratia in essentia animæ est.

11.

actionem liberam, qua data, ponendus est habitus de lege ordinaria.

Augmentum gratiæ effectus prædestinationis.

Quartò. Simili ratione probatur, augmentum gratiæ, & reliquorum habituum effectum esse prædestinationis, siue tributum ex opere operato ex vi Sacramenti, nulla supposita libera actione hominis recipientis Sacramentum; siue tributum dependenter à libera cooperatione voluntatis humanae.

SECTIO VII.

Iustificatio, & merita, quæ mortali peccato intermittuntur, absolute sunt effectus prædestinationis.

1.

Hæc doctrina non ita perspicuè traditur ab antiquis Scholasticis, ea fortasse ratione, quoniam sub nomine iustificationis & meritum supponebant intelligendam esse illam quæ iustificationem, quam reparat Deus per penitentiam: & meritò quidem, nam & Apostoli verba, Quos vocauit, hos & iustificauit, de qualibet iustificatione prædestinatorum intelligi debent. Doctrinalia namque verba, licet indefinitè pronunciantur, reddunt sensum vniuersalem, ac distributum. Atque ita magis aperte intelligunt Suarez lib. 3. de prædestin. cap. 4. num. 5. & Valentia q. 23. punct. 3. post med.

Doctrinalia verba reddunt sensum vniuersalem, si indefinitè enunciantur.

2.

Ratione probatur ex generali principio tradito disp. 21. sect. 1. & 2. Omne illud, quod vtile est ad vitam æternam obtinendam, est effectus prædestinationis; sed iustificationem, ac merita, quæ mortali peccato intermittuntur, vtilia esse ad vitam æternam, probatur

Merita mortificata reuiuiscunt.

3.

Primò, quia per sequentem penitentiam reuiuiscunt merita mortificata. Quòd autem in eo gradu, vel in minori, aut quòd eadem numero gratia, vel diuersa restituatur, nihil interest ad præsens institutum.

Reuiuiscunt in prædestinationis effectus.

4.

Confirmatur primò, quoniam illa iustificatio, & illa merita, priusquam mortificarentur per mortale peccatum, habebant ius ad gloriam, idèque post penitentiam acquirunt ius ad maiorem gloriam, cæteris paribus, quàm si prædicta merita non præcessissent. Igitur illa merita multum conferunt ad gloriam obtinendam.

Confirmatur secundò, quia licet meritum reuiuiscantia sit conditio requisita; proptereaque reuiuiscantia quoque sit effectus prædestinationis: nihilominus ipsum meritum præteritum est magis principalis causa, quia nisi præcessisset illud meritum, non reuiuisceret, nec auferet gratiam, & gloriam.

5.

Præterea quamuis merita penitus extinguerentur per mortale peccatum, & nullo modo reuiuiscerent ad gratiam, & gloriam; adhuc sequentes probationes duæ sufficienter concluderent, illa merita esse effectus prædestinationis. Sit igitur

Probatio secunda, quoniam memoria gratiæ amissa solet animum excitare ad penitentiam, eamque faciliorem, ac feruentiorem reddere, secundum illud Apocalyp. cap. 2. Memento, vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac. Est etiam occasio maioris gratitudinis.

Probatur tertio, quoniam gratia extincta per mortale peccatum causa est, vt leuioribus, paucioribusque peccatis, remissioribusque vitiis, ac

passionibus impediatur prædestinatus à bonis operibus, quando resurgit. Ad quòd etiam conferunt morales habitus acquisiti tam in voluntate, quàm in phantasia, & appetitu sensitiuo.

Quartò probatur, quoniam nulla ratio obstat, quominus gratia & merita intermittenda peccato mortali, sint effectus prædestinationis, perinde, vt ea gratia, quæ nunquam amittitur: vt constabit in solutione argumentorum, præsertim cum Deus certò scire possit, quòd infallibiliter reuiuiscunt merita, quæ collaturus est, si Deus velit hæc, vel illa media adhibere, vt homo respiscat.

Contra hanc decisionem videtur sentire Ricard. 1. dist. 40. art. 1. q. 1. & clariùs Gabriel eadem dist. 40. notab. 1. quamuis de hoc parum curandum sit, cum postea dicat, solam gloriam esse effectum prædestinationis, vt vidimus sect. 1. Vazquez autem disp. 93. cap. 3. contendit, gratiam, & merita, quæ amittuntur, non esse effectum prædestinationis, sed solam amissi meriti reuiuiscantiam in gratia finali prædestinationis effectum esse: Huius Doctoris

Primum argumentum est, quia gratia & merita, quæ amittenda sunt mortali peccato, communia sunt prædestinatis, & reprobis: ergo non sunt effectus prædestinationis.

Respondetur, distinguendo antecedens, nam quantum ad totam intrinsecam realitatem communia sunt prædestinatis, & reprobis. Cæterum quantum ad efficacem intentionem Dei non sunt communia; prædestinatis enim gratia, & merita, quæ præcipientur amittenda, tribuuntur ex efficaci intentione, qua Deus ordinauit, vt iuuent ad gloriam obtinendam eo triplici modo, quo de facto iuuant, (sicut probatum est;) reprobis verò non dantur ex intentione efficaci gloriæ, sed tantum ex intentione antecedenti.

Secundum argumentum. Permissio peccati mortalis, quo amittuntur merita, non fit à Deo ex intentione restaurandi ea iterum per penitentiam: ergo tota prouidentia Dei, quæ est ante vltimam restaurationem gratiæ, non procedit ex intentione efficaci salutis, sed tantum ex beneuolentia communi reprobis, & prædestinatis.

Respondetur primò, antecedens esse falsum. Quin potius Deus, quando confert gratiam & merita, quæ præscit esse amittenda, confert ex intentione efficaci habendi, quod restauret per penitentiam: & eadem intentione permittit peccatum mortale, quo merita extinguuntur.

Respondetur secundò. Dato, quòd intentio prædestinationis non inclinaret ad permittenda peccata: satis esset, si voluntatem permittendi talia peccata, comitaretur efficax voluntas restaurandi totum illorum dispendium, & iacturam. Hæc enim voluntas supponeret illa merita fuisse data ea intentione efficaci, vt restaurarentur ad maiorem gratiam, & gloriam.

Tertium argumentum. Gratia, & merita semel amissa iam sunt extra ordinem, & seriem gloriæ, nullamque vim habent ad gloriam: ergo indigent noua ordinatione Dei ad gloriam, ac proinde prius non erant efficaciter ordinata ad gloriam.

Respondetur, distinguendo antecedens, nam gratia, & merita semel amissa, quantum ad intrinsecam vim & potestatem realem, sunt prorsus extra ordinem ac seriem obtinenda gloriæ: sed quantum ad suam potestatem moralem, vt

reuiuifcant, & quantum ad extrinfecam deputa- tionem Dei, vt, efficaciter reparentur, adhuc permanent, quando mortificata sunt peccato mortali.

10. Quid de in- stitia origi- nali.

Denique aduerendum est, in gratia, & iustitia originali, quam Adamus perdidit, peculiarem vi- gere rationem, ob quam dubitari possit, an illa fuerit effectus prædestinationis efficacis: nihi- lominus si afferas, Christi Domini prædestina- tionem factam fuisse ante præuifum originale peccatum, quamuis Adami prædestinatio pen- deat à prædestinatione Christi Domini; poterit nihilominus fuisse effectus prædestinationis ius- titia originalis Adami. Sed quoniam hinc multa inuoluuntur de Incarnationis decreto, siue in carne passibili, siue abstrahendo à carne passibi- li; hæc remittuntur ad materiam de Incarnatio- ne. Dicemus etiam aliquid infra disp. 57. sect. 3. & sequentibus. Nunc scito, nullum inconueni- ens esse, quamuis ex prædicta doctrina sequeretur originalem iustitiam Adami non fuisse effectum prædestinationis efficacis.

DISPUTATIO XXIII.

Vtrum peccata, & bona, quæ circa peccata Deus operatur, sunt effe- ctus prædestinationis.

SECTIO I.

De peccatis, & eorum permissione.

1. Peccata non sunt effectus prædestina- tionis.

RIMò certum est, peccata non esse effectum prædestinationis. Quod demonstratur Primò, quoniam Deus non est author, aut causa peccati, neque vult peccata fieri, sicut probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 26.

2. Neque eorum materialis entitas.

Probatum secundò, nam si peccata forent effe- ctus prædestinationis, sequeretur prædestinari ad peccata homines electos; consequens autem quàm sit absurdum constat ex disp. 16. sect. 1. & 2. vbi demonstratum est reprobos non prædesti- nari à Deo ad peccata. In electis autem perseue- rat eadem ratio, quæ in reprobis, scilicet mali- tia peccati: & insuper additur alia ratio, quo- niam peccata sunt contra finem prædestinationis ad gloriam, multò magis, quàm contra finem re- probationis. Quare si vt homines prædestinen- tur ad pœnam, non possunt prædestinari ad cul- pam, multo minus poterunt prædestinari ad cul- pam, vt per illam prædestinentur ad gloriam, vel gratiam.

3.

Secundò, Non solum formalis malitia, sed etiam materialis entitas peccati non potest esse effectus prædestinationis. Quoniam omnis effe- ctus prædestinationis prædestinatur à Deo, & cau- satur, vt à causa, cui imputatur talis effectus. Deus autem non ita causare potest, neque præ- definire actionem materiale peccati, vt osten- sum fuit citato tomo de voluntate Dei, præfer- tim disp. 35.

Tertiò, peccata siue quantum ad formalem malitiam, siue quantum ad materiale entita- tem, esse obiectum materiale, circa quod versa- tur diuina scientia, & circa quod permittendum,

ordinandum, & conuertendum in bonum, versa- tur diuina voluntas, constabit ex infra dicendis. Adhuc tamen peccata siue quoad formalem ma- litiam, siue quoad materiale entitatem, non esse obiectum prædestinationis secundum vlti- mam, & formalissimam rationem prædestinatio- nis, probatum est disp. 1. sect. 7. & 8.

His igitur aliunde per compendium commemo- ratis, reliquum est in præsentì tractare de bonis, quæ Deus circa peccata operatur. Quo- rum vnum antecedit peccata, scilicet permissio; aliud verò bonum sequitur post peccata iam cõ- missa, videlicet fructus, quem Deus colligit ex peccatis, vt pœnitentia, humilitas, prudentia cautiore, martyrium, & his similia. Sit igitur

Prima conclusio. Permissio peccati originalis, non est effectus prædestinationis alicuius homi- nis determinatè & in particulari. Probatum, quia si esset effectus, iam voluntas permittendi pecca- ti originalis fuisset in Deo posterior, quàm præ- destinatio hominum determinata, & in particu- lari: quapropter etiam cognitio peccati origi- nalis, vt absolute futuri, deberet esse posterior eadem prædestinatione; consequens autem esse falsum, constat ex dictis tomo disp. 13. & disp. 14. sect. 4. vbi probatum est peccatum originale præ- uifum esse à Deo, prius, quàm homines in singu- lari prædestinentur: sed non priusquam præ- destinarentur vagè, & in communi. Quapropter permissio peccati originalis potuit esse effectus prædestinationis vagè & in communi, simulque reprobationis vagè, & in communi, de quo dic- ta disp. 14. sect. 5.

Secunda conclusio. Peccata reproborum, aut omnia, aut plurima, ea intentione permittuntur à Deo, vt eorum permissio sit effectus prædesti- nationis aliorum hominum. præterea punitio re- proborum, & alia bona, quæ Deus circa repro- bos facit, sunt effectus prædestinationis aliorum hominum. Hæc conclusio colligitur aperte ex his, quæ diximus disp. 16. sect. 7. vbi ex Scriptu- ra, & Patribus probatum est Deum ea intentione atque sine permittere culpas, & causare pœnas, & alia bona reproborum, vt inde colligat maio- res vtilitates prædestinatorum vario, atque mul- tiplici modo. Confirmabitur autem ex dicendis in simili conclus. 3. Traditur in terminis hæc cõ- clusio ab aliquibus recentioribus, inter quos est Zumel q. 23. art. 2. conclus. 7. & 3. Cartag. dif- cursu 3. pag. 40. ad 5. argum. Suarez lib. 3. de præ- destin. cap. 8. num. 4. & sequentibus. & Molina q. 23. art. 2. disp. 3. ait, permissionem peccati esse ef- fectum prædestinationis tum ipsius, qui cadit, tum etiam aliorum, ad quorum vtilitatem ordi- natur à Deo: quamuis Molina citandus sect. se- quenti oppositum sentire videatur.

Tertia conclusio. Prædestinationis effectus est permissio peccatorum, quæ committuntur ab ipsis prædestinatis. Probatum, supponendo pri- mò, permissionem esse bonam, & directè voli- tam à Deo volitione positua, sicut probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 26. sect. 6. & 7. Insuper omnes permissiones fuisse prædefinitas: sicut probatum fuit præcedenti tomo de proni- dent. disp. 12. & 13. necnon in præsentì tomo de prædestinatione, disp. 16. sect. 3. Suppono se- cundò, Deum pro sua infinita sapientia, bonitate, & potentia plurimos fructus ad vtilitatem prædestinatorum colligere ex eorum peccatis, vt ostendimus sect. 3.

Ex

4.

5. Permissio ori- ginalis effe- ctus prædesti- nationis va- gæ.

6. Peccata re- proborum, & bona, quæ ex illis colliguntur, effectus prædestina- tionis.

7. Permissio pec- catorum qua committuntur à præde- stinatis, effe- ctus prædesti- nationis.

8.

Ex his fundamentis sequitur euidenter, nihil deesse permissioni peccatorum, quominus esse possit effectus prædestinationis, iuxta regulas præscriptas disp. 21. sect. 1. & 2. quia ipsa per- missio est bona, & à Deo intenta, & causata, & prodest multoties plurimum ad salutem æter- nam, & gloriam prædestinatorum: poterit er- go Deus ea intentione velle permissionem ho- rum peccatorum, vt efficaciter colligantur alia maiora bona prædestinatorum: & hæc intentio efficax erit materialis quædam pars prædestina- tionis, causans ipsam permissionem, ideòque permissio erit effectus prædestinationis.

9.

Quòd autem Deus de facto ita voluerit effi- caci voluntate, probatur primò, quia Deus ne- quaquam permitteret peccata, nisi vellet ex illis colligere maiora bona, sicut ex Augustino, Pro- spero, Beda, & Glossa vidimus supra disput. 16. sect. 5. in quadam probatione 2. & copiosius probari potest ex plurimis vtilitatibus præde- stinatorum, quas exposuimus in eadem disp. 16. sect. 7.

Confirmatur primò, quia hic est melior mo- dus prouidendi prædestinatis, & maioris amo- ris indicium, non modò circa illos nihil omni- no facere, sed etiam circa eosdem nihil omnino permittere, nisi propter efficacem intentionem prædestinationis.

Confirmatur secundò, nam in reprobis per- missio peccatorum est effectus reprobationis, vt ostendimus infra disp. 38. sect. 7.

Igitur à fortiori prædestinationis effectus erit permittere peccata prædestinatorum. Magis enim est dignum infinita sapientia, & bonitate, mala permittere ex intentione efficaci maioris boni, & magis vtilis filijs, & amicis Dei.

10.

Secundò colligitur eadem veritas ex Apostolo Roman. 11. dicente: *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium miseretur.* & Galat. 3. *Conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Vbi significa- tur, Deum permisisse homines infidelitatis, & peccatorum veluti carcere, vinculisque conclu- di, vt agnoscerent indigentiam redemptionis. Quamuis enim cum Chrylostomo, & Theodo- reto verbum illud, *conclusit*, exponas, vt signifi- cet coarguendo conuincere: nihilominus ad hoc ipsum præstandum, destinabatur à Deo per- missio grauissimorum scelerum, quæ committe- bantur tot sæculis ante redemptionem Iesu Christi.

11.

Secunda, & tertia con- clusio pro- bantur.

Vnde sic probatur simul secunda, & tertia conclusio. Permissio tam diuturna peccatorum & idololatriæ, fuit effectus prædestinationis multorum, qui committebant illa peccata, & si- mul fuit effectus prædestinationis eorum, qui post Christi Domini redemptionem nascituri erant. Ergo similiter efficacis prædestinationis vnus hominis in particulari potuit effectus esse permissio peccati committendi ab eodem homi- ne. Antecedens probatur, quia tempore promul- gationis Euangelij tam Iudæi, quàm Gentiles, qui conuertebantur ad fidem, suorum peccato- rum experientia melius agnoscebant propriam infirmitatem, & indigentiam gratiæ tribuendæ per Iesum Christum Dominum. Carteri verò, qui postea nati sumus, ex libris sacris, ac cæteris historiis easdem veritates edificimus. His fauent expositiones Patrum ad loca citata Roman. & Galat. præsertim verò Ambrosius Galat. 3. &

Hugo Victorinus quæstionibus in epist. ad Ro- man. quæst. 278.

Confirmatur, quia Patres vnam, ac fortè præ- cipuam rationem tandiu differendi aduentum Christi Domini fuisse dicunt, vt homines agno- scerent suam debilitatem, & indigentiam super- naturalis auxiliij. Quod exemplo Medici declar- rat Gregorius Nyssen. oratione carechet. cap. 29. & 30. & oratione de Nariuit. paulo post principium: Theodoretus lib. 6. de Græcorum affect. qui est de prouidentia, prope finem, Theo- phylactus ad Hebræos 9. ad illud: *Nunc autem semel in consummatione sæculorum.* breuius Atha- nas. orat. 2. contra Arian. prope med. S. Thomas 3. p. q. 1. art. 5. corpore.

12. Ratio differe- ranti aduen- tum Christi D.

SECTIO II.

Soluuntur argumenta, quæ contra præce- dentes conclusiones opponuntur.

NVllam permissionem peccati posse præ- destinationis effectum esse, contendit ex professo Vazquez disp. 93. cap. 2. Videtur autem idem sentire Molina art. 3. §. *aduertendum est*, & art. 5. disp. 1. memb. 13. §. *verum*.

Primum argumentum est. Permissio peccati non est donum gratiæ: ergo non est effectus prædestinationis. Probatum consequentia, quo- niam prædestinatio est præparatio donorum gratiæ, ex Augustino de prædestinat. Sanctior. cap. 10.

Respondetur primò, distinguendo anteceds. Permissio peccati non est donum gratiæ ratione sui præcisè: attamen donum est gratiæ, quate- nus ordinatur ad eliciendam gratiam. Atque ita latam esse acceptionem gratiæ, quæ dicitur esse prædestinationis effectus, videbimus infra disp. 24. sect. 2.

Respondetur secundò, negando consequen- tiam: licet enim permissio peccati non esset do- natio gratiæ; si tamen deseruit ad præparanda dona gratiæ, erit effectus prædestinationis, præ- paratis dona gratiæ, ac proinde causantis omnia, quæ ad gratiam quocumque modo conducunt: vt videbimus eadem disp. 24. sect. 2. ad primum argumentum.

Secundum argumentum. Effectus prædesti- nationis procedere debet ex efficaci intentione gratiæ, & beatitudinis æternæ, supra disp. 21. sect. 1. & 2. sed permissio peccati non potest pro- cedere ex hac intentione: ergo non est effectus prædestinationis. Probatum minor, quia si per- missio peccati volita esset, ex intentione efficaci beatitudinis, etiam peccatum ipsum volitum es- set à Deo ex eadem intentione, Sequela proba- tur; nullus enim vult medium, quod remotè vti- le est ad finem, nisi velit simul medium, quod proximius attingit finem: atqui permissio pecca- ti remotior est à fine, peccatum autem est pro- ximius.

Respondetur, negando minorem, & ad eius probationem ita dicendum est. Illa media, quæ per se, & ratione sui vtilia sunt ad finem, ea pos- sunt amari volitione efficaci ex intentione finis: huiusmodi autem est permissio peccati, quæ per se vtilis est ad virtutem, & ad gloriam, cum ex se bona sit. At verò peccatum ipsum non nisi val- de per accidens, & contra suam essentialè incli- nationem

1.

2.

3.

Permissio peccati vtilis ad virtutem.

nationem affert utilitatem virtutis, & gratia: quocirca non potest amari à Deo ex intentione beatitudinis. Quod autem dicitur peccatum esse proximius ad finem intentum; permissionem verò peccati esse remotiorem à fine, falsum est, si propriè loquamur. Nam licet peccatum sit natura posterius, quam permissio peccati: sed peccatum quantum ad suam inclinationem remotissimum est omnino ab intento fine; & nullo modo est medium ad finem, sed potius tendit contra finem.

4. Tertium argumentum. Deus non potuit velle poenitentiam, nisi præuisa prius illius necessitate, præuiso videlicet nostro peccato: ergo Deus non permittit peccatum ex intentione efficaci eliciendi poenitentiam; sed prius permittit, & postea præuiso peccato elicit poenitentiam. Antecedens probatur ex Damasceno 2. de fide cap. 29. ubi voluntatem erudiendi, & corrigendi homines dicit esse in Deo voluntatem consequentem, quæ à nostro vitio ortum ducat.

Respondetur. Damascenus voluntatem antecedentem appellat eam, qua Deus vult nostram salutem, & consequentem voluntatem appellat eam, qua Deus vult quæ nocent, aut impediunt aeternam salutem, qualia sunt quæ supponunt, aut quocumque modo inferunt nos esse peccaturos. Huiusmodi est volitio puniendi, aut volitio permittendi peccata. Quæ volitio licet sit consequens, potest moueri, & quasi imperari à voluntate prædestinandi, quæ est voluntas antecedens: & sub ea ratione permissio, & punitio erunt effectus prædestinationis. Nec ad hoc necessarium est prius præuideri nostrum peccatum ut absolute futurum; sed satis est præcognosci conditionaliter futurum sub talibus circumstantiis. De discrimine voluntatis antecedentis, & consequentis diximus ex professio tomo de voluntate Dei tota disp. 19. & aliquid supra disp. 17. sect. 3. & sequentibus.

5. Quartum argumentum. Si Deus ex se, & primaria intentione poenitentiam vellet ante præuisum peccatum, sequeretur necessariò, Deum velle peccatum. Huic argumento satisfecimus disp. 12. sect. 8. argum. 1. & 2.

Quintum argumentum, quoniam si Deus ante præuisum peccatum prædefiniret poenitentiam, sequeretur hominis peccatum esse necessarium, & sine libertate. Sed hanc illationem nullam esse diximus saepe, & dicemus in disp. de concordia libertatis cum prædestinatione.

6. Sextum argumentum, quia prudentis, & pij Principis, aut Medici non est permittere seditiones, aut morbos propter finem afferendi remedia; sed tantum post præuisas seditiones, & morbos adhibere remedia.

Respondetur, negando antecedens; cuius falsitas clariùs constabit consideranti quæ diximus disp. 16. sect. 5. & 6. Si enim permissio peccati potuit esse per se intenta ex fine ostendendi iustitiam prius efficaciter intento; multo magis poterit esse per se intenta ex fine ostendendi misericordiam in prædestinatis, prius efficaciter intento.

7. Denique recolendum est, hæc argumenta tantò esse debiliora, quantò vniuersaliùs probant, neque passionem, aut redemptionem Christi Domini, neque Sacramenta potuisse efficaciter intendi, nisi prius præuisis hominum peccatis: similiterque omnium prædestinatorum utilita-

tes, quæ ex impiorum reprobatione colliguntur, non potuisse intendi, cuius oppositum probatum fuit dicta disp. 16. sect. 7. His argumentis respondere conatur Vazquez disp. 93. cap. 2. fine. Verumtamen coactè explicat testimonia Patrum, & pauca refert, & non premit hæc argumenta, prout militant aduersus eius sententiam.

8. Septimò restat adhuc quorundam obiectio, quia si permissio peccati foret effectus prædestinationis, sequeretur, illam esse petendam à Deo in oratione; consequens autem esse falsum, constat ex oratione Dominica, cuius præscripto tenemur oppositum postulare, nimirum, ne nos inducat in tentationem, sed liberet nos à malo, quod malum maximum est peccatum. Sequela verò probatur, quia si permissio peccati est effectus prædestinationis, est res per se bona, & amatur à Deo tanquam utilis prædestinatis ad eorum salutem aeternam, sicut sect. 1. dicebamus. Quælibet autem res per se bona & utilis ad aeternam salutem prædestinati potest à prædestinato desiderari, præsertim cum hoc desiderium sit conforme diuinæ voluntati prædestinandi.

9. Huius tamen solutio tradita fuit simul cum obiectione Massiliensium de reprobis, quando dicunt orantes: *Erat voluntas tua*; supra disp. 16. sect. 2. Nunc breuiùs respondeo, negando sequelam, & ad eius probationem distinguendo antecedens. Comparatione voluntatis, quæ peccatura est, permissio peccati non est obiectum per se bonum, & vitile; quoniam ea voluntas tenetur totis viribus, & toto sui affectus pondere fugere, & odisse peccatum proprium; idcòque tenetur desiderare, & petere à Deo, ut non velit eius peccatum permittere. Nam peccatum respectu solius personæ peccantis, malum est omnium maximum, & nullis utilitatibus compensabile. Cæterum comparatione voluntatis superioris, quæ non est peccatura, permissio peccati est obiectum ex se bonum, & vitile: quoniam ea voluntas non tenetur toto sui affectus pondere fugere peccatum, quod ab ipsa non est committendum, sed permittendum. Propterea S. Petrus, etiam postquam Christus Dominus ei reuelauit permissionem sui peccati, tenebatur desiderare, & præoptare, ut non permitteretur: nec licebat illi petere, ut permitteretur, sicut in simili dictum est loco citato. In hac igitur solutione locus non est obiectionibus, quas examinat Cartagena discursu 3. de prædestinatione, post solutionem argumenti 5. pag. 41. & sequentibus.

### SECTIO III.

*Bona, quæ Deus colligit ex peccatis prædestinatorum, sunt effectus prædestinationis.*

1. **A**ssertionem in titulo præfixam ita distribuam, ut bona, quæ Deus ex peccatis Francisci (v. g.) conuertit ad utilitatem, & gratiam, atque gloriam Francisci, pertineant ad prædestinationem Francisci, tanquam eius effectus. Eadem autem, vel alia quælibet bona, quæ Deus conuertit ad utilitatem aliorum prædestinatorum, sub hac ipsa ratione tantum, sint effectus prædestinationis eorum hominum, quibus prolunt

funt, iuxta dicenda in disput. 25. Nam in præfenti præcipuè tractantur ea bona, prout sunt effectus prædestinationis ipsius Francisci peccantis.

2. Probatur, supponendo (quod sæpiùs probatum est, præsertim disput. 8. sect. 11. & præcedenti disput. 22. sect. 2.) eos, qui secundum propositum vocati sunt sancti, esse prædestinatos. Iis igitur omnia cooperantur in bonum, Roman. 8. etiam ipsa peccata, ut Augustinus, & alij Patres exponunt. Nam lib. de corrept. & grat. cap. 9. post med. Augustinus: *Talibus, inquit, Deus diligentiùs eum, omnia cooperantur in bonum, usque adeò profusus omnia, ut etiam si qui eorum deniant, & exorbitant, etiam hoc ipsam faciat eis proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores, &c.*

3. Augustinus secuti alij Patres, docent, etiam peccata cooperari in bonum prædestinatorum, probantes hoc supra dicto testimonio Pauli. Quæ admodum Gregorius in Psal. 2. poenitentialem, ad illum versum: *Multa flagella peccatoris sperantem autem in Domino*, &c. Bernard. serm. 2. in Psal. *Qui habitat*, in medio. & serm. de nimia fallacia vitæ, longè post med. & serm. 23. in Cantica colum. vltima. Cui consequentia sunt, quæ scribit serm. 68. in Cantica, propius ad med. quàm ad finem. Beda in Collectaneis ad Roman. 8. exponens prædicta verba, ubi etiam Anselmus, S. Thomas, Glossa ordinaria, & Lyræ: & iterum Anselmus in Elucidario propius ad med. quàm ad princip. Author Soliloquiorum apud Augustinum tomo 9. c. 28. post medium.

4. Colligitur idem ex aliis Patribus. Nam Hieronymus in Commét. ad Rom. 8. *Sine quæ facimus, ait, siue quæ patimur, propter dilectionem Dei conuertit in bonum. Quæ generali propositione comprehenduntur etiam mala, quæ facimus.* Chrysostomus ibidem serm. 15. *Quamuis priùs agat de rebus aduersis, nihilominus afferens postea latioris exemplum, includere videtur omnia, quæ poterant impedire salutem, quantum in ipsis erat.* Similiter loquitur Theodoretus, & Oecumenius.

5. Consonat etiam Augustinus, exponens, omnia cooperari in bonum, etià ipsas terribiles, saualq; passiones, tentationes dæmonis, bella carnis, aduersitates, cæteraque mala, relicta ex peccatis tam personalibus, quàm originali. Quæ admodum lib. de grat. & libero arbit. cap. 17. inter principium, & med. & lib. 13. de Trinit. cap. 16. propius ad princip. quàm ad med. consonat etià lib. 5. contra Iulian. cap. 3. longè post med.

6. Probatur secundò exemplo Petri, de quo Augustinus prædicto lib. de corrept. & grat. cap. 9. fine, postquam multis confirmauit utilitatē humilitatis, & experimenti propria fragilitatis, quæ Deus ex peccatis colligit, ita loquitur: *Quid est enim aliud? Respexit eum, nisi faciem suam, quam paululum ab illo auerterat? Factus ergo fuerat conturbatus; sed quia didicit non de se ipso fidei, etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo, quia secundum propositum vocatus erat, et nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat.*

7. Ambrosius serm. 47. de fide Petri initio dicit, *Sanctum Petrum, postquam negauit Dominum Deum, fuisse meliorem. Fidelior enim factus est, postquam fidem se perdidisset desinit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregem ac-*

*cepit, ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: qui ipse interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret.* Ex post pauca: *Petrus enim tentationibus suis proficit, stertibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic namque in mari dum super undas temerarius viator ingreditur, mutat incessu, sed conualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur.* Gregor. homil. 21. in Euangelia, in med. proposita quæstione, cur Deus Petrum negare permittit? Respondet: *Ut in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Priùs itaque eum ostendit sibi, & tunc propositis cæteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.*

8. Probatur tertio exemplo Onesimi, de quo Paulus ad Philemonem: *Forstian, inquit, ideo discessit ad horam à te, ut in aeternum illum reciperes, non iam seruum, sed pro seruo charissimum fratrem.* Nam fuga serui secundum se peccatum est, maxime verò, quando fuga cumulat furto, ut Chrysostomus, & Hieronymus ibi notant. Sed nisi fugisset, non venisset Romam, ubi ab Apostolo victo conuersus est ad fidem; ideo Chrysostomus, & Hieronymus in eius epistolæ commentariis obseruant, id accidisse Onesimo, quod olim Iosephi fratribus, Genef. 45. & 50. *Vos cogitasti de me malum; sed Deus vertit illud in bonum, &c.*

9. Quartò probatur exemplo filiorum Israël à captiuitate redeuntium, de quibus Esdras libr. 1. cap. 3. ita scribit: *Stetit Iosue, & filij eius, &c. ut instarent super eos, qui faciebant opus in templo Dei.* Quod ponderans Beda suo lib. 1. expositionis allegoricæ, cap. 4. versus medium: *Notandum, inquit, & crebriùs rememorandum, quantum boni populo malum captiuitatis contulerit: de qua eruit tanta omnes intentione, quanta nunquam antea celestibus obsequijs operam dare probantur. Sed & hodie multis, qui in pace Ecclesie negligenter vixerunt, subito errasse, & in flagitia aliqua cecidisse profuit, dum post casum poenitendo erecti, vigilantius Domino seruire ceperunt: & qui pigri ac desidiosi in innocentia stare videbantur, per accidentem sibi ruïnã admoniti sunt solertiùs erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidias accingi: ita ut qui nec propriam vitam curando offenderant, postmodum etiam fraternam salutis cum sua cretione curam gerant.*

10. Fuerat hoc prædictum Baruch 4. præsertim illis verbis: *Sicut enim fuit sensus vester, ut erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.* Quod meritò ad probandum, quod intendimus, inducit Albertus 1. p. quæst. 80. membr. 2. artic. 3. *Quamuis autem hoc fuerit potissimum impletum post Pentecosten, quando Iudæi conuertebantur ad fidem (ut bene obseruat ibidem Lyræ) adhuc ille tam copiosus fructus ab omnipotentia Dei fuit collectus occasione præcedentium peccatorum.*

11. Quintò Augustinus de natura, & grat. cap. 24. probat Psal. 29. *Ego diui in abundantia mea: Non mouebor in aeternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Quis ostendendum ei fuerat, unde haberet, ut respiceret humilis, quod superbus amisit.* *Idem in voluntate tua, inquit, præstitisti decore tuo virtutem.* Et eiusdem libri cap. 28. initio confirmat Apostoli verbis



verbis i. Timoth. i. fine : Quos iradidi satana, ut discant non blasphemare ; Deserit aliquantum Deus, inquit, unde superbis, ut scias non tuum, sed eius esse, & discas superbus non esse. & post pauca : Quomodo igitur opus satana excluditur opere satana.

12. Sexto probat Augustinus libr. 14. de ciuit. c. 13. fine, ex Psal. 82. Audeo, inquit, dicere, superbis esse vitale cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando fleuit, quam sibi placuit, quando presumpsit. Hoc dicit & sacer Psalms : Imple facies eorum ignominia, & querant nomen tuum, Domine ; id est, ut tu eis placeas querentibus nomen tuum, qui sibi placuerant, querendo suum.

13. Septimo probat Irenaeus libr. 4. aduersus haereses cap. 72. prope finem, verbis Ieremiae 2. Aversio tua increpabit te ; cuius praecipue notandum est illud : Deo quidem magnanimitatem praestante in apostasia hominis, homine autem erudito per eam, quemadmodum & Propeta ait : Emendabit te abscondito tua, presoniente Deo omnia ad hominis perfectionem, uti & bonitas ostendatur, & iustitia persiciatur, &c. Dionysius de diuinis nominibus cap. 4. non procul ante finem ait : Quinetiam iis, qui mali euasunt, ad eorum, vel aliorum priuatum, aut communem usum prouidentia benigne utitur.

14. Octauo probatur Lucae 15. Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia. Cuius rationem reddit Gregorius homil. 34. in Euangelia, colum. 2. dicens : Plurimumque pigri remanent ad exercenda bona praecipua, quia valde sibi securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amorem Dei, seque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficulta sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis letantur, flagrant desiderio, ad caelestem patriam anhelant : & quia se errasse a Deo considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant. Plures alios fructus ex culpis aliquorum per Dei bonitatem prouenientes Gregorius notat libr. 34. moral. cap. 9. & 10. tractans illud Iob 41. Sternit sibi aurum, quasi lutum, refertur autem de penitent. dist. 2. cap. citius, quod est 44.

15. Postremo probatur ex aliis Patribus ostendentibus fructum humilitatis ex praecedenti culpa prouenientem. Sanctus Maximus centuria 3. cap. 23. Ira salutaris est, inquit, diuina permissio, qua superbus animus affectionibus oppugnatur a demonibus, ut dum ignominiosè patitur, qui gloria-batur de virtutibus, discat, quis carum largitor : alioqui spoliatur alienis, qua quidem se putabat habere, quasi non accepisset. Propter eandem utilitatem a Deo permitti subtractionem diuinorum charismatum, derelictionem, demonum perturbationem, ac violentas tribulationes monuerat in praecedentibus capitibus, praecipue cap. 9. 10. & 16. Damascenus libr. 2. fidei cap. 29. a medio. Permittitur, ait, quis quandoque in turpem actionem incidere ad emendationem deterioris affectus. Verbi causa : quis est elatus in virtutibus, & rectè factis suis ; hunc sinit Deus in adulterium prolabi, ut per casum in propria infirmi-

tatis cognitionem veniens confiteatur Domino.

Chrysostomus libr. 1. de prouident. colum. antepenult. ita disserit : Quod si dicat quis, melius fuisse illos, cum rectè agerent, extolli, quam post lapsum humiliari : is mihi maxime videtur iactantia detrimenta, atque humilitatis lucra ignorare. Nosti enim hominem arroganter bona operantem, quam primam in summam perniciem lapsurum. Is vero, qui labi permittitur fuerit, atque ex ruina humiliari didicerit, resurget, &c. Quam utilitatem confirmare pergit sequenti contextu.

Gregorius vero Nyssenus oratione de dormientibus inter med. & finem, declarat exemplo medici, qui permittit puero nuxis uti, ut facto periculo eorum, qua faciunt dolorem, & utilitatem paterni consilij doctus, sanitatem cupiat. Isidorus libr. 2. sentent. de summo bono cap. 39. in medio : Ideo, inquit, nonnunquam electi lapsu carnali corrumpunt, ut a vitio superbia sanentur, & carnis vitio humiliantur, ut surgant.

Augustinus lib. quaestionum in Matth. q. 14. post medium existimat, ideo Iudaeorum plurimos excacatos fuisse prius, ut amplius humiliati vehementius diligerent, a quo sibi tantum scelus dimissum esse gauderent. Consonat etiam in Psal. 93. ad illud : Donec fodiat peccatori fouea, & lib. de ciuit. cap. 28. De intentione Dei, permittentis peccata praedestinatorum ad eorum utilitatem, eadem est sententia Magistri, & Scholasticorum communiter lib. 1. sentent. dist. 46. cap. hinc patet, S. Thomae 1. 2. q. 87. artic. 2. ad 1. Alexand. 1. part. quaest. 40. membr. 2. & 3. & quaest. 38. memb. 3. Alberti 1. part. q. 80. memb. 2. art. 3.

Ad vnum, aut alterum ex his testimoniis author contrariae sententiae respondet, non significare finem a Deo intentum in permissione peccatorum ; sed tantum significare consecutionem effectus utilis. Hac autem explicatio cum praedictis verbis, & mente Sanctorum pugnat : illi namque loci adductis potissimum intendebant exponere rationes, & fines intentos, propter quos sapienter Deus & vtiliter peccata permittit etiam in electis.

Aliqui recentiores limitant praecedentem decisionem, excipientes ea bona, quae necessarid pendunt ex peccatis, veluti penitentiam ; haec enim, existimant, praedestinari non potuisse, nisi prauiis peccatis, ut absolute futuris : propterea quae peccatorum permissionem non potuisse destinari ad ea bona colligenda. Ita Suarez lib. 1. de praedestin. cap. 13. num. 11. & lib. 3. cap. 8. num. 13. prior autem Cartagena discursu 10. inter med. & finem dub. 2. pag. 337. & sequent. Argumenta Suariz soluta manent praecedenti sect. 2. argument. 3. de voluntate antecedenti Dei, & disp. 12. sect. 8. argum. 1. & 2. Nunc solummodo generaliter admoneo, penitentiam, & caetera bona, quae necessarid supponunt peccatum, propterea secundum rectam rationem amari a Deo, & ad eum finem amari permissionem peccati ; quoniam humana voluntas est ad peccatum procliuius, & flexibilis ad bonum : ac propterea suauior, & rerum naturis accommodatior est modus prouidendi, permittens peccata, quae permissio eleuatur ad altiore finem, quando intenditur penitentia. Vnde validum argumentum elicitur contra praedictos autores. Concedunt enim, Deu posse intendere, & praedestinare permissionem alicuius peccati, nec inde sequi, Deum

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

Solutio reijcitur.

Limitatio quorundam.

velle peccatum, nec agere contra suam voluntatem antecedentem. Quod autem huic praedestinationi permissionis peccati addatur finis securitatis poenitentiae, non addit malitiam peccato, nec permissioni ; sed potius eam eleuat ad altiore finem : ergo licet permissionem peccati Deus praedestinat propter bonum poenitentiae, nullam malitiam contrahit diuina praedestinitio.

SECTIO IV.

Utrum permissio quorumlibet impedimentorum accrescendi meritis, & gloria, sit effectus praedestinationis.

1.

2.

3.

Quodammodo effectus praedestinationis.

Absolute id non est dicendum.

Sive fuerint haec impedimenta culpabilia, siue sine culpa, de omnibus quaeritur, sub hac praecisa ratione, quatenus incrementum amplioris gratiae, gloriaeque retardant. De quo nihil apud autores expressum reperio. Videtur autem ex eorum generali doctrina sapius repetita tribus disputationibus. Quoniam, ut vidimus disp. 21. requirunt eam conditionem in effectu praedestinationis, ut de facto conducatur, & quaecumque genus utilitatis afferat obtinenda gratiae, atque gloriae. Permissio autem impedimentorum sub hac praecisa ratione, quatenus incrementum amplioris gratiae, gloriaeque retardant, non conducunt, nec vllam afferunt utilitatem.

Aliunde tamen occurrit argumentum, quia Deus sua praedestinatione decernit, & causat mensuram, & gradum gratiae, & gloriae, ad quem peruenturus sit vnusquisque praedestinatorum (quem admodum probabitur infra disp. 53. sect. 6.) ad eam autem mensuram pertinet non solum quantitas augmenti, sed etiam negatio vltioris incrementi. Quapropter ad praedestinationem pertinebit praedestinare, & causare permissionem impedimentorum, praecise sub ea formalitate, quatenus retardant, ne crescat gratia & gloria supra mensuram a Deo praefixam. Maxime cum haec permissio magis distet a malitia, quam permissio peccatorum, quam praedestinitio sectionibus probauimus esse praedestinitio-nis effectum. Propterea

Dico primo. Praedicta permissio quodammodo dici potest effectus praedestinationis, quoniam ab eodem decreto praedestinate causatur, ut praecedens argumentum probat. Nihilominus

Dico secundo. Simpliciter & absolute loquendo, non est concedendum, illam permissionem esse praedestinitio-nis effectum. Ratio est, quoniam praedestinitio-nis actus non habet proprie quidditatem praedestinitio-nis, nisi formaliter, prout praedestinat, & causat gratiam, & gloriam. Alia tamen adiuncta formalitas praescribendi mensuram, qua prohibetur incrementum maius, non tam est formalitas praedestinandae, quam formalitas negandi vltiore, ac altiore praedestinitio-nem : propterea quae praedicta formalitas quodammodo participat rationem reprobationis negatiuae, quae praecise consistit in decreto negandi praedestinitio-nem. Cum igitur permissio quorumlibet rerum, quae impediunt, ne gratia, gloriae crescat vltioris, non causatur a decreto praedestinandae, nisi sub praedicta formalitate negandi vltiore praedestinitio-nem, consequens est non causari ab illo, prout est proprie praedestinitio-nis effectus.

Ruiz de Praedestinitio-nis.

tio : propterea quae proprie non esse praedestinitio-nis effectum.

DISPUTATIO XXIV.

Utrum naturalia bona sint effectus praedestinitio-nis.

SECTIO I.

De actionibus moraliter honestis.



NATURALIA bona nunc intelligo, quaecumque supernaturalia non sunt, siue sint libera, siue libertate careant. De his omnibus antiquiores Scholastici nihil expresse dixerunt. Coniecturas autem pro vtraque parte sumere poteris. Primus itaque Caietanus 3. part. quaest. 1. art. 3. §. ad euidenciam, asseruit, cuncta naturalia bona, nec non permissiones peccatorum non esse effectus praedestinitio-nis, sed naturalis prouidentiae, quantum ad substantiam rerum, licet earundem rerum ordinatio ad gloriam sit effectus praedestinitio-nis. Caietani fundamento satisfacimus infra sect. 8.

In specie bona moralia, solis naturae viribus elicit, non esse praedestinitio-nis effectum, sed potius causam, dicit Gabriel 1. sentent. dist. 41. quaest. vnica, art. 3. dub. 1. Sed nihil mirandum est, cum neque supernaturales actiones admittat Gabriel, ut sint effectus praedestinitio-nis proprie dicti : sicut vidimus disp. 22. sect. 4. Tribuitur eadem sententia Dominico de Soto lib. 1. de natura, & grat. cap. 20. Verum tamen sine sufficienti fundamento, quia neque colligitur ex illo. Vtriusque sententiae fundamenta diluere non erit difficile recolenti quae dicta sunt praecedentibus disputationibus, & quae dicemus in sequentibus sectionibus, praesertim sect. 7. & 8.

Sic igitur vnica conclusio. Quaelibet actio moraliter bona, solis naturae viribus elicit, sine auxilio gratiae, praedestinitio-nis effectus est in homine praedestinato. Ita existimat Valentia 1. part. quaest. 23. punct. 3. circa medium. Suarez lib. 3. de praedestinat. cap. 7. num. 12. Idem ferè quantum ad substantiam conclusionis docet Vazquez disp. 93. cap. 4. §. his ita. Colligitur etiam aperte ex Molina 1. part. quaest. 23. artic. 2. disp. 3. §. dicendum, & Bellarm. lib. 2. de grat. c. 13. col. vlt. §. sed esto. Quineriam colligitur ex Gregorio 1. sentent. distinct. 41. art. 2. praecipue dum probat conclusionem secundam : nam aliqua impedimenta gratiae, solis naturae viribus euitantur, aut remouentur. Durandus autem sect. seq. referendus ait, omne bonum, quod fit ab aliquo esse praedestinitio-nis effectum.

Ratio est, quia quidquid quomodocumque inuatur, ut praedestinati consequantur vitam aeternam, est effectus praedestinitio-nis (ut probatum fuit disp. 21. sect. 1. & 2.) Quaelibet autem actio moraliter honesta inuatur aliquo modo, non quidem ut causa per se, sed per accidens, remouendo impedimenta gratiae, videlicet peccata, non quidem commissa, sed quae committuntur, si deficeret ille actus honestus, destruendo, vel minuendo habitus vitiosos, mitigando passiones, submi-

1.

2.

3.

4.

Caietani sententia.

Conclusio affirmatiua.

V

nistrando

nistrando occasiones, & opportunitates excitanti gratia, remouendoque difficultates, vnde facilius & feruentius Deo vocanti & adiuuanti cooperemur. Quod probatum fuit praecedenti tomo de prouidentia disp. 16. & magis constabit ex tota disput. praesenti. Confirmatur a maiori. Naturalia namque bona, quae nec virtutis, nec virtij nomine censentur, eo quod libertate careant, magis distant a fine praedestinationis, quam morales virtutes, conceptae solis naturae viribus; nihilominus illa naturalia bona sunt effectus praedestinationis, vt ostendemus sectionibus sequentibus: igitur etiam morales virtutes, & eorum actus erunt effectus praedestinationis.

5. Obiectio. Obiicit aliquis. Praedestinatio Dei est prima, & summa gratia: ergo quidquid est effectus praedestinationis, eo ipso est effectus gratiae. Contra verò quaelibet actio moraliter bona, solis naturae viribus elicita, non est effectus gratiae: ergo non est effectus praedestinationis.

Responsio. Duplex gratia. Respondetur, distinguendo duplicem gratiam. Alia namque est gratia increata, quae est gratuitus amor Deo immanens. Alia verò est gratia creata, quae communiter intelligitur a Theologis nomine gratiae, siue illa sit actus, aut habitus supernaturalis inharens animis, siue sit concursus Dei non debitus, nec commensuratus reum naturis, sed supra naturam. Huius igitur potestatem gratiae creatae non est effectus actio moraliter honesta, solis naturae viribus elicita, quoniam ad illam elicendam opus non est concursu Dei supernaturali, nec supernaturali vocatione. Nihilominus eadem actio in homine praedestinato est effectus gratiae increatae, videlicet gratiae praedestinationis, per quam Deus efficaciter facit, vt liberum arbitrium solo concursu naturali tales virtutes concipiat, adhibitis naturalibus circumstantiis, & cogitationibus, ac suauitatibus naturalibus, quae ad hoc inclinent: & haec omnia facit ea intentione, vt inuenit modo praedicto ad finem praedestinationis.

6. Ad maiorem autem veritatis explicationem notanda sunt tria.

Primum est, a quibusdam authoribus probari praesentem conclusionem, quoniam actiones moraliter honestae fieri nequeunt, nisi per vires gratiae collatae per Iesum Christum, & consequenter habent vim de congruo merendi, vel impetrandi, vel disponendi ad ulteriorem gratiam. Hoc autem esse falsum ostendimus satis tomo de prouidentia disp. 16. multisque sequentibus, quibus probatum est, per solas vires naturae absque auxilio supernaturali, nullam dispositionem, aut meritum, aut impetrationem esse possibilem. Et ibidem disput. 40. probatum est requiri actiones entitativae supernaturales, nec satis esse productas esse per auxilium gratiae, vt mereantur, impetrent, aut disponant ad gratiam.

7. Secundò notandum est, multas actiones moraliter honestas, & quantum ad intrinsecam realitatem, merè naturales, moueri per imperium supernaturalium actionum, veluti charitatis, aut religionis: ab illis igitur accipiunt vim merendi, & impetrandi, ac disponendi siue de congruo, siue de condigno. Quocirca numeranda sunt inter effectus praedestinationis potiori iure, quam actiones aliae moraliter honestae: quoniam procedunt etiam a gratia creata, quamuis mediata, & quoniam magis directe & per se conducunt ad gratiam & gloriam obtinendam.

8. Tertio. Si fortè daretur aliqua praedictarum actionum moraliter bonarum, quae nullo modo ex supra dictis conduceret ad gloriam substantialem: nihilominus esset effectus praedestinationis, ex eo solum, quod ad gloriam accidentalem conduceret. in patria namque peculiare praemium accidentale, peculiareque gaudium correspondebit praedictis operibus. Praedestinatio verò totam integram gloriam cum omnibus suis accidentibus causat, & ideo causat etiam eas res, quae iuuant ad eiusmodi accidentia: sicut dictum est disp. 22. sect. 7.

Accidentalis gloria.

SECTIO II.

Qualibet naturalia beneficia, quae conducunt ad finem praedestinationis, sunt effectus illius.

1. Prima conclusio generalis est. Naturalia cuncta, siue prospera fuerint, siue aduersa, siue inhærentia homini praedestinato, siue extra ipsum existentia, sunt effectus praedestinationis. Id colligitur ex Doctoribus citatis disput. 21. sect. 1. generaliter asserentibus, quidquid conducit ad vitam æternam, esse praedestinationis effectum; praecipue verò ex Driedone lib. de concordia liberi arbitrij cum praedest. part. 1. cap. 1. pag. 3. dum definit praedestinationem specialiter acceptam. Asserit enim: Effectus praedestinationis est tota congeries operum, quae facit Deum aut in homine, aut per hominem, ordinata ad vitam æternam. Plures occasiones non supernaturales inter effectus praedestinationis enumerat lib. de captiuitate, & redemptione generis humani, tract. 4. cap. 2. part. 3. initio.

2. Generalis conclusio.

Clarius autem Durandus 1. dist. 41. q. 2. n. 7. dixerat: Omne bonum, quod fit ab aliquo, vel fit pro eo, vel quod iuuat eum qualitercumque ad consecutionem finis supernaturalis, siue per causam, siue per occasionem, cadit sub effectu praedestinationis, & pars eius. Quod post pauca declarat amplius, etiam quidquid hominem vt bonum faciat, disponit, siue sit ex impressione caeli, siue ex occasione praesentia exterioris, &c. Bellarm. lib. 2. de grat. cap. 13. post medium, §. sed esto, dicit praedestinationem esse originem omnium bonorum etiam naturalium. Clarius adhuc primam conclusionem docent, qui referendi sunt pro conclusione secunda. Pro conclusione praecedenti referunt aliqui S. Thomam siue in art. 5. corp. siue in art. 8. corp. praesentis quaest. 2. Sed parum, aut nihil fauet, vt vidimus disput. 21. sect. 1. Magis efficaciter hoc sumitur ex lect. 6. col. 1. in cap. 8. ad Rom. vt videbimus conclus. 2.

3.

Secunda conclusio declarans magis specialiter, quae generaliter continentur in prima. Sunt effectus praedestinationis ingenium, iudicium, scientia, prudentia, vel ars, indoles, complexio, valetudo bona, vel mala, patria, parentes, nutritij, educatio, magistrj, amici, aut inimici, noti, vel extranei, studia, munera, diuitiae, vel paupertas, honor, aut ignominia, concordia, vel lites, bellum, aut pax, ceteraque praedictis similia; sed potissimum vitae periodus longior, aut breuior, hoc, aut illo termino maturè conclusus. Harum rerum praecipua capita numerant inter effectus praedestinationis Molina in praesenti quaest. 23. art. 2. disput. 3. §. dicendum. Vasquez disput. 93. cap. 4.

3. Praedestinationis effectus magis in speciali.

cap. 4. §. bis iactis, & aliis sequentibus. Suarez lib. 3. de praedest. cap. 7. num. 7. & sequentibus, Cartagena discursu 3. de praedest. ad 3. argument. Zumel in praesenti q. 23. art. 2. sua quaest. vnica, conclus. 6.

4. Probatum primò Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Vbi praecedens Apostoli contextus ad patientiam adhortantis, & admomentis humanae ignorantiae circa rerum euentus, qui nobis expediunt, efficaciter probat, omnium nomine comprehendere res prosperas, vel aduersas, (quae naturales sint, non verò supernaturales.) Atque ita intelligunt Chryostomus, Hieronymus, Commentarius sub nomine Ambrosij, Theodoretus, Oecumenius, Anselmus, Glossa, & S. Thomas ibidem lect. 6. col. 1.

5. Confirmari potest verbis Christi Domini Matth. 25. ad solos praedestinos: Possidere paratum vobis regnum a constitutione mundi. Cum enim praeparatio increata, & immanens intra Deum, sit aeterna, quamuis illius executio sit temporalis; nulla congruentior ratio reddi potest, ob quam dictum fuerit, A constitutione mundi, nisi quoniam ab aeterno Deus sua praedestinatione praeparauit, vt totius mundi constitutio ab ipso primordio vsque ad finem seruiat praedestinis ad eorum gratiam, & gloriam. Quod ipsum in elementis, & illis mixtis, quae maximè necessaria sunt ad conferuandam vitam, enenire notatur Ecclesiastici 39. post med. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimi bona & mala. Initium necessariae rei vitae hominum aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vna, & oleum, & vestimentum. Haec omnia Sanctis in bona, sic & impijs, & peccatoribus in mala conuertuntur.

6. Secundò probatur Prouerb. 30. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Mendacitatem, & diuinius ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? Aut egestate compulsus fuer, & perireum nomen Dei mei. Nimia quippe fatietas est procliuus ad vitia superbie, iuxta illud Deuter. 32. Incurassatus est dilectus, &c. sicut e contrario nimia paupertas est procliuus ad vitia puillanimitatis. Faretur ergo Salomon Dei prouidentiam suorum saluti & iustificationi prouidisse, tribuendo tantum victui necessaria: quamuis perfectionis studiosus in Euangelica lege confular altiori modo, tribuendo mendicitatis amorè.

7. Confirmatur: propterea namque temporalia bona cadunt sub obiectum spei Theologicae, quatenus iuuant ad spiritalia bona consequenda (de quo S. Thom. & eius expostores 2. 2. q. 17. art. 2.) & eadem ratione sunt obiectum orationis, cum dicimus: Panem nostrum quotidianum, &c. (de quo S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 6. & 9.) & Ecclesia in litanis, & orationibus Missae temporalia petit, vt praesentibus subsidijs sufficienter adiuui, sempiterna fiducialius appetamus. Apostolus quoque 2. ad Timoth. 2. praescribit orationes, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, videlicet, vt destructis aduersitatibus, & erroribus vnuerfis Ecclesia Deo seruiat libertate secuta.

8. Tertio probatur aliquibus exemplis, ad instar enim illorum Theologos poterit ex sacris literis multò plura depromere. Rixa inter pastores gregum, & libera electio, qua Lot praetulit terram magis delitiosam, occasio fuit per diuinam praedestinationem praedestinita, vt Abraham explorauit de Praedest. Ruiz de Praedest. V 2 die

ret terram sibi promittendam, & longius distaret à Sodomorum periculis & incendijs, Genesis 13. Ira, & minae, quas Esau iactabat aduersus fratrem, & consilium matris per Dei praedestinationem ordinata sunt, vt Iacobum impellerent ad peregrinandum, orandumque feruentius, & votum emittendum, Genesis 28. Rursus cognatorum querelae, atque inuidiae, necnon focieris vultus, & fraudes per diuinam praedestinationem eo sine permilla sunt, vt ex parte causata, quibus Iacob impelleretur, vt citius, libentiusque sequeretur Domini praecipuum de reditu in patriam, Genesis 31.

9. Eodem igitur modo philosophari debes de prosperis, vel aduersis rebus diuinam praedestinationi famulantibus, vt Ioseph exaltaretur, vt Israel ingrediatur Aegyptum, egressusque postea mare transmitteret, vt Moyses aleretur in domo regia, quam postea fugeret, atque populi gubernacula susciperet. Denique Caesaris edictum, Herodis crudelitas, Archelai successio, Hierosolymitanum excidium, dilatatio Romani imperij; sicut & alij complures euentus minimè supernaturales praedestinati sunt, vt famularentur Euangelicae praedicationi, & per eam salutem multorum praedestinatorum.

10. Quarto probatur: exterior namque vocatio est praedestinationis effectus; ea verò multoties continet entitates merè naturales: igitur entitates huiusmodi sunt effectus praedestinationis. Maior, & minor probata fuit disput. 22. sect. 2. n. 6. & seqq. Nunc sufficiat Augustini testimonium Pfalm. 102. col. 12. ad illum versum: Misericors, & misericors Dominus, &c. dicentis: Vocat vndique ad correctionem, vocat vndique ad penitentiam, vocat beneficijs creatura, vocat impetiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis.

11. Quintò probatur ex alijs Patribus, supponendo, quod omnes Theologi recipiunt, & scripsit Fulgentius lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi, cap. 31. prope finem: Sicut nihil naturaliter subsistit, quod ille non fecerit, ita nihil prouenit in salutem hominum, quod ille non in aeterna bonae voluntatis suae dispositione faciendum praedestinauerit. Vbi prius commemorans quidquid naturaliter subsistit, satis ostendit etiam illud esse praedestinitum, si prouenit in salutem hominum.

12. Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 33. sub initium: Affectibus, inquit, gratia Christiana etiam ipsa, quibus mundus atteritur, arma famulantur. Quam multos enim, qui in tranquillitate pacis Sacramentum Baptismatis suscipere differebant, ad aquam regenerationis confugere instantis periculi metus impulit, & lentis, repidisque animis quod diu cohabitatio quæta non suasset, minax subito terror extorsit. Quòd si terror armorum à multis extorsit voluntatem accipiendi Baptismum, valde contulit ad aeternam salutem electorum, & consequenter fuit effectus praedestinationis.

13. Hoc idem probant exempla, quae subdit: Quædam Ecclesiae filij ab hostibus capti dominos suos Christi Euangelio manciparunt, & quibus conditioe bellica seruiebant, eisdem fidei magisterio praesuerunt. At alij barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis non esse poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cum Christiana religionis institutione remearunt. Ita nihil obfistere diuinae gratiae potest, quominus id, quod voluerit, impleatur, dum etiam discor-

10. Exterior vocatio praedestinationis effectus.

11.

12.

13.

5.

Responsio. Duplex gratia.

6.

7.

8.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

die ad unitatem trahunt, & plaga in remedia vertuntur, ut Ecclesia unde meruit periculum, inde statim augetur. Quod idem pluribus confirmat.

14. Plura pro eodem dogmate reperies in aliis capitib. eiusdem lib. 2. de vocat. praesertim cap. 9. 15. & 27. Necnon cap. 8. ubi declarat inaequalem numerum talentorum distributum Matth. 25. Vnicuique secundum propriam virtutem, id est secundum propriam & naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum, &c. & post pauca: Denique isti, quibus secundum modulum capacitatis sua, quem in eis distributor substantia praesidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, sed operis accipere materiam.

15. Eleganti copiosaque simili sapientissimi cuiusdam, qui praesit splendissimo conuiuio, praebentis cibos alicui complexionis, temperamentoque commodos, & conuenientes, atque prohibentis alios noxios, & insalubres: atque diuinam prouidentiam, quae ad spiritualem vitam tuendam tribuit, aut subtrahit rerum temporalium usum, & ad eundem finem disponit omnes euentus, explicat Gregorius Nyssenus orat. de infantibus, qui praemature abripiuntur, propius ad medium, quam ad finem. Conspirat Euseb. lib. 6. de praeparat. Euangel. cap. 5. post med. dicens: Prouidentia Dei vniuersa ineffabilibus gubernans rationibus, multa etiam eorum, quae natura sunt, commutat, auxiliisque affert, ut ea quorum nos sumus causa, & eligamus, & operemur.

16. Consonat Ioannes Climacus gradu 1. inter med. & finem: Ne illa quidem renuntiationum genera vituperemus, inquit, ut condemnemus quae casu sunt. Quod exemplis illustrat, velut feminis, quod in terram de agricolae manu negligenter lapsum, fructum latissimum, & plurimum attulisse, vidit. Sicque fit ut in plevisque ea & firmiora sint, & magis rara, quae inuitis accidunt, quam quae illis ex sua sententia prouenerunt. Laurentius Iustinianus lib. de triumphali Christi agone, cap. 25. initio: Ut grati fiant, inquit, & mutantur in melius, sua illis dona communicat. Illos blanditijs allicit, muneribus ornat, praemiat flagellis, terret minus, exhortationibus vocat, reuocat indulgentia, charitate irrat.

SECTIO III.

Congruitas indolis, ingenij, consuetudinis, & liberalium disciplinarum, est effectus praedestinationis.

1. PErgrinus explicare magis specialiter naturalia beneficia, quae sunt effectus praedestinationis, & ad ea probanda praemittimus hunc syllogismum. Congruitas mediorum praedestinationis valde prodest, ut actualiter homo consequatur iustificationem, & gloriam, sed praedicta congruitas confurgit ex ingenio, indole, consuetudine, liberalibus disciplinis, aliisque rebus entitatiue naturalibus: igitur tales res valde profunt, ut actualiter homo consequatur iustificationem, & gloriam: & consequenter sunt praedestinationis effectus, iuxta generalem regulam his disputationibus repetitam. Maiorem ut probem, praemitto nomina, quibus ab Augustino, & aliis Theologis solet significati congruitas ista mediorum. Appellatur enim opportunitas, coaptatio, aptitudo, proportio, & contemperatio: quamuis haec aliquando significetur, quasi modificans ipsa me-

Quibus nominibus appellatur congruitas haec.

dia praedestinationis; aliquando vero significetur, ut dispositio praedestinationum afficiens, ut sit aptus obedire.

2. Maior igitur non semel ab August. traditur. Sic enim lib. 1. ad Simplic. q. 2. circa med. explicat quomodo multi sint vocati, pauci vero electi: ut quamuis multi uno modo vocati sunt, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capienda reperiuntur idonei; & illud non minus verum sit: Non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est, qui hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem? Haec licet August. sub interrogantis atque dubitantis forma dixerit; nihilominus asseueranter fuisse dicta, multis argumentis probauimus alibi. Nunc sufficiat inferior contextus, ubi August. affirmando, & decernendo, absque vilo dubitationis indicio profert eandem doctrinam, veluti verbis subiunctis. Ad alios autem vocatio quidem peruenit, sed quia talis fuit, quae moueri non possent, nec eam capere apti essent, vocati quidem dici poterunt, sed non electi.

3. Decernentis etiam, & asseuerantis sunt, quae scribit post pauca: Non potest effectus misericordiae Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille miseretur, si homo nolit: quia si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut & mouerentur, & intelligerent, & sequerentur. & rursus: Illi electi, ait, qui congruenter vocati: illi autem, qui non congruebant, neque contemperabamur vocationi, non electi, quia non secuti, quamuis vocati. Item verum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: quia etiam si multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, ut sequantur. & iterum: Nullius Deus frustra miseretur; cuius autem miseretur, sic eum vocat quomodo sit ei congruere, ut vocantem non respuat.

4. Proponit deinde quaestionem: Cur ergo Esau non sic est vocatus, ut vellet obedire? Videmus enim alios aliter eisdem rebus demonstratis, vel significatis, ad credendum moueri. Quod variis exemplis, ex Euangelio petitis confirmat. Nam eisdem miraculis a Christo Domino editis, eidem denique praedicationi credebant nonnulli, alij non credebant. Vnde in medio illius quaest. 2. ad Simplic. ita concludit: Cum ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem, eademque res saepe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliamque moueat, alium non moueat: quis audeat dicere, defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est. & paulo inferius: Cum Deus deserit, non sic vocando, quomodo ad fidem moueri potest? quis etiam dicat, modum, quo persuaderetur, ut crederet, etiam omnipotenti defuisse? Haec omnia manifestam assertionem congruitatis, aptitudinis, opportunitatis, idoneitatis, & contemperationis continent absque vlla ambiguitate, vel interrogatione.

5. Minorem vero, videlicet, ingenium, indolem, educationem, & alias res naturales esse conditiones, ex quibus confurgit praedicta congruitas, & opportunitas, colligere poterit, qui recte ponderauerit praedicta verba Augustini. Sed praeterea Probatur secundum, nam lib. de bon. persever. cap. 14. Ex quo apparet, inquit, habere aliquos in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiae, quo moueantur ad fidem, si congrua sint mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. Et tamen si Dei altiore iudicio a perditionis massa non sunt gratia praedestinationis discreti, neque ipsa eis adhibentur, vel dicta

Ex quibus confurgat ingenium.

dicta diuina, vel facta, per quae possent credere, si audirent utique talia, vel viderent. Vbi possent credere, idem significat, atque si diceret, credituri fuissent; quemadmodum probatum est tomo de scientia Dei, disp. 66. sect. 1.

6. Probatur tertio. Nam Sapientiae liber cap. 8. versus finem, quando ex persona Salomonis ait: Circuibam querens, ut mihi illam assererem, videlicet sapientiam, subiungit: Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Quod alicuiusmodi ingenium ab omnia bona, promptum, idoneum, atque propensum, Salomonem redderet minus incapacem sapientiae, quam postea precibus impetrauit. Ideo S. Bonaventura istius versus commentarium ita exorditur: Hic tangit aptitudinem suscipiendi, (videlicet sapientiam) primo ex parte naturalis industrie, quia puer eram ingeniosus.

7. Confirmatur, nam experientia quotidiana probat esse verum, quod Seneca epist. 96. Quidam, inquit, ex hominibus, egregiam sortiti indolem, in ea, quae trahi solent, perueniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur, cum primum audierint.

8. Probatur quarto. Nam contingit virtutem esse maiorem, vel minoram, quia ad attingendum medium virtutis unus est melius dispositus, quam alius, vel propter maiorem assuetudinem, vel propter meliorem dispositionem naturae, vel propter perspicacius iudicium rationis, aut etiam propter maius gratiae donum, ut scribit S. Thomas 1. 2. q. 66. art. 1. corp. post med. Maiorem assuetudinem affert educatio bona: melior dispositio naturae idem est, quod melior indoles: perspicacius iudicium rationis est optima pars ingenij. Haec igitur omnia iuuant vt actualiter homo consequatur virtutes, quas diuina praedestinatio praordinat, & causat.

Quidem propensiores alij ad virtutem.

9. Confirmatur, quia quosdam homines magis, quam alios, a natura propensos esse ad virtutem obseruauit Aristoteles lib. 2. mag. moral. cap. 8. inter medium, & finem, dicens: Natura namque fortunatus est, qui sine ratione ad bona impellitur, eaque consequitur. Id vero naturale est: nam anima iust huiusmodi a natura, quo sine ratione impellamur ad ea, vnde bene habemus, eo vsque, ut si quis roget ita habentem: Cur nam id tibi licet agere? Nescio, inquit, sed libet. Idem Philosophus lib. 7. politic. cap. 13. sub initium: Quod igitur, inquit, bene vivere, ac felices esse omnes cupimus, manifestum est. Sed alij potestas est adipiscendi, alij non propter fortunam aliquam, vel naturam. Opus est enim adiuentis quibusdam ad bene viuendum: minoribus quidem illis, qui melius dispositi sunt: maioribus autem, qui peius. Igitur authore Philosopho, natura bene disposita praebet adiumentum ad bene viuendum.

Responset, supernaturalis praedestinationem, & eius effectus ignotos fuisse a Philosopho. Et verum dicit: nihilominus non enervas robur praecedentis argumenti. Primum propter propositionem, quam seruauit prouidentia naturalis, mouens ad actiones moraliter honestas, & supernaturalis prouidentia, mouens ad opera pietatis: quam propositionem alibi fusiis explicio. Secundum, quoniam S. Thomas non ignorans necessitatem, & efficacitatem gratiae, praedictam Aristotelis doctrinam sequitur 3. contra gentes, c. 92. prope init. ubi: Quamuis Deus, inquit, alius directe ad electionem hominis operetur; tamen actio Angelij operatur aliquid ad electionem hominis per modum persuadentis: actio vero corporis caelestis per modum

Actio vero corporis caelestis per modum Ruiz de Praedestinatione.

disponentis, in quantum corporales caelestium corporum impressiones in corpora nostra disponunt ad aliquas electiones. Quando igitur aliquis ex impressione caelestium corporum, & superiorum causarum secundum praedictum modum inclinatur ad aliquas electiones sibi viles, quarum tamen utilitatem propria ratione non cognoscit, & cum hoc ex lumine intellectuum substantiarum illuminatur intellectus eius ad eadem intelligenda, & ex diuina operatione inclinante inclinatur eius voluntas ad aliquid eligendum sibi utile, cuius rationem ignorat, dicitur bene fortunatus. Vides igitur apud S. Thomam impressionibus caelestium corporum voluntatem nostram ad aliquas electiones inclinari. Quod autem haec inclinatio pertineat ad naturalem indolem, & ingenium, S. Thomas comprobat auctoritate Philosophi lib. 2. mag. moral. nuper citati, dicens: Quod bene fortunatum esse est esse bene natum.

Caelorum impressiones voluntatem ad aliquas electiones inclinant.

10. Confirmatur, nam & Philosophus 2. de animal. text. 94. docet molles carnes, esse aptos mente. Vnde S. Thomas 3. contra gent. cap. 84. prope finem probat, quod bonitas dispositionis corporis humani facit aptum ad bene intelligendum, in quantum ex hoc praedicta vires fortiores existunt. Hac nimirum ratione Chryostomus animi dispositionem, aptitudinem, nobilitatem, & probam, sanamque mentem conducere ad electionem Dei, vocationem, & iustificationem dicit ad Rom. 9. serm. 16. col. 10. dicens: Quot putas fuisse, qui Mattheo, iuxta apparentem operum orientationem, meliores videntur? Sed qui arcana non ignorat, mentisque dispositionem, & aptitudinem probare potest, is & incano neglectam margaritam agnouit, & relictis alijs, huius admiratus pulchritudinem, ipsum elegit, animique illius nobilitati suam addens gratiam, probatum ipsum declarauit. Et postquam rem explicuit, similitudine ducta a peritis pretiosorum lapidum aestimatis, adiungit: Nec enim operum tantummodo demonstrationem querit Deus, sed & animi nobilitatem, ac probam, gratiamque mentem. Talem enim, etiam si casu quopiam incommode peccauerit, confestim tamen recuperat: quamuis in militia aliquandiu immoratus etiam fuerit, non tamen illum contemnet, sed statim eximeret Deus ille omnium cognitor. Sed quoniam in iis offendunt nonnulli tanquam Semipelagianum quiddam sonantibus, videnda est expositio, quam dedimus tomo de prouident. disp. 27. sect. 5. praesertim n. 24. & 25.

10.

11. Probatur quinto ex Tridentino sess. 23. de reform. cap. 18. initio: Cum adolescentium aetas, inquit, siue esse instituat, prona sit ad mundi voluptates sequendas, & nisi a teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseueret, &c. Quod idem colligitur ex Concil. Toler. IV. cap. 23. & Concil. Aquilgranen. c. 135. Lateran. sub Leone X. sess. 9. de reform. curiae, & aliorum, & Basilio in regul. fusiis disp. interrog. 15. Quapropter vt communior praedestinandi modus aeternae vitae consequatur effectum, valde iuuat adolescentium educatio bona, qualem praescribit praedicta Concilia.

11.

12. Sed quod ad indolem attinet, sexta probatio sit, quoniam nisi naturalis indoles, & ingenium adiungetur, vt adolescentem sequantur ductum diuinam praedestinationis ad opera pietatis, sequeretur, nullam spem futurorum bonorum ex indole concipi posse. Contrarium tamen supponit Tridentina Synodus in cap. nuper citato, quando

Indoles.

V praeci



præcipit, haberi delectum eorum Scholasticorum, quorum indoles, & voluntas semper affert eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuo inseruituros.

Confirmatur ex recepta religionum consuetudine.

13.

Confirmatur secundò per manifestissimum discrimen, quod experimus quotidie inter adolecentes educatos apud Christianos bene moratos, & alios adolecentes, qui educati sunt inter barbaros Ethnicos, aut Mauros.

Confirmatur tertio per omnia, quæ fusè tractari solent de bona educatione filiorum, & eius necessitate. Nunc sufficiat lectorem remittere ad Ecclesiast. cap. 30. versu 9. & multis seqq. Vnde manifestè colligitur ad uitanda vitia, & exercendos actus virtutum, iuuare plurimum bonam educationem, ac disciplinam.

14. Consuetudo altera naturæ.

Probatur septimò, nam iuxta receptum Philosophorum, & Theologorum axioma, consuetudo est altera natura; ideòq; afferens quamdam veluti necessitatem peccandi, & resistendi medijs prædestinationis. Quam ob causam qui liber est à praua consuetudine, minus resistit iis medijs. Quod attinet ad vim consuetudinis docent plures Patres. Nobis sufficiat illud Ieremiæ 13. Si mutare potest Ethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. vbi Chaldaeus legit; assueti.

15. Evidentia credibilitatis.

Probatur octauò, nam evidentia credibilitatis requiritur ad credendum; sed melior indoles, & ingenium, atque liberales disciplina iuuant, vt faciliùs, euidentiùs, & certius penetretur euidentiã credibilitatis: ergo iuuant etiam in suo genere ad actualiter credendum. Vnde propter eandem rationem colligitur similiter iuuare, vt voluntas ad electionem honesti liberè concipiendam faciliùs, & citius persuadeatur rationum pondere.

16. Scientia iuuant, vt excitan gratia nõ respuatur.

Confirmatur aliquibus exemplis, quæ retulimus præcedenti tomo de prouid. disp. 16. sect. 3. n. 24. 25. 26. & 27. de iis, quos Astrologia, Medicina, Dialectica, vel Philosophia moralis adiuuit, vt interior gratiam excitantem, & cooperantem non respuerent. Nunc sufficiat exemplum Augustini lib. 5. confess. cap. 7. in fine: quem post Dei gratiam interior adiuuit ingenium, & logica, vt fallacias, & vanitatem Manichæorum deprehenderet. Traiile Faustus, ait, qui multis laqueis mortis extitit, meum, quo captus eram, relaxare iam cœperat, nec volens, nec sciens. Faustus itaque, per interrogationes, & argumenta Augustini conuictus, relaxare cœpit laqueum mortis: ergo cœpit ad vitam aliquo modo disponere negatiuè, videlicet impedimenta remouendo.

17. Mores, & ingenia iuuant.

Probatur nonò, quoniam ingenia quorundam hominum, & mores vni virtuti repugnant magis, alteri verò minus: ergo ad efficaciter amplectendam eam virtutem, cui minus repugnant, iuuabunt ingenia, saltem remouendo maius impedimentum. Antecedens probatur simul, & corroboratur illatio primò. Nam, vt Gregorius ait lib. 14. moral. cap. 7. prope med. Existunt qualitates morum, quæ certis virijs sunt vicine. Nam mores asperi aut crudelitatis, aut superbiae solent esse coniuncti. mores autem blandi, & quàm decet paulo amplius letiores,

nonnunquam luxuria & dissoluiti. Quapropter isti mores minus repugnant humilitati, mansuetudini, & misericordia: sicut mores asperi minus repugnant castitati, & modestæ grauitati, & iustitiæ criminum punitiua.

Confirmatur secundò, nam ob eam causam desperat magis diabolus impedire prædestinationis effectus, quantum ad eas virtutes, quibus magis fauent, aut minus resistunt ingenium, & mores: idem verò probabilius sperat impedire actualem efficaciam auxiliorum circa virtutes, quibus magis resistunt ingenium, & mores. Vnde Gregor. continuò subiungit: Inuictur ergo inimicus generis humani, vniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui: & illa ponit ante faciem, ad que cognoscit faciliùs inclinari mentem. Ita exponit verba Iob cap. 18. Et decipula eius super semitâ, cui concinit Plalm. 141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Iterum autem lib. 29. moral. cap. 12. post med. Prius, inquit, conspersioem vniuscuiusque iniquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. & post pauca: Vicinas conspersiois deceptiones parat. Et fufius probat, difficiùs homines capi ad committenda vitia, proprio ingenio, & propensione magis repugnantia.

Eadem est sententia Basilij 21. homil. in aliquot Scripturæ locos sub initium, ab illis verbis: Ad quod promptiorem conspexerit, ad id proprijs vitur delinimentis, atque illecebris. & 23. homil. sub initium, ab illis verbis: Impugnat ita, vt nostris ipsis desiderijs iaculorum vice aduersus nos utatur, & perpetuò è nobis ipsis vires sumat, vt nos ladat. Isidorus lib. 3. de summo bono cap. 5. post medium: Prius, inquit, naturam vniuscuiusque intendit. & post pauca: Ex ea parte diabolus homines tentat, qua eos per excrescentem hãmorem faciliè inclinari ad vitia conspici, vt secundum humoris conspersioem adhibeat & tentationem.

Confirmatur tertio, nam propter eandem rationem perfectiois amatores discutiunt examine diligenti, quænam sint illa vitia, ad que procliuior est eorum inclinatio naturalis, vt ad contrarias virtutes procurandas atque tuendas maiorem diligentiam adhibeant. Hanc industriam sine fructu, imò cum detrimento spiritualis profectus præciperent similibus rerum experti Doctores, si prædestinationis effectus nullo modo iuuarentur ingenio, & inclinatione naturali: sic enim ad obtinendos effectus prædestinationis naturalis inclinatio, & ingenium neque inæqualiter adiuuaret, neque inæqualiter impediret, & consequenter inæqualem diligentiam, & vigilantiam non requireret.

SECTIO IV.

Corporis dispositio ex multiplici causa proueniens, est effectus prædestinationis.

Huius assertionis generale fundamentum est, quoniam ipsa quoque dispositio corporis suo peculiari modo iuuat, vt prædestinationis media suum fructum actualiter consequantur. Quandiu namque corpori confertus, & alligatus est animus, eius operationes intelligendi, & volendi pendent à corporeis organjs, imaginatiua, & appetitu sensitiuo: quæ potentia quâto promptius, conuenientiùsque ministrant animo, tanto melius, & faciliùs suas vires exerunt intellectus atque voluntas. Vnde

Proba

18.

19.

20.

1.

Fundamentũ generale corporis dispositio iuuat, vt media prædestinationis fructum consequantur.

2. Inuunt propositionem boni.

Probatur primò, quoniam dispositio corporis adiuuat meliorem propositionem boni, & omnium rationum, quæ persuadent illius electionem. Constat enim somnolentos, aut capitis dolore, aut vehementi melancholia correptos, difficiùs, obscuriùs, & segnè aliquas rationes eiusmodi pendere, & segnè per voluntatem operari.

3. Mouet in appetitu passionem, quæ voluntatem inclinât dispositio humoris.

Confirmatur, nam omnium Sanctorum iudicio corpus, ieiunijs, flagellisque maceratum, ad explendum continentie præceptum iuuat magis, quàm corpus obesum epulis, & vino refertum.

Probatur secundò, quoniam actualis humorum dispositio mouet in appetitu sensitiuo passionem; passio verò voluntatem inclinât ad liberam electionem, quatenus mutat aliquomodo, vel nebulis offundit præcticum iudicium æstimationis: vnde etiam refertur obscurari præcticum iudicium intellectus, ideòque voluntatem inclinari ad obiectum, quod sibi per passionem melius proponitur. Præterea quoniam per quandam distractionem remittitur proprius motus voluntatis, quando nimium intenditur motus appetitus sensitiuus: vt D. Thom. probat 1. 2. q. 77. art. 1. & 2. & nos ibi fufius declarauimus. Vnde colligitur, homines passione affectos sapiùs resistere gratiæ, committendo peccatum, ad quod eos inclinât passio; contra verò homines à vitiosa passione liberos, vel etiam per passionem inclinatos ad actum, qui est secundum rationem, aptiores sunt, vt facilioribus medijs per diuinam prædestinationem ordinentur ad virtutes illorum affectibus consentaneas.

4. Cæli passiones imprimunt.

Confirmatur primò: nam eandem ob causam Philofophi, & Astrologi (quorum sententiam approbat S. Thomas 1. 2. q. 9. art. 5. sine corp. & ad 3. & lib. 5. contra gentes cap. 84. ad finem, & cap. 85. ad finem, & cap. 91. & 92. prope initium) docent, plures hominum esse, qui non resistant passionibus, & naturalibus inclinationibus, quas imprimunt cælestia corpora, sed potiùs illas sequantur; nam soli sapientes, quorum exiguus est numerus, resistunt. Ergo naturales inclinationes à syderibus impressæ frequenter impediunt, ne diuina inspiratio persuadeat electionem inclinationibus contrariam: & propter eandem rationem iuuabunt, vt inspiratio persuadeat electionem illis inclinationibus consentaneam.

5.

Eadem ratione ductus Damascenus lib. 2. fidei cap. 7. post med. vbi probauerat astrorum latrone, & influenza humanis actibus non afferri necessitatem; nihilominus concedit humanis corporibus inclinationem imprimi, per quam vt plurimum humanus animus liberè ducatur. Quælibet, inquit, aeris à sole, & luna, & astris, alio, & alio modo facta, diuersas complexionis, & dispositionis sortitur, & earum habitus, impressionesque in nobis sunt: dominantur enim rationi, & vbi in habitum conuersa sunt, ducunt.

6. Vnde pronuntiat in hominibus tanta diuersitas.

Confirmatur secundò: nam ex prædicta diuersitate qualitate aeris, & ciborum, & quam terra solum, & cæli efficiunt, prouenit tanta diuersitas in hominibus diuersarum regionum. Nonnullæ quippe nationes ad recipiendam, & retinendam fidem inueniuntur aptæ, aliæ valde ineptæ: quædam quanta facilitate recipiunt, tanta receptam deserunt: aliæ constantius retinent: ac denique diuersæ nationes ad diuersas virtutes Euangelicas recipiendas reperiuntur magis idoneæ: velut Iaponici ad martyrium, Occidentales Indi ad submissionem, & obedientiam.

Probatur tertio, nam cibi, potusque parsimonia, non de superfluo tantum, sed aliquid etiam de conuenienti subtrahens, sine controuersia iuuat, vt contemplationis, & omnium supernaturalium virtutum interiores actus frequentius, intensius, & feruentius exercentur in oratione. Contra verò crudelitatem stomachi, epulis, & crapula repleti, afferre impedimentum non tantum contemplationi, sed etiam diligentia, & vigilantia, quæ simpliciter necessaria est ad actualement obseruantiam diuinæ legis, constat Christi Domini præcepto Lucæ 21. ad finem: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Videndus est Leo I. in sermone 8. de ieiunio decimi mensis, inter alia dicens: Quo idiano experimento probari, potius satietate actem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari. & paulo inferiùs: Animam à corporeis cupiditatibus sapius liberam in aula mentis posse diuinæ vacare sapientiæ.

7. Ciborum parsimonia ad orationem vtilis.

8. Cur Deus populum ad parsimoniam compelleret.

Inter alias rationes hanc reor esse minimè contemnendam, propter quam Deus Israëlitiuè populum ad ciborum parsimoniam, & prope inediam aliquando compulerit, vt corda, & capita per corporeas potentias melius inferrent menti ad Deum incorporeum, & inuisibilem intelligendum, credendum, atque colendum, & percipienda mysteria, & præcepta magis spiritualia. Nam ab his actibus impediabantur satietate ciborum in Ægypto, quando videlicet sedebant super ollas carnium, & comedebant panes in saturitate, Exodi 16. initio. Cæterum ex Ægypto fugiens propter subitam festinationem tulit populus conspersam farinam, antequam fermentaretur: & ligans in pallijs, posuit super humeros suos. Quod autem in humeris portabatur, non potuit esse sufficiens; vt septuaginta diebus alerentur, nisi parcerent annonæ, nihil aliud tunc sperantes alimentorum in deserto, vt rectè obseruauit Abul. Exodi 16. q. 2.

Vinum etiam in deserto, vel nullum, vel perexiguum fuit, & aquæ penuria laborabant. In ipso etiam manna temperantia exercebatur, primò quidem quoad quantitatem: nam mensura Gomor erat omnibus præscripta. Rursum quantum ad qualitatem: nam ille cibus Angelorum ita eorum arte fuerat temperatus, vt corda, & capita non grauarer vaporibus, nec fuliginibus obscuraret; sed potiùs subtiliores, & lucidiores spiritus ministraret, & omnium potentiarum sanitati, & functionibus melius inferuieret. Id, quod carnalis ille populus laudare cum debuisset, vituperabat, appellans cibum leuissimum. Vnde conseqequebatur effectus per diuinam prouidentiam, & prædestinationem intentus, videlicet vt populus, antea non solum propter consuetudinem, sed etiam propter corporis dispositionem valde carnalis, & ineptus ad spiritualia, paulatim non solum miraculis, doctrina, & exercitatione, sed etiam dispositione corporis redderetur idoneus ad recipiendas illustrationes, inspirationes, & suauitates rerum spiritualium.

9.

10. Latitia grauior vitæ operis.

Probatur quarto, quoniam latitia, & voluptas sensuum, licet à naturalibus causis proueniat, sensum aperit magis expeditam gratiæ ad supernaturales actus fidei, spei, charitatis, & contemplationis rerum diuinarum exercendos, quos multi homines de facto non exercent sine tali voluntate, vel non ita deuotos, intensos, & feruentes exercent, nisi prædestinatio per alia media suppleret defectum voluptatis.



11. voluptas musica.

Vt alia prætermittamus exempla, sufficiat voluptas musica, canticis Ecclesiasticis admixta, de qua Basil. in Psalm. 1. prope initium: Quando Spiritus sanctus, inquit, nos vidit agere persuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad inveniendam vitam rectitudinem per hoc lentescere, quod toti ad consecrandam voluptatem propenderemus, quid fecit? Nimirum Scripturæ suæ dogmatis mixtum insperavit concinnam istam numerorum modulationem, ut auribus permulctis, ac delinitis mellico vocum concentu, clam, ac velut aliud agentes sinceremus in animos nostros irrepere eloquiorum utilitatem, idque pro more sapientis Medici. Is enim pharvacum oblaturus austeriusculum quidem asserunt cibos, nec probe concoquenti, subinde oras calicis prælitit melle. In hoc sanè excogitari sunt concinni isti concentus Psalmorum, ut qui per ætatem pueri etiam dum sunt, aut certè morum maturitate nondum incantuerunt, dum in speciem concinnant, ac modulantur, re ipsa animas erudiant suas. Existimat ergo Basil. de Dei providentia fuisse dispositum, ut musica per voluptatem aurium iuaret, ut sinceremus in animos nostros irrepere eloquiorum utilitatem, nimirum ad inveniendam vitam rectitudinem. Quod idem est atque iuare, ut prædestinationis media suum fructum actualiter consequantur.

12.

Quod autem Basil. dixit, hoc adiutorio indigere homines imperfectos; id etiam obseruavit August. lib. 10. confess. cap. 33. post med. dicens: Ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Quemadmodum in præced. lib. 9. cap. 6. sine dicit: Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis, suæ sonantis Ecclesie tue vocibus commotus acriter. Augustinum secutus Isidorus lib. 1. de Ecclesiasticis officiis c. 5. inter alia dicit: Propter carnales in Ecclesia, non propter spirituales consuetudo cantandi est instituta, ut, qui verbis non compunguntur, suauitate modulaminis moueantur.

13.

Et post pauca subdit: Nam in ipsi sanctis dictis religiosi, & ardentius mouentur animi nostri ad flammam pietatis, cum cantatur, quam si non cantetur. Omnes enim affectus nostri pro sonorum diuersitate, vel nouitate, nescio qua occulta familiaritate excitantur magis, cum suauiter & artificiosa voce cantatur. Hæc adeò manifestè pronunciant, quod probare intendimus, ut ponderatione nostra, vel illatione non egeant. Quibus similia sunt, quæ scribit lib. 3. sent. cap. 7. propius ad fin. quàm ad med.

14.

Mysterij altioris rationes alias fuisse, non est dubium: verumtamen hæc etiam ratio literalis erat, propter quam tollebat David citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus, 1. Reg. 16. fine. Vbi Procopius, Cantum, inquit, articulate vocis hymnis diuinis temperans, ut uelocis sensum, intellectu uero una eademque opera diuinum ardorem exsuscitaret. Quod Basil. hom. 24. confirmat exemplo Pythagoræ per musicam ebrios ad sobrietatem reducentis.

15.

Athanas. in hom. de semente notat, hunc fuisse vinum ex fructibus, quos Dauid consequbatur ex cithara, ut pietatem adinuaret. Confirmatque Athanasius præfenti exemplo Saulis. His consonant quæ notat Chrysostomus tomo 1. in ferm. qui præmittitur ante Psalmorum quorundam expositionem: & ferm. 28. in cap. 15. ad Roman. in princip. moralis. Videri possunt, quæ de hoc fufius dilexerit Lyra 1. Reg. 16. fine.

16.

Propter eandem rationem temperandi cor, iusta indignatione commotum, & disponendi ad recipiendam gratiam prophetiæ, Eliscus 4. Reg. 3.

Adducite (ait) mihi psalterem. Cùmque caneret psalter, facta est super eum manus Domini. De quo Ambrosius in Psalm. 118. ferm. 7. ad illum versum: Cantabiles mihi erant, &c. Propheta, inquit, ut propheta- rent, psallendi peritum inebant psallere, quo suauitatem dulcedine spiritualis infunderetur gratia. Consonat Theodor. quæst. 11. in lib. 4. Reg.

SECTIO V.

Circumstantia quoque temporis opportuni Dei prædestinatione præordinatur, tanquam illius effectus.

1. Probatur primò, Dei namque prouidentia circa prædestinatos inde laudatur Psalm. 9. Adiator in opportunitatibus in tribulationibus. Vbi Augustinus & Glossa notant: Quid sit adiutor in opportunitatibus, exposuisse Dauidem, cum addidit, in tribulatione, non enim conuertitur anima ad Deum, nisi dum ab hoc seculo auertitur: neque opportunus auertitur, nisi cum negatoris eius, & noxæ, & perniciosis voluptatibus labores, dolorisque miscantur. Consonat Hieronym. in eundem versum: ubi quamuis vna tantum opportunitas explicetur, ex ea tamè licet vniuersaliter colligere, Deum uti solere opportunitatibus ad peculiare quosdam fines sue prædestinationis obtinendos. Cui consonat Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno; præcipue uero spirituali escam, quam præcipue respicit spes Theologica. Quod exemplo Medici declarat in eius loci commentario Augustinus, & Prosper, unde sumpta est sententia 2. 12. consonatque Hilarius ad eundem Psalmum.

2. Secundo probat exemplis Chrysof. homil. 4. de laudibus Pauli col. 1. ubi quæstione proposita, Cur non antea uocatus fuerit, respondet: Ne uelis esse curiosior, sed concede incomprehensibili Dei prouidentie, salutes hominum uotis sibi temporum opportunitatibus ordinari. Sic enim ferebatur ipse, dicens: Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, uocauit per gratiam suam. Idem in comment. Matth. homil. 65. col. 5. Sed curiam, inquit, non statim omnes conduxit? (videlicet operarios in uincam suam), & respondet: Omnes quidè ille ab initio conduxisse uoluisset; si uero non omnes eodem tempore paruenerunt, à uoluntate uocatorum hæc differentia resultauit: idcirco alij mane, alij tertia, alij sexta, alij nona, alij undecima hora uocantur, quia tunc obtemperari uerant: quod & Paulus aperitè significauit, dicens: Quando autem acceptauit Deus, qui separauit me à ventre matris meæ. Quando porò Deus uoluit? quando certè obtemperaturus erat. Nam ipse à primis etiam incumbulis uoluisset: sed quia illum renixurum sciebat, tunc uoluit, cum animum ipsius penetratorem uocationem non ignorabat. Sic & latronem cum postea uocauit, poruisset antea ipsum uocasse; sed uocatus ille non paruisset. Intellige, nisi Deus iniret aliam rationem, & modum uocandi ex infinitis, quas nouit.

3. Et in Matthæum cap. 9. homil. 31. sub initium: Sed cuius rei gratia, inquit, non cum Petro simul, ac Ioanne, & alijs discipulis Matthæum uocauit? Certè quemadmodum tunc ad illos accessit, uocauitque, quando obtemperaturus sciebat: sic Matthæum quoque nunc uocauit, quando miraculorum fama perdomitum minime reluctatum uidebat. Quæ de causa etiam Paulum post resurrectionem piscatus est. Nam qui corda scrutatur, & occulta mentium perspicit, is etiam quan-

SECTIO VI.

Vita breuitas, aut longitudo, matura morte conclusa, ualde proprius est prædestinationis effectus.

1. Cvm vita sit entitatiuè naturalis, & illius priuatio nihil habeat supernaturale, merito potest ab illis argumentum capi, quo probetur, opus non esse supernaturalitate ad effectum prædestinationis, sed rem merè naturalem esse illius effectum, si conducat ad eius finem. Porò ad finem prædestinationis ualde conducere vitam diuturnam, aut breuem, dummodo matura morte claudatur, quando uidelicet iustus manet in Dei gratia, factis est per se manifestum, & notauimus supra disput. 8. sect. 8. & 10. & disput. 12. sect. 2.

2. Sed præterea probatur secundo toto ferè c. 4. Sapientie, præsertim ab illo uersu: Iustus si morte preoccupatus fuerit. Vbi causa mortis accelerandæ assignatur ex parte Dei efficax, & absoluta dilectio, uidelicet prædestinatio: Placens Deo factus dilectus, & uiuens inter peccatores translatus est. Cæterum ex parte mundi, à quo subtrahitur prædestinatus, causa sunt pericula: Raprus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fletio deciperet animam illius, & quæ sequuntur. Vnde sapienter Augustinus, & alij Patres colligunt esse singulare beneficium prædestinationis, quo Deus mortem inferat, maturo tempore; contra uero indicium esse iustissimæ reprobationis, quòd mortem Deus maturo differat, vel afferat immaturo.

Singulare prædestinationis beneficium.

3. Augustinus lib. 1. de prædestin. Sanct. cap. 14. inter princip. & medium: Quare, inquit, alijs concedatur, ut ex huius uite periculis, dum in isti sunt, auferantur; alij uero iusti, donec à iustitia cadant, in eisdem periculis uita productiore renouentur: quis cognouit sensum Domini? Et tamen hinc intelligi datur, etiam illis iustis, qui bonos, pijsque mores usque ad senectutis maturitatem, & diem uite huius uirum seruant, non in suis meritis, sed in Domino esse gloriantur: quoniam qui uite breuitate rapuit iustum, ne malitia mutaret intellectum eius, ipse in quantacunque uite longitudine custodit iustum, ne malitia mutet intellectum eius. Cur autem hic uenerit casum iustum, quem priusquam caderet, hinc posse auferre: iustissima omnino, sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Denique totum illud caput ueritatur in eadem sententia probanda.

4. Confirmatur primò: nam idem Augustinus de corrept. & grat. cap. 8. prope finem, differens de his, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona uoluntate moriuntur; Cur, inquit, illos Deus, cum fideliter, pijsque uiuerent, non tunc de uite huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum. Vtrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horum, nisi peruersissimè, & insanissimè dicitur. Et postea citatis uerbis Sapient. 4. confirmat, Dominum Dei esse, ut finiat homo uitam istam, antequam ex bono mutetur in malum. Et ea ipsa ratione concludit, domum Dei esse perseuerantiam. Ergo secundum Augustini sententiam, donum perseuerantiæ non esset, sine morte matura: ac proinde prædestinatio disponit, & causat illam.

5. Confirmatur secundo: nam prædictam beneuolentiam Dei sapientis quos diligit, ex eodem loco Sapientie ponderant alij Patres; ut Ambrosius

Probat ex alijs Patrib. sius

4.

do unusquisque ad obediendum paratus erat, non ignorauit. Propterea non continuo incipiens, quando durior fuit, sed post mille miracula, & insignem, atque promulgatam de se famam aptiorem iam ad obtemperandum uocauit. Perpende, præscire Deum, quandonam tales homines tali uocationi sint obtemperaturi, atque id præscire prius ratione, quàm prædestinet eorum salutem obtinere per talem uocationem.

Tertiò probatur Ioan. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Vbi Christus Dominus non significat discipulos præ dolore ferre non posse, sed nondum satis esse idoneos, ut ea uiliter audirent, ac sine maiori aliquo detrimento. Quod sumitur ex commentariis Chrysostomi homil. 77. circa med. & Didymos: sed clarius ex Cyrillo lib. 10. in Ioan. cap. 41. Theophylacto, Euthymio, Theodoro, Augustino, Beda, Ruperto, & D. Thoma in commentario illius loci, & in Catena: & Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 16. sub initium eadem Christi Domini sententia confirmat, esse uile, ut taceatur aliquid uerum, propter incapaces. Expectabat ergo Christus Dominus temporis opportunitatem, quam æterna sua prædestinatione per Paracletum adducturus erat. Hanc enim si anteuerteret, altiorum quorundam futurorum prædictionem, siue profundiorum mysteriorum declarationem, discipuli minus perfecti non caperent.

5. Propter eandem rationem externis hominibus, hoc est, inter suos discipulos non connumeratis, aliter, quàm discipulis, prædicabat, Marci 1. Talibus parabolis multis loquebatur eis uerbum, prout poterant audire. Scorsum autem discipulis diserebat omnia. Respiciens uidelicet ad opportunitatem ocij, solitudinis, & renunciationis rerum temporalium: ut indicant Theophylactus, & Hieronymus libi.

6. Confirmatur primò Matth. 9. Nemo immittit commisseram panni rudis in uestimentum uetus; tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres percunt. Sed uinum nouum in utres uetus mittunt, & ambo conferuantur. Quorum similitum licet uariæ sint adaptationes apud Patres, omnes tamen in eo conueniunt, Christum scilicet docere, genus uiuendi, atque Euangelica præcepta fuisse accommodanda consuetudini, & captui discipulorum; ne si præter consuetudinem subito proponerentur, vel ab instituto deterriti deficerent, vel Euangelica cum legalibus confunderent. Quod sumitur ex Euthymio, Theophylacto, Chrysostomo, Ambrosio, Hilario, Hieronymo, Remigio, & Beda in eum locum, & Augustino ferm. 186. de tempore.

7. Confirmatur secundo. Nam oportet, eum, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit adaptare, & uerbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Sic præcipiebat Petrus apud Clementem in epist. 1. ad Iacobum, & referitur cap. oportet, 8. quæst. 1. Vnde Augustinus de prædest. Sanct. cap. 9. prope medium, repetens quod dixerat in lib. de sex quæstionibus contra Paganos quæst. 2. Quamdiu paruus, inquit, & infirmus est intellectus hominis, diuina accedere ueritati non poterit. Propterea, inspirante Deo, Apostoli, & Prophetæ captabant opportunitates temporum, quas obseruare poteris in utroque Testamento.

fius oratione de obitu fratris, circa medium, Paulinus epist. 35. ad Pammachium post medium: Fulgentius epist. 2. ad Gallam cap. 4. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 58. & lib. de mortalitate multo propius ad finem, quam ad med. Per Salomonem, inquit, docet Spiritus sanctus eos, qui Deo placeant, maturius isthinc eximi, & citius liberari: ne, dum in isto mundo diutius immorantur, mundi contaminibus polluantur. Hoc Cypriani testimonio utitur Augustinus lib. de predestin. Sanct. cap. 14. in init. & epist. 107. ad Vitalem a med. ut probet liberrimam Dei voluntatem esse causam, ob quam quidam dimittantur hic vivere, donec cadant, cum possint rapi de hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, &c.

6. Confirmatur tertio: nam sententiam potius, quam verba eiusdem capituli 4. secuti sunt alij Patres. Gregorius 15. moral. cap. 4. sub initium docet, aeterna Dei predestinatione disponi, ut bonus citius subtrahatur, ne si hic diu vixerit, eius innocentiam malitia corrumpat. Bernardus serm. de Innocentibus prope finem, ait: Rapiunt quis in bona voluntate, sed necdum perfecta, necdum idonea martyrium sustinere. Quis illi audeat pro hac imperfectione negare salutem? Fortè enim propterea non sinitur in illam gravem temptationem venire, ne deficiat, & damnetur. Nimirum si in hac tam infirma voluntate induceretur in eam, que supra ipsum est, temptationem, nec voluntas roboraretur, quis cum dubiter defecit, negaturum, & si in eo mori contigerit, periturum.

7. Nemesius Episcopus Emisenus de anima facultatibus cap. vlt. versus finem (aliàs Gregorius Nicanus de Philosophia lib. vlt. cap. vlt.) rationem inquirens, ob quam aliqui sine causa iugulantur, inter alias providentiæ diuinæ rationes reddit. Aliquando vituliter occidit quod occupet providentiæ futura illius maleficia, & quod e re illius sit non ulterius vitam producere: quod Socrati, & sanctis viris accidit. Quam sententiam ex Nemesio recipit Anastasius Episcopus Nicanus quæstionibus in Scripturam, q. 17. propius ad finem, quam ad med. & ait: Multis iustis predest. quod vinam pauco tempore, ut olim dixit Salomon: Raptus est, ne malitia mutaret, &c. Cyrillus Alexandr. lib. 3. contra Iulianum, non longè post med. in sect. qua incipit: Quæ prædicta sunt; refert, & approbat testimonium Porphyrij, (alioqui oppugnantis fidei Catholica.) Dixit enim sic in primo ad Nemertium libro: Deus autem sciens futurum, saepenumero praevenit, hos quidem propter pietatem adhuc adolescentes e vita eripiens: alios propter futuram in posterum illis penas, alios autem miserans, quos liberat ab immedicabilibus calamitatibus.

8. Tertio probatur exhortatione Abigail, diuino impulsu loquentis ad Dauid, vt ex contextu constat, 1. Reg. 25. Si surrexerit aliquando homo prosequens te, & querens animam tuam, erit anima Domini mei custodia quasi in fasciculo vitium vivit in aqua, cum ad transplantandum preparatur. Omnes igitur, qui scripti sunt in libro vitæ, custodiuntur ligati persecutionibus, & per charitatem vnti, ne morte tangantur, donec transplantandi sint in aeternam vitam: vt colligitur etiam ex glossa Eucherij, & Rabbani, Lyra, & Abulibid. Cum tamen e contrario. Anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu & circulo funde. Nam per varia peccata voluentur in circulo vitæ, donec manum Deus soluerit, deseritque vitam, & motum tribuere: tunc enim proprio impetu proiciuntur in infernum.

Confirmatur primò: nam diuturnitate vitæ Dei benignitas, & patientia, sceleratissimos quosdam expectans, & mortem differens, predestinat ad maturam mortem aeternæ vitæ principium. Vnde August. lib. 5. contra Iulianum cap. 3. paulo post medium: Ex isto numero, inquit, electorum, & predestinatorum, etiam qui pessimam duxerunt vitam, per Dei benignitatem adducuntur ad penitentiam, per cuius patientiam non sunt huic vita in ipsa scelerum perpetracione subtrahiti, vt ostendatur & ipsis & alijs coheredibus eorum, de quam profundo malo possit Dei gratia liberare. Ex his nemo perit, quacumque erate moriatur. Absit enim, vt predestinatus ad vitam sine Sacramento mediatoris finire permittatur hanc vitam. Adiungit etiam, cæteris mortalibus, qui non sunt ex numero predestinatorum, hoc beneficium à Deo non conferri. Vnde consequens est, vt omnes præciti huic vitæ in ipsa scelerum perpetracione subtrahantur, & sine Sacramento mediatoris finire permittantur hanc vitam.

Confirmatur secundò, hæc enim est ratio, propter quam aliquando fulmina percutiam montem, & non percutiant larronem: quia fortè adhuc latronis conversionem querit Deus. Et tu cum das disciplinam, terram feris, vt infans expauescat: & aliquando ferit Deus, & quem vult ferit. Hæc Augustinus in illud Psalm. 148. Quæ faciunt verbum eius.

Probatur quartò: nam propter effectum predestinationis orationibus impetrandum, quicunque fidelis ita precatur Psalm. 101. ad finem: Ne renoces me in dimidio dierum meorum, scilicet antequam per charitatem, & gratiam veniat ad perfectum virum: vt exponit ibi Hieronymus, confitens cum Psalm. 54. vbi quod asseritur: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos; cuiusque reprobo congruit, etiam in non gentis annis vixerit secundum illud Sap. 3. Et si quidem longa vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Contrà verò predestinatus consummatus in brevi expleuit tempora multa, & Iob 5. ad fin. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.

Probatur quintò, quoniam ex eo præcisè, quod instorum vitæ Deus det finem ante imminens lapsum, faciet eos perseverare vsque in finem: igitur iste finis est intentus, & cautus à predestinatione non minus, quam perseverantia. Antecedens traditur ab Augustino de bono perseverant. cap. 17. in initio dicente: Videte, a veritate quam sit alienum, negare, donum Dei esse perseverantiam vsque in finem huius vitæ, cum vitæ huic, quando voluerit, ipse det finem: quem si dat ante imminens lapsum, facit hominem perseverare vsque in finem.

Confirmatur primò, quoniam mortem opportunam esse predestinationis effectum, notat Augustinus alijs in locis, vt lib. de corrept. & grat. cap. 7. ante med. dicens: Nonnulli, accepta gratia, in qualibet erate periculis huius vitæ, mortis celeritate subtrahuntur. Hæc enim omnia operatur in eis, qui vasa misericordie operatus est eos, qui & elegit eos in Filio suo ante constitutionem mundi per electionem gratie. Rursus in cod. lib. cap. 9. ante med. Nullus, inquit, eorum, ex bono in malum mutatus fuit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam aeternam. & c. 13. Propter huius ergo utilitatem secreti credendum est, quosdam de filijs perditionis, non accepto dono perseverandi vsque in finem, in fide, que per dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquandiu fideliter, ac iuste vivere, & postea cadere, neque de hac vita prius, quam hoc eis contingat, auferri.

9. Dei benignitas quosdam expectans.

10. Fidelium preces.

11. Quomodo faciat Deus predestinatos perseverare vsque in finem.

12. Mors opportunam predestinationis effectus.

A morte

13. A morte paruulorum ducitur argumentum.

A morte paruulorum sine Baptismo, vel cum illo, ducitur argumentum ad probandam predestinationem, vel reprobationem adulatorum, quæ disponat exitum vitæ: quod fusè tractat Augustinus libro de predestinatione Sanctorum, cap. 12. 13. & 14. & de bono perseverant. cap. 12. & de corrept. & grat. cap. 8. in medio, & epistol. 105. ad Sixtum, colum. penult. Prosper lib. de ingrat. cap. 30. & 31. Author etiam Hypognosticon apud Augustinum lib. 6. colum. penult. notat pertinere ad occulta iudicia predestinationis, ac reprobationis, aliquos etiam perfectos ex labore multorum amorum, prolapsos in ultimo vitæ sua perisse: aliquos verò ab inueniente erate sua in omni scelere, & damnabilitate vsque ad decrepitam aetatem perdurasse, & repente calidius inspirata salute, raptos esse ad requiem regni caelorum. Continuòque notat simile discrimen in obitu paruulorum.

SECTIO VII.

Substantiam hominis, & qua pertinent ad eius constitutionem, effectus predestinationis esse.

1. Opinio excludens ab effectu predestinationis ea, qua ad hominis constitutionem pertinent.

Reijcitur primò.

Confirmatur.

2. Predestinatio prior voluntate creandi.

Nihil opus esset, hunc articulum à præcedentibus separare, nisi Gabriel Vazquez intercederet. Quamvis enim fateatur, locum natiuitatis, & tempus, ingenium, mortem, aliisque res naturales esse predestinationis effectus; ea tamen, quæ ad hominis constitutionem pertinent, excludit ab eorum numero: quapropter substantia hominis, & illius creatio non erit effectus predestinationis.

Hanc igitur limitationem propterea primò refuto, quoniam in substantia hominis, & eius creatione, sicut & in omnibus, quæ pertinent ad constitutionem illius, vim suam integram retinent omnes probationes adductæ sectionibus præcedentibus, præcipuè sect. 1. & 2.

Peculiariter autem eas applicando ad substantiam, & constitutionem prædictam, confitendo primò, nam si ea omnia sunt ex intentione efficaci perducendi hunc hominem ad beatitudinem; maius beneficium erit illius creatio, & perfectiori modo verificabitur de predestinato, quod generaliter Patres asserunt de cunctis hominibus, fuisse productos ad beatitudinem aeternam.

Confirmatur secundò, quoniam Dei predestinationem ad gloriam fuisse priorem voluntate creandi homines electos, satis indicat Augustinus lib. de predestinatione Sanctorum cap. 19. parum à principio, dicens: Elegit Deus in Christo ante constitutionem mundi membra eius; & quomodo eligeret eos, qui nondum erant, nisi predestinando? Quapropter Deus predestinando Petrum, elegit eum inter infinitos possibiles, vt ex nihilo transferret illum ad esse felicissimum.

Tertio, si Petrus fuisset creatus ex sola voluntate antecedente salutis, qua Deus etiam reprobos amavit; iam decretum creandi Petrum ex parte obiecti materialis haberet motuum minus honorificum Deo, sicut etiam esset minus beneficium Petro.

Postremò confirmatur, quia prædicta sententia generalem doctrinam limitat absque sufficienti fundamento, vt constabit ex solutione sequentium argumentorum.

Primum argumentum: nam, vt author est Augustinus lib. de predestinatione Sanctorum cap. 10. sub initium, receptus ab omnibus Theologis, vt vidimus supra disp. 1. sect. 7. Inter gratiam, & predestinationem hoc tantum interest, quod predestinatio est gratia preparatio; gratia vero iam ipsa donatio. Vnde paulò inferius colligit: Quocirca predestinatio Dei, qua in bono est, gratia est preparatio; gratia vero est ipsius predestinationis effectus. Ex quibus colligitur, omnem effectum predestinationis esse gratiam; & consequenter quidquid non est gratia, non esse predestinationis effectum. Hæc illatio probatur, quia quilibet effectus predestinationis est preparatus per ipsam predestinationem. Vnde si aliquis effectus ita preparatus, non est gratia; iam predestinatio aliqua non erit gratia preparatio, sed preparatio rei alterius, quæ non est gratia; proptereaque vitiosa erit illa definitio predestinationis. Eademque ratione fuerit vitiosa, quæ tanquam gratia definitio subiungitur: Gratia est predestinationis effectus. conueniret enim alijs à definito.

Quo supposito, sic arguitur. Quilibet effectus predestinationis est gratia; sed naturalia beneficia, quæ pertinent ad hominis constitutionem, non sunt gratia: ergo non sunt effectus predestinationis. Confirmatur: nec enim quæcumque gratia est predestinationis effectus, sed illa tantum, quæ ad iustificationem, & glorificationem conducit, vt vidimus disp. 2. 1. sect. 1. & 2. Sed prædicta beneficia naturalia non conducunt ad eos fines: igitur non sunt effectus predestinationis.

Respondetur primò. Beneficia creationis, conseruationis, & liberi arbitrij, possunt non immeritò appellari gratia, quamvis in Prophetis, Euangelicis, Apostolicis que literis, vix vnquam gratiæ nomen referatur, nisi ad supernaturalia dona, tunc potissimum, quando Paulus agit de gratia, quæ requiritur ad obseruantiam legis, & iustificationem. Ita docent Patres Concilij Mileuitani, & inter eos etiam Augustinus epist. 95. ad Innocentium Papam col. 3. & 4. & epist. 90. 105. & duabus sequentibus.

Confirmatur primò, nam epistola familiaris quinque Episcoporum ad Innocent. de Pelagio, colum. 1. (habetur autem inter epistolas Innocentij ante 27.) traditur, aliam esse gratiam, quam cum impijs habemus communem, qua homines sumus; aliam vero, qua Christiani, & filij Dei sumus, & col. 3. repetitur: Quadam non improbanda ratione dicit gratiam Dei, qua creati sumus. His similia scribit Hieronymus dialogo 1. contra Pelagian. prope in init. & epist. 139. ad Cyprian. col. 3. Hieronymus fateatur, gratia Dei esse quod creatus est, & illius misericordie quod subsistit, & vivit. Bernard. tract. de grat. & lib. arbitr. col. vlt. Triplicem, dicit, esse operationem gratia. Prima est creatio, secunda reformatio, tertia confirmatio. Anselm. lib. de concord. predestin. cum libero arbitrio cap. 3. prope in init. Omnis, ait, creatura gratia existit, quoniam gratia facta est.

Confirmatur secundò; peculiariter enim arbitrium ad Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere, non ambigit Augustinus lib. de Spiritu, & litera cap. 35. sub initium. Bernard. autem dicto tract. de grat. & libero arbitrio col. 5. Liberrimum, inquit, arbitrium vt esset, exans gratia fecit: vt proficiat saluus gratia facit. Beda quoque quæst. 13. variarum, prope initium dixit: Bona vis nature ad se cognoscendum gratia appellari potest. Eodem modo loquuntur alij plerique Patres. Clarius autem

3. Obiectio.

4.

5. Creatio, & conseruatio possunt appellari gratia.

6.

7.

Scho

Hac gratia acceptio la- xia, & impro- pria.

Scholastici Doctores simul admonentes, prædic- tam acceptionem gratiæ nimium esse laxam, & impropriam. Ita docent Alexand. 3. p. quæst. 69. membr. 1. art. 1. & q. 73. membr. 2. Albertus 2. p. q. 90. membr. 1. & alibi sæpe. S. Bonavent. lib. 2. sentent. dist. 4. art. 1. q. 2. ad argumenta: vbi Ri- cardus art. 2. quæst. 2. Gabriel q. 1. art. 1. Agidius 2. dist. 16. q. 2. art. 2. aliique Doctores Scholastici in eadem dist. Quod idem non tam dicit, quam supponit S. Thomæ discursus 1. 2. q. 110. artic. 1. corp. qui naturalia beneficia, ordinata ad iustifi- cationem, & gloriam, vocat gratiam gratis datam, de verit. q. 24. art. 15. corp. & 2. dist. 28. q. 1. art. 4. & alibi sæpe; eodémque nomine vocant alij ple- rique Scholastici in 2. dist. 26. 27. & 28.

8. Exterior vo- catio quomo- do vocetur gratia.

Solutio redu- citur ad for- mam.

Confirmatur teritiò; nam & vocatio exterior per Euangelij prædicationem, aut priuatam ex- hortationem, aut quolibet alio modo exteriori propofita, vocatur gratia, latius accepto vocabu- lo, vt vidimus disp. 22. sect. 2.

9.

Naturalia cur est non sint gratia, sine prædesti- nationis effe- ctus.

Summa igitur istius primæ solutionis, ad scho- lasticam formam reducta, distinguit maiorem, & minorem illius syllogismi sic: Quilibet effectus prædeterminationis est gratia, saltem largè sumpta, sed non quilibet est gratia propriè, & strictè sum- pta. Sed naturalia beneficia, quæ pertinent ad ho- minis cõstitutionem, licet non sint gratia strictè, & propriè dicta, sunt tamen gratia largè sumpta. Secunda solutio fit. Dato sine præiudicio ver- itatis, quòd Augustinus, ac ceteri Theologi so- lam gratiam propriè & rigorosè sumptam intel- ligerent, quando eam assignant, vt adæquatam effectum prædeterminationis; atq; etiam dato, quòd naturalia beneficia nullo modo, nullaque vitata acceptione possent nomine gratiæ comprehend- i: nihilominus effectus prædeterminationis erunt illa beneficia naturalia, quoniam illa prærequirunt, vt producat gratia. Quapropter prima & vniuersalissima causa sua prædeterminatione præ- parans producere gratia, eo ipso præmittere de- bet productionem talium effectuum naturalium; hoc enim totum pertinet ad præparandam gra- tiam: sicut præparatio templi ædificandi non di- cit solam erectionem murorum, & constructio- nem tecti, sed etiam præparationem aræ, lapidum, lignorum, ac rerum cæterarum, quæ requiruntur.

10.

Ad confirmationem respondetur. Naturalia beneficia conducunt ad iustificationem, & glori- ficationem, non proximè, sed remotè, non suis naturalibus viribus, sed prout eleuantur per ad- iutoria supernaturalia.

Secundum argumentum, quoniam Africani Patres, & inter eos Augustinus epist. 95. ad Inno- centium Papam versùs med. *Esse enim aiunt, qua- dam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus, vt non nihil essemus, &c. Vnde merito & ista gratia dici potest, quia non præcedentium aliquo- rum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est: alia tamen est, qua prædestinati vocamur, iustifi- camur, & glorificamur.* Ergo prædeterminationis gra- tia non est illa, qua conditi sumus, sed qua voca- mur, & iustificamur: & consequenter gratia, qua conditi sumus, non erit effectus prædeterminationis.

Confirmatur, quoniam iterum Augustinus epist. 105. col. 2. & 3. tractans illud Rom. 3. *Iusti- ficati gratis per gratiam ipsius. Non istam, inquit, gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus, vt homines essemus; sed qua iustificati sumus, vt homines iusti essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christum.*

Etenim Christus non pro nullis, vt conderentur, sed pro impijs mortuus est, vt iustificarentur.

Respondetur distinguendo duplicem conside- rationem naturalium beneficiorum.

Primò namque tam creatio, quam conserua- tio, liberum arbitrium, & ingenium considerari possunt præcisè, prout ab intrinseca quidditate respiciunt solummodo naturale finem: sub qua ratione potuissent hominibus donari, licet ad nullum finem supernaturalem eleuantur: vel qua ratione communia sunt præcisit non minus, quam prædestinatis. Sub hac igitur ratione præ- cisa non possunt appellari gratia per Iesum Chri- stum, nec gratia prædeterminationis, nec sunt effectus prædeterminationis. Hoc igitur solum intendunt Patres citati.

Secundò nihilominus eadem naturalia bene- ficia, quatenus per superiorè ac supernaturalem gratiam eleuantur, vt seruiant iustificationi, & glorificationi, & quatenus præter hunc finem à Deo producantur propter efficacem intentio- nem perducendi talem hominem ad gloriam; vt sic verè, proprièque sunt effectus prædetermina- tionis, ad quod sufficit ab extrinseco participare de- nominationem gratiæ per Iesum Christum, pro- pter quam producantur omnes prædestinati, & consequenter participant denominationem gra- tiæ prædeterminationis, quoniam ad vocationem, iustificationem, & glorificationem producantur. Aduersùs hoc nihil dicunt Patres citati, nec Mi- lenitanum Concilium, nec Atranicanum II. quod ad eundem finem citatur ab auctore præsentis argumenti.

Tertium argumentum. Creatio datur nullo præcedente merito: ergo si creatio esset gratia, de illa verum esset, quod Pelagius, & illius reli- quia fraudulenter concedebant, primam gratiã, siue initium gratiæ dari sine meritis, intelligendo creationis donum. Quamobrem iniuria foret, Pelagiam impugnare, quantum ad hunc articu- lum; impugnatur autem ab Augustino, & alijs Patribus citatis in præcedentibus argumentis: ergo creatio non est gratia.

Huius solutio eadem est, quæ præcedentis ar- gumenti: nam si Pelagius, & eius reliquæ con- cessissent, creationem ea solum ratione esse gra- tiam, quoniam extrinseca Dei ordinatione desti- natum ad gratiam iustificationis, excedentem vi- res naturæ; subindèq; concessissent, primam gra- tiam supernaturalem excitantem, & vocantem nullo modo correspondere meritis naturæ: iam Pelagius, & eius reliquæ nobiscum sensissent, nec oppugnarentur ab August. & Patrib. Oppugnatur autem, quoniam Pelagius dicebat, non esse necessa- riam gratiã, quæ excedat vires naturæ, & Pelagia- norum reliquæ dicebant gratiam supernatura- lem dari propter merita elicita per vires naturæ.

Quartum argumentum. Si creatio est gratia, sequitur esse primam gratiam; consequens autem esse falsum inde constat, quia nihil opus fuisset probare, primam gratiam non dari secundum merita, neque dari causam primi effectus præde- stinationis, cum manifestum sit creationem non dari secundum merita.

Respondetur. Gratia in communi modo lo- quendi Theologorum significat eam, quæ ab in- trinseco est gratia, non eam, quæ ab extrinseca ordinatione Dei est gratia: ac proinde quãdo Theo- logi contendunt, primam gratiã non dari causam, intelligunt supernaturalem gratiam vocantem.

Quintum

II. Naturalium bonorum du- plex conside- ratio.

Qua ratione non sint præ- destinationis effectus.

Qua ratione propriè sine prædestina- tionis effe- ctus.

12.

16.

13.

SECTIO VIII.

Soluuntur alia argumenta, que superio- rem doctrinam oppugnare, aut li- mitare contendunt.

14.

Quintum argumentum. Si creatio esset effectus prædeterminationis, sequeretur, esse primum effectum prædeterminationis: vnde præterea sequeretur, quòd ea solum ratione, quia creatio daretur sine meritis, tota prædeterminatio daretur sine meritis, quoniam prima origo, & primus effectus datur sine meritis.

Prædestinati creatio qua ratione sit primus præ- destinationis effectus.

15.

Qua ratione indoles inuot ad gloriam.

Respondetur. De hac & similibus illationibus, quibus ex eo, quòd non datur causa gratiæ, infer- tur non dari causam prædeterminationis, diximus supra disp. 5. sect. 5. Nunc respondeo, creationem hominis prædestinati non esse primum effectum prædeterminationis: nam ante illam præcedunt pa- rentes, magistri, diuitiæ, & alia extrinseca. Ex re- bus autè intrinsecis prædestinato primus effectus est creatio, & ex eo, quòd creatio datur sine me- ritis, licet bene inferatur quòd tota collectio prædeterminationis non datur propter merita; ni- hilominus non inferatur quòd datur sine meritis tota collectio eorum effectuum, qui ab intrinse- co sunt gratuiti, & à quibus in alios dimanat ra- tio gratiæ, & prædeterminationis: propterea pro- bandum fuit hoc ab antiquis Patribus.

Sextum argumentum peculiariter indolem op- pugnat, quia si foret effectus prædeterminationis, se- queretur, indolem esse causam, aut occasionem vocationis, iustificationis, aut glorificationis; consequens autem est falsum, quoniam multos Deus bonæ indolis & boni ingenij prædestinat; alios verò reprobat: multosque rudes, atque ad vitia propensos prædestinat; alios verò re- probat.

Respondetur hoc non obstare, quominus in- doles ad gratiã, & gloriam inuot, quando Deus voluerit illa vti: quoniam Deus adiuncto vario modo gratiæ, varijs circumstantiis naturalibus efficit, vt vni homini proficit bona indoles; alteri verò proficit mala indoles, ac virtuti repugnans. Idem intellige de alijs contrarijs conditionibus naturalibus. Quapropter cum dicitur indoles, complexio, aut alia res naturalis fuisse conditio, vel occasio ad vocationem, iustificationem, & glorificationem, intelligendum est, non quia indoles, aut complexio diuinam voluntatem inclinauerint, vt vocet, iustificet, & glorificet; sed quoniam Deus prius volens glorificare, iu- stificare, & vocare tali modo, contulerit eas cir- cumstantias naturales, quas tali modo vocationis opportunas esse sciebat.

Retorquen- tur prædesti- natio argumē- ta.

Denique horum argumentorū auctor debuif- set aduertere, ea omnia, paucis mutatis, procede- re contra omnia entia naturalia, quæ concedit esse prædeterminationis effectus, vt ingenium, tem- pus, locū natiuitatis, & mortem. Quidquid enim de indole dixerit, poterit eadem ratione dici de ingenio. Præterea si creatio non est effectus prædeterminationis, & natiuitas in tali loco & tempore est effectus prædeterminationis: hic, aut aliquis prior effectus naturalis erit primus effe- ctus prædeterminationis, & prima gratia, in illò- que instaurabuntur omnia argumenta præce- dentia.

His argumentis libet adiungere septimum, desumptum à reprobatione, cuius effectus non est creatio hominis reprobandi, vt dicemus disp. 38. sect. 9. ergo creatio hominis eligendi non erit effectus prædeterminationis.

Respondetur, negando consequentiam pro- pter discrimen explicandum in eadem disp. 38. sect. 9. ad primum argumentum.

Reiz de Prædeterminatione.

I. Caietani fundamentum soluitur.

2.

3.

Entitas rerum natura- lium præde- stinationis effectus.

4.

Primum argumentum, quod est fundamētum Caietani citati initio sectionis primæ, nã prouidentia naturalis, per quã producantur omnia entia naturalia, debet esse prior, quàm prouideria supernaturalis: ergo res omnes naturales produ- cuntur independenter ab intentione finis super- naturalis, ac proinde non sunt effectus præde- stinationis.

Respondetur, negando antecedens. Quin poti- tius rerū naturalium prouidentiam posse pro Dei libertate esse priorem, aut posteriorem prouide- tia supernaturali, constat ex his, quæ diximus in tom. de voluntate Dei disp. 22. sect. 3. & disp. 24.

Huic nos sequentia argumenta adiungimus, & sit secundū argumentum. Videtur enim res natu- rales, aut omnes, aut plurimas non esse effectus prædeterminationis absolute, & propriè; sed tantum secundū quid, & improprie, quod probatur, quoniam effectus prædeterminationis in eo consistit, quòd inuot, cauletque gratiam, & gloriã: at verò plurimæ res naturales nō absolute, & propriè cau- sant gratiam, & gloriã; sed tantum secundum quid: nam si excipias essentia hominis, & omnes eius potentias, quæ realiter influunt in actus su- pernaturales; cætera omnia naturalia neq; sunt causa propriè influens, neque sunt conditio, sine qua non, neque sunt dispositio, aut præparatio; sed tantum sunt quædam opportunitas aliquo- modo iuuans, vt sæpe diximus.

Respondetur. Res naturales, quæ quocumque modo iuuant ad gratiã, esse effectus prædestina- tionis absolute, & propriè: quoniam causare gra- tiam, aut gloriã, vel inuare, non est essentia effe- ctus prædeterminationis: quin potiùs hoc habet rationem causæ prædeterminationis, vt vidimus disp. 21. sect. 1. & 2. Essentia verò consistit in eo, quòd effectus ille producat a Deo per efficacem vo- luntatem, & imperium prædestinandi hunc ho- minem in particulari; hoc autem rebus natura- libus conuenit absolute, & propriè; quamuis im- proprie causent gratiam, & gloriã.

Tertium argumentum, quoniam saltè intrin- seca entitas rerū naturalium non erit effectus præ- destinationis, sed sola ordinatio illarū ad gratiã, & gloriã: quod probatur, quia sola ordinatio est supernaturalis, & gratuita, & ordinis superioris.

Respondetur. Non solum ordinatio, sed etiam intrinseca entitas rerum naturalium est effectus prædeterminationis: tum quia ex efficaci intentio- ne prædeterminationis motus est Deus, non solum vt res naturales iam productas ordinaret ad glo- riam, sed etiam vt veller illas producere, ita vt ex vi præsentis decreti sola intentio efficax glo- riæ, sublato quocumque alio fine non subordinato, sufficeret, vt res naturales producerentur, & ex vi illius productæ sunt: tum etiam, quo- niam non sola ordinatio, sed etiam intrinseca entitas rerum naturalium inuot, vt consequamur gratiam, & gloriã.

Quartum argumentum. Saltem conceden- dum erit, non omnes res in singulari, sed ex omnibus generibus aliquas esse effectus præde- stinationis.

X Respon



Res omnes in singulari, praedestinationis effectus.

Respondetur, verisimilius esse, res omnes in singulari procedere ex aliqua intentione efficacis praedestinationis: sicut diximus supra disp. 21. sect. 1. fine.

DISPUTATIO XXV.

Utrum bona unius hominis sint effectus praedestinationis alterius.

SECTIO I.

Respondens affirmatiue.

1. Bona reproborum.



Ico primò. Bona reproborum, siue apparentia, siue solida, siue naturalia, siue supernaturalia, plerumque sunt effectus praedestinationis aliorum hominum. Probatur, quoniam ea intentione conferuntur reprobis à Deo, vt profint praedestinationis, sicut ostendimus disp. 16. sect. 7. sub finem.

2. Orationes unius effectus praedestinationis alterius.

Dico secundò. Orationes vnus Sancti, siue in hac vita, siue in gloria, plerumque sunt effectus praedestinationis alterius electi, pro cuius aeterna salute Deu rogat. Ita docent expressè Durad. 1. dist. 41. q. 3. corp. vbi Ricard. art. 2. q. 1. ad 1. Argentina q. vnica, art. 3. Molina in praesenti q. 23. art. 2. disp. 3. Valentia 1. p. q. 23. punct. 4. colum. 5. §. Atque hac ratione. Suarez lib. 3. de praedest. cap. 5. num. 17. & lib. 2. cap. 21. fine, & cap. 24. num. 6. & 7. Trigofius 1. part. q. 18. art. 10. dub. 3. Heru. 1. p. disp. 29. cap. 5. num. 50. & sequent. Pennot. lib. 6. propugnac. cap. 31. Colligitur efficaciter ex communi Theologorum consensu, dicentium, non tantum orationes praedestinati proprias, sed etiam orationes aliorum cadere sub ordine praedestinationis, & Deum illas praedestinasse. Ita docent non tantum Scholastici nuper citati, sed etiam S. Thomas in praesenti art. 8. & de verit. q. 6. art. vltimo, & lib. 1. sentent. dist. 41. q. vnica, art. 4. Alexand. 1. p. q. 28. memb. 3. art. 2. Albertus 1. p. q. 63. memb. 3. q. incidente 2. Carthuf. 1. dist. 41. quaest. 3. Caietan. & communiter Thomistae ad praedictum art. 8. quaestiois 23. Bellar. tom. 1. lib. 1. de Sanctorum beatitudine cap. 20. argum. 4.

3.

A praesenti conclusione dissentit Cartagena discursu 11. de praedest. circa finem, dicens, aliorum orationes esse effectum supernaturalis prouidentiae communis, non autem specialis praedestinationis. Vazquez autem disp. 94. praesertim cap. 5. multis probare contendit, aliorum orationes non esse praedestinationis effectum. Sed quoniam eius argumenta faciunt causam communem cum orationibus Christi Domini, vt nec istae, nec aliae Sanctorum orationes sint nostrae praedestinationis effectus, propter rationis paritatem, propterea visum est eorum solutionem differre ad disp. 57. sect. 4. & 5.

4. Probatur primò.

Nunc conclusio secunda probatur primò. Nam & Isaac orando impetravit conceptum Rebeccae, Gen. 25. sine quo non fuisset praedestinat Jacob, quia non exstitisset: & Stephanus pro lapidantibus orans impetrauit Saulo vocationem opportunam, & gratiam. Vtraque tamen oratio praedestinata fuerat à Deo ad singularissimos, & altissimos effectus, procedentes à praedestinatione Iacobi, & Pauli,

Secundò probatur ex Patribus. Nam August. de bono perleu. c. 22. prope medium, ait: Et si qui sunt non dum vocati, pro eis, vt rocentur, oremus. Fortassis enim sic praedestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, qua velint esse, atque efficiantur electi. Et epist. 107. ad Vitalem idem docet, praecipue circa medium epistolae, illis verbis: Propterea Deus, vt omnia futura opera sua in praedestinatione praescriberet, sic illa disposuit, vt quosdam non credentes ad fidem suam orationes credentium pro eis, exaudiendo, conuertat. Praeterea lib. 5. de ciuit. cap. 1. prope finem: Preces, inquit, valent ad ea impetranda, quae se precantibus concessurum esse praescribit.

5. Probatur ex Patribus.

Gregor. lib. 16. moral. c. 17. alia 19. ad illud Iob 33. Nemo auertere potest cogitationes eius. Nam est fuerunt, ait, quidam, qui deprecationibus suis eius cogitationem auertere viderentur, ita fuit eius interna cogitatio, vt sententiam illius auertere deprecando potuissent, & ab eo acciperent, quod agerent apud ipsum. Idem lib. 1. dialogor. cap. 8. à medio, ait: Obtrineri nequaquam possunt, quae praedestinata non fuerunt; sed ea, quae sancti viui orando efficiunt, ita praedestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante saecula disposuit donare. Hoc autem intellexisse non tantum de orationibus, quas praedestinat' pro se ipso fundit, sed etiam de orationibus, quas alij pro eo fundunt, constat ex praecedenti, sequentique contextu, quo profert exempla beneficiorum, quae concessa sunt aliquibus praedestinatorum propter orationes aliorum. Eadem est sententia Glossae ordinariae Gen. 25. ad illud: Deprecatus est Iacob, vbi refert verba Gregorij.

6.

Prosper lib. 2. de vocat. Gent. cap. 36. post medium: Quamuis, ait, quod statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi; cum implenda voluntatis Dei ita sit praedestinatus effectus, vt per laborem operum, per instantium supplicantium, per exercitia virtutum sunt incrementa meritorum. Constat autem agere non tantum de orationibus, quas praedestinat' pro se offert; sed etiam quas alius offert pro illo. Nam ad hoc probandum vsus est exemplo Tobiae iunioris, orantis pro futura vxore Sara.

7.

Beda tomo 8. lib. quaestiois, variarum, quaest. 13. prope finem: Cum Dominus, inquit, bonos ad vitam praedestinavit, ita eos praedestinavit, vt ipsa sua praedestinatio meritis, & precibus nostris obtineatur. Huic praedestinationi cooperatur Ecclesia in Canone Missae postulans: In electorum tuorum iubeas grege numerari. & in oratione totius Quadragesimae: Beata praedestinationis liber adscripta retineat.

8.

Probatur tertid ex regula generali tradita disp. 21. sect. 1. Quidquid iuuat, vt consequamur beatitudinem, est effectus praedestinationis. Quod argumentum maiorem vim habet in orationibus Sanctorum, siue in hac vita, siue in beatitudine, quoniam illis obtineri multorum hominum fidem, peccatorum remissionem, & perseverantiam, constat ex literis sacris, & Sanctorum historiis, neque potest ab vllò Catholicorum negari. De quo vide, quae fusè scribit Bellarmin. tomo 1. de Sanctor. beatitudine à cap. 18. Insuper quorundam Sanctorum orationes à Deo praescriptas esse, & praedestinas, vt aliis

9.

aliis hominibus remittantur peccata, constat ex Genes. 20. vbi Abimelech praecipitur restitutio vxoris Abrahæ, vt Abraham orat pro eo: quoniam Propheta est, & viuat Abimelech. Item Iob cap. vltimo, amicis Iobi praecipitur: Ite ad seruum meum Iob, vt orat pro vobis. Fauetque Ezechiel. cap. 20. vbi Deus ipse quaerebat virum, qui se opponeret iræ ipsius; volebat enim populo ignoscere propter Sancti alicuius preces.

10. Gratia gratis data effectus praedestinationis eorum, quos ad aeternam vitam adiunant.

Dico tertid. Gratia gratis data, collata Beatissimæ Virgini Dei Genitrici, Apostolis, Prophetis, ac cæteris Sanctis, imò & quæ collatae sunt praesentibus, sunt effectus praedestinationis eorum hominum, quos ad aeternam vitam adiunant. Hæc autem proprietates licet ab extrinseca tantum ordinatione Dei tribuatur gratiis gratis datis, est tamen illarum quidditati summopere consentanea: quoniam præ cæteris omnibus donis hoc habent, vt ab intrinseco destinentur ad salutem aliorum. Quod Patres, & Scholastici probant ex 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, scilicet Ecclesiae; & tam ibi, quam 14. cap. varias gratias enumerat Apostolus, sicut & Roman. 12. & 2. ad Timoth. 2. Petrus autem epist. 1. cap. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrans, sicut boni dispensatores gratia Dei: si quis loquitur, &c. Isaias, cap. 50. Dominus, inquit, dedit mihi linguam crudelitatem, vt sciam sustinere eum, qui lassus est, verbo. Ad istud caput est reuocanda ministratio Sacramentorum, quæ per se destinatur ad utilitatem fidelium, qui Sacramenta recipiunt; & ea de causa ministrorum actio procedet tanquam effectus à praedestinatione recipientium, si fuerint electi.

11. Gratia gratis facientes.

Dico quartò. Gratia, gratum facientes vnum praedestinatorum, sunt etiam effectus praedestinationis omnium aliorum praedestinatorum: & quidem omnium propter generales rationes; quorundam verò propter speciales rationes, ob quas proficiunt ad eorum gloriam.

Probationes generales.

Generales rationes sunt, prima communio Sanctorum, ratione cuius quilibet praedestinat' est particeps omnium meritorum Ecclesiae. Secunda ratio est congratulatio, & communis lætitia, qua quilibet beatus congaudebit, & quasi propriam æstimabit alterius sanctitatem, & beatitudinem.

12. Peculiares.

Rationes autem quibusdam praedestinat' peculiare sunt, prima, quia charitas, & patientia multis Sanctis inspiratur à Deo, non eo tantum sine, vt ipsos sanctificet; sed eo etiam sine, vt ad aliorum salutem laborent. Ideo Apostolus 2. Timoth. 2. Omnia, inquit, sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur. 1. Corinth. 15. Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Vbi Chrysofomus homil. 40. post med. Gloriat'ur, ait, & quod propter ipsos periclitetur, & quod videat pulchre crescentes. Secunda ratio est exemplum sanctitatis. Tertia ratio est peculiare gaudium spiritualium parentum de sanctitate filiorum, & filiorum gaudium de gloria suorum spiritualium parentum; de quo 2. Corinth. 2. Quis est, qui me lætificet, &c. de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrum est. & ad Philemonem: Ego te fruor in Domino.

13. Obiicies. Orationes, & omnia dona, quibus

Quæ de Praedestinatione.

sanctificatur Petrus, sunt effectus praedestinationis eiusdem Petri: non ergo sunt effectus praedestinationis Francisci, vel aliorum quorumlibet praedestinatorum. Maxime cum multoties contingat, vnicam operationem vnus praedestinati prouenire in salutem innumerabilium hominum: quemadmodum Euangelia, & epistolae Apostolorum, & alij libri Scripturae.

Respondetur. Hoc ipsum est conuenientissimum, & dignum amplitudine diuinæ prouidentiae, vnicum, & eundem effectum, quo sanctificatur vnus, destinare ad salutem plurimorum, aut etiam omnium praedestinatorum.

SECTIO II.

Naturalia quoque bona quorundam praedestinatorum multoties sunt effectus praedestinationis aliorum hominum.

Hoc in primis verificatur in verbis Euangelice praedicationis, nam eorum tota realis entitas est naturalis, siue vocalia sint verba, siue scripta: nam significatio rerum supernaturalium, quæ per illa transmittitur, est tantum ens rationis, & intentionalis. Hæc igitur verba, quæ fiunt ab Euangelicis praedicatoribus, non esse tantum utilia, sed etiam simpliciter necessaria, quibus de potestate ordinaria credere possit, & iustificari, secluso miraculo, quilibet adultus, ex professo probatum fuit praeced. tomo de prouid. disp. 11. sect. 4. Quanta verò sit influentia, qua praedicta verba concurrunt ad conuersionem, & aeternam salutem, significatur generationis metaphora 1. Cor. 4. Per Euangelium ego vos genui. & ad Philemonem: Quæ ego genui in vinculis. & 2. Cor. 6. Adiunantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Sicut & 1. Cor. 3. Dei adiutores sumus. Propterea Palaestina Synodus admisit quasi Catholicam illam propositionem Pelagij: Adiuuari per legis scientiam ad non peccandum, sicut scriptum est: Lex in adiutorium dedit illi; vt refert August. libr. de gestis Pelagij cap. 1. 2. & 35.

1. Probatur in Evangelica praedicatione.

Vocum significatio ens rationis.

2.

Secundò probatur, quia sermonis artificij, & eloquentia, quamuis aut semper, aut ferè semper sit merè naturalis, plurimum confert, vt persuadeat bonum, quod intendit. Propterea Esther c. 14. precat'ur: Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri. Quia videlicet, vt Deus per interiorum operationem suauis, ac sine miraculo transferret cor illius Regis, multum proderat sermo compositus: alioqui frustra peteretur vt res omnino superflua.

3.

Tertid probatur, nam aliquando expressè testatur Scriptura, non fuisse vitadum aliquod malum, nec exercendum aliquod opus virtutis, nisi per Dei prouidentiam adhibita fuisset talis exhortatio à tali persona, cum talibus circumstantiis, ad benevolentiam captandam accommodatis. Has videat lector in oratione Abigail 1. Reg. 25. Nobis satis erit Davidis verba perpendere. Ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, qua prohibuisti me hodie, ne irem in sanguinem, & vltiscerer me manu mea. Alioquin visum Dominus Deus Israel, qui prohibuit me, ne malum facerem tibi, nisi



nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad marinam lucem mingens ad parietem. Vbi sapienter Abulensis quæst. 13. rationem reddit, ob quam hoc bonum cohibendi à vindicta, Deo, & Abigail tribuatur, dicendo, prohibuisti, & postea, prohibuit, nimirum, quoniam Deus author fuit aduentus, & orationis Abigail ad David: quod significant illa verba, misit te hodie. Vnde constat, huius scemine missionem effectum fuisse prædestinationis David, proregentis eum à peccato, & tributentis perseverantiam in virtutibus. Pro quo beneficio gratias agit ab illis verbis, Benedicte Dominus, &c. & paulo inferius subiiciens, & serum suum custodivit à malo.

4. Ad confirmatur, nam ad conuertendum Augustinum valuit plurimum eloquentia Ambrosij, ut ipse testatur libr. 5. confess. cap. 14. ad finem: Delectabatur, inquit, suauitate sermonis. & sub initium sequentis cap. 15. Veniebant in animum meum simul cum verbis, quæ diligebam, res etiam, quas negligebam. Neque enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperire ad excipiendum, quam diserte diceret, pariter intrabat, & quam vere diceret, gradatim quidem. Fuit ergo Ambrosij eloquentia effectus prædestinationis Augustini, sicut & plurimorum, quos ad Deum conuertit.

5. Probatur quartò Pauli præcepto Colossens. 4. Sermo vester semper in gratia sine sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. Quod optimè ad rem præsentem ponderant Chrysostomus homil. 11. in eundem locum prope initium. Theodoretus ibidem. Gregorius homil. 11. in Ezechielem, propius ad med. quàm ad principium, & de cura pastoralis par. 3. & 4. & in tertiâ partis exordio confirmat testimonio Nazianzeni. Salis ergo condimentum erit effectus prædestinationis eorum auditorum, quos allicit ad virtutem.

6. Probatur quintò, quoniam, ut ex Dionysio de cælesti hierar. cap. 1. & 2. S. Thomas obseruat 1. p. q. 1. art. 9. Deus omnibus prouidet secundum quod competit eorum natura: est autem naturale homini, ut per sensibilia ad intelligibilia veniat. Quam ob causam Prophetis inspirabantur illustrationes ad instar rerum naturalium, quas familiariter nouerant. Quemadmodum obseruauit Hieronymus Amos 1. sub initium: Naturale est, inquit, ut omnes artifices suæ artis loquantur exemplis: qui nauata est, & gubernator; cristianam suam comparat tempestati, damnum naufragium vocat. Et post alia exempla subiungit: Cur hæc dicta sunt? ut scilicet ostendamus, etiam Amos Prophetam, qui pastor de pastoribus fuit, & pastor non in locis cultis, & arboribus, ac vineis confisus, aut certe inter syluas, & prata virentia; sed in lata eremi vastitate, in qua versatur leonum feritas, & interfecit pecorum, artis suæ usum esse sermonibus. Consequens igitur est, ut quæcumque res naturalis, & quæcumque naturalis illius notitia, quæ Prophetis, aut Doctorebus profuit, ut tales illustrationes melius penetrarent, propterea quæ melius, & accommodatius Dei verba proponerent, fuerit effectus prædestinationis omnium electorum, qui prædicta doctrina profecerunt.

7. Confirmatur secundò, quoniam vtilitatem Deus tantam inuenit in congruentia, & coaptatione interioris illustrationis cum affectibus, & experientia sensuum, ut propterea Prophetas in expertos quarundam rerum, præceperit intueri,

& experiri prius eas res corporeas, sub quarum typis, & similitudinibus erant prophetatur, quemadmodum Ierem. 18. Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. scilicet antequam in eam descenderet, non ita congruenter, & vtiliter ea potuisset audire, nisi Deus peculiari concursu naturali, vel supernaturali suppleret intuitiuæ cognitionis energiam. Nam per omnes quidem sensus ad iudicium & intelligentiam animi peruenitur auditu, odoratu, gustu, tactu; sed magis mente retinetur, quod oculis cernitur, ut in eum locum obseruat Hieronymus. Propter similem rationem Ezechieli cap. 4. præcipitur pollutus panis: & Osee cap. 1. præcipitur vxor fornicariæ: eisdemque atque cæteris Prophetis alia multa præcipiuntur, nõ aliam ob causam, nisi ut etiam sensibus eum affectum induant, cui congruenter adapteretur affectus Dei, aut hominum, explicandus per Prophetam.

SECTIO III.

Corrigentis, & punientis operatio est effectus prædestinationis multorum, qui corriguntur, & puniuntur.

1. Merè naturalis est exterior operatio corrigentis, aut punientis, siue fuerit iudex, aut Prælati, siue fuerit proximus solo charitatis affectu coactus adhibere fraternam correctionis medicinam: nihilominus hæc naturalis operatio plurimum prodest, & multoties est simpliciter necessaria secundum communem prouidentiam, ut aliqui prædestinati respiciant, & in gratia perseuerent; erit igitur effectus prædestinationis eorum, iuxta regulam generalem traditam disp. 21. sect. 1. & 2.

2. Vtilitas & necessitas correptionis & punitonis probatur primò: nam & Saluator Matth. 18. Corripe eum, inquit; si te audierit, lucrati eris fratrem tuum. ergo tua correctio cooperata est aliquid, ut tuus frater à morte rediret ad vitam, & à perditione ad salutem. Rursum Ezechielis 3. à medio, multa sunt, quæ ad rem præsentem ponderari possunt, potissimum illud: Ipse morietur, quia non annuntiasti ei. & post pauca: Si autem tu annuntiaueris iusto, ut non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei. Perpende vtramque causalem. Vnus moritur, quoniam à Propheta, seu pastore non corripitur; alter ad vitam redit, quia corripitur. Est igitur in exteriori correptione genus aliquod causalitatis ac necessitatis, ratione cuius prædestinatio talis peccatoris non sortiretur effectum supremum gloriæ, nisi priorem præmitteret effectum correctionis.

3. Ponderandum est etiam quod sapius non solum in prædicto cap. 3. sed etiam cap. 33. iterum atque iterum reperit: Sanguinem eius de manu tua requirem. Quod nulla ratione verificari posset, nisi contingere potuisset, ut idem peccator rediret ad vitam, qui propter ignauitiam pastoris, non corripientis interiiit. Idem colligitur ex postremis verbis epistolæ Iacobi: Si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerit fecerit peccatorem ab errore via sue, saluabit animam eius à morte. Igitur exhortationibus, & correctionibus vnus homo conuertit, & facit, ut conuertatur, & saluat animam peccatoris.

1. I. Correctionis vtilitas probatur.

Quæ omnia verificari non possunt, nisi per exhortationes & correptiones vnus homo coope- retur ad obtinendos effectus prædestinationis alterius hominis.

4. Probatur secundò, nam Deus per compulsio- nem, illatam à Principibus, siue Ecclesiasticis, siue secularibus, ex inuitis facit volentes eos, qui non crederent, neque obedirent diuinis præceptis, nisi terribi atque compulsi potestate terrena. Quemadmodum Augustinus lib. 2. contra secundam epistolam Gaudium cap. 17. de Ninuitis ita disserit: Quid igitur opus erat Regis imperio, ut humiliter supplicaretur Deo, qui non inuenit ora, sed corda, nisi quia erant in eis quidam, qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina, nisi terribi potestate terrena? Istorum igitur hominum prædestinatio præmisit terrorem humana potestatis, qui supernaturalibus eius effectibus viam aperiret. Vnde subiungit: Ista igitur iussione regia potestatis, contra quam voluntarius fit vester occasus, multis ad salutem, qui in Christo præstatur occasio, qui estiuolenter adducuntur ad cœnam tanti patris familias, sed compelluntur intrare, intus tamen inueniunt unde se latentur intrasse.

5. Ad idem probandum dirigitur tota epistola 48. ad Gaudentium, præcipue colum. 2. atque sermone 33. de verbis Domini ad finem scribit illam sententiam, receptam à D. Thoma in catena Lucæ 14. & communiter ab aliis Theologis: Foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas. Ergo necessitas exterioris illata in suo genere cõcurrit cum interiori gratia, ut efficaciter nascatur bona voluntas.

6. Eadem est sententia Gregorij homil. 36. in Euangel. colum. penult. Glossæ Ordinariæ, Bedæ, Haymonis, & Theophylacti Lucæ 14. ad illud, compelle eos; & Bernardi tract. de grat. & libero arbit. longè post medium: quorum verba retulimus tomo de prouid. disp. 7. sect. 2. & 4.

7. Probatur tertio, quoniã ex dolore correptionis oritur voluntas remedij, per gratiam interiorem obtinendi, & orationis affectus ad obtinendam à Deo penitentiam, quæ, nisi Deus dederit, habere non possumus. Hoc enim stimulo incitatus Ephraim: Castigasti me, inquit, Domine, & eruditus sum, sicut iuuenculus indomitus: conuertere me, & conuertar. Postquam enim conuertisti me, ego penitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussimus meum, Ierem. 31. vbi Theodoretus: Postquam expertus est, inquit, tribulationes, peruenit ad notitiam peccati. Quod non subicit B. David: Priusquam humiliter, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. Et rursum: Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Idem colligitur ex commentario Hieronymi.

8. Clarius tamen Augustinus libr. de corrept. & grat. cap. 5. ante medium: Dolor, inquit, ille, quo sibi displicet, quando sentit correptionis aculeum, excitat eum in maioris orationis affectum. ut Deo misere incrementum charitatis adiutus desinat agere pudenda, & dolenda, & agat laudanda, atque gratanda. Et in sequenti cap. 6. non procul à principio: Corripatur, inquit, origo damnable, ut ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur; si tamen qui corripitur, filius est promissionis, ut strepitu correptionis forissecus insonante, atque flagellante, Deus in illo occulta inspiratione operetur & velle.

9. Ad istas, aliâque sententias totius libri de correptione ponderandum est, id agere Augustini de Prædestinatione.

stinum, ut non solum vtilis, sed etiam iuxta quorundam communem ordinem diuinæ prædestinationis absolute necessaria sit correptio ad salutem quorundam hominum, qui sine correptione non agerent penitentiam, ut in cap. 5. post mediũ: Concedant, inquit, corripere se debere à præpositis suis, quamuis non negetur Deus posse quem vult, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem salubrem penitentia occultissima, & potentissima medicina sue potestate perducere.

10. Probatur quartò, nam ut sapienter Isidorus libr. 3. sententiar. cap. 3. in principio notat: Sunt nonnulli huius qualitatis homines, qui nesciant corrigi, nisi alios videant flagellari; ergo aliena flagella cognita quibusdam prædestinatis sunt media, & effecta suæ prædestinationis, ex modo talis prouidentia simpliciter necessaria, sine quibus non obtinerent finem suæ prædestinationis. Quam sententiam colligere licet ex cap. 13. Lucæ: Punitis, inquit, quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores erant, quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, &c. Quod tractans Chrysostomus concione 3. de Lazaro inter medium, & finem, ait: Ostendit, quod illos permittit talia pati, ut viuentes alienis periculis terris fierent regni heredes. & subdit, saluis materiam fieri ex aliorum punitioe.

SECTIO IV.

Angelorum etiam bona sunt effectus prædestinationis hominum.

1. Multiplici ratione profunt ad gloriam hominum electorum ea bona, quæ Deus contulit Angelis beatis: ac subinde continentur in numero effectuum prædestinationis hominum, iuxta generalem regulam sæpius repetitam. Vnde sit omnium electorum tam Angelorum, quàm hominum prædestinationes esse mutuo concatenatas multiplici vinculo, & insolubili nexu, propter maiorem vnionem, & charitatem omnium beatorum, maiorémque laudem diuinæ sapientiæ, bonitatis, & potentia.

2. Primò namque beatitudinem accidentalem hominibus augebit maximopere multorum millium Angelorum frequentia, confortium, & communicatio, & ea potissimum ratione, quod videant, eos omnes promptissima, libentissimâque voluntate se submittere homini Christo Domino, & Beatissimæ Dei genitrici, prætereaque quosdam inferiores Angelos congratulari Sanctis excellentioribus, ad superiorem illis gloriæ gradum assumptis.

3. Secundò. Beatitudinem substantialem hominum suo modo causant, & promouent, iuxta illud Hebr. 1. Nonne omnes sunt ministrato-rii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te; & quæ sequuntur. Quibus, & aliis locis Scripturæ communiter Patres, & Scholastici probant, Angelorum custodiam, pædagogiam, & protectionem prodesse plurimum ad salutem prædestinatorũ, suggerendo bonas cogitationes, illuminando mentem, corpus etiam, & eius passiones mitigando, ne virtuti

Angelorum & hominum prædestinationes mutuo concatenant.

2. Hominum accidentalis beatitudo augebitur Angelorum frequentia.

3. Angeli quodammodo causant hominum beatitudinem.

virtuti resiliant : & orationes nostras ad Deum perferendo, & impetrando quæ petimus. De quo multa vidimus præcedenti tomo de prouid. disp. 40. tota sect. 5.

4. Alligant diabolum.

Tertio consulunt electorum salutem, & eorum predestinationem seruiunt, alligando diabolum, & retundendo vehementiores impetus tentationum. Audiamus igitur Augustinum lib. 20. de ciuit. cap. 7. in med. dicentem : *Præterea alligaretur hic fortis, propterea vidit iste Apostolus in Apocalypsi Angelum descendente de celo, habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua. Et tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus, & satanas, & alligauit eum mille annis, hoc est, eius potestatem ab eis seducendis, ac possidendis, qui fuerunt liberandi, cohibuit, atque frenauit. Et sequenti cap. 8. inter princip. & med. Alligatio, inquit, diaboli est non permitti exercere totam tentationem, quam potest vel vi, vel dolo ad seducendos homines in partem suam cogendo violenter, fraudulenter, vi fallendo. Quod si permitteretur, in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, & fideles deciperet, & ne crederent, impediret. Quod ne faceret, alligatus est. Communis & ordinarius predestinandi modus ita vires omnium mediocriter temperauit, vt de facto quamplurimi non obtrincerent perseuerantiam, neque gloriam, nisi per operationem Angelorum cohiberetur vehementia tentatoris.*

5. Diabolo carcerum laxat.

Quarto denique nostræ predestinationi ministrant etiam, quando diabolo catenam laxant certa, definitaque mensura, nimirum permittendo tentari suos electos, sed non supra vires. *Nam hæc sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt in eis eruisset Ierusalem. Iudicum 3. Vnde Augustinus in Psalm. 61. colum. penultima. Tantum, inquit, permittitur tentare tentator, quantum tibi prodest, vt exercearis, vt probetur, vt qui te nesciebas, à te ipso inueniaris, &c. Idem docet Psalm. 59. & Psalm. 36.*

6. Tentationum utilitates.

Confirmatur primò. Nam tentationes velut custodia quædam homini exhibentur. Sicut enim caro, quamuis præcipua sit, nisi sale aspergatur, corrumpitur, ira & animus quamuis perfecti, nisi assidue salientur tentationibus, relaxantur; vt sapienter Ambrosius lib. de quadragesima duabus mansionibus, mansionem 18. confirmat, 2. Cor. 12. & Iacob. 1. Et Gregor. lib. 19. moral. cap. 5. *Tunc bene, inquit, interius custodimur, cum per dispensationem Dei tollerabiliter tentamur exteriori, aliquando vitij, aliquando pressuris. Idem Origenes homil. 27. in Num. Præcipue verò tentationes valent ad custodiam humilitatis, attestante Paulo 2. Cor. 12. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, &c. Nam, vt Gregor. lib. 23. moral. cap. 16. aliàs 24. Si profectum, inquit, nostrum tentatio nulla pulsaret, alicuius nos fortitudinis esse crederemus, &c.*

Confirmatur secundò. nam, vt Bernardus monet in Psalm. 90. serm. 5. sine, consideranda est nobis tam benigna erga nos diuina pietatis dispensatio, vt quibusdam nos tentationibus patiatur diuinus occupari, ne forte periculosiores occurrant: ab aliquibus vero citius liberet, et possimus in alijs, quas nobis utiliores fore præsentet, & exercevi. Hanc verò protectionem permittendi tentationes sub mensura salutari Deus de potentia ordinaria exequitur Angelorum ministerio. Quotum enim est ligare canem, eorumque est aliquantulum ei permittere catenam trahere.

DISPUTATIO XXVI.

Per quas físicas, & reales causas producantur effectus predestinationis.

SECTIO I.

De causa finali.



Ico primò. Finis vltimus, & supremus est ipse Deus sub ratione infiniti boni. Probat ex sacris literis, Ezechiel, 36. *Non propter vos, sed propter me ego faciam, dicit Dominus.* Quod digne pòderat Bernardus serm. 68. in Cant. inter med. & finem. Prouerb. 16. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Iaiã 43. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Apocalyp. 22. *Ego sum a, & o, principium, & finis.* Ratio verò demonstrans est, quia finis vltimus volitionis est illius obiectum formale, tribuens illi rationem formalem, & perfectionem quasi specificam. Nihil autem aliud à Deo potest illius increate volitioni conferre, nisi perfectionem quasi specificam, & rationem formalem. Restat igitur, vt solus Deus esse possit finis suæ volitionis liberæ, qua decernit predestinare: proindeque supremus, & vltimus finis erit omnium effectuum predestinationis. Porro finis non finalizat, nisi sub ratione boni, & supremus finis sub ratione supremi & infiniti boni.

1. Finis vltimus Deus est.

Ratio demonstrans.

Dico secundò. Deus realiter est causa finalis, non tantum effectuum predestinationis, sed etiam predestinationis increate. Nam præcipua causalitas finis est mouere voluntatem in ratione obiecti formalis: neque requiritur realis distinctio finis à volitione, neque requiritur alia secundaria causalitas, qua finis per amorem sui excitet alium actum realiter diuersum, quo media diligantur propter finem, vt ostendimus tomo de voluntate Dei, disp. 15. sect. 1.

2. Increata predestinationis Deus est realiter causa finalis.

Dico tertio. Finis proximior Deo, & inter fines creatos supremus, est gloria, & laus diuina gratia, & misericordia. Sic enim Paulus Ephes. 1. *Prædestinavit nos, ait, in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ.* Vbi Chrysostomus serm. 1. colum. 4. *In adoptionem, inquit, filiorum nos prædestinavit, volens, idq; vehementer volens, vt conspicua reddatur gratiæ suæ gloria.* Hieronymus autem ibi: *Vt laudemus, ait, gloriam gratiæ eius.* Roman. 9. *Vt ostenderet diuinitas gloriæ suæ in vasa misericordiæ, que preparauit in gloriam.* Psalm. 78. *Propter gloriam nominis tui libera nos; & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Quod euidentius ostenditur oratione Christi Domini ad Patrem Ioan. 17. ab illis verbis: *Clarifica filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.*

3. Finis Deo proximior.

Dico quarto. Finis post Dei gloriam principaliter intentus, est gloria Christi Domini, prout est homo Deus, ad quem vt ad caput ordinantur omnia membra, & cuius domum & familiam constituunt omnes predestinati, de quo dicemus ostendentes Christi Domini predestinationem esse causam nostræ predestinationis, infra disp. 57.

4. Post Dei gloriam principaliter intenditur Christi gloria.

Dico

5. Beatitudo finis diuina gloria subordinatus.

Dico quintò. Cæterorum effectuum predestinationis est finis beatitudo, subordinatus tamen diuina gloriæ: sic etiam iustificatio est finis, ad quem ordinantur dispositiones, & dispositiones sunt finis vocationis. Hæc autem habent causalitatem finalizandi principaliter, prout ordinantur per diuinam intentionem; secundariò tamen, & minus principaliter propter intentionem prædestinatorum, inclinantium eorum ad faciendas iustificationes Dei propter retributionem.

6. Damnatioris tristitia finis minus principalis.

Dico sextò. Finis minus principaliter intentus in omnibus effectibus predestinationis, est damnatioris tristitia, prout est poena, resultans ex comparatione prædestinatorum. Incipit autem ab hac vita, iuxta illud Deuter. 32. *Ipsi me provocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego provocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos.* Consummatur autem in futuro sæculo, iuxta illud Sapient. 5. *Videntes turbantur timore horribili, & mirantur in subitatione insperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.*

SECTIO II.

De causa materiali, formali, & efficiente prædictorum effectuum.

1. Quorum effectuum sit causa materialis prædestinatus.

Dico primò. Materialem causalitatem physicam, & realem exercet prædestinatus in omnibus effectibus predestinationis, qui recipiuntur in ipso, siue sint actus necessarii, quos Deus causat in nobis sine nobis, siue sint operationes liberæ, siue sint habitus naturales, aut supernaturales, siue dispositiones corporis. In omnes effectus homo non tantum exercet primam & immediatam causalitatem materiæ, quæ consistit præcisè in receptione; sed etiam exercet causalitatem secundariam materiæ: quoniam tales effectus à Deo non creantur, sed producuntur dependenter à subiecto, & educuntur de potentia obedientiali, & insita capacitate intellectus, & voluntatis, qui sunt effectus supernaturales: sicut naturales effectus educuntur de potentia naturali.

2. De causa formali.

Dico secundò. Nulla formalis causalitas realiter exercetur in effectibus predestinationis; sed ipsi potius formales causæ sunt constituentes hominem vocatum, credentem, sperantem, iustificatum, perseuerantem, beatum, & sic de cæteris effectibus. Tales enim actus, & habitus formaliter ornant, & perficiunt prædestinatum: nec datur processus in infinitum, multiplicando formas formarum. Nihilominus formalissima ratio, per quam constituuntur effectus predestinationis, est extrinseca denominatio à libera Dei predestinatione, causante illos, & ordinante ad beatitudinem, quæ causalitas formalis est tantum secundum rationem. Quamuis enim realis sit ordo cuiuslibet effectus creati, ad volitionem & imperium diuinum, quo causatur; hic tamen ordo profus idem reperitur in vocatione, iustificatione, ac multis alijs effectibus, licet non destinarentur ad gloriam actualiter obtinendam. Quod si reducas ad causam formalem

extrinsecam ideas, & exemplaria, talis causa formalis omnium effectuum continetur in ipsa predestinatione. Metaphoricam præterea causalitatem formalem habet vnus effectus predestinationis respectu aliorum: sicut charitas est forma virtutum, & intentio finis est quodammodo forma electionis mediocriter.

3. Principalis causa efficiens Deus est.

Dico tertio. Causalitatem efficientem physicam, & realem cuiuslibet effectus predestinationis exhibet Deus tanquam prima, & principalis causa cuiusque boni, iuxta illud Iacobi 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Psalm. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus.*

4. Secundaria homo.

Dico quarto. Secundariam, & infinito intervallo minus perfectam efficientiam exhibet homo, quantum ad plures effectus predestinationis: & ea causalitas est realis, & physica, nimirum comparatione actuum vitalium, ad quorum aliquos homo concurret absque libertate, videlicet, ad illustrationes, intellectus, & motus voluntatis, qui sunt in nobis sine nobis, id est, sine nostra deliberatione; ad alios autem liberè concurret. Ad habitus autem supernaturales homo non concurret efficientia physica, sed tantum morali, quatenus elicit actus, quibus disponitur ad habitus. De reali, & physica efficientia hominis in suos actus indeliberatos, dictum est satis præcedenti tomo de prouident. disp. 33. In alios verò deliberatos actus quam necessaria sit efficientia liberi arbitrij, constabit ex disputationibus sequentibus.

5. Ad quas operationes Angelus, & homines physice influant.

Quintò Angeli & alij homines per physicam efficientiam concurrunt ad eas operationes exteriorum sensuum, & interiorum, quibus prædestinatus inducitur ad virtutem: quemadmodum explicimus in præcedenti disp. Sed illorum nemo potest influere directe, & immediatè in operationes intellectus, aut voluntatis: vt fufius diximus tomo de prouident. disp. 40. Causalitas autem efficiens, quam exercet humanitas Christi Domini, vel Sacramenta, proprias sedes habent, in quibus explicentur.

SECTIO III.

De modo, quo predestinatio causat suos effectus, quæstioncule quinque.

Harum solutio colligitur ex dictis in præcedenti sectione, commemorando breuiter ex alijs partibus Theologiæ, quæ pertinent ad diuersos effectus, vt ostendatur connexio, & conspiratio præsentis doctrinæ cum illis omnibus. Has quæstionculas attingunt Bonauent. 1. dist. 40. dub. vltimo circa liter. & Alexander 1. p. q. 28. memb. 4. art. 1.

1.

Prima, in quo genere causæ procedant hi effectus à predestinatione.

2. Efficienter eis causat.

Responderetur. In genere causæ efficientis, sicut omnia, quæ Deus producit ad extra per volitionem, & imperium: istæ namque sunt operationes immanentes, à quibus immediatè procedunt operationes transeuntes, quibus creaturæ producuntur. Adde etiam genus causæ formalis extrinsecæ, si ad causam formalem reducere ideas, sicut lect. præcedenti dicebamus.

3.

Secunda, & tertia quæstioncula est, vtrum predestinatio sit causa vniuersalis, aut particularis, totalis, aut partialis hominum effectuum.

Quosdam par-  
tialiter, quos-  
dam totaliter  
causat.

Respondetur. Quorundam effectuum causa totalis, & partialis est prae-destinatio, sicut animae rationalis, gratiae, & omnium habituum infusorum, & gloriae. Aliorum effectuum est causa particularis principalis, sed non totalis, sicut actuum supernaturalium, siue fuerint liberi, siue necessarii. Aliorum effectuum est causa vniuersalis tantum, sicut generationis, vniionis, complexionis, valetudinis, studiorum, fortunae. Qui effectus regulariter procedunt à prae-destinatione medijs causis secundis naturalibus: quamuis plerumque procedant à prae-destinatione, supernaturaliter impediente, vel augente vim causarum naturalium. Tunc autem prae-destinatio erit causa particularis, quandoque totalis, quandoque partialis, vt voluerit.

4. Quarta quaestiuicula, vtrum prae-destinatio sit causa propria horum effectuum, vel communis.

Quo sensu di-  
citur propria  
causa, & quo  
sensu nō pro-  
pria.

Respondetur. Aliquomodo est propria causa, quoniam illorum effectuum tota collectio non potest procedere nisi à prae-destinatione. Sed alio modo non est causa propria, quoniam ex prae-destinatione non necessariò procedunt illi effectus; poterat enim prae-destinatio producere alios effectus, praetermissis omnibus, quos de facto producit.

5. Quinta quaestiuicula, vtrum prae-destinatio sit causa libera, siue contingens, aut necessaria.

Quomodo li-  
bera, & quo-  
modo neces-  
saria causa.

Respondetur, prae-destinatio in eo est causa libera, siue contingens, quoniam essentialiter est actio libera, quae potuit non versari circa prae-destinatos. Sed in eo est causa necessaria, quoniam supposito, quòd Deus liberè decreuit prae-destinare, ineuicibiliter, & certò sequitur effectus prae-destinationis, quamuis dependenter à libertate creata. Nihilominus, absolute loquendo, prae-destinatio non est appellanda causa contingens, sicut vniuersaliter probatum est tomo de prouident. disp. 1. sect. 9.

DISPUTATIO XXVII.

Quo sensu Deus operetur totum, & liberum arbitrium nihil operetur ex seipso.

SECTIO I.

Totum bonum est Deo tribuendum, quia totum Deus operatur.

I. Haeretici quid  
senserint.



RAEDESTINATIONIS actiuitatem haeretici fraudulenter amplificantes, ita totum bonum illi tribuebant, vt extinguerent penitus liberam actiuitatem arbitrij, qua sublata praecipuus fructus, & eximia laus prae-destinationis eripitur. Quorum, vt omittamus vetustiores, antesignanus fuit VViclephus, quem secuti sunt Lutherus, Caluinus, Melancthon, Bucerus, & alij. Quorum verba referunt, & refutant errores, VValdensis in doctrinali fidei, lib. 1. art. 1. cap. 21. & sequentibus, Roffensis art. 36. Ruardus art. 7. de libero arbit. Driedo de concor. liberi arbit. cum praedestinat. Coelaus libris de libero arbit. Ioannes Eckius locorum

communium contra Luther. loco 31. de libero arbit. Bellarm. lib. 3. & sequentibus, de gratia, & libero arbitrio.

Illud autem obseruare magnopere proderit ad retinendam theologiam fortitudinem, & magnanimitatem aduersus obiectiones, quae in hac & multis sequentibus disputationibus occurrunt, de Semipelagiano errore ne temerè fugientes fumum, incidamus in ignem, quem videre non possumus, si claudimus oculos, ad euitandam fumi molestiam. Haec enim Luthero & sequacibus fuit vel occasio vertiginis, vel quaestus praetextus erroris, vt Pelagianam haeresim euitarent. Sapienter enim Senonense Concil. in prologo col. 2. sine: *In errore, inquit, Manichaei Lutherus incidit, dum nimis anxie & scrupulose deuitat Pelagium. Metuens namque liberum arbitrium cum Pelagio nimis efferre, omne bonum opus, quod est in homine, Deo tribuit, & diuinae gratiae, nihil prorsus libero arbitrio. Sicque tollens omnino liberum arbitrium Lutherus factus est Manichaeus, dum refugit esse Pelagius. Debuerat certe Lutherus ex Apostolo nosse, ita necessariam esse diuinam gratiam ad bene operandum, vt cum ea tamen liberum arbitrium bonum opus efficiat.* Reddamur igitur cautiore alienis periculis, nec nimis anxie & scrupulose deuitemus Pelagium, sed concedamus actiuitatem liberi arbitrij, quam probant praesens ac decem sequentes disputationes.

Cum igitur istorum error praecipue nitatur aliquibus testimonijs Scripturae, & sanctorum Patrum, ruditer ac superficialiter intellectis, operapretium duximus esse multo plura testimonia, quae videntur inuicem contradicere, prius proponendo, postea legitimum sensum ex eisdem fontibus eruere, quo non modò soluta manebunt argumenta haereticorum, sed etiam aduersus eos ita retorquebuntur, vt Catholicum dogma de libera cooperatione confirmet. Eodem quoque labore corroboratus manebit, & explicatus praedestinationis modus ante praesens opera, ratione cuius totum bonum praedestinatorum debetur Deo. Propterea multae probationes, adductae superioribus disputationibus lectorem remittunt ad hanc & sequentes, praecipue verò disp. 8. sect. 12.

Sed multitudo sententiarum, ad hoc ipsum spectantium, & rei magnitudo compulit, vnam disputationem praesentem, in sequentes vnde-  
cim distribuere, quae omnes erunt inuicem ita colligatae, vt vna potius, quam plures esse videantur. Propterea perspicacibus ingenijs plenè satisfacere non poterit vna disputatio, quousque considerent coherentiam, & consonantiam caeterarum; omnes enim sibi mutuò lucem, & praesidium afferunt, cum plena dubiorum incidentium solutione.

Praesentis igitur disputationis peculiaris scopus est tradere genuinam concordiam quarundam propositionum, quae voce tenus contradictoriae sunt, & frequenter occurrunt in Scriptura sacra, Concilijs, Patribus, & Doctoribus Scholasticis, quamuis non semper eisdem verbis. Cuiusmodi sunt, quae sequuntur: Deus operatur totum bonum opus: Deus non operatur totum bonum opus. Liberum arbitrium nihil operatur: liberum arbitrium aliquid operatur. Solus Deus operatur: non solus Deus operatur, sed cum libero arbitrio. Nihil boni est nostrum, neque proprium: aliquid boni est proprium, & nostrum.

2.

Sequentium  
disputationum  
generalia  
vtilitas.

3.

4. Huius dispu-  
tationis sco-  
pus.

Qua videtur  
inter se pu-  
gnare.

Totum

Totum tribuendum est Deo, & nihil libero arbitrio: aliquid tribuendum est libero arbitrio. Harum legitimam concordiam trademus opportunè in sectione quinta, postquam in prioribus sectionibus ostenderimus, quidnam ex illis propositionibus Patres, & quo sensu pronunciauerint.

5. Probatio co-  
clusionis.

Totum igitur bonum esse Dei, vt auctoris, totumque Deo tribuendum, tanquam illius proprium, nihilque referendum in humanum arbitrium, plurimis Scripturae testimonijs ostendunt Patres, quos referemus, & ponderabimus in hac & sequentibus disputationibus. Nunc aliqua satis erit attingere, cuiusmodi est illud Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* & Iacobi 1. *Opus datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum.* Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Ecclesiastes 9. *Neque velocium esse cursum, neque fortium bellum.* Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* 1. Corinth. 12. *Operatur omnia in omnibus.* Ista 26. *Omnia opera nostra operari est nobis.* Plura videbimus disp. 28. & 30.

6.

Ignatius epist. 1. ad Mariam Calobolitam prope initium: *Omnium, inquit, honorum largitor est Deus.* & epist. 3. ad Magnesianos post med. postquam grauissima impiorum scelera numerauerat, subdit: *A quibus eruamini, misericordia faciente, per Dominum nostrum Iesum Christum. Non enim sentimus utilitatem eius* (hoc est, summam indigentiam gratiae,) *nisi nos tentauerit. Secundum autem quod agimus, iam non erimus, nisi ipse nostri miseratus fuerit. Si enim iniquitates obserauerit, quis sustinebit.* id est, secundum vires & merita nostram actionum nihil sumus, & in nihilum iam essemus redacti. & epist. 7. ad Smyrncenses prope finem. *Vinctus, inquit, omnes saluto, qui non sum dignus esse vltimus eorum, sed secundum Dei voluntatem dignus effectus sum, non ex mea prouidentia, sed ex gratia Dei, quam opto perfectam mihi tribui.*

7.

Chrysostomus ad Roman. 15. serm. 29. col. 3. ad illa verba: *Non enim audeo quidquam loqui, &c. Imò nec ego, inquit, feci, sed Christus, unde & in ipso glorior.* & post pauca: *Vide quomodo instet, vt omnia Dei esse ostendat, nihil sui ipsius: siue enim locutus quidquam fuero, siue fecero, siue miraculum perpetrauero, omnia Christus, omnia Spiritus sanctus.* Idem 1. Corinth. 3. homil. 8. colum. 4. ad illa verba: *Et vnicuique sicut Dominus dedit; Neque enim, inquit, hoc ipsum, est paruum sit, à se, sed à Dei benignitate acceperunt, & paulo inferius: Vt semina non aufererent tentationibus, accedente Apollinis opera, effectum est; totum autem opus Dei est.* 2. Cor. 5. homil. 11. colum. 3. exponens illud Apostoli, *Omnia autem ex Deo,* addit: *Nihil ex nobis.* & 2. Corinth. 9. ad illa verba: *Propter eminentem gratiam Dei in vobis,* homil. 20. colum. 2. sine ait: *Vidisti Pauli sapientiam, quomodo laudatis illis, totum acceptum tulit Deo. Opus enim gratiam vocauit.* & homil. 15. in acta Apostol. in morali, prope initium: *Hoc solum, ait, nobis cura sit, quomodo vincamus diabolum; imò non nostri studij opus est, sed diuinae gratiae totum est.* & hom. 30. in acta in morali in principio: *Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem & ipsa fides non est nostrum opus. Quod autem non sit nostrum, sed magis Dei, audi Paulum, dicentem,* Ephes. 2. &c. Consequenter homil. 38. ad populum, quae est de humilitate & quiete, ait: *Nolumus igitur extolli: sed nos dicamus inuiles, vt viles efficiamur.* Multaque in eadem sententiam scri-

bit in eadem homil. Sicut etiam hom. in cap. 42. Ista prope fin. ait: *Nihil de suis viribus sperabat, nihil sentiebat Paulus.* & homil. de Adam & Eua col. vltima probat, totum bonum esse Dei.

8.

Basilius in oratione de humilitate probat omnia nostra bona opera esse donum, & gratiam Dei, vt propterea nihil nobis ad arrogantiam reliquum sit. Cyprianus quoque lib. de oratione Dominica inter med. & finem: *Quando rogamus, inquit, ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis, & imbecillitatis nostrae, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe, atque arroganter aliquid assumat, ne quis aut confessionis, aut passionis gloriam suam ducat, cum Dominus ipse, humilitatem docens, dixerit: Vigilate, & orate, ne veniat in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: vt dum praecedat humilis, & summissa confessio, & datur totum Deo, quidquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate praestetur.* Idem in serm. de ieiunio, & tentatione ait: *Deo totum debemus, quòd viuimus, quòd mouemur, quòd sumus.*

9.

Illam verò Cypriani sententiam: *In nullo gloriamur, quando nostrum nihil sit,* valde commendat Augustinus lib. de praedestinat. Sancto. c. 3. initio, & de bono perseverant. cap. 14. post medium, & cap. 17. circa med. & cap. 19. prope initium, & post medium eam colligit ex verbis Nazianzeni, dicentis: *Rogabitur Deus, vt permittat vobis dari vocem, qua quod creditis, confiteri possitis. Dabit enim, certus sum, qui dedit credere, dabit & confiteri.* Passim verò Augustinus confirmat, totum esse Deo dandum, & nostris viribus nihil, veluti de praedestinat. Sancto. c. 7. & 16. & de bono perseverant. c. 6. & in Enchiridio c. 32.

10.

Caelestinus epist. 1. ad Episcop. Galliae cap. 11. sine ait: *Ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum Filij charitatis suae, & ex vasis irasciat vasa misericordiae. Quod ad eò totum diuini operis esse sentitur, vt hac efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio, pro illuminatione salutis, vel correctione referatur.* Similia decernit sequenti cap. 12. & omnia sequitur Petrus Diaconus de Incarnat. & gratia Iesu Christi cap. 8. inter med. & finem. Fulsius Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel toto cap. 7. multis Scripturae testimonijs confirmat, omnia esse in diuinam gratiam referenda, non in nostras vires, aut merita.

11.

Fulgentius in epist. 6. ad Theodoretum de conuersione cap. 8. *Nihil tibi boni, inquit, tanquam tuum assignes.* & lib. 1. ad Monimum cap. 21. *Sicut competit, inquit, Deo, vt causa sit totius operis boni: sic incongruum est, vt imputetur causa cuiuscumque operis mali.*

12.

Gregorius in librum 1. Reg. suo lib. 3. cap. 4. propius ad med. quam ad principium, ad illa verba: *Dabitis Deo Israël gloriam, &c.* ait, *Eis, quae praedictae sunt, similitudinibus factis, Deo gloriam dare, est de studio boni operis, & de estimatione humilitatis, & semetipso inaniter non gloriarì: sed Dei omnipotentis laudibus ornare, quod agitur, impendere.* Et prope finem eiusdem lib. 3. cap. 7. ad illa verba: *Tulit autem Samuel lapidem vnum, ait: Omnia, quod à nobis in omni vita nostra prosperum geritur, gratia adscribitur.*

13.

Theophylactus Marci 10. ad illa verba: *Qui vos audit, me audit; Ne gloriemini, inquit, vel superire sublimè, quòd quidam vos audiant, non enim vestrum est opus, sed meum, & gratiae.* Anselmus de concordia



concordia prædeterminationis & liberi arbitrij sub initium: Totum, inquit, imputandum est gratia, quia nec volentis est, quod vult, neque currentis, quod currit; sed misere est Dei. Author historiæ Barlaam, & Iosaphat apud Damascenum: Qui plus, inquit, virtutis habebat, totum Dei gratia adscribebat. Isidorus in lib. de Ecclesiasticis officiis c. 24. post medium præcipit: Neque humane voluntatis arbitrio bono quidquam deputandum existimari; sed secundum propositum voluntatis Dei omnem numerum electorum adquiri. Eiusmodi plurima occurrent in sequentibus sectionibus, & disputationibus.

SECTIO II.

Homines aliquid operari simul cum Deo, principaliter operante.

- 1. Plurima sunt in Scriptura sacra, & Patribus huius dogmatis testimonia; cuiusmodi est illud Ioan. 14. Qui credit in me, opera, que ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet. Quia ego ad Patrem vado, & quaecumque petieritis Patrem in nomine meo, hec faciam. Inde Augustinus tract. 72. in Ioan. solide non minus, quam acute colligit, hominem ipsum, qui credit, facere opus credendi, cum tamen Deus per credentem, & cum ipso cooperante operetur idem opus.
2. Idem clarius constat Ioan. 6. prope medium: Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Dominus ergo manifeste præcipit, ut nos operemur opus idem, quod Deus operatur, ita ut ipsum credere in Christum, simul sit opus Dei, & nostrum, & idem cibus sit, quem Filius hominis dabit, & quem nos operari tenemur, Rufus Matth. 7. Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. & cap. 12. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater, &c.
3. His adde Iacobi 1. Estote factores verbi, &c. Philippien. 2. Cum timore, & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, &c. Vbi utrumque traditur, & Deum operari, & nos operari. 1. Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Prouerb. 24. Seruatiorem animæ tuæ nihil fallit, reddereque homini iuxta opera sua. Matth. 16. sine, & Roman. 2. Reddet unicuique secundum opera eius. Apocalypf. vltimo: Merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Sapient. 10. Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum. Apocalypf. 2. initio: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam.
4. Ad hæc Ioan. epist. 3. De omnibus orationem faciens, prospere te ingredi, & valere, sicut prospere agit anima tua. & infra: Fideliter facis; quidquid operaris in fratres. & iterum: Quos, beneficiens, deduces dignè Deo. Ad Hebræos 12. Remissa manus & sulca genæ erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem facite. Vbi S. Thomas lect. 2. confirmat Ilaie 40. Rectas facite in solitudine semitas Dei vestri. & subdit expositionem: Hoc est, quantum in vobis est, dare operam a hoc, sed proprie rectificare est solius Dei. Psalm. 16. Dirige gressus meos in semitis tuis.

Ezechiel. 18. Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et multoties repetit, facere, & operari iustitiam, idque sub conditione, quæ denotat libertatem. Psalm. 118. Feci iudicium, & iustitiam.

Idem efficaciter probant verba Christi Domini Matth. 19. Sunt eumebri, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere, capiat. Tales igitur homines ipsimet sibi rescant vitiolorum radices, ipsique se ipsos intra virtutis regulam continent. Vnde Gregor. Nazianzenus oratione 31. in dictum illud Euangelij: Cum consummasset Iesus sermones hos, versus finem orationis prædicta verba exponit de iis hominibus, qui cum nullis magistris nulli essent, prohi sibi ipsis magistris extiterunt. & subdit: At tu rationem tibi insitam mouens, ac virtutis igniculum per arbitrij libertatem excusans, te ipsum excusasti, radicem excidisti, vitij instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut iam ad vitium ferri propinodum nequeas.

Vbi notandum est primò, superiùs in eadem oratione post med. eundem Nazianzenum docuisse, Deum esse omnium bonorum authorem; cuius beneficium est ipsum etiam rectè velle, & honestè eligere, & optimo iure totum bonum Deo assignari, & acceptum ferri. Vnde constat Nazianzenum abesse à suspitione erroris Semipelagian. Secundò expresse asserit Nazianzenus, quòd tu rationem tibi insitam moues, ac virtutis igniculum per arbitrij libertatem excuscas.

Quin & humanarum virium extenuatur egregius admittit, hominem laborare, atque operari. Roman. 16. vers. 6. & 12. & 1. Corinth. 15. vers. 10. & cap. 16. vers. 16. & alibi non rarò Scriptura sacra. Ideo supposita diuina gratia præueniente, & adiuuante, hominem aliquid efficere, testantur communiter Patres, & Dionysius de diuinis nominibus c. 2. 3. & 4. & vsque ad finem libri; & cap. 11. post medium ait: Diuina pro virili parte perficimus Iesu Christi prouidentia, qui omnia operatur in nobis.

Damascenus in dialogo contra Manich. prope medium. Demoni, inquit, stoliditatem perferri, benignè atque amplissimè ipsi esse conferens. Quod quidem Deus solus præbere potest. Vt autem bonus ipse sit, non Dei solius est, sed ipsius quoque operum desiderat. Et prope finem eiusdem dialogi ait: Deus, quod suam partem est, dat, ut bene sumus: at nos id, quod in potestate nostra situm est, nempe, ut data bona conseruemus, vel facimus, vel negligimus.

Hieronymus Matth. 13. De grano sinapis, quod accipiens homo, &c. sic loquitur: Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster, & animus, qui suscipiens grammat prædicationis, & fovens sementem humore fidei, facit in agro sui pectus pullulare? Quapropter apud Hieronymum homo seminat, & facit pullulare: subintelligit autem præsupposita gratia præueniente, quam alibi tradit.

Augustinus de natura & gratia cap. 32. initio, de iustificatione loquens ait: Vbi quidem operamur & nos; sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius præuenit nos. Idemque lib. de gratia, & libero arbit. cap. 15. initio: Ne putetur, inquit, nihil sibi facere ipsos homines per liberum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur: Nolite obdurare corda vestra. Et per ipsam Ezechielem: Projicite à vobis omnes impietates vestras, quas impie egistis in me, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & facite omnia mandata mea.

Insuper

- 11. Insuper ferm. 15. de verbis Apostoli inter med. & finem: Totum, inquit, ex Deo, non, tamen quasi dormientes, non quasi ut non conemur, non quasi ut non velimus. Sine voluntate tua, non erit in te iustitia Dei. Voluntas quidem non est nisi tua; iustitia non est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua; sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam. Demonstratum est quid agere debeas, &c. & post pauca: Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te. Ergo fecit negligentem, iustificat volentem. Quinetiam quod in Palæstina Synodo Pelagius explicuit, hominem à peccatis conuersum proprio labore & Dei gratia posse esse sine peccato; probauerunt Patres intelligentes supernaturalem gratiam per Iesum Christum, non verò liberum arbitrium, aut legis scientiam, ut fraudulenter intelligebat Pelagius. Itaque quod attinet ad laborem proprium supernaturali gratiæ subiunctum, neque Palæstinis Patribus, neque Augustino displicuit, ut constat ex toto ferè eius libro de gestis Pelagij, præsertim cap. 6. 10. & 31. Sed quo temperamento fuerit à Patribus acceptum, esse sine peccato, non attinet ad præsens.
12. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 9. prope initium: Opus, inquit, bonum non nisi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri, protestatur, dicens: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Et alio loco: In Deo faciemus virtutem, id est, opus virtutis. Sic autem hic pro opere virtutis virtutem, dixit, fieri, sicut Ioannes pro opere iustitiæ iustitiam, dixit, fieri. Ait enim: Qui facit iustitiam, iustus est, sicut ille iustus est.
13. Leo in ferm. 3. de Pentecost. prope initium: Oportebat, inquit, ut aliquid etiam saluandi pro se agerent, & conuersis ad redemptorem cordibus, ab inimici dominatione desisterent. Quoniam sicut Apostolus ait: Misit Deus spiritum Filij sui in corda nostra, clamantem: Abba Pater. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. Qua concatenatione verborum Scripturæ Leo demonstrat, saluandos aliquid agere per libertatem, quam priùs per culpam ligatam soluit, & ad agendum mouet Spiritus sancti gratia.
14. Rufus ferm. 1. de ieiunio decimi mensis, & collectis, postquam præuenientem Dei dilectionem, & gratiam exposuerat, subdit: Vt in nobis formam suæ bonitatis inueniat, dat, unde ipsi quoque, quod operatur, operemur. Necnon ferm. 5. de Quadrages. prope initium, ait: Quia rationabiles lapides sumus, & viuæ materies, sic nos auctoris nostri extruit manus, ut cum opifice suo etiam is, qui reparatur, operetur. Gratia igitur Dei obedientia se humana non subtrahat.
15. Gregorius lib. 18. moral. cap. 22. ad finem ait: Ex aspiratione gratiæ, quia virtutum opera protinus in corde generantur, ut ex libero quoque arbitrio subsequatur actio, cui post hanc vitam retributio æterna respondeat, illico adiecit: Et gratia eius in me vacua non fuit.
16. Bernardus in tract. de gratia, & libero arbit. propius ad finem, quam ad medium, ait: Deum operari salutem aliquando per creaturam cum ipsa. & post pauca: Per quos, & cum quibus Deus operatur, boni sunt homines, vel Angeli, qui, quod vult Deus, agunt pariter, & volunt. Qui enim bono, quod opere complent, voluntate consentiunt, opus omnino, quod per eos Deus explicat, ipsi communicat.
17. Lactantius diuinar. institut. lib. 7. cap. 5. post medium, ait: Voluit, nos, Deus, vitam nobis inui-

Defenditur Nazianzenus.

7.

Probatur ex Patribus.

8.

9.

10.

Etiam comparare. In hac corporali non est summum bonum, quoniam sicut necessitate diuina nobis data est, ita rursus diuina necessitate soluetur. In illa verò spirituali, quam per nos ipsi adquirimus, summum bonum continetur. Nos itaque nos adquirimus, & comparamus, non necessitate, sed libertate, quæ necessitati opponitur: ut clariùs explicuit Lactantius lib. 4. cap. 24. cum tamen idem author dicto lib. 7. c. 5. sine docuerit, solum Deum possidere pietatem hominis, solumque donare posse virtutem, sapientiam, immortalitatem.

Isidorus Pelusiota lib. 4. epist. 51. Diuina, inquit, gratia, mixta industria, animique promptitudini saluum facit hominem. & post pauca: Non enim sola vocatio, verum etiam propositum voluntatis, animique propensio, & studium obsequendi in vocatis salutem operatur. Laurentius Iustinianus in fasciculo amoris cap. 17. inter principium, & med. Merita, inquit, ex Dei gratia, hominisque arbitrio originem habent. & post pauca: Non sine nobis nostra accrescunt merita: electio autem omnino perficitur præter nos.

Præ cæteris clarior, atque frequentior est in hoc dogmate Chrysostomus, nam homil. 60. ad populum Antiochen. prope initium ait: Exhortor, ut neque totum Deo dimittentes, dormiamus; neque studentes nos proprijs laboribus totum efficere putemus. Neque enim nos esse supinos vult Deus, propterea non ipse totum operatur; neque vult esse superbos, & ideo totum nobis non concessit: sed virtusque tollens nocumentum, nobis vtile reliquit.

Eiusdem sententiæ perexigua est verborum differentia in homil. 83. in Matth. colum. antepenult. Ne velitis, inquit, cuncta ita Deo attribueri, ut ostendendum, dormiendumque vobis putetis: nec rursus si vigilatis, laboribus rem vestris aliquam effici, arbitremini. Nam neque desides, neque resupinos iacere nos Deus vult, ac ideo nonnihil à nobis petit: nec arrogancia corrumpi, ac ideo totum nobis non commisit. Itaque ex utraque parte incommodo remoto, quod nobis vtile, ac necessarium idem operatur.

His consequentia tradit 2. ad Thessal. 3. hom. 5. prope initium, & Roman. 9. ferm. 16. propius ad finem, quam ad medium, & homil. 42. ad populum Antiochen. colum. penultima. Omnia, inquit, in Deo, sed non ita, ut liberum in nobis arbitrium violetur. Vnde infert: In nobis igitur, & in Deo sunt. Ad Roman. 11. ferm. 19. prope initium notat, quòd potior pars gratiæ sit, non tamen totum.

SECTIO III.

Nostrum, ac nobis proprium esse bonum opus, supposita diuina gratia.

Nobis propter liberum arbitrium esse proprium aliquid boni, quod operamur, supposita præueniente gratia, & gratia rursus cooperante nobiscum, constat ex plurimis Scripturæ testimoniis, in quibus ad opera virtutum referuntur illa reciproca, tuus, suus, vester, noster, vel additur genitiuus casus, possessionem, seu proprietatem significans, vel additur adiectiuum proprius. Hæc igitur, & similia verba vim habent significandi dominium, & potestatem agentis supra suam actionem, ut agere possit, & non agere, si voluerit, quemadmodum probatum est tomo de scientia Dei, disp. 52. sect. 9.

Exempla

18.

19.

20.

21.

Constat ex Scriptura.



2. Exempla nonnulla vidimus sect. 2. quibus adde, non semel in Euangelio repeti: *Fides tua te saluum fecit*. Tua igitur est fides, & tua te fides saluum facit. Ita Lucæ 7. num. 50. & cap. 8. n. 48. & cap. 17. num. 19. & cap. 18. num. 41. & Matth. 9. num. 22. & Marci 5. num. 34. & cap. 10. num. 52. Quæ meritò ponderavit Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 72. dicens: *Et non tantum in operibus, sed etiam in fide liberum, & sine potestatis arbitrium homini seruauit Dominus, dicens: Secundum fidem tuam fiat tibi, propriam fidem hominis ostendens, quoniam propriam suam habet sententiam.*
3. Similiter Fulgentius lib. 1. ad Monimum c. 14. post med. *Licet nostra sit fides, inquit, & nostra sint opera, sicut ipse Dominus dicit: Secundum fidem tuam fiat tibi. Et B. Ioannes predicat: Hac est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Paulus quoque ita scribit: Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Opera quoque nostra Dominus ipse testatur, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Tamen quia ista cum habemus, non habemus ex nobis nata, sed à Deo donata, &c.* Propter hanc rationem initio sequentis cap. 15. concludit, *Salubriter prohiberi tam in nostra fide, quam in nostro opere, tanquam nostrum nobis aliquid vendicare.* Eandem Scripturæ phrasim imitata B. Agatha respondit: *Lucia virgo quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ? Nam & fides tua illi subuenit, &c.*
4. Sunt & in eo genere complura, quemadmodum Ioan. 15. *Fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Apocalyp. 2. *Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & operam tuam nouissima pluram prioribus.* & infra: *Dabo unicuique vestrum secundum opera sua.* Ezechiel. cap. 18. à med. sæpè iustitiam appellat suam, referendo ad hominem iustum. 1. Thesal. 1. *Memores operis fidei vestra.* Galat. 6. *Opus autem suum præbet unusquisque.* 1. Corinth. 3. *Vnicuiusque opus manifestabitur.* 1. Corinth. 11. *Nomen opus meum vos estis?* Iacobi 1. *Factor operis, hic beatus in factio suo erit.*
5. Egregius est ad rem præsentem locus 16. Lucæ. *Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* Vbi, vt constat ex superiori contextu, diuitiæ temporales dicuntur alienæ, sed spiritualia bona dicuntur esse vestra, vel nostra, propter dominium libertatis, sine cuius imperio, neque amitti poterunt, neque acquiri. Rectè proinde Paulinus epist. 2. ad Seuerum, colum. 3. *Qua nobis est, inquit, gratia, si in alieno tantum fideles fuerimus, nisi de proprio seruamus: id est, de libero voluntatis arbitrio.* Quod clariùs in epist. 4. ad eundem Seuerum in fine dixit: *Res potestatis nostra est noster affectus: hunc Domino impendamus, & soluimus.* Neque ab hac explicatione discordat, quod Ambrosius, Glossa, Bonauent. & alij Patres exponunt, vestrum, siue nostrum, esse Iesum Christum, eiusque gratiam, aut gloriam: cum omnes istæ diuitiæ vtiliter possideri nequeant, nisi per vsum liberæ voluntatis.
6. Ignatius epist. 6. ad Philadelph. post medium postquam dixerat se accepisse spiritum à Deo, subdit: *Ego quod meum fuit, feci, vt homo in unitate perfectus.* Verba sunt Eliæ ad Elifæum 3. Reg. 19. ad finem, dicens: *Quod meum erat, feci.* Athanasius in Symbolo: *Redditiuri sunt, inquit, de factis proprijs rationem: & qui bona egerunt, &c.* Na-

zianzenus orat. de Spiritu sancto, quæ est quinta de Theologia, post medium obleruat, quod inuoluntarium est, non esse nostrum, sed illius, qui vim intulit: at verò quod voluntarium est, esse nostri arbitrij proprium. & Apologetico 1. colum. 8. notat, *singularis, & eximia Dei bonitatis argumentum esse, nimirum facere, vt nostra quoque aliqua ex parte sit virtus.* Quomodo autem faciat vt nostra sit virtus, declarat, quoniam voluntate, animique proposito excolatur, arbitrijque libertate parem in utramque partem motum habentem.

Clemens Roman. in epist. 1. ad Iacob. fratrem Domini, colum. antepenult. referens quotidianam Petri Apostoli predicationem, ait: *Boni aliquid in se cum viderit, Deo applicare.* Et postquam alijs verbis docuit, initium iustificationis præberi à diuina gratia, prope finem epistolæ subiungit: *Operum verò ratio potestati, & arbitrio vnicuiusque permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium verò habere erga Doctorem veritatis, hoc à Patre cælesti donatum est. Sed salus in eo est, vt voluntatem eius, cuius amorem, & desiderium, Deo largiente, conceperis, facias.* Supposita ergo præueniente gratia, tu facis voluntatem Dei, & hoc tibi proprium est, quia tuo permittitur arbitrio: licet hoc ipsum bonum cum videris, Deo applicare debeas.

Chryostom. 1. ad Timoth. 1. hom. 3. paulo post princ. *Vides, inquit, vt omnibus in locis suam semper iustitiam supprimat, totumque Deo adscribat: ita tamen vt libertatem non tollat arbitrij.* Et proposita obiectione, responderet: *Vide quam prudenter sermone vsus est (Paulus), credidit, inquit, mihi est Euangelium. Hoc iam ipsius rectè factum, ipsiusque dignitas, verum non ipsius virtus. Nam protinus subdit: Gratias ago ei, qui me conformauit Christo Iesu. Hoc profectò iam Dei est: deinde rursus, quod suum erat, adiecit: Quoniam fidelem me existimauit. Propterea id, quia ex semetipso intulerat aliquid, & post pauca: Vides, vt etiam, quod suum est, & quod irridem Dei, caute ponat: Dei scilicet prouidentie plurimum semper attribuens, sua verò rectè facta suppressens semper, atque occultans.* Theodoretus form. 8. de prouident. colum. 4. probat, *tam virtutis, quam malitia possessionem nostri arbitrij esse.*

Origenes in Cant. hom. 4. propius ad princip. quam ad med. ait: *Et non sine casu puto, quod non dixerit, Odorem dederunt, sed odorem suum, vt ostenderet, inesse unicuique anima vim possibilitatis, & arbitrij libertatem, qua possit agere omne, quod bonum est.*

Damascenus 2. fidei, c. 25. ex professo probans, hominem esse suarum actionum principium, cōcludit his verbis: *Relinquitur igitur, hominem ipsum agentem, & facientem principium esse propriorum operum, & potestate, arbitrijque liberum. Sin autem nullius principium actionis homo; superflue id habet, vt consulet: nam ad quid vtitur consilio, si nullius actionis dominus est. Quod si dominus est actionis, id ipsum est actionem esse suam, & illius propriam.*

Theophylactus ad Ephes. cap. 2. ad illa verba, *Gratia salui estis per fidem, ait: Commemoratis is, quæ Dei sunt, nēpe quod gratia seruati sumus, intulit etiam, quod nostrum est, per fidem, vt ne vastet liberum arbitrium, suamve cuiusque potestatem.*

Hilarus in Psalm. 118. ad illa verba, *Hæreditate acquisiti testamenti tua in æternum, ait: Est quidem in fide manendi à Deo munus; sed impediendi à nobis origo est, & voluntas nostra hoc proprium ex se habere debet, (videlicet vt non impediatur) vt velit*

Deus

13. *Deus incipienti crementum dare.* Habet igitur voluntas aliquid boni proprium.
14. Rursus in Marth. cap. 7. ad illa verba, *Dominus, nomen in nomine tuo prophetauimus?* ratio nem reddit, ob quam inanis erat spes regni cælorum, concepta ex sola miraculorum operatione, nimirum, quoniam in illa nihil erat proprium, sed omnia perficiebantur à virtute Dei; & subdit: *De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, præstandumque est aliquid ex proprio, vt bonum velimus, & malum vitemus, totaque affectu præceptis cælestibus obtemperemus.* Ambros. Philippenf. 2. ait: *Vt nostrum sit velle, perficere verò Dei; vt explicabimus disputat. sequenti sect. 2.*
15. Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. ante med. *Vt velimus, inquit, & suum esse voluit, & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo.* & lib. de spiritu & lit. ad Marcel. cap. 34. *Consentire vocationi Dei, vt vel ab illa dissentire, propria voluntatis est.* Et de nat. & grat. cap. 27. post med. solummodo reprehendit arrogantiam, quæ citò potest subreperere animo humano, vt quod bene operatur, suum tantummodo existimet. Itaque si non tantummodo suum, non erit arrogantia, licet suum existimet esse minus principaliter, & secundariò. Et iterum de nat. & grat. cap. 64. *Ad ipsum, inquit, arbitrium pertinet vocantem audire, & credere, & ab eo, in quem credit, non peccandi adiutorium postulare.* Rursus epist. 143. ad Iulianam matrem Demetriadis, de virginitate sic loquitur: *Hæc Dei dona sunt, & vestra quidem sunt, sed non ex vobis, habetis enim thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis Dei, & non ex vobis.* & post pauca subdit: *Et si etiam ex illa (scilicet Demetriadi virginis) propter arbitrium proprium, sine quo non operatur bonum: non rancet (sicut iste dixit) non nisi ex illa. & cætera, quæ referemus sect. 5. n. 7.*
16. Hieronymus Isai. 49. prope initium ad illa verba: *In vacuum laboravi, ait: Dei est vocare, nostrum credere.* Hoc propter arbitrij libertatem dictum esse constat ex præcedenti, & sequenti contextu. Rursus epist. 8. ad Demetriadem cap. 7. sub initium ait: *Non igitur solum putes tuum esse, quod tuum est, sed earum, quæ suam in te expressere pudicitiam; videlicet vt agnosceret debere se earum exemplis, & monitis.* Et post pauca: *Velle, & nolle nostrum est: ipsum quoque, quod nostrum est, sine Dei miseratione nostrum non est.* & post medium eiusdem epistol. ponderans id Marth. 19. *Si vis perfectus esse, ait: In hoc omni arati omnique persona libertas arbitrij relicta est, si vis, inquit, esse perfectus: non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo præmia. Tuum est eligere, si volueris in agone, atque certamine coronari.* Galat. 5. prope initium: *Dei opus est vocare; hominum credere, vel non credere.*
17. Gregorius lib. 33. moralium capit. 10. prope finem, aliàs capit. 25. sic loquitur: *Liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens à terrenis desiderijs gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe, quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in æternum agimus? Rursus si nostrum non est, unde nobis retribuimus præmia speramus? Quia ergo non immeritò gratias agimus, scimus, quod eius munere præuenimur: & rursus, Ruiz de Prædestinatione.*

quia non immeritò retributionem quarimus, scimus quod subsequente libero arbitrio bona elegimus, quæ ageremus.

Prosper epist. ad Demetriad. colum. vltim. *Quidquid pulchrum, inquit, pretiosumque repereris, diuini operis, & muneris esse non dubites, ita vt in omnibus bonis opulencia tua & gratiam donatoris, & ius proprietatis agnoscas. Obserua ius proprietatis, hoc est, libertatis dominium, ratione cuius fit nostrum, & nobis proprium, quod gratia donatoris contulit. Idem lib. contra Collatorem capit. 3. in medio notat, à Cassiano pro libertate tuenda non irrationabiliter fuisse dictum. Nostrum verò est, vt quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur. & lib. de ingratias cap. 29.*

— Sic acquirens, quibus ante carebas  
Vt tua sint, si collatis vtare modestè.  
& post pauca,  
— Nostrumque bonum sit gloria dantis.

Optatus Mileuit. lib. 2. contra Parmenianum, propius ad med. quam ad fin. *Nostrum, inquit, est velle, nostrum currere, Dei autem perficere.* Author lib. de Ecclesiasticis dogmat. cap. 21. postquam docuerat, initium salutis esse ex præueniente inspiratione Dei, subdit: *Vt non labamur in adepro salutis munere, sollicitudinis nostra est, & cælestis pariter adiutorij, vt labamur, potestatis nostra est, & ignauia.*

Bernardus tract. de grat. & libero arbitrio propius ad medium, quam ad principium, videlicet colum. 6. *Voluntas, inquit, nos facit nostros, mala diaboli, bona Dei. & colum. antepenultim. Deus autem Rex noster ante sæcula, cum operatus est salutem in medio terra, dona sua, quæ dedit hominibus, in merita diuisit, & præmia: vt & præsentia per liberam passionem nostra interim fierent merita, & futura per gratuitam sponsonem expectaremus, imò expecteremus vt debita. Quæ vtraque Paulus commemorans, Habetis, inquit, fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.*

Hugo Victorinus de Sacrament. lib. 1. p. 4. cap. 23. à med. *Non exigitur, inquit, à nobis, nisi quod nostrum est, & quod bonum nostrum est: tantum, vt faciamus, & approbemus, & diligamus in nobis, sicut & Deus diligit, & approbat bonum nostrum in nobis, vt ei similes sumus diligendo, & faciendo bona.* Laurentius Iustinianus lib. de contemptu mundi cap. 8. initio ait: *Liberum autem arbitrium esse dixerim facultatem rationis, & voluntatis, qua eligitur bonum, gratia existente: hoc autem tantum nostrum proprium esse noscimus. Cætera autem siue naturalia, siue gratuita, Dei sunt munera nobis collata, tam pro salutis adminiculo, quam pro Dei circa nos dilectione propalanda.*

Enchiridion Colonienſe Christianæ institutionis, tit. de Sacramento penitentia, fol. 94. §. *Hanc autem, in medio ait: Est nisi à cælesti medico præuenta, & edocta fuerit bonum velle, aut etiam Deo præuenienti, sine gratia Dei, assensiri non posse, tamen quis non videt, hoc voluntatis esse, vt assensiat.*

Postremò non est prætereundum, quod Caluinus lib. 2. institut. cap. 5. §. 14. vt subterfugiat liberi arbitrij dominium, quo actiones faciat, esse suas, & sibi proprias, illam petitionem orationis Dominicæ, *Panem nostram quotidianam da nobis hodie;* sic ad suum errorem contorquet, vt panis dicatur esse noster, quia titulo donationis

Ius proprietatis, seu libertatis.

Caluini delirium,

tionis fit noster, non quia nos illum liberè fecerimus: vt refert Bellam. lib. 6. de grat. & libero arbitrio cap. 10. prope initium. Et sapienter refutat, nam, vt aliqui veteres rectè exponunt, nostrum vocamus, quia nolumus panem alienum furari, sed nostro labore illum acquirere, Deo iuuante, vt simul impleamus illud Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Vnde sapienter Ifidorus lib. 2. sentent. cap. 5. prope medium obseruat, panem nostrum dici, quoniam gratia & dantis Dei, & accipientis est hominis. Refutatur etiam apertè Christi Domini præcepto Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit, & cætera, quæ retulimus sect. 2. num. 2.

SECTIO IV.

Rationibus confirmatur, nos operari per gratiam, & nostrum esse, quod operamur, & nobis aliquomodo tribuendum.

I. Prima ex mutuo Dei & hominis adiutorio.

Quæ duo in secundam & tertiam sectionem distributa probauimus auctoritate, nunc copulata probabimus ratione multiplici. Prima sumitur ex adiutorio mutuo inter Deum & homines. Sicut enim hominum adiutor est Deus, frequenter in Psalmis, atque Prophetis; sic etiam Dei sumus adiutores, 1. Corinth. 3. & 2. Corinth. 6. Vnde Dionysius de cœlesti hierar. cap. 3. in medio: In eo, inquit, posita perfectio est, vt pro sua quisque virili parte ad Dei imitationem contendat; & id, quo nihil diuinius est, Dei, vt sacra Scriptura loquitur, fiat adiutor, diuinamque in se actionem, quantum potest, ostendat. Et Ignatius epist. 12. ad Rom. post med. eos rogat, dicens: Magis autem mei adiutores estote, hoc est, Dei. Existimabat, videlicet, liberam cooperationem Romanorum ad illius martyrium, esse adiuuare, non solum virtutem martyris, sed etiam operationem Dei, qui præcipuus est author martyrij.

2.

Inde rationem desumit Augustinus de peccator. merit. & remis. lib. 2. cap. 5. versùs finem, vbi postquam ostenderet opus esse Dei adiutorio ad bene viuendum, & illud orationibus esse impetrandum, adiungit: Neque ideo tamen de hac re solis votis agendum est, vt non subinferatur ad bene viuendum nostra efficacia voluntatis. Adiutor enim noster Deus dicitur. Neque adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte conatur: quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura rationem, voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis.

3.

Rursum tract. 4. in epist. Ioannis, colum. 4. illa verba 1. Ioan. 3. Et omnis, qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum, sicut & ipse castus est; ita ponderat: Videte, quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, vt diceret, castificat semetipsum. Quis nos castificat, nisi Deus? Sed Deus te nolentem non castificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuam Deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de illo, qui venit, vt habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tribuendum est; ideo autem tibi tribuendum est, vt dicas, sicut in Psalmo: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Si dicitis: Adiutor meus esto, aliquid agis, nam si nihil agis, quomodo illa adiuuat. Verba singula propria sunt instituti præsentis, & illa maxime: Agis aliquid, tibi aliquid tribuendum est:

si nihil agis, quomodo ille adiuuat. Similia docet lib. de perfect. iustitiæ contra Cœlestium, colum. penultim. Fufius rationem adiutoris persequitur ferm. 13. de verbis Apostoli longè post med. quæ referemus disp. sequenti sect. 7. & in Palm. 78. ad illa verba: Adiuua nos Deus salutaris noster. Bernardus tract. de grat. & lib. arbit. non longè ante finem, ait, homines non solum esse ministros Dei, sed etiam socios, coadiutores, commilitones, cooperatores, & rationem reddit, quod per consensum voluntarium diuine voluntati coniungimur.

4. Modus quo Deum adiuuamus.

Modum verò, quo Deus adiuuatur à nobis, D. Thom. in præsentii quaest. 23. artic. 8. & vltim. ad 2. sic exponit: Aliquis dicitur adiuuari per alium dupliciter. Vno modo, in quantum ab eo accipit virtutem; & sic adiuuari, infirmi est, vnde Deo non competit. Et sic intelligitur illud: Quis adiuuit spiritum Domini? Alio modo dicitur quis adiuuari per aliquem, per quem exequitur suam operationem, sicut Dominus per ministrum. Et hoc modo Deus adiuuatur per nos, in quantum exequimur suam ordinationem, secundum illud 1. ad Corinth. 3. Dei enim adiutores sumus. Neque hoc est propter defectum diuine virtutis, sed quia virtus causis medijs, vt ordinis pulchritudo seruetur in rebus, & vt etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet. Eandem prorsus doctrinam scripserat in 1. Corinth. cap. 1. lect. 1.

5. Secunda ex essentia libertatis.

Secunda ratio est ipsamet essentia libertatis, cuius proprium est, agere ex se ipsa, & per se ipsam moueri. Vnde D. Thom. 1. 2. quaest. 108. artic. 1. ad 2. ait: Liber est, qui sui causa est, secundum Philosophum 1. Metaph. cap. 2. Ille ergo liberè aliquid agit, qui ex se ipso agit: quod autem homo agit ex habitu sua nature conuenienti, ex se ipso agit, quia habitus inclinatur ad modum natura. Si verò habitus esset natura repugnans, homo non auergeret, secundum quod est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi superuenientem. Quis igitur gratia Spiritus sancti est sicut interior habitus, nobis infusus, inclinans nos ad rectè operandum, facit nos liberè operari ea, quæ conueniunt gratiæ, & vitare ea, quæ gratiæ repugnant. Nos itaque operamur à nobis ipsis, & liberè; & tamen gratia facit, vt ita operemur.

6.

Consonat Augustin. lib. 83. quaest. q. 8. cum ait: Moueri per se animam sentit, qui sentit, in se esse voluntatem. Nam si volumus, non alius de nobis vult: & iste motus animæ spontaneus est. Prosper contra Collator. c. 12. ait: Non est periculum libero arbitrio ex gratia Dei, neque voluntas aufertur, cum ipsa bene velle generatur. Nam si ideo non putanda est nostra, quia formatur, regitur, ordinatur, imbuatur: spoliatur libertate filij Dei, qui aguntur spiritu Dei, perdunt vigorem rationalis animi, & omni voluntaria deuotionis laude priuantur.

7. Libertas necessitate soluta esse debet.

Confirmatur, nam & libertatis indifferentiam esse debere necessitate solutam, vt bonum, quod operamur, sit nostrum, adnotauit Petrus apud Clementem recogniti. lib. 5. propius ad medium, quam ad finem, dicens: Quis necessitate retinetur in bono, bonus non est, quia non est suum, quod est.

8. Tertia ex merito & premio respiciètibz opus liberum.

Tertia ratio sumitur ex merito, & premio, quod respicit opus, liberi arbitrij proprium. Vnde Basiliius in Hexaëmeron hom. 10. inter med. & fin. ait: Ab ipsa max creatione obrinui, vt essem ad imaginem Dei: destinato autem ac libertate animi proposito ad id pronehor, vt sim ad similitudinem Dei. Tua igitur aliqua ex parte est gratia, quare merito ingrederis coronatus. Totum enim tuus tibi si prerogasset opifex:

opifex: qua tandem gratia tibi, nihil commérito, cœlestis regni fores referata fuissent? Nunc verò quiddam contulit, quiddam reliquit perficiendum, vt id in te ipso, cum ad perfectionem promoueris, pronunciere nihil indignus, qui mercedem insumpseris opera, Deo repignorante, recipias. Propter libertatem igitur etiam gratia est nostra aliqua ex parte, & non totum dedit Deus prior, sed quædam prius dedit Deus, alia nobis reliquit perficienda Dei auxilio; alioqui laude, ac premio dignus euaderet nemo.

9. Chrysostrum hom. 42. ad populum Antioch. col. penult. Nec enim, ait, totum Deus suum esse voluit, ne sine causa nos coronare videatur: neque rursus nostrum, ne in arrogantiam delaberemur. Eandem rationem attigit Gregor. lib. 33. moral. cap. 20. vt retulimus sect. 3. prope finem.

10. Quarta ratio sumitur ex præcepto, quod esset prorsus iniquum, si nihil ex se liberum arbitrium operaretur. Quapropter Augustinus de perfect. iustitiæ prope medium, illam petitionem orationis Dominicæ, Fiat voluntas, ita exponit: Hoc utique orat, vt præcepta Dei faciat, quæ vt fierent, nec iuberetur, si nihil ibi nostra voluntas ageret; nec oraretur, si sola sufficeret. Sic etiam aliquid facere ipsos homines ex eo quod Ezechielis 18. præcipitur illis: Facite omnia mandata mea, colligit de grat. & lib. arbit. c. 15. initio. Vide, quæ retulimus sect. 2.

SECTIO V.

Varia rationes ad concilianda dogmata præcedentium sectionum.

1. Varias propositiones, in speciem inter se contrarias, retulimus in sect. 1. num. 4. quas omnes esse simul veras, constat ex quatuor sectionibus præcedentibus: ideoque restat concordia rationes exponere. Sunt autem graues, plurimæ, atque perspicuæ.

Prima ratio sumitur à maiori. Nam Ioannis 7. Christus Dominus: Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Cuius contradiccionis concordiam indicauit, continuò subiungens: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar? Ideoque sapienter Augustinus tract. 29. in Ioan. inter princip. & med. ita exponit: Quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit se ipsum, & non suam, quia Patris est verbum. Quid enim tam tuum, quam tu? Et quid tam non suum, quam tu, si alicuius est, quod es? Vnde subiungit inferius: Mea doctrina non est mea; ac si diceret: Ego non sum à me ipso.

2. Si ergo, quamuis Filij doctrina sit increata, & infinita, & Patri prorsus æqualis, ex eo solum, quod per generationem à Patre processerit, rectè dici potuit, doctrinam esse suam, & non esse suam: multò potiori iure sacra Scriptura, & Patres potuerunt affirmare, liberum consensum, & cooperationem, credere, diligere, ac bene operari nostrum esse, idemque non esse nostrum, sed solius Dei, quoniam ipsum consentire, & bene operari per gratiam, accipimus à Deo, tanquam à primaria causa, præueniente libertatem nostram, & cum illa cooperante, vt ostendimus sect. 6. & sequent.

3. Rectè igitur Nazianzenus orat. 31. in dictum illud Euangelij: Cum consummasset Iesus sermones Ruiz de Predestinatione.

hos, &c. post med. ait: Quoniam velle quoque ipsum à Deo est, optimo iure totum Deo assignauit, videlicet Apostolus, dicens: Non volentis, neque currentis, &c. Chrysostrum 1. Cor. 4. homil. 12. colum. 2. dicit: Num ipse per te rectè operatus es? Non sane, sed accepisti. Vnde infert: Non tuum id munus esse. Augustinus in lib. quinquaginta homiliarum, hom. 14. sub init. illud Lucae 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras, ita ponderat. Non enim esset patientia tua, si non esset voluntas tua. Nostrum est, quod nobis donatur. Quomodo enim aliquid donas, nisi vt eius sis, cui donas? Aperta est enim illa confessio: Nomen Deo subijciatur anima mea, ab ipso enim est patientia mea. & post pauca: Quotidie dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis. Illo donante sit nostrum; nobis superuenientibus, sit alienum.

Confirmatur; nam & Ioan. 12. Iesus clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. Quod August. tract. 54. prope init. ita exponit: Qui credit in me, non credit in me, id est, in hoc, quod videt, &c. & post pauca subiungit: Ille credit in me, qui non credit in me secundum id, quod me videt, sed in eum, qui me misit, vt cum credit in Patrem, credat eum habere Filium sibi æqualem, & tunc verè credit in me. Similiter ergo sine mendacio solus ille tribuit aliquid tanquam proprium libero arbitrio, qui non tribuit secundum id, quod videt in libero arbitrio, sed tribuit secundum id, quod procedit ab authore gratiæ, qua ratio idem ipse, qui tribuit aliquid libero arbitrio tanquam proprium, non tribuit libero arbitrio, sed Deo, qui gratiam communicauit libero arbitrio. Cui consonat quinta ratio concordia: infra ponenda.

Non dissimilis est secunda ratio concordia, quæ sumitur etiam à fortiori ex Paulo ad Rom. 9. Si enim de culpabili consensu extorto à concupiscentia, vel consuetudine per violentam quamdam seruitutem, ac prope necessitatem, dicere licuit Apostolo: Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum (vt plerique Patres intelligunt citati præced. tomo de prouid. disputat. 29. sect. 1. n. 15.) Potiori iure licebit, affirmare liberum arbitrium non operari bona merita, sed quæ habitata in eo, gratiam. Consequenter probatur, nam eliciendi culpabilem consensum liberum arbitrium est causa primaria, non verò tentatio, neque concupiscentia, neque consuetudo; cum tamen boni operis primaria causa non sit liberum arbitrium, sed Dei gratia.

Tertia ratio celebrior apud Patres, quoniam totius operis totum initium Deus præstat per gratiam præuenientem, seu operantem in nobis sine nobis, & est principalis causa, cooperando nobiscum, præsertim verò per congruam, & opportunam gratiam. Eapropter Aug. lib. 1. retract. c. 23. refertens, quod in expositione quarundam propositionum ex epist. ad Rom. c. 6. dixerat: Quod ergo credimus, nostrum est; quod autem bonum operamur, illius est, qui credentibus dat Spiritum sanctum, temperat his verbis: Profecto non dicerem, si iam scirem, etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrumque ergo nostrum est, propter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum est per spiritum fidei, & charitatis. & post pauca iterum: Vtrumque ipsius est (scilicet Dei), quia ipse præparat voluntatem: & vtrumque nostrum; quia non sit nisi volentibus nobis. Eadem repetit de prædest. Sanct. c. 3. à medio; & recipitur à Magistro, & communiter Scholasticis in 1. dist. 41. cap. 2.

Y 2 Idem

- 7. Idem Augustinus epist. 143. ad Iulianam viduam, refutans Semipelagianam quamdam adulationem, quam ignotus author scripserat ad Demetriadem eius filiam, afferens, ex illa, & non nisi ex illa esse bonum virginitatis, sic loquitur in colum. 3. Licet ex illa (scilicet sacra Virgine) propter arbitrium proprium, sine quo non operatur bonum; non tamen sicut iste dixit, non nisi ex illa: proprium quippe arbitrium nisi Dei gratia iunctur, neque ipsa bona voluntas esse in homine potest. Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate: non sicut isti sentiunt, tantummodo scientiam reuelando, ut nouerimus quod facere debeamus; sed etiam inspirando charitatem, ut ea, que discendo nouimus, etiam diligendo faciamus. Nota reuelationem, doctrinam, & inspirationem pertinere ad gratiam praeuenientem, sine operante.
- 8. Rufus serm. 94. de tempore, inter princip. & medium, ait: Sed voluntas (inquit) mea bona est. Præterea tua; sed ipsa à quo data, à quo excitata? Præterea lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. & in Enchirid. cap. 3. ostendit, ideo dictum esse: Non volentis, neque currentis, quoniam præparatur voluntas à Domino per congruam, & opportunam vocationem, ut ponderabimus disp. sequenti, sect. 4. & 5.
- 9. Et in Psalm. 17. illum versum: Saluum me fecit, quoniam voluit me; scilicet, antequam illum vellem; ita exponit Augustinus ibi. Et quod sequitur: Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam, intelligit, iustitiam bona voluntatis, qui prior præbuit misericordiam, antequam haberem bonam voluntatem. Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Secundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, qui tribuit, ut bene facerem, educendo me in latitudinem fidei.
- 10. Chrysothomus 2. ad Thessal. 2. hom. 4. colum. 3. Vides, inquit, quomodo declarauerit, nihil eorum, sed totum esse Dei? Ad quod, inquit, vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem glorie Domini nostri Iesu Christi. Quod magis explicat, cum ponderat sequentia verba Pauli: Confortetur corda vestra, & confortet in omni opere, & sermone bono. Ego sanè dixi, inquit, totum verè Dei est, confortare, corroborare, ne dimoueamur, neque desectamur. Etenim & nostrum hoc est, & Dei, tam dogmatum, quam faciendorum gratia.
- 11. Non dissimiliter 1. Cor. 4. hom. 12. col. 2. Non, inquit, merita tua hoc sunt, sed Dei gratia; quamuis fidem adducas, à vocatione eam accepisti, &c. Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 10. post med. Nec te ipsum, ait, iustificares, sed omnia tribueres Deo, qui te vocauit.
- 12. Prosper epist. 84. ad Demetriad. colum. 7. Omnis, inquit, illuminatarum mentium pius motus alienari quidem non potest à propria hominis voluntate: siquidem nihil rectè facit, nisi quod volens egerit; sed ut ad id, quod utile est, animi tendat intentio, de illius eterne voluntatis inspiratione concipitur. Et sicut in arte medici fit in oculis caligantibus, ut possint videre, quod non vident, nec tamen non ipsorum est visio, quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis, & hebetibus acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebrose iam, & deficientes lucerna lumen accipiunt, nec tamen nisi ipsarum erit, quidquid fulgoris acceperint.
- 13. Idem ad c. 6. Gallorum obseruat industriam liberi arbitrij valere ad proprium sibi meritum adquirendum, postquam à sola gratia inchoatum est bonum, & illius adiutorio iugiter assistente,

cum ait: Iustificatus homo, id est, ex impio pius factus, nullo precedente bono merito accipit donum, quo medio adquirat & meritum: ut quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrij, nunquam remoto adiutorio Dei sine quo neque proficere, neque permanere in bono quicquam potest.

Clarius hanc rationem concordia tradit Fulgentius de Incarnat. & grat. Iesu Christi, cap. 17. post medium, dicens: Proinde si quis dicit, meum est velle credere, Dei autem gratia est adiuuare; mutat igitur dictorum ordinem: imò non mutat, sed seruet, nec, quod posterius est, in primo loco, quod est prius, in loco posteriori constituat. Male gratiam Dei sua voluntati postponit, cum ista bona esse non possit, si illa defuerit. Non enim dicit, meum esse velle credere, Dei autem gratia est adiuuare; sed dicit: Gratia Dei est adiuuare, ut sit meum velle credere. Tunc enim verè rectè ait, eius hoc velle (supple esse) cum eum gratia præueniens coepit adiuuare.

Verè concedendum est igitur, nostrum esse velle credere, assentiri, & similia; dummodo gratia præueniens sit, quæ præstat, ut sit nostrum, quod aliàs non posset esse nostrum. Hoc igitur modo intelligendum est illud, quod Petrus Diaconus in lib. de Incarnat. & grat. ad Fulgentium, cap. 6. sine ait: Frustra garriunt, qui dicunt: Meum est velle credere, Dei autem gratia est adiuuare, cum etiam ipsum credere, quod est consensus præbere veritati, nobis à Deo dari restatutur Apostolus, &c.

Iterum verò Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 9. circa medium explicans illud Ioannis 3. Qui facit veritatem, venit ad lucem: ut manifestetur eius opera, quia in Deo sunt facta. Hoc autem, inquit, in Deo facimus, quod Deo in nobis faciente datur nobis, ut faciamus. Quod euidenter in epistola ad Hebræos ostenditur, ubi cum de Deo dictum esset: Aptet vos in omni bono, ut faciatis voluntatem eius, continuo sequitur: Faciens in vobis, quod placeat coram se: omne igitur opus, quod à nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. Ex ipso enim, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo est & voluntas bona, & operatio bona. Quod doctor gentium his verbis affirmat: Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Propterea sicut Salomon dicit, quia præparatur voluntas à Domino: sic etiam bona opera nostra Paulus à Domino asseruit præparata, hoc est, in prædestinatione disposita. Vbi constat quomodo Deus totum faciat, & totum sit Dei, quatenus Deus aptans nos in bono, & præparans voluntatem per operantem gratiam, facit, ut nos faciamus in Deo, sicque nostra sint opera Dei.

Gregorius ad illa verba Iob 22. sine: Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum. 16. moral. cap. 10. ait: Si ad hoc saluari unusquisque hic munditia manuum suarum creditur, ut suis viribus innocens fiat, proculdubio erratur: quia si superna gratia nocentem non præuenit, nunquam inueniet, quem remuneret innocentem. Et late toto sequenti contextu probat, liberam cooperationem arbitrij cum gratia esse necessariam. Ideo itaque nostra est munditia manuum nostrarum, quoniam procedit à libero arbitrio: & ideo Dei est, & non est nostra, quoniam à præueniente, & cooperante gratia procedit. Vnde subdit Gregorius: Vt verò se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: Sed gratia Dei mecum.

Manife

- 14.
- 15. Gratia præstat ut credere sit nostrum.
- 16.
- 17.

- 18. Manifestius hoc ipsum exposuit homil. 9. in Ezechiel. sub initium, dicens: Mala nostra solummodo nostra sunt: bona autem nostra & omnipotentis Dei sunt, & nostra. & post pauca: Præueniente ergo gratia, & bona voluntate subsequente, hoc, quod omnipotentis Dei donum est, sit meritum nostrum, quod bene Paulus explicat, dicens: Plus illis omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum. & mox: In hoc enim, quod solo Domini dono præuenitus sum, non ego; in eo autem, quod donum voluntate subsecutus, & ego. Eandem rationem concordia tradidit Gregorius lib. 3. ad finem.
- 19. Quarta, quia gratia est principalis causa.
- 20. Vnde Chrysothomus ad Hebræos 7. homil. 12. in morali sub initium, proposita quaestione: Si non volentis, neque currentis, sed misereus est Dei; quid adhuc queritur? responder: Quia cuius est amplius, totum esse dixit. Nostrum enim eligere tantum est & velle, Dei autem efficere, & ad perfectionem perducere: quia ergo illius est, quod amplius est, eius dixit esse uniuersum secundum consuetudinem hominum. Videmus domum edificatam, & dicimus, quia totum artificis est: & tamen non omne opus eius est, sed etiam operariorum, &c. Et iterum in multitudine, ubi plurimi sunt, omnes esse dicimus: ubi autem pauci, nullum. Eandem expositionem exemplo agriculturæ, atque nauticæ tradiderat Origenes 3. Periarch. cap. 1. colum. antepenult. ut videbimus sequenti disp. sect. 5.
- 21. Ex hoc loco desumptus est commentarius Theophylacti ad Roman. 9. ad illa verba, Non est volentis. Videtur autem hic liberum arbitrium tollere Apostolus; at istud non agit. Nam quemadmodum de dono dicimus, totum esse artificis, cum interim opus habeat materia, & cooperantibus ipsum adiuuantibus: atque quia rei consummatio ab illo pendet, dicimus, totum hoc illius, nimirum fabri est, vel cum domum iste faber condidit. Non dissimili ratione & nostra voluntate indiget Deus: atque quia ille consummat, & perficit, dicimus, totum hoc Dei est.
- 22. Vnus ex articulis, quos Palæstina Synodus definiuit, & Pelagium fateri compulsi, fuit hic: Quando contra tentationes, concupiscentiæque dimicamus, quamuis & illic habemus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostram prouenire victoriam. Hanc definitionem refert Augustinus epist. 106. ad Bonifac. col. 11. & 12. Nobis ergo propria conceditur esse voluntas, qua contra tentationes actualiter dimicamus; ceterum quia non ex nostris viribus, sed principaliter ex diuina gratia prouenit victoria; ideo victoria simpliciter Dei esse dicitur.
- 23. Hieronymus lib. 4. in Ierem. cap. 18. prope initium ait: Dimittit hominem voluntati suæ, ut vel premia, vel penas sua voluntate, & suo merito recipiat. Nec statim totum erit hominis, quod conuenit, sed eius gratia, qui cuncta largitus est. Ita enim libertas arbitrij reseruanda est, ut in omnibus excellat gratia largitoris, iuxta illud Propheticum: Nisi Dominus edificauerit, &c. Sic & Paulinus epist. 27. quæ est prima ad Aprum, colum. 4. docet, solius Dei opus esse mutare hominem, & instaurare; cuius rationem reddit, quoniam per electas animas se Ruiz de Prædestinatione.

metipsum immitit, ut in omni gente primum habeat.

Ad eandem rationem pertinet concordia, quam tradit Augustinus lib. de gratia Christi, contra Pelagium, & Cælestium, cap. 13. obseruans, non ita nos facere, quasi non didicerimus ex Deo, neque ita nostram esse iustitiam, ut non sit nobis ex Deo per gratiam. Nam ipsi vos, inquit, à Deo didicistis, ut diligatis inuicem. Atque ut probaret (Apostolus) eos à Deo didicisse, subiunxit. Etenim facitis illud in omnes fratres in vniuersa Macedonia: tanquam hoc sit certissimum indicium quod à Deo didicistis, si id, quod didicistis, feceritis. & post pauca: Quamuis multi, quod imperat lex, facere videantur timore pœne, non amore iustitiæ, quam dicit Apostolus iustitiam suam, quæ ex lege est, tanquam sit imperata, non data. Si autem data est, non dicitur iustitia nostra, sed Dei, quia sic sit nostra, ut sit nobis ex Deo. Dicit enim: Vt inueniam in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam, quæ ex fide est Iesu, iustitiam ex Deo. Quibus similia tradit lib. 2. de peccat. meritis, & remiss. cap. 18.

Vtramque rationem proximè præcedentem de gratia præueniente, & principali causa complexi sunt Scholastici communiter in 2. distinct. 26. 27. & 28. S. Thomas in 2. dist. 26. artic. 5. ad 3. quem refert, & sequitur Conradus 1. 2. q. 111. artic. 2. circa med. ait: Ipse motus voluntatis non est à gratia sine libero arbitrio: & tamen quia se habet gratia ut principale, quia inclinatur in talem actum per modum cuiusdam nature, ideo ipsa sola dicitur talem actum operari; non quia sine libero arbitrio operetur, sed quia est principalis causa: sicut grauitas dicitur operari motum deorsum.

Magister in 2. dist. 27. §. cum ergo, ait: Bona merita quando ex sola gratia esse dicuntur, non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis causis principalitas gratiæ attribuitur, quæ excitatur liberum arbitrium, & sanatur, atque iuuatur voluntas hominis, ut sit bona. Quod idem confirmat in sequenti cap. ex muneribus, & in præcedent. cap. quæ ipsi, docet bonam voluntatem esse donum Dei, & hominis meritum; & probat, quia ex gratia, quæ præuenit, & sanat arbitrium hominis, & ex libero arbitrio procreatur in homine omnis bonus affectus, siue bonus motus mentis.

Egidius in 2. distinct. 28. quæst. 1. artic. 3. prope finem, collatis inter se variis locis sacre Scripturæ, quorum aliqua libero arbitrio, alia Deo, & eius gratiæ iustificationem adscribunt, ita concludit: Totum est Dei principaliter, & totum est liberi arbitrij instrumentaliter: vel totum est Dei, quasi sine ipso, præueniente, quantum ad diuinam motionem, & sequente, quantum ad gratiæ infusionem, nullum meritum sit in nobis, & totum est in nobis, quia non sit in nobis gratia, nisi motu diuino ad gratiam consentiamus. Idem Argentina in 2. dist. 28. q. vnica, art. 2.

Quinta ratio concordia in homine realiter vno, sola consideratione mentis distinguit duplicem hominem, alterum, in quo uiuit ipse, hoc est, proprius amor, & concupiscentia, quique solis nature viribus operatur. Hic igitur homo nihil est ad opera pietatis, nihil valet, nihil operatur, nullum bonum habet suum, & proprium. Alter est homo, qui potest dicere: Iam non ego, sed uiuit in me Christus, quoniam motus, & adiutus

- 24.
- 25. Vtramque rationem tradunt Scholastici.
- 26.
- 27.
- 28. Quinta duplicem hominem distinguit.

Y 3 superna



supernaturali gratia operatur. Et hic homo est, qui vivere operatur, & bona sibi propria possidet vero dominio libertatis. Nec videri potest peregrina distinctio, quae toties indicatur in Euangelio, & Epistolis, quoties bellum indicitur inter duos homines, primum, veterem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & ideo crucifigendus, & odio prosequendus, eiusque anima perdenda: secundum, hominem nouum, qui secundum Deum creatus est, in quo non ipse uiuit, sed Christus, cuius anima custodienda est.

29. Sexta ratio concordiae est, opera bona esse propria Dei, ut dantis, & hominis propria, ut accipientis, quam fusiùs prosequemur disp. 34. sect. 4. & sequentibus.

30. *Generalis concordia regnans* Generalem verò regulam concordiae tradit Anselmus lib. de concordia praedestinat. & grat. cum libero arbitrio cap. 3. à principio: *Natans, sacram Scripturam ita loqui aliquando, ut nihil videatur liberum arbitrium prodesse ad salutem, sed sola gratia; aliquando verò ita, velut tota nostra salus in libera nostra consistat voluntate.* Ideo inter principium, & medium eiusdem capituli moner, in utroque genere locutionis semper subintelligendum esse liberum arbitrium, aut gratiam. *Ita quippe intelligenda sunt dicta diuina, ut (hoc excepto, quod dixi de infantibus) neque sola gratia, neque solum liberum arbitrium salutem hominis operetur. Quippe cum dicit Dominus: Sine me nihil potestis facere, non ait, nihil ualet uobis uestrum liberum arbitrium: sed, nihil potestis sine mea gratia.* & declarat exemplo: *Sicut ergo quantum naturalis visus non procreet prolem sine patre, nec nisi per matrem: non tamen remouet illius intellectus, aut patrem, aut matrem à generatione prolis: ita gratia & liberum arbitrium non discordant, sed conueniunt ad iustificandum, & saluandum hominem.* Pondera, nec intellectu, aut ratione separari posse, quin vnus actio saltem implicite inabit actionem alterius.

SECTIO VI.

*Ipsam etiam actualiter concurrere per liberum arbitrium, est effectus Dei, & gratia.*

1. **H**aec est suprema ratio, propter quam relinquatur nihil ita proprium libero arbitrio, ut non sit principaliter, & vltimò reuocandum in Dei operationem, & gratiam, ut vidimus sect. 5. num. 2. Sed quoniam in eadem ratione maximum praesidium antecedentis, & absolutae necessitatis collocant oppugnatores libertatis, citati sect. 1. ideo veritas illius sic exponenda est, atque probanda nunc, & in duabus sectionibus sequentibus, ut inde constet, qua ratione tueatur potius, quam oppugnet libertatis indifferenciam, ut se ipsam determinet absque impedimento necessitatis antecedentis. Ceterum hoc ipsum magis constabit ex disputationibus sequentibus.

2. *Afferentis demonstrans ratio.* Eius igitur assertionis, quae praefixa est in sectionis titulo, euidentis demonstratio est, quia ipsum actualiter concurrere per liberum arbitrium, est idem, quod liberè facere diuina praeccepta; sed Deus est, qui facit, ut faciamus diuina praeccepta: ergo Deus est, qui facit nos actualiter concurrere per liberum arbitrium. Rursus

cum hoc faciat gratis, & absque nostris meritis, erit hoc ipsum gratuitum Dei donum. Vtriusque partis locupletissimum testimonium est illud Ezechielis 11. & 36. *Dabo uobis cor meum, & spiritum nouum ponam in medio uestri: & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri; & faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & operemini.* Nec praetermisit Spiritus per Prophetam clariùs explicare, quam gratitud, ac supra merita Deus collaturus esset haec beneficia, cum paulo inferius subiecit: *Non propter uos ego faciam, ait Dominus Deus; confundimini, & erubescite super uis uestris.* Priora uerba frequenter ad rem praesentem ponderant Patres, praesertim Augustinus, & eius discipuli.

3. Augustinus de praedestinat. Sancto. c. 11. uersus finem: *Ideo, inquit, haec & nobis praecipimur, & dona Dei esse monstrantur, ut intelligatur, quod & nos ea faciamus, & Deus faciat, ut illa faciamus: sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit. Quid enim apertius, quam ubi dicit: Ego faciam, ut faciatis? Locum ipsum Scripturae, fratres charissimi, attendite, & uidebitis, illa Deum promittere facturum se, ut faciant, quae iubet, ut fiant.*

4. Similia repetit lib. de grat. & libero arbit. c. 14. & sequentibus, praesertim 16. & 17. nam cap. 16. *Cerrum est, inquit, nos facere, cum facimus, sed ille facit, ut faciamus, prebendo uires efficacissimas uoluntati, qui dixit: Faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis, & reliqua, quae ponderabimus disp. sequenti, sect. 1.* Nec dissimilia sunt, quae ponderat lib. 1. contra duas epist. Pelagian. c. 20. cum praedictis uerbis Ezechielis conferens 2. Paralip. 30. cap. & Esther 14.

5. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 8. propositis uerbis Ezechielis ita concludit: *Dat ergo Deus cor nouum, ut in iustificationibus eius ambulemus, quod pertinet ad bona uoluntatis initium. Dat etiam, ut iudicia eius obseruemus, & faciamus, quod pertinet ad bona operationis effectum.* Cuius ueritatis probationem persequitur etiam cap. 9. & cap. 14. post medium. *Quid est, inquit, faciam, ut faciatis, nisi mei erit operis omne bonum, quod operati fueritis? Ipse ergo facit, ut faciamus, quo in nobis operante, fit omne bonum, quod facimus.* His concordat Prosper contra Collator. cap. 23. & Hieronymus in commentario Ezechielis 11. Sed de uerbis Ezechielis iterum disp. sequenti sect. 1.

6. Secundò sunt & alia eiusdem sententiae in ueteri Testamento, ut Isaiæ 42. *Ducam caecos in uiam, quam nescierunt, & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam.* Psalm. 118. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum: inclina cor meum in testimonia tua, & iterum: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum; ut non dominetur mei omnis iniustitia.* Psalm. 67. *Manda Deus uirtuti tuae, confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* Isaiæ 26. *Omnia opera uestra operatus es nobis.* de quo plura disp. sequenti, sect. 3.

7. Ecclesiastici 33. *Quasi lutum in manu figuli, plasmasse illud, & disponere, omnes uia eius secundum dispositionem eius. Sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum.* Agit autem Ecclesiasticus ibi de operibus sanctitatis, quibus Dei praedestinatio quos elegit, ad se applicat. Notandum est autem *uiae* nomine significari motum, id est, actionem, ut denotetur, etiam liberè uoluntatis concursum, & cooperationem ad bonum procedere ex diuina dispositione. Plura de hoc testimonio uidimus supra disp. 8. sect. 5.

Tertiò

8. Tertiò ex nouo Testamento ualet in primis, ad rem praesentem probandam, illud Matth. 4. *Faciam uos fieri piscatores hominum.* Vbi superflue additum esset illud *fieri*, nisi liberam significaret applicationem ad munus Apostolicum, supposita gratia uocationis, per quam Deus facit, ut homo faciat.

9. *Fides, obseruantia mandatorum, & perseverantia opus Dei.* Quartò probatur aliis plerisque testimoniis, quae fidem, obseruantiam mandatorum, & perseverantiam appellant opus Dei. Quemadmodum Ioan. 6. *Hoc est opus Dei, ut credatis.* de quo supra sect. 2. sub initium. & 2. Thessal. 1. *Impleat omnem uoluntatem bonitatis, & opus fidei in uirtute.* Roman. 14. *Quae adificationis, adiuuicem custodiamus. Noli propter eam destruere opus Dei;* uidelicet, per scandalum impediendo uirtutum opera, quae Deus operatur in hominibus. Philip. 1. *Qui coepit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu.*

10. Probatur quintò ex aliis testimoniis, quae à Deo perunt, vel in Dei operationem referunt sanctitatem, cunctasque uirtutes. Quemadmodum Iudae sine: *Ei autem, qui potens est, conseruare uos sine offensione, & constituit ante conspectum Dei immaculatos in laetitia.* Id autem praestari nequit, nisi Deo tribuente liberam uoluntatem, & operationem, constanter in operatione diuinae legis perseverauerint: ut ponderat Augustinus lib. de correptione, & grat. cap. 6.

11. Eiusmodi sunt etiam, quae sequuntur. Colossen. 1. *Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine.* Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti.* 1. ad Timoth. 1. *Misericordiam consequutus sum, ut sim fidelis.* Ex quibus fidem, & caetera uirtutum opera esse misericordiam, & gratiam, & procedere ab auxilio gratiae, probant Arausian. can. 25. & Augustinus de praedestinat. Sanct. cap. 3. & 19. & alibi frequentes, sicut & Prosper, atque Fulgentius.

12. Item 2. Corinth. 9. *Multiplicabit semen uestrum, & auget incrementa frugum iustitiae uestrae.* Ephes. 2. *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae preparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Ex quo testimonio Prosper 2. de uocat. Gent. cap. 35. ita colligit: *Deus ergo his, quos elegit sine meritis, dat, unde ornentur & meritis. Et frustra dicitur quòd ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, ut electi sint.* 2. Corinth. 13. *Oramus autem Dominum, ut nihil mali faciamus, non ut nos probati appareamus; sed ut uos, quod bonum est, faciatis.* Deus ergo concedit, ut quod bonum est, faciatis. Ideo & 2. Corinth. 9. sine: *Gratias, inquit, ego Deo super inenarrabili dono eius.* Erat autem donum elemosynam ministrasse Sanctis indigentibus, ut ex superiori contextu constat, & explicant ibi Chrysostomus, & Ambrosius. Hic autem rationem reddit: *Donum enim Dei est, quòd incitat homines ad bonum opus.*

13. *Meritum donum Dei.* Probatur sextò, quia operari est mereri: at ipsum meritum esse donum Dei, & gratiam & effectum diuini auxilij, iam uidimus supra disp. 2. sect. 4. Nunc sufficiat illud Tridentini sess. 6. cap. 16. prope finem: *Cuius (uidelicet Dei) tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum uelit esse merita, quae sunt ipsius dona.* & Augustinus epist. 105. colum. 6. *Quando coronat, inquit, merita uestra, nihil aliud coronat, quam munera sua.*

14. Septimò probatur ex Patribus. Caecilius 1. epist. 1. ad Episcop. Galliae, cap. 10. initio ait: *Omnis motus bona uoluntatis à Deo est.* Pro quo te-

simonio, & pro quibusdam ex sequentibus, recolendum est ex tomo de uoluntate Dei disp. 47. sect. 4. motum idem esse, quod actionem in frequentiori modo loquendi Theologorum, & Philosophorum. Quemadmodum & Augustinus de grat. & libero arbit. cap. 20. & 21. ait: *Agit omnipotens in cordibus hominum, etiam motum uoluntatis eorum.*

*Motus idem quod actio.*

In lib. sententiar. ex August. sentent. 22. eadem est nonus canon Arausian. Concilij, quae sic habet: *Diuini est numeris, cum & recta cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur.* Rursus idem Arausianum Concilium can. 20. ait: *Nulla facit homo bona, quae non praestet Deus, ut faciat homo.* In his, & similibus testimoniis distributiuam uniuersaliter perpende, quam nullum pietatis opus, nullumve tempus illius potest effugere.

15. Ex orationibus Ecclesiasticis officij maxima pars ad eandem ueritatem confirmandam potuisset adduci, quibus Ecclesia, Spiritu sancto docente atque postulante pro nobis, orat, ut Deus distribuatur, praestet, faciat, inclinet, ut cogitemus, credamus, faciamus, diligamus, imitemur; aliisque multiplici uerborum uarietate conditam frequentat eiusdem petitionis unitatem. Quin & B. Agatha ita Deum precabatur: *Domine, qui me fecisti uincere tormenta carnis, qui tulisti a me amorem saeculi, qui corpus meum à pollutione separasti, &c.*

16. Dionysius de diuinis nominibus cap. 4. inter princip. & med. inter plurima honorum genera, quae à Pulchro, hoc est, à Deo causantur, annumerat: *Stationes omnes, & motus, qui sunt mentium, qui sunt animarum, qui sunt corporum.* Cuius rationem subdit, quia *Deus statio omnibus est, & motus, quod est super omnem stationem, & omnem motum, collocans unumquodque, & mouens ad diuinum motum.* Motus autem mentium, & animarum appellantur actiones intelligendi, & uolendi, ut supra, num. 14. Qui scilicet motus, & stationes in illis per eorum perseverantiam circa idem obiectum, causantur à summo pulchro, mouente secundum diuinum motum. Quae omnia eodem, quem sonant, sensu recipit S. Thomas in commentario lect. 6. sine. Clariùs autem Dionysius cap. 8. post med. *Omnibus, inquit, propriae operationis ipsorum causa existens.* Loquitur autem de diuina providentia, prout singulis hominibus iuste bona distribuit.

17. Basilius in constitutionib. Monast. postquam 16. capite dixerat: *Ad perfectum uirtutis cumulum coniuncta simul esse oportet & humanum studium, & auxilium caeleste, fidei opera asitum, & comparatum,* sic prosequitur cap. 17. *Ceterum in omnibus, quae recte fiant, causas, cur illa sic fiant, Domino assignare animus debet, neque omnino esse quidquam existimare, quod suarum uirtutum facultate assequi possit.*

18. Augustinus de Spiritu, & lit. cap. 2. ait: *Cogitare debes, quamuis ad hominem id agere pertineat, hoc quoque minus esse diuinum; atque ideo non dubitare, opus esse diuinum.* Deus est enim, qui operatur in uobis, ait Apostolus, & uelle, & operari pro bona uoluntate. Pro hoc, & multis similibus testimoniis ponderandum est primò, *agere, & operari,* quae manifestè significant formalitatem actionis nostrae: inde secundò inferendum, etiam actionem nostram esse opus diuinum, hoc est, effectum, non actionem Dei, ut explicabimus sect. 8.



Tertio, hoc probari, quia est donum, & munus Dei, & alia non esse donum.

20. Idem lib. 2. de peccator. merit. & remiss. cap. 19. prope finem: *Adversus ipsam*, inquit, *maximè superbiam & nos vigilanter conseruatur, & Deum deprecemur ardentè; simul intelligentes, & quod sic conamur, & quod sic deprecemur, dono illius nos habere. Conari autem est idem, quod actualiter concurrere per liberum arbitrium: quod si hoc habemus Dei dono, hoc ipsum est esse Dei gratiam.*

21. Rursus lib. de grat. Christi cap. 25. ait: *Quotquot enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei: profecto ut agant, quod bonum est, ab illo aguntur, qui bonus est. Quomodo dicit Pelagius, quod bene loqui possumus, Dei est: quod bene loquimur, nostrum est, cum dicat Dominus: Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis. Neque enim ait: Non vos estis, qui deditis vobis bene posse loqui; sed ait: Non vos estis, qui loquitur. Neque ait: Spiritus Patris vestri est, qui dedit vobis posse bene loqui; sed ait: Qui loquitur in vobis: non significans possibilitatis profectum, sed exprimens cooperationis effectum. Ipsum ergo cooperari actualiter, & concurrere per arbitrium, est donum Dei, & proprius effectus Spiritus sancti.*

22. Eodem modo ratiocinatur Augustinus de spiritu & lit. cap. 33. præcipue cap. 35. dicens: *Sed quia dici potest, illa opera esse diuina; in iste autem viuere ad nostra opera pertinere: suscepi ostendere, etiam hoc opus esse diuinum. Et postquam docuit esse donum Dei, subdit: Nam si propterea non est opus Dei, quia per nos agitur, vel quia, illo donante, nos agimus: neque illud est opus Dei, ut mons transferatur in mare, quia per fidem hominum fieri posse, Dominus dixit: & hoc ipsorum operi attribuit, dicens: Si habueritis in vobis fidem, tanquam granum sinapis, dicetis monti huic: Tollere, & mittere in mare, & fiet, & nihil impossibile erit vobis. Certè vobis dixit, non mihi, aut Patri: & tamen hoc nullo modo facit homo, nisi illo donante, & operante. Ad eandem veritatem probandam pertinent ex lib. de gratia, & libero arbit. cap. 16. & 17. & ex lib. 2. contra duas epistolas Pelagianor. cap. 8. & 9. & lib. de grat. Iesu Christi cap. 13. & 14.*

23. Prosper 2. de vocat. Gent. cap. 35. initio ait: *Opera diaboli sic soluantur, ut in destructione eorum, etiam ab ijs, quibus succurrunt, laboretur, quoniam & hoc à saluante donatur. Est igitur Saluatoris donum, & gratia, laborare cooperando gratiæ sibi succurrenti. Et contra Collator. cap. 38. versus fin. Volentes, inquit, oramus; & tamen misit Deus spiritum in corda nostra, clamantem: Abba Pater. Volentes loquimur: & tamen si pius est, quod loquimur, non sumus nos loquentes, sed spiritus Patris nostri, qui loquitur in nobis. Volentes operamur salutem nostram: & tamen ipsum velle, & operari Deus est, qui operatur in nobis. Idemque subdit de charitate, ceterisque virtutibus.*

24. Gregorius 16. moral. cap. 17. aliàs 19. ad illa verba Iob 33. *Et nemo auertere potest cogitationem eius, ait: Etsi fuerunt quidam, qui deprecationibus suis Dei cogitationem auertere viderentur, ita fuit eius interna cogitatio, ut sententiam illius auertere deprecando potuissent, & ab eo acciperent, quod agerent apud ipsum.*

25. D. Thomas 1. 2. quæst. 111. art. 2. ad 2. ait: *Tota operatio pertinet ad gratiam, quia motus liberi arbitrii non est causa gratiæ, sed effectus. & 1. p. quæst. 23. art. 5. corp. Non est, inquit, distinctum, quod est*

*ex libero arbitrio, & ex prædeterminatione: sicut nec est distinctum, quod est ex causa secunda, & causa prima. Diuina enim prouidentia producit effectus per operationes causarum secundarum: unde & id, quod est per liberum arbitrium, est ex prædeterminatione. Non igitur de solis operibus pietatis, sed etiam generaliter de quibuscumque operibus D. Thomas hic, & 3. contra Gent. toto cap. 67. probat, quod in principio præmittitur: Deus est causa omnibus operantibus, ut operentur. Et toto cap. 89. probat, quod Deus causat in nobis velle, & perferre, sic quod faciat, nos velle hoc, vel illud: ita ut à Deo habeamus non solum virtutem volendi, sed etiam operationem & motum.*

26. Idem docent Scholastici. Eadem est sententia Magistri, & communiter Scholasticorum in 2. dist. 26. & 27. Peculiariter nostrum liberum concursum esse gratiam notauit Aegidius 2. distinct. 26. quæst. 2. art. 3. Et omnia pietatis opera, non solum quatenus à Deo procedunt, sed etiam ut procedunt à libero arbitrio, & ipsum non repugnare diuinis auxiliis esse effectum diuinæ gratiæ, docent Gregorius in 1. distinct. 41. quæst. vnica, art. 2. colum. 4. Marfilii 1. quæst. 41. art. 2. conclus. 1. in 2. probatione generali: Soto in digressionem ad Roman. pag. 273. & 275. & communiter recentiores tractantes de prædeterminationis effectibus, ut vidimus supra disp. 22. sect. 4. & colligit aperte ex Scoto 1. dist. 41. quæst. vnica, à medio questionis vsque ad finem, fauente Durando in 1. dist. 41. quæst. 2. num. 6. & 7. Valent ad eandem veritatem confirmandam omnia, quæ referemus in sequentibus sectionibus, & multa ceterarum disputationum.

27. Ratione probatur primò, quia ipsum etiam actualiter concurrere per liberum arbitrium, & cooperari cum auxilio, est aliquod bonum ad vitam æternam vile: sed omne bonum ad vitam æternam vile, donum est, & gratia, atque effectus diuinæ gratiæ, ut ostendimus præcedenti tomo de prouid. disp. 18. & multis sequentibus. Vnde Gelasius Papa epist. 5. ad vniuersos Episcopos per Picenum: *Quis, inquit, audeat dicere Christianus aliquid habere boni sine gratia?*

28. Totam ratiocinationem breuiter attigit Augustinus 1. retract. cap. 9. versus finem, dicens: *Et quia omnia bona, sicut dictum est, & magna, & media, & minima ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit & bonus vsus liberæ voluntatis, quæ virtus est, & in magnis numeratur bonis. Quod recipiunt communiter Scholastici cum Magistro 2. dist. 26. c. finali. Vnus autem liberæ voluntatis idem est, quod actualiter concurrere per liberum arbitrium.*

29. Probat secundò, quia non solum supernaturalis illa qualitas, quæ est terminus productus per gratiam, & liberum arbitrium, sed etiam influxus & conatus liberi arbitrii est supernaturalis: ergo est effectus gratiæ, atque Dei ut authoris supernaturalis. Antecedens probatur, quoniam influxus est idem, quod actio; sed actio specificatur ex obiecto, ex termino producto, & ex principio elicitiuo: hæc autem omnia supernaturalia sunt. Exemplum sit actus fidei, qui est terminus productus per actionem liberi arbitrii, & est supernaturalis: rursus illius obiectum est supernaturale, necnon illius principium, quoniam liberum arbitrium non potest concurrere ad actum fidei, nisi prout eleuatum est per supernaturales vires.

Confir

30. Confirmatur, quia non concurrat arbitrium, nisi prout est proportionatum ad concurrendum; sed non est proportionatum, nisi prout eleuatur auxilio supernaturali: ergo arbitrium non concurrat ad actum fidei, nisi prout eleuatum auxilio supernaturali. Item explicatur magis, & corroboratur ex dicendis tota sect. 8.

SECTIO VII.

*Ipsum actualiter velle, & quarumlibet virtutum actus, sunt gratia, & effectus Dei adiuantis.*

1. Velle, gratia adiuantis effectus.

1. **Q**uod attinet ad velle, valida non minus, quam frequens probatio scribitur ad Philippen. 2. *Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perferre pro bona voluntate.* ad Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, &c.* Quæ testimonia ad huius veritatis confirmationem læpsum Augustinus, Prosper, Fulgentius, Chrysostomus, & alij Patres. Et Nazianzenus; *velle quoque ipsum à Deo esse*, docuit orat. 31. ut retulimus sect. 5. num. 3.

2. Augustinus lib. 2. de peccator. meritis & remiss. cap. 7. prope med. ait: *Ipsam quoque liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere non ambigo, neque tantum ut sit, verum etiam ut bonum sit, id est, ad facienda mandata Domini conuertatur.* Insuper lib. de prædestin. Sanct. cap. 8. versus fin. *Si non facit volentes ex nolentibus Deus, quid orat Ecclesiam secundum præceptum Domini pro persecutoribus suis?*

3. Rursus de bono perseuer. cap. 13. à med. propositis verbis Apostoli ad Philip. ita colligit: *Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere, & dicere, hoc est ipsum, hoc verum, ut sit humilis, & summissa confessio, & decur totum Deo.* Similia notat de grat. & libero arbitrio cap. 16. & 17. quod, sicut alia multa ex Augustino & alijs Patribus referemus disput. sequenti, sect. 1. 2. & 3.

4. Adde Prouerb. 21. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud.* Ecclesiastici 24. *In omni populo, & in omni gente primum habuit, & omnium excellentiam, & humilium corda virtute calcaui.* Quæ non faceret sapientia, seu gratia, nisi pleno dominio subiiceret sibi corda, vt vellent parere libenter.

5. Idem præsertim probatur Prouerb. 21. *Dirigit corda Dominus.* Vnde Prosper contra Collatorem cap. 16. colligit, quod in eo, qui bonum incipit velle, & cupit ab iniquitate, atque errore discedere, gratiam Dei ipsum, prostremur, operari. Et 1. de vocat. gent. cap. 25. quod est vltimum, ait: *Licet insit homini bonum nolle, tamen, nisi donatum, non habet bonum velle; & illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.*

6. 2. Assertionis pars probatur.

6. Venio ad posteriorem partem assertionis, quam in sectionis titulo proposui. Quarumlibet itaque virtutum actus esse dona & gratias, & effectus supernaturalis adiutorij, Patres colligunt ex plurimis testimonijs Scripturæ sacræ, ex quibus ea, quæ pertinent ad fidem, retulimus præcedenti tomo de prouidentia disp. 18. sect. 1. & disp. 19. sect. 2. & 3. quæ ad penitentiam in eadem disp. 18. sect. 5. De charitate Pau-

lus Roman. 5. *Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* De quo sæpe Augustinus, maximè epist. 144. ad Anastasium.

7. De timore promiserat Deus Ierem. 32. *Timorem meum dabo in cor eorum.* Et continentiam esse donum Dei, constat Matth. 19. *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* 1. Corinth. 7. *Nusquamque proprium donum habet ex Deo.* Idque fusè probat Augustinus tota epist. 143. ad Iulianam Demetriadis matrem, & Prosper epist. ad Demetriadem.

8. Ceteros autem virtutum actus, quibus adimplentur diuina præcepta, esse dona Dei, & effectus diuinæ gratiæ, constat ex omnibus testimonijs, quæ ponderauimus sect. præcedenti à principio, & sequenti disp. præsertim sect. 1. ex cap. 11. & 36. Ezechielis.

9. Perseuerantiæ verò magnum esse donum, quæ continet omnium virtutum actus, ad salutem necessarios, decernit Tridentin. sess. 6. can. 16. & probat Augustinus toto lib. de bono perseuer. & toto lib. de corrept. & grat. præsertim c. 7. & 12. & multis alijs, & lib. de grat. Christi cap. 13. & 14.

10. Aliqua tamen ex Patribus referre visum est ad generale dogma confirmandum. Ignatius epist. ad Ephes. post med. *Præfens, inquit, gratia est, ut inueniamur in Christo Iesu, & in veritate viuamus.* Hoc viuere continet omnium virtutum operationes, & ipsum est præfens gratia.

11. Nec minus generalis est definitio Cælestini I. epist. 1. cap. 11. initio: *Apostolica sedis, ait, inuolabiles sanctiones bona voluntatis exordia, & incrementa probabilitium studiorum, & in eis perseuerantiam ad Christi Domini gratiam referre docuerunt.*

12. Cyrillus Hierosolymitanus in præfat. ad Catecheses sine ait: *Potens est autem Deus, qui nouit corda vestra: & scit, qui sit verus, qui vero simulator: germanum quidem suum seruare, hypocritam verò fidelem efficere. Potest enim Deus facere fidelem, si modo cor illi præbuerit.* Intellige, non præueniendo gratiam, sed subsequendo, & illi cooperando.

13. Et Catechesi 16. ante med. de Spiritu sancto, & eius gratia sic loquitur: *Alius temperantiam corroborat, alium instruit ad eleemosynam, alium docet ieiunare, & exerceri ad martyrium.* Et alijs plurimis effectibus numeratis, concludit cum Paulo: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult.* Et inter med. & finem eiusdem Catechesis: *Respice magnum hunc Profulem, & gratiarum Parochum* (id est, exhibitorem) *quomodo in vniuerso mundo alij quidem castitatem, alij virginitatem, alij studium pauperatis, alij vim repellentis aduersarios spiritus tribuit.*

14. Propterea cuncta pietatis opera, bonasque voluntates esse beneficia à Deo accepta, testatur sæpe Chrysostomus, vt 1. Corinth. 3. homil. 8. in id; *Ego plantavi, &c.* & 1. Corinth. 4. homil. 12. colum. 2. in id; *Quis enim te discernit, &c.* & ad Ephes. 2. homil. 4. in id, & hoc non ex vobis. *Dei enim donum est.* Philip. 1. serm. 4. in id: *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in ipsum creditis, sed etiam ut pro eo patiamini.* & tota serè homil. 38. ad populum Antiochenum.

Ambrosius in prologum Lucæ inter med. & fin. ait: *Vi Deum honorificatur à Sancto, Dei gratia est.* & lib. 7. in Lucam ad illa verba cap. 9. *Quia facies eius erat cunctis in Ierusalem;* ait: *Nam si voluisset*

luisse, ex indevotis fecisset devotos. Cur autem non reciperent eum, Evangelista ipse memoravit, dicens: Quia facies eius erat cutis in Ierusalem. Dominus, quos dignatur, vocat, & quem vult, religiosam facit.

15. Hilarius homil. in festo Pentecost. in medio ait: De Spiritu sancto accipimus, ut sapiamus inter bonum, malumque discernere, iusta diligere, iniusta respuere; ut malitia, ac superbia repugnemus. Subiungitque plurimas actiones his similes, quas de Spiritu sancto accipimus.

16. Hieronymus in expositione Psalm. 89. videlicet in epist. ad Cyprianum colum. 4. ait: Sanctos quosque, excelsasque virtutes Dei semper misericordia procreari. Et prope fin. epist. in illa verba Psalms eiusdem: Respice in servos tuos, & in operata; ita ratiocinatur: Ergo in servis suis ipse Dominus operatur opus suum.

17. Augustinus de bono perseuer. cap. 14. circa med. Nam si in nullo, inquit, gloriantur, quando nostrum nihil est: profecto neque de perseuerantissima obedientia gloriantur. Neque ita nostra tanquam nobis non sit desuper donata, dicenda est. Et ipsi igitur Dei donum est. Vbi minime negat Augustinus obedientiam esse nostram; sed ait, non ita nostram esse, tanquam nobis desuper donata non sit.

18. Quod idem inferius confirmat his verbis: Illis, qui veritatis exhortationem obedienter audiunt, ipsum donum Dei datum est, hoc est, obedienter audire: illis autem, qui non sic audiunt, non est datum. Non enim quicumque, sed Christus: Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo: & vobis datum est nosse mysterium regni colorum; illis autem non est datum. Et de continentia: Non omnes, inquit, capiunt verbum, sed quibus datum est. Et cum Apostolus ad pudicitiam coniugalem coniuges hortaretur: Vellem, inquit, omnes homines esse, sicut me ipsum: sed unusquisque proprium donum habet a Deo, unus sic, alius autem sic. Vbi satis ostendit, non tantum continentiam donum Dei esse, sed coniugatorum etiam castitatem. Eandemque veritatem pluribus deinceps confirmat.

19. Ultra gratias, quae constituunt potestatem credendi, sperandi, ac diligendi, concedendas esse alias gratias, pertinentes ad actualiter operari, credere, sperare, & amare, probat Augustinus lib. de gratia Christi contra Pelagium, cap. 5. 6. & 10. Sed copiosior est in hoc articulo Prosper de vocat. Gent. lib. 1. cap. 24. praesertim probans, perseuerantiam, & omnium virtutum actiones esse Dei gratiam, & fieri in nobis a Deo; si gillatim vero plurimas actiones exprimens in particulari.

20. Est etiam perpetuus eiusdem veritatis assertor Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 9. & 10. & alibi saepe: & de Incarnat. & grat. Iesu Christi, cap. 17. & multis sequentibus. Et epist. 6. ad Theodorum de conuersione cap. 6. ante med. dicens: Ne de pures viribus tuis, quod seculi facultates, diuitiisque contemnis, quod desiderio regni caelestis accenderis, quod viam mandatorum Dei currere delectaris. Haec enim omnia nullatenus haberes, nisi a Deo munere gratuita donationis acciperes. Et post pauca explicat exemplo: Nam & oculus sic factus est, ut videre lumen possit; sed videre non potest, nisi se illi lumen infuderit. Quod ergo videt oculus, beneficium est luminis. Sic probat nostram etiam operari esse beneficium Dei gratiae.

21. Isidorus de summo bono lib. 2. cap. 5. ait: Ho-

minis meritum superna gratia non ut veniat, inuenit; sed postquam venerit, facit in ea meritum, quod remuneret, quae solum inuenerat, quae puniret. Et cap. 6. de praedestin. & reprob. sic loquitur: Vtraque agitur diuino iudicio, ut semper electos superna, & interiora sequi faciat, semperque reprobos, ut infima & exteriora deserendo delectentur, permittat. Rursum perseuerantiam esse donum Dei tradit in eodem lib. 2. cap. 5. fine, & lib. 7. Etymolog. cap. 3. in med. ait: Spiritus sanctus in nobis id agit, ut in Deo maneamus, & ipse in nobis. Vnde & in donis Dei nihil maius est charitate.

Bernardus de grat. & libero arbit. colum. antepenult. sic loquitur: Non libero arbitrio a se, sed desursum potius a Patre luminum descendere merita putentur. Et post aliqua dicta in huius confirmationem, subiungit: Dei sunt proculdubio munerata nostra opera, quam eius premia: & qui fecit se debitorem in illis, fecit nos promeritiores ex his. Ad quae tamen condenda merita dignatur sibi adhibere creaturarum ministeria. Et non longe post haec colum. penult. ait: Ibi Deus homini benignè merita constituit, ubi per ipsum, & cum ipso boni aliquid operari dignanter instituit. Rursum serm. 85. in Cantica prope initium ita praecipit: Quare verbum, cui consentias, ipso faciente, ut consentias. Fuge ad illum, qui aduersatur, per quem talis sis, cui iam non aduersetur.

Concilium Valentinianum II anno 855. sub Lothario Imperatore, cap. 2. ait: Fideliter tenemus, & placet tenere bonos praescriptis omnino per gratiam suam bonos futuros, nimirum per gratiam, ut per principalem causam efficientem bonitatis.

SECTIO VIII.

Vtrum liberi arbitrij concursus, etiam qua ratione procedit a libero arbitrio, sit effectus diuinae gratiae.

Recolendum est ex dictis in simillima quaestione supra disp. 22. sect. 4. dictiones qualiter, quae reduplicatiua vocantur, in praesenti controuersia non posse usurpari sensu proprie reduplicatiua: quoniam euidenter falsam redderent quamlibet propositionem affirmatiuam. Accipiuntur ergo tantum sensu specificatiua, Cuiusmodi dictiones sunt in quantum, quatenus, prout, sub ratione, & similes.

Certum est, concursum liberi arbitrij, formaliter sumptum, prout procedit a libero arbitrio, esse effectum diuinae gratiae. Primum, quatenus per illustrationes, & inspirationes Deus excitat, & inuitat liberum arbitrium, ut influat, & incurrat. Secundum, quoniam liberum arbitrium non posset concurrere ad suos actus supernaturales, nisi diuina gratia tanquam principalis causa cooperaretur, & adiuuaret.

Tertia demum ac suprema ratio, propter quam liberi arbitrij concursus, etiam qua ratione procedit a libero arbitrio, est effectus diuinae gratiae, consistit in eo, quoniam nunquam liberum arbitrium concurrat ad supernaturalem actionem, nisi talis sibi tribuatur opportunitas, & congruitas diuinae gratiae, cui Deus praescit fore, ut liberum arbitrium cooperaretur.

Explicatur magis, & confirmatur primum, quoniam duplex est causalitas, per quam diuina gratia causat, ut liberum arbitrium concurrat.

Prima

Prima est causalitas moralis: videlicet proponendo obiecta, & causando illorum cognitionem clariorem, & insuper imprimendo propensionem indeliberatam ad illa.

Secunda est causalitas physica (non tamen per physicam, & antecedentem illationis necessitatem.) Cuius ratio est, quoniam concursus, siue influxus liberi arbitrij est aliqui in rerum natura. Quapropter existere nequit sine diuino concursu. Rursum cum ille concursus liberi arbitrij sit absolute supernaturalis, eo quod sit actio tendens ad supernaturalem actum, consequens erit, ut sit etiam supernaturalis Dei concursus, a quo dependet concursus liberi arbitrij. Et hoc ipsum est concursum liberi arbitrij causari a supernaturali gratia.

Confirmatur secundum, quoniam ad tales operationes liberum arbitrium concurrat per obediencialem potentiam, & formaliter ut eleuatur supernaturali auxilio. Ergo supernaturale auxilium, siue gratia per realem & veram efficientiam causat, ut liberum arbitrium concurrat.

Obiicies ex dictis sequi, Dei actionem, seu motionem causalitatis & naturae ordine antecedere ad nostram cooperationem. Quapropter imponet illi necessitatem antecedentem, cui non possit resistere.

Respondetur negando sequelam. Recolendum est enim, duplicem esse gratiam auxiliatricem. Alia namque est principium potens concurrere; alia vero est actualis concursus. Et quidem gratia, quae est principium potens concurrere, nostram cooperationem antecedit ordine causalitatis & naturae: imò etiam quandoque antecedit tempore. Ceterum auxiliatrix gratia, quae est actualis concursus, & actualis motio Dei, non potest antecedere per realem prioritatem causalitatis, & naturae, quia non distinguitur realiter a concursu liberi arbitrij; quin potius cum illo coalescit in vnam actionem integram: antecedit nihilominus prioritate secundum rationem, ut magis explicabitur tota disp. 32.

Obiicies secundum, quoniam actualis concursus liberi arbitrij coalescit in vnam & eandem actionem cum actione diuinae gratiae, & solummodo distinguitur ab illa tanquam partialis quaedam formalitas: ut constat ex iis, quae diximus tomo de voluntate Dei, disput. 45. sect. 10. Ergo concursus liberi arbitrij non potest esse effectus diuinae gratiae.

Probatur consequentia, quoniam actio alicuius causae non est effectus illius.

Confirmatur primum, quoniam effectus est terminus productus per actionem; actio vero non potest esse terminus productus per actionem: ut ostendimus in eadem sect. 10. & disput. 46. sect. 8.

Confirmatur secundum, nam si loquamur de illa gratia, quae est actualis concursus ex parte Dei, illa non potest esse realiter causa nostri concursus, quia non distinguitur realiter ab illo: nam inter causam & effectum necessaria est distinctio realis.

Confirmatur tertium, quoniam nulla actio est effectus sui ipsius; at vero vnica actio est concursus gratiae, & liberi arbitrij, ut nuper diximus.

Respondetur. Concursus liberi arbitrij dicitur esse effectus diuinae gratiae, prout nomine effectus significatur quidquid est in virtute causa

efficientis, & ab illa realiter procedit, siue procedat tanquam actio, siue procedat tanquam terminus, per actionem productus. Est autem specialis quaedam ratio, propter quam concursus liberi arbitrij prout procedit ab illo, sit effectus gratiae potius, quam concursus gratiae: quoniam concursus gratiae, ut sic, est formaliter actio Dei per gratiam; sed concursus liberi arbitrij, prout est a libero arbitrio, non est formaliter actio Dei per gratiam. Vnde fit, ut quoniam procedit a Deo per gratiam, & non procedit tanquam actio illius, accedat eo ipso ad rationem effectus. Ex his constat solutio ad primam confirmationem.

Ad secundam, & tertiam confirmationem respondetur. Concursus liberi arbitrij est effectus illius gratiae, quae est principium potens concurrere; non vero illius gratiae, quae est actualis concursus ex parte Dei: ut rectè probat confirmatio. Quamuis aliquomodo dicere possis, nostrum concursum effectum esse supernaturalem concursus gratiae, non solum quemadmodum dicere possis, actionem fieri se ipsa, hoc est, non fieri per aliam actionem; sed etiam quoniam actio Dei per gratiam est principalis pars illius totalis actionis, & secundum nostram considerationem est causa, propter quam existat partialis actio liberi arbitrij, propter rationes superius adductas. Plures probationes, & plures obiecti-um solutiones vidimus disp. 22. sect. 4.

8. Cuius gratia effectus sit.

DISPUTATIO XXVIII.

Ad praestantiora loca Scripturae, quibus Deo tribuitur causalitas nostrarum operationum, quis fuerit intellectus Patrum.

SECTIO I.

De omnibus testimonijs in generalibus, & peculiariter de II. & 36. cap. Ezechielis.



RECIPIVA testimonia delegimus, in quorum ponderatione copiosior esset disputatio praesens, quibusdam alijs breuiter expeditis, quoniam eadem prorsus est illorum ratio, & multis praeterea praetermissis, quoniam eorum expositio superioribus & sequentibus disputationibus ex professo tractatur.

Vna & eadem est omnium testimoniorum expositio, quantum attinet ad substantiam controuersiae praesentis. Hanc autem vnitatem obseruare poterit lector apud omnes Patres infra citandos, maxime Augustinum, Prosperum, & Fulgentium, quoniam ad vnus testimonij elucidationem annectunt alia plurima, subinde variis in locis omnia quasi per annulos singula singulis concatenantes, ad colligendum, & fortiter retinendum modum, quo Deus operatur in nobis velle, & perficere, facit, ut faciamus, mouet, & agit nos ut agamus; dirigit vias nostras, operatur opera nostra, vertit cor nostrum, trahit, reuelat, docet, discernit, tribuit, ac cetera

22.

23.

I.

2.

3.

4.

5. Obiisio.

Solutio. Duplex auxiliatrix gratia.

6.

7. Quo sensu liberi arbitrij concursus dicitur effectus gratiae.

tera praestare officia primariae causae iustificatio- nis nostrae sine praedictio libertatis.

3. Praesentia di- fferentia si- nis. Quod ad praesens attinet, est probare praesentibus testimoniis Scripturae Deum, & eius praedestinationem non affirmari talem esse causam, quae totaliter in omni genere causae faciat, ut velimus, & in actu secundo faciamus: sed potius ex illis inferri, quod homo liberè se determinans ad cooperandum divinae praedestinationi, partialis est, & secundaria causa, faciens, ut ipse velit, & faciat in actu secundo, sicut in singulis testimoniis deinceps observabimus.

4. Explicatur quadam. Peculiariter autem de quibusdam illorum probatur, quia loquuntur non solum de his hominibus, qui de facto cooperantur, & consentiunt divinae gratiae; sed etiam de aliis, qui de facto non cooperantur, & resistunt: ideoque significant pietatis opera, quae Deus, quantum ex se est, faceret, ut à quibuslibet hominibus fierent; nisi per liberum arbitrium resistissent. Hoc autem longissime distat ab absoluta, & antecedenti necessitate.

5. Exponitur locum Ezech. 11. & 36. Exemplum praebet Ezechielis verba cap. 11. & 36. de quibus diximus aliquid disp. praecedenti, sect. 6. sub initium: Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in praeceptis meis ambulatis, &c. Hanc enim promissionem divinae operationis ad omnes homines baptizatos pertinere, constat ex praecedenti contextu, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Vbi aquam Baptismi Patres exponunt: nec patitur contextus oppositam expositionem. Hieronymus ibi: Super credentes, inquit, & ab errore convulsos effunderem aquam mundam Baptismi salutaris, & post pauca: Considerandum, inquit, quod cor novum, &c. Spiritus novus datur per asperersionem, & effusionem aquae. Theodoretus ibidem: Aquam, inquit, mundam regenerationis aquam nuncupavit, in qua baptizati remissionem peccatorum accepimus.

6. Ratio probatur. Vnde sumitur haec ratio. Sacramentum Baptismi non quolibet baptizatos efficaciter mundat ab omnibus inquinamentis, & peccatis, sed aliquos relinquit in suis sordibus, quia liberè resistunt illius efficaciae; veluti quando pertinaciter haerent in proposito peccandi, vel negligunt penitere, sicut oportet: hoc tamen non obstante, verificatur absolute, Deum effundere aquam mundam, & mundare ab omnibus inquinamentis quoslibet baptizatos, quia quantum est ex viribus Sacramenti, & ex intentione divina institutionis, quoslibet mundaret, nisi liberè resisterent. Eodem igitur sensu debet accipi, quod subiungitur: Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in praeceptis meis ambulatis. Videlicet, per Sacramentum Baptismi, & caetera Sacramenta fidelibus cunctis communicando copiosam gratiam operantem, quae sit velut impetus impellens voluntatem, ut ambulet in praeceptis Dei. Vnde quantum est ex parte Sacramentorum, & ex parte Dei, & gratiae, sit, ut omnes fideles ambulent in praeceptis Dei, nisi per liberum eorum arbitrium steterit.

7. Confirmatur primò, quoniam illa virtus faciens, ut in Dei praeceptis ambulemus, & iudicia Dei custodiamus, & faciamus, ponitur quasi effectus consequens ex gratia Baptismi: ut manifestè notant Hieronymus, & Theodoretus ibi, & contextus satis indicat: ergo talis effectus promittitur omnibus baptizatis, quantum est ex efficacia Baptismi, & ex intentione Dei.

8. Confirmatur secundò, quoniam Ezechielis 11. post illa verba: Spiritum novum tribuam in visceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in praeceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciuntque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum; continud subiicit: Quorum cor post offendicula, & abominaciones suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus. Vnde constat, cum sermonem dirigi ad omnes homines, quibus, quantum est ex parte Dei, novus spiritus tribuitur in visceribus eorum, ut faciant divina praecepta, cum tamen ex illis plurimi propter liberam resistantiam post offendicula, & abominaciones suas ambulent.

9. Nec obstat modus loquendi, qui significare videtur infallibilitatem actualis obedientiae, custodientis actualiter mandata. Nam satis est, eam infallibilitatem verificari de plurimis electis, qui de facto custodiunt mandata (quemadmodum alia testimonia generalia, & infallibilia), idque per excellentiorem quemdam modum faciendi, ut observent divina praecepta.

10. Confirmatur tertio, quoniam Patres ex hoc testimonio Ezechielis, quamvis colligant, non solum vires, & potestatem operandi, sed etiam actuali operationem concedi per divinam gratiam: nihilominus ea ratione dicunt Deum facere, ut actualiter faciamus divina praecepta, quatenus concedit vires fortissimas, & propensionem voluntati: in quo denotatur suavitatis divinae operationis, quae licet integram relinquat dissentienti potestatem; efficit tamen, ut voluntas infallibiliter nolit resistere.

11. Sic August. de grat. & liber. arb. c. 16. prope fin. Certum est, inquit, nos velle, cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, quod preparatur voluntas a Domino. & post pauca: Certum est nos facere, cum facimus; sed ille facit, ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit: Faciam ut in iustificacionibus meis ambuletis, & iudicia mea observetis, & faciat. Cum dicit: Faciam ut faciatis, quid aliud dicit, nisi auferam à vobis cor lapideum, unde non faciebatis, & dabo cor carneum, unde faciatis? Et hoc quid est, nisi auferam cor durum, unde non faciebatis, & dabo cor obediens, unde faciatis. Idem sumitur ex toto sequenti cap. 17.

12. Quod clarius exposuit Hypognosticon ex mente Aug. lib. 3. col. 4. dicens: Praevenitur autem medicina, id est, Christi gratia, ut sanetur, & reparatur in eodem vitiosa, atque preparatur voluntas, quae semper indiget adiutorio illuminante gratia Salvatoris, post tam Deum cognoscere, quam secundum eius vivere voluntatem; cum enim dicit per Prophetam Dominus: Et dabo in vos cor novum, & spiritum novum; quid aliud significat, nisi voluntates hominum lapsas praenaricatione veteris hominis, per Christum novum hominem reparari, & preparari ad Dei voluntatem, sicut scriptum est: Preparatur voluntas à Domino.

13. Eadem fuit mens Prosperi contra Collatorem c. 23. ubi quod Cassianus asseruerat, surdos, & caecos posse ex facultate naturae & aures suas aperire ad audiendum, & oculos suos ad videndum, ea ratione refutat, quoniam de islelem dicit Dominus: Dabo eis cor aliud, & spiritum novum, &c. ut in praeceptis meis ambulent.

14. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 8. Dat ergo Deus, inquit, cor novum, ut in iustificacionibus eius ambulemus, quod pertinet ad bonae voluntatis initium. Dat etiam ut iudicia eius observemus, & faciamus, quod pertinet ad bonae voluntatis effectum. Vnde

Unde cognoscimus, Dei esse, ut & bonum facere velimus, & ut bonum facere valeamus. Bonae voluntatis initium est gratia praeveniens, & haec èd dirigitur, ut facere valeamus, hac enim potestatis significatione indicare voluit indifferentiam libertatis.

15. Eodem modo libertati consultum esse voluit Hieronymus in verba citata Ezechiel. 11. Dabo, inquit, vobis cor carneum, molle, & tenerum, & quod possit Dei mandata suscipere, ut scribantur in tabulis cordis carnalibus. Nota potestatem, quam iterum exponit in eadem sententia Ezechielis 36. Cor carneum, molle, & tenerum, quod spiritum Dei in se possit recipere, & inscribi literis salutaribus. Nec dissimiliter Theodoretus Ezechielis 36. Lapidum, inquit, cor vocat aduersarium, & rebellem; carneum vero obediens, & dicto parens, quodque divinarum literarum figuras posse excipere.

16. Quarta confirmatio sit: ut enim absolutam, & antecedentem necessitatem excluderet Patres, exposuerunt propensionem, & impulsam voluntatis, à Deo inditum, & exhortationem, ac suasionem; quemadmodum Theodoretus Ezechielis 11. His autem non liberi arbitrij eversorem declaravit, sed futurum ab ipso auxilium, societatemque ad efficienda bona opera. Spiritum novum vocavit animae ad honesta imperum. Cum enim ad contraria propensio ferrentur, mutationem in melius novum spiritum appellavit. Quemadmodum cum dixisset alterum cor, non naturam mutationem significavit, sed mentis in melius propensionem.

17. Idemque Theodoretus cap. 36. Ezech. Illud vero, dabo, nequaquam libera laeditur voluntate, verbis enim, & operibus, & infinitis adhibitis miraculis non illis tantum, sed etiam omnibus gentibus, ut ad pietatem accederent, persuasit, non coegit: & tamen quamvis non coegerit, sed persuaserit; se, ait, dedisse animis ad meliora propensionem.

SECTIO II.

De verbis ad Philippens. 2. Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere.

1. Es verba probat libertatis indifferentiam. EX istis verbis non modò non probari necessitatem absolutam, & antecedentem, sed etiam validè probari libertatis indifferentiam, antecedenti necessitate solutam, multiplici ratione conuincitur ex ipso contextu, & expositionibus Patrum.

2. Prima ratio, quoniam Apostolus ita praecipit: Vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, &c. Oportet igitur, ut homines se ipsos applicent ad cooperandum Deo; alioquin Deus non operabitur in illis. Pro cuius rationis ponderatione recolenda sunt, quae de propria, & perfecta ratione agendi, & operandi notauimus praecedenti disp. 27. sect. 4.

3. Quam rationem ita ponderat Augustinus de gratia & libero arbitrio cap. 9. Non enim, quia dixit: Deus est, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate; ideo liberum arbitrium abstulisse putandus. Quod si ita esset, non superius dixisset: Cum timore, & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quando enim iubetur, ut operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium; sed ideo cum timore, & tremore, ne sibi tribuendo, quod bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur operibus, hoc est, tanquam de Praedestinatione.

quam totaliter, aut principaliter suis, ut praecedenti disp. 27. sect. 3. & 5.

4. Idem lib. quaestio in Exod. quaest. 167. tractans illud Exodi 34. Haec sunt verba, quae dixit Dominus facere; ambiguitate proposita, vtrum Deus se dixerit esse facturum, vel potius hominibus facere praeeperit, respondet: Fortè sic positum est, ut ex utroque accipiat: nam & homines facere debent, cum ipsi iubeantur; & Deus facit, cum facientes adiuvat, secundum illud Apostoli: In timore, & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere.

5. Coelestinus I. in epist. 1. ad Episcop. Galliae, cap. 12. colligens sententiam Romanorum Pontificum, ac praesertim Sozimi, quam retulerat cap. 8. Omnium, inquit, bonorum effectuum, atque operum, & omnium studiorum, atque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem; & non dubitemus, ab ipsius gratia omnia hominis merita praeveneri, per quem sit, ut aliquid boni & velle incipiamus, & facere. Quo vtrique auxilio, & munere Dei non vtrique auferatur liberum arbitrium, sed liberatur. & post pauca: Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus: neque otioso esse patitur, quae exercenda, non negligenda, donavit, ut & nos cooperatores simus gratiae Dei. Ecce quomodo Coelestinus probat Dei voluntate, atque operatione, & omnibus praedestinationis effectibus illaeram seruari libertatem, quia nimirum, Deus non agit, ut ipse solus agat; sed potius Deus in nobis agit, ut nos agamus, & cooperemur, & exerceamus Dei dona.

6. Haec & alia ex eadem epistola recitat, & clariùs explicat Petrus Diaconus de Incarn. & grat. cap. 6. 7. & 8. quem librum probat, atque confirmat Fulgentius lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi cap. 1. Eadem rursus habentur in homil. de Adam, & Eva, col. vlt. quam esse verè Chrysoptomi probatum est praecedenti tomo de prouidentia disput. 27. sect. 4. à num. 23. Illud solummodo discrimen interest, quòd non dicit, praeveneri, sed praevire; nec dicit, incipiamus, sed inueniamur.

7. Probatum secundò ex metu, & tremore, atque coherentia rationis, qua probat Apostolus, esse timendum; ait enim: Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur, &c. Si enim Deus est, qui operatur in nobis independenter ab exercitio nostrae libertatis, & antecedentem necessitatem imponens; nulla est ratio metuendi, atque tremendi. Probo sequelam, quoniam timoris obiectum est malum imminens, potensque contingere: at verò nullum imminet malum, nullum periculum, nullave possibilitas, aut contingentia mali, si Deus operatur in nobis independenter ab exercitio nostrae libertatis, & antecedentem necessitatem imponens. Nam in ea hypothesi neque à nostra libertate timere possumus aliquid, cum illa non possit impedire bonum, quod Dei operatio causat in nobis: nec timere possumus aliquid à Dei operatione, quam Deus nemini fidelium subtrahit, nisi prius ille se subtraxerit divinae gratiae, ut ostendimus supra disput. 14. sect. 1. argument. 2. Et quod ad praesens attinet, magis constabit ex sequentibus testimoniis.

8. Est autem optima ratio metuendi, atque tremendi, ne per ignaviam & superbiam nostram impediamus Dei operationem: si Deus operatur in nobis dependenter ab exercitio nostrae libertatis,



tatis, relinquendo illam ita indifferentem, ut si velit, possit defecere. Hoc enim malum, quod à nostra libertate tantummodo provenire potest, ideo metuendum est, atque tremendum, quia Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere; ideoque prouocatus per nostram superbiam, aut negligentiam, desinet fortasse in nobis operari velle & perficere, & eo ipso pertinet, ut nostra culpa pereamus. Eapropter Augustinus multis in locis, Prosper, Fulgentius, Leo, Chrysostomus, Hieronymus, & alij Patres in huius loci expositione metuendi rationem desumunt ex operatione nostra; in quantum nostra est, videlicet, ne deficiat per superbiam, aut negligentiam.

8. Hinc sumitur probatio tertia, quoniam ad omnes fideles, nullo excepto, pertinent verba Pauli, quæ tractamus. Cum autem inter fideles plurimi sint, qui de facto non cooperantur diuinæ operationi, consequens est, operationem diuinam, quæ prædictis in verbis significatur, non asserre necessitatem absolutam, & antecedentem obtinendæ salutis, sed potius implicitam conditionem, videlicet, nisi homines Dei gratiæ defuerint.

9. Antecedens probatur ex Tridentino sess. 6. cap. 13. dicente: *In Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiat, operans velle, & perficere. Verumtamen qui se existimant stare, videant, ne cadant, & cum timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, &c.* Vides, exhortationem Apostoli ad Philippenses, pertinere ad quoslibet homines, quos obligat præceptum spei collocandæ in Deo, & diuinæ operationis promissionem affectam esse conditione illa, nisi ipsi illius gratiæ defuerint?

10. Conditionem eandem liberi consensus Leo subintellexit serm. 8. de ieiunio decimi mensis, cap. 3. dicens: *Si hoc, quod Deus vult, volumus, ab illo accipiet infirmitas nostra virtutem, à quo ipsam accepimus voluntatem. Deus est enim, sicut ait Apostolus, qui operatur in nobis.*

11. Chrysostomus Philippens. 2. serm. 8. col. 2. & 3. *Si voluerimus, inquit, nunc operabitur voluntatem. Vide conditionem, quam subintelligit in verbis Apostoli. Ac subdit, & promptitudinem nobis dat, & operandi efficaciam. Quando enim voluerimus, voluntatem nostram postea adauget.* Dicitio, quando, conditionalem sensum frequenter reddit.

12. Atque ut ostendat Chrysostomus, à Dei voluntate, quoniam bona est, nihil esse metuendum, ne nostra salus deficiat vnquam, quantum est ex parte Dei; ponderat illa verba Pauli: *Pro bona voluntate, dicens: Vult enim nos iuxta suam voluntatem viuere. Si verò vult, agit ergo nos ad hoc. Imò ipse illud omnino operabitur; vult enim, ut rectè viuamus. Vides, quomodo non auserat arbitrij libertatem. Quasi diceret: Per Deum non statit, sed ipse, quantum ex se est, tuam salutem omnino operabitur, nisi tuæ libertatis cooperatio defuerit. Quam sententiam clarius alibi sæpè tradit Chrysostomus.*

13. Eadem mente OEcumenius in eiusdem loci commentario: *Vos tantum, ait, oportet, piam asserre mentem, & bona velle cum timore, ac tremore. Nam*

*vbi id fuerit, consequenter & ipsum velle Deus auget, ac efficiet, ut bona in opus deducantur.* Dicitio, vbi, conditionem eandem significat, quam apud Chrysostomum nuper assererat dicitio quando. Et eodem modo intelligenda sunt verba OEcumenij, sicut illa Chrysostomi. Notandumque, quod subdit OEcumenius, ab Apostolo in his verbis, *omnia in Deum referri.* Non ergo semipelagianizat OEcumenius.

14. Quin & Ambrosius in comment. ad Philip. 2. ait: *Deus est enim, qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate; Deum bonos conatus adiutare testatur, omnem gratiam reportat ad Deum; ut nostrum sit velle, perficere verò Dei.* Cum autem Ambrosius de præuenientis gratiæ necessitate rectè senserit, teste Augustino lib. de bono perseuer. cap. 8. & 19. consequens est, ut hoc loco subintellegerit præuenientem, & adiuantem gratiam, qua supposita, nostrum sit velle.

15. Quemadmodum loquitur etiam August. lib. de spiritu, & lit. cap. 33. vbi ex verbis ad Philipp. questionem proponit, & inter alia respondet cap. 34. *His ergo modis quando Deus agit cum anima, ut credat (neque enim credere potest quolibet libero arbitrio, si nulla sit fides, vel vocatio, cui credat: ) profectò & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos, consentire autem vocationi Dei, vel ab illa dissentire, propria voluntatis est.* Magna profectò temperatio diuinæ operationis, per quam ipsum velle credere Deus sic operatur, ut ea operatione non obstante, propriæ voluntatis sit, consentire, vel dissentire. Perpende præterea modos agendi cum anima, suasionem, vocationem, & misericordiam præuenientem.

16. Duo eadem obseruare licet in verbis eiusdem Augustini de prædestin. & grat. cap. 11. *Post hanc vocationem illud sequitur, quod & vult ad conatus hominum pertinere, & ostendit, sine se non posse compleri. Hoc est enim, quod dicit Apostolus: Quoniam ab ipso habemus velle, & perficere pro bona voluntate. Ab ipso enim habemus velle, quia vocat, & illuminat: ab ipso habemus perficere, quoniam ad nos pertinet conari bona, que & velle donauit.* Considera, & velle, & perficere esse illud, quod Deus vult ad conatus hominum pertinere. Rursum, ad nos pertinet conari bona. Deinde considera rationem, propter quam ab ipso habemus velle, nimirum, quia vocat, & illuminat.

Hieronymus in cap. 26. Ieremias, ad illa verba, & dices ad eos, ait: *In nostra ergo positum est potestate, vel facere quid, vel non facere: ita dumtaxat, ut quidquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus: qui iuxta Apostolum dedit nobis velle, & perficere.* In nobis ergo manente potestate faciendi, vel non faciendi, nihilominus Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere, quidquid boni volumus, aut perficimus.

17. D. Thomas Philippens. 2. lect. 3. sine sic exponit: *Excludit (Apostolus) quatuor falsas existimationes: vnam hominum credentium, quod homo per liberum arbitrium possit saluari absque diuino auxilio. Contra hos dicit: Deus est, qui operatur; Ioannis 14. Pater in me manens, ipse facit opera; & cap. 15. Sine me nihil potestis facere. Alij verò omnino negant liberum arbitrium, dicentes, quod homo necessitatur à fato, vel à prouidentia diuina; & hoc excludit, cum dicit: In vobis.* Ergo D. Thomas antecedentem necessitatem, à prouidentia Dei prouenientem, agnoscit,

agnoscit, esse repugnantem libertati, & presentibus Apostoli verbis excludi: tantum abest, ut ex illis colligatur. Postea D. Thomas ostendit, à Deo esse nostræ voluntatis initium, nullo præcedente merito nostro.

19. Consequenter 1. part. quæst. 83. artic. 1. ad 3. respondet ex eodem loco ad Philip. tantummodo colligi, Deum esse primam causam mouentem causas voluntarias iuxta suam naturam: nihilominus liberum arbitrium esse causam secundam sui motus, quia homo per liberum arbitrium le ipsum mouet. Idem respondet 3. contra gent. cap. 148. Necnon 1. part. quæst. 105. art. 4. ex hoc loco Philip. 2. probat, Deum mouere voluntatem creatam, & explicat, quomodo efficienter moueat ad communem rationem boni, quantum illi tribuit propriam inclinationem ad bonum; nihilominus voluntas ex se ipsa mouetur ad particularia bona.

20. Quarta probatio est, quia prædictum textum Apostoli Patres ita exponunt, ut præueniens gratia, vocatio, suasio, exhortatio, & doctrina sit medium, quo Deus operatur in nobis velle, & perficere. Per hoc autem medium licet non excludatur genus efficientiæ realis & physici; nihilominus excluditur absoluta, & antecedens necessitas illationis. Maior satis constat ex Cœlestino, Augustino, & D. Thoma in præcedenti probatione citatis. Sed præterea probatur: nam idem Augustinus lib. 83. quæst. q. 68. longè post med. ait: *Quoniam nec velle quicquam potest, nisi admonitus & vocatus, siue intrinsecus, vbi nullus hominum videt, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur, ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.* Nota propositionem esse causalem, & reddere sufficientem rationem à priori, propter quam efficitur, siue conuincitur, ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis, nimirum, quia nec velle quicquam potest, nisi admonitus, & vocatus.

21. Eandem rationem & causam reddit lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. non longè ante med. dicens: *At enim, quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo rectè tribuitur, quod bene volumus; nobis verò tribui non potest, quod vocamur.* & reliqua, quæ referemus sect. 4.

22. Similiter in Enchirid. cap. 32. *Ne quisquam esse non de operibus, de ipso tamen gloriatur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur premium bene operandi, ipsi libertas; audiat eundem gratiæ præconem, dicentem: Deus est enim, qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate.* Hoc itaque solum colligit inde Augustinus, quod bona nostra voluntas à Deo incipiat per gratiam præuenientem. Vnde post pauca subdit: *Nolentem præuenit, ut velit: volentem subsequitur, ne frustra velit. Cur enim admonemur orari pro inimicis nostris, utique nolentibus pie viuere, nisi ut Deus illis operetur, ut velint.* & post pauca: *Oramus ergo pro inimicis nostris, ut misericordia Dei præueniat eos, sicut præuenit & nos.* Ecce modum, quo Deus facit, ut velint, videlicet per gratiam præuenientem.

23. Insuper de peccator. meritis, & remiss. lib. 2. cap. 18. postquam docuerat, bonam voluntatem nos habere ex Deo, idque confirmauerat ex Apostolo Philipp. 2. dicente: *Deus est enim, qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate.* Protinus infert conclusionem, quæ eadem est explicata de Prædestinatione.

catio mentis Augustinianæ, dicens: *Quocirca quod à Deo nos auerimus, nostrum est, & hæc est voluntas mala; quod autem ad Deum nos conuertimus, nisi ex ipso excitante, & adiuantem, non possumus: & hæc est voluntas bona.* Hoc scilicet modo Deus operatur in nobis: & hoc tantum colligit Augustinus ex Paulo.

24. Præterea serm. 94. de tempore, inter princip. & med. ait: *Sed voluntas (inquit) mea bona est. Facere tua: sed ipsa à quo data, à quo excitata? Noli me ipsum, Apostolum interroga. Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate. Quid est ergo, quod tibi arrogas? Quid est, quod superbus ibas, & peribas? & fusiùs idem confirmat.* Non itaque colligit Augustinus, bonam voluntatem non esse tuam, sed potius tuam esse fateatur. Colligit autem illam à Deo datam esse, & excitatam.

25. Eadem tradit in lib. de grat. & libero arbitrio, cap. 16. ut retulimus sect. 1. num. 19. & de bono perseuer. cap. 13. sub initium, & lib. de grat. Christi cap. 5. 10. & 25. & contra duas epist. Pelagian. cap. 18. vbi pro more copulat Salomonis verba: *Præparatur voluntas à Domino; & ad Philippens. Deus est, qui operatur, quasi se inuicem exponentia. Consonat 22. & vlt. lib. de ciuit. cap. 1. & 2.*

26. Hieronymus ad eadem verba Philippens. 2. ait: *Velle operatur suadendo, & bona promittendo.* Intelligit non exterius tantum, sed præsertim interius per illustrationes, & inspirationes: subditque, si ne hoc auxilio nihil esse nostrum velle, nostrumve proficere.

27. Araucanum Concil. can. 4. ait: *Si quis, ut à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem, & operationem in nos fieri constituit, resistit Spiritui sancto per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à Domino; & Apostolo salubriter predicanti: Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate.* Hoc igitur refert ad gratiam operantem, seu prouenientem; & nihil aliud infert. Consonat etiam can. 9. eiusdem Concilij.

28. Eadem est mens Prosperi contra Collator. c. 8. vbi ex hoc loco Philippens. 2. probat, ex Deo esse principium non solum actuum, sed etiam cogitationum. Et in lib. de libero arbit. ad Rufinum ante med. pag. 4. coniungit eadem loca Salomonis, & Pauli, videlicet: *Præparatur voluntas à Domino; & Deus est, qui operatur in vobis, &c.* ad probandum, initium iustificationis esse à Deo.

29. Eisdem testimonijs Salomonis & Pauli, copulatis ad idem probandum vitur D. Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 9. & in cap. 14. ait: *Totius bonæ voluntatis initium à sempiterna Trinitate prædestinatum consistemus, & datum.* & post pauca: *Hanc voluntatis preparationem superius sacre Scriptura testimonio demonstrauit, quo dictum est: Præparatur voluntas à Domino. Ab ipso enim voluntas præparatur, qui in nobis & velle, & perficere misericorditer operatur. Dicit enim Apostolus: Deus est enim, qui operatur, &c.* Eandem necessitatem gratiæ præuenientis ex eodem loco Philipp. 2. colligit idem Fulgentius de Incarnat. & grat. Iesu Christi c. 20. circa medium, & epist. 6. ad Theodorum de conuersione, cap. 7.

30. Gregorius homil. 9. in Ezechielem à principio, exponens eadem Apostoli verba, solummodo colligit inde necessitatem gratiæ præuenientis, & adiuantis; cuius loci fragmenta retulimus circa medium, & epist. 6. ad Theodorum de conuersione, cap. 7.



31. Breuius id annotauit Leo Papa serm. 8. de Epiphania cap. 2. cum ait: *Dicens Domino discipulis suis: Sine me nihil potestis facere, dubium non est, hominem bona agentem à Deo habere & effectum operis, & initium voluntatis. Vnde & Apostolus: Cum timore, inquit, & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate.*
32. Hypogonsticon lib. 3. col. 4. sic loquitur: *Sicut scriptum est: Preparatur voluntas à Domino. Et iterum Apostolus: Deus est, inquit, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate: ea utique, quae est in eis à Domino tam reparata, quam preparata, ut esset bona.*
33. Philo tomo 1. Bibliothecae libro in Cantica, ad illa verba: *Terribilis ut castrorum acies ordinata, ait: Nam vnde quaso tot, & tanta illa diuina praecipia? vnde tot iustitia merita, ac poena, si nihil homo de se conferre potest ad salutem? At Apostolus clamat: Non sumus sufficientes excogitare aliquid à nobis tantquam ex nobis: sed omnis nostra sufficientia à Deo est. Deus est, qui operatur in nobis & velle, & posse pro bona voluntate: & quem vult, inducat, & cuius vult miseretur. Et, Iacob elegi, & Esau odio habui: & Deus viuificat, & occidit: & quos praedestinavit, elegit: & alia quaecumque contra citari possunt, omnia ad praenitentiam gratiam, diuinumque auxilium referenda sunt, & liberum arbitrium; iam enim supra diximus, praesentiri hominem oportere diuino auxilio. Plurimamque deinceps differit ad confirmandum liberam cooperationem requiri, & hominem aliquid de se conferre ad salutem, idque colligi ex praedictis verbis ad Philippenses.*
34. Vix ab eadem sententia distat Anastasius Nicaenus quaest. 59. quando illud Apostoli, *Deus est, qui operatur*, &c. existimat propterea dictum, quia velle virtutem, & recte se gerere circa illam, non est solius hominis per liberum arbitrium; sed etiam multò principalius, & magis Dei adiuuantis, secundum illud, *Nisi Dominus edificauerit domum, &c.*

SECTIO III.

Ad alia testimonia extenditur eadem expositio, & explicatur magis.

1. Quaecumque Scripturae verba, significantia, Deum in nobis operari volitiones, aut operationes nostras, recipiunt eandem interpretationem, quam in praeced. sect. probauimus. Cuius praeter alia indicium est, quoniam Augustinus, & alij Patres ad mutuam expositionem talia solent inuicem copulare. Eiusmodi est illud Philipp. 1. *Qui coepit in vobis bonum opus, perficiet.* Ephes. 1. *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* De quo videri potest Augustinus de bono perseuerant. cap. 7. 1. Corinth. 12. *Operatur omnia in omnibus.* 2. Thessalon. 1. fine: *Dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute. Qua in oratione propterea prius postulatur vocatio, quoniam haec est medium, quo Deus facit, ut impleamus omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei. Non dissimiliter Hebr. 13. Deus autem pacis aperit vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, faciens*

*in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum.* Vbi propterea prius postulatur aptatio, quoniam haec est praeparatio voluntatis per gratiam praenitentem; haec enim est medium, quo Deus facit in vobis, quod placeat coram se, faciens, ut faciatis eius voluntatem.

Sed petis, qua ratione praedicta testimonia praedestinatis potius, quam reprobis accommodantur à Patribus, si quantum est ex parte Dei, & intentione Apostoli, referuntur ad omnes homines, & maxime fideles: ut vidimus sect. 1. n. 4. & sequentibus, & sect. 2.

Respondeo, rationem esse quendam excellentiorem modum, quo Deus facit, ut velimus, & operemur per opportunam, & congruam vocationem, cui, certo praesciuit, fore, ut assentiremur liberè.

Circa illud Isaia 26. *Omnia opera nostra operatus es nobis*, peculiariter obseruandum occurrit.

Primo à D. Thoma existimari eandem sententiam ibi contineri, qua Philippens. 2. in verbis, quae praecedenti sect. sunt exposita. Nam in commentariis ad Isaia non aliter exponit, nisi addendo praedicta verba ad Philippens. & 3. contra gent. cap. 67. ad fin. vtrumque testimonium Isaia, & Philippens. copulat ad probandum, quod Deus est causa actionis omnium rerum. Et consequenter in cap. 88. fine, & cap. 89. prope initium, vtrumque testimonio confirmat, quod non solum virtutem volendi à Deo habemus, sed etiam operationem. Et ad Roman. 9. lect. 3. col. 3. locum Isaia declarat, & confirmat ex initio consilij, quod à Deo tribuendum esse, cognouit etiam Aristoteles.

Secundò ac praecipue notandum est, à D. Thoma ita explicari, ut determinatio actionis propriae in libero constituitur arbitrio, tanquam propriae operationis domino. Nam in 2. sentent. distinct. 25. quaest. vnica, art. 1. sic proponit tertium argumentum. *Ad libertatem pertinet, ut aliquis sit dominus sui actus; sed cuiusque agentis actus ab aliquo priori agente causatur, ipse agens non est dominus sui actus. Cum igitur cuiuscumque creatura actus in causam priorem reducatur, quae est ipse Deus, qui omnia opera nostra in nobis operatur, ut Isaia 26. dicitur, videtur quod liberum arbitrium in creatura nulla inueniatur.* Huic respondet his verbis: *Deus operatur in omnibus, ita tamen, quod in vnoquoque secundum eius conditionem. Vnde in rebus naturalibus sic operatur, sicut ministrans virtutem agendi, & sicut determinans naturam ad talem actionem; in libero autem arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi ministrat, & ipso operante liberum arbitrium agat: sed tamen determinatio actionis, & finis in libero arbitrio constituitur.* Atque hanc potestatem determinandi sibi finem, & actionem peculiarem, esse discrimen, quo agentia intellectualia differunt à brutis, & ceteris agentibus, docuerat fufius in corpore eiusdem articuli.

Tertio fortasse fuerit magis ad mentem Isaia praedicta verba intelligere de flagellis, aut miraculis, quorum solus Deus author est, quam de iis operibus, quae Deus operatur in nobis non sine nobis, sed cooperante libero arbitrio. Cuius indicium est, quod praecedit in isaia: *Dabit pacem Domine*, & quod sequitur: *Possederunt nos Domini absque te.* Sic enim Hieronymus ibi, flagella, sed Cyrillus, miracula Dei beneficia, intelligit, esse opera nostra, quae Deus operatus esse dicitur. Quibus consonat, quod Septuaginta, &

& Hieronymus cum eis pro, *omnia opera nostra operatus es*, legunt: *Omnia reddidisti*; ac si diceret: quandoquidem haec sunt bella, ceterasque calamitates tu ipse pro nostris sceleribus reddidisti, æquum est, ut miseraris tandem, pacem, ac prosperitatem tribuens. Sed haec examinare nihil ad praesens attinet.

SECTIO IV.

De verbis Apostoli ad Roman. 9. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

1. Duo sunt errores extremi, ad huius loci expositionem, vel potius corruptionem.

Primus fuit Pelagij, quem ita refert Augustinus lib. de gestis Pelagij cap. 15. vbi Pelagium refert de quibuldam Scripturae testimoniis ita loquentem. *Non eas intelligo, quod gratia Dei sic laboret cum homine, ut quod non peccat, non volentis, neque currentis sed miserentis sit Dei.* & cap. 16. continuo subdit Augustinus: *Sunt enim quaedam expositiones Epistola Pauli, qua scribitur ad Romanos, quae ipsius Pelagij esse dicuntur; vbi hoc, quod scriptum est: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, non ex persona Pauli asserit dictum, sed cum voce interrogantis & redarguentis usum fuisse, cum haec diceret, tanquam hoc dici vti que non deberet.*

2. Secundus error externus est Caluini Institut. lib. 3. cap. 29. apud Stapleton. in antidoto ad Roman. 9. ad praedicta verba: *Non volentis, neque currentis; Verè, inquit, hic locum habet illud Pauli: Non est volentis, neque currentis, &c. non quomodo id vulgò accipiunt, qui inter Dei gratiam, hominisque voluntatem, ac cursum partiuuntur. Exponunt enim, desiderium hominis, ac conatum nihil per se quidem habere momenti, nisi Dei gratia prosperentur; sed cum adiuuantur illius benedictione, habere suas quoque partes in comparanda salute, contendunt: quorum cauillum Augustini verbis resellere, quam meis malo. Si enim nihil aliud voluit Apostolus, nisi non esse solius volentis, aut currentis, nisi ad sit misericors Dominus; retorquere e conuerso licebit, non solius esse misericordiae, nisi ad sit voluntas, & cuius: quod si aperte impium est, non dubitemus, Apostolum omnia misericordiae Domini donare, nostris autem voluntatibus, aut studijs nihil relinquere.* Attentè considera, quomodo ad suam impietatem Caluinus detorqueat Augustini expositionem, quam paulo post referemus ex Enchiridio, cap. 32.

3. Sed prius audiamus Nazianzenum, qui oratione 31. in dictum illud Euangelij: *Cum consummasset Iesus sermones hos, &c.* Matth. 19. post medium orationis, sic disserit: *Cum audis: Quibus datum est, adde, volentibus datum est, & is, qui ea animi propensione sunt. Et enim cum illud audis: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei; idem existimandum censo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob rectè facta ita animis efferuntur, ut id totum sibi ipsis adscribant, nec quidquam creatori, & sapientia eorum auctori, ac bonorum omnium suppeditatori acceptum serant; his verbis eos docet Paulus, quod ipsum etiam rectè velle diuino auxilio indigeat, imò, ut rectius loquar, voluntas quoque ipsa, & electio eorum, quae recta, & cum officio coniuncta sunt, diuinum quoddam beneficium est, acque à Dei benignitate manans. Idcirco ait: Non volentis, id est, non solum*

*volentis, neque currentis solum, sed miserentis Dei. Ita quoniam velle quoque ipsum à Deo est, optimo iure totum Deo assignauit.*

Constat igitur apud Nazianzenum non solum Dei, sed etiam volentis hominis esse velle, & currere, ita ut quamuis ipsum rectè, & honestè velle, & eligere sit beneficium à Deo datum; illud tamen non detur, nisi dependenter ab exercitio nostrae libertatis. Eandem expositionem Nazianzeni sequitur Anastasius Nicaenus lib. quaest. in Scripturam, quaest. 59. dicens: *Non volentis solum virtutem, nec currentis & contendens est se rectè gerere, sed miserentis & adiuuantis est Dei; non potestis enim sine me quidquam facere.*

Occurrit huc haereticus quidam in veterum Doctorum censuris, dicens, Nazianzenum hoc loco particularibus opinionibus lusisse. Quasi verò non sit eadem sententia ceteris Patribus communis, ut constat ex praecedenti disput. multisque sequentibus. Vide recentiora scholia illius orationis 31. num. 8.

Sunt praeterea Catholici nonnulli, qui praedictum testimonium Gregorij fauere putent Semipelagianorum errori. Ceterum ab omni suspitione liberatur, non solum autoritate Doctoris, per antonomasiam Theologi, sed etiam eiusdem testimonij verbis. Nam Semipelagiani concedunt aliquam voluntatem bonam, sine Dei auxilio gratuito elicitam, esse principium merendi, vel impetrandi Dei auxilium: at verò in praedicto testimonio constat, ipsum etiam rectè velle, & eligere non solum indigere diuino auxilio, sed etiam esse beneficium à Dei benignitate manans.

Confirmatur primò, quoniam Augustinus ca praesertim ratione solet confutare Semipelagianorum errorem, quia nihil habemus, quod non acceperimus à Deo, siue fidem, siue voluntatem credendi; vnde totum tribuendum est Deo, & in nullo gloriandum, tanquam si non acceperimus. Hoc autem totum Nazianzenus docet hoc loco. Propterea contra Semipelagianos Nazianzeni testimonium producit Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 19.

Alij praeterea inter primarios huius aetatis Theologos, quamuis ut veram, & textui congruentem probeat praedictam expositionem Nazianzeni; existimant nihilominus, impugnatam fuisse ab Augustino. Nec mirum: sunt enim apud illum quaedam verba, quae à cetero contextu diuulsa videntur esse planè contradictoria verbis Nazianzeni.

In primis namque Augustinus in Enchirid. cap. 32. *Quomodo, inquit, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; nisi quia & ipsa voluntas, sicut scriptum est, à Deo preparatur? Alioquin si propterea dictum est: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia ex vtroque fit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei; ut sic dictum accipiamus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei. Non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis: ac per hoc si rectè dictum est, non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet; cur non & e contrario rectè dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis*

est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo aperitissime contradicatur: restat, ut propterea recte dictum intelligatur, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, et totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et preparat adiuuandam, et adiuuat preparatam. Hac autem recipiuntur à Magistro, & communiter Scholastici in 1. distinct. 26. cap. voluntatem.

10. Eandem rationem scripsit ad Simpli. lib. 1. quaest. 2. non longè ante medium, dicens: Illa etiam verba si diligenter attendas: Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; non hoc Apostolus propter ea tantum dixisse videbitur, quod adiutorio Dei ad id, quod volumus, perueniamus, sed etiam ex illa intentione, qua et alio loco dicit: Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus est enim, qui operatur in vobis et velle, et operari pro bona voluntate. Vbi satis ostendit, etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Nam si propterea solum dictum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia voluntas hominis sola non sufficit, ut in se, recteque viuamus, nisi adiuuemur misericordia Dei: potest et hoc modo dici: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis; quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostrae voluntatis addatur.

11. Nihilominus dico primò, Augustinus his in locis nihil prorsus contradicit expositioni Nazianzenae.

Probatum primò, quoniam expressè in verbis proximè præcedentibus concedit Augustinus, Dei misericordiam solum non sufficere, nisi consensus nostra voluntatis addatur. Et paulo superius ante citatum testimonium dixerat: Opus est ergo velle, et currere. Et post pauca: Noluit Esau, et non cucurrit; sed etsi voluisset, et cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui etiam velle, et currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta, reprobus fieret. Et paulo inferius: Vt velimus enim, suum esse voluit, et nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Et prope medium eiusdem quaest. 2. defendit, ut vocatus vocationi obtemperet, in eius esse positum voluntate. Ex quibus omnibus constat, expositionem Augustinianam nihil obstat libertati voluntatis, ut vocationi dissentiri possit.

12. Secundò probatur, quia in eodem contextu quando incipit Augustinus exponere citata verba Roman. 9. Non volentis, neque currentis, docet intentionem Pauli fuisse eandem, qua Philip. 2. ait: Deus est, qui operatur in vobis velle, et perficere pro bona voluntate. Vbi satis ostendit Paulus, etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Sic loquitur Augustinus. Quam eandem sententiam continet testimonium, quod nuper retulimus ex Nazianzeno.

13. Tertid probatur, quoniam maxima reuerentia prosequatur Augustinus Nazianzeni doctrinam, præcipue qua parte totum bonum referebat in Deum, ut constat de bono perseuer. cap. 19. post medium: ideòque non ad impugnandum, sed ad exponendum commemorat illius sensum, si tunc occurreret.

14. Dico secundò, Augustinus, retenta veritate expositionis Nazianzenae, magis explicitè dissertit, quòd illa virtualiter et implicitè continebat velut in femine. Mens autem Augustini continetur tribus propositionibus.

Prima propositio. Ut Paulus dixerit: Non est volentis, neque currentis, &c. non est sufficiens, & adaequata ratio illud solum, quòd humana volun-

tas velle, & currere non possit sine auxilio Dei. Probatum, quia eadem ratione diceret Paulus, non esse Dei miserentis, sed hominis volentis, quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus noster addatur. Et hoc probant abundè testimonia, quae retulimus paulo superius ex Augustino.

Secunda propositio. Ut Paulus diceret: Non est volentis, neque currentis, non est sufficiens, & adaequata ratio, quia humana voluntas velle, & currere non possit, nisi vocatione Dei præcedat, & excitet voluntatem. Hoc probat Augustinus d. q. 2. ad Simplician. prope med. his verbis: Quod si verum est, et non consequenter vocati vocati obtemperat, atque ut obtemperet, in eius est positum voluntate, recte etiam dici potest: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis, atque currentis est hominis; quia misericordia vocantis non sufficit, nisi vocati obedientia consequatur.

Tertia propositio. Ut Paulus diceret: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, præcipue est ratio, quia solius Dei est congruam vocationem adhibere, cui voluerit homini, quem scit tali vocationi obtemperaturum, si vocetur. Quod fufius probat Augustinus d. quaest. 2. ad Simpli. circa medium, illis præsertim verbis: Et non iam similiter verum est: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis, atque currentis est hominis; quoniam non potest effectus misericordiae Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille miseretur, si homo nolit: quia si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut mouerentur, et intelligerent, et sequerentur.

Confirmatur ex his, quae subdit post pauca: Item verum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia etiam si multos vocet, eorum timè miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, ut sequantur. Cæterum penitus explicare, in quo posita sit vocationis congruitas, aptitudo, & opportunitas, non est praesentis loci, nec temporis: illud tamen est certum apud omnes, & Deum certò scire, quam vocationem esset quisque secuturus. Ex præcedenti discursu infero, &

Dico tertid, adaequata, & sufficiens ratio, propter quam Paulus dixerit, non esse volentis, &c. simul atque copulatiuè sex membra complectitur. Primum, quia voluntas humana velle, & currere non possit sine auxilio Dei. Secundum, quia velle, & currere non potest, nisi praeueniente, & præcedente vocatione excitetur. Tertium, quia omnis ille, & solus ille homo vult, & currit, qui vocatione opportuna, congrua, & apta excitatur à Deo, ut velit, & currat. Quartum, quod inde sequitur, quia quòd Iacobo potius, quam Esau adaptetur vocatione congrua, & opportuna, ut velit, & currat, non est Iacobi volentis, neque currentis, sed tantum est Dei miserentis. Quintum, quod vterius sequitur, quia Deus ipse dat nobis, & operatur in nobis ipsum velle, & currere. Sextum, quod vltimò sequitur, quia velle, & currere tanquam primi mouentis, & principalis agentis, non est hominis volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Hac omnia non solum ex præcedentibus, sed etiam ex sequentibus testimoniis Augustini, & aliorum Patrum, facile colliguntur.

Dico quartò, eodem modo intelligendi sunt alij tractatus Augustini, in quibus eadem verba Pauli: Non est volentis, neque currentis, exponit esse dicta propter indigentiam praeuenientis gratiae, qua voluntas à Deo preparatur, ut velit, & ut currat.

currat. Sic in lib. expositionis quarundam propositionum ex epist. ad Roman. cap. 6.1. & 6.2. ait: Quia non procedit voluntas bona vocationem, sed vocatione bonam voluntatem; propterea vocanti Deo retribuitur, quod bene volumus: nobis autem tribui non potest, quòd vocamur. Non ideo igitur dictum esse putandum est: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia sine eius adiutorio non possumus adipisci, quòd volumus; sed ideo potius, quia nisi eius vocatione non volumus.

20. Adhuc notandum est, primò, S. Augustinum lib. de retract. cap. 23. post medium, postquam retractauit eiusdem libri quamdam propositionem, quae Semipelagiano fauebat errori, profus nihil retractare tanquam falsum circa praedictam expositionem; quin potius illam confirmare tanquam veram, notando tamen fuisse diminutam, quia parum de ipsa vocatione differuit, quae sit secundam propositum Dei. Sic loquitur Augustinus ibi.

21. Secundò notandum est, in eodem cap. 23. retract. approbati tanquam verum, quod dixerat, velle, & credere, esse Dei, quia ipse preparat voluntatem; et utrumque etiam esse nostrum, quia non sit, nisi volentibus nobis; quia neque velle possumus, nisi vocemur; et cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra, et cursus noster, nisi Deus et vires currentibus praebet, et perducit quò vocat. Ex quibus verbis, quemadmodum ex alijs, quae vidimus num. 13. ac pluribus præcedenti disput. sect. 3. num. 13. constat apud Augustinum velle, & currere non ita esse solius Dei, ut non sit etiam hominis volentis, atque currentis cum indifferencia potestatis non currendi, & non volendi. Quamuis totum velle & currere tandem reuocetur in Deum propter gratiae praeuenientem oportunitatem, ut probatum est præcedenti disp. sect. 5.

22. Cui doctrinae per omnia consonant, quae nuper vidimus ex Enchirid. cap. 32. praesertim verò notanda sunt illa verba: Non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis. & infra: Restat ergo ut propterea rectè dictum intelligatur: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et preparat adiuuandam, et adiuuat preparatam. Hanc autem phrasim præparandi voluntatem pertinere ad praeuenientem gratiam vocationis, ex hac, & superioribus sectionibus, & disputationibus satis constat.

SECTIO V.

Cum praedicta expositione consonant alia duae cæterorum Patrum.

1. Sequentes expositiones duae, licet verbis inter se pugnant, re tamen, & sensu mirabiliter ita consentiunt, ut ab eisdem Patribus ambae tradantur. Conueniunt autem in eo, quòd velle, & currere non ita sunt solius Dei, ut non sint etiam hominis per liberum arbitrium diuina gratia suffultum potentis velle, & non velle. Sed in eo discrepare videntur, quòd prima expositio intelligit, ipsum velle non esse hominis volentis absque diuina gratia, & ipsum currere non esse hominis currentis absque diuina gratia; sed velle & currere tanquam principalis causae Dei esse miserentis per gratiam praeuenientem, vocantis, & adiuuantis.

In quo consonant.

In quo videntur discrepare.

19. Eodem modo exponenda alia August. testimonia.

Secunda verò expositio sic literam ordinat, ut, supposito diuino auxilio, hominis per liberum arbitrium volentis sit velle, & eiusdem currentis sit currere: atramen perfectionem obtinere, & cultus metam attingere, non sit hominis volentis, neque currentis, sed solius Dei miserentis: id, quod à Patribus infra referendis dictum existimo, præcipue propter speciale munus perseverantiae, quòd non omnibus hominibus est commune; cum tamen omnibus generale sit auxilium sufficiens, per quod quilibet homo velle potest, & currere, si velit. Dictum est etiam propter beatitudinis perfectionem, quae solis contingit praedestinatis. Verum in his etiam suam vim habet arbitrij diligentia, per gratiam excitata, & adiuta, ne frustra præceperit Apostolus 1. Corinth. 9. Sic currite, ut comprehendatis. de quo Trident. sess. 6. cap. 11. & 16. Adhuc tamen ista perfectiones sunt solius Dei tanquam eligentis, & immediatè causantis.

Primam expositionem secutus est Augustinus in præced. sect. citatus. Cui concinit Hieronymus epist. ad Ctesiphont. col. 4. dicens: Velle, & currere, meum est, sed ipsum meum sine Dei semper auxilio non erit meum. Dicit enim idem Apostolus: Deus est, qui operatur in nobis, &c. Et epist. ad Demetriad. de virginitate seruanda paulo post med. Vbi autem gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas, ut implicatur dictum Apostoli: Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis; et tamen velle, et nolle nostrum est, ipsumque, quòd nostrum est, sine Dei vocatione nostrum non est. Eundem locum Pauli ad eandem sententiam confirmandam adducit Hieronymus lib. 4. in Ierem. prope initium.

Nec alia fuit mens Concilij Carthag. in epist. ad Innocentium I. quae habetur ante epist. 25. Innocentij, & epist. Concilij Mileuitani ad eundem, quae habetur ante epistolam 26. eiusdem. In quibus Patres producunt Apostoli verba: Non volentis, neque currentis, &c. ut probent, in singulis actionibus Dei auxilium esse necessarium. Neque aliquid amplius inde colligunt ad extenuandas vires liberi arbitrij.

Clarius autem Ambrosius vocationis, & humanae cooperationis necessitatem complexus lib. 2. de Abraham Patriarcha, cap. 16. post med. ita ratiocinatur: Conclisit Deus omnia in incredulitate, ut omnibus miseretur, ut non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei esset gratia; ne te ipsum iustificares, sed omnia tribueres Deo, qui te vocauit. Nemo enim pigrescat, et excusationem pretendat, quo serius credat, quia scriptum est, non volentis, neque currentis esse. Consideret enim, quid additum sit: Sed miserentis, inquit, Dei. Tale te ergo praebe bonis studijs, et prompta fide, ut Deus tui miseretur, et vocet te. Pondera primò rationem, propter quam non est volentis, neque currentis, nimirum, quia Deus per misericordiam nos vocauit. Pondera secundò, ita esse Dei miserentis, ut nihilominus pigrescere non debeat homo per liberum arbitrium, sed talem se præbere bonis studijs, & prompta fide, ut Deus efficaciter vocet ad iustificationem.

Fulgentius lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi cap. 18. sine, ait: Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia re vera ut et velimus, misericordia praeuenientis illuminantur dono; et ut curramus, misericordia subsequens fulcitur auxilio. Hæc scilicet est ratio, propter quam non est volentis, non verò, quoniam Deus sit totalis causa, nos totaliter determinans ad volendum.

Propterea idem Fulgentius epist. 6. ad Theodorum de conuersione cap. 7. sine, & cap. 8. initio ait: *Vi ad eum veniamus, currimus, & ideo currimus, quia currere volumus. Sed ne vel voluntatem, vel ipsum cursum assignemus viribus nostris, idem nos informat Apostolus, dicens: Non volentis, neque currentis, &c.* Obserua his Apostoli verbis non obstantibus, veram esse illam causalem: *Ideo currimus, quia currere volumus.* De qua plura dicemus disput. 31. sect. 5.

8. Prosper Psalm. 118. ante illa verba: *Viam mandatorum tuorum cucurri, &c.* obiicit: *Quomodo quò curro, perrendam: quò tendo, perueniam? Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio, veritatis est dilectio: quod Dei munere fit, ut ei non timore pœna, sed amore iustitiæ seruiatur, cum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis; ideo ergo iste viam mandatorum Dei cucurri, quia cor eius Dominus dilatavit.* Obserua, quo sensu currere non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, nimirum quatenus Deus per gratiam præuenientem, quæ est imperfecta charitas, & indeliberata dilectio, efficit, ut liberè velimus.

9. Non dissimilis est expositio Chrysoctomi ad Roman. 9. homil. 16. col. 14. *Quando dicit: Non est volentis, neque currentis, non tollit arbitrii potestatem; sed ostendit, non esse totum in volentis, & currentis potestate situm, sed superna illum gratiæ opus habere: oportet enim velle & currere; proprijs tamen laboribus non considerare, sed diuina potius benignitate. Id, quod alibi dicit: Verum non ego, sed gratia Dei mecum.* Quod ait non esse totum in volentis potestate situm, satis apertè supponit, aliquid esse in volentis potestate situm; ceterum minus principaliter, atque prorsus dependenter à diuina benignitate, tanquam à primario principio.

10. Bernardus tractat. de gratia, & libero arbitrio, colum. penult. postquam probauerat præuenientis, & cooperantis gratiæ necessitatem, subiunxit: *Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere indiuiduo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: sed ut totum in illo, sic totum ex illa. Credimus placere lectori, quòd à sensu Apostoli nusquam recedimus, & quæquæ versum euagetur oratio, in eadem penè ipsius verba frequenter recidimus. Quid enim nostra aliud sonat, quam illud: Ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei? Quod sanè non ideo dicit, quasi quis velle, aut currere possit in vanum; sed quòd is, qui vult, & currit, non in se, sed in eo, à quo accipit & velle, & currere, debeat gloriari.*

11. Vnde collige, apud Bernardum hæc Apostoli verba complecti liberi arbitrii cooperationem cum gratia; ita tamen ut à Deo præuenienter & principaliter accipiat velle, & currere. Monueat autem proximè superius, cauendum esse, ne cum hac inuisibiliter intra nos, ac nobiscum aditari sentimus; aut nostre voluntati attribuamus, quæ infirma est, aut Dei necessitati, quæ nulla est; sed soli gratiæ, quæ plenus est. Nullam igitur antecedentem necessitatem, à diuina gratia, vel prouidentia præuenientem Bernardus existimat, esse requisitam ad exponendam, quæ tractamus Apostoli verba.

12. Anselmus in lib. de concord. prædestin. & grat. cum libero arbitrio cap. 3. inter princip. & med. *Cum legitur, ait, neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; non negatur in volente, neque in currente aliquid prodesse liberum arbitrium, sed significa-*

*tur, non esse imputandum libero arbitrio, quòd vult, & quòd currit, sed gratia. Num cum ait: Neque volentis, neque currentis est, subaudiendum est quòd vult, & quòd currit.* Perpende, quanto rigore videatur Anselmus liberum arbitrium comprimere. Sed tamen, proximè sequenti exemplo explicat, nihilominus in libero arbitrio esse potestatem indifferentem, ut liberè admittat velle & currere, quòd Deus facit; vel reiciat si velit.

*Velut cum aliquis, ait, nudo, cui nihil debet, & qui nullum à se potest indumentum habere, dat vestem, non tamen quamuis ipse habeat potestatem vtendi, & non vtendi accepta veste, si ea vultur, imputandum est induto, quia indutus est, sed danti vestem. Quapropter ita dici potest: Non est induti quòd indutus est, sed miserentis, id est, vestem dantis. Multo verò magis hoc dicitur, si ille, qui dedit vestem, dedisset etiam potestatem seruandæ eam, & vtendi: sicut Deus homini cum dat rectitudinem sapientiam, dat etiam potestatem seruandæ, & vtendæ, quia dedit prius liberum arbitrium ad seruandum illam, & vtendum.* S. Thomas non minus, quam Patres citati, necessitatem absolutam & antecedentem excludi, partialem autem ac minus principalem causalitatem liberi arbitrii contineri in prædictis verbis Apostoli, declarat Roman. 9. lect. 3. col. 1. & 1. part. quæst. 83. art. 1. ad 2. & de malo quæst. 6. art. vnic. ad 1. & 2. arg. cui concordat Magister 2. dist. 25. cap. vlt.

14. Veniamus ad alios Patres, exponentes, hominis esse velle, & currere; ceterum non volentis, neque currentis, sed solius Dei miserentis esse perfectionem obtinere, ac metam cursus attingere. Sic Hieronymus dialogo 1. Idem lib. 2. contra Iouinian. non longè à princip. relatus de prænit. dist. 2. cap. 1. enim, quòd est 40. §. *liberi arbitrii, ait: Liberi arbitrii nos condidit Deus, neque ad virtutes, neque ad vitia necessitate trahimur: alioquin ubi necessitas, neque damnatio, neque corona est. Sicut in bonis operibus perfectior est Deus (non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis, & adiuantis Dei, ut peruenire valeamus ad cæcæm; sicut in malis, femina nostra sunt incentina, perfectio diaboli.* Perpende, Deum esse perfectorem nostrorum operum, & non esse volentis, neque currentis in eo consistere, quòd ita adiuuet, ut valeamus, & faciamus, sine necessitate tamen; hæc enim sicut in malis, ita etiam in bonis operibus excluditur.

15. Ambrosius Psalm. 118. serm. 10. ad illa verba: *Fiat misericordia tua, ut exhortetur me; Denique, inquit, adhortationis diuina esse misericordiam, euident testimonium docet, Moysi enim dicit Deus: Miserebor, cui miserus ero, & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. Igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est. Fortè dicas: Ergo non debemus velle currere? Atqui negligentes Deus deservere consuevit. Non ergo hoc dicit, sed quid dicat, consideremus. Non volentis, neque currentis hominis perseuerantia est; non est enim in hominis potestate, sed miserentis Dei est, ut possit implere, quæ caperis. & post pauca: Colligitur igitur, adhortationem diuine misericordie deputandam. Vnde sequitur: Ergo cui vult miseretur, & quem vult, obdurat. hunc miseratus hortatur; illum non reuocat execratus. Obserua, perseuerantiam esse, quæ non est volentis, neque currentis apud Ambrosium hoc loco, quatenus videlicet est speciale donum prædestinatorum. Alioqui velle, & currere esse hominis, supposita Dei exhortatione, siue consolatione, & illustratione.*

16. Optatus Milenitanus lib. 2. contra Parmenian. propius ad medium, quam ad finem: *Est enim, ait, Christiani*

*Christiani hominis, quòd bonum est, velle; & in Deo, quòd bene voluerit, currere: sed homini non est datum perficere; ut post spatia, quæ debet homo implere, restet aliquid Deo, ubi deficienti succurrat, quia ipse solus est perfectio, & perfectus solus Dei Filius Christus: ceteri omnes semiperfecti sumus. Quia nostrum est velle, nostrum est currere; Dei, perficere. Vnde B. Apostolus Paulus ait: Neque volentis, neque currentis, sed ad Dei gratiam pertinentis.*

17. Chrysoctomus ad Hebr. cap. 7. homil. 12. in morali, præsentem Apostoli locum copiosè ponderans, id præcipue agit, ut defendat, liberum arbitrium propterea non lædi, quoniam in potestate nostra est simul cum diuino auxilio velle, aut non velle; eligere quæ bona sunt, aut non eligere, sed dare in commotionem pedem nostrum. Præcipue tamen obseruanda sunt illa verba: *Nostrum eligere tantum est, & velle, Dei autem efficere, & ad perfectionem perducere; quia ergo eius est, quòd amplius est, eius dicit esse vniuersum.*

18. Chrysoctomum imitatus Theophylactus Roman. 9. ad præsentia verba: *Non volentis, &c.* Et nostra, inquit, voluntate indiget Deus; at tamen quia ille consummat, & perficit, dicimus, totum hoc Dei est. Origenes 3. Periarchon cap. 1. col. antepenult. *Sicut ergo, inquit, cum bonos atque vberes fructus ad perfectam maturitatem protulit seges, nemo piè, & conuenienter dicit, quia fructus istos agricola fecit, sed à Deo faciebatur præstios: ita etiam nostra perfectio, non quidem, nobis cessantibus, & otiosis, efficitur, neque tamen consummatio eius nobis, sed Deo, qui est prima, & præcipua causa operis, adscribetur.*

19. Et post pauca: *Sed neque ipse quidem nauta, vel gubernator audeat dicere: Ego saluaui nauem; sed totum ad Dei misericordiam refert: non quòd sentiat, se nihil ad saluandum nauem, vel artis adhibuisse, vel laboris, sed quoniam sentit, à se quidem laborem, salutem verò à Deo præstitam nauis.* Alijsque pluribus comprobatur, eam esse rationem, ob quam non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia nimirum Deus est prima, & præcipua causa, conferens prius vires, & potestatem laborandi, postea verò laboris fructum. In quibus viribus nos intelligere debemus, non solum cooperantem, sed etiam præuenientem, & excitantem gratiam, ut sententia hæc sit ex omni parte Catholica, & Augustiniana: sic enim cauendi sunt errores de causa prædestinationis, quos ibi, & alibi spargit Origenes.

20. Similitudines ductæ ab architectura nautica, & agricultura, quibus rem explicant nuper citati Chrysoctomus, Theophylactus, & Origenes, non ita sunt accipiendæ, quasi ex omni parte quadrent in supernaturales actiones, sed solummodo quantum ad communem rationem, ob quam principali causæ totum tribuimus, licet minus principalis causæ cooperatio requiratur.

**SECTIO VI.**

*Exponuntur cetera Scripturæ testimonia, cursum, vias, & gressus, non hominis, sed Dei solius esse, dicentia.*

1. **H**orum omnium legitimus sensus vix differt ab eo, quem in superiori sectione Pauli verbis debet probatum est, præsertim cum illa videantur esse collecta ex cap. 9. Ecclesiastes: *Veni*

*me, inquit, ad aliud, & vidi sub sole, nec velocitatem esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec Doctorem diuitias, nec artificum gratiam; sed tempus, casumque in omnibus.* Hæc communiter expolitores accipiunt non quasi ex aliena insipientium persona, sed quasi ex propria Ecclesiastes sententia pronunciata. Id quòd apertè colligitur ex contextu. His itaque profertur, summam diuinæ gratiæ indigentiam, & efficaciam, per quam tardiores quandoque velocius perueniunt ad metam, & infirmiores vincunt, fortiores verò superantur: idemque intelligitur de reliquis omnibus bonis, quæ humana industria, & labore comparari solent, & multo magis de spirituales bonis.

2. Eapropter eundem esse intellectum huius loci Ecclesiastes, & illius ad Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei,* sentiunt Nazianzenus orat. 31. in dictum Euangelij: *Cum consummasset Iesus sermones hos,* Matth. 19. post medium orationis, Hieronymus, Bonauent. in commentario Ecclesiast. 9. Anastasius Nicænus questionib. in Scripturam, quæst. 59. & communiter expolitores in eum locum.

3. Notandum tamen est, hæc verba Ecclesiastes pertinere ad euentum, & fructum industriæ, & laboris humani magis, quam ad ipsum laborem, & industriam. Cuius oppositum videtur conuenire verbis ad Roman. 9. *Non volentis, neque currentis.* hæc enim magis referuntur ad volitionem interioriorem, & liberam industriam, licet etiam referantur ad euentum, & fructum, ut ex 4. & 5. sectione constat. Hoc autem colligo primò ex postremis verbis, videlicet, *sed tempus, casumque in omnibus.* Quòd ita exponit Hieronymus: *Ad extremum nescitur ab homine, quando tempus adueniat, in quo varius euentus, & finis omnium subsequatur.* Et S. Bonauent. ibi, & S. Thomas 1. part. quæst. 103. art. 5. ad 1. agnoscunt significari varios rerum euentus præter intentionem causæ particularis, qui hominis prouidentiam superant.

4. Idem secundò colligo ex verfu proximè sequenti, qui totus pertinet ad euentum postremum cuiusque negotij, quòd geritur à nobis, siue totius vitæ: *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extremo superuenerit.*

5. Sed inquiris, qua ratione colligatur ex hoc loco, diuinam prouidentiam esse authorem boni, seu felicitis, aut infelicitis euentus; cum in hoc loco nulla fiat mentio, nisi de tempore & casu.

*Solutio.* Respondetur ex S. Thoma 1. part. quæst. 103. art. 5. ad 1. & de veritate, quæst. 5. art. 5. ad 5. (cui consonat S. Bonauentura in Ecclesiastem) ipsis verbis Ecclesiastes hoc significari, propter duplicem rationem.

6. Prima, quia non dicit simpliciter, esse casum in omnibus; sed dicit, esse tempus & casum in omnibus: quia scilicet secundum aliquem ordinem temporis casuales defectus inueniuntur, comparatione particularium causarum, quæ tempore mensurantur: at tamen comparatione Dei, & totius æternitatis nullus est casualis euentus.

Confirmatur, quia propterea præmittit se vidisse sub sole, ut ostendat se loqui de rebus temporarij subiectis, ut comparatione illarum sit casus, non verò comparatione diuinæ prouidentie.

Secunda



Secunda ratio, quia neque veloces à tardioribus, neque fortiores à debilioribus vincerentur, nisi primarius victor diuina prouidentia debiliores, atque tardiores ageret ad palmam, atque victoriam.

7. Quod per Ecclesiastem nuper Spiritus sanctus, idem docuit per Ieremiam cap. 10. dicentem: Scio, Domine, quia non est hominis via eius, neque viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Hoc enim non tam ad electionem, quam ad illius executionem & euentum pertinet, quæ possunt impediri, etiam homine in contrarium adnitente. Nam quantum ad hæc via hominis, nullo modo est liberi arbitrij.

8. Hoc ipsum principaliter significatum esse videtur Prouerb. 20. A Domino diriguntur gressus viri; quis autem hominum potest intelligere viam suam? Quia quamuis maturè deliberes, prudenter eligas, constanter atque fortiter coneris: negotij processus non est in tua potestate, variis occasionibus contra tuam voluntatem fugientibus; aliis verò præter spem, & opinionem oblati, inuitantibus, & quandoque cogentibus.

9. Nec id solum in rebus & factis, sed præterea etiam in verbis experimento comperies. Et, quod ad res attinet, Ezechiel. 21. Stetit Rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, diuinationem quaerens, commissens sagittas: interrogauit idola, exiit consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinitio super Ierusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in eade, &c. Quoniam igitur Nabuchodonosor Amonitis bellum inferre decreuerat, Deus autem, à quo temperantur fortes, quæ mittuntur in sinum, sagittarum iactus, & auxilia direxit, ut eum contra Ierusalem truderet. Propterea Ieremiæ 10. dicitur: Scio Domine, quia non est hominis via eius, &c.

10. Et quamuis sententia generalis sit ad quaslibet hominis actiones siue honestas, siue turpes, siue prosperas, siue aduersas; cæterum apud Ieremiam specialiter pertinet ad flagella, per illius Regis tyrannidem inflicta, quasi diceret Propheta: Nunquam Domine irrupisset ille contra nos, te non volente: & si irrupisset, nequaquam prosperè egisset, quæ decreuerat, nobis opitulante dextera tua. Ita exponit Theodoretus ibi, ex sequenti deprecatione Ieremiæ colligens, illud: Non sit hominis via eius, non subicere libertatem arbitrij nostri seruituti naturali, neque res nostras fatali necessitati submittere. Ab eadem expositione nihil discrepat ibidem Hieronymus.

11. Clariùs scholastico more D. Thomas 1. part. quæst. 83. art. 1. ad 4. Non est, inquit, in homine via eius quantum ad executiones electionum, in quibus homo impediri potest, velut, nolit. Electiones autem ipsæ sunt in nobis, supposito diuino auxilio. Idem respondet de veritate, quæst. 24. quæ est de libero arbitrio art. 1. ad 1. & dicit esse explicationem Gregorij Nysseni.

12. Hoc autem Nysseni nomine, ut solent antiquiores Scholastici, D. Thomas intellexit Nemesium; hic enim lib. de natura hominis cap. 40. in med. (aliàs de Philosophia lib. 7. cap. 2.) libertatis oppugnatores, refert, solitos obicere illud Scripturæ sanctæ: Non sunt in homine via eius. Quomodo, inquit viri boni, homo sui iuris est, cum in eius potestate via sua non sit, & inanes sint cogitationes hominum, ut ipse cum exequi non possimus, quæ cogitamus.

13. Et post pauca responderet: Non enim ut dices s-

mus, aut pauperes, aut perpetuò sani, aut natura robusti, aut in imperio, aut omnino bonis abundemus, quæ instrumenti locum obtinere, vel fortuna bona dicuntur, aut eorum, quorum exitus a prouidentia pendet, nostra potestas est; sed actionum ad virtutem, & vitium, & electionum, & motuum, & quorum æque etiam oppositæ agere possumus. Postremis in verbis considera, quantam, & quam æquabilem Nemesius retineat libertatis indifferentiam, non obstante testimonio Ieremiæ.

Prior distinctionem eandem obseruauerat Damascenus 2. fidei, cap. 26. sine, dicens: Est autem operapretium, agnoscere electionem agendorum semper in nostra potestate esse; actionem verò plerumque quadam prouidentia modo præparari. Vbi commentator Clichtroueus agnoscit, hanc esse mentem Ieremiæ, cum dicit: Non est hominis via eius.

Quinetiam inter liberam electionem, & illius euentum atque executionem adhuc prior distinguit Salomon Prouerb. 16. dicens: Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Quam directionem pertinere ad euentum, magis exprimitur Psalm. 36. Apud Dominum gressus hominis diriguntur, & viam eius volens, cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Hæc est causa euentus prosperi, etiam ubi actiones imprudentes sunt, & periculose.

Si verò Ieremiæ verba referantur ad electionem ipsam, ita ut electio sit via, quæ dicitur non esse hominis; intelligendum est, non esse solum hominis absque Dei auxilio præueniente, & cooperante: cæterum esse hominis per liberum arbitrium cooperantis cum diuino auxilio. Propterea namque dicitur non esse hominis via eius, ut simul intelligatur esse hominis, & non esse hominis, sub diuersa tamen ratione.

Idecirco Augustinus lib. 2. de peccat. meritis, & remiss. cap. 5. Nec ideo, inquit, de hac re salis votis agendum est, ut non subinferatur ad bene viuendum etiam nostre efficaciam voluntatis. Adiuutor enim noster Deus dicitur: nec adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte conatur. Et postquam in eo, & seq. cap. 6. probauit, utrumque necessarium esse, videlicet, Dei adiutorium, & conatum liberi arbitrij, confirmat verbis Ieremiæ 10. quæ tractamus.

Et in eodem lib. cap. 17. obseruat: Ut gratia non adiuuentur, in hominibus causam esse, non in Deo. Et confirmat, quoniam Ieremias cum dixisset: Scio Domine, quia non est in homine via eius, nec viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos, continuo subiunxit: Corrripe me Domine, verum amen in iudicio, & non in furore tuo. Tanquam diceret: Scio ad correptionem meam pertinere, quod minus abs te adiuuor, ut perfectè dirigantur gressus mei: verum amen hoc ipsum noli mecum sic agere, tanquam in furore, quo iniquos damnare statuisti; sed tanquam in iudicio, quo doctes, tuos non superbire. Et tam ibi, quàm in cap. 19. eiusdem libri docet: Extolli in superbiam proprie voluntatis est hominum, non operis Dei: neque enim ad hoc compellit, aut adiuuat Deus.

Hæc omnia ex Augustino recipit, ac defendit Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 28. & de Incarnat. & grat. cap. 20. post medium, prædictis Ieremiæ verbis vitur ad probandam præuenientis & cooperantis gratiæ necessitatem, ratione cuius viam bonam habemus ex Deo, licet viam malam habeat homo ex se ipso, ac subinde non ex Deo præoperante, ac prædeterminante talem operationem. Non est, inquit, in homine via eius, quam

quam habet ex Deo, neque viri est, ut corrigat viam suam, quam habet ex se ipso. Viam ergo suam non habet in se, nec viam suam corrigit, nisi cum rectitudine cordis donum gratiæ spiritualis acceperit. Ideo Salomon dicit: Dirigit autem corda Dominus. Consonat Prosper contra Collatore cap. 16.

20. Notandum tamen est, quòd in hoc alisque plurimis locis Scripturæ dicitur, Deum esse, qui nostros gressus, & corda dirigit; temperari & explicari Prouerb. 15. Vir prudens dirigit gressus suos. Hebr. 12. Gressus rectos facite semitis vestris, ut non claudicans quis erret. Isaiæ 40. Rectas facite in solitudine semitas Dei vestri. Quod inde repetitum à Ioanne Baptista significat, esse in hominis potestate faciem, & expeditam viam Deo, ut per gratiam ad nos veniat, præbere, aut non præbere. Eccles. cap. vlt. Animam meam direxi ad illam, videlicet, sapientiam. Quapropter Deo primario dirigente liberum arbitrium cooperatur, etiam dirigendo gressus, & cor, cum posset in obliquum detorquere, siue claudicare, si vellet. Denique 3. Reg. 19. sub initium Elias surgens abiit quocumque cum ferebat voluntas, cum tamen dubium non sit, quinetiam tunc ad fugiendum Dei spiritu ageretur, ac dirigeretur, iuxta præceptum Christi Domini declaratum postea Matth. 10. Eundem itaque Prophetam ferebat non solum Dei, sed etiam sua voluntas liberam.

21. Quod hæcenus de rerum euentibus, & aliarum actionum executione, idem intelligendum est de sermonibus, secundum illud: Hominis est animam preparare, & Domini gubernare linguam, Prouerb. 16. Vnde Augustinus contra duas epist. Pelagian. lib. 2. cap. 8. ita ratiocinatur: Ecce Dominus admonet ut preparemus voluntatem in eo, quod legitur: Hominis est preparare cor; & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat Deus, quia preparatur voluntas à Domino: & aperit os, ita iubendo, ut nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur: Labia mea aperies. Hoc, aliique testimonij inter se collatis Augustinus probat, eam cordis preparationem, quæ dicitur esse hominis, primariò, & principaliter ad Deum pertinere.

22. Quod autem addidit Salomon: Domini gubernare linguam, significat, solum Dei hoc esse munus prorsus independentem à cooperatione liberi arbitrij. Alioqui nulla foret ratio discriminis, ob quam gubernare linguam esset opus Domini potius, quam preparare animam, quod dicitur esse hominis: sed utrumque pari rationetribuendum foret Domino, & homini. Propterea igitur gubernare linguam solius Dei munus est, quoniam pertinet ad executionem, & euentum concepti sermonis: hæc autem non sunt in hominis potestate. Nam sæpe meditatur verba diligenter: statimque animo ita loqui, ut nihil in oratione superfluat, nec deficiat, nihil aures offendat; sed omnia benevolentiam concilient: & tamen nisi Deus speciali gratia linguam gubernet, oppositum opere præstamus: dumque quomodo loquendi modum augendo mutantur incongrua, & in considerata dilabuntur; dumque animus, affectuum procella turbatus, præceps quandoque rapitur, quòd nolebat. Maximè verò quoniam prorsus ignota nobis est præsens & futura dispositio animorum, in quos sermo noster debet influere. Præterea Esther 14. orabat: Tribue sermonem compositum in ore meo, in conspectu leonis, & transfer cor illius, &c.

23. Nec aliam existimo fuisse mentem Augustini

in prædicto lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 8. ubi pro Domini gubernare linguam; legit: A Domino responso lingua. Cuius dicti rationem reddit, quoniam in responso lingue, id est, in eo, quod preparato cordi lingua diuina respondet, nihil operis habet homo, sed tantum est à Domino Deo.

Quod postea confirmat Exodi 4. Ego aperiam os tuum, & instruam te, quæ debeas loqui. Consonat per omnia Hieronymus Prouerb. 16. in eius loci commentario, licet propter breuitatem sit obscurior. In eo solum discrepat, quòd gubernare linguam, quod solius Dei esse dicitur, limitat ad tempus persecutionis, secundum verba Domini, Matth. 10. Non enim vos estis, qui loquimini, &c. de quibus disp. 30. sect. 4. Cæterum non excludit cæteras occasiones loquendi.

Est autem ad præsens institutum valde notandum, quod in eodem Prouerb. cap. 16. post medium, subiicitur: Cor sapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam. Vnde constat, illud ipsum bonum, quod in sermone solus Deus præstare potest tanquam efficiens causa, etiam à corde sapientis, hoc est, à libero arbitrio, per gratiam edocto, procedere, tanquam à disponente, & impetrante, cum posset impedire, si vellet.

24. Notandum valde.

SECTIO VII.

Aliquid ex se ipsis agunt, qui spiritu Dei aguntur.

EX verbis Apostoli Roman. 9. Quicumque spiritu Dei aguntur, & sunt filij Dei, Caluinus in dubiam salutis fiduciam collegit, ut refert Stapletonus in antidoto ad eum locum; supponebat, nimirum, hæreticus, quod ipse aliàs sæpe tradiderat, hominis arbitrium ita diuina prædestinatione regi, ut quamuis operetur spontaneè, nihil tamen agat cum potestate non agendi; sed agatur Dei operatione. Propterea præsentis instituti proprium erit ostendere, quòd Dei filij non aliter per diuinam prædestinationem aguntur, nisi ut ipsi aliquid agant cum dominio, & libera potestate non agendi, propterea quæ non sit totalis causa. Dei spiritus suos filios agens, licet sit causa principalis, & certò prædestinans, ut sui filij aliquid agant.

Hæc collectio probatur primò ex cohærentia huius sententiæ cum præcedenti; ait enim Paulus: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Apposita conditio denotat libertatis indifferentiam, ut probatum est tomo de Scientia Dei, disp. 39. sect. 5.

Confirmatur primò: nam ut secundum carnem viuatis, opus non esse, Dei spiritu agi, ac proinde non esse opus Dei prædestinatione impellente ad morales actiones, quibus satisfactis concupiscentiæ carnis, Apostolus aperte significat, quando loquendi modum augendo mutat in membro sequenti, dicens: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis; ut denotetur hoc fieri non posse sine Dei spiritu ductore, & impulsore, quamuis sine illo fiat oppositum. Inde constat euidentius quàm sit contrarium verbis Apostoli, quod prædicti hæretici putant, Dei spiritu, & prædestinatione non minori necessitate reprobos adigi ad opera carnis, quàm prædestinatos ad opera spiritus.

1. Caluini error.

2.

3.

Confir



4. Confirmatur secundò, nam propriæ voluntatis viribus, & non Dei spiritu reguntur, & aguntur homines ad opera carnis. Vnde Augustinus lib. de gestis Pelag. cap. 3. inter princip. & med. Hoc, inquit, spiritum, non viribus propria voluntatis reguntur, & aguntur, qui sunt filij Dei. Et prope med. eiusdem cap. proposita Salomonis oratione: *Desiderium concubitus ne apprehendat me; subiungit: Præstat hoc Deus illis, quos subditos regit.* Et toto superiori, & inferiori contextu eiusdem capituli docet peccatores non regi, nec agi spiritu Dei, sed proprio arbitrio.

5. Sic etiam Gregorius in 7. Psalm. Pœnitentialem illum, *Spiritus tuus bonus deducet*, &c. intelligit idem esse, quod Roman. 8. *Quicumque spiritu Dei aguntur*; & inde colligit, non Dei, sed nostrum spiritum esse, qui nos deducit, & agit ad opera mala. Quin etiam Satanas ad hoc impellit, & agit, vt Marcus Eremita notauit in lib. de Paradiso, in procemio.

6. Confirmatur tertio. In vtroque membro prædictæ sententiæ Apostolicæ manifestum est, hominem ex se ipso aliquid agere per liberum arbitrium, videlicet, aut sine spiritu Dei viuere secundum carnem, aut per Dei spiritum facta carnis mortificare. Vnde Augustinus serm. 13. de verbis Apostoli post medium: *Hoc est*, inquit, *opus vestrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere*, &c. & paulo inferius: *Hæc est actio nostra, hæc est militia nostra. In hoc agone cum laboramus, Deum poscimus adiutorem.* Vide quantum distet Augustinus à neganda operatione, quæ propria sit liberi arbitrij, supposito Dei adiutorio.

7. Secunda probatio principalis est, quoniam quod subiungit Apostolus: *Quicumque spiritu Dei aguntur*; probatio est sententiæ proximè præcedentis. Etenim ne quis audito quòd spiritu facta carnis mortificare debeat, vel id impossibile reputaret ex ignauiâ, vel id se suis viribus præstare posse putaret absque gratia: vtique malo occurrit Apostolus, dicens, nec humanis viribus id fieri posse, sed spiritu Dei, nec Dei spiritu carere posse quoscumque fideles, quibus Iesus Christus dedit potestatem filios Dei fieri; ac proinde potestatem dedit, vt sequantur ductum spiritus eos agentis, atque ducentis. Quapropter non colligitur, quòd spiritu Dei aguntur per absolutam, & antecedentem necessitatem, ita vt non possint non agere si velint.

8. Vnde Augustinus in prædicto sermone 13. de verbis Apostoli propius ad medium, quàm ad finem, ait: *Cum enim dixisset: Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis: ne hic se extolleret humanus spiritus, & ad hoc opus se idoneum, firmumque iactaret, subiicit, & ait: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Qui te ergo iam volebas extollere, ubi audistis: Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis? Dicitur enim eras, hoc potest voluntas mea, hoc potest liberum arbitrium meum. Que voluntas? Quod liberum arbitrium? Nisi ille regat, cadis, nisi regat, iaces. Quomodo ergo spiritu tuo, cum audias Apostolum dicentem: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei? Tu te vis agere, a te ipso vis agi ad actiones carnis mortificandas. Intelligit solummodo reprehendi quòd tu solus sine auxilio gratiæ te ipsum velis agere, non tamen quòd velis te ipsum agere per auxilium gratiæ, vt magis constabit inferius.*

Confirmatur, nam licet plerumque Augustinus ex præsentibus verbis colligat, non solum posse, sed etiam actualiter operari, quæ bona sunt, tribui per gratiam, & agi per spiritum Dei (vt præcedenti disp. 27. sect. 6. vidimus ex lib. de grat. Christi, cap. 25. & aliis ex locis constabit inferius). Nihilominus quandoque solum intelligit potentiam, & non actum, vt significet potentatis indifferentiam, quam relinquit spiritus Dei, quando nos agit, vt actualiter operemur. Quemadmodum lib. de grat. & libero arbitrio, cap. 11. sine, dicens: *Quando spiritu actiones carnis mortificatis, vt vinatis; illum glorificare, cuius spiritu agimini, vt ista valeatis, vt vos filios Dei esse monstratis. Quotquot enim spiritu Dei, &c. Maluit hoc loco Augustinus dicere valeatis, quàm dicere faciatis, vt aliquando moneret illam retineri potestatis indifferentiam, quando agimini, vt agatis. Consonant alij Patres, ex hoc loco deducentes necessitatem diuinæ gratiæ: quemadmodum Theodoretus ibi, & Irenæus lib. 5. cap. 10.*

Probatum tertio, quia Concilia, & Patres communiter ad nihil aliud referunt præsentia verba Pauli, nisi ad instinctum spiritus sancti, per quem preparatur voluntas à Domino, & adiuuatur, illæsa libertate. Sic enim Aphri Episcopi, rescribentes ad Zosimum Papam: *Quid, inquit, tam libero fecistis arbitrio, quàm quod vniuersa in nostra humilitatis conscientiam retulistis? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter, fidenterque dixistis. Ideo vti que, quia preparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humana singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.*

Hæc refert, & approbat Cælestinus I. epist. 1. ad Episcop. Galliæ cap. 8. Prosper contra Collator. cap. 10. versus finem. Petrus Diaconus lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi cap. 8. in medio præter extrema verba, quæ sic legit: *Magis illius præuenire non dubitemus gratiam.*

In his pondera primò, liberum arbitrium, seu voluntatem, à Deo preparatam, aliquid boni agere. Secundò considera, instinctum, & paternas inspirationes, quibus Deus tangit corda fidelium, esse medium, quo suos filios Deus agit. Tertio, hæc omnia pertinere ad gratiam præuenientem, & excitantem. Quod clariùs significauit lectiois varietas apud Petrum Diaconum loco nuper citato. Quarto prædicti Patres non dicunt, in bonis motibus auxilium valere totum, aut totaliter: sed dicunt, magis valere, vt retineatur, quod prædixerant, nostrum non deesse arbitrium.

Hinc probatur quartò, nam idem Augustinus de corrept. & grat. cap. 2. *Non se*, inquit, *fallant, qui dicunt: Vt quid nobis predicatur, atque præcipitur, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id velle, & operari Deus operatur in nobis, sed potius intelligant, si filij Dei sunt, spiritu Dei se agi, vt quod agendum est, agant: & cum egerint, illi, a quo aguntur, gratias agant; aguntur enim, vt agant, non vt ipsi nihil agant; & ad hoc eis ostenditur, quid agere debeant, vt quando id agant, sicut agendum est, id est, cum dilectione, & delectatione, iustitie suauitatem, quam dedit Dominus, vt terra eius daret fructum suum, accepisse se gaudeant.* Recole, delectationem hanc & iustitiam, quam dedit Dominus, vt terra

9.  
10.  
11.  
12.  
13.

terra daret fructum suum, esse præuenientem gratiam, vt probatum est præcedenti tomo de prouident. disp. 30. sect. 3. Deinde perpende, quòd homines aguntur à Spiritu, non vt ipsi nihil agant, sed potius vt aliquid agant.

14. Ex eodem capite sumitur probatio quinta, quoniam, vt Patres, Scholastici, & Philosophi omnes obseruant, libero arbitrio conuenit agere propriè & strictè sumptum. Hoc autem necessarium requirit, mouere se ipsum cum dominio sui actus, & se ipsum agere, & impellere ad agendum: quemadmodum testimoniis plurimis probatum est tomo præcedenti de prouidentia disp. 29. sect. 1. Sufficiat recedere illud D. Thomæ 1. 2. q. 1. art. 2. corp. *Proprium est nature rationalis, vt tendat in finem, quasi se agens, vel ducens in finem.* Cuius rationem à priori dixerat esse, *quia rationalia se ipsa mouent ad finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium*, &c.

15. Propter eandem rationem *creaturæ rationales se ipsas per se agere, & gubernare per intellectum, & voluntatem*, docet 1. p. q. 22. art. 2. ad 4. & q. 29. art. 1. corp. & q. 103. art. 1. ad 1. & art. 5. ad 2. & 3. & 3. contra gent. cap. 110. post med. & cap. 111. & de pot. q. 9. art. 1. ad 3. & de verit. q. 2. art. 1. corp. Ad prædicta autem capita ex 3. contra gent. lectionem remittit D. Thomas in eodem 3. contra gent. c. 148. in principio, quando ad explicandum quod sibi obiecerat ex Apostolo Roman. 8. ait: *Diuina prouidentia rebus omnibus prouidet secundum modum eorum. Est autem proprium homini, & omni rationali creature, quod voluntariè agat, & suis actibus dominetur, vt ex supradictis patet.*

16. Ex quibus omnibus locis inter se collatis, perspicuum sit, quòd apud D. Thomam (sicut & Augustinum, & ceteros Patres) filij Dei sic eius spiritu aguntur, vt tamen se ipsos etiam agant minus principaliter, ac proinde se ipsos moueant, atque determent; & hoc significant quicumque Patres, dicentes: *Aguntur, vt aliquid agant.*

17. Proinde conformis est Theologia, atque Philosophiæ doctrina Iustini q. 88. ad Orthodoxos, vbi explicans quænam creaturæ habeant à natura potestatem peccandi, ait: *Peccat autem natura, qui suo libero arbitrio agit seipsum ad faciendum, que vult, siue bona, siue mala.* & q. 9. ad Gentiles, ait: *Ad que propositum nostrum agit nos, propter ea aut coronamur, aut plethimur.* Perpende non solum ad mala, sed etiam ad bona faciendâ suo libero arbitrio quemlibet agi, sed minus principaliter ad bona: quoniam ad hæc Spiritus est, qui priùs, & principaliter nos agit.

18. Probatum sextò, nam Augustinus de verbis Apostoli serm. 13. longè post med. obiectionem ita proponit, & soluit: *Dicit mihi aliquis: Ergo agimus, non agimus. Respondet: Imò & agis, & ageris: & tunc bene agis, si à bono ageris. Spiritus enim Dei, qui te agit, agentibus adiutor est: ipsum nomen adiutoris prescribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis. Agnosce, quid possis; agnosce, quid conscieris, quando dicis: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Adiutorem vti que innocas Deum. Nemo adiuuatur, si ab illo nihil agatur. Quotquot enim, inquit, spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, non litera, sed spiritu, non lege præcipiente, minante, promittente; sed spiritu exhortante, illuminante, adiuuante. Scimus, inquit, idè Apostolus, quia diligenter Deum omnia cooperantur in bonum. Si non esses operator, ille non esset cooperator. Et paulo inferius: Propter hoc credite, sic vos agere bona voluntate, quia viuistis, vti que agitis: non enim adiutor est ille, si nihil*

agatis; non enim cooperator est ille, si nihil operamini. Perpende primò rationem, qua probat, hominè aliquid agere, quoniam ad agendum iuuatur à Deo. Quam rationem ponderauimus præced. disp. 27. sect. 4. Deinde virtus, qua Deus nos agit, vt agamus, est Spiritus exhortans, illuminans, adiuuans: quæ operationes pertinent ad præuenientè gratiam, vt saepe notauimus in hoc, & præcedenti tomo. Vnde in eodè sermone post pauca sic monet: *Iam cum audis: Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, nolite vos demittere. Neque enim templi sumi sic de vobis edificat Deus, quasi de lapidibus, qui non habent motum suum, leuantur, ab fructore ponuntur. Non sic sunt lapides viuus, & vos tanquam lapides viuus coadificamini in templum Dei. Ducimini, sed currite & vos; ducimini, sed sequimini, &c. Itaque lapides viuus motum habent, & quando Dei spiritu aguntur, ita ducuntur, vt currere possint, & sequi; vel non currere, nec sequi: alioqui suus non erit hic motus.*

19. Probatum septimò, nam & Augustinus superiori sententiam confirmat in eo ipso loco, qui videtur aliquibus esse contrarius, videlicet lib. de gestis Pelagij c. 3. prope initium, dicens: *Nam proculdubio plus est agi, quàm regi; qui enim regitur, aliquid agit, & à Deo regitur, vt rectè agat. Quis enim agitur, agere aliquid ipse vix intelligitur: & tamen tantum præstat voluntatibus nostris gratia Saluatoris, vt non dubitet Apostolus dicere: Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quàm vt illi se agenda commendat, qui male agere non potest: & hoc cum fecerit, ab illo se, vt faceret, adiutam non dubitet, cui dicitur in Psalmo: Deus meus, misericordia eius præueniet me. & post pauca explicans illud: Innocenti, & venit in me spiritus sapientie, ait: Hoc enim spiritu, non viribus propria voluntatis reguntur, & aguntur, qui filij Dei sunt.*

20. Fatetur itaque Augustinus, liberam voluntatem aliquid agere posse, videlicet, *illi se agenda commendare, qui male agere non potest*; hoc est, illi se regendam committere: licet posset proprio se ipsam arbitrio regere ad malum, vt aperte docet Augustinus ibidem. At regendam se committere, quamuis, secundum se consideratum, sit absolute aliquid agere: nihilominus comparatione illius virtutis, & actionis, quam Deus confert, vt agamus, rectè Augustinus ait, vix intelligi aliquid agere, sicut comparatione diuinæ bonitatis nemo bonus; & comparatione diuinæ entitatis omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputata sunt ei. Rursus ex eo, quòd res agantur, minus actionis propria relinquitur illis, quàm ex eo præcisè quòd regantur.

21. Eandem sententiâ, quam retulimus ex Augustino, inserta est in lib. sentent. Prosperi ex August. sentent. 310. licet pauca verba fuerint mutata citra sensus variationem. Vnde sine dubio desumptum est illud Glossæ ordinariæ ad Rom. 8. *Plus est agi, quasi vix aliquid agentem, quàm regi, quasi iam aliquid agentem; qui ideo regitur, vt rectè agat: sed aguntur, non quod nihil per se, sed quod vix vt aliquid agant, impetu gratiæ impelluntur.* Impetus, & impulsus est gratia præueniens, (vt infra videbimus) ideòque quòd filij Dei agantur, in eo formaliter consistit, quòd impetu gratiæ præuenientis impellantur. Vnde in hoc nihil interuenit absolute, & antecedentis necessitatis.

22. Quinctiam durius videbatur, quòd Chrysostomus Rom. 8. hom. 14. colum. 2. obseruat, Paulum neque simpliciter dicere: *Quicumque spiritu*

19.  
20.  
21.  
22.  
23.

Dei vivunt, sed quicumque Spiritus Dei ducuntur: ut ostendat, quod spiritus ipse ita vite nostra velit esse dominus, quemadmodum nauigij est nauculus, & ingatorum equorum auriga. Neque vero corpus tantummodo, sed & animam ipsam quoque eiusdem habentis subicit. Nec enim ipsam suo vult uti arbitrio, sed & ipsius potestatem potentia, domini quoque spiritus subdit. Ceterum non uti arbitrio, Chrysothomus intelligit, non uti facultate, quam habet indifferentem ad malum, sicut ad bonum; sed liberè se ipsam alligare ad vnam partem obedientiæ Dei. Verum hoc ipso Chrysothomus supponit, animam esse præditam vtriusque partis indifferentia, quam alibi frequenter & manifestè Chrysothomus testatur.

24. Insuper ex eiusdem verbis Chrysothomi sumi potest octava probatio. Nam filius Dei spiritu agi, est idem, quod duci: at verò quæ ducuntur, non per antecedentem, & absolutam necessitatem, sed relicta dissentendi, & non sequendi potestate ducuntur, quemadmodum milites à duce.

Confirmatur primò, nam Luca 4. initio: Iesus plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane. & agebatur à spiritu in desertum. Hoc autem ipsum apud Matth. c. 4. ita significatur: Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Et communiter ibi Patres exponunt vntes verbo ducendi; quemadmodum Chrysoth. Matth. 4. hom. 13. in princip. & author imperfecti homil. 5. Ambrosius Luca 4. initio, & plures alij. Sed clariùs in eo verbo libertatem ponderant Cyrillus Alexand. lib. 2. ad Reginas, colum. 12. sub titulo de sanctificat. & sacerdotio Christi, & Græcus author apud D. Th. in catena.

Confirmatur secundò. Ductum illum esse vehementiorem impulsu gratiæ præuenientis, significatur magis Marci 1. Expulit eum Spiritus. Vnde gratiam præuenientem humanitati Christi Domini fuisse necessariam, probatum est tomo præcedenti. Quapropter illa voces significant vires & actiuitatem gratiæ præuenientis.

25. Consonat author Imperfecti in Matth. homil. 5. colum. 3. dicens: Ergo non solum Christus ductus est in desertum à spiritu, sed & omnes filij Dei habentes Spiritum sanctum, ducuntur à spiritu in desertum, ut & ipsi tententur à diabolo. Qui enim habent Spiritum Dei, hi non sunt contenti sedere otiosi, sed ipse spiritus qui est in eis, urget eos ad aliquando opus apprehendendum magnum.

26. Postremam probationem præbeat autoritas S. Thomæ, prout ab antiquioribus discipulis intelligitur. Nam vltra plurima, quæ protulimus paulo superiùs, S. Thomas 4. contra gent. c. 22. in medio ait: Per Spiritum sanctum quodammodo agimur, ut præcepta Dei impleamus, secundum illud Apostoli: Qui Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Considerandum tamen est, quod à Spiritu sancto filij Dei aguntur, non sicut serui, sed sicut liberi. Cum enim liber sit, qui sui causa est: illud liberè agimus, quod ex nobis ipsis agimus; hoc vero est, quod ex voluntate agimus.

27. Vbi notanda sunt duo. Primum est, non simpliciter, sed quodammodo agimur per Spiritum sanctum. Quod Ferrariensis ibi §. Ad huius evidentiam, explicat his verbis: Dicitur aliquid agi ad aliquid, quando ad aliquid agendum ab altero mouetur. Et si quidem actio illi ab altero determinetur omnino, ita quod ipsum non sit indifferens ad agendum, sed agat præcisè secundum inclinationem, sibi altero ad vnum determinatam, sic dicitur simpliciter agi: sicut bruta dicuntur agi. Si autem actio non determinetur sibi ab al-

tero, sed sic quidem moueatur ab altero, siue inclinatur ad agendum, quod tamen in potestate sua sit agere, & non agere, siue agere hoc modo, aut illo: tale dicitur agi non simpliciter, sed secundum quid; quia non determinatur sibi actio ab extrinseco ad vnum, sed ipsum se determinat: sed tamen aliquantulum inclinatur ad agendum ab extrinseco. Quia ergo sic Spiritus sanctus nos ad agendum inclinat, quod liberè tamen operamur, & ex proprio arbitrio, tanquam habentes in nostra potestate sequi, aut non sequi Spiritus sancti inclinationem, & motionem, ideo dicimur ab ipso agi, non simpliciter, sed secundum quid.

Postremò notandum est, præsentia verba Pauli præcipuè de prædestinatis agere, qui soli sunt in æternum filij perfecta similitudine, quæ conferuntur in beatitudine. Nihilominus agunt etià quodammodo de quibuscumque, quos diuinus instinctus impellit ad opera supernaturalia. Qui omnes in eo conueniunt, quod aguntur, ut liberè agant: sed prædestinati aguntur per ea media, quibus, Deus certò præscit, fore, ut tales homines cooperentur; ceteri non sic aguntur.

SECTIO VIII.

Licet ad Filium venire nemo possit, nisi quem Pater traxerit: sua tamen libertatis est venire, vel non venire.

28. Exponendum in præsentia proponitur illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Quod heretici huius temporis, maximè verò Lutherani, & Calviniani, contra libertatis indifferentiam detorqueunt (vt Maldonatus refert in huius loci commentario,) præcipuè verò Caluinus: Imò, inquit, his duobus membris prorsus euincitur tota liberi arbitrij facultas, quam sibi somniant Papiſta. Falsumque, ac profanum est homines volentes trahi, Christus enim pronunciat, ita efficacem esse spiritus gratiam, qua trahuntur, ut necessario credant. Hæc apud Stapletonum antidoto in Ioan. c. 6. versu 37. Omne, quod dat mihi Pater, &c.

Pro cuius difficultatis explanatione suppono, trahendi actionem propriè atq; in rigore sumptâ, secundum primâ, atq; sensibilem itius verbi acceptionem, referri solummodo ad talè hominè, qui violenter loco mouetur, inuitus atq; reluctus, vel certè non volens, neque sponte mouetur, ac proinde ipse non est causa sui motus, sed eius motu causat motor, exterius trahens: vt Ioan. 21. Et non valebant illud trahere pro multitudine piscium. & rursus: Traxit rete in terram. Act. 21. Accipientes Paulum, trahabant eum extra templum. Hinc autem non solum à Christo Domino, sed etiam à profanis authoribus ampliatur verbum, ad significandam vehementiorem, fortiorièque virtutem, interius alliciendi animum: quemadmodum dixit Orator, trahi nos studio laudis.

Sit igitur prima conclusio. Trahendi verbu in prædicto testimonio rigorem & proprietatem actionis partim seruat integrum, partim verò remittit, ac temperat. Seruat enim proprietatè atq; rigorem trahendi quantum ad duo. Primò quantum ad violentiam, quam Deus infert concupiscentiis, atq; diabolo, à quo inuito & repugnante suos electos eripit: de quo dicemus sect. sequenti. Secundò, quantum ad præuenientem, & excitantem gratiâ infundendam. Sed eum rigorem mitigat, quantum ad cooperantem, siue adiunantem gratiam actualitèr communicandam, & exercendam.

28.

1.

2. Propria, & rigorosa verbi trahendi significatio.

Ampla eiusdem significatio.

3. In dicto testimonio rigore partim seruat, partim temperat.

4. Conclusio sic explicatur. Quantum ad producendas eas operationes, quæ fiunt in nobis sine nobis, videlicet quantum ad illustrationes intellectus, & suauitates, siue delectationes voluntatis, in rigore & proprietate sermonis affirmare possumus, hominem trahi. Liberum enim arbitrium non se ipsum mouet ad illas, sed mouetur tantum, & agitur à Deo independenter ab exercitio libertatis. Imò quandoque etiam libera voluntate renitente, contradicente, atque conante expellere à se illustrationes illas, & suauitates Dei, vt terrenis voluptatibus inhaereat, vt vidimus præcedenti tomo de prouident. disp. 2. sect. 2. & disp. 29. 30. & 31.

5. Ceterum in quantum Deus per illustrationes, & suauitates vehementer allicit voluntatem, vt liberè præstet assensum, & diuinæ gratiæ cooperans concipiat supernaturales operationes: vt sic trahendi temperat rigor, vt afferat solummodo fortissimam, atque vehementissimam virtutem impellendi, atque mouendi voluntates humanas, ita vt, quæ priùs auerſabantur, & respuebant, faciat appetere, & amplecti, quamuis nulla imposta necessitate, sed integra manente dissentendi, & resistendi potestate. Hæc itaque singularis virtus, & fortitudo diuinæ gratiæ significatur verbo trahendi, qua parte refertur ad liberum consensum voluntatis.

6. Conclusionis ita explicata membrum vtrumque probatur, primò ex Augustino lib. 1. contra duas epist. Pelagian. cap. 19. sine, sic ponderante prædicta verba Christi Domini: Non enim ait, duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus procedere voluntatem. Quis trahitur, si iam volebat? Itaque secundum Augustinum actio trahendi propriè, & in rigore sumpta, non potest subsequi, sed præcedere debet consensum eius, qui trahitur. Quapropter ex hoc capite actio pertinet ad gratiam præuenientem, quoniam hæc sola præcedit omnino libertatis exercitium.

7. Ceterum fortissimam & vehementissimam virtutem conuertenti voluntates, vt ex nolentibus liberè fiant volentes, significat, continud subiungens: Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo miris modis ab illo, qui nouit intrus in ipsis cordibus hominum operari, non vt homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Quod etiam pluribus testimonijs Scripturæ ostendit in sequenti cap. 20.

8. Vtrumque membrum conclusionis secundò probatur ex Prospero eodem ferè argumento, quod nuper ex Augustino deduximus. Ex eo quippe, quod nemo venire possit ad Christum, nisi trahatur à Patre, Prosper solummodo colligit necessitatem gratiæ præuenientis, & operantis, quæ per delectationem, suauitatem, lætitiâ, boni concupiscentiam, aliòque affectus desuper infusus, voluntatem inuitet, vt liberè cooperando velit, quæ antea nolebat. Sic contra Collator. cap. 6. Impium est, ait, sic velle meritis, ante gratiam existentibus, locum facere, vt non ex toto verum sit, quod ait Dominus: Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum; si cuiusquam hominis sine Dei illuminatione esset credenda conuersio: aut nullo modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere. Qui eum vocatum ad Filium trahit, non resistente, inuitumque compellit, sed ex inuito volentem facit, & quibuslibet modis infidelitatem resistenti inclinât: vt cor audientis, obediendi in se delectatione generata, ibi surgat, ubi premebatur: ibi discat, ubi

Ruiz de Prædestinatione.

ignorabat: inde fidat, unde diffidebat: inde velit, unde nolebat. Etenim Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

9. Non dissimile argumentu sumitur ex eodem lib. contra Collat. c. 13. fin. & c. 14. vbi ad eos refutandos, qui putabant, Deum illorum membris nihil suæ virtutis adiuuare, qui ad promissiones Redemptoris sui spe alacri, & avido desiderio cucurrerunt; ita differit: Sed veritas dicit: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum. Si ergo nemo venit, nisi attractus, omnes quocumque modo veniant, attrahuntur. Trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum, omniumque, quæ in eis sunt, ordinatissima pulchritudo. Et postquam eodem modo numeravit plura trahendi media, videlicet, rerum gestarum cognitionem, timorem, lætitiâ, desiderium, delectationem, concludit: Quis perspicere, aut enarrare possit, per quos affectus visitatio Dei animam ducat humanam, vt qua fugiebat, sequatur: que oderat, diligat: que fastidiebat, esuriat: ac subito commutatione mirabili, quæ clausa ei fuerant, sint aperta: quæ onerosa, sint leuia: quæ amara, sint dulcia; quæ obscura, sint lucida? Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult. Quod onerosa sunt leuia, quod amara sint dulcia, quod fastidium vertatur in auiditatem, ceteraq; media numerata trahens Pater immittit independenter ab exercitio libertatis. Sed quod per ea media voluntas veniat, pendet ab exercitio libertatis; hæc enim omnia media alliciunt, inuitant, & impellunt, sed non possunt afferre necessitatem absolutam, & antecedentem.

10. Hoc postremum clariùs est apud Prosperu lib. 1. de vocatione gent. c. 24. post med. & lib. 2. c. 27. à medio, vbi venire non posse, nisi trahatur, ideo dictum esse, notat, vt illam fidem, sine qua nemo ad Christum venit, ex Patris haberi munere nouerimus, & post pauca: Qui in cordibus trahendorum hoc egit, vt crederent; hoc effecit, vt vellent. Modum autem trahendi explicat, dicens: Qui ergo veniunt, amore ducuntur. Hoc autem ductu solutam relinquij libertatis indifferentiam, vt dissentire possit, notauit continud in principio capitis sequentis, dicens: Qui ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, vt etiam a perseveraturis illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat. Quibus omnibus consonant, quæ scribit epist. ad Ruffin. propius ad med. quàm ad principium.

11. Eandem trahendi suauitatè breuiùs explicuit Petr. Diacon. de Incarn. & grat. Iesu Christi, c. 6. prope fin. dicens: Pater celestis reuelat, cui voluerit, ad veram eum attrahens libertatè, non violenta necessitate, sed infundendo suauitatè per Spiritum sanctum.

12. Quinctiam Hieronym. dialogo aduersus Pelag. lib. 3. versus med. ait: Quando dicit: Nemo potest venire ad me; frangit superbientem arbitrij libertatem, quod etiam si velit ad Christum pergere, nisi fiat illud, quod sequitur: Nisi Pater meus celestis traxerit, ne quidquam cupiat, & frustra nitatur. Simul & hoc animaduertendum, quod qui trahitur, non sponte currit, sed vt retrechans, & tardus, aut inuitus adducitur. Vnde constat, solam gratiam præuenientem, quæ inuito, & reluctanti potest infundi, colligi ex verbo trahere. Alioqui præueniente gratia præsupposita, in eo esse liberum arbitrium, vt velimus, atque cupiamus, & placitis tribuamus assensum, docet paulo inferiùs. Et libr. 2. aduersus Iovinian. colum. 3. vel 4. ait: liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes; nec ad vitia necessitate trahimur.

13.

Patris tractio non imponit antecedentem necessitatem.

Ad corroborandum magis secundum membrum primæ assertionis, quod est principaliter intentum, in præsentī sectione, sit secunda conclusio. Patris tractio nullam antecedentem, & absolutam necessitatem imponit, sed tanta suauitate suos ad veniendum prædestinat, ut possint ad Filium venire, & non venire.

Probatum primò ex quidditate actionis veniendi. Est enim actio viuētis, habentis potestatem se ipsum mouendi, quò voluerit; quæ proinde non potest illi conuenire, qui solummodo mouetur ab exteriori agente. Propterea Chrysostrum homil. 45. in Ioan. prope initium: *Hinc, ait, insurgunt Manichei, nihil nos ex nobis ipsis posse, huius particula testimonio contendentes. Sed plane nos posse, quæ volumus, per hoc ostenditur; inquit enim: Si quis venit ad eum, quid opus est, ut trahatur? Verum hoc nostrum non tollit arbitrium; sed diuino egerit auxilio ostendit, & non inuitum, sed omni conatu contendente venire.* Itaque ex mente Chrysostrum sicut trahendi verbo significatur indigentia diuini auxilij: ita verbo venire significatur potestas libera mouendi se ipsum, si velit, supposito diuino auxilio.

14.

Confirmatur, quoniam trahendi medium apud Chrysostrum est doctrina, quantum ex se est, omnibus hominibus oblata, ut addiscant, qui voluerint. Intelligit autem non solum exteriorē, sed præcipuè interiorē doctrinam. Vnde paulo post verba citata subdit: *Quomodo trahatur, inquit, hoc Propheta prædixerat, quod erunt omnes docibiles Dei, & post pauca obiicit: Si erunt omnes docibiles Dei, quare aliqui non credunt? Quoniam hoc de pluribus dictum est. Et præterea illud Propheticum omnes volentes significat. Magister enim omnibus proponitur paratus ad docendum, & communicandum doctrinam suam.* Hoc autem ita Chrysostrum intelligit, ut Magister omnibus proponatur, non solum per Dei voluntatem antecedentem, quantum ex se est, volentis omnes docere; sed etiam per gratiam præuenientem, & excitantem, per quam inuitantur omnes, ut velint doceri. Cui præuenienti gratiæ qui liberè cooperantur, sunt volentes, atque docibiles: reliqui propria culpa non sunt docibiles.

15.

Quod magis explicauerat Chrysostrum in præcedenti homil. 44. post med. cum ait: *Sed dicit fortasse quispiam: Si omne, quod dat Pater, venit ad me, & quocumque traxerit; & nemo potest venire ad me, nisi datum sit ei de super: quibus Pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hoc inania, & friuola, opus est enim voluntate nostra. Doceri enim credere voluntatis est; hic autem nihil aliud ostendit his verbis: Quod dat mihi Pater, quam non paruum quiddam, esse credere, atque humanam cogitationem superna indigere reuelatione, & anima, qua eam fideliter accipiat.* Perpende, quid sit propriæ voluntatis, & animæ, videlicet, passiuè doceri, hoc est, accipere fideliter reuelationem Dei, liberum assensum præbendo.

16.

Probatum secundò ex Cyrillo Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 5. post med. dicente: *Gratia Dei cognitionem sui haberi ostendit, cum dicat, neminem ad se venire posse, qui Patris monitionibus non trahatur. Ita eis persuadet, penitentiam, & lachrymas veniam de ipsis, quæ fecerunt, & dixerunt, à Deo Patre postulare: ut per fidem in se ipsum, consilio Patris, atque auxilio, meliori itinere saluo, quod ipsi peccando exasperauerant, ad salutem reuocentur.* Monitiones igitur, & consilium, & auxilium Patris est medium, quo trahit ad Filium.

Quod ipsum Cyrillus colligit ex sequenti contextu Euangelij, videlicet: *Et erunt omnes docibiles Dei.* Vnde in eodem lib. 4. sequenti c. 6. sic ratiocinatur: *Non enim cum dicat, neminem posse ad se venire, nisi Pater traxerit eum, ut quadam cogit. trahique credentes, putandum est, sed monitione, doctrina, reuelatione, ineffabiliter facta. Quod in sequenti cap. 7. confirmat: Vbi enim auditus, disciplina, doctrinæque adeest, ibi fides non vi, sed per persuasionem oritur: paruo igitur Dei Patris, quod ex charitate dignis præstatur, non vi, Christum fideles agnoscunt. Non enim possumus, secundum Ecclesiæ veritatisque dogmata, liberam potestatem hominis (quod liberum arbitrium appellamus) villo modo negare.*

Quod autem Cyrillus in hoc, aliisque plurimis locis asserit, dignis hæc beneficia præstari, sic intelligit, ut eos Deus ex indignis faciat dignos, eorū arbitrio liberè cooperante cum diuina gratia præueniente, & adiutate. Ex quibus, & ex his, quæ nuper circa Chrysostrum sunt exposita, colligitur, quid sentiendum sit de censura quorundam nobilium expositorum, inter quos Stapletonus antidoto in Ioan. c. 6. versu 37. monet, Euthymij, Chrysostrum, & Cyrilli cauendam esse doctrinam, & repudiandam, qua parte dicunt, dignos trahi, alios verò non trahi, quia non sunt digni. Quod nimis affine Pelagianorū errori Maldonatus appellat, Ioan. 6. versu 44. *alia etiam.* Cæterum ab omni suspitione Pelagiani, aut Semi-pelagiani erroris liberos esse Chrysostrum, Cyrillum, Theophylactum, & Euthymium, ostendimus tomo præced. de proudent. Dei, disput. 27. & 28.

Probatum tertio ex Augustino contra literas Petilianus lib. 2. cap. 84. sub initium, ita cum illo disputante: *Si tibi proponam questionem, quomodo Deus Pater attrahat ad Filium homines, quos in libero dimisit arbitrio, forsassis eam difficilius soluturus es. Quomodo enim attrahat, si dimittit, ut quis quod voluerit, eligat? Et tamen verumque verum est, sed intellectu hoc penetrare pauci valent.* Obserua utrumque verum esse apud Augustinum, idcoque vnum non pugnare cum altero, videlicet Patrem trahere, & nihilominus dimittere, ut quisque quod voluerit, eligat, secundum illud Ecclesiasticus 15. *Posui ante te bonum, & malum, &c.* quod illi Petilianus obiicerat.

Explicat autem trahendi suauitatem exemplo, *Sicut fieri potest, ut quos in libero dimisit arbitrio, attrahat tamen ad Filium Pater: sic fieri potest, ut ea, quæ legum coercitionibus admoventur, non auferant liberum arbitrium.* Oportet autem valde alienum esse ab antecedenti necessitate modum trahendi, quem legum coercitionibus comparare potuit. Obserua præterea nullibi ab Augustino retractatam esse istius libri doctrinam, ut constat ex lib. 2. retractat. c. 25.

Confirmatur primò, supponendo venire ad Christum in hoc sermone Christi Domini non esse aliud, quàm in eum credere, ut constat ex sequenti contextu: *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Atque ita omnes Patres in capit. 6. Ioann. venire intelligunt, esse credere; præsertim verò Augustinus ibi tract. 26. & de prædestinat. Sancti. capit. 8. & sermon. 2. de verbis Apostoli, colum. 1.

Quo

17.

18.

A censura liberantur Chrysostr. & alij Patres.

19.

20.

21. Venire ad Christum, credere in eum est.

22.

Venire, vel non venire positum in arbitrio.

23.

Virgil. in 2. Eclog.

24. Reuelatio est tractio.

25.

26.

Quo supposito, si credere, vel non credere positum est in arbitrio voluntatis humanæ, etiam venire, vel non venire ad Christum, positum erit in arbitrio voluntatis humanæ. At verò credere, vel non credere, esse in arbitrio voluntatis humanæ, docuit Augustinus de prædestinat. Sancti. cap. 5. ad finem. *Sed preparatur, inquit, voluntas à Domino, videlicet, ut hoc ipsum sit in eius arbitrio per gratiam præuenientem, & adiuantem.* Sic etiam de prædestinat. Sancti. cap. 3. post med. ait, velle, & credere nostrum esse propter arbitrium voluntatis; sed Dei esse, quoniam præparatur voluntas à Domino.

Confirmatur secundò, nam idem Augustinus tract. 26. in Ioan. colum. 2. proposita dubitandi ratione: *Quomodo voluntate credo, si trahor? Respondet: Ego dico: Parum est voluntate, etiam voluptate traheris, & post pauca: Si Poeta dicere licuit:*

— Trahit sua quemque voluptas; non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? Illa verba, non necessitas, non obligatio, non excludunt præcepti obligationem, à qua nullus potest absolui. Omnes quippe tenemur ad Christum venire per fidem. Rursus non omnes, qui hac obligatione tenentur, veniunt ad Christum. Vnde consequens est, eam tantum obligationem excludi à tractione Patris, quæ ligat indifferentiam libertatis, ne possit non venire, si velit. Deinde medium trahendi satis indicat eandem indifferentiam; est enim voluptas, & delectatio, ut ponderauimus paulò superius.

Tertio confirmatur, nam reuelatio ipsa est tractio, ut August. ibidem obseruat. Reuelatio verò nullum affert vinculum, alligans indifferentiam, quam inferius explicat exemplo: *Ramum viridem ostendit omi, & trahit illum. Noces puero demonstrantur, & trahitur; & quod currit, trahitur, amando trahitur sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista, qua inter delicias, & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt, quoniam verum est:*

— Trahit sua quemque voluptas; non trahit reuelatus Filius à Patre? Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem.

Eandem sententiam repetit de verbis Apostoli. ser. 2. colum. 1. *Non dixi, duxerit, sed traxerit. Ista volenti a cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, & venis, ama, & traheris. Ne arbitreris istam asperam, molestamque violentiam. Dulcis est, suauis est, ipsa suauitas te trahit. Nonne ouis trahitur, cum esuriens herba monstratur? Et puto, quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur: sic & tu veni ad Christum.*

His omnibus testimoniis Patres minime negant realem, & physicam efficientiam, qua Deus sua prædestinatione trahat; sed explicant istius causalitatis esse tantam suauitatem, ut qui per illam trahitur, possit non venire, si velit; sicut potest non venire, qui vehementi delectatione allicitur.

Eadem omnia argumenta sumuntur ex commentario D. Thomæ Ioan. 6. lect. 5. versu. 3. in q. 1. dicentis: *Quod hic dicitur de tractione Patris, non importat coercionem, cum non omne trahens faciat violentiam. Sic ergo multipliciter Pater trahit ad Filium secundum multiplicem modum trahendi absque violentia in hominibus. Nam aliquis homo trahit aliquè persuadendo ratione: & hoc modo Pater trahit homines ad Ruiz de Prædestinatione.*

Filium, demonstrando, eum esse Filium suum; & hoc dupliciter: vel per internam reuelationem, Matth. 16. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, scilicet Christum esse Filium Dei viui, sed Pater meus: vel per miraculorum operationem, quam habet à Patre, supra scilicet, opera, quæ dedit mihi Pater, ipsa testimonium perhibent de me. Item aliquis trahit alium alliciendo, Proverb. 7. *Blandiis laborum suorum praxit eum, & hoc modo illi, qui attendunt ad Iesum propter auctoritatem paternæ maiestatis, trahuntur à Patre.**

Tertium trahendi modum post pauca subiungit: *Trahuntur etiam à Filio admirabili delectatione, & amore veritatis, quæ est ipse Filius Dei. Si enim (ut dicit Augustinus) trahit quemque sua voluptas, &c. Triplicem hunc trahendi modum, propterea S. Thomas præfatur, esse secundum multiplicem modum trahendi absque violentia in hominibus; ut inde colligas, non afferri absolutam, & antecedentem necessitatem, Deo per illos trahente: quem admodum homines trahuntur ab aliis hominibus, sine antecedenti necessitate.*

Sed pergit adhuc S. Thomas, & ait: *Quartus modus trahendi qui proprius est Dei, est interior instinctus, impellens, & mouens ad credendum: trahit ideo multos Pater ad Filium per instinctum diuine operationis, mouentis interius cor hominis ad credendum. Philip. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere.* Instinctum verò, impulsivum, & operationem Dei esse absque absoluta, & antecedenti necessitate, docuit D. Thom. Philip. 2. lect. 3. fin. tractans prædicta verba Apostoli, ut vidimus lect. 2.*

Sed præterea in potestate hominis esse resistere, ne trahatur, vel trahere volentis auxilium admittere, docet expressè D. Thom. in prædicta lect. 5. Ioan. 6. dum respondet ad questionem tertiam. Et 3. contra gent. c. 148. notat intelligendam esse tractionem, iuxta modum rationali naturæ consentaneum, nimirum saluo manente dominio, cuius vim & indifferentiam fusiùs explicauerat eodem lib. c. 10. & duobus sequentibus, & multis aliis in locis.

Eadem prorsus difficultatis solutio est apud D. Bonau. Ioan. 6. cuius præsertim notanda sunt verba, quæ sumit ex Augustino, & Chrysostrum supra citatis, à quorum sententia nullo modo recedit, ut cum ait: *Ista reuelatio est ista tractio: ista reuelatio non repugnat libertati arbitrij; sed inuolat eius infirmitatem.* & post pauca: *Sublimatio anima ad Deum dicitur tractio: non sicut in motu corporali, sed diuina reuelatione, vel doctrina sacre eruditione, vel dilectionis diuine infusione, vel calice consolatione, vel præmij promissione. De quibus Augustinus bene, dicens: Est quedam voluptas cordis, & cætera, quæ retulimus paulo superius ex Augustino.* Addit Bonauentura, Deum etiam trahere internis inspirationibus, blanditiis, & paternis admonitionibus, minis, stimulis, tribulationibus: quos omnes modos trahendi confirmat ex Scriptura, & nullus illorum inducit absolutam, & antecedentem veniendi necessitatem.

SECTIO IX.

Aliis Scripturæ testimoniis corroboratur trahentis motio, relinquens liberam potestatem non veniendi.

Primum sit quod Christus Dominus in eod. 6. c. Ioannis, prope finē repetit, & audientibus applicat,



applicat, dicens: Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datus à Patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò. Et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid et vos vultis abire? Cum verò nusquam antea Christus Dominus dixisset eisdem verbis: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datus à Patre meo; colligitur, eundem esse sensum illorum verborum; Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Alioquin non verificaretur, quod Christus Dominus ait: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire, &c. Ita omnes expositores supponunt, & clarius obseruat Augustinus de verbis Apostoli ferm. 2. colum. 1. quidquid aliqui recentiores dixerint, volentes dari à Patre plus esse, quam trahi.

2. Quo supposito, sic argumentor. Libera optio, & indifferens eligendi facultas duodecim discipulis conceditur, vt abire possint, aut manere; quamuis omnes illi (excepto Iuda) traherentur à Patre, vt ad Christum venirent, & cum Christo manerent; ergo Pater ita dat, & trahit ad Christum suos electos, vt eius motio non obstat, sed potius faciat liberam, & indifferentem potestatem eligendi, quæ maluerint. Deinde credere propterea datum esse à Patre, quoniam vt credant, ipsa voluntas, sicut Sauli, desuper excitatur; etiamsi tam sit auersus à fide, vt credentes etiam persequeatur, Augustinus notat lib. 1. cõtra duas epist. Pelag cap. 19. Clarius autem obseruat liberi arbitrij cooperationem de grat. & libero arbit. cap. 4. in medio, circa illud Matth. 19. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

3. Secundum testimonium est Ioan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Quod dictum est propter summam vim alliciendi, & prouocandi ad amorem, gratitudinem, & imitationem sui per supremum opus charitatis, adiunctis interioribus auxiliis, quæ obiecti excellentiæ pro dignitate respondeant. Per quæ media licet crucifixus Dominus, quantum ex se est, omnes, & omnia trahat, multi tamen venire recusant. Cui consonat illud Ioan. 8. Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.

4. Trahendi proprietat ad diabolum refertur.

Præterea trahendi proprietat, quæ violentiam, & coactionem significat, non refertur ad homines, sed ad diabolum, quo inuito & repugnante, per infinitam Iesu Christi virtutem homines rapiuntur ex eius manibus. Propterea præmittitur in contextu proximè superiori: Nunc iudicium est mundi. Nunc Princeps huius mundi eiicitur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Vnde Chrysofostomus homil. 66. in Ioan. prope finem: Traham, inquit, tanquam à tyranno detentis, & per se minime potentes eius manus effugere, vt opte repugnantis. Alio loco rapinam appellat: Nemo potest spolia fortis rapere, nisi prius alliger eum, & tunc rapiat. Hæc autem ad illius vim ostendendam dicit, vt illic rapinam, hic tractionem appellaret.

5. Eandem violentiam illatam diabolo notant hoc loco Theophylactus, Euthymius, & Theodor. Heracleotes. Cum autem omnes Patres ex his duobus locis colligant eandem esse tractionem Patris, Ioan. 6. & Filij, Ioan. 12. consequens est, eandem violentiam illatam diabolo intelligendam esse, quando Pater traxerit, Ioan. 6.

6. Comprehenditur etiam in his locis ea tra-

hendi violentia, quam Deus vitis, & concupiscentiis irrogat; homines incitando ad illas mortificandas. Nam ab exaltatione Christi Domini in Cruce multo magis, quam à diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur. Vbi mortificationis violentiam intelligit communior expositio Patrum.

7. Tertium testimonium est Cantic. 1. Trabe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Vbi tractio, quam sponsa postulat, eadem est, quam Pater, & Filius exercent, atque concedunt, Ioan. 6. & 12. in verbis nuper ac in præcedenti sect. declaratis. Ita obseruat Augustinus, S. Thomas, & S. Bonaventura Ioan. 6. & 12. locis supra citatis, & D. Bernardus infra citandus.

8. Vnde sumitur hoc argumentum. Tractio, quam sponsa postulat, non patitur antecedentem necessitatem; ergo neque tractio, qua Pater, & Filius exaltatus à terra trahunt. Antecedens probat fufius Bernardus ferm. 2. 1. in Cantica, in cuius initio: Non omnis, ait, qui trahitur, inuitus trahitur. Nec enim infirmum, aut debilem, cum vide licet, qui per se ire non valet, trahi ad balneum, seu ad prandium piget; etsi reum pigeat trahi ad iudicium, vel ad pœnam.

9. Secundò, liberè volentem trahi, continuò probat, quia trahi vult, qua & hoc rogat. Cui adde cursum, quem offert sponsa, non esse sine libera voluntate, nimiumque propensa.

Tertiò ex eadem petitione, diuini auxilij indigentiam colligit, quoniam non rogaret, si seque per se ipsam dilectum, prout veller, valeret. Quam sententiam toto ferè sermone confirmat.

10. Quartò trahendi modum assignat Bernardus prorsus alienum ab antecedenti necessitate, quando inter med. & fin. eiusdem sermonis ait: Trabe me post te, quia factus mihi est, vt me trahas, vt scilicet vim qualemcumque mihi, aut terrendo nimis, aut exercendo flagellis inferas, quam parens in meo me torpore male securam derelinquas. Trabe quodammodo inuitam, vt facias voluntariam. Trabe torpentem, vt reddas currentem. Agnosce in Bernardo media, virèlque trahendi eandem prorsus, quas sect. præcedenti legisti apud ceteros Patres, præsertim Augustinum, & Prosperum. His consequens est, quod subiungit: Trahimur cum tentationibus, & tribulationibus exercemur. Currimus, cum internis consolationibus, & inspirationibus uisitati, tanquam in suauolentibus unguentis respiramus.

11. Idem trahendi modus exponitur à Gregorio Magno Cantico. 1. dicente: Gratia diuina nos prauent, & interiorum dulcedinem nobis ostendens, de exterioribus nos compungit, mòxque in illa transiens animus pre eorum dilectione temporalia vilipendit. Iste ergo, qui trahitur, currit, quia vinculum amoris libenter sequens, gratia roboratus amore sine grauedine obstacula omnia transit. Plurima deinde subiungit de suauitate unguentorum, qua trahitur sponsa. Rursus lib. 33. moral. cap. 20. ex eo, quòd nemo venire possit, nisi quem Pater traxerit, probat, necessarium esse, vt gratia præueniat; sed arbitrium subsequi posse, si velit, ac posse, si velit, contemnere.

12. Sapienter igitur Sennonense Concilium, can. 15. adnotauit, nec tale esse huiusmodi trahentis Dei auxilium, cui resisti non possit. Trahit quidem Deus, sed in eius odorem currimus, non vi, non vincto rapimur. Obserua possibilitatem resistendi auxilio Dei trahentis. Si verò cum Gregorio Nysseno Cantic. 1. legeris, Adulescèntula traxerunt te; tractio illa

illa clarius aberit ab antecedente necessitate. Cuius recipiendæ constat neque sponsum esse capacem, nec illius causandæ potentes esse adolescentulas.

13. Quartum testimonium est Osee 11. Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & nescierunt, quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Hæc scilicet sunt vincula, quibus libertatis indifferentia se non vult expedire, cum possit; sed potius secundum Ecclesiastici consilium cap. 6. Inicit pedem suum in compedes illius, quoniam vincula illius alligatura salutaris. Quando igitur Deus exaltans iugum, suaue reddit, & onus leue, curandòque salutari alligatura, voluntatem præparat, & sanat, infunditque indeliberatum affectum charitatis, proposita eximia Christi dilectione: tunc in funiculis Adam trahit, in vinculis charitatis. Illis tamen posse resisti, colligitur ex eo, quod postea subdit Osee: Noluerunt conuerri. Quibus consonat expositio Hieronymi.

14. Quintò idem confirmatur ex alijs locis Scripturæ sacræ, in quibus dæmones, & prauis homines trahere dicuntur alios; cum tamen imponere nequeant vllam veniendi necessitatem: imò nihil possint inuadere in alienam voluntatem, aut intellectum influere. Inde quippe manifestè conuincitur, nihil esse, quod efficaciter prober, trahendi verbum in Euangelio necessitatem antecedentem asserre. Antecedens probatur Apocalyp. 12. Cauda eius (scilicet draconis) trahabat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. & Prouerb. 7. Mulier extranea, & aliena, que verba sua dulcia facit: irretiuit eum (scilicet adolescentem) multis sermonibus, & blanditijs laborum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad viliam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans, quòd ad vincula stultus trahatur. Quòd si creaturarum dulcedo, & suauitas tam potens est ad trahendum absque absoluta, & antecedente necessitate, potentior erit dulcedo, suauitasque diuina.

15. Dei trahentis actio quædam permissioem signifi- cat.

Postremò notandum est, Dei trahentis actionem aliquando in sacris literis meram permissionem intelligi. Quemadmodum Psalm. 27. Ne simul trahas me cum peccatoribus. Orat enim, ne permittatur cum insidiosis hominibus aliquid habere commune. Ita intelligit Theodoretus.

SECTIO X.

Etiam, qui non veniunt, aliquo modo trahuntur; & qui veniunt, aliquo modo Deum trahunt.

1. Difficultates circa motionem Dei trahentis.

2. DVæ difficultates circa motionem Dei trahentis. Prima, vtrum in superioribus verbis Ioan. 6. & 12. necnon sponsæ Cantic. 1. veniat intelligenda solum ea tractio, quam efficit prædestinatio in suos electos, qui de facto veniunt ad Filium; vel intelligenda sit generalis tractio procedens à voluntate antecedenti saluandis omnibus, quæ communis sit prædestinatis, & reprobis, qui de facto non veniunt: nam viroque modo exponitur à diuersis rectoribus.

Solum tractionem prædestinatorum intelligendam esse contendunt hæc argumenta.

Primum ex contextu; nam (vt vidimus sect. præcedenti sub initium) idem est datum esse à

Patre, vt veniat, atque trahi; sed omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, inquit Christus Dominus: ergo omne, quod trahit Pater, venit ad Christum; ac proinde tractio Patris semper affequitur effectum, nec potest illis hominibus conuenire, qui de facto non veniunt.

Confirmatur, quoniam alioqui non bene cohereret præcedens, subsequensque contextus, vbi reprehenduntur Iudæi murmurantes, quasi quia sua culpa non trahebantur à Patre, cum ait: Propterea dixi vobis: Nemo potest.

3. Secundum argumentum: nam tractio Patris idem est, quod reuelatio, & doctrina, vt ex Chrysofostomo, Augustino, & alijs adnotauimus sect. 8. Sed omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me, inquit Christus Dominus: ergo omnis, qui trahitur à Patre, venit ad Christum. Huius argumenti confirmationes tractabimus sect. sequenti.

4. Tertium argumentum: nam & Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 27. ad finem docet eos, qui non credunt, omnino nec trahi, nec venire, cum ait: Qui in cordibus trahendorum hoc egit, vt crederent, hoc efficit, vt vellent. Non enim esset, vnde traherentur, si sequaces fide & voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt; nec accedunt qui dissentiant, sed recedunt. Quemadmodum & in eodem libro de vocat. cap. 24. fine, illud: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet; refert ad solos prædestinatos.

5. Nihilominus dico primò, prædictis in verbi intelligendam esse tractionem vniuersaliter acceptam, prout communis est non modò prædestinatis, sed etiam reprobis, habentibus auxilium sufficiens.

5. Assertio prima. Trahi etiam reprobos.

6. Probatur primò, quia tractio Dei est aliquid simpliciter necessarium ad credendum, vt constat ex ipsis verbis Domini: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Ergo si nulli reprobo concederetur hæc tractio, nullus reprobis potuisset venire ad Christum. Consequens autem constat esse falsum.

7. Probatur secundò, nam, vt in sectione præcedenti testimonio 4. vidimus Osee cap. 11. in funiculis Adam & vinculis charitatis dicuntur esse trahendi etiam illi, qui noluerunt conuerri.

8. Probatur tertio, nam tractio Patris idem est, quod reuelatio, & doctrina, vt ex Chrysofostomo, Augustino, & alijs Patribus adnotauimus sect. 8. Hæc autem, quantum est ex parte Dei, omnibus offertur, si vulerint addiscere, vt ostendimus sect. sequenti.

9. Quartò probatur, nam id manifestius docuit D. Thomas in Ioan. cap. 6. lect. 5. dum tertiam ibi propositam quæstionem soluit: Deus, inquit, omnibus ad trahendum manum porrigit, quantum in se est; & quod plus est, non solum attrahit manum recipientis, sed etiam auersos ad se conuertit. Threnor. vlt. Conuerte nos Domine, & conuertemur. Ex quo ergo Deus paratus est dare omnibus gratiam, & ad se trahere: non imputatur ei, si aliquis non accipiat; sed ei, qui non accipit.

10. Probatur quintò ex Theophylacto Ioan. 6. tractionem Patris ita exponente: Hoc autem dicit, non vt tollat libertatem arbitrij, absit; sed vt ostendat, quòd multa opus habeat cooperatione à Deo. Vbi nomine cooperationis comprehendit etiam operantem, seu præuenientem gratiam, quoniam ea dirigitur ad eum finem, vt per illam Deus cum libero arbitrio producat liberos actus.



Aliam vero explanationem adiungit: *Illos trahit Pater, qui habent voluntatis aptitudinem. Eos autem, qui se ipsos non faciunt idoneos, non trahit ad fidem, &c.* Unde constat apud Theophylactum quod increduli non trahantur, per se ipsos tantum stare, non per Deum: quippe qui, quantum ex se est, vult, omnes ad agnitionem veritatis venire, & eo ipso vult omnes trahere. Sed propterea multos non trahit, quoniam supernaturali vocationi resistentes, se ipsos non faciunt idoneos, sed ineptos: cum tamen per Dei auxilia possent consentire, si vellent, & se ipsos reddere idoneos.

9. Quod clarius adnotavit ad eamdem sententiam repetitam à Christo Domino sub aliis verbis: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo; Sape diximus, inquit, quando audieritis, quod Pater dat fidem in Filium, ne existimes, quod alijs bene faciat Pater, quos segreget, alijs autem non: hoc enim iniuste agens esset.* Intellige, supposito Dei pacto, atque supernaturalibus præceptis, auxilia sufficientia quibusdam hominibus negare, foret iniustum. Pergit Theophylactus: *Sed illis bene facere, puta, Patrem, & illis dare donum fidei, quibus cooperatur electio, & voluntas. Nam qui à voluntate non adiunatur, etiam si à Deo assumitur, non percipit utilitatem; ut exempli gratia quid dicam: Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & utuntur eo, quod datur, & custodientes illud, ostendunt Dei donum. Quidam autem recipiunt; sed ea, que dantur, disperdunt.*

10. Quem imitatus etiam Euthymius Ioan. 6. ait: *Merito non creditis mihi, nec enim attracti estis à Patre, ut pote indigni. Hoc est, quia liberè vultis resistere Patri volenti trahere, quantum ex se est; ut clarius explicuit paulo superius ad illa verba: Omne, quod dat mihi Pater, ad me venit. Quem locum à suspitione Semipelagianismi purgavimus tomo præced. de provid. disp. 28. sect. 6.*

11. Sexto colligitur idem ex Philone in Câtica ad illa verba: *Terribilis ut castrorum acies ordinata, cum de bonis operibus ita scribit: Nihil ad id per se potest humana fragilitas, nisi divina gratia proveniat: nihil valet ad cœlestia consequenda, nisi trahatur à Patre gratiarum, sicut eadem Veritas ait: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Ergo non laborandum, si sola gratia salvandi sunt homines: quinimo laborandum omnino: nam ut non laborantibus ad salutem. Sed audi quomodo hunc nondum rectè solvat Apostolus: Gratia Dei sum id, quod sum; sed gratia eius in me vacua non fuit, collaboravit enim, & quidem plus, quam ceteri. Studeamus igitur, & nos hunc imitari post acceptam Spiritus sancti gratiam, ex libero voluntatis arbitrio; qua bona sunt age, cooperemur gratia. Necessitatem ergo prævenientis gratiæ Philo colligit extractione Patris. Et præterea supponit, per liberam eorum hominum negligentiam contingere, ut non veniant; de quibus dicit: *Vae non laborantibus ad salutem.* Pende etiam, ex libero voluntatis arbitrio adhibendum esse studium agendi, & cooperandi, post acceptam gratiam, videlicet prævenientem, de qua dixerat prius.*

12. Dico secundò. Tractio Dei prædictis in locis eminentissima fecunditate complectitur non id solum, quod est commune prædestinatis cum reprobis, sed etiam quod est prædestinatorum proprium, videlicet ut tractio sit consummata, & perfecta quantum ad obtinendum effectum, ut electi de facto veniant. Atque ita Patres ali-

quando peculiariter de prædestinatis intelligit. Quemadmodum Augustinus tract. 26. in Ioan. nem, colum. 1. quando prohibet iudicare, quare Deus hunc trahat, & illum non trahat. & Prosper citatus in argum. 3. Alia testimonia secundum hanc acceptionem vidimus disp. 8. sect. 7. sub initium.

13. Inde solvantur argumenta initio proposita. Ad primum responderetur. Etiam illud Ioan. 6. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me venit*, ad omnes homines etiam reprobos ampliari potest, intelligendo inchoatam dationem, & inchoatum illorum aduentum, quantum est ex parte Dei. Sic enim Christus Dominus Ioan. 17. Patrem alloquitur: *Quos dedisti mihi, ego custodiam; & nemo ex eis periet, nisi filius perditionis.* Quæ exceptio manifestè supponit, etiam filium perditionis fuisse comprehensum generalibus illis verbis, *Quos dedisti mihi.* Quem locum Chrysostomus homil. 80. in Ioan. post med. sic exponit: *Et alibi inquit: Omne, quod dedisti mihi, non perdam ex eo. Quatum in me est, non perdam. Quod & alibi aperius significavit: Non, eiciam eum foras. Nam mea causa non expellam, non relinquam: quod se sponte sua resiliunt, ut eos non traham.* Recipit hanc sententiam S. Thomas in Catena, & concordat in suis commentariis ad ea verba Ioan. 17. lect. 3. ad finem. Nihilominus illud: *Omne, quod dat mihi Pater, &c.* inclinatur ad significandos prædestinatos multo magis, quam illud: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.*

14. Ad confirmationem responderetur. Christus Dominus reprehendit eos, qui liberè recusabant accipere tractionem consummatam, & completam, cum illius accipienda potestas esset illis concessa per inchoatam Patris tractionem.

Ad secundum argumentum solutio constabit sectione sequenti.

Ad tertium responderetur. Prosper illis in locis intellexit, ut potuit, consummatum, & perfectum modum trahendi, & dandi; nihilominus dissentienti potestatem continuò subiecit, ut retulimus sect. 8.

15. Secunda difficultas obiicitur à quibusdam authoribus, quia si posset homo pro sua libertate venire, aut non venire ad Christum, sequeretur, hominem posse pro sua libertate trahere Deum ad se. Nam ad eum, inquit, veniemus, & mansorem apud eum faciemus.

16. Respondetur, absolute negandum esse illationem, quia Deus prius, & incomparabiliter fortius hominem trahit, & sua prædestinatione facit, ut infallibiliter veniat de facto.

Nihilominus consequens est aliquomodo verum, & rectè illatum ex antecedenti; quemadmodum Psalm. 118. *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Vbi Augustinus concione 27. in medio: *Non erat, inquit, unde faceret infirmus fortia, & parvulus magna. Aperuit os confitens, quod per se ipse non faceret; & attraxit, unde faceret.* Hilarius in eiusdem loci commentario: *Hoc, inquit, os suum (videlicet cordis) Propheta pandens, attraxit spiritum. Non enim ultrò ingruit, expectendus est, attrahendus est, & infantium modo tanquam lac innocens hauriendum.* Quibus similia notat Ambrosius in eundem locum.

17. Hieronymus eundem versum ita interpretatur: *Cor mundum referavi, & dignum me feci desiderio mandatorum tuorum, in quem Spiritus sanctus diffunderetur.* Gregorius Iob 28. lib. 18. moral. c. 27. propius

propius ad med. quam ad finem, ad illa verba: *Trahitur enim sapientia de occultis; ita notat: Rectè quoque trahi dicitur; quia sicut flatum trahimus, ut corpus vivat: sic ab intimis sapientia spiritus ducitur, ut ad vitam anima subsistat.* Unde Psalmista ait: *Os meum aperui, & attraxi spiritum.*

18. Theodoretus in Psalm. 118. *Os hoc in loco vocat mentis alacritatem, quandoquidem hac spiritus gratiam attrahit.* & post pauca: *Cum enim tuorum mandatorum me desiderantem conspicatus esses, tua gratia me dignatus es.* Ex quibus omnibus testimoniis obiectio non tantum soluitur, sed etiam ad nostræ sententiæ confirmationem convertitur; quia nisi per gratiam prævenientem positum sit in potestate liberi arbitrij, facere, ut trahatur à Dei Spiritu, nullo modo poterit Dei Spiritum & sapientiam de occultis trahere.

SECTIO XI.

Ex præcedentibus colligitur similis expositio ad illud: *Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Ioan. 6.

1. EX præsentibus verbis Domini necessitatem antecedentem, qua soli prædestinati dicant, & veniant ad Christum, aliqui deducere conantur.

Primum fundamentum desumunt ex variis locis D. Augustini, in quibus eadem est doctrina, quam tradit cap. 8. de prædestinat. Sanctior. dicens: *Quid est: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Nisi, nullus est, qui audiat, & discat à Patre, & non veniat ad me? si enim omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit, profectò omnis, qui non venit, non audiuit, nec didicit: nam si audisset, & didicisset, veniret.*

2. Et infra: *Idæ gratia, qua occultè humanis cordibus divina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuit. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater inus auditur, & docet, ut veniat ad Filium, auferit cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheta predicante promissit. Rursus de illis hominibus, qui de facto non veniunt ad Christum, ait: *Quamvis si ipsos docere voluisset, proculdubio venirent & ipsi; non enim fallit, aut fallitur, qui ait: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Absit autem, ut quisquam non veniat, qui à Patre audiuit, & didicit.**

3. His similia scribit S. Augustinus in lib. de bono perseverant. cap. 14. & in lib. 1. de grat. Christi cap. 13. Unde cap. 14. initio concludit: *Si omnis, qui didicit, venit, profectò qui non venit, nec didicit hoc docendi modo, quo per Spiritus sancti gratiam ita docet Deus, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat, agendaque perficiat.* & ad finem eiusdem cap. 14. *Si enim solum posse nostrum hac gratia inuaretur, ita diceret Dominus: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, potest venire ad me. Non autem ita dixit; sed: Omnis, inquit, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.*

4. Consonat Prosper lib. 1. de vocatione gentium, cap. 24. post medium, eadem verba Christi Domini referens ad probandum, quod venturum Deus & intelligentem, & obedientem facit.

5. Secundum fundamentum, quoniam illi infal-

libiliter conuertuntur, & veniunt ad fidem Christi, qui Patrem cœlestem habent Doctorem, ita ut infallibilitas effectus non habeat pro causa industriam discipuli, sed excellentiam magistrif.

Tertium fundamentum, quoniam gratiam efficacem esse propriam prædestinatorum colligitur ex prædicto testimonio.

Quartum, quoniam de vocatione secundum propositum, qua homines eliguntur, ut credant, & non quia præuisi sunt credituri, est intelligendum prædictum testimonium: *Omnis, qui audiuit, &c.*

6. Nihilominus dico primò. Prædictis verbis Domini non modò necessitas antecedens, & absoluta refutatur, sed etiam probatur concursus liberi arbitrij, potentis discere, vel non discere; venire, vel non venire.

Probatur primò, quoniam discere est actio libera; est enim liberi arbitrij consensus amplectens doctrinam docentis. Quapropter perinde erit, ac si Christus Dominus dixisset: *Quicumque à Patre interius illustrante, inspirante, atque vocante didicit per liberum suæ voluntatis consensum, venit ad me credendo, sperando, & diligendo.*

7. Ita S. Thomas Ioan. 6. lect. 5. versus finem: *Duo, inquit, ponit, unum scilicet, quod pertinet ad donum Dei, cum dicit: Audiuit, scilicet Deo revelante. Aliud, quod pertinet ad liberum arbitrium, cum dicit: Et didicit, scilicet per assensum; & ista duo necessaria sunt in omni doctrina fidei: Omnis, qui audiuit à Patre docente, & manifestante; & didicit, præbendo assensum, venit ad me: venit, inquam, tripliciter, per cognitionem veritatis, per amoris affectum, & per operis imitationem.*

8. Eandem fuisse S. Bonaventuræ mentem ad huius loci expositionem, colligitur ex commentario præcedentium verborum: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Cuius summam retulimus sect. 8. fine. His consonat Augustinus lib. 2. de peccator. meritis, & remissione cap. 5. prope initium dicens: *Cum inbet, dicendo: Intelligite ergo; qui insipientes estis in populo; & nos illi dicimus: Da mihi intellectum, ut discam mandata tua; quid aliud dicimus, quam: Da, quod iubes. Obserua videlicet, cooperationem arbitrij à diuino auxilio principaliter, & efficaciter provenire.*

9. Probatur secundò, nam & Theophylactus Ioan. 6. idem significat, dicens: *Errant omnes docti à Deo: omnes autem, qui voluerint, videlicet. & post pauca subdit: Vide autem, quomodo cum diligentia loquitur omnia; non enim sufficit audire, sed oportet audisse, & discere.* Vbi discendi verbo includit consensum liberum; alioqui nec discere sufficeret, sicut non sufficit audire: præsertim cum paulo antè dixerit, non aliter omnes esse doctos, nisi qui voluerint.

10. Probatur tertio, nam quamvis actiue docere sit folius Dei per gratiam prævenientem; atque passiuè doceri credere propriè voluntatis est, ut voluntatis Christiostomus ait homil. 44. in Ioan. post med. postulans nihilominus auxilium gratiæ. Porro passiuè doceri est idem, quod discere. Propterea Paulus Ephes. 4. non de actiua Dei doctrina, sed de passiva receptione illius per liberum arbitrium dubitabat, dicens: *Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis.*

Confirmatur, nam & sequenti hom. 45. col. 2. præsentis

praesentis loci difficultatem expediens: Magister, inquit, omnibus proponitur ad docendum, & communicando doctrinam suam. Quapropter secundum Chrysostomum ex sola Dei praeparatione ad docendum propterea non potest colligi, omnes addiscere, & ad Christum venire, quoniam liberè nolunt docenti acquiescere, & assentiri.

11. Probatur quartò, nam quamvis Dei sit docere, nihilominus liberae voluntatis esse non contradicere docenti, sed accipere doctrinam, satis significatur Isaia 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico. Sic etiam Ioan. 17. Verba, qua dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè. Vbi non sine diuino consilio dare verba, seu doctrinam, refertur ad Patrem per Filium, sicut aperite aurem refertur ad Deum: ceterum non contradicere, sed accipere refertur ad ipsos. Hoc breuissimè attingit S. Thomas Ioan. 17. lect. 2.

Confirmatur oratione Salomonis 3. Reg. 3. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum, & malum. Vbi docile cor potestatem addiscendi significat; quia licet Salomon à Deo postularer etiam actum addiscendi: eum tamen ita postulat, ut in eius sit potestate.

12. Probatur quintò, nam licet verbum audiuit possit hoc loco significare illustrationes, & inspirationes, quas Magister operatur in nobis sine nobis, & ad persuadendum adhibet: nihilominus congruenter etiam accipitur, ut significet liberum consensum. Frequenter enim apud sacras literas, & antiquos Patres audire idem est, quod docenti, vel praecipienti obedire. Quemadmodum Psalm. 80. Israël si audieris me, non erit in te Deus recens. & iterum: Non audiuit populus meus vocem meam: & Israël non intendit mihi. Ad hanc significationem audiendi, atque discendi respexisse videtur Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 7. initio, cum ait: Vbi auditus, & disciplina, doctrinæque adest, ibi fides non vi, sed persuasione oritur; & cætera, quæ in fauorem indifferentiæ retulimus sect. 8.

Audire sepe obedire significat.

13. Venire liberam signifi- cat.

Probatur sextò, nam & verbum venire liberum consensum significat cum potestate non veniendi, ut ostendimus sect. 8. ex Chrysostomo, & Augustino. Et in verbis etiam, quæ nunc exponimus, idem colligitur ex Augustino lib. 1. de grat. Christi, cap. 14. cum ait: Quis autem non videat, & venire quemquam, & non venire arbitrio voluntatis? Sed hoc arbitrium potest esse solum, si non venit: non autem potest nisi adiutum esse, si venit. Et sic adiutum, ut non solum, quid faciendum sit, sciat, sed quod scierit, etiam faciat. Cum ait: Potest esse solum, si non venit, eo ipso supponit, quandoque licet non veniat, non esse solum arbitrium, sed adiutum gratia, cui protervè resistit: attamen tunc non est adiutum doctrina secundum propositum, quam Deus praesciuit esse audiendam, ut de facto veniat.

Confirmatur, nam tota ratiocinatio praedicti capituli 14. eò destinatur, ut ex praesentibus verbis Christi Domini contra Pelagium ostendat Augustinus non solum potentiam veniendi, sed etiam ipsum actum veniendi esse donum Dei, & indigere diuino auxilio, quamvis non sit consequens, ut qui potest venire, etiam veniat. Sic loquitur Augustinus.

14. Septimò ad hoc probandù instaurari possunt rationes ex suaquissimo medio trahendi, atque

docendi, quas ponderauimus sect. 8. pro concl. 2. Sufficiat illud Augustini lib. 1. de grat. Christi cap. 13. sine: Suavis es Domine, & in tua suavitate doce me iustitiam tuam: id est, ut non formidine poenae serviliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Praeceptum quippe liber facit, qui libens facit. Et hoc modo quisquis discit, agit omnino quiddam agendum didicerit. De isto docendi modo etiam Dominus ait: Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.

Dico secundò. Praedicto testimonio Christi Domini non solum traditur libertatis indifferentia, ut Patri docenti consentiat, & discat; vel dissentiat; & non discat (ut vidimus in assertione 1.) sed praeterea etiam traditur infallibilitas, sed necessitas consequens ex diuina praesentia, proposito, & praedestinatione. Nam quicumque secundum propositum vocatur, & docetur, discit, & venit ad Christum: & quicumque venit ad Christum, est secundum propositum vocatus, & doctus.

Probatur primò, quoniam ad huiusmodi vocationem secundum propositum, siue doctrinam congruam, & opportunam pertinet bona pars eorum verborum, quæ retulimus initio praesentis sect. ex lib. de praedest. Sanct. c. 8.

15. Probatur secundò ex lib. 1. de grat. Christi contra Pelagian. cap. 13. Sic enim docet Deus, inquit, eos, qui secundum propositum vocati sunt, simul donans, & quid agant, scire, & quod sciunt, agere. Vnde ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur: De charitate autem fraternitatis non opus habetis vobis scribi. Nam ipsi vos à Deo didicistis, ut diligatis invicem. Atque ut probaret, eos à Deo didicisse, subiunxit: Etenim facitis illud in omnes fratres, in universa Macedonia: tanquam hoc sit certissimum indicium, quod à Deo didiceritis, si id, quod didiceritis, feceritis. Isto modo sunt omnes secundum propositum vocati. Augustinus igitur infallibilitatem illam, qua venire coniungitur semper cum didicisse, totam refundit in propositum Dei, & in vocationem, quatenus est secundum propositum. Praesertim cum vocationem secundum propositum in eo sensu S. Augustinus accipiat multis in locis, quæ vidimus disp. 8. sect. 11.

15. Disto testimonio traditur necessitas consequens.

16. Thess. 4.

Ex his respondetur ad argumenta contrariae sententiae.

Ad primum ex testimonijs Augustini, & Prosperi respondemus solummodo probare secundam assertionem.

Ad secundum fundamentum respondetur. Non omnes, qui Patrem caelestem habent Doctorem, infallibiliter conuertuntur, & veniunt, sed illi tantum, quibus doctor pro sua misericordia, & beneplacito doctrinam tradit congruam, & opportunam, cui praescit assensum esse de facto praebendum. In his verò infallibilitas effectus habet pro causa secundaria, & minus principali industriam discipuli, sed pro causa primaria & principali excellentiam magistri, potentis talem doctrinam tradere, quando & vbi scit, fore per eius auxilium admittendam liberè.

Ad tertium respondetur. Quænam gratia sit propria praedestinatorum, iam explicuimus in praecedenti solutione.

Ad quartum respondetur. Praesens testimonium intelligitur de vocatione secundum propositum, qua homines eliguntur, ut credant: quos eligendi licet motiuum, & causa non sit, quia praevius sunt credituri; sed sola, & merè gratuita

17.

18.

gratuita Dei misericordia fuerit causa: nihilominus praesentia consensus, ut conditionaliter futuri, necessariò praesupponitur, tanquam cognitio certitudinis, & infallibilitatis, ne possit electio frustrari.

SECTIO XII.

Divinae voluntati posse, aut non posse resisti, quo sensu dicantur litterae sacrae.

1. Diuinae voluntati non posse resisti, multis in locis legimus, Genes. 50. Num Dei possumus resistere voluntati? Iudith 16. Tibi serviat omnis creatura tua; quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est, qui resistat voci tuae. Esther 13. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit tuae resistere voluntati. Isaia 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, vocans ab Oriente aem, & de terra longinqua virum voluntatis meae. Psalm. 113. & 134. Omnia quaecumque voluit, Dominus fecit. Sapient. 12. Subest enim tibi, cum volueris, posse. Vnde Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 12. sine ait: Ideo diximus, tantam ibi esse virtutem voluntatis, quantum est voluntas ipsa virtutis, quia cui semper subest, cum voluit, posse, non aliud est in illo velle, quam posse.

2. Haec & similia tractant indifferenter non solum de operibus Dei, quæ sunt per iustitiam punitivam, sed etiam de illis, quæ sunt in cordibus hominum per Dei misericordiam & gratiam. Et ad utrumque genus effectuum refertur illud, quod in omnium ore veratur ex Apostolo Rom. 9. Voluntati eius quis resistet?

3. Peculiariter tamen de iis operibus, quæ Deus decernit per iustitiam punitivam, quam exercet plerumque per liberas Angelorum, aut hominum voluntates, quandoque bonas, ut plurimum verò malas, sunt in sacris literis non pauca: quemadmodum Iob 9. Deus, cuius ira nemo resistere potest. Iob 41. Quis enim resistere potest vului meo? Psalm. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Isaia 14. Iuravit Dominus exercituum, dicens: Si non, ut putavi, ita erit; & quomodo mente tractavi, sic eveniet: ut conteram Assyrium, &c. & post pauca: Dominus exercituum decrevit: & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta: & quis auertet eam? Quod Hieronymus ita interpretatur: Non pro difficili debemus accipere, sicut illud legitur: Quis sapiens, & intelliget haec? Et cætera his similia; sed pro impossibili. Nullus enim poterit Domini infirmare consilium: & manum eius extentam siue sublimem, ne percutiat, auertere. Eadem sententia traditur Isaia cap. 47. ver. 3. Ieremiae 49. ver. 19. & cap. 50. ver. 44. Sapient. 11. ver. 22. Daniel. 4. ver. 32. Ecclesiastes c. 8. ver. 3. & 4.

4. Caluini falsa expositio.

5. Aliquorum sententia.

Præcipuum illud testimonium ad Rom. 9. Caluinus corrumpit in commentario, ex eo colligens, quod Deus pro suo nutu agat nos, quo liberet. Intelligit autem imponendo necessitatem, siue ad honestas actiones hominibus praedestinat, siue ad reprobis ad operationes turpes. Quem bene refutat Stapletonus Rom. 9. ver. 19. Ex eisdem Scripturæ testimonijs inferri, neque praedestinos posse resistere voluntati praedestinati, neque reprobos posse resistere voluntati reprobandi, existimant aliqui autores; quorum

Primum argumentum est, quoniam alioqui Deus non esset omnipotens, si aliqua voluit, & non fecit; ut inquit Augustinus in Enchiridio cap. 95. Et quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediret: atque ita periclitatur ipsum nostra confessionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur; ut Augustinus inquit in Enchiridio, cap. 96.

6. Secundum argumentum ponderat illud Augustini lib. de corrept. & grat. cap. 14. prope initium: Cui volenti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim velle, vel nolle in volentis, aut nolentis est potestate, ut diuinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem. De his enim, qui faciunt, qua non vult, facit ipse, que vult. & post pauca: Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui in caelo & in terra omnia, quaecumque voluit, fecit; & qui etiam illa, qua futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse, quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, faciat.

7. Tertium additur ex Prospero in epist. ad Rufinum de libero arbitrio propius ad finem, quam ad med. An dicendum est, inquit, voluntati Dei humanas obistere voluntates, & tam ferociter, tamque intratabiles horum hominum mores, ut Euangelium ideo non audiant, quia praedicationi impia corda non pateant? Et quis istis corda mutauit, nisi qui fixit singillatim corda eorum? Quis huius rigoris duritiem ad obediendi molliuit affectum, nisi qui potens est de lapidibus, Abrahæ filios excitare.

8. Quartum argumentum ex Hieronymo ad Ephes. 1. ad illa verba: Qui uniuersa operatur secundum consilium voluntatis suae, dicente: Nos homines plerumque volumus facere consilio; sed nequam voluntatem sequitur effectus. Illi autem nullus resistere potest, quin omnia, quæ voluerit, faciat.

9. Arguitur quintò ex Boetio lib. 3. de consolat. prosa 12. vbi, Non est, inquit, aliquid, quod summo huic bono vel velit, vel possit obistere. Alia multa testimonia Patrum possunt adduci ad idem probandum, quorum aliqua retulimus tomo praecedenti de prouid. Dei, disp. 10. sect. 1. & 2.

10. Sextum argumentum, quoniam D. Thomas 1. p. quaest. 103. art. 8. id ipsum docet expressè; & quaest. 19. art. 6. in corp. & ad 3. & 3. contra gentes cap. 94. vbi ait: Impossibile est, quod aliquod agens diuina prouidentia executionem impediatur sibi contrarium agendo. & post pauca subdit: quod diuina prouidendo omnino cassari non potest.

11. Septimò probatur ratione. Liberum arbitrium creatum se ipsum mouere non potest, aut aliquid efficere, nisi moueatur à Deo; sed Deus non potest mouere liberum arbitrium creatum, ut resistat voluntati eius efficaci: ergo impossibile est, quod arbitrium creatum Deo resistat, aut voluntati eius efficaci.

8. Octauò, nam, simpliciter loquendo, implicat, quod aliqua creatura moueatur immediatè à Deo, & talis motus sit ei simpliciter violentus; foret autem simpliciter violentus, si resisteret: ergo impossibile est, creatam voluntatem resistere motioni diuinæ.

Pro solutione notandum est, volitionem praedestinati Petrum, atque volitionem reprobandi Iudam, permittendique proditorem illius, ac desperationem; considerari posse dupliciter.

Primò secundum totalem, & adaequatam rationem

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

Duplex diuinae volitionis consideratio.





omittere actionem, quam Deus plena, & absoluta voluntate voluit prodire liberam, & eo ipso voluit fieri cum potestate omittendi. Quod sapienter adnotauit S. Thom. 1. 2. quæst. 10. artic. 4. ubi primum argumentum ita proponit: Omne agens, cui resisti non potest, ex necessitate mouet; sed Deus, cum sit infinita virtutis, resisti non potest. Unde dicitur Romanor. 9. Voluntati eius quis resistit? Ergo Deus ex necessitate mouet voluntatem. Cui argumentum sic respondet: Voluntas diuina non solum se extendit, ut aliquid fiat per rem, quam mouet; sed etiam ut eo modo fiat, quo congruit natura ipsius. Et ideo magis repugnaret diuinae motioni, si voluntas ex necessitate moueretur, quod sua natura non competit, quam si moueretur liberè, prout competit sua natura.

8. Modum verò mouendi relicta libertatis indifferentia explicauerat in fine corporis, dicens: Quia voluntas est actuum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad qua naturaliter mouetur.

Diuina voluntatis efficacitas resistit antecedentem necessitatem.

Confirmatur, quoniam diuinae voluntatis efficacitas non solum circa rem producendam, sed etiam circa modum producendi propterea refutat absolutam & antecedentem necessitatem, quoniam diuinae voluntatis efficacitas in eo consistit, quod adaptat causas contingentes, & defestibiles, ex quibus effectus non necessariò proueniant, sed possint non prouenire, ut multis testimoniis & rationibus probatum est tomo de scientia Dei disp. 51.

9. Duo operum genera.

Confirmatur, iuxta Damasceni doctrinam distinguendo duo genera operum. Alia namque sunt solius prouidentia, quibus liberum arbitrium nullo modo potest resistere, nec impedire, ne fiant. Alia verò sunt opera non solum prouidentia diuina, sed etiam liberi arbitrij; qua licet nequeant impediri sub ea ratione præcisè, qua procedunt à diuina prouidentia; posunt tamen impediri, qua ratione procedunt ab arbitrio creato. De quibus videti potest Damascenus lib. 2. fidei, c. 29. & lib. 4. c. 20.

10.

Idem autem in dialogo contra Manichæos propinquius ad finem, quam ad med. sic vititur. Apostoli verbis: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Voluntati enim eius quis resistit? Quod enim vult, hoc demum bonum est: ac potestatem habet figuris faciendi vas, aliud quidem in honorem, aliud in contumeliam. Sed protinus explicat, dicens: In nostra potestate situm est, ut vel nos fatidissimis quibusque virtus expurgemus, vel inquinemus. Et toto sequenti discursu vsque ad finem dialogi ostendit, Deum, quantum in se est, velle nostra bona, & illa nobis offerre, sed impios ea liberè respuere.

11.

Ab eadem ratione non tam re, quam loquendi modo differre videtur quarta ratio Anselmi in Marth. cap. 6. ad illa verba: Fiat voluntas tua; ubi distinguit duplicem voluntatem Dei: aliam, quæ est misericordia; aliam qua est de effectibus rerum, de qua dicitur: Omnia quacumque voluit, fecit. &: Voluntati eius quis resistit? Hæc prouidentia concordat semper; alia verò (scilicet voluntas misericordiam) non semper concordat prouidentia. Si enim velit per misericordiam de aliquo prauo, quod sit iustus, & conferat ei gratiam suam; & tamen ille per liberum arbitrium contradicat, nec gratia Dei consentiat: hæc voluntas Dei non concordat prouidentia; quia quamuis per dulcedinem gratiam conferat,

tamen scit non consenturum. Itaque de voluntate misericordiam, qua Deus nobis gratiam confert, vniuersaliter affirmat Anselmus, illi posse resisti; ait enim concludens: Itaque homines resistunt voluntati misericordiam; non autem resistunt voluntati iustitiam, vsque adeò, ut expresse dicat postea: Pauli voluntas erat libera, ut resisteret, si vellet. Quæ omnia intelligenda sunt prorsus abstrahendo à præscientia futurorum, & præcisè considerando causalitatem voluntatis misericordiam, & gratiam, prout explicatum est in sect. præcedenti.

12.

Quinta ratio, quoniam apud Paulum ad Rom. 9. ex illo antecedenti vero: Voluntati eius nemo potest resistere, colligebant impij falsum consequens, videlicet, impietatem ab illis non potuisse vitari, proptereaque Deum iniuste de illis conquiri, ut præter Hieronymum supra citatum, optime obseruat August. lib. 1. ad Simplician. q. 2. paulo post medium, præter alia dicens: Sic enim respondet Deo, cum ei hoc displicet, quod de peccatoribus conqueritur Deus: quasi quemquam Deus peccare cogat, si tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam iustificationis sue non largiatur: & ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdam, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent.

13.

Dei voluntas non cogit, nec imponit antecedentem necessitatem.

Ex quibus, aliisque præcedentibus, atque sequentibus verbis ita possumus ratiocinationem dirigere. Quamuis diuinae voluntati nemo possit resistere: nihilominus diuina voluntas non cogit, hoc est, non imponit antecedentem necessitatem, & (quod maius est) non impellit, ut peccent. Ergo ex impossibilitate resistendi non potest colligi per diuinam voluntatem physicè prædeterminari materiales actiones peccatorum; sed potius colligitur oppositum: quoniam si physicè prædeterminaret materiales peccatorum actiones, eo ipso impelleret ad malum, ut ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 36. sect. 5.

Confirmatur, quoniam, si supposita causalitate diuinae voluntatis, impius non potuit euitare materiale actionem, diuinæ legi quidditatiuè contrariam, rectè intulissent impij, dicentes: Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Iniuste namque Deus conquereretur de peccatoribus, si eos physicè prædeterminaret ad materiales actiones peccatorum, ut ostendimus prædicto tomo de voluntate Dei disp. 35. sect. 4. & 5.

Ex his facile colligitur solutio ad argumenta posita sect. præcedenti sub init. & ad Augustini testimonia generaliter respondemus illius mentem abundè constare non solum ex iis, quæ retulimus in hac, & præcedentibus sectionibus, sed etiam alibi tractantes de libertatis indifferentia.

14.

Ad Augustini testimonia solutio.

Peculiariter tamen ad primum testimonium, quod adducitur ex Enchiridio cap. 95. notandum est, in argumento fuisse prætermissa interiacentia verba, quæ nostram assertionem confirmant. Nam postquam Augustinus dixerat de efficacissima, & incommutabili Dei voluntate, cuius effectum impedire non possit humana voluntas, ita concludit: Non ergo fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo, ut fiat, vel ipse faciendo. In permissione autem, qua Deus sinit aliquid fieri, quidditatiuè, clauditur concedere libertatis indifferentiam expeditam in vtramque partem contradictionis, ut ex Augustino, & aliis Patribus probatum est tomo de voluntate Dei disp. 31. sect. 2. Quapropter non obstante impossibilitate resistendi voluntati diuinæ, manet expedita libertatis indifferentia.

Ad

15.

Ad secundum testimonium Augustini ex lib. de corrept. & grat. cap. 14. respondemus. Postrema illius verba, videlicet: De his, qui faciunt, quoniam vult, facit ipse (Deus) quæ vult; nostram assertionem probant, quia nimirum Augustinus insuperabilitatem diuinæ voluntatis non constituit in eo, quod ei nullo modo possit creatum arbitrium resistere, sed in eo, quod Deus semper assequatur, quod intendit absoluta voluntate, siue creatum arbitrium resistat, siue cooperetur. Quod exemplo heri atque seruorum illustrat Augustinus lib. de Spiritu, & litera c. 33. inter princip. & medium.

16.

Vnde oritur impossibilitas resistendi diuinae voluntati.

Ad tertium respondetur. Impossibilitatem resistendi voluntati diuinæ procedere à præscientia futurorum, satis expresse docuit Prosper in aliis locis, quæ retulimus tomo de scientia Dei, disp. 33. sect. 3. & disp. 43. sect. 4. Nam à præscientia præcendendo causalitatem, & actiuitatem, homines posse resistere voluntati diuinæ, docuit Prosper 2. de vocat. gentium cap. 28. sine, dicens: Sicut qui crediderunt, inuaniunt, ut in fide manent: sic & qui nondum crediderunt, inuaniunt ut credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate, ut exeat: ita & isti in sua habent potestate, ne veniant. Fisque manifestum, quod diuersis, atque innumeris modis omnes homines vult Deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur. Nunc vide, vtrum aliquid interfit inter resistere, & reluctari.

17.

Ad quartum testimonium ex Hieronymo respondetur, pro nobis esse, quæ præmisit Hieronymus in eodem loco, dicens: Non quo omnia, quæ in mundo fiunt, Dei voluntate & consilio peragantur: aliqui enim & mala Deo poterunt imputari, sed qua vniuersa, quæ faciunt, consilio faciat, & voluntate. Præterea infallibilitatem diuinæ prouidentia, quam nullus impedire possit, consequi à præscientia contingentium futurorum, idèoque non imponere necessitatem antecedentem, constat ex aliis locis Hieronymi, quæ retulimus tomo de scientia Dei dicta disp. 33. sect. 4.

Eadem est solutio quinti testimonij. Nam impossibilitas obstitendi apud Boëtium manifestè nititur præscientia, quæ contingentia cuncta, quasi præscientia intuetur, ut ostendimus eadem sect. nuper citata.

18.

Quæ sit 5. Thomæ mens.

Ad sextum. Quæ fuerit mens S. Thomæ constat ex dictis in ratione tertia, & ex multis aliis, quæ tractauimus tam in tomo de scientia circa libertatis indifferentiam, quam in tomis de voluntate, & prouidentia. Sed quoniam peculiariter obiectio nititur 1. p. quæst. 103. & 3. contra gent. cap. 94. addimus, inde probari nostram assertionem, quoniam dicta q. 103. art. 7. & 8. ex professo tractans, vtrum aliquid contingere possit præter ordinem diuinæ gubernationis, & vtrum aliquid reniti possit circa eundem ordinem, & afferens testimonium Esther, & quod sect. præcedenti ex Boëtio retulimus, docet duo.

Primum est. Nihil contranitur ordini diuinæ gubernationis in generali, secundum quod progreditur à causa gubernatiua totius vniuersi. Cuius ratio est, quia omnia agentia, etiam homines peccantes inrendunt aliquod bonum, & in quantum bonum appetunt, ut sic aguntur, & mouentur à Deo gubernante.

19.

Homines peccando possunt

Alterum est, libera agentia, quæ peccare possunt, posse peccando reniti contra ordinem diuinæ Ruz. de Prædestinatione.

sapientia, & gubernationis in speciali; cæterum ita reniti posse, ut quod recesserit ab vno ordine secundum vnam causam, relabatur in alium ordinem secundum aliam causam. Quapropter D. Thomas ibi non postulat, quod Deus per suam voluntatem omnes effectus ita decernat, ut fieri possit nihil, nisi statutum ab ipso. Sed potius plurima sic ordinar, ut nullum antecedenter iniiciat vinculum necessitatis. Hoc idem colligitur ex dicto lib. 3. contra gentes cap. 94. post medium, præsertim ubi docet, effectum contingentem stabiliri à Deo per causas contingentes, secundum ea, quæ diximus ratione tertia, & in eius confirmatione.

20.

Quæ motio Dei sit necessaria, ut liberum arbitrium se moueat.

Ad septimum respondetur, distinguendo maiorem, & minorem. Etenim liberum arbitrium creatum se ipsum mouere non potest, aut aliquid efficere, nisi moueatur à Deo, saltem generali motione ad bonum, & beatitudinem in communi per aliquem actum naturalem, & indeliberatum. Quæ generalis motio sufficit, ut liberum arbitrium se ipsum mouere possit, ac determinare, ut resistat diuinæ voluntati efficaci, secundum præcisam rationem causæ. Hic autem generalis modus mouendi, & eius sufficientia probata est præcedenti tomo de prouidentia disp. 42. Cæterum licet non moueatur à Deo per absolutam, & antecedentem necessitatem, liberum arbitrium creatum se ipsum mouere potest, & aliquid efficere, idèoque potest resistere.

21.

Quod in actiuo argumento tangitur de impossibilitate cogendi, aut inferendi violentiam voluntati, nihil attinet ad nostrum institutum. Eo igitur omisso respondetur. In ea resistentia, quam nos concedimus esse possibilem, propterea propriè, & in rigore non esset violentia, quoniam Deus per efficacem voluntatem etiam voluit, ut creata voluntas posset resistere, si vellet. Nihilominus esset violentia secundum quid ad eum sensum, quo quælibet inobedientia Dei, & vitium dicitur esse contra naturam ab Augustino lib. 3. de lib. arb. c. 3. prope fin. & D. Thoma 1. 2. q. 71. art. 2.

DISPUTATIO XXIX.

Vtrum Deus sit adæquata, totalis, & sola causa, faciens, ut velimus & faciamus.

SECTIO I.

Quæ circa partialitatem sunt extra controversiam.



PRIMUM certum est, & ab omnibus Theologis receptum, Deum sua prædestinatione, vel prouidentia non ita partialiter concurrere, ut aliquam partem effectus producat, aliam verò partem non producat. Id, quod Augustinus docuit his verbis lib. de prædestin. Sator. cap. 2. ad finem: Numquid mercedum est, ne Deus totum facere non possit; & ideo homo sub primis eius vendicat partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur. & post pauca: Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen volens à se ipso sibi esse quod credidit homo, quasi componat cum Deo, ut parte fidei sibi vendicat, atque illi parte relinquat, & quod est clariss.

1.

Totus effectus à Deo & totum à causa creat.



elatus, primam tollit ipse, sequentem dat illi: & in eo, quod dicit esse amorum, priorem se facit, posteriorem Deum. Obserua, quo sensu refutet Augustinus partialitatem diuinæ causalitatis, videlicet, vt aliqua pars boni causetur à libero arbitrio, quæ tamen non causetur à Deo.

2. Prosper epist. ad Demetriad. virginem, quæ apud Ambrosium est 84. colum. 3. sic loquitur: Gratia Dei tota repellitur, nisi tota suscipitur; sicut enim alienus est à numero fidelium, qui in aliquo à Catholica veritate dissentit: ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de eius plenitudine diffusetur, quasi homo auxilio Dei in quadam actionum suarum parte egeat, quadam autem parte non egeat. & post pauca: Si quis est, qui aliqua se habere bona existimat, quorum non Deus largitor sit, sed ipse sibi author existat, manifestum est hunc non spiritum Dei habere, sed mundi. Tota illa epistola comprobatur interioris gratiæ præuenientis, & adiuuantis necessitatem. Nec aliter intelligit totalitatem diuinæ causalitatis, & gratiæ.

3. Chrysostomus 2. Corinth. 3. homil. 6. colum. 3. ad illud: Non quod sufficientes simus cogitare, &c. Non ita dicebam, inquit, fiduciam habemus, vt partim sit nostrum, partim sit Dei; sed totum illi tribuo, acceptumque seruo. Nam sufficientia nostra ex Deo est. Quam rationem magis explicat, dicens: Fecit, vt hoc præstare possimus, eique muneri gerendo efficiemur accommodari. hæc scilicet est ratio, vt totum Deo tribuatur.

4. Bernardus tract. de grat. & libero arbitrio colum penultim. sic explicat præuenientis, & cooperantis gratiæ discrimen: Quod à sola gratia captum est, pariter ab utroque perficitur, vt mixtum, non singillatim, simul, non vicissim per singulos profectus operentur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere indiuiduo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: sed vt totum in illo, sic totum ex illa.

5. Anselmus ad Ephes. 2. in illa verba: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, &c. ait: Dei donum est ipsa fides, vel vocatio vestra. & non partim, sed pure donum Dei, quia non ex operibus vestris, id est, non est ibi admistio operum, vt ne quis gloriatur. Denique totum effectum à Deo fieri, & totum à causa creata notauit S. Thomas 3. contra gentes c. 70. & 1. p. quæst. 23. art. 5. corp. Bonauent. 1. dist. 45. art. 2. quæst. 2. ad arg. & alij Scholastici, quos retulimus tomo de voluntate disp. 45. sect. 7.

6. Ratione probatur, quia si per liberum arbitrium produceretur aliqua pars effectus, quæ non produceretur à Deo, sequeretur aliquod ens esse possibile, quod à creatore & prima causa non produceretur immediate virtutis: consequens autem est contra Philosophiam, & Theologiam. Rursus si quælibet pars effectus, producti per liberum arbitrium, produceretur à Deo, consequens est, vt quando talis effectus, & talis pars illius fuerit per se utilis ad vitam æternam, produceretur à Deo per gratiam Iesu Christi.

Probat per consequentiam, quoniam non est factis beneficium creationis, & Dei authoris naturalis, sed requiritur gratia supernaturalis ad omnes operationes, & singulas earum partes, quæ per se, & ratione sui conducunt ad iustificationem.

Cõfirmatur, quoniam aliàs liberum arbitrium per solas vires naturæ, præcisâ eleuatione per gratiam, possit aliquid præstare, quod foret ad

iustificationem vtile, vt probatum est tomo de prouidentia disp. 15. & multis sequentibus.

7. Probat per consequentiam, quoniam si quid assignari potuisset, quod à libero arbitrio produceretur, & non à Deo per gratiam; illud maxime foret actio liberi arbitrij, prout procedit à libero arbitrio: at hæc ipsa actio specificatiuè sumpta, & tota illius formalitas, produceretur à Deo per gratiam, vt probatum est disp. 27. sect. 6. & 8.

8. Secundò certum est apud omnes Catholicos, ad opera pietatis, quibus ad iustificationem disponimur, vel augemus merita, requiri non solum Dei per gratiam, sed etiam liberi arbitrij concursus & operationem, vt definitur in Tridentino sess. 6. cap. 5. & can. 4. & constat ex duabus disputationibus proximè præcedentibus.

9. Tertio inde consequens est, Deum & eius gratiam esse causam non ita totalem, hoc est, non ita totaliter causantem, vt non requiratur liberi arbitrij consortium in causando consensum liberum, quamuis illud requiratur in genere causæ secundæ sibi subordinatæ, vt dicemus sect. 2. 3. & 4.

10. Quarto certum est apud omnes Theologos, Deum sua prædestinatione, vel prouidentia causam totalem in suo genere, videlicet in genere causæ vniuersalissimæ, cui omnes creatæ causæ subordinantur, insuper in genere causæ supernaturalis, & authoris supernaturalis, mouentis, excitantis, eleuantis, & adiuuantis ad bonum supernaturali.

11. Quintò triplex igitur totalitas causarum conuenit Deo per gratiam in ordine ad supernaturales operationes. Prima est, totum effectum, & quamlibet illius partem, totamque formalitatem cuiuslibet partis producere, secundum ea, quæ diximus in fundamento primo. Secunda totalitas est in genere causæ vniuersalis, idque in duplici genere, prout nuper diximus in 4. fundamento. Vnde sequitur tertia totalitas, quantum ad præueniendum, excitandum, & mouendum liberum arbitrium, præbendo iustificationis initium illud, quod fit à Deo in nobis sine nobis.

12. Sextò, certum est in vtraque sententia, Deum, & liberum arbitrium non esse causas ita partiales, quod liberum arbitrium non subordinetur Deo, nec Deus faciat, vt liberum arbitrium concurrat: quin potius liberum arbitrium in suo influxu, & cooperatione subordinatur Deo, non solum tanquam causæ moraliter mouenti, & suadenti, sed etiam tanquam causæ, verè, & realiter per genus efficientiæ physicæ causanti, vt liberum arbitrium secum concurrat, & cooperetur; vt constat ex duabus præcedentibus disputationibus, & magis explicabitur sect. 4. & sequentibus. Quòd autem hoc efficientiæ genus non excludat partialem concursum arbitrij, quem possit præbere, vel subtrahere, hoc est probandum sectionibus sequentibus.

SECTIO II.

Contendebat enim Calvinus, Deum esse totalem, & adequatam causam, resutando partialem causalitatem arbitrij.

VT vtamur vocibus, quæ partialem concursum Deo, & libero arbitrio concedunt, illud inter

inter alia nos mouere debet, quòd eiusmodi voces, tanquam in Catholicorum ore versantes, acriter increpantur ab hæreticis huius temporis, quando negant liberam cooperationem arbitrij. Quemadmodum Calvinus lib. 2. Inst. c. 3. §. 7. apud Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 12. col. penult. & lib. 6. c. 9. fine, & Ruardum art. 7. pag. 381. Sed erunt (ait) qui concedent, voluntatem à bono suo proprio auersam, sola Domini virtute conuertitur: sic amen, vt præparata suas deinde partes habeat. Et quidẽ ita res se habent, vt multi Catholicorum, aduersus ætatis huius errores disputantes, dixerint, supposita gratia præueniente, & excitante, liberi arbitrij partes esse cooperari, & consentire.

Liberum arbitrium gratia cooperatur.

2. Idem Calvinus lib. contra Tridentinum sess. 6. cap. 6. apud Ruardum art. 7. pag. 393. Partes Tridentini reprehendit his verbis: In eo hallucinantur, quòd motum nobis offerri somniant, qui mediam electionem nobis relinquat. hoc est, relinquat arbitrio suas partes ad electionem faciendam. Hanc enim fuisse Caluini mentem, constat tum ex illo fragmento, tum etiam ex alio, quod sequenti pagina 395. subdit Ruardus, cuius fragmenti hæc sunt postrema verba: Hæc sit summa, peperam eos facere, qui sic inter Deum, & nos partiuertunt, vt obedientiam pie voluntatis, quæ Dei gratia assentitur, ad nos transcribant, cum proprium sit ipsius Dei opus. Et in alio fragmento eiusdem libri contra Tridentinum displicet illi, quòd Catholici gratia partes assignant, excitant, & adiuuant, vt ipsi liberè cooperentur. Item ait: Paulus totum Deo vendicat; isti (videlicet Tridentini Patres) nihil ei præter adminiculum acceptum ferunt. Sed in quo hominem Deo socium adiungunt? Quia gratiam Dei, quem repudiare possit, liberè recipit. Hæc scilicet societates Caluino displicet, tanquam detrahens totali causalitati diuinæ gratiæ. Hæc verba refert Ruardus art. 7. pag. 384. & 386.

3. Rursus Calvinus Institut. lib. 3. cap. 24. apud Stapletonum antidoto in epist. ad Roman. cap. 9. ad illa verba: Non volentis, neque currentis; Verè, inquit, hic locum habet illud Pauli: Non est volentis, neque currentis, &c. Non quomodo id vulgo accipiunt, qui inter Dei gratiam, hominisque voluntatem ac consensum partiuertunt. Exponunt enim, desiderium hominis, ac conatum nihil per se quidem habere momenti, nisi per Dei gratiam prosperentur, sed cum adiuuantur illius benedictione, habere suas quoque partes in comparanda salute contendunt. & reliqua, quæ retulimus disp. præcedenti, sect. 4. sub initium. Partes itaque diuisionem, seu partitionem, ac societatem Calvinus intelligit munus, & causalitatem liberè cooperandi. Hoc scilicet sensu illius verba accipiuntur, & resutantur non solum à Bellarmino, Ruardo, & Stapletono, nuper citatis; sed etiam à Francisco Horantio lib. 1. locorum Catholicorum, præsertim cap. 52. vbi refert illud Caluini lib. 2. cap. 2. sect. 6. Sed nondum istud liquet, sit ne in totum priuatus bene agendi facultate homo, an habeat adhuc nonnullam, sed pusillam, & infirmam, que per se quidem nihil possit; opitulante verò gratia, suas ipse quoque partes agat.

4. Apud eundem Horantium cap. 53. post med. Caluinus ait: Neque verò Augustini consilium fuit, dum pedissequam gratia vocat humanam voluntatem, secundas quasdam à gratia partes illi assignare in bono opere. Vbi Horantius etiam ex Augustini testimonio ita concludit: Tribuntur igitur ab Augustino voluntati nostræ in agendo cum gratia partes Ruiz de Prædestinatione.

sua, &c. Atque vt excluderet Caluinus, quas persequitur arbitrij partes in lib. 2. cap. 5. sect. 4. contendit, Dominum, qui incrementum dat, solum efficaciter agere. Obserua exclusiuam solum. Videndus est etiam Horantius dicto lib. 1. cap. 46. vbi rectè probat, Dei gratiæ primas esse dandas; nostram tamen operam, vel secundarias tenere partes, vt ipsæmet Scripturæ indicant. Denique Caluini obiectionem aduersus Tridentinum referemus sect. 7. fine.

SECTIO III.

In modo causandi prædestinationis, aut prouidentia, Deus est partialis causa bonorum actuum.

SEMPER supponimus, Deum esse primam & principalem causam. Nihilominus non ita esse totalem, & adequatam causam, vt totaliter faciat nostrum consensum, probatur primò, nam Luca 10. seminius relictus est homo, descendens à Ierusalem in Hiericho, licet à Iatronibus vulneratus, quoniam semiprincipium vitalis operationis retinebat adhuc, per quòd solum licet non posset assurgere, & Samaritanum quærere, sed iacere: ceterum à Samaritano subleuatus, & adiutus poterat partialiter ac minus principaliter ad salutem cooperari. Quòd idem intendunt Patres, communiter dicentes, liberum arbitrium per originale peccatum non fuisse extinctum, sed vulneratum, ac debilitatum. Hæc parabola ponderatio subindicatur Hypognosticon lib. 3. propius ad medium quàm ad principium, & recipitur à D. Thoma in Catena Luca 10. Quid est, inquit, relictus eo seminius abierunt? Rectè dicitur est seminius: habebat enim vitalem motum; id est, liberum arbitrium vulneratum, quòd ei solum ad æternam vitam, quam perdidit, redire non sufficiebat, ideo & seminius dicitur. Iacebat ergo humanum genus vulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicere, si per se surgere poterat, vel sanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat vulneratus, quia vires ei propria ad surgendum, quoad sanandum se, medicum, id est, Deum, requirere non sufficiebat.

I. Deus non facit solum consensum nostrum.

Confirmatur, nam partialis cooperatio arbitrij traditur 1. Corinth. 5. Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Accepit hoc Apostolus ex Sapientiæ 9. Mitte illam de vobis Sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret. Vtrobique liberi arbitrij cooperatio diuinæ gratiæ subiungitur, vt omnes Patres interpretantur, quos retulimus tomo de prouidentia, disp. 31. sect. 1.

Vnde nascitur probatio secunda, quoniam vltra gratiam operantem (per quam solus Deus sine nobis operatur in nobis) datur gratia cooperans, per quam Deus simul operatur nobiscum, hoc est, dependenter ab exercitio libertatis concurrat ad nostrum consensum: quemadmodum ex Scriptura, & Patribus probatum est tomo de prouidentia, disp. 29. sect. 1. & 2. & tota disp. 31. 36. & 37. Quòd si Deus eundem effectum operatur simul cum libero arbitrio, & dependenter ab exercitio libertatis; eo ipso partialiter operatur, & est partialis, & inadæquata causa. Consequenter probatur, quoniam causa totalis non operatur dependenter ab alia causa; continet enim ipsa totam

2. Vltra gratiam operantem datur gratia cooperans.

totam virtutem; à qua pender effectus, & actio; sed Deus operatur nostrum consensum dependenter ab alia causa: ergo non operatur vt causa totalis. Quapropter erit causa partialiter operans.

3. Confirmatur, quoniam, vt docet S. Thomas 1. p. quæst. 52. artic. 3. corp. & fñs Caietanus ibi, & Scotus in 3. sentent. dist. 1. q. 2. corp. saltem de potentia ordinaria plures causæ totales non concurrunt ad eundem effectum; imò neque superadditur partialis causa concurrens ad eundem effectum, quem totaliter producit aliqua totalis causa. Foret enim in vtroque casu superfluous quilibet concursus superadditus vnicae causæ totali. Et quamuis prædicti Doctores hanc doctrinam limitent ad idem genus immediatæ causæ, nihilominus à fortiori colligitur, data causa, quæ sit totalis in omni genere causæ efficientis, superfluere quamlibet aliam causam efficientem in vno genere: nam illa totalis in omni genere complectebatur etiam hoc genus.

4. Tertio probatur, quia licet Deus totum bonum operetur, supra disputat. 27. sect. 1. ceterum non operatur totaliter, siquidem nostram iustificationem non operatur, nisi concurrente nostro libero arbitrio, secundum sententiam celeberrimi Augustini scrm. 15. de verbis Apostoli, receptam ab omnibus Theologis: Qui fecit te sine te, non te iustificat sine te. Confirmatur, quia si Deus per gratiam non solum operatur totum, sed etiam totaliter; consequens est, nihil relinqui libero arbitrio, quod partialiter, aut totaliter, aut alio modo cooperetur Deo. Probarur consequentia, quoniam vltra totum totaliter factum, nihil restat totaliter, aut partialiter, aut alio modo faciendum. Consequens autem damnatur in Tridentino sess. 6. can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo, &c.

5. Probatum quartò, quoniam homo per liberum arbitrium operatur aliquod boni, quod est suum, & proprium illius; vt ostendimus disp. 27. sect. 1. & 2. Sed homo non potest esse totalis causa illius boni, quod operatur, tanquam suum, & sibi proprium: est ergo causa partialis. Vnde consequens est effectus Dei gratiam esse partialem causam; sicut enim inter partes physice componentes, aut integrantes vna pars necessariò inferre aliam esse compartem: ita etiam inter partes causæ totaliter efficientis vna partialis causa concludit aliam sibi coniungi partialem causam. Hæc autem ad supernaturalem consensum nequit esse alia, nisi gratia.

6. Quintò, quoniam causa efficiens, quæ adiunatur ab alia, non est causa totalis in toto genere efficientis, sed in aliquo tantum peculiari genere; at mutuo sibi adiutores sunt Deus per gratiam, & homo per liberum arbitrium, vt ostendimus disput. 27. sect. 4. sub initium; ergo sunt causæ non totaliter, sed partialiter concurrentes ad eundem effectum.

7. Confirmatur, nam ad effectum sustinendi pondus laborum in obseruantia diuinæ legis, & patienter, ac longanimitè expectandi promissa, debet homo se ipsum Deo coniungere in ratione vnus efficientis; ita vt ex vtroque fiat vnus efficiens ad sustinendum. Ecclesiastici 2. sub init. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine vt crescat in nouissimo vita tua.

8. Sextò probatur ex Patribus. Basilius in confi-

Causa que adiunatur ab alia non est totalis in toto genere efficientis.

tution. monasticis cap. 16. Nec enim, ait, in rebus bonis conatus humanus, sublata ope diuina, per vnquam, quod vult, poterit adipsi: nec item vicissim diuinum presidium ad nos nullo nostro studio venturum putandum est; sed ad perfectum virtutis cumulum coniuncta simul esse vtraque oportet, & humanum studium, & auxilium celeste, fidei opera asctum, & compararum. Obserua, coniuncta simul vtraque, nec alio conjunctionis genere, nisi in ratione causæ cooperantis ad eundem effectum.

8. Damascenus in lib. de duabus Christi voluntatibus paulo post medium ait: Vt non minus boni, quod datum est, quam Dei, qui dedit semina, sicut participes. Ipse enim & rectè agendi nobis potestatem Dei, & nostræ potestatis nos procreauit, vt tum ab ipso, tum à nobis præclara actiones oriantur. Perpende postrema verba, & confer cum prioribus, quibus supponitur iustificationis initium, à solo Deo collatum. Theodoretus Ezech. 36. ad illa verba: Dabo eis cor nouum, & spiritum nouum; His, inquit, non liberi arbitrii euerisionem declarauit, sed futurum ab ipso auxilium, societatemque ad efficienda bona opera. Nota societatem ad efficienda bona. Bernard. tract. de lib. arb. versus finem; non solum socios Dei, sed etiam commilitones appellat: at commilitones sunt ad victoriam partiales causæ. atq; in eodem sensu sodales appellat Hieronymus referendus infra sect. 8. n. 4. Prosper, seu quicumque alius author lib. de prouid. sine, sic cecinit:

Vincendi nobis vim de victore petamus,  
Qui dum nostra suis sociat, iunxit sua nostris:  
Vt non humanis fidens homo, totus in illum  
Se referat.

9. Septimò probatur communi Scholasticorum suffragio, qui agnoscunt, creatam voluntatem partialiter concausare consensum, applicatam, & motam à Deo, ad sic partialiter concausandum: quemadmodum cum Gregorio Ariminensi docet Capreolus in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. ad 12. contra 2. conclusionem. Maior in 4. dist. 4. q. 1. post conclusionem 4. dicens: Ad beatitudinem concurrunt anima partialiter actiue secundum communem viam. Quinetiam Soto lib. 3. de natura, & grat. c. 3. à col. 8. & c. 7. propius ad finem, quam ad med. ait: Illa tamen distinctio liberi arbitrii atque gratie nonnullis fallit. Quippe qui ex hinc colligunt, merita nostra non esse proprie nostra, sed solius Dei; cum res tamen aliter sit: virtus enim Spiritus sancti, & liberum arbitrium duo sunt cõiuncta in rationem vnus integri principij. Sed non cõiuncta in rationem vnus integri principij, nisi causæ partialiter concurrentes: ergo.

10. Vniuersaliter Deum non totaliter causare secundum causarum effectus, sed partialiter cum illis concurrere secundum alium, & alium modum, docent D. Thomas, D. Bonauentura, Agidius, Capreolus, Ferraricus, Caiet. Scotus, Ocham, Gabriel, Holcot, & alij (prout retulimus tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 7.) Molina in concord. circa q. 14. art. 13. disp. 37. initio, & disp. 38. §. illud deinde. & circa q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 9. sub medium, & 1. p. ad eisdem articulos 4. & 5. disp. 1. Stapletonus antidoto in Ioan. ad illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et adhibita distinctione totalitatis ex parte causæ Suar. in Metaph. disp. 22. sect. 1. n. 23. & sect. 4. num. 8. & 9. Conimbric. 2. Phys. c. 7. q. 12. art. 3. post med. Sic etiam Deum per gratiam, & liberum arbitrium esse partiales causas, scripsisse referuntur Raphaël Venustus lib. 2. de prædest. & lib. arb. & Thomas Elysius tract. de donis Spiritus sancti, pag. 478.

Probatum idè ex Scholasticis.

Ad

11. Ad maiorem explicationem, & confirmationem præcedentis conclusionis, necnon ad præoccupandas contrariæ sententiæ solutiones, est diligenter obseruandum, quòd præter illam partialitatis rationem, quæ primæ causæ conuenit in ordine ad quilibet operationes cuiusque causæ secundæ, specialis quædam partialitatis ratio Deo competit ad causandas supernaturales operationes.

8. Prior illa, & communissima ratio partialitatis probabitur sect. sequenti, conclus. 2. Nunc specialis hæc partialitas probatur  
Primò, quoniam complementum potentie volitiuæ coalescit in vnam integram potentiam cum libero arbitrio: ergo complementum illud habet se tanquam partialis causæ cum libero arbitrio. Consequentia probatur, quoniam vnus integrum & completum comparatur ad eas res, ex quibus coalescit, tanquam ad suas partes.

9. Quo supposito vterius sic arguitur. Supernaturalis habitus charitatis est complementum potentie volitiuæ in ordine ad diligendum Deum: ergo coalescit in vnam integram potentiam cum libero arbitrio, ac proinde habet se tanquam partialis causæ cum libero arbitrio. Vnde consequens est, Deum, etiam prout concurrat per habitum charitatis, vt per instrumentum sibi proprium, concurrere vt causam compartialem cum libero arbitrio.

12. Confirmatur primò, nam Deus, prout concurrat per habitum charitatis, exercet officium particularis causæ. Cuius euidentis ratio est, quoniam ad actum charitatis eliciendum non sufficiunt vires naturales liberi arbitrii, etiam si adiuuentur generali concursu primæ causæ. Quapropter necessarius est specialis concursus, ideòque in genere causæ particularis. Porro cum in genere causæ particularis liberum arbitrium cõcurrat etiam cum Deo; consequens est, vt in hoc genere concurrendi per habitum Deus, & liberum arbitrium partialiter concurrant in genere causæ particularis.

13. Confirmatur secundò, quoniam vbi causa particularis non habet integram & completam potentiam, necessarium est, Deum in genere causæ particularis supplere virtutem, quæ deficit illi potentie.

14. Confirmatur tertio; quoniam hac ipsa ratione quotiescumque Deus eleuat obedientialem potentiam, creatis rebus innatam, ad producendum aliquid, quod naturaliter producere non poterat, eo ipso munus exercet particularis causæ.

15. Confirmatur quartò, quia dilectio charitatis est quidditatiuè volitio, & eo ipso quidditatiuè voluntaria: ergo quidditatiuè postulat, procedere à principio intrinseco, id est, potentia, quæ quidditatiuè sit volitiua. Rursus eadem dilectio quidditatiuè supernaturalis est: ergo quidditatiuè postulat procedere à potentia supernaturaliter volitiua. Vnde principium adæquatam, à quo procedere quidditatiuè postulat dilectio charitatis, coalescit ex ratione volitiui, & ex ratione supernaturalis, tanquam ex duabus partibus, constituentibus integrum principium supernaturaliter volitiuum.

16. Confirmatur quintò, quoniam sicut in ordine ad amorem naturalem, moraliter honestum, totale principium est vnica potentia liberi arbitrii per solas vires nature; sic etiam in ordine ad

Deus exercet officium particularis causæ ad charitatis actum.

dilectionem charitatis totale principium est potentia liberi arbitrii, eleuata per supernaturalem habitum. Sed in ordine ad amorem naturalem, moraliter honestum, non possumus in arbitrio distinguere plures causas totales, atque totaliter concurrentes: ergo in ordine ad electionem charitatis non possumus in arbitrio distinguere plures causas totales, atque totaliter concurrentes, sed solummodò partialiter; quatenus supernaturalis habitus formaliter constituit principium volitiuum, simpliciter proportionatum supernaturalibus obiectis, & operationibus.

15. Confirmatur sextò: propter hanc quippe rationem obseruant Theologi communiter, supernaturales habitus non habere solam rationem habitus, quemadmodum habitus acquisiti. Nam ij supponunt potentiam, absolute potentem operari sine habitibus, & illi solummodò conferunt maiorem facilitatem. At verò supernaturales habitus non solum conferunt facilitatem, sed etiam posse operari, quod potentia non posset sine illis: ideòque constituunt completam potentiam supernaturaliter operandi.

16. Confirmatur septimò: sub ea namque ratione, per quam supernaturales habitus imitantur naturam, & conditionem habituum acquisitorum, induunt etiam rationem causæ partialis. Nam habitus acquisiti ad eliciendos actus moraliter bonos concurrunt non vt causæ totales, sed vt partiales simul cum potentia naturali, & ad nutum obediunt arbitrio, vt illis vtamur, quando volumus. At verò supernaturales habitus similiter obediunt arbitrio, dum excitatur, & promouetur per gratiam, vt illis vtatur, quando voluerit. Et quantum ad hoc sibi adhibet adiutores, & partiales causas ad instar habituum acquisitorum.

17. Quæcumque diximus hæctenus de concursu Dei per habitum supernaturalem, eadem, seruatâ proportione, sunt intelligenda de concursu Dei, per se ipsum immediate, & absque habitu, producente supernaturales actus, iuxta ea, quæ tradita sunt præcedenti tomo de prouident. disp. 36. sect. 2. & 3. Quæ diximus item de charitatis actu, sunt etiam intelligenda de quibuscumque alijs actibus supernaturalibus. Nam in illis eadem omnes rationes militant; præsertim cum actus fidei, & alia supernaturales intellectiones quidditatiuè postulent potentiam, supernaturaliter intellectuam, non minus quam dilectio charitatis quidditatiuè postulat potentiam supernaturaliter volitiuam.

SECTIO IV.

Partialitas in genere causæ particularis, & in genere efficientis vt sic.

1. Vas solutiones inuenio traditas hoc tempore ab aliquibus Theologis, quæ præbent occasionem amplius explicandi partialitatem probatam sectione præcedenti.

Prima solutio. Respondet, Deum, & liberum arbitrium esse causas in suo genere totales, ideòque neutram superfluere, quoniam vtraque in suo genere est totalis causa simpliciter necessaria, cuius necessitas non suppletur per causam in alio genere totalem, à qua diuerso modo dependet effectus.

Supernaturales habitus non habent solam rationem habitus.

Ad

2. Resoluitur primo.

Ad huius refutationem sit prima conclusio. Totalitas in genere primæ causæ non obstat, quominus Deus sit etiam absolutè partialis causa in genere particularis efficientis.

Probatur primò, quoniam honorem diuinæ causalitatis, quem amplificare conatur dicta solutio, asserens, esse totalem causam; compellitur eo ipso deprimere, & extenuare, concedendo etiã libero arbitrio totalitatem causalitatis in suo genere ad eliciendos supernaturales actus. Vnde nihil excellens & proprium Creatoris consequitur solo nomine totalis causæ, sicut neque solo nomine partialis causæ. Nam quod asserit esse totalem in genere primæ causæ, nos etiam asserimus, non obstante partialitate, quam probamus.

3. Secundo arbitrium non est in suo genere completa causa actio-nem supernaturalium.

Oritur inde secunda probatio, quia liberum arbitrium etiam in suo genere non est totalis, & completa causa supernaturalium operationum. Nec enim est completa potentia supernaturaliter intellectiua, nec est completa potentia supernaturaliter uolitiua. Vnde necessarium est, supernaturalis auxilium, vel habitum, per quod talis potentia compleatur, esse causam partialem in genere potentia, supernaturaliter intellectiua, aut supernaturaliter uolitiua, ut dicebamus sect. præcedenti.

Confirmatur, habitus enim charitatis, vel specialis Dei concursus supplens uices illius, non est totalis potentia supernaturaliter uolitiua: ergo non est causa totalis in genere potentia productiua: uolitionum supernaturalium.

4. Causa in uno genere partialis, in alio totalis.

Inde rursus nascitur probatio tertia, distinguendo æquiuocationem, siue generalitatem causæ totalis in suo genere. Cum enim genera subalterna sint multa, contingere potest, causam in vno genere partialem esse, quamuis in alio genere sit totalis. Quemadmodum terra in genere terræ totalis est causa plantarum, eum tamen in genere elementorum terra non sit totalis causa, sed partialis, concurrens simul cum aqua, & aëre. Mater etiam in genere matris est totalis causa filij; nihilominus in genere parentis, & causæ generantis sibi simile, mater non est totalis causa, sed partialis, simul cum patre. Sic ergo quamuis gratia sit causa diligendi Deum totalis in genere causæ supernaturalis; nihilominus in genere potentia supernaturaliter uolitiua non est totalis, sed partialis causa. Et eandem causæ partialitatem Deus exercet, prout concurrit per gratiam, non obstante totalitate in genere primæ causæ.

Ad eiusdem solutionis refutationem additur secunda conclusio. Ad eliciendum actum charitatis, quamuis Deus non concurreret in genere causæ particularis; sed tantum in genere primæ, & uniuersalissimæ causæ (prout cõcurrit ad quilibet peccatorum actiones) Deus esset quidem causa totalis in genere primæ & uniuersalissimæ causæ; nihilominus comparatione alterius generis uniuersalioris, uidelicet efficientis causæ ut sic, Deus foret causa partialis.

Probatur primò, quoniam tota causa, efficiens uolitionem, constat ex utroque genere efficientis, uidelicet causæ primæ atque secundæ. Quapropter neque secunda causa est totale efficiens ut sic, neque prima causa est totale efficiens ut sic.

Vnde probatur secundò, quoniam ubi est vnus, & alius modus efficiendi eundem effectum, vnus illorum non est totalis modus efficiendi talem

effectum: ibi namque totalis modus efficiendi coalescit ex vno, & altero modo; sed ad producendum totum effectum, causa naturalis, & diuina uirtus efficiunt secundum alium modum, ut S. Thomas adnotauit 3. contra gentes cap. 70. siue: ergo vnus illorum modorum, uidelicet uniuersalissimæ causæ, non est totalis modus efficiendi talem effectum, sed totalis modus efficiendi coalescit ex modo efficiendi causæ uniuersalissimæ, & modo efficiendi causæ particularis.

Probatur tertio: sicut enim actio respicit efficiens, & constituitur in ordine ad illud, ita etiam vnica totalis actio, productiua vnus tantum effectus, quidditatiuè respicit vnicum totale efficiens; sed vnica est totalis actio, per quam vnicus effectus producitur à prima causa, & secunda, (ut supra disp. 22. sect. 4. sub initium dicebamus ex tomo de uoluntate Dei, disp. 45. sect. 10. ubi probatum fuit.) ergo quidditatiuè respicit vnicum totale efficiens. Quapropter prima & secunda causa comparatione talis actionis erit vnicum efficiens totale, cuius altera pars erit prima causa, altera uero causa secunda.

Confirmatur, quia si prima causa est efficiens totale, necessarium est, etiam eius actionem esse totalem; similiterque totalem esse actionem causæ secundæ, si secunda est causa totalis. Quapropter erunt duæ totales actiones, quæ proinde non poterunt conuenire in vnica actionem. Quod esse contra D. Thomam, & antiquiores eius discipulos, ostendimus dicta sect. 10.

Probatur quartò: licet enim ab vna causa possint procedere plures effectus, tamen non potest vnus effectus à pluribus causis immediatè procedere; ut inquit D. Thomas de potent. q. 3. art. 16. ad 8. Sed vnus effectus immediatè procedit à causa prima, & secunda, necnon à libero arbitrio, & à gratia: ergo omnes istæ non sunt nisi causa simpliciter vna. Quapropter singulæ non erunt causæ totales, sed partiales. Nec limitationem admittunt uerba D. Thomæ, ut intelligatur in eodem genere causæ. Nam in eo articulo tractat de multitudine effectuum procedentium à Deo, siue per creationem, per quam Deus est causa totalis, & particularis, siue per ordinariam gubernationem uniuersæ, secundum quam ad plurimos effectus concurrit Deus solummodo ut causa uniuersalis.

Probatur quintò, quoniam causa completa, & sufficiens est illa, ex qua sublati impedimentis, necessariò sequitur effectus; ut docet D. Thomas 1. p. q. 115. art. 6. corp. & 1. 2. q. 75. art. 1. ad 2. & de malo q. 3. art. 3. ad 3. & q. 6. ad 15. sed posita causa prima, parata in actu primo ad concurrendum, & deficiente causa secunda, non sequitur effectus: ergo prima causa non est absolutè completa, & sufficiens causa. Quapropter completa & sufficiens causa constabit ex causa prima, & secunda, quarum singulæ seorsim licet sint completæ, & sufficientes in suo genere; nihilominus non sunt totaliter & in omni genere sufficientes, & completæ.

Nec respondere licebit, propterea ex causa prima siue secunda effectum non sequi, quoniam licet prima causa sit completa, & sufficiens, impeditur tamen absentia causæ secundæ. Nam impedimenti nomē in eiusmodi propositionibus non intelligitur absentia causæ per se requisitæ; siquidem alioqui non solum de causa completa, & sufficienti, sed etiam de causa incompleta, & insufficienti pronuntiari potuisset, quod ex illa necessariò

7. Vnica totalis actio vnica totali causam respicit.

8.

9. Causa completa qua sit.

10. Refutatur quedam responsio.

cessariò sequatur effectus, si non fuerit impedita: nam impedimentum erit cæterarum absentia causarum, quæ illius insufficientiam adiuuare deberent. Vnde colligitur, hunc modum loquendi de partialibus causis esse conformem aliis locutionibus receptis à D. Thoma, cæterisque Philosophis, ac Theologis, præter eos, qui partialis causæ nomen expriment, quos retulimus sectione præcedenti circa medium.

SECTIO V.

Quomodo Deus sit totalis, uel partialis causa, faciens, ut uelimus, & conuertamur.

1. Agere dupliciter accipitur.

Secunda solutio responder, distinguendo inter actum (v.g. fidei,) & hoc complexum, quod est me habere fidei actum, uel facere, ut ego credam, uel ut conuertar. Concedit autem absolutè quod solus Deus, & sola prædestinatio, uel prouidentia non est totalis, & adæquata causa producens actum fidei, uel conuersionis: asserit tamen, esse totalem, & adæquatam causam, quæ per se efficit, ut ego credam, & conuertar, & habeam quemlibet actum bonum: nam ad hoc nullum esse dicit liber arbitrij concursum.

2. Agere proprie sumitur.

Pro cuius refutatione recolendum est, facere, siue agere dupliciter accipi. Primò generaliter, prout conuenit cuilibet causæ præstanti physicum, & realem concursum efficientis, abstrahendo ab hoc, quod liberè se ipsam moueat, & determinet ad agendum, uel potius agatur, ac omnino determinetur à superiori causa: quemadmodum agit sol, & cæteræ causæ libertate carentes. Secundò strictius, & perfectius accipitur agere, seu facere, prout est proprium causæ liberæ, quæ se ipsam mouet, atque determinat.

3. Strictior accipio.

Dico igitur primò, si facere, uel agere sumatur secundum primam, & generalem acceptionem, Deus non est totalis, sola, & adæquata causa, faciens, ut uelimus; siue faciens, ut faciamus diuina præcepta; siue faciens, ut conuertamur.

Probatur, quia licet hanc Dei causalitatem referamus ad solas illustrationes intellectus, & suaues complacentias uoluntatis, quæ sunt in nobis sine nobis: adhuc ad illas necessarius est (saltem de potentia ordinaria) physicus concursus intellectus, & uoluntatis. Quapropter in illis uigent omnes rationes adductæ duabus sectionibus præcedentibus.

4. Quo supposito, dico secundò.

Si tamen strictius & proprius accipiat agere, seu facere, prout est proprium causæ liberæ, quæ se ipsam mouet, atque determinat; in hoc sensu rursus oportet distinguere aliam æquiuocationem illius propositionis: Deus est adæquata, totalis, & sola causa, faciens, ut uelimus, & conuertamur. Nam totalitas, & adæquatio referri potest solummodo ad medium, quod adhibetur ex parte Dei, ut à nobis obtineat liberum consensum, & conuersionem: uel referri potest ad obtinendum etiam effectum liberæ uolitionis, & conuersionis.

Quo supposito, dico secundò. Si totalitas, & adæquatio solummodo referatur ad medium, quod adhibetur ex parte Dei, ut à nobis obtineat liberum consensum, & conuersionem; rectè & catholicè dicitur: Deus est adæquata, totalis, & sola causa, faciens, ut uelimus, & conuertamur.

Atque in hoc planè sensu loquitur Augustinus quibusdam in locis, & nonnulli etiam Scholastici, ut Gregor. Capreolus, Deza, & Conradus, de quibus omnibus dicemus infra sect. 7.

Probatur primò, quoniam medium, quod adhibetur ex parte Dei, ut à nobis obtineat liberum consensum, & conuersionem, est gratia operans, excitans, seu præueniens. Huius autem proprium est, in nobis à Deo fieri sine nobis: ut ostendimus præcedenti tomo de prouident. tota disp. 31.

Secunda clarior ratio est, quoniam ut gratiam præuenientem & operantem homo accipiat, nihil prodest liberè facere, uel operari, nec potest ipse sibi aperire, ac illustrare intellectum; nec potest sibi dulcia, & suauia reddere supernaturalia obiecta; nec sibi primam illorum cognitionem acquirere: quæ omnia intelliguntur modo proportionato, qui requiritur ad iustificationis initium, ut multis disputationibus probatum est in eodem tomo de prouidentia. Confirmatur, quia nullum meritum potest præcedere ad præuenientem gratiam obtinendam.

Probatur tertio, quoniam in hac acceptione facere, ut uelimus, & conuertamur, est solummodo causare in libero arbitrio potestatem proximam, promptam, expeditam, & propensam ad consentiendum, & se conuertendum in Deum. Hoc autem totum in genere causæ formalis præstat gratia operante, seu præueniente, ac excitante, & à gratia cooperante, prout affertur in actu primo parata. Sed effectum formalem tribuit qualibet forma tanquam adæquata & totalis causa independenter à consensu libero: ergo gratia est sola, totalis, & adæquata causa faciens, ut uelimus, & conuertamur in acceptione prædicta.

Probatur quartò, nam ad prædictum modum faciendi, ut uelimus, & faciamus, prærequiritur præuia lux scientiæ, quæ dicitur, quibus mediis, & circumstantiis adhibitis, certum sit, fore; ut uelimus, & faciamus. Hac autem scientia penitus destituti sumus: quocirca quantum ad hoc Deus est adæquata, & totalis causa, faciens, ut uelimus, & faciamus.

Ex dictis sequitur primò, initij iustificationis Deum esse totalem, & adæquatam causam, si loquamur de initio, quod merè extrinsecum est iustificationi, eo quod reperiri potest absque libero consensu, & absque ullo merito, & dispositione. Secundò sequitur, initij iustificationis Deum non esse totalem, & adæquatam causam, si loquamur de initio, quod intrinsecum est iustificationi, quod est actus fidei, saltem inchoatæ, & imperfectæ.

Probatur primò, nam fidei actus liber à Patribus appellatur iustificationis initium, ut uidimus tomo de prouident. disp. 19. sect. 3. & sequentibus: & tamen huius actus Deus non est totalis, & adæquata causa. Confirmatur, nam credulitatis affectus, quo ad regenerationem Baptismatis peruenimus, appellatur initium fidei ab Arandiano Concilio can. 5. & tamen quando liber est hic affectus, & potens denominare saltem inchoatè fidelem, non solum à Deo, sed etiam ab arbitrio libero procedere debet.

Probatur secundò, nam in hoc sensu Patres solent asserere, initium iustificationis à nobis esse debere. Quemadmodum Hilarius: A nobis, ait, cum oramus, exordium esse, ut munus à Deo sit; in

5.

6. Quis sit facere ut uelimus.

7.

8. Initij iustificationis Deus adæquata causa.

Cuiusnam initij iustificationis sit Deus partialis causa.

9.

com



commentario ad illud Psalm. 118. Inclina cor meum Deum, Eadem mente Chrysostomus in sermone de verbis Apostoli: Habentes autem eundem spiritum fidei, colum. 4. (habetur in Auctario Chrysostomi tom. 5.) Quamobrem, inquit, spiritum fidei vocat? Illud nimirum ostendere volens, quod initio credere, & parere vocanti, nostra est bona mens. At postquam iacta fuerint fidei fundamenta, iam opus est auxilio spiritus, ut in nobis maneat inconcussa, & insubvertibilis. Nec enim Deus, neque spiritus gratia nostrum prouenit propositum; sed tamen vocat, expectat tamen ut sponte, & propria voluntate accedamus, ac tum demum nobis suum exhibeat auxilium. Perpende, Chrysostomum hic, quemadmodum aliis in locis, minime negare gratiam prouenientem, siquidem concedit vocationem precedere, priusquam expectet, ut sponte & propria voluntate accedamus, credendo, & parendo vocanti, quod initium & fundamentum asserit esse nostrae bonae mentis, videlicet supposita gratia vocationis, & Deo cooperante.

10. Idem Chrysostomus homil. 17. in Ioannem longe post medium ad illa verba 1. capituli: Conuersus autem Iesus, ait: A nobis incipiendum esse, & alia similia. Hieronymus Ezechielis 3. prope initium: Aperto, inquit, ore Dominus largitus est cibos, ut initia voluntatis in nobis foret, & perfectionem beatitudinis à Domino consequeremur. & dialogo 3. aduersus Pelagianos: Nostrum sit incipere, illius perficere. Quae exposuimus precedenti tomo de prouidentia disp. 24. sect. 1. & disp. 27. sect. 5. & disp. 28. sect. 1. num. 25. & 26.

11. Si totalitas, & adaequatio referatur non solum ad medium, quod adhibetur ex parte Dei, sed etiam ad obtinendum effectum liberæ volitionis fidei, vel conuersionis, Deus non est totalis, & sola causa faciens, ut velimus, & conuertamur; sed etiam nos per liberum arbitrium facimus, ut velimus, & conuertamur.

Probatur primò, sic enim Scriptura docet variis loquendi modis, quos referemus tota sequenti disput. 30. praesertim sect. 2. Vnde sufficit prae libere illud Ezechielis 3. Sic facite, ut silui sitis. Ierem. 7. Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Ezechiel. 18. Ipse animam suam viuificabit. Hieronymus lib. 2. in Matth. exponens parabolam sinapis: Sensus, inquit, noster, & animus, suscipiens granum praedicationis, & fouens sementem humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare. Quod ipsum est facere, ut velit, & operetur ea, quibus obtineat regnum caelorum.

12. Probatur secundò, quoniam in praedicta significatione acceptum, operari ut velimus, & conuertamur, est idem prorsus, quod immediate causare, vel facere actum volitionis, & conuersionis: sed non est concedendum absolute, quod solus Deus, vel sola collatio auxiliij efficacis sit causa actus conuersionis. c. go.

Confirmatur primò quoniam quicumque se ipsum conuertit, facit, ut ipse conuertatur; sed homo se ipsum conuertit, ut habet communis modus loquendi fidelium: imò & Trident. sess. 6. cap. 5. ait: Ad conuertendum se, & Concilium Sennonense cap. 15. Et voluntas, inquit, humana misericordiae prouenientis auxilio suffulta, & interiori quo tam & occulto secretioris inspirationis afflatu contrahit, se se conuertat in Deum. Atque 2. die Iulij de sanctis Procello, & Martiniano, & 8. Septembris de sancto Adriano canit Ecclesia, se ipsos conuertisse.

13. Augustinus epist. 48. ad Vincentium colum. 2. illud Ioannis 6. Nemo venit ad me, nisi quem Pater traxerit, ait, fieri in cordibus omnium, qui se ad eum diuina iracundia timore conuertunt. Agit autem in rota illa epistola de violentia, & coactione, quam Deus peccatoribus infert, ut conuertantur; quemadmodum Saulo prostrato. Vnde collige, etiam vbi summa refulserit potentia diuinæ operationis, necessariò interuenire liberam hominis cooperationem, se ipsum conuertens ad Deum. Sed plura ex sacra Scriptura videbimus sequenti disp. 30. sect. 1.

14. Confirmatur secundò, quoniam hoc complexum, quod est me habere contritionem, vel me cooperari ad contritionem, immediate procedit ab eadem causa, à qua immediate procedit actus liber contritionis; sed hic actus non procedit à Deo tanquam à sola, totali, & adaequata causa: ergo illud complexum, quod est me habere contritionem, vel me cooperari ad contritionem, non procedit à Deo tanquam à sola, totali, & adaequata causa.

15. Confirmatur tertio, quia quaecumque causa, producat formam in subiecto capaci sui effectus formalis, ac denominationis, eo ipso est causa totalis effectus formalis, immediate prouenientis ab illa forma, & talis denominationis; sed me habere contritionem, atque ut ego conuertar, est effectus formalis, & denominatio, immediate procedens ab actu conuersionis: ergo quaecumque causa, producat actum conuersionis in mea voluntate, eo ipso est causa, ut ego habeam contritionem, atque ut ego conuertar. Rursus non solum Deus, per gratiam, sed etiam ego per liberum arbitrium sum causa, producat actum conuersionis: ergo non solum Deus, sed etiam ego per liberum arbitrium sum causa, ut habeam conuersionem, atque ut ego conuertar: ac proinde Deus per gratiam non est sola, totalis, & adaequata causa illius complexi.

Confirmatur quartò, quoniam hac ipsa ratione ideo ego sum causa, ut habeam eleuationem oculorum ad caelum, & ut eos cleuem & conuertam ad caelum, quia per liberam voluntatem sum causa conuersionis, & eleuationis oculorum.

16. Probatur tertio, nam inde reicitur illa ratio, qua se protegit solutio, quam impugnamus, videlicet propterea non possum causare totum hoc complexum, quod est me habere contritionem, quoniam ego ipse in illo sum inclusus, & non possum causare me ipsum: refutatur, inquam, quoniam, ut aliqua res sit causa alicuius complexi, non requiritur causare subiectum illius complexi, sed satis est causare formam illius complexi in tali subiecto, vel saltem causare vnionem formae cum illo. Etenim negotiator est sibi causa, ut habeat nummos; quamuis neque se ipsum causet, neque nummos, & velociter currens est sibi causa, ut habeat cursum, atque calorem, ab illo prouenientem, licet non producat se ipsum, qui est subiectum illius: & ignis est ferro causa, ut sit calidum, & habeat calorem, quamuis non producat ferrum.

17. Confirmatur primò, quoniam si verum esset illius rationis fundamentum, sequeretur, Deum non esse causam huius complexi, quod est, Deum creare, atque conseruare caelum, & terram; nam in hoc complexo clauditur ipse Deus, & tamen se ipsum causare non potest. Quapropter illud complexum effici deberet ab alia priori causa faciente,

faciente, ut Deus creet, & conseruet. Confirmatur secundò, quia complexum denuò causatur, licet denuò non causetur subiectum: quemadmodum sol denuò causat, ut terra habeat calorem in ætate, atque ut perducatur fructus ad maturitatem; quamuis sol tunc denuò terram non causet.

18. Probatur quartò, refutando rationem aliam, qua se protegit eadem solutio; videlicet in hac propositione: Solus Deus est causa, quòd homo conuertatur, inuoluitur concursus liberi arbitrii hominis, quo influit in actum conuersionis, & totum illud praedicatur de solo Deo. Hoc enim nõ est verum, quoniam non solum actus conuersionis, sed etiam liberi arbitrii concursus ad illum, procedit tanquam à causa à libero arbitrio: nam concursus liberi arbitrii ad conuersionem est idem prorsus, quod actio ipsius liberi arbitrii, at verò actio liberi arbitrii quidditatiuè postulat procedere à libero arbitrio tanquam à sui causa efficiente: quemadmodum qualibet actio quidditatiuè postulat procedere à propria sibi causa.

19. Confirmatur primò, quoniam concursus liberi arbitrii clauditur in actu conuersionis, non minus, quam in hoc complexo, quòd homo conuertatur. Nam conuersio quidditatiuè est actio liberi arbitrii, alioqui non disponderet ad iustificationem. Quapropter quantum est ex vi illius rationis, si Deus non est totalis causa conuersionis, non est totalis causa, ut homo conuertatur.

Confirmatur secundò, quoniam licet motus liberi arbitrii non sit causa gratiae, sed effectus, ut rectè D. Thom. ait, 1. 2. q. 111. a. 2. inde tamen non bene inferunt Doctores contrariae sententiæ, Deum esse totalem, & adaequatam causam, ut homo cooperetur, conuertatur, & consentiat. Nã actus ipse conuersionis & consensus est idè prorsus, quod motus ille liberi arbitrii, de quo loquitur S. Thom. & ille etiam actus non est causa gratiae, sed effectus; & tamen iidem Doctores fatentur, quòd causa actus conuersionis non est solus Deus.

20. Probatur quintò, nam ad verificandum quòd aliqua causa facit, ut ipsa faciat aliquid, secundum phrasim Scripturae sufficit illius concursus immediatus ad effectum absq; alio precedenti effectu; quemadmodum 3. Reg. 8. Facies, ut des unicuique secundum vias suas, sicut videtis cor eius. Sap. 12. Ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parere facis. & Ecclesiast. 24. Ego feci, ut in caelis oriretur lumen indeficiens. Quod tamen non praestitit prius in caelo, producendo aliij effectum, ex quo lumen oriretur. Et Aug. lib. 12. de ciu. c. 17. sub fin. Eadè, inquit, immutabili, sempiternaq; voluntate res, quas condidit, & ut prius non essent, egit, quandiu non fuerunt, & ut posterius essent, quandiu esse coeperunt, &c. Nec tamen Deus aliquid egit prauium, ut non essent, nec ut postea crearentur, & esse inciperet, potuit aliquid prauum praemitteri. Similiter ergo liberum arbitrium faciet, ut credat, vel ut conuertatur, ex eo praecise quòd immediate concurrat ad actum fidei, vel conuersionis.

21. Confirmatur primò, quoniam creatæ causae, siue vniuersales, siue particulares, quando inferiores causas adiuuant, & excitant ad operandum, non producat in illis prauium aliquem effectum; & tamen tales causae rectè dicuntur facere, ut aliae causae faciant & operentur, ex eo solum quòd immediate cooperantur. Quemadmodum Isa. 55. Descendit imber, & nix de caelo, & illic ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, &

germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Imber ergo, & nix terram germinare facit, & dat semen, & panem, licet in terra non producat prauium aliquem effectum. Idem argumentum fieri potest ex verbis Isa. 15. Quasi calore sub nube torrente propaginem ipsorum marcescere facies.

Vnde confirmatur secundò. Nam Tobias c. 12. de Raphaële ait: Vxorẽ ipse me habere fecit, te quoque videre fecit lumen caeli. Exod. 34. praecipitur. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipse fornicata fuerint, fornicari faciant filios tuos. & Matth. 21. Christum Dominum Apostoli sedere fecerunt super asinam, & pullum.

22. Probatur sextò, quoniam agentis liberi propterea proprium est agere, quia non totaliter agit à superiori agente, sicut causae naturales; sed potius se ipsum agit, mouet, atque determinat, ut ostendimus tomo de scientia Dei disput. 45. & 50. ergo ut homo liberè conuertatur, solus Deus non est totalis, & adaequata causa, sed partialiter, & secundariò concurrere debet liberum arbitrium, & ipsium partialiter agens, & partialiter determinans, ac proinde partialiter faciens, ut liberè velit, consentiat, conuertatur, & faciat.

Confirmatur, nam filij Dei spiritu Dei aguntur, ut ipsi etiam se ipsos agant, ut vidimus precedenti disp. 28. sect. 7.

23. Probatur septimò, illa etenim causae, quae sibi mutuo sunt causae in diuerso genere, sunt eo ipso causae partiales in alio superiori genere causae, ad illum effectum causandum; sed Deus per gratiam, & homo per liberum arbitrium sibi mutuo sunt causae in diuerso genere. Nam ad producendum consensum, & conuersionem, ideo Deus concurrat per gratiam, quia homo vult; & rursus homo ideo vult, quia Deus per gratiam concurrat. Cuiusmodi plurimas causales propositiones, voce tenus inter se pugnantes, expendimus disp. 31. praesertim sect. 1. 4. & 5. Cum autem Deus per gratiam, & homo, licet in alio genere differant, nihilominus conueniant in superiori genere causae efficientis liberum consensum; consequens est, ut quantum ad rationem efficientis totalis, Deus sit partialis causa, licet principalior, & prouocans, & liberum arbitrium, sit etiam partialis causa minus principalis, liberè se determinans ad consentiendum praemotio.

24. Probatur octauò, quoniam facere, ut faciamus, est persuadere nobis, ut consentiamus: at verò persuasionem hanc non esse à Deo tanquam à totali causa, docuit Hieronymus Galat. 5. sub initium, ad illa verba: Persuasio vestra non est ex eo, qui vocauit vos. Vbi inter alia sic ait: Simpliciores quique putantes, se deferre Deo, ut persuasio quoque vestra in eius sit potestate, abstulerunt partem orationis, non, & sensum contrarium Apostolo reddidere. Siue ergo in bonam, siue in malam partem, nec Deus, nec diabolus in causa est, quia persuasio nostra non est ex eo, qui vocauit nos; sed ex nobis, qui vel consentimus, vel non consentimus vocanti. Quod asserit, Deum in causa non esse, etiam in bonam partem, quia persuasio nostra non est ex eo, qui vocauit nos, non potest aliter verificari, nisi quoniam Deus non sit causa totalis, neque persuasio totaliter sit ex Deo; quamuis ex illo sit principaliter, ut alibi saepe Hieronymus docet.

25. Non dissimiliter Iustinus Martyr in responsione ad Orthodoxos, siue ad Christianas quaestiones, quaest. 8. ait: Vt boni, vel mali simus, non in notione cognitarum, sed in electione delectarum posuit

Quid si refutatur ad effectum liberum voluntatis.

Quid si operari ut velimus.

13.

14.

15.

16.

17.

Alia eiusdem sententia ratio refutatur.

19.

20.

21.

Causae superiores non producat in inferioribus prauum influxum.

22.

23.

24.

25.

Causae sibi mutuo causae.



fuit rerum. Quocirca non Deus, ut boni, vel mali sumus, sed arbitrium nostrum causa est. Sicut secundum aliam interpretationem: Non igitur causa est Deus virtutis nostre, ac vitij, sed propositum nostrum, & voluntas. Quod intelligit Iustinus de causa totali, totaliter determinante, vt ex illius contextu fit planum. Fateor tamen, translationem aliam sic habere: Itaque non est cognitio causa, vt sumus boni, aut mali, sed propositum.

26. Confirmatur, nam, vt saepe notat Augustinus citatus in praecedenti disp. 28. sect. 1. 2. & 3. Deus facit, vt velimus, & vt conuertamur, quatenus auferat cor lapideum, & dat cor carneum; sed Deus non vult hoc praestare sine nostro auxilio, & cooperatione ad auferendum cor lapideum: ergo nos partialiter concurrimus ad faciendum, vt velimus, & faciamus. Minorem docet Petrus Chrysologus serm. 3. de Lazaro suscitato, qui est 65. paulo post principium, dicens: *Ait Iesus: Tollite lapidem. Inter diuinas virtutes humanum Christus requirit auxilium. Non sufficit amouere lapidem, qui mortem sufficit effugare. Dixerat per Prophetam: Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. Praecipit ergo, vt Iudaei ex se cor lapideum tollant, sicut dura incredulitatis excludant: quatenus anima per incredulitatem mortua de sepulchro peccatoris prosilierent.* Et serm. 91. qui est secundus de parabola zizaniorum, in medio: *Tu in his, qua nobis facienda praecipis, ipse operator assistis: nos operis tui facis pro tua dignatione confortes.*

Eszech. 11.

27. Illud denique obseruandum est, satius esse in eiusmodi locutionibus, de quibus absolute prolatis ambiguitas oritur, semper explicare manifeste, quod alioqui foret ambiguum. Ideo quando volueris Deum appellare causam totalem, solam, & adequatam, debes explicare in suo genere, videlicet, primae causae, aut in genere causae supernaturalis, aut in ratione praebentis initium; vt superius explicatum est. Quando tamen volueris, Deum, & eius gratiam appellare causam partialem, expedit expresse declarare partialitatem, non solum comprehendendo quodlibet genus causae, sed etiam in genere particularis potentiae integrae, & completae; & in genere determinantis ad actum supernaturalem; secundum ea, quae dicta sunt in hac & duabus praecedentibus sectionibus: nec de vocibus erit contendendum, sed controuersia erit reuocanda ad rem ipsam, videlicet, ad totalem in omni genere causam producendi, & determinandi consensum.

SECTIO VI.

Soluuntur argumenta, quae contendunt, ad actus supernaturales Deum non esse partialem causam.

1. Primum argumentum continet ea testimonia Augustini, & aliorum Patrum, quae totum Deo tribuunt. Sed huiusmodi plurima retulimus disp. 27. sect. 1. 4. & 5. in quibus omnibus ostendimus legitimum eorum intellectum, eorumdem Patrum autoritate probatum; videlicet idcirco totum Deo tribui, quoniam praeuentis, seu operantis gratiae totalis est causa; & quoniam per illam efficit etiam nostrum velle, & operari tanquam illius causa principalis, & infallibilis.

Id quod etiam constat ex verbis Enchiridij, cap. 32. quae nobis praecipue obiciuntur, quibus Augustinus: *Si nullus, inquit, Christianus dicere audebit: Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo apertissime contradicat; restat, vt propterea recte dictum intelligatur: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & preparat adiuuandam, & adiuuat preparatam.* Sed ad huius loci explicationem plura diximus disp. 28. sect. 4.

2. Secundum argumentum ex Augustino de praedest. Sancto. cap. 2. vbi reprehedit eum, qui quasi componat cum Deo, vt partem fidei sibi vendicat, atque illi partem relinquat; & reliqua, quae retulimus sect. 1. vbi exposuimus esse mentem Augustini, nullam fidei, neque iustificationis partem esse, quae non producat, & tribuatur a Deo. Nominatim vero disputat ibi contra Semipelagianos, qui dicebant partem aliquam iustificationis, videlicet initium fidei, praeberi a libero arbitrio per vires natura; reliquum vero fidei augmentum, & perfectionem a gratia procedere. Vnde prope initium illius capituli 2. sic proponit sententiam, quam refutandam suscipit. *Ad hoc dicunt valere, vt nouerimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius ex Deo: tanquam fides non ab ipso donetur nobis; sed ab ipso tamen augetur in nobis eo merito, quo capit a nobis.* & ad finem. *Numquid metuendum est, ne totum facere non possit. Ideo homo sibi primas eius vendicat partes, vt nouissimas ab illo accipere mereatur?* Idem profus sibi voluerunt Chrysostomus 2. Corinth. 3. homil. 6. colum. 3. & Bernardus tract. de grat. & libero arbit. colum. penult. qui nobis obiciuntur; necnon Anselmus ad Ephes. 2. & alij, quos retulimus sect. 1.

3. Tertium argumentum, nam, vt docet D. Thomas 4. contra gent. cap. 7. num. 16. *Quando duo agentia partialiter trahunt nauim, quia virtus cuiuslibet imperfecta est, & insufficientis ad istum effectum ex diuersis virtutibus congregatur vna virtus omnium, quae sufficit ad trahendum nauim.* Vnde colligunt aliqui causas partialiter concurrentes esse imperfectas, & propterea ex duabus vnam integram, & totalem constitui. Impossibile est autem causalitatem diuinam esse imperfectam: ergo Deus & liberum arbitrium non sunt causa partiales actus supernaturalis.

4. Respondetur primo, causam esse partialem dupliciter. Vno modo in quantum ab alia causa virtutem accipit: & sic partialem esse infirmae virtutis est; & imperfectae, ideoque repugnat Deo. Alio modo causa dicitur esse partialis, quoniam adiuuatur per aliam causam, per quam exequitur suam operationem, sicut causa principalis per instrumentum, & dominus per ministrum. Hoc modo Deum esse partialem causam, non est propter defectum diuiniae virtutis; sed quia vititur causis medijs, vt ordinis pulchritudo seruetur in rebus, & vt etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet. Sumitur haec solutio ex D. Thoma 1. p. q. 23. art. 8. & vltimo ad 2. & in 1. Corinth. c. 1. lectione 1. vbi explicat, quomodo Deus adiuuari possit a nobis absque defectu suae virtutis. Est autem idem profus, quod Deus nos assumat in coadiutores, vel quod assumat in partiales causas. Cui consonat 1. p. q. 22. art. 3. corp. dicens: *Non propter defectum suae virtutis, sed propter abundantiam suae bonitatis, vt dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet.*

Inde

2.

3.

4.

5.

6. Inde nascitur secunda solutio, quae complementum est praecedentis, & sumitur ex verbis proximae praecedentibus, quae retentur in argumento: *Quae quidem virtus quandoque congregatur ex diuersis virtutibus, in diuersis agentibus inuenitur, sicut patet in multis trahentibus nauim. Omnes enim similiter trahunt: & quia virtus cuiuslibet imperfecta est, &c.* Apud D. Thomam itaque tam in hoc loco, quam in alijs plurimis, imperfectio, & insufficientia multarum causarum ex eo tantum colligitur, quod simili modo, & in eodem genere causa concurrentes, singulae non sufficiant ad producendum effectum. Quemadmodum 5. Metaphys. lect. 2. inter medium, & finem: *Est, inquit, impossibile, quod eiusdem secundum idem genus, sint multae causa per se eodem ordine: licet possint esse plures causa hoc modo, quod vna sit proxima, alia remota, vel ita quod non vnum sit causa sufficiens, sed vtrumque conuictum; sicut patet in multis, qui trahunt nauim.* Quo exemplo trahentium nauim imperfectas esse causas in eodem genere concurrentes ad eundem effectum, probat S. Thomas 1. part. quaest. 52. art. 3. corp. & in 1. distinct. 37. quaest. 3. art. 3.

7. Nec inde sequitur, esse reprehendendos aliquos Theologos, adhibentes interdum simile trahentium nauim ad explicandum, quomodo rotus & vnicus effectus, videlicet consensus, & quaelibet illius pars per vnicae actionem indiuisibiliter fiat a Deo per gratiam, & a libero arbitrio; & quomodo Deus per gratiam non efficiat consensus solus, & independenter ab exercitio libertatis humanae. nam quantum ad haec omnia exemplum est aprum, & simile. Caeterum alioqui caute Doctores iidem, atque sapienter obseruant, quanto fit altius illud genus causa, in quo Deus per gratiam concurrat; & quanto sit inferius, & subordinatum Deo genus causa, in quo concurrat liberum arbitrium; & quomodo indigeat praeuentione Dei motione.

8. Sed praedictum argumentum confirmant primo, nam si Deus, & liberum arbitrium essent causa partiales actionis supernaturalis, eo quod non solus Deus, sed simul etiam liberum arbitrium eiusmodi actum producat; sequeretur, Patrem, & Filium partialiter producere Spiritum sanctum, sicut duo trahentes nauim. Etenim nec solus Pater producit Spiritum sanctum, nec solus Filius; sed Pater, & Filius simul illum producant.

9. Retorquetur tamen argumentum, quia iuxta fundamenta contrariae sententiae debuisset inferri, Patrem, & Filium esse duo totalia principia in diuerso genere producentia Spiritum sanctum, quia nec solus Pater producit Spiritum sanctum, nec solus Filius; sed Pater, & Filius simul illum producant. Nam propterea Deum, & liberum arbitrium, asserit esse duas causas totales, duoque principia totalia, quia non solus Deus, sed simul etiam liberum arbitrium supernaturalem actum producat. Cum igitur ex Florentino Concilio, aliisque Patribus constet, esse de fide, Patrem, & Filium concurrere non tantum duo, sed tanquam vnicum principium productiuum Spiritus sancti; consequens est, ex vtriusque personae consortio neque partialitatem, neque totalitatem vnus cuiusque personae posse deduci: quoniam totalia principia, & partialia principia debent esse distincta in ratione principij.

Rursus de Praedestinatione.

10. Confirmant secundò, quoniam ad causam partialem partialitate causae non sufficit, quod habeat confortium alteri ius causa simul influentis in effectum; sed vltra hoc requiritur, quod quaelibet per se, & seorsim sumpta, sit imperfecta, habeatque virtutem imperfectam, comparatione eiusdem effectus. Praeterea quoque requiritur, quod influxus, & conatus vnus causae non sit efficienter ab altera.

11. Respondetur, has condiciones requiri solummodo in causis partialibus eiusdem profus ordinis, & generis; sed non requiruntur in causis partialibus ordinis, generisque diuersi, vt constat ex sectionibus praecedentibus. Nunc vero satis erit obseruare, si vera foret praedicta doctrina, consequens esse, comparatione actus conuersionis, Deum esse causam nulla ratione partialem, ac proinde causam esse solam, totalem, & adequatam. Quod eadem sententia refutat, vt vidimus sect. 5. initio.

12. His proximam est argumentum quartum, nam ratio causae, conueniens causis partialibus, multo perfectior est in vtraque simul; quam altera seorsum; & quaelibet causa partialis in sua operatione est inferior, quam causa totalis, composita ex vtraque parte simul. Igitur si Deus est causa partialis, ex ipso & causa secunda fit vna causa totalis perfectior in ordine ad totum effectum, quam quaelibet seorsum; & Deus erit inferior in sua operatione causa totali composita ex vtraque parte.

13. Respondeo, & dico primo. Idem argumentum fieri posset, etiam si Deus appelleretur, non partialis, sed totalis, & adequata causa, dummodo secundum fidem Catholicam concedatur, liberi arbitrij causalitatem esse simpliciter necessariam ad producendum actum conuersionis. Nam tota collectio causarum omnium, quae requiruntur ad actum producendum, perfectior est in ratione causae, quam vnaquaeque causarum in ea collectione contentarum.

14. Dico secundò. Si Deus consideretur quantum ad suam substantiam, & intrinsecam potentiam actiuam, est infinite perfectus; ideoque licet adiungatur causalitas liberi arbitrij creati, ex vtriusque collectione, quomodocumque considerata, non resultat aliquid intensiue perfectius; licet resulter aliquid extensiue perfectius, vt solent Scholastici dicere, tractantes de infinitate Dei.

15. Dico tertio. Si Deus consideretur, non quantum ad suam substantiam, & intrinsecam potentiam actiuam, sed quantum ad operationem ad extra, cui pro sua libera voluntate Deus praescribit limites; vt sic adequata causa, quam Deus constat ex suo partiali concursu, & ex partiali concursu liberi arbitrij, est perfectior, quam solus concursus partialis Dei. Hoc autem non est inconueniens: nam operatio Dei ad extra est ens creatum, ac subinde perfectionis finita. Quod licet sit in suo genere perfectissimum; non tamen completitur perfectionem cuiusque entis creati; imò neque perfectionem cuiusque concursus; ideoque potest illi fieri perfectionis additio extrinsecus addito alio concursu, licet minus perfecto; de quo plura diximus tomo de voluntate Dei, disp. 45. sect. 9.

16. Idem argumentum confirmant primo, quoniam causa partialis dependet ab alia causa. Vnde tanquam inconueniens inferunt in determinando, & producendo consensus Deum ab arbitrio pendet.

10.

Confirmatio solutio.

11.

12.

Ex Deo & creatura non resultat aliquid intensiue perfectius Deo.

13.

14. In producendo consensus Deus ab arbitrio pendet.

trio nostro pendere. Nihilominus id non solum non esse inconueniens, sed etiam esse necessariò concedendum, satis constat ex hac, & duabus præcedentibus disputationibus, & ex aliis multis, quas tractauimus in tribus præcedentibus tomis de scientia, voluntate, & prouidentia.

15. Confirmant secundò, quia ratio essentialis causæ sumitur per ordinem transcendentalem ad effectum, vt colligitur ex Philosopho 5. Metaphysic. & Physic. textu 38. Vnde sumitur illa communis definitio causæ, ab omnibus recepta: Causa est id, ad quod sequitur effectus. Igitur causa totalis est id, ad quod sequitur totus effectus. Et consequenter si ad causalitatem Dei sequitur totus effectus absolutè, & simpliciter, quando Deus producit effectum cum causa secunda, vtraque est causa totalis.

16. Respondetur, causam partialem esse, licet ad eam sequatur totus effectus, dummodo non sequatur ad illam solum, sed dependenter ab alia causa; quemadmodum totus motus nauis sequitur ad vnum hominem trahentem: sed quia non sequitur, nisi dependenter ab altero, non est causa totalis. Verùm hæc partialitas est in eodem genere causæ: partialitates autem in diuerso genere causæ sunt innumera. Quemadmodum potentia visiva, lumen, & species coloris sunt partiales causæ visionis; cum tamen tota visio, & qualibet illius pars sequatur ad potentiam visivam, necnon ad speciem visibilem.

17. Quintum argumentum principale continet alia plura, quibus contendunt, liberum arbitrium dum consentit Deo excitanti, & mouenti, nihil ex se ipso operari, quod à Deo non acceperit, vt à priori causa per se efficiente, ac per consequens eius cooperationem cum gratia non procedere à sola, & innata eius libertate. Ex hoc enim euidenter concluditur, Deum, & liberum arbitrium non esse causas partiales supernaturalis concursus, sicut duo trahentes nauim sunt partiales causæ motus ipsius nauis.

18. Respondetur in primis, distinguendo antecedens. Liberum arbitrium à Deo accipit suum consentire, & cooperari; sed ita accipit, vt possit non accipere: ideoque non accipit à Deo tantquam à causa totaliter determinante, sed potius conferenti libero arbitrio suas partes, hoc est, facultatem vt se ipsum determinet. Denique consequens illius argumenti videtur esse consultò limitatum ad partiales causas eiusdem ordinis; & sub ea limitatione concedendum est, dummodo Deus, & liberum arbitrium sint causæ partiales diuersi ordinis.

19. Sed idem argumentum confirmant; quoniam actus credendi, sperandi, & diligendi Deum, vt est author gratiæ, sunt quantum ad substantiam, & omnem suam entitatem actus supernaturales: ergo voluntas secundum se, & suam naturalem virtutem, cum sit potentia inferioris ordinis, habere non potest virtutem aliquam sibi connaturalem, qua tales actus, etiam vt causa partialis efficiat: alias haberet ex se, & ex natura sua connectionem, & proportionem sibi connaturalem cum ordine gratiæ, ac per consequens ordo gratiæ non esset supra totum ordinem naturæ.

20. Respondetur concedendo antecedens, & distinguendo consequens. Nam obedientialis potentia voluntatis in eo saltem sensu connaturalis est, quatenus est innata voluntati, & ex intima illius quidditate proueniens, ita vt contradic-

tionem implicet, voluntatem creari sine illa. Sed vtrùm hæc obedientialis potentia sit formaliter naturalis, vel supernaturalis, ad præsens nihil interest. Atque vtrius modo non sequitur, quòd voluntas haberet ex se, & ex natura sua connectionem, & proportionem sibi connaturalem cum ordine gratiæ. Nam obedientialis potentia, eo ipso quòd obedientialis est, quidditatiuè claudit improportionem ad ordinem gratiæ, & solummodo dicit subiectionem ad Deum, vt ab illo possit cleuari. Alia eiusdem opinionis argumenta prætermitto, quoniam ex dictis facillè constat eorum solutio.

SECTIO VII.

Soluuntur argumenta, qua contendunt Deum solum, & totaliter facere, vt velimus, & faciamus.

AD primum argumentum. Nonnulli Theologi reducunt aliqua ex locis Scripturæ sacræ, & sanctorum Patrum, qua docent, Deum in nobis operari nostrum velle; Deum facere, vt velimus, & faciamus; idque non esse volentis, nec currentis: Patrem trahere ad Filium, quos vult: discernere bonos à prauis: preparari voluntatem à Domino, & his similia. Cæterum his omnibus abundè satisfecimus tota disp. præcedenti, præter aliqua, quæ propriam sedem habent in sequentibus disputationibus.

Argumentum secundum, quoniam D. Thom. 1. 2. quæst. 111. art. 2. asserit, motum liberi arbitrii, dum iustitiæ Dei consentimus, non esse causam gratiæ, sed effectum. Verumtamen ex hoc loco nihil contra partialem causam deduci, iam ostendimus sect. 5.

Confirmant verbis Capreoli 2. sent. dist. 28. quæst. 1. art. 3. ad 12. vbi notat, Augustinum distinguere duplicem Dei modum operandi circa bonum velle nostrum: vnus est sibi proprius, in quo voluntas nostra non cooperatur, vt pote facere, nos velle. Quod probat ex verbis Augustini, quæ tractabimus statim.

Respondeo. Illam obseruationem Capreolus ad verbum transtulit ex Gregorio Ariminensi, eamdemque sequitur Deza ibidem, & Conradus 1. 2. quæst. 111. art. 2. At ij omnes agunt præcisè de medio, quod adhibetur ex parte Dei, vt à nobis obtineat liberum consensum, & conuersionem, cuius Deus est adæquata, totalis, & sola causa, vt diximus sect. 5. atque statim magis explicabimus. Cæterum Gregorij, Capreoli, & aliorum mens, quàm longè distet ab ea totalitate causandi consensum liberum, ostendimus in tomo de scientia Dei disput. 49. sect. 6. & 8. & præcedenti tomo de prouidentia disp. 35. sect. 4.

Argumentum tertium, quoniam Augustinus de grat. & libero arbitrio, cap. 16. prope finem: Certum est, inquit, nos velle, cum volumus; sed ille facit, vt velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, quòd preparatur voluntas à Domino, & cætera, quæ retulimus præcedenti disp. 28. sect. 1. versus finem.

Respondetur. In primis Augustinus ibi non dicit, quòd solus Deus faciat, vt velimus, quamuis ille solus voluntatem præparet per gratiam excitantem, seu præuenientem, & operantem. Nam quantum ad obtinendum effectum liberæ volun-

1. Primum ex Patribus.

2. Secundum ex D. Thom.

3.

4. Tertium ex August.

voluntatis Deum non esse solam, totalem, & adæquatam causam, constat ex eodem Augustino tam ibi, quàm aliis in locis, quæ retulimus disp. 27. sect. 2. & 3. & disp. 28. sect. 1. Nunc sufficiat illud libri ad Simplician. quæst. 2. ante medium: Vt velimus suum esse voluit, & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo. Vbi manifestè distinguit, vocationem esse solius Dei; sed tamen consensum, quo Dei vocationem sequimur, non solius Dei, sed etiam nostrum esse. Inde etiam exponitur quod in eodem libro de gratia, & lib. arbitrii. cap. 17. subiungit: Vt ergo velimus, sine nobis operatur. Cum autem volumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum operatur. Hoc enim exponendum est primò de medio faciendi, vt velimus, præcisè considerato, vt est natura prius, quàm consensus, vt diximus sect. 5.

5. In idem redit alia expositio, quæ distinguit duplicem voluntatem, aliam imperfectam, quæ est subitum desiderium, inefficax, & indeliberatum, quam Augustinus in eodem cap. 17. de gratia, & libero arbitrio appellat paruum voluntatem, seu charitatem. Ad hanc refertur illud: Ipse, vt velimus, sine nobis operatur. Quod tamen nullo modo refertur ad voluntatem deliberatam. Quod idem, licet aliis verbis, obseruauit Caietanus 1. 2. quæst. 111. art. 2. prope medium. Hæc omnia confirmantur, nam & velle credere quandoque ab Augustino condistinguitur à consentire, ita vt velle Deus operetur misericordia præueniente; sed consentire propriæ voluntatis sit. Ita loquitur de Spiritu, & litera, cap. 33. vt retulimus disp. 28. sect. 2.

6. Quartum argumentum desumitur ex eodem libro de grat. & libero arbitrio, cap. 5. post medium, vbi Augustinus ait: Vt Apostolus de celo vocaretur, & iam magna, & efficacissima vocatione conuerteretur, gratia Dei erat sola. Huius tamen expositio eadem est, quæ testimonij præcedentis. Nam ex contextu constat, gratiæ solitudinem ab Augustino non constitui, nisi tantummodo quantum ad vocationem, & quantum ad præcedentia merita, quæ postquam exclusit Augustinus, liberi arbitrii cooperationem ita confirmat: Ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur boni aliquid posse, continuo cum dixisset: Gratia eius in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboraui; subiunxit, atque ait: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Id est, non solus, sed gratia Dei mecum: ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Manifestum est hic, non solum gratiam operari; sed gratiam cum libero arbitrio. Rationem verò, propter quam solius fuerit gratiæ præbere vocationem efficacissimam vt conuerteretur, continuo subiungit, dicens: Gratia Dei erat sola, quia merita eius erant magna, sed mala.

7. Quintum ex Prospero. Argumentum quantum ex Prospero lib. de ingratia cap. 14. dicente: Vt tamen his studijs auditor promoueat, Non Doctor, neque discipulus, sed gratia sola Efficit, inque graues adoleat plantaria fructus.

Respondetur. Solummodo intendit quamlibet exteriorem doctrinam sine interiori Dei illustratione, & inspiratione, prodelle nihil; hanc verò illustrationem & inspirationem nec à Doctore, nec à discipulo per liberum concursum effici; est enim gratia præueniens, quam Deus facit in nobis sine nobis. Rursus si exclusiuam dictionem referre velis etiam ad liberis pictatis actus, sensus erit, nullum hominem, neque Doctorem, neque Discipulum, qui per solas vires naturæ posse tales actus efficere, nec ad illos actus obtinendos posse medium aliquod adhibere; ideoque solum esse gratiam, quæ iustificationem inchoat tali modo, vt consensus infallibiliter sequatur.

que discipulum per solas vires naturæ posse tales actus efficere, nec ad illos actus obtinendos posse medium aliquod adhibere; ideoque solum esse gratiam, quæ iustificationem inchoat tali modo, vt consensus infallibiliter sequatur.

Eodem modo intelligenda sunt, quæ nobis obiiiciuntur ex sequenti cap. 15.

At verò omnipotens hominem cum gratia saluat, Ipsa suum consummat opus, cui tempus agendi Semper adest, quæ gesta velit. Non moribus illi Fit mora, non causis, anceps subditur vllis, Nec quod sola potest, cura, officioque ministræ Exequitur, famulisve vicem committit agendi: Qui quamuis multi admovent mandata vocantis, Pulsant, non intrant animas. Dem ergo sepultos Suscitât, & cluit peccati compede vinclos, &c.

Nihilominus Prosperum apertè concedere liberam arbitrii cooperationem, ratione cuius nostrum est, vt quotidie atrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur, constat ex libro contra Colator. cap. 3. in medio. Et in lib. 2. de vocat. gentium cap. 28. fine: Sicut qui crediderunt, inquit, inuuantur, vt in fide maneant; sic & qui non crediderunt, inuuantur, vt credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate, vt exciant, ita isti in sua habent potestate, vt veniant; & alia multa, quæ probant indifferentiam arbitrii, vt possit cooperari, vel non cooperari, retulimus in hac, & duabus præcedentibus disputationibus.

Quòd autem in eo cap. 15. de ingratia Prospero loquatur de præueniente gratia interius excitante, colligitur ex multis illius versibus, veluti ex illis:

Hunc itaque affectum, quo sumunt mortua vitam, Quo tenebrae sunt lumen, quo immunda nitescunt, Quo stulti sapere incipiunt, ægrique valescunt, Nemo alij dat, nemo sibi.

quæ ponderauimus alibi. Argumentum sextum: quoniam D. Gregorius homil. 9. super Ezechiel. dicit: Bona nostra, & Omnipotentis Dei sunt; quia ipse aspirando nos præuenit, vt velimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter velimus. Sed in his verbis pars illa deficit, quæ nostram sententiam apud Gregorium continet; ait enim: Bona nostra & Omnipotentis Dei sunt, & nostra: quia ipse aspirando nos præuenit, vt velimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possumus implere quæ volumus. Perpende primò, non solum esse Dei, sed etiam nostræ: deinde Deum ita subsequi, ne inaniter velimus, vt possumus implere, non verò vt necessariò impleamus.

Cætera, quæ subiungit Gregorius ibidem, ponderans illud 1. Corinth. 15. Non ego, sed gratia Dei mecum, iam retulimus disp. 27. sect. 5. Et in illis manifestum est, cooperationem liberi arbitrii non excludi, neque relinqui solum Dei operationem, nisi solummodo quantum ad gratiam præuenientem, & alioqui quantum ad consensum cum operatione Dei copulari liberi arbitrii cooperationem, illis præsertim verbis: In bono opere laboraui, non ego, sed & ego. In hoc enim, quòd solo Domini dono præuenitus sum non ego: in eo autem, quòd donum voluntate subsequitur, & ego.

Argumentum septimum affertur ex verbis Bernardi, & Anselmi, quæ retulimus sect. 1. circa medium, quæ nihil amplius probant, quàm quòd ibi diximus esse certum. Consultò tamen omitto nonnulla manifestè falsa, quæ in argumento illo interseruntur.

8.

9. Liberi arbitrii cooperationem concedit Prosper.

10.

11. Sextum ex Gregor.

12.

13. Septimum ex Bernard.

14. Octauum argumentum sumitur ex ratione creationis. Sicut enim in creatione nihil præsупponitur eius, quod creatur: ita in genere illo operandi rectè non præsупponit Deus conatum nostræ voluntatis; sed à prima actualitate, proportionata dictis operationibus, vsque ad vltimam, totum tribuitur Deo. Et efficiendo in nobis velut nouam voluntatem per suum concursum, quod est velut de nouo illam creare, secundum illud Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum inuolu in visceribus meis. Consequenter influit in opera bona, & dicitur creare nos in operibus bonis, qua preparauit Deus, ut in eis ambulemus.

Respondetur. Præcedenti tomo de prouident. disp. 18. sect. 6. monstrauius, creationem appellari quandoque generationem ex diuino semine; & per actionem vtramque sacras literas explicare, iustificationis exordium esse à solo Deo, nihilo ex parte nostra præsупposito. Alibi tamen frequenter docent, supposito initio, liberum arbitrium cooperationem esse debere, & coadiutorem ad suam salutem, supra duabus disputationibus præcedentibus, & in eodem tomo de prouidentia disp. 16.

15. Atque hinc soluitur obiectio Caluini aduersus Tridentinos Patres, quoniam diuine gratiæ partes assignant excitandi, & adiuuandi, ut ipsi liberè coopererentur. Respondeant (inquit ille) an cor nouum creare, ex corde lapideo facere cor carneum (quorum verumque Scriptura testatur, Deum in nobis facere) nihil aliud sit, quam supplere, quod deest infirmæ voluntati. Respondetur namque, tria illa secundum rem non esse diueria, quoniam fiunt per eandem realitates auxiliatricis gratiæ, siue actualis, siue habitualis: ratione tamen differunt, quoniam create clariùs significat, nullum meritum, impretrationem, dispositionem, aut rationem præsупponi ex parte liberi arbitrij, vt primam gratiam accipiat. De corde lapideo facere cor carneum clariùs significat transmutationem ab insensibili ad cor sentiens impulsus, propensiones, & suauitates ad bonum. Sed supplere, quod deest infirmæ voluntati, significat clariùs complementum, & eleuationem potentiæ ad operandum. Quapropter hoc postremum immediatè atque formaliter respicit operationem. Sed illa duo priora formaliter, & immediatè respiciunt id, quod est quasi substantia spiritualis vitæ. Ab hac expositione parum discrepat illa, quam tribuit Ruard. art. 7. longè post med. pag. 384. & duabus seqq.

SECTIO VIII.

Contra partialem, & immediatam efficientiam liberi arbitrij argumenta soluntur.

1. Aliqui Theologi nostri temporis pro explorato relinquunt, liberum arbitrium non habere efficientiam totalem comparatione actui supernaturalium. Quod autem non habeat efficientiam, seu causalitatem partialem, & immediatam, his argumentis contendunt.

Primum est, nam si natura vires præcisè sumptæ, haberent immediatam efficientiam partialem in ordine ad actus supernaturales; sequeretur posse hominem solis naturæ viribus illos efficere, saltem imperfectè; atque adeo non esse ab-

solute & simpliciter necessaria gratia, vt posset homo simpliciter operari supernaturaliter, sed solum vt perfectiùs, & faciliùs possit. Sequelam probant, quia de ratione causæ partialis est, quod ipsa sola possit aliqua ex parte incompletè, & imperfectè producere effectum.

Respondetur. Causa partialis diuersi ordinis, ac præsertim inferioris, non potest ex parte incompletè, & imperfectè producere effectum; quemadmodum scemina sine mare, terra sine celo, potentia sine specie, causa particularis sine vniuersali, & aliæ sexcentæ causæ partiales diuersi, vel inferioris ordinis nequeunt ex parte incompletè, & imperfectè producere effectum. Imò etiam illud principium plerumque deficit in causis partialibus eiusdem ordinis. Nam turrim & muros euerrit copia sulphurei pulueris accensu, quos tamen nulla ratione siue ex parte, siue incompletè, aut imperfectè mouere posset vnicum granum eiusdem pulueris accensum. Est autem multò maior ratio in naturali potentia, quæ longè inferioris ordinis est, quàm supernaturalis effectus.

Secundum argumentum, quoniam in nobis non est initium salutis & actus supernaturalis, partiale etiam in ipsa natura; aliàs homo habens vires incompletas, & partiales respectu actuum supernaturalium, non diceretur non posse agere actum supernaturalem simpliciter, sed incompletè, & imperfectè, seu difficiliùs posse.

Respondetur. Initium salutis neque partiale, neque totale est in viribus naturæ; quoniam initium salutis consistit in operationibus, quæ à solo Deo fiunt in nobis siue nobis, vt sect. 5. dicebamus. Hoc tamen initio supposito, vires liberi arbitrij sunt partiales, & incompletæ causæ, vt eleuata cooperentur cum diuina gratia.

Tertium argumentum: etenim si liberum arbitrium esset partialis causa; sequeretur, quod quanto perfectiores essent vires naturæ, tanto magis & perfectiùs posset homo conuerti ad Deum, & operari supernaturaliter. cæteris partibus, ex parte gratiæ, atque adeo per vires naturæ discernetur vnus homo ab alio in negotio salutis æternæ, quod est contra Paulum, dicentem: Quis enim te discernit, &c.

Respondetur. Infra gradus, & latitudinem facultatis, quam habitus gratiæ, & cætera auxilia concedunt, contingere potest, vt tanto magis, & perfectiùs homo supernaturaliter operetur, quâto perfectiores habuerit vires naturæ, vel maiorem conatum liberè adhibuerit. Quemadmodum Hieronymus in Ecclesiastem cap. 4. ad illa verba: Si vnus ceciderit, &c. Si aduersus hominem, inquit, robustior in expugnando diabolus exiterit, stabit homo, stabit & Christus pro hominæ suo, pro sodali suo: non quod solus Christi aduersus diabolum virtus infirma sit; sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & amittentibus nobis, ipsi in preliando fortior fiat. Nec inde sequitur, quod vnus homo per solas vires naturæ se ipsum discernat ab altero, sed per vires naturæ supernaturali auxilio excitatas, & adiuuas, & æterna Dei electione, ad hoc destinatas, & preparatas per gratiam congruentem. Cæterum supra gradus, & latitudinem facultatis, quam habitus gratiæ, & cætera auxilia concedunt, non potest contingere, vt perfectiùs operetur, quanto perfectiores habuerit vires naturæ, vel maiorem conatum liberè adhibuerit. Quemadmodum perfectior intellectus cum aequali lumine

2.

3.

4.

5.

9.

Perfectior intellectus cum

equali lumine non videt perfectiùs Deum.

Quarta quia tota via effectus à natura.

6.

7. Partialis virtus arbitrij naturalis.

8. Quia effectus supernaturalis continetur in causa naturali.

mine gloriæ non videt perfectiùs Deum, quoniam quilibet intellectus necessariò rapitur, vt Deum videat, quantum suo lumine videri potest, & supra gradus, & latitudinem luminis nullæ vires intellectus creati possunt ascendere.

Argumentum quartum, quia si natura dat partialem actiuitatem ad aliquod opus, sequitur, quod ad eandem naturam pertinet dare alteram partem; frustra enim daret vnâ sine altera. Ergo tota vis ad efficiendum actum supernaturalem procederet à natura; quod implicat.

Confirmatur, quia si pars virtutis est naturalis: ergo naturaliter ordinatur ad talem effectum: ergo in ipsa natura debent esse reliqua requisita ad illum, & sic erit naturalis.

Respondetur, distinguendo antecedens. Si natura dat partialem actiuitatem merè naturalem, prout condistinguitur ab obedientiali: sequitur quod ad eandem naturam pertinet dare alteram partem, siue per principia naturalia eiusdem causæ, siue per alias causas naturales. Quemadmodum elementa partialem actiuitatem naturalem sortiuntur ad animalia producenda; ideòque naturæ author suo muneri debuit alias partiales causas naturales superadde-re. Cæterum si natura dat partialem actiuitatem obedientialem, eo ipso sequitur, quod ad eandem naturam non pertinet dare alteram partem; quidditas enim obedientialis potentia in eo consistit, quod nihil per se possit, nisi obedienti suo creatori momenti, & eleuanti ad producendum effectum superiorem quibusque naturæ viribus.

Ad confirmationem respondetur. Partialis virtus liberi arbitrij est naturalis, quasi congenita, & quidditatiuè clausa in qualibet creatura. Sed non est naturalis, quasi recipiens naturalem effectum. Etenim respicit effectum totis viribus naturæ superiorem, & eum non alia ratione respicit, nisi quatenus creatura quidditatiuè respicit creatorem, vt illi obediat in omnibus, siue cum eleuauerit, siue cum depresserit. Quapropter ex huiusmodi partiali virtute deducitur, quod in ipsa natura debent non esse reliqua requisita ad illum effectum. Sed vtrum absolutè dicenda sit naturalis ea virtus, non attinet ad præsens, vt diximus sect. 6. ad confirmationem quinti argumenti.

Quintum argumentum, quoniam omnis causa efficiens, productiua alicuius effectus, effectum continet actu, vel virtute: ergo si causa secunda naturalis per vim naturalem partialem est verè causa, agens supernaturalem effectum, sequitur, effectum illum supernaturalem contineri in causa illa naturali actu, vel virtute partialiter: cum habeat se vt causa partialis efficiens respectu effectus supernaturalis.

Respondetur. Completa, & adæquata causa efficiens effectum continet actu, vel virtute: cæterum inchoata & partialis causa inferioris ordinis, non continet effectum, neque partialiter, prout sola existit; continet tamen prout coniuncta & eleuata per superiorem causam, cum qua coalescit in vnâ causam completam, & adæquatam. Etenim sicut partialis causa inferioris ordinis nullam partem effectus producere potest sine causa superiori ordinis: ita nihil est, quod partialiter contineat. Si tamen sua verba quicumque exponeret, vt actum supernaturalem contineri partialiter in naturali virtute liberi arbitrij, de Prædestinatione.

bitrij nihil aliud esset, quàm liberum arbitrium naturaliter habere vires obedientiales, quas Deus eleuare potest, vt secum cooperetur: in hoc sensu verum esset, quod tanquam inconueniens colligit argumentum.

Sextum argumentum. Si liberum arbitrium esset partialis causa, sequeretur vires naturales in tantum posse crescere intra ordinem naturæ, vt sine aliquo auxilio gratiæ valeat efficere actus supernaturales. Sequela probatur: nam defectus, & imperfectio causæ partialis insufficiens potest suppleri per multiplicationem causarum partiarum eiusdem ordinis, vel per intensionem virtutis eiusdem causæ partialis.

Respondetur, hoc principium non posse verificari de causis inferioris ordinis, quales in præfenti tractamus. Etenim absentia maris in animalibus nulla ratione suppleri potest per multiplicationem sceminarum, neque per intensiorem virtutem eiusdem scemina. Similiter absentia specierum visibilium nulla ratione suppleri potest per multiplicationem, aut intensionem potentiæ visuæ. Idem dicitur de terra, seminibus, & celo, aliisque quamplurimis causis.

Septimum argumentum. Torus ordo rerum supernaturalium excedit longè ordinem rerum naturalium: ergo impossibile est, quod aliquid naturale secundum se efficiat immediatè quid supernaturale, etiam partialiter, & imperfectè: aliàs causa totalis particularis, ex duabus partibus composita, erit mixta ex naturali, & supernaturali.

Respondetur, ita distinguendo primum consequens. Impossibile est, quod aliquid naturale secundum se, hoc est, supernaturali auxilio destitutum, efficiat immediatè quid supernaturale, etiam partialiter, & imperfectè. Hoc tamen potest efficere prout eleuatum auxilio supernaturali: nec est inconueniens, sed potius simpliciter necessarium, quod vitalis actus supernaturalis requirat totalem causam, constatam ex auxilio supernaturali, & ex potentia vitali, quæ nulla est, nisi naturalis. Hæc autem causa improprie dicitur mixta, proprie verò composita, siue vnita per solam vnionem influxus ad eundem effectum.

Octauum argumentum; quia si datur illa partialis causa naturalis, etiam concursus, quem habet ex propriis, est naturalis: ergo & effectus. Nam certè cuiuslibet causæ secunda debetur generale auxilium iuxta propriam naturam, nimirum naturale naturali, & supernaturale supernaturali: sicut omni causæ supernaturali debetur auxilium supernaturale.

Confirmatur, quia naturale idem est, quod debitum naturæ: ergo si auxilium generale debetur naturæ, eo ipso est naturale.

Respondetur, negando primam illationem; quoniam concursus, siue actio est vnica, comparatione causæ totalis, & omnium partium illius; ideòque vnica illa actio euadit supernaturalis, quoniam superat vires illius causæ partialis, quæ est inferioris ordinis. Porro cuiuslibet causæ secundæ totali, & adæquatæ debetur generale auxilium, illi proportionatum: hoc autem non debet esse commensuratum imperfecti causæ partialis inferioris ordinis.

Ad confirmationem respondetur. Auxilium naturale idem est, quod debitum naturæ propter solas eius vires; cæterum quod debetur naturæ

10.

11.

12.

13.



propter superadditam sibi gratiam, & habitus supernaturales, hoc non est naturale, sed merè gratuitum: vt constat ex quidditate gratiæ suo loco probata.

14. Quia actus esse naturalis.

Argumentum nonum, quia conclusio sequitur debiliorem partem: vna enim præmissa existente probabili tantum; conclusio est solum probabilis, licet alia præmissa sit necessaria: & quando vna causa est contingens, etiam si alia sit necessaria, effectus est contingens: ergo pari modo si vna pars causæ ipsius actus est naturalis, ipse actus erit naturalis, & non supernaturalis.

15.

Rèspōndetur, disparitatis rationem esse manifestam, quoniam conclusionis probabilitas, & effectuum contingentia prouenit ex eo principio, quod deficiente causa totali, & adæquata, necessarium est, etiam defectum deficere. Vnde consequens est, vt quoties poterit deficere causa totalis, possit etiam defectus deficere. Rursus causa totalis, & adæquata deficit, quoties deficit pars illius; idèque quoties pars aliqua totalis, & adæquata causæ potest deficere, potest etiam deficere totalis, & adæquata causa. Hæc igitur est ratio, propter quam licet altera præmissa sit necessaria, idèque non possit esse falsa; si tamen altera præmissa sit solum probabilis, ac subinde possit esse falsa; consequens non possit esse necessarium, sed tantum probabile: quia totum antecedens, quod est adæquata causa, potest reddi falsum per falsitatem vnus tantum præmissæ probabilis. Idem intellige de probabilitate consequentia. Præterea quando vna causa est contingens, etiam si alia causa sit necessaria, totalis causa potest non existere, aut non operari, si non existit, vel non operatur causa contingens. Vnde similiter effectus potest non existere: quod ipsum est, contingentem esse.

Cur conclusio sequatur debiliorem partem.

16.

Hoc totum proportionem seruat in gratia, & libero arbitrio. Nam gratia, & charitas, quantum est ex parte sua, immutabilitatem, & impeccabilitatem habet ex virtute Spiritus sancti; ceterum deficere potest ex parte subiecti, quod est vertibile secundum arbitrii libertatem contra propositum charitatis: vt optime D. Thomas 2. 2. q. 24. toto art. 11. Vides igitur effectum bonæ aut malæ operationis sequi debiliorem partem, videlicet liberum arbitrium, quantum ad hoc, quod est posse deficere. Ceterum quantum ad alias perfectiones, vel imperfectiones, nulla potest esse paritas rationis; præsertim cum etiam inter effectus naturales plurimi valde superent perfectionem quarundam partialium causarum. Quemadmodum animalia omnia sunt effectus longè præstantiores, quàm elementa & astra, quæ partialiter concurrunt ad eorum productionem; & formæ accidentales eleuantur à forma substantiali, vt concurrant ad producendam formam substantialem. Vnde sumitur ratio, efficaciter probans non esse necessarium, quod effectus sequatur imperfectionem cuiusque causæ partialis: quoniam ab omnibus Philosophis, & Theologis receptum est, aliquas causas imperfectas, & subordinatas eleuari per alias altiores causas ad producendos effectus superioris ordinis.

Cur effectus sequatur imperfectiorem causam.

17.

Denique prædicta omnia argumenta, & maxime postremum istud validè retorquentur in eorum authorem: quoniam aut probant, liberum arbitrium nihil omnino agere ad producendum actum supernaturalem, (quod ipse non admittet) aut si aliquid agit arbitrium, omnia illa argumen-

Argumenta omnia retorquentur.

ta soluenda sunt ab eorum authore. Quod exempli causa dicamus in postremo argumento. Liberum arbitrium est vna causa contingens, etiam si alia causa, videlicet habitus charitatis, & motio Spiritus sancti, quantum ex se est, sit causa necessaria, & præterea effectus euadit contingens, & potest liberum arbitrium non seruire diuinam legem; nihilominus eadem ipsa causalitas liberi arbitrii (quancumque illam esse dixeris) non infert, actum productum ab habitu charitatis, & à libero arbitrio esse naturalem. Ergo eadem ipsa causalitas, quæ potest effectui communicare contingentiam, non potest communicare naturalitatem. Vnde falsa est illa proportio, cui nititur argumentum nonum, & vltimum.

18.

Confirmatur, quoniam non solum partialis causa, sed etiam quæcumque conditio, quomodocumque requisita ad producendum effectum, sufficit, vt effectus sit contingens, quamuis omnes causæ, siue partiales, siue totales in suo genere sint necessariae: sed tamen conditio, quomodocumque requisita ad producendum effectum, non sufficit, vt effectus sit naturalis, si totalis causa est supernaturalis. Non est igitur vera illa proportio inter naturalitatem, & contingentiam. Minor constat, nam ad eliciendum actum fidei de lege ordinaria requiritur tanquam conditio exterior doctrina parentum, aut sacerdotum exponentium articulos fidei: hæc autem exterior doctrina merè naturalis est quantum ad intrinsecam entitatem, & solum illius obiectum est supernaturale.

SECTIO IX.

Vires aliquas efficiendi, & non efficiendi aliquid ex se ipso libero arbitrio concedit Christus Dominus, Ioan. 15. dicens: Sine me nihil potestis facere.

I. Caluini delirium.

EX istis verbis Caluinus ita contra Catholicos disputat. Papiſta hanc sententiam non extenuant modo, sed enervant; imò potius eludunt. Est enim verbo tenus fatentur, nos sine Christo nihil posse; aliquid tamen facultatis suppetere nobis somniant, quod per se quidem non sufficiat, sed Dei gratia adiutum cooperetur: nec enim hominem in a exinaniri sustinent, quin aliquid ex se conferat. Verum tam clara Christi verba eludere non ita promptum est. Tale est Papiſtarum commentum, nos sine Christo nihil posse, ab eo tamen adiuuos habere aliquid ex nobis præter gratiam. Christus verò contra pronuntiat, nos nihil posse ex nobis: Palmes, inquit, nullum fructum afferit à semetipso. Ergo non tantum cooperantis sue gratiæ auxilium hic commendat, sed nos penitus priuat omni virtute, nisi quam suppetat ipsi nobis: ergo hæc particula, sine me, sic resoluī debet, non nisi ex me. Hæc ille Inst. lib. 2. cap. 3. apud Maldonatum Ioan. 15. vers. 5. & Stapletonum antidoto in Ioan. 15. vers. 5.

2.

Consideranda sunt diligenter, quæ Caluino displicent in doctrina Catholicorum; eadem quippe nobis placere debent, intellecta, sicut à Catholicis intelliguntur. Primò enim displicet illi, quod homo aliquid ex se conferat. Secundò, A Deo adiuuos habere aliquid ex nobis præter eius gratiam. Vnde postremò id solum Caluino placet, quod Christus Dominus in prædictis verbis nos penitus priuat omni virtute, nisi quam suppetat ipsi nobis.

nobis. Non dissimiliter in decretis Concilij Tridentini sess. 6. cap. 5. & can. 4. illud inter alia displicet Kemnitio, In motibus, & actionibus spiritualibus ex gratia, & ex liberi arbitrii viribus fieri vnã causam efficientem, ita vt ad inchoandos, & efficiendos motus spirituales hæc duo simul concurrant, gratia scilicet, & naturales vires liberi arbitrii, & infra: Naturaliter insitas esse vires aliquas, & facultates qualescumque ad res diuinas, seu actiones. Quibus in verbis licet mentiatur, quod attinet ad inchoandos motus spirituales; veram tamen Tridentini sententiam refert quod attinet ad efficiendos, vt cum Iodoco Tiletano dicemus num. 9.

3.

Ad horum autem pleniorẽ intelligentiam supponendum est

Primò, Caluino minimè satisfacere, quod natia virtus liberi arbitrii à Deo suppetitur, tanquam ab authore nature; hoc enim manifestè videbat, à Catholicis omnibus concedi. Agebat igitur ille solummodo de virtute suppetenda per gratiam.

Secundò recolendum est, virtutem actiuam eo sine refutasse Caluinum, vt radicem conuelleret libertatis indifferentiam, quæ sine actiuitate, propriè dicta, non potest consistere, vt vidimus tomo de scientia Dei disp. 45. sect. 1. 2. & 3.

4.

Tertiò quod Caluinus refuter non solum virtutem totaliter actiuam; sed etiam virtutem partialiter actiuam, & partialiter concurrentem cum alia præstantiori causa, constat ex aliis verbis eiusdem hæretici, quæ retulimus sect. 2. & ipse clariùs explicuit in citato lib. 2. cap. 3. num. 9. dicens: Nec ambigua est ista conclusio: Sine me nihil potestis facere. Non dicit nos esse infirmiores, quàm qui nobis sufficiamus, sed nos ad nihilum redigendo, omnem vel exiguum facultatis opinionem excludit. Apud Stapletonum in antidoto Ioan. 15. pag. 231.

5. Quorundam sententia.

Quinetiam aliqui authores huius ætatis apud prime Catholici ex prædictis verbis Christi Domini colligunt, quod liberum arbitrium per insitam sibi actiuitatem præcisè sumptam non concurrat neque vt partialis causa, & quod tota virtus agendi, vt quo, est supernaturalis. Explicant autem exemplo aquæ, quæ non à natura sua, sed totaliter à calore sibi communicato, habet posse calefacere. Nec dubito quin eorum authorum mens longè distiterit à Caluino nuper citato; sed eam distantiam aliis explicandam relinquo.

6. Resillitur primò.

Quod ad præsens attinet, Peto primùm, quomodo supernaturales electiones possint esse propriè, atque simpliciter voluntarij motus, si totale principij earum, & causa tribuitur ab extrinseco motore, videlicet Deo, quemadmodum virtus calefaciendi ab igne tribuitur aquæ? Etenim ad rationem voluntarij simpliciter necessarium est aliquod principium intrinsecum, innatum, & ex essentia personæ volentis proueniens; quemadmodum ex Nysseno, vel potius Nemesio lib. 5. Philosoph. cap. 3. circa principium, & Damasceno lib. 2. fidei c. 24. & Aristotele 3. Ethicorum cap. 1. text. 5. docet D. Thomas in 2. quæst. 6. art. 1. in 1. argum. & in corp. dicens: Cum verumque sit ab intrinseco principio, scilicet quod agunt, & quod propter finem agunt, horum motus, & actus dicuntur voluntarij. Vide supra sect. 3. Hac ratione S. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 2. corp. probat, quod motus charitatis non ita procedit ab Spiritu sancto, mouente humanam mentem,

quod humana mens sit mota tantum, & nullo modo sit principium huius motus. Hoc enim est contra rationem voluntarij. Et inde colligit voluntatem non moueri tanquam instrumentum, in quo non sit agere, vel non agere.

7.

Peto secundò, vtrum Caluinus ex suo cerebro confinxerit, quod in Catholicis reprehenderet prædictis verbis; vel potius Catholici verè affirmauerint ea, quæ Caluinus in eorum doctrina reprehendit. Nam si Caluinus adfinxit Catholicis, quod in eis reprehenderet, consequens est, quantum ad præsentem articulum nihil esse, quod à Catholicis impugnetur ille tanquã à sana Theologia recedens. Quemadmodum si Caluinus reprehenderet Catholicos, quod personarum Trinitatem non agnoscerent; mentiretur quidem, sed in affirmanda personarum Trinitate nihil à Catholicis dissentiret.

8.

At verò Catholici Doctores Caluinum non ideo refutant, quoniam mentitus sit doctrinam Catholicorum, sed potius seridè defendunt eandem ipsam doctrinam, quam Caluinus in his verbis reprehendit. Quemadmodum Albertus Pighius lib. 6. de lib. arbit. inter med. & fin. fol. 97. cuius verba referemus infra. Ruardus art. 7. proptius ad finem, quàm ad med. §. Cum igitur Ioannes Caluinus, pag. 383. prope initium, aliàs 274.

9.

Iodocus Tiletanus in apolog. contra Kemnitium part. 1. versùs med. postquam retulit verba, quibus reprehendit Catholicam Tridentini doctrinam de viribus naturalibus liberi arbitrii, distinguit, quæ Kemnitius adfinxit, videlicet, aliqua pietatis opera fieri posse sine gratia, & naturales vires liberi arbitrii concurrere ad inchoandos pios motus. Ceterum Tiletanus defendit quasi sententiam Tridentini, quod potentia voluntatis sua naturali actiuitate spirituales actiones per Spiritum sanctum operetur. Vt videre est fol. 176. in princip. & post med. §. præter, & fol. 178. §. hæc cum ita sint. Driedo de concord. lib. arbit. cum prædest. p. 2. c. 3. non procul à princ. fol. 46. pag. 2. dicens: Sicut oculus clausus aut in tenebris habet potentiam, quæ videt, dum illi aperto adest Solis lumen; ita anima nostra, etiam in tenebris peccatorum habitans, habet vim quamdam, seu potentiam, quæ potest videre, & operari ea, quæ sunt salutis, dum illi adest Christus, qui est vera lux, in tenebris lucens. Necnon Maldonatus, & Stapletonus infra citandi.

10.

Quinetiam Bellarm. lib. 6. de grat. & lib. arbit. c. 15. sentent. 2. ait: Habet homo ante omnem gratiam, potentiam remotam, & imperfectam ad opera pietatis faciendã. Quam sententiam non solum probabilem reputat Suarez lib. 3. de auxil. cap. 15. n. 19. & 20. sed etiam notandum est, quod refutat partialem vim agendi, quæ sit in ipsa creatione congenita; sed tantummodo contendit eam non esse naturalem, sed supernaturalem, seu obedientialem potentiam.

11.

Certè pro Catholicis plurimis vnus potuisset sufficere S. Thom. vt Caluinus illis adscriberet quæ supra retulimus. Nam 4. contra gentes c. 22. in medio de supernaturalibus actionibus, ad quas Spiritu Dei aguntur, qui sunt filij Dei, ait: Illud liberè agimus, quod ex nobis ipsis agimus; hoc verò est, quod ex voluntate agimus. Quod ibidem recipit, & clariùs pronuntiat Ferrariensis, & supra præced. dispuc. 28. sect. 7. ostendimus, esse desumptum ex Aristot. 6. Ethic. c. 2. Potuit etiam desumi ex c. 5. ad Galat. secundum expositionem Hieron. quam retulimus sect. 5. Imò & Prosper ad cap. 5. Gallor.



Quamuis fides, inquit, non sit nisi ex Dei dono, & hominis voluntate: infidelitas tamen non est, nisi ex sola hominis voluntate. Perpende, ex hominis voluntate, nec solum ex Dei dono fidem esse. Et Chryso- stomus 2. Corinth. 1. homil. 3. in princip. docet, homines ipsos ex se se non mediocre momentum asserre.

12. Clemens Alexandrin. lib. 6. Strom. paulo post med. de Adami creatione sic loquitur: Perfectus quidem non fuit factus in constitutione, sed aptus ad suscipiendam virtutem. Vult autem nos ex nobis ipsis saluos fieri. Hac est ergo natura anima a se ipsa impelli, & incitari. Hoc autem fieri Dei gratia inspirante cogitationem, & adiuuante, docet in eodem lib. 6. pag. 3. numerando ab vlt. pag. cum ait: Cogitata eorum, qui sunt virtute praediti, per diuinam sunt inspirationem. & cetera, quae subdit ibidem, & pag. vlt. Opem ferente gratia ad quantulumcumque cognitionem, &c.

13. Confirmatur, nam per se agere est idem, quod causa libera agere per virtutem, quam aliqua causa habet a se ipsa. Quam ob causam aqua non dicitur per se calefacere, sed per accidens; ignis verò dicitur per se calefacere, non per accidens. At verò liberas causas per se agere, docet S. Thomas 1. p. q. 29. art. 1. corp. & q. 103. art. 5. ad 2. & 3. & de potent. q. 9. art. 1. ad 3. Ergo quascumque actiones liberas agit arbitrium per se, hoc est, per aliquam virtutem, quam habet a se ipso; licet ad supernaturales actiones ea virtus sit inchoata, & indigens gratiae supplemento, & auxilio.

14. Restat igitur, verè Catholicorum assertiones illas esse, quas reprehendit Calvinus, videlicet: Homo aliquid ex se confert! A Deo adiuti habemus aliquid ex nobis, prater eius gratiam, videlicet aliquam incompletam, & exiguam facultatem. Quod idem Kemnitius apud Bellarminum de grat. & lib. arbitr. lib. 6. cap. 15. sentent. 3. supponit esse Catholicorum dogma, quando aduersus illos vtitur hoc dilemmate: Aut habet homo ex se aliquas vires, quamuis exiles, aut nullas omnino; si habet aliquas: ergo potest aliquid sine Deo, contra illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Si nullas: igitur extinctum est liberum arbitrium, neque gratiae cooperari potest.

15. Ex his colligo, & sit prima conclusio. Christus Dominus Ioan. 15. non excludit virtutem actiuam, quam homines ex se congenitam siue naturaliter instam habeant, vt postquam fuerint vni- ti Christo per gratiam, possint ad salutem aliquid facere, & cooperari; sed potius hanc virtutem supponit Christus Dominus: & addit, hominem nihil posse facere, nisi fuerit ei vnitus per gra- tiam, & illius auxilio sussultus.

16. Probatur primò ex communi sensu Catho- licorum, quem nuper reprehendebat Calvinus, & Kemnitius. Confirmatur, nam Augustinus, Da- mafcenus, & alij Patres existimant, esse naturali- ter congenitam vim, & efficacitatem arbitrij, qua cooperetur gratiae ad actum fidei, & charitatis, vt ostendimus disp. 33. sect. 3.

S. Thomas 1. p. q. 61. art. 6. ad fin. corp. docet: Naturam angelicam secundum totam virtutem moueri, & ideo Angelos, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius, & efficacius ad Deum fuisse conuersos. Quod ipsum confirmat 2. 2. quaest. 24. art. 3. ad 3. & magis expressè in 1. sentent. dist. 17. quaest. 2. art. 3. corp. dixerat: Quando actus charitatis procedit ex tota virtute habitus, & quantum ad virtutem naturam, & quantum ad virtutem habitus, &c. Eodem

Vires congenita arbitrio vt cooperetur gratia.

modo loquuntur alij Scholastici antiqui, vt Ma- ior in 2. dist. 28. q. 1. post concl. 4. coroll. 4. suppo- sita vocatione, & auxilio specialij Dei, requirit, vt homo bene vtatur naturalibus.

17. Probatur secundò, quoniam Augustinus lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 8. ad med. hoc vnum ex illis verbis colligit, nec facile, nec diffi- cile, nec initium, nec profectum, nec magnum, nec paruum, nec omnino aliquid ad salutem vti- le fieri posse sine gratia. Sed postea ex profecto docet, hominem aliquid facere supposita praue- niente, & adiuuante gratia. Vnde in fine cap. 8. ait, Deum in vno cooperari homini facienti, alterum verò solum Deum facere, & paulo superius dixerat: Quamuis nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro. Id, quod clariùs expressit lib. 2. de peccat. meritis, & remiss. cap. 5. post medium, docens, necessarium esse, vt subin- feratur ad bene viuendum etiam nostrae efficacia vo- luntatis. Quae verba cum aliis aequivalentibus ponderauimus disp. 27. sect. 4. sub initium. Nunc obserua praeter vires gratiae, quae praeferenda sunt, propriam esse vim, & efficaciam voluntatis, quae viribus gratiae sit subinferenda.

18. Probatur tertid, quoniam vna & eadem po- tentia est, quae priùs bene operari non potest, eo quòd sit debilis, infirma, & vinculis constricta; deinde verò potest bene operari, postquam sani- tati restituitur, & vinculis liberatur. Hac igitur est ratio, propter quam Augustinus, & ceteri Pa- tres tanquam de vna, & eadem potentia loquun- tur, quando dicunt, liberum arbitrium, seu vo- luntatem sine gratia esse debilem, infirmam, & scruitute deuinctam, sed per gratiam sanari, & li- berari. Quoniam supponunt, eas ipsas vires, quas liberum arbitrium sortitur à natura, concurrere ad seruanda praepcepta, postquam corroboratae sunt, & expedita per sanitatem, & libertatem gratiae. Quòd si tota potentia bene volendi, nul- la illius parte praesupposita, tribueretur per gra- tiam, non rectè diceretur sanari, & liberari po- tentia volendi bonum; quia nulla potentia volendi bonum iacuisse infirma; sed tota nunc de- nudò integra, & sana produceretur.

19. Sic Augustinus de spiritu, & litera cap. 30. ini- tio, ait: Neque enim lex impletur, nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratia contra peccatum, per gratiam sanatio anima à vitio peccati, per animam sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitia dilectio, per iustitiae dilectionem operatio. Rursus idem Augustinus lib. de gratia Christi cap. 50. citat Ambrosium his verbis: Naturalem possibilitatem peccato esse vitia- tam, eneruam, infirmamque restatur venerandus Am- brosius. & post pauca: Cui sola, inquit Augustinus, per mediatorem Dei, & hominum, & omnipotentem medicum diuina subuenit gratia.

20. Caelestinus I. epist. 1. ad Episc. Galliae cap. 12. post med. ait: Quo vtrique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de te- nebroso lucidum, de prauo rectum, de languido si- num, &c. Gelasius I. epist. 7. ad Episcopos per Pi- centum inter medium, & finem: Ut libertas, in- quit, quae per temerariam fuerat deiecta superbi- am, instauretur reparata per gratiam: mutuaque vice hu- mana voluntatis arbitrium, sicut sequendo diabolum, captiuitatem meruerat sempiternam, sic reformato subsequendo libertatis authorem, amissam rediret ad primum. Fulgentius de grat. Iesu Christi cap. 20. hinc:

Eadem est po- tentia, qua bene operari non potest, & quae deinde potest.

fine: Qua gratia, inquit, hominum non aufertur ar- bitrium, sed sanatur; multaque in eamdem senten- tiam ibi, & cap. 19. 22. 23. & 24. Peculiariter no- tandum est, quod asserit in fine cap. 23. Arbitrium hominis sanat Deus, atque illuminat, vt homo in Deum naturaliter credat.

21. Prosper contra Collator. cap. 38. fine: Liberum, inquit, arbitrium, naturaliter homini inditum, manet in natura, sed qualitate, & conditione mutata. Sed multo clariùs ad rem praesentem in lib. de ingra- tis, postquam totò cap. 27. & 28. explicauerat mor- bos, quos arbitrium ex Adami peccato contraxe- rat, ita claudit cap. 28.

Huius ope, & fructu descendendum est, vt reualefcens Languida mens, etiam proprijs bene viribus vi- possit: & in Christo inueniat, quod perdidit in se.

22. Perpende, proprijs bene viribus vti arbitrium, Christi Domini medicina reualefcens, ad recu- perandam gratiam, quam propria culpa perdidit.

23. Basilius in regul. fufus disputatis, interrog. 2. prope initium: Ad omnia nos, inquit, quae descripta nobis à Deo praecipis sunt consequenda, naturales etiam ab ipso facultates accepisse, & post pauca: Saneque facultates haec eiusmodi sunt, vt si his rectè, vt par est, vsi fuerimus (excitati videlicet, & adiuti per gratiam, vt alibi saepe notauit Basilius) egregie pietatem tenentes, ei, quae cum virtute coniuncta est, vna satisfacere possimus. Et statim addit, vitij, atque virtutis definitionem esse, earumdem facultatum vel abufum, vel bonum vsum. Cum igitur ad vi- tium non abutamur facultatibus supernaturalibus, sed tantum naturalibus; consequens est, na- turalibus facultatibus nos vti ad virtutem. Quod etiam multis argumentis postea confirmat.

24. Rem exemplo declarauit Anselmus in dialo- go de libero arbitrio cap. 4. dicens: Si ergo absente re, quae videri possit, in tenebris positus, & clausus, sine li- gatis oculis habentes, quantum ad nos perit in tenebris, vt dendi quamlibet visibilem rem potestatem habemus, quid pro- hiberet nos habere potestatem seruandi relictitudinem vo- luntatis propter ipsam relictitudinem, etiam absente ipsa relictitudine, quandiu & ratio in nobis est, quae eam va- lemus cognoscere, & voluntas, quae eam tenere possumus? Ex his enim constat praesata libertas arbitrij. Sicut ergo eadem est oculorum natia facultas, & acti- uitas, quae absente lumine, vel obiecto, concipe- re nequit visionem, quam, praesente, & concu- rente lumine, & obiecto, concipit: sic eadem est liberi arbitrij facultas, & actiuitas innata, & con- genita, quae sine gratia lumine bonam electio- nem concipere nequit, quam postea concipit, eo praesente, & concurrente. Hoc solo discrimine, quòd oculorum facultas est integra, completa, & proportionata potentia videndi, propter eaque naturaliter debetur illi lumen, & obiectum; at verò liberum arbitrium ad electionem, superna- turaliter bonam, est potentia inchoata solum- modo, imperfecta, & improporcionata; ideòque naturaliter illi non debetur supernaturalis auxi- lium, nec supernaturalis actus.

25. Quarta probatio praecedenti cognata est, & partim ab eodem principio descendens. Nam Genes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt. Roman. 2. cap. Loquitur autem Apo- stolus de obseruantia legis ad iustificationem vtili, cum praemiserit: Factores legis iustificabun- tur. Quapropter communior expositio intelli- git naturam, quae sine scripta lege per gratiam sanatur, reformatur, renouatur, corrigitur, recu- peratur. Hac enim varietate verborum ad cam-

dem sententiam significandam vtuntur Patres, semper intelligentes naturam esse, quae facit ea, quae sunt legis, non tamen excludendo, sed in- cludendo gratiam. Id quod probat fuse Augu- st. lib. de spiritu, & litera cap. 26. & 27. & lib. 4. con- tra Iulianum cap. 3. quem sequuntur Fulgentius lib. de Incarn. & grat. Iesu Christi totò cap. 25. Prosper contra Collator. cap. 22. Beda, & Ansel- mus Roman. 2. vbi D. Thomas lect. 3. col. 2. com- muniter recentiores, vt Turrianus pro Epistolis Pontificum lib. 4. cap. 8. sub finem, Salmeron, & Pererius Roman. 2.

26. Confirmatur, nam idem supponunt Patres, qui dicunt, natura omnibus inesse notitiam Dei, & si- milia, quae ex Hieronymo, Cyrillo Alexandrino, & Macario retulimus praecedenti tomo de pro- uident. disp. 25. sect. 2.

27. Quintò probatur conclusio, quoniam Conci- lia & Patres communiter ex illis verbis: Sine me nihil potestis facere; nihil aliud colligunt, nisi ex- tremam necessitatem gratiae ad singula peccatis opera, ita vt nihil neque magnum, neque mini- mum, neque facile, neque difficile fieri possit abs- que diuina gratia, non solum adiuuante, sed etiam praeuente, excitante, & initium totius boni praebente. Ita D. August. plurimis in locis, quo- rum aliqua ponderauimus paulo superius. Con- cil. Mileuit. in epist. ad Innocent. quae apud Au- gust. est 95. in princip. Innocentius ad Mileuit. Concil. rescribens epist. 26. Arascanū II. can. 7. Caelestinus I. epist. 1. ad Episcopos Galliae cap. 10. sine. Leo serm. 8. de Epiphani. cap. 2.

28. Non aliter Prosper ad Demetriadem virg. col. 7. ad explicationem eorundem verborum ait: Quis enim sine auxilio gratiae fructum potest asser- re iustitiae. Vnde continuò deducit, duo requiri. Primum, vt non querescentes à Deo queramus, & non interrogantes edocemur. Deinde verò, vt nos coope- remur gratiae Dei, & excitatam, inuicemque subsequamur. In hoc scilicet exercemus vires, libero arbi- trio à natura congenitas, mouendi se ipsam, quas non dirigit ad bonum, nisi praeueniatur diuina gratia quarente, atque docente. Et Philo lib. in Cantica ad illa verba: Terribilis vt castrorum acies ordinata; ex eisdem verbis Ioan. 15. docet, colligi necessitatem gratiae praeuentientis, sed illam non sufficere, nisi cooperemur, & aliquid de nostro adhibeamus.

29. Imò & D. Thomas cum soleat esse diligentissi- mus obseruator eorum, quae in sacra Scriptura occurrunt, ad extenuandas vires liberi arbitrij, & commendandam indigentiam gratiae, non aliud colligit in huius loci commentario, nisi posse fieri, nihil naturale sine Deo authore natu- rali, nihilque supernaturale fieri posse sine Deo authore supernaturali. Rursus in variis locis Summae Theologiae, atque contra gentes colli- git necessitatem diuinam motionis praeuentientis. Quae omnia non contradicunt sententiae, quam ex ipso supra retulimus.

30. Probatur sextò, & principaliter ex ipso con- textu Euangelij, & metaphorà vitis, & palmitum; ait enim Ioan. 15. Sicut palmes non possunt ferre fru- ctum à semetipso; sic nec vos, nisi in me manseritis. Quapropter supponit, si maneat in Christo, per eius virtutem & gratiam, hominem ferre posse fructum à semetipso.

31. Confirmatur primò; hoc enim Christus age- bat, non vt doceret, nihil conferre palmitem ex innata virtute, etiam si fuerit vnitus cum vite: sed nihil

25. Quid ex illis verbis Ioan. 15. colligant Patres.

26.

27.

28.

nihil nisi in vite manentem conferre posse. Vnde ait : Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Confirmatur secundò ; propterea quippe Christus Dominus hortatus fuerat discipulos, vt in se manerent, vt fructum ferre possent. Et post pauca subiicit : Elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Noster itaque est iste fructus propter rationes, quas ponderauimus disp. 27. sect. 3.

29.

Palmes in vite permanentes ad ferendum fructum aliquid conferunt.

Confirmatur tertio, nam & palmes in vite permanentes ad ferendum fructum, aliquid conferunt ex natua virtute, quod non possent conferre surculis alterius arboris, aut plante, licet viti fuisset infertus. Quod si nullus sapiens huius oppositum colligere tentaret ex eo, quod palmes non possent ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite; consequens est Christum Dominum ex eodem principio minimè collegisse, quod fideles, in Christo manentes, ad ferendum fructum nihil conferant ex natua virtute.

Confirmatur quarto, quoniam si quis diceret: Saxum, nisi in vite manserit, nullum fructum afferre potest; censeretur inepte & absurdè locutus, non alia ratione, nisi quia saxum, etiam si in vite maneret, nullum fructum afferre possent ex insita virtute; sed solummodo possent in se continere vitam, aut palmes, ferentes fructum. Ergo propterea sapienter dicitur, palmitem, nisi manserit in vite, fructum ferre non posse; quia si manserit in vite, potest aliquid ex sua natua virtute conferre, vt per influxum radicis, & vitis fructificet.

30.

Confirmatur quinto; nam quod Caluinus supra citatus ait, hanc particulam, sine me, idem valere, quod, non nisi ex me; falsum est. Diuersum quippe sensum esse manifestat euidentis iudicium; prior enim particula verificatur quandoque, licet sit falsa posterior. Est enim verum, semina quorumlibet viuientium ad eorum generationem nihil posse facere, sine cœlorum influentiis, & tamen omnino falsum est, eadem semina non nisi ex cœlorum influentiis aliquid facere posse. Nam semina ex propria, & innata sibi virtute operantur, quamuis dependenter ab influentia cœlorum.

31.

Rectè igitur Pighius lib. 6. de libero arbitrio, inter medium, & finem, ita concludit: Fructificare illum, sicut palmitem ex se ipso, hoc est, propria virtute forma, aut essentia, quando in vite permanet, iam demonstrauimus: ergo si in vite manseritis, poteritis utique palmitem instar ex vobis fructificare, hoc est, propria natura vestra, quam à Deo tamen accepistis, fructificare; quia sine me nihil, inquit, potestis facere. Aperi oculos, Caluine, poterat ne vllis verbis clariùs nostram, & Catholicam probare, vestramque damnare sententiam? Nec minus apertè vim eiusdem argumenti Maldonatus virget in eiusdem loci commentario. Quin etiam Stapletonus in antidoto ad eum locum: Hoc est, inquit, vera, & integra Catholicorum sententia. Agnoscimus habere nos aliquid ex nobis, id est, ex natura intellectus, ac voluntatis nostre, qua gratia Christi cooperemur, ideoque aliquam naturalem facultatem ad cooperandum gratia, &c.

32.

Probatur septimò; quia nullam actionem naturalem fieri posse à causa secunda, nisi Deo mouente, & concurrente, tanquam authore naturali, S. Thomas intelligit in prædictis verbis Christi Domini, vt constat in eius loci commentario lect. 1. post med. & 3. contra gentes cap. 67. ad fin.

& tamen inde non licet inferre, causas naturales nihil operari à semetipsis, & per insitam sibi virtutem, etiam accepto generali concursu: ergo præcisè ex eo, quod nihil ad salutem vile possumus facere, sine Deo authore supernaturali, non bene colligitur, hominem à semetipso, & per insitam sibi virtutem nihil agere, cooperando cum Deo authore supernaturali.

Confirmatur, nam Ioan. 7. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit; & tamen à semetipso loqui, aut propriam gloriam querere, non potest sine Deo authore naturali: ergo ex eo, quod non possis aliquid facere sine Deo, non potest colligi, quod etiam Deo concurrente, non facias à temetipso.

Ex quibus omnibus deducitur, non de incompleta, improporionata, & insufficienti virtute, sed de completa, proporionata, & sufficienti dictum esse ab Augustino lib. de grat. & lib. arbitr. cap. 6. Paulum certasse non virtute, qua illi ex semetipso fuerit, sed qua desuper data sit. quibus similia notat alibi sepe; quemadmodum & Paulus 2. Corinth. 3. Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, &c.

Secunda conclusio. In eodem verborum contextu Ioan. 15. libertatis indifferentia, per quam possit in Christo manere, aut non manere; fructum aut ferre, aut non ferre, Christus Dominus significauit, & aliqui Patres inde colligunt. Atque in primis ex proximè sequenti compinatione pœnæ probatur ab August. in Ioan. tract. 81. in med. dicente: Verum quia ita sine ista gratia non potest vni, vt & mors in potestate sit liberi arbitrij. Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras, sicut palmes. Quod si mors est in potestate liberi arbitrij, etiam est in eius potestate non admittere mortem, sed vitam seruare, iuxta regulam Aristotelis 3. Ethic. cap. 5. initio: Quibus in rebus nostra in potestate situm est agere, in ijs & non agere, & in quibus non agere, in ijs est & agere, videlicet in nostra potestate situm.

Confirmatur, quia per gratiam habet vnusquisque in sua potestate facere arborem bonam, & fructum eius bonum, eligendo, quæ bona sunt: aut eligendo, quæ mala sunt, facere arborem malam, & fructum eius malum; vt Augustinus docuit lib. 2. actorum cum Felice Manichæo cap. 4. & lib. contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 26. & lib. 1. retract. cap. 22. prope finem. Recipitur autem à Magistro, & communiter Scholasticis 2. dist. 28. cap. 4.

Probatur secundò ex superiori Saluatoris præcepto, & exhortatione: Manete in me, & ego in vobis. Vnde in nostra potestate constitui, Deo supernaturaliter adiuuante, vt in accepta maneamus gratia, rectè colligunt eo in loco Leontius, & Heracleotes, quos sequitur Maldonatus ibi.

Confirmatur, quoniam per diuinam gratiam in nostra potestate esse, vt vel inseri bonitati Dei, vel excidi eius seueritate mereamur, August. docet contra Adimantum cap. 27. & lib. 1. retract. cap. 22.

Tertio probatur ex Gregorio lib. 33. moral. cap. 20. aliàs 25. nam hoc cum aliis testimoniis adducit ad probandum præuenientis gratia necessitatem; nihilominus de reprobis ita subiungit: Idcirco nequaquam cœlestis patriæ præmia eterna percipiunt, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quam libertatis indifferentiam ibi magis explicat: vt retulimus disp. 27. sect. 3. ad finem.

33.

Præoccupatur obiectio.

34.

In dictis verbis libertatis indifferentis significatur.

35.

36.

37.

DISPVATIO XXX.

Appendix ad præcedentes. Scripturæ sacræ se inuicem exponunt, cum eandem operationem nunc Deo, nunc homini tribuunt.

SECTIO I.

De corde, & varijs operationibus circa illud.

1.

VM Scripturarum sermones nec debuerint, nec potuerint scholastica subtilitate rigescere, sed plerumque accommodati fuerint ad exiguam capacitatem vulgarium, aut illiteratorum hominum: vsu plerumque contingit, vt quæ diuersis in locis asseruntur, videantur esse contraria, tunc verò fidem, atque diligentiam excitant ad inuestigandum, quomodo se inuicem exponant, dum quod in vno loco pronunciat expresse, tacite, atque implicite supponitur, & subintelligitur in alio. Huiusmodi multa sunt, quæ nunc Dei operationem exprimentur, tacite subintelligendo liberi arbitrij cooperationem; alia verò liberi arbitrij cooperationem exprimentur, tacite subintelligendo Dei operationem.

2.

Obiectio.

Videamus in primis illud Prouerb. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud. hoc enim contra potestatem liberi arbitrij, præcedentibus disputationibus probatam, obiciunt aliqui. Veruntamen eundem locum sibi D. Thomas obiecerat 1. part. quæst. 83. artic. 1. argument. 3. & respondet: Liberum arbitrium est causa sui motus; quia homo per liberum arbitrium se ipsum mouet ad agendum. Quod autem se ipsum mouet, eo ipso ad agendum se determinat. Id autem fieri per indifferentiam dominij, notauerat in præcedenti quæst. 82. art. 1. ad 3. dicens: Sumus domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud agere.

3.

Prædictus locus exponitur.

Tria igitur præcipuè intendit Sapiens eo in loco. Primum, quod Deus est prima causa motus, & naturalis causus, & voluntates, secundum earum proprietatem; vt colligit D. Thomas d. quæst. 83. artic. 1. ad 3. Secundum, non solum diuinam causalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actum ipsius, vt colligit D. Thomas 3. contra gentes cap. 89. ratione 2. Tertium, omnia hominum corda Deo esse subiecta, vt efficaciter possint ab eo conuerti, & inclinari, quocumque voluerit. Si enim Regum corda, quæ maxime libera sunt, atque ad resistendum prompta; multo magis caterorum hominum corda poterit inclinare. Atgit huius ponderationis non nihil Athenagoras Atheniens. in legatione pro Christianis, prope medium; sed magis ex professo Augustinus de gratia, & libero arbitrio, cap. 21. post medium.

4.

Quomodo sine libertatis præiudicio Deus inclinet corda.

Modus verò, quo Deus suauiter, & absque libertatis præiudicio inclinat corda, notatur illis verbis: Sicut diuisiones aquarum; quas videlicet quocumque voluerit architectus, vel agricola

proprio deducit pondere, quosdam obstruendo vias, alias verò aperiendo. Sic enim Deus interius immittit propensiones ad bonum aliquod; deinde interius, & exterius opponit impedimenta eorum, quæ Deus absoluta voluntate decreuit, vt non eligantur per alias propensiones. Rursus viam aperit, & præbet opportunitates ea eligendi, & exequendi, quæ decreuit fieri. Et hæc quidem vniuersalia sunt instorum, & iniquorum cordibus. Illud autem peculiare iustorum, quod ad quocumque voluerit bonum, conuertet; quoniam sicut diuisiones gratiarum Angelis & hominibus, iuxta voluntatem suam tribuit: ita corda Regum (id est, Sanctorum) varijs donis replet, & diuersis ornatur muueribus. Ita Salonijs Viennensis in mystica explicatione Prouerb. cap. 21.

Hoc autem licet non fiat absque physico causalitatis genere; fieri tamen absque præiudicio libertatis, & indifferentiæ, aliorum locorum verba conferendo,

Probatur primò. Nam licet Prouerb. 21. Cor Regis in manu Domini, & Ecclesiastici 33. quasi habitum, &c. sic homo in manu illius, qui fecit illum. & Sapient. 7. In manu illius & nos, & sermones nostri. Vnde Prosper lib. 1. de vocatione gentium, cap. 24. non procul à principio colligit, omne bonum ex Dei gratuito dono prouenire. Nihilominus hoc non obstat, quominus Deus hominem reliquerit in manu consilij sui, Ecclesiastici 15. atque eo ipso contulerit illi solutam, & expeditam indifferentiam libertatis, vt Deo mouenti, seu plasmani resistere possit, vel acquiescere, vt probatum est tomo de scientia Dei tota disp. 39.

Probatur secundò, quoniam in alijs locis Scripturæ Deus dicitur esse, qui corda inclinat. Quemadmodum 3. Regum 8. Inclinet cor nostrum ad se Dominus, vt seruemus mandata eius, & Psal. 118. Inclina cor meum in testimonia tua. In hac tamen inclinatione, per Deum facienda, virtualiter, & implicite subintelligitur, eandem inclinationem faciendam esse per liberam hominis cooperationem: vt in eodem Psalmo 118. Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Prouerb. 2. Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam; se enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentia, &c. At inclinare est indifferentiam liberæ determinare, mouendo lancem alteram, vt in electione præponderet. Eandem verò inclinationem significat ponere in corde, veluti Lucæ 9. Ponite in cordibus vestris non præmeditari. Vel ponere cor, aut animam in aliqua re, vel transferre. Quemadmodum Psal. 12. Quando ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo. Prouerb. 24. Posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Ecclesiastici 50. Qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Daniel. 10. Posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres. Quibus similia plurima reperies in sacris literis.

Probatur tertio, nam licet Deus dicatur immutare corda; quemadmodum 1. Regum 10. Immutauit ei Deus cor aliud. Nihilominus hominum etiam est per liberum arbitrium propria corda mutare, quando fortitudinem mutant. Quemadmodum Isaia 40. Qui sperant in Domino, mutant fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, & sequenti cap. 41. Gentes mutant fortitudinem, Vbi Hieronymus: Inbentur, inquit, mutare fortitudinem, ne per imbecillitatem pristinam, Dei non possint audire sermonem, vt accedant prius ad Dominum.

312 Disp. XXX. De eadem causalitate operationum. Sect. II.

num. Ecclesiasticus 2. Cogitavi in corde meo, abstrahere a vino carnem meam, et animum meum transferrem ad sapientiam. Sed illa mutatio in bonum non fit sine supernaturali auxilio; quemadmodum in Psalm. 76. Hac mutatio dextere Excelsi. At verò mutatio in malum fit per naturales vires liberi arbitrij, de qua Isaia 24. Mutauerunt ius, dissipauerunt pactum sempiternum.

8. Probatur quartò. Nam & Deus dicitur esse, qui corda dirigit, & alibi homines dicuntur esse, qui gressus, & affectus dirigunt: vt vidimus disp. 28. lect. 4. & videbimus sect. 3.

9. Probatur quintò. Nam Deuter. 30. Circumcidet, inquit, Deus cor tuum. Et tamen in hac Dei operatione tacite subintelligi cooperationem liberi arbitrij, constat Deuter. 10. Circumcidite praeputium cordis vestri; & cervicem vestram ne induretis amplius. & Ierem. 4. Circumcidimini Domino.

10. Probatur sextò. Nam & Deus dicitur esse auctor aperiendi cordis. 2. Machab. 1. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti: adaperiat cor vestrum in lege sua, & in preceptis suis. Actuum 16. Cuius Dominus aperuit cor, intendere his, que dicebantur à Paulo. Atque idem est Coloss. 4. Deus aperiat nobis oclium, quibus similia sapè in Apocalypsi cap. 3. num. 7. & 8. Eisdem autem in locis subintelligitur ianuam cordis aperiiri cooperante libero arbitrio, cui Cant. 5. precipitur: Aperi mihi foror mea. Apocal. 3. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. Lucae 12. Vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Vt videlicet, vigilantes ad obedientiam promptos nos faciamus. Obserua modum, quo Gregorius Nyssenus exprimit arbitrij cooperationem, & recipitur à D. Thoma in Carena.

11. Probatur septimò. Etenim Deum esse, qui corda conuertit, traditur Ierem. 31. Conuerto me, & conuertar; quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam. Qua oratione Dei nos gratia praeueniri constat, vt Tridentinum ait sess. 6. cap. 5. sine. Perpende quid colligat Tridentinum, & quomodo dissentendi potestatem seruet illasam, vt infra videbimus. Sic etiam Psalm. 84. Conuerte nos Deus salutaris noster. 1. Efdra 6. Letificauerat eos Dominus, & conuerterat cor Regis Assur ad eos. 3. Reg. 18. Tu conuertisti cor eorum iterum.

In his autem locis virtualiter contineri liberi arbitrij cooperationem, probant plurima testimonia, quae praecipuum homini conuersionem cordis: vt Ierem. 15. Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Isaia 45. Conuertimini ad me, & salui eritis. Ierem. 3. Conuertimini filij reuertentes. Actuum 3. Poenitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Rursus in fine eiusdem capituli: Vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. & Psalm. 118. Cogitavi vias meas, & conuertii pedes meos in testimonia tua. Psalm. 84. In eos, qui conuertuntur ad cor. & 1. Reg. 7. Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, Talibus testimoniis, inter se collatis, libertatis nostrae nos admoneri, per quam agere possumus, inspirationem recipiendo, vel abiciendo, notat Tridentinum sess. 6. can. 5. & Augustinus de grat. & lib. arbitrij. cap. 15. cui consonat lib. 2. de peccator. merit. & remiss. cap. 5. prope initium. Sed ad materiales actiones peccatorum non nisi secundum permissionem intelligendum est, Deum corda conuertere; quem-

admodum Act. 7. n. 42. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiae caeli. & Psalm. 104. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.

12. Probatur octauò. Nam Deum esse, qui praeparat corda, seu voluntates, celeberrimum est apud August. & alios Patres, secundum illud Prouer. 8. Praeparatur voluntas à Domino. Ibi tamen subintelligi cooperationem liberi arbitrij, quantum ad dispositiones ad gratiam, colligitur ex 1. Reg. 7. Praeparate corda vestra Domino, & seruite ei soli. Amos 4. Praeparare in occursum Dei tui Israël. 2. Paral. 19. Et praeparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum. Vnde Augustinus lib. 2. contra duas epist. Pelagian. cap. 8. Homo, inquit, praeparat cor; non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor.

13. Probatur nonò. Nihil enim est, quod clariùs totam operationem Deo referuare videatur, quam illud Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innouas in visceribus meis. & Ezechiel. 36. Dabo vobis cor nouum, & faciam, vt in preceptis meis ambuletis. Ibi tamen virtualiter continetur, ad noui cordis productionem libero arbitrium cooperari. Ezechiel. 18. Facite vobis cor nouum. Vnde Augustinus de gratia, & libero arbitrio cap. 15. prope initium: Admoneamus, inquit, ipsam dicere: Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, qui dicit: Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo vobis. Quomodo ergo quod dicit: Facite vobis; hoc dicit: Dabo vobis? Quare inbet, si ipse daturus est? Quare dicit, si homo facturus est, nisi quia dicit, quod inbet, & adiuvat, vt faciat, cui inbet? Semper est autem in nobis voluntas libera, sed non semper est bona, &c. Deinde colligit Augustinus indigentiam auxilij diuini. Quemadmodum & Ierem. 24. Dabo eis cor, vt sciam me, quia ego sum Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deus, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Vide liberi arbitrij cooperationem subiunctam gratuito dono cordis.

14. Deum esse, qui legem scribit in corde, docemur Ierem. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Hebr. 8. Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum super scribam eas. 2. Corinth. 3. Epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non aramento, sed spiritu Dei veri: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nihilominus hominem etiam in suo corde scribere, docemur Prouerb. 3. vers. 3. Misericordia, & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. Prouerb. cap. 7. n. 3. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui, videlicet, legem Dei.

SECTIO II.

Mutua expositio Scripturarum, secundum quas Deo cooperatur arbitrium, vt Spiritu sancto impleatur, redimat, liberet, viuificet, custodiat, &c.

VT aliquis impleatur Spiritu sancto, causam esse Patrem, & Filium, mittentes & ipsum Spiritum sanctum venientem, constat Ioan. 14. & 15. & Act. cap. 2. 8. 15. & alibi saepe. Verum hoc ipsum non fieri, nisi dependenter à libera cooperatione hominis, declaratur Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed implemini Spiritu sancto.

Deum

2. Deum esse, qui redimit, toties Scriptura loquitur, vt loca notare, videatur esse superfluum. Nihilominus redemptionis effectum pendere à libero arbitrio; non obscurè sumitur ex cap. 4. Danielis: Peccata tua elemosynis redime. & Prouerb. 16. Misericordia, & veritate redimuit iniquitatem. Ecclesiastici 49. Et duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam & corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. Perpende se ipsos redemisse, videlicet à culpa mendacij, vel taciturnitatis, vel infidelitatis; quemadmodum Ezech. 4. Ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberaisti.

3. Deum esse, qui vincula rumpit, & soluit, saepe docet Scriptura sacra: vt Psalm. 115. Dirupisti vincula mea. Isaia 25. Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Ierem. 30. Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam. In his autem, & similibus subintelligi cooperationem liberi arbitrij, colligitur Isaia 52. Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. & Isaia 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. & paulo inferius: Si abstuleris de medio tui catenam, & desisteris extendere digitum.

4. Deum esse, qui animas à morte, & à peccato liberat, & à quocumque malo, tam frequens occurrit in sacris literis, vt nihil opus sit in speciali referre. Verumtamen hominem etiam ipsum cooperari posse, vt suam animam liberet, traditur Ezechiel. 3. Tu animam tuam liberaisti. Iob. 33. Respiciet homines, & dicit: Peccavi, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi. Liberauit animam suam, ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. & Prouerb. 23. Tu virga percutes eum, & animam eius de inferno liberabis.

5. Deum esse, qui à nobis peccata proicit, constat Michae 7. Deponet iniquitates nostras, & proijcet in profundum maris omnia peccata nostra. Id tamen fieri dependenter à cooperatione liberi arbitrij, constat Ezechiel. 18. Projicite à vobis omnes praecavaciones vestras, in quibus praecavicati estis. Quod breuiter obseruauit Augustinus de grat. & lib. arb. c. 15. & Isaia 2. Projicet homo idola. Isaia 33. Qui proijcit auaritia, ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Ephes. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem. & paulo inferius: Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Coloss. 3. Deponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, &c. Hebr. 12. Deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum.

6. Dei proprium opus esse lauare, atque mundare, constat Iob 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum femine? Psalm. 50. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Isaia 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, & Ezech. 16. & alibi saepe. Quibus in locis subintelligi cooperationem liberi arbitrij, constat ex illis praecipis, Isaia 1. Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Ierem. 4. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua sis. Matth. 23. Munda prius, quod intus est calicis, & parosfidis, vt fiat id, quod de foris est, mundum. Iacobi 4. Purificate corda, duplices animo. 1. Cor. 5. Expurgate vicos fermentum.

7. Ex talium verborum collatione Chryostom. homil. 42. ad populum Antiochen. colum. vlt. ita concludit: Vides, quod est & nostrum, & Dei? Et iterum: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbant. Ruiz de Prædestinatione.

8. Efficiamur mundi pro vivibus nostris, peccata nostra devertamus. & post pauca: Vides, quod priores nos ipsos oportet mundare, & tum Deus mundat? Cum enim prius dixisset: Lauamini, & mundi estote; tunc subdidit: Ego dealbabo. Prioritate autem intelligit respectu gratiae subsequenter, supposita diuina gratia praeueniente. Deum esse, qui viuificat animas, traditur Osee 6. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Psalm. 118. saepe repetitur illa oratio: Viuifica me. Ioan. 6. Spiritus est, qui viuificat. Hæc & familia tacite subintelligunt liberi arbitrij cooperationem secundum illud Ezech. 18. Ipse animam suam viuificabit. Lucae 17. Quicumque perdidit illam, (scilicet animam suam) viuificabit eam.

9. Deum esse, qui resuscitat mortuos, Christus Dominus docuit Ioan. 5. Sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificauit sic & Filius, quos vult, viuificat. Eam tamen resurrectionem à morte peccati obtineri dependenter à cooperatione liberi arbitrij, colligitur Ephes. 5. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

10. Deum esse, qui seruat animam, traditur Isaia 27. Ego Dominus, qui seruo eam. & c. 42. Ego Dominus vocauit te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. & c. 49. In die salutis auxiliatus sum tui, & seruaui te. Ceterum in his, aliisque similibus locis subintellige cooperationem liberi arbitrij, colligitur Prou. 2. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia anime tue placuerit, (vide conditionem) consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. Prou. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. De sapientia dicitur Sapient. 4. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. Ab hac igitur cooperatione libera pendet custodia, per Deum, & eius gratiam exhibenda. Ecclesiastici 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. & Iudas in Canonica: Vosmetipsos, inquit, in dilectione Dei seruate.

11. Nihil frequentius vsurpatum à Patribus ad confirmandam indigentiam diuinae gratiae, quam illud Psalm. 126. Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui aedificauit eam. At ibi significari non vanam, sed valde fructuosam esse cooperationem liberi arbitrij cum Deo principaliter edificante, probatur Matth. 7. & Lucae 6. Similis est homini, qui aedificauit domum supra petram, & Lucae 14. Quis volens turrim aedificare, non prius sedens cogitat, &c. & 1. Cor. 3. Secundum gratiam, que data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posuit.

12. Rursus in eodem Psalm. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam; & alibi saepe custodiendi actus Deo principaliter tribuitur. Nihilominus semper subintelligi cooperationem liberi arbitrij, constat Ioan. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Eccles. 40. Vir disciplinatus, & eruditus custodiet se. Deuter. 4. Custodite sollicitè animas vestras. Rectè igitur August. de grat. & lib. arb. c. 16. sine: Ille facit, vt faciamus, ait, eni dicit homo: Pone Domine custodiam ori meo. hoc est enim dicere: Fac, vt ponam custodiam ori meo; quod beneficium Dei iam fuerat consequutus, qui dixit: Posui ori meo custodiam. D. Thomas 1. ad Timoth. 6. ad finem: Paulus dicit Timotheo, vt de posito custodiat, id est, vt se in gratia Dei conseruet, & multiplicet.

13. Est etiam proprium Dei cognomen, Custos animae, apud Iob cap. 7. & 3. Seruator animæ, Prouerb. 24. Idem tamen cognomen homini tribuitur propter cooperationem liberi arbitrij. Prouerb. 16. Custos anima sua seruat viam suam. & cap. 17. Qui custos est Domini. D d



Domini sui, glorificabitur. & cap. 19. Custos prudentia inueniet bona. & cap. 22. Custos anima sua longè recedit ab eis.

14.

Similiter quod attinet ad perseverantiam, Deum esse, qui conseruat, constat Psal. 15. & Psal. 40. & Sapient. 10. Ecclesiastici 33. & alibi sæpè. Nihilominus apud Ecclesiasticum sæpè repetitum inueniuntur præceptum: Conserua iustitiam, conserua disciplinam. nec dissimilia Prou. 5. & 6. Imò tunc etiam, quando Deo tribuitur conseruatio, connotatur cooperatio liberi arbitrij; quemadmodum obseruat S. Thomas 1. Ioan. 5. exponens illud: Sed generatio Dei conseruat eum; Non solum, dicit, seruat, sed conseruat, quia non solum seruat à gratia, sed à libero arbitrio cooperante.

15.

Salutem facit.

Deum esse, qui saluum facit, in Psalms, & Prophetis frequenter legimus. Et tamen in persona Lot fidelis quisque monetur: Salua animam tuam: noli vestigare post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Ezechiel. 33. Si autem se custodierit, animam suam saluabit. Actuum 2. Saluamini à generatione ista praua. Ecclesiastici 3. Iudicium Patris audite filij, & sic facite, ut salui sitis.

16.

Lucra, & incrementa virtutum, & meritum nonnunquam tribuuntur gratia, non facta mentione liberi arbitrij; quemadmodum Luca 19. Anna tua decem minus acquisiuit. & rursus, Anna tua fecit quinque annos. Verùm intercedere laborem, & negotiationem liberi arbitrij, ostendit quod ibidem præcedit: Negotiamini, dum venio. & Matth. 25. Qui quinque talenta acceperat, operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. & infra: Ecce alia quinque superlucratus sum.

SECTIO III.

Collatio Scripturarum, quæ pertinent ad cognitionem, nec non ad motum, & cursum.

1. Dares illuminat.

1. Dominus illuminat cæcos, Psal. 145. & ipse solus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in mundum. Ioan. 1. Et ille solus reuelat. Matth. 11. Reuelasti ea paruulis. Et cui voluerit Filius reuelare. At illuminationis, & reuelationis effectum indigere cooperatione liberi arbitrij, colligitur Isaia 60. Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum. & Isaia 49. Et dices his, qui vincti sunt: Exite; & his, qui in tenebris: Reuelamini. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini.

2. Audire & fecit vtrumque.

2. Audire & fecit vtrumque, & oculum videntem, Dominus aures, & oculos aperit, Isaia 35. versu 5. & c. 50. versu 5. & Actuum 26. versu 18. At tamen liberi arbitrij cooperationem postulat sæpius repetitum præceptum: Audite, Prou. 1. versu 8. c. 4. versu 1. & 10. c. 5. versu 7. c. 7. versu 24. & cap. 8. versu 6. & præceptum: Videte, Matth. c. 18. versu 11. & c. 24. versu 4. & 6. Marci 1. c. 3. versu 24. & c. 8. versu 15. & c. 13. versu 9. Maxime verò præceptum admittendi cæcitatibus medicinam. Apoc. 3. Collyrio unge oculos tuos, ut videas.

3. Intellectum datur.

3. Deus est, qui promittit, Intellectum tibi dabo, Psal. 31. & tamen hoc donum per liberam arbitrium impediri posse, aut non impediri, supponit sequens præceptum: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 2. Et nunc reges intelligite. Matth. 15. Audite, & intelligite, & c. 24. Qui legit, intelligat.

Deum esse, qui docet, tota Scriptura clamat. 4. Quemadmodum Psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. & Ioan. 6. de quo diximus disput. 28. sect. 11. Requirit tamen liberi arbitrij cooperationem, monetur Psal. 2. Erudimini, qui iudicatis terram: apprehendite disciplinam. Matth. 9. Discite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. & c. 11. Discite à me. Baruch 3. Discite, ubi sit prudentia. Luca 10. Hoc scitote, quia appropinquabit regnum Dei. Psal. 99. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus.

5. Prudentia, & sapientia Dei donum.

Sapientiam, atque prudentiam esse donum Dei, simulque liberi arbitrij cooperatione indigere, traditur Prouerbiis. 2. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentia: si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesuros effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & scientia. Perpende causalem. Nam, quia Dominus dat sapientiam, non excluditur, sed potius eo ipso maior requiritur diligentia, & labor strenuus liberi arbitrij. Quod idem obseruat Ecclesiastici 1. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Prouer. 4. Posside sapientiam. Posside prudentiam. & cap. 16. versu 16. Matth. 10. Estote prudentes, sicut serpentes. 1. Petri 4. Estote prudentes.

6. Initium cogitationis ex Deo.

Cogitationis initium esse ex Deo, cum Augustino, & aliis Patribus frequenter notauimus, præferim tomo de prouident. disp. 18. sect. 5. ex Paulo 2. Corinth. 3. Nihilominus cogitationis fructum atque consensum pendere à libero arbitrio, notant repetita præcepta cogitandi. Prouer. 3. In omnibus vijs tuis cogitata illum, & ipse diriget gressus tuos. Ecclesiastici 3. Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Hebræos 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.

7. Gressus dirigunt.

Gressus, & vias dirigere, in factis literis Deo tribui propter auxilium gratiæ, præcipit præuenientis, constat ex Augustino de gratiæ, & libero arb. c. 16. versu finem, Fulgentio lib. 1. ad Monim. c. 9. iuncto cum præcedenti c. 8. Prospero 1. de vocat. gent. cap. 24. & epist. ad Demetriadem. Nihilominus aliis in locis homini præcipi, aut tribui propter liberum arbitrium gressus, & vias dirigere, iam ostendimus disp. 28. sect. 6. & Christus Dominus Ioan. 12. præcipit: Ambulate, dum lucem habetis. & Paulus Rom. 13. Sic in die bonæ ambulemus. & Galatas 5. Spiritu ambulate. Hebræos 12. Gressus rectos facite pedibus vestris.

8. Cursum consummant.

Sic & cursum non esse velocium, neque currentium, sed Dei miserentis, Ecclesiastici 9. & Roman. 9. vidimus disp. 28. sect. 4. & 5. Nihilominus propter liberi arbitrij cooperationem homini cursus tribuitur, & imperatur Prou. 18. Ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Isaia 55. Gentes, quæ non cognouerunt, ad te current. 1. Corinth. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Hebræos 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. 2. Timoth. 4. Cursum consummami.

9. Corda pulsant.

Causalitatem vtramque Dei, & liberi arbitri ad currendum Spiritus sanctus copulauit Prou. 4. Rectos cursus, inquit, fac pedibus tuis, & vias tuas dirige, ne declines ad dextram, nec ad sinistram. auerte autem pedem tuum à via mala. Vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dominus; peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos: itinera autem tua in pace producet. Quod testimonium ita ponderat Aug. epist. 47. ad Vincent. post med. Si

Si non esset liberum arbitrium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige. Et tamen sine Dei gratia si posset hoc fieri, non posset diceretur: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet.

10.

Et paulo inferius obiicit: Cur dixit: Ne declines in dextram, nec in sinistram; cum potius dicere debuisset videatur: Tene dextram, & ne declines in sinistram; si bona sunt via, quæ à dextris sunt. Respondet autem: Ille intelligendus est declinare in dextram, qui bona ipsa opera, quæ ad viam dextram pertinent, sibi vult assignare, non Deo. & notat hoc explicatum esse subiectis verbis: Ipse autem rectos faciet, &c.

11.

Autor propinquitatis ad ipsum.

Deum esse auctorem propinquitatis ad ipsum, constat Deut. 4. Nec est alienatio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster ad est cunctis obsecrationibus nostris. Nihilominus interuenit cooperationem liberi arbitrij, notatur Iacobi 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Psal. 148. Hymnus omnibus sanctis eius filijs Israël, populo appropinquanti sibi. Eccle. 4. Appropinqua, ut audias. Multo enim melior est obedientia, &c.

12.

Ad motum etiam liberi arbitrij pertinent illa Prouer. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Ecclesiastici 18. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Quod rectè Augustinus de peccat. meritis, & remis. lib. 2. c. 5. notat esse conferendum cum verbis Sapient. 8. Scini, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det.

13.

Quærit, & inuenit.

Quærit, & inuenire nonnunquam soli Deo tribuitur, quemadmodum Rom. 10. Inuentus sum à non querentibus me. Luca 19. Veni Filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat. Sed Deo querenti liberi arbitrij cooperatio subiungitur. Isaia 65. Quæserunt me, qui autem non interrogabant: inuenierunt, qui non quaesierunt me. & cap. 21. Si quaeritis, quaerite: conuertimini, venite. 1. Paralip. 28. Si quaesieris eum, inuenies. Sapient. 1. In simplicitate cordis quaerite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Psal. 118. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis. & Isaia 56. Quaerite Dominum, dum inueniri potest. Matth. 7. Quaerite, & inuenietis.

14.

Sapienter ergo Fulgentius de Incarn. & grat. Iesu Christi, cap. 22. à medio: Nec unquam, inquit, redire velle potest ovis errans, nisi fuerit boni pastoris inquisitione præuenta, & bumeris reportata. Propterea pastor bonus venit querere, & saluam facere ouem perditam, quæ pastorem suum querere non potest, priusquam ab eo queratur, sed à querente præuenitur, ut querat. Pastor autem eam frustra quaereret, si querere ipsa pastorem quæsit non posset. Sed hic ei querentis pastoris bonitas donat, ut etiam ipse quaerendi pastoris habeat voluntatem. Queritur autem, ut querat, quando illuminatur, ut credet. Ovis ergo per gratiam præuenientem iam à solo pastore quaerita, potest cum eius auxilio quaerere, vel non quaerere pastorem.

15.

Corda pulsant.

Prior Deus corda pulsant, de quo Cantico. 5. Vox dilecti mei pulsantis. & Apocal. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso. Cæterum Dei pulsantis supposito impulsu, requirit præterea, ut liberum arbitrium diuinam misericordiam orationibus, & bonis operibus pulsset, docemur Matth. 7. & Luca 11. Pulsate, & aperietur vobis, & rursus: Pulsanti aperietur.

16.

Petit, & rogat.

Quemadmodum orantes, obsecrantes, & postulantes bonorum operum fructus, profitemur, nostros actus esse dona Dei: sic etiam Deus per

se ipsum, aut per Prophetas, & Apostolos petens, rogans, & obsecrans homines supponit, ab eorum arbitrio simul cum Dei gratia eosdem fructus esse proferendos, præsertim cum nihil frequentius, nihilque rationabilibus rogandus sit Deus, quàm ut misereatur misericordiam de lege ordinaria non impendit, nisi dependenter à libero arbitrio; ideo vicissim hominem rogat, ut sui misereatur, cum ait Ecclesiastici 30. Misereere anime tuæ, placens Deo. Quem locum optimè ponderat Augustinus serm. 102. de tempore à medio: & consonat Enchirid. c. 72. & de ciuit. lib. 21. cap. 27. Sed argumentum à petitione, & obsecratione tractabimus disp. 36. sect. 3.

SECTIO IV.

Eadem exponendi ratio circa victoriam, ornatum, incrementum, locutionem, sanctificationem, & alia.

Robur, fortitudinem atque victoriâ Dei esse donum, monetur Deut. 8. Ne dices in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. Sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, ut impleat pactum suum. Vnde Augustinus de grat. & libero arb. cap. 7. sub initium colligit, Paulum certasse virtute, non quæ illi ex semetipso fuerit, sed quæ desuper data sit. & confirmat, dicens: Quis dat victoriam, nisi ille, de quo dicit ipse: Gratias Deo, qui dat nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum. & post pauca: Sed in his omnibus superuincimus per eum, qui dilexit nos: non ergo per nos, sed per eum, qui dilexit nos. Quibus adde 2. Cor. 21. Triumphat nos in Christo.

1. Robur, fortitudo, & victoria.

Nihilominus supposita diuina gratia in potestate liberi arbitrij esse aut vinci, aut vincere, rectè colligit Aug. in eod. lib. de grat. & lib. arb. c. 3. fine, & c. 4. dicens: Vbi si dixerit: Volo seruari, sed vincor à concupiscentia mea; respondet Scriptura libera eius arbitrio, quod iâ superius dixi: Noli vinci à malo, sed vince in bono malo: quod tamen et fiat, adiuvat gratia, & ad finem eiusdem capituli: Si dixisset Saluator noster: Vigilate, ne intreris in tentationem; admonuisse videretur tantummodo hominis voluntatem; cum verò addidit: Et orate, ostendit, Deum adiuuare, ne intretur in tentationem. Dicitur est libero arbitrio: Fili noli deficere à disciplina Domini. Et Dominus dicit: Ego rogavi pro te Petre, ne defueret fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine causa voluntati eius inbeat. Augustinus igitur, collatis inter se locis Scripturæ sacre, præcipientibus, & implorantibus auxilium, colligit non solum necessitatem auxiliatricis gratiæ, sed etiam liberi arbitrij potestatem, ut deficiat, vel non deficiat, vincat, vel vincatur. Propterea & sacra Scriptura præcipit pugnare, atque resistere; quemadmodum 1. Petri 5. Cui resistite fortes in fide. 1. ad Timoth. 6. Certa bonum certamen. Ideo & certandi gloria homini tribuitur post Deum. 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. & cap. 4. Bonum certamen certasti: cursum consummasti. In reliquo responsa est mihi corona iustitiæ.

2. Vincti in nostra potestate sumus.

Deum esse, qui confortat, atque corroborat, dubitabit nemo, dicente Paulo Philipp. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. 1. ad Tim. 1. Gratias ago ei, qui me confortat, in Christo Iesu Domino nostro. Idem tamen Apostolus liberi arbitrij cooperationem postulat 1. Cor. 16. cum ait: Viriliter agite,

3. Confortat, & corroborat.



et confortamini. Ephes. 6. Confortamini in Domino, et in potentia virtutis eius. 2. ad Timoth. 2. Confortare in gratia, quae est in Christo Iesu. Denique in veteri Testamento frequens occurrit hoc praecipuum: Confortare, et esto robustus, quemadmodum Deuter. 3. & 31. & Iosue 1. & cap. 10.

4. Scire facit.

Solum Deum esse, qui potens est, hominem statuere, ne cadat, sed stet in fide, & obseruantia mandatorum, tradit Paulus Rom. 14. Domino suo stat, aut cadit: stabit autem; potens est enim Deus statuere illum. Sed eisdem verbis subindicat indifferentiam arbitrij, vt stet, vel cadat: quemadmodum etiam 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. Rom. 11. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time, videlicet cauendo, ne cadas. 1. Cor. 16. Vigilate, state in fide. 2. Thessal. 2. State, et tenete, &c. Galat. 5. State, et nolite iterum iugo seruitutis contineri. & Philipp. 4. Vnde & stare tribuitur homini, supposita diuina gratia. Quemadmodum Rom. 5. In qua stamus, et gloriamur. Actor. 26. Auxilio adiutus Dei usque in hodiernum diem sto.

5. Confirmat.

Deum esse, qui confirmat, constat Psal. 36. vers. 17. & Psal. 50. vers. 14. & Psal. 67. versu 20. & Psal. 118. versu 28. & Roman. 16. versu 25. & 2. Thess. 2. versu 17. & 1. Petri 5. versu 10. Nihilominus homines etiam per liberum arbitrium cooperari, vt sua corda confirmet, constat Eccl. 5. 1. Colluctata est anima mea in illa (scilicet sapientia,) et in faciundo eam confirmatus sum. Iacob 5. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra. Apoc. 3. Esto vigilans, et confirma cetera, quae moritura erant.

6. Protegit, et defendit.

Proteccionem, defensionem, scutum, & arma caetera principaliter Dei gratia ministrari in Psalms frequenter canimus. Quemadmodum Psal. 5. Domine, et scuto bona voluntatis tuae coronasti nos. & Psal. 90. Scuto circumdabit te veritas eius. Gen. 14. Benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Nihilominus Dei proteccionem, & arma requirere, vt liberum arbitrium cooperetur, probant exhortationes, & praecipua, Rom. 6. Nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis uiuentes, et membra vestra arma iustitiae Deo. Rom. 13. Induamur armalucis. Ephes. 6. Induite vos armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. & post pauca: In omnibus sumentes scutum fidei, &c. Quibus similia praecipit 1. Thessal. 5. & 1. Petri 4. Vos eadem cogitatione armamini.

7.

Dei donum est, pro quo Iudas c. 61. ita gratias agit: Induit me vestimentis salutis, et indumento iustitiae circumdedit me, &c. Huic tamen dono liberi arbitrij cooperatio deesse non debet, praecipiente eodem Propheta c. 52. Induere fortitudinem tuae Sion, induere vestimentis gloriae tuae Ierusalem. Baruch 5. Indue te decore, et honore eius, quia a Deo tibi est scripta orne gloriae. Circumdabit te Deus diploide iustitiae, &c. Atque vt induamus nouum hominem Dominum Iesum Christum, praecipit Apostolus Roman. 13. Ephes. 4. & Coloss. 3.

8.

Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus, 1. Cor. 3. Caeterum ad incrementum postulatur cooperatio liberi arbitrij, Ephes. 4. In charitate crescemus. 2. Petri 3. Crescite vero in gratia. Rursus, sicut terra profert germen suum, et sicut hortus germen suum germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, et laudem coram vniuersis gentibus. Isaia 61. sine. Nec dubium, quin faciundo, vt gentes iustitiam, & laudem germinent. Caeterum liberi arbitrij cooperatio postulatur Eccl. 39. Obadiite me diuini fructus, et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.

Quasi libanus odorem suauitatis habete. Florete flores quasi lilius, et date odorem, et frondete in gratiam.

Liberi arbitrij conatum prorsus videbatur excludere, et totum negotium diuinae gratiae referre Christus Dominus Matth. 10. cum dixit: Dabitur vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquamini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. At si diligenter aduertas, postulatam inuenies aliquem liberi arbitrij conatum, totam fiduciam collocantis in Deo, ac deponentis anxiam sollicitudinem cogitandi, cum ait: Nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim, &c. vt obseruauit Aug. lib. de praedest. & grat. c. 11. Nam postquam notauit, ad ipsos homines pertinere conari bona, subdit: Hic aliquid rursus apparet, homini fuisse seruatum, quod per liberum facere debeat arbitrium. Dilatare enim iubetur os suum, sed Deus se implere promittit. Sicut etiam discipulis suis in Euangelio dixerat: Nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini; non enim vos estis, qui loquamini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Hoc solum ad illos retulit, vt omnem tribulationis necessitatem libenter pro veritate susciperent: penes se autem promissit effectum. Perpende aliquid ad suos Confessores retulisse Christum Dominum, quamuis non sine sua gratia; aliud vero sibi soli reseruasse, videlicet sermonis effectum: quemadmodum explicuimus disp. 28. sect. 6. & continuò Augustinus ex sequentibus verbis eiusdem Psalms colligit indifferentiam liberi arbitrij, quae proptis viribus possit Deo vocanti dissentire, & per auxilium gratiae possit etiam consentire.

Non aliter lib. 2. contra duas epistolas Pelag. c. 8. Quamuis, inquit, nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire: tamen nos aperimus illius adiutorio, et opere nostro. & conferens illud Psalms 50. Domine labia mea aperies. & Exodi 4. Ego aperiam os tuum, et instruum te quae debeas loqui; colligit pleraque bona fieri a solo Deo; alia vero non nisi cooperante libero arbitrio: caeterum vt cooperetur, hoc etiam a Deo praestari. Possunt etiam inter se conferri, quòd Deum timenti promittit Ecclesiasticus cap. 15. In medio Ecclesiae aperiet os eius; sed tamen mulier fortis Proverb. 31. Os suum aperuit sapientia.

Neque contradicit Prosper lib. contra Collator. c. 34. Nam ex eisdem verbis Matth. 10. nihil aliud colligit, quam Iobum Dei spiritu, & virtute certasse, ac fuisse locutum. & epist. ad Demetriadem prope finem, inde colligit necessitatem praeueniens, & excitans gratiae, & ipsam liberi arbitrij cooperationem esse Dei beneficium. Insuper sapienter admonet, vt non in solo magnarum tribulationum tempore credamus serui, sed etiam in pace praestari; videlicet vt fidelibus detur, quòd loquantur. Sed liberi arbitrij cooperationem magis explicuit in eiusdem libri cap. 38. praesentia verba Matth. 10. ponderans, vt vidimus disp. 27. sect. 6.

Bernardus vero tract. de grat. & libero arbit. prope fin. Verum haec, inquit, cum certum sit, dinino in nobis aditari spiritu, Dei sunt munera; quia vero cum nostrae voluntatis assensu, nostra sunt merita. Non enim vos estis, inquit, qui loquamini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. & Paulus: An experimenti eius quaeritis, inquit, qui in me loquitur Christus? Si ergo Christus, aut Spiritus sanctus loquitur in Paulo, non etiam in eodem operatur in ipso? Non enim loquitur, ait, quae per me non efficit Deus. Consensum vero, propter quem nostra sunt merita, procedere a gratia praeueniens, & a libero arbitrio cooperatore, atque coadiutore, ita vt gratia non inferat

9.

10.

11.

12.

2. Cor. 13.

Rom. 15.

rat

rat necessitatem arbitrio, probat Bernardus toto superiori, & inferiori contextu illius tractatus.

13. Satisficit homines.

Deum esse qui satisficit homines, constat Ezech. 20. Ego Dominus satisficiens eos. Ioan. 17. Sanctifica eos in veritate. & post pauca: Pro eis sanctifico me ipsum, vt sint et ipsi sanctificati in veritate. 1. Thessal. 5. Deus autem satisficit vos per omnia.

14.

Nihilominus Ioan. 11. Ascenderunt multi Hierosolymam, vt sanctificarent se ipsos, mediis exterioribus purificationibus illius legis, quae destinabantur ad interiorum sanctitatem. Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc: et qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua; quibus feliciter sanctificatur, vel foedescit. Magis aperte 1. Ioan. 3. omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Vbi sensus idem erit, iuxta verba, quae legit Augustinus: Castificat semetipsum, sicut et ipse castus est. Quod ita ponderat tract. 4. in epist. Ioan. propius ad med. quam ad fin. Videte, quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, vt diceret, castificat semetipsum. Quis nos castificat, nisi Deus? Sed Deus te nolentem non castificat. Ergo quòd adiuuans voluntatem tuam Deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de illo, qui venit, vt habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo et tibi aliquid tributum est. Ideo autem tibi tributum est, vt dicas, sicut in Psalms: Adiutor meus esto. Si dicis: Adiutor meus esto, aliquid agis, na si nihil agis, quomodo ille adiuuat?

15.

Circa virtutem castitatis Christus Dominus Matth. 19. simul admonuit et indigentiam specialis gratiae, & cooperationem liberi arbitrij. Propter indigentiam specialis domi prius ait: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum. Postea vero propter cooperationem liberi arbitrij adiungit, Esuribus, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, videlicet cooperantes Deo, principaliter ipsos castrant. Sed vtrumque coniunxit statim, dicens: Qui potest capere, capiat. Nam capacitas a Deo solo tribuitur, capere vero actualiter non fit sine libero arbitrio. Vtrumque concursus copulauit etiam Apostolus 1. Cor. 7. cum ait: Vnusquisque proprium donum habet ex Deo. & post pauca: Quòd si non se continent, nubant. Supponit ergo, quòd ipse se ipsos continent Sancti permanentes in obseruantia castitatis: alioqui si non se continent, nubant. Recte igitur Augustinus de grat. & lib. arb. cap. 4. confert mutuo testimonia, quibus continentia Deo tribuitur; & tamen liberum arbitrium ad illam prouocatur.

16.

De generali continentia virtutum omnium, in quibus sapientia consistit, Proverb. 8. Vt sciti, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det. Nihilominus Ecclesiastici c. 3. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis; quo facto continebit omnes virtutes.

17.

Vniuersaliter de quibuslibet gratiarum donis Apostolus 1. Cor. 12. pronunciat, eundem esse Deum, qui operatur omnia in omnibus: nihilominus postquam singula in Deum retulit, excitat cooperationem liberi arbitrij, praecipiens: Emulamini charitatem meliorem. Vnde Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius sapienter colligunt potestatem obtinendi, aut non obtinendi meliora charitatem.

18.

Vastam denique, densamque sylvam lectori relinquimus aperiendam circa virtutes omnes, & singulos earum actus, quos esse dona Dei, & effectus supernaturalis auxilij, ex sacris literis, & Patribus probatum est disput. 27. praesertim sect. 7.

Ruiz de Praedestinatione.

Possunt itaque praecipua singula fidei, spei, charitatis, timoris, poenitentiae, & caeterarum omnium virtutum ita conferri, vt in singulis conficiatur argumentum similis formae: quale conficiunt singula testimonia, in tota praesenti disputatione proposita. Quemadmodum si prius ea proferas, quae probant esse donum Dei, actualiter credere; deinde vero subiungas testimonia, quae praecipit credere, aut quae hominem commendant, eo quòd credat: & sic de caeteris actibus omnium virtutum.

DISPUTATIO XXXI.

Vtrum homo propterea non conuertatur, quia non vult, vel potius, quia Deus eum non praedestinat: & e contrario, vtrum ideo conuertatur, quia Deus eum praedestinat, vel quia vult.

SECTIO I.

Contraria proportio, iuxta quam Dei liberalitati, et praedestinationi assignatur causalitas cuiuslibet gratiae, et cooperationis cum illa; sed libero arbitrio soli tribuitur causalitas absentiae gratiae, et male operationis.

Idem causa tribueret operi boni negationem, atque subtractionem gratiae, cui tribuitur eius affirmatio, fallere posset aliquem illud axioma: Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis. Verum tamen id non verificatur, nisi de causa totali, & non imposita. Fieri namque potest, vt praesente sole, clausio fenestrea causet negationem lucis in cubiculo, & clausio oculorum causet negationem visionis.

Est igitur instituti praesentis proprium, ostendere, quantum istius fallaciae periculo cautum est diuinam prouidentiam, dum sacrae literae nonnunquam sub vno, & eodem contextu rationem, atque causalitatem permutant, vt auxilium, & salutem diuinam misericordiae; sed interitum, & destitutionem auxilij, humanis meritis assignent. Non ergo iustitia nostra, vel pietas, sed sola Dei liberalitas, & fidelitas est causa conferendi beneficia nobis potius, quam alij; cum tamen puniendi, ac deserendi, & auxilia subtrahendi tota causa sint nostra peccata. Deut. 9. Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: Propter iniquitatem meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem; cum propter impietates suas ista deleuerit nationes. Nec enim propter iniquitatem tuam, et aequitatem cordis tui ingredieris, vt possideas terram earum; sed quia illa egerunt impie, introeunte te, deleta sunt: et vt compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac, et Iacob. Scito ergo, quod non propter iniquitatem tuam Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum diuissima ceuatis: si populum, Memento et ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine. Ego die, quo egressus est ex Aegypto usque ad locum istum, semper aduersum Dominum contendisti.

1.

2.

Disputationis incipit.

Conferendi auxilia Deus causa est, subtrahendi peccata sunt.

D d Pradi

3. Prædictum causalitatis discrimen significatum est aptissime duobus hircis, oblati pro peccato, Leuit. 16. de quibus sic Dominus præcipit: *Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi restimonia, mittens super utrumque sortem, unâ Domino, alteram capro emissario: cuius exierit fors Domino, offeret illum pro peccato; cuius autem in caprum emissarium, statuet eum vinum coram Domino, ut fundat procer super eo, & emittat illum in solitudinem. & infra: Tunc offerat hircum viuentem, & posita veraque manu super caput eius, consecratur omnes iniquitates filiorum Israël: & uniuersa delicta, & peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in desertum. Quod Lyra ita interpretatur. Rogabat Dominum, ut poenam, debitam pro illis peccatis, transferret in hircum illum, qui emittetur in desertum: ut ibi relinqueretur a feris deuorandus; nimirum destitutus erat auxilio, & prouidentia pastoris. Rursus cum sortes à Domino temperentur Prouèrb. 16. constat Deum sua prouidentia fuisse causam, ut ex duobus hircis, quantum ex se est, æqualibus, & gerentibus figuram iniquorum, alter gratis eligeretur, ut sanctus esset, ac Deo sacrificandus: ceterum ut alter destitueretur in deserto quasi profanus, & immundus à feris dilaniandus, illius peccata fuerunt causa.*

4. Cyrillus Alexand. epist. ad Acacium Episcopum, que habetur in Concilio Ephes. tomo 6. eiusdem Concilij c. 16. ex professo declarat, capro Domino significari Christi Domini humanitatem, & capro emissario diuinitatem. Sed nihil obstat sensum morale, & allegoricum esse diuersos in eadem figura; circumstantiæ tamen emissarij capri peccatoribus melius, quàm diuinitati quadrat.

5. Clarius id, quod intendimus, breuiusque Tobias 13. cap. cecinit: *Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.* Sapient. 16. *Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum; quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos nec draconum venenatorum uiderunt dentes, misericordia enim tua adueniens sanabat illos.* Sanitatis ergo causa non est meritum infirmi, sed misericordia Saluatoris; cum tamen interitus causa sit meritum perentis.

6. Colligitur idem ex verbis Christi Domini Ioan. 14. *Spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, neque scit eum: uos autem cognoscitis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.* Ergo ut spiritus absit à mundo, causa est, quia non uidet spiritum ueritatis, neque scit eum propter culpabilem ignorantiam: ut autem Apostolis, & eorum filiis adsit spiritus, causa est, quoniam idem spiritus apud eos manebit, & in illis erit, affrens uiam, & actinam sui cognitionem. Sic August. lib. de bono perseuer. c. 8. initio ait: *Sed cur, inquit, gratia Dei non secundum merita hominum datur? Respondet, quoniam Deus misericors est. Cur ergo, inquit, non omnibus? Et hic respondet: quoniam Deus iustus iudex est.* & post pauca: *Qui ergo liberatur, gratiam diligit: qui non liberatur, debitum agnoscit. Si in remittendo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud Deum iniquitas inuenitur.* Idem dogma repetit in lib. de prædest. Sanct. c. 9. 14. 15. & 16. & de ciuit. lib. 21. c. 12. sed frequentius iterat in epist. 105. ad Sixtum, præsertim col. 9. & 10. & epist. 106. ad Paulin. circa med. & epist. 107. ad Vitalem, & lib. 4. contra Iulian. c. 8. lib. 2. contra duas epist. Pelagian. c. 7. de corrept. & grat. c. 8. & lib. 1. ad Simplic. q. 2. paulo post med. & lib.

4. Capro Domini Christi humanitas significatur.

de prædest. & grat. c. 3. fine. Tam Augustini, quàm Prosperi, Fulgentij, Bedæ, & Anselmi uerba uideamus disp. 14. sect. 2. & disp. 18. sect. 1.

7. Magis ad rem præsentem Prosper ad c. 8. Gallorum sine ait: *Vt & qui saluantur, ideo salui sunt, quia illos uoluit Deus saluos fieri; & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.* Item ad obiectiones Vincentianas respon. 2. fine, (alioqui Augustinus ad articulos sibi falsò impositos, art. 2.) *Quod multi pereunt, inquit, peruentum est meritum: quod multi saluantur, saluans est donum; ut enim reus damnatur, inculpabilis est Dei iustitia: ut autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est.* Similia repetit in sequenti respon. 3. fine, & ad excerpta Genuensium dub. 6. & 7. & alibi sæpe.

8. Fulgentius lib. 1. ad Monim. c. 7. *Cuius, inquit, hoc opus est in homine, ut occulto uoluntatis sue, non tamen iniusto consilio, aut gratuita misericordiam pro-roget misero, aut debitam iustitiam rependat iniusto. Imò aut misericorditer debitori donet, quod, si uellet, iuste posset exigere: aut iuste cum usuris, quod suum est, exigat, & iniquo debitori, quod debetur, iniquitatibus reddat. Quam sententiam fufius probat cap. 26. & 28. & lib. de Incarnat. & grat. c. 28. Amobius in Psalm. 117. circa medium ait: *Quid peccamus, nostri arbitrij docebimur, qui contemnimus gratiam. & post pauca: Si uerò boni aliquid fecerimus, imputabimus largitori.**

9. Sed magis perspicue locutus est Anselmus de casu diaboli c. 4. fine, dicens: *Quamuis igitur bonus Angelus ideo accepit perseverantiam, quia Deus dedit; non ideo tamen non accepit malus angelus, quia Deus non dedit: sed ideo Deus non dedit, quia ille non accepit; & ideo non accepit, quia accipere noluit.* Idem supposuerat c. 2. & 3. eiusdem libri. Sed præterea lib. de concordia prædestin. & grat. cum lib. arb. c. 3. inter princip. & med. *Si modo, inquit, cui nihil debetur, non daretur uelutis: aut si ipse acceptam proijceret, nulli, nisi ipsi, imputaretur eius nuditas. Ita etiam Deus alicui, concepto, & nato in peccato, cui nihil nisi poenam debet, dat uelle, & currere, non est uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: & qui eandem gratiam non accipit, aut acceptam rejicit; eius est, non Dei, quod in sua duritia, & iniquitate permanet. Eandem sententiam tradit ad Roman. 9. in id: *Iacob dilexi; & in id: Miserebor, cui miserebor.**

10. Hugo Victorinus de Sacramentis lib. 1. part. 5. c. 24. *Qui conuertebantur, inquit, idcirco bene uenebantur, quia gratiam cooperantem habuerunt. Sed qui auerrebantur, non idcirco precipitabantur, quia gratiam cooperantem non habuerunt; sed idcirco à gratia deserebantur, quia auerrebantur, & precipitabantur. Et qui auerrebantur, non prius auerrebantur, & postea deserebantur, quia cum gratia non ceciderunt: & qui conuertebantur, non prius conuertebantur, & postea assumentur, quia sine gratia non profecerunt; sed qui auerrebantur, in eo ipso deserebantur: & qui conuertebantur, in eo ipso assumentur, pro auersione deserti, & ad conuersionem assumpti.* Solam temporis prioritatem in postremis uerbis negat Hugo: nam prioritatem naturæ affirmauerat eo ipso, quod causales propositiones affirmauit.

11. S. Thomas Roman. 9. lect. 3. col. 3. *Si aliquis, inquit, duos pauperes in uia inueniens, det uni, quod potest, uel disponit in elemosinam dare, non est iniquus, sed misericors. Similiter si aliquis duobus ipsum equum offendentibus, uni dimittat offensam, & non alteri, est misericors uni, & iustus ad alterum, nec uti uerò iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxij, &c.*

Sed

12. Sed eorumdem causalium aliud exemplum tradit in idem caput 9. ad Roman. lect. 4. colum. 2. explicans id: *Nunquid dicit figmentum, &c. Si aliquis artifex ex materia uili faciat uas pulchrum, & nobilibus artibus accommodatum; totum adscribitur bonitati artificis. Si uerò ex uili materia faciat uas accommodatum uilibus usibus; non posset uas conuertere, si rationem haberet. Humana autem natura uilitatem habet ex sua materia, sed maiorem uilitatem habet ex corruptione peccati. Unde quidquid boni habet homo, debet bonitati diuina quasi peritiæ figuli adscribere; si uerò Deus hominem ad meliora non promoueat, sed in sua infirmitate eum dimittens, deputat ad infirmum usum, nullam ei facit iniuriam. Omnia sunt uerba D. Thomæ, refecatis quibusdam, quæ sensum non variant.*

13. S. Bonauent. in 1. dist. 40. artic. ult. quæst. vltima, præsertim ad 3. ait: *Quamuis uoluntas Dei sit causa efficiens gratificationis, tamen ad salutem conuenit liberum arbitrium, ut consentiens; quia ergo ista duo concurrunt, quodlibet horum potest causare defectum, & non causat diuina uoluntas, que est liberalissima, sed causat liberum arbitrium: quod quamuis non possit, nec sufficiat efficere, potest tamen esse deficiens causa, que sufficiens est ad defectum.* Gratificationis itaque Dei uoluntas est causa; sed ut nobis gratificatio deficiat, causa est liberum nostrum arbitrium, & non Dei uoluntas.

14. Alexander 2. p. q. 100. de malo memb. 3. art. 6. §. 1. ad 2. argument. *Sicut in bonis, ait, cum peruenit ad uoluntatem Dei, nulla est alia ratio: ita & in malis, cum peruenit ad uoluntatem uentilem sibi relictam; uidelicet, nulla est alia ratio querenda.*

1. Negatio electionis & uocationis conuenit quodam modo causis per accidens.

2. Ideo S. Thomas ibi lect. 5. inter med. & finem sapienter obseruauit, ex prædicta causalitate non posse colligi, quod infidelitas non sit alicui imp-

tanda. Nam ideo eis imputatur, quia in eis est causa, quare non datur (scilicet credere.) Sicut ergo non possem uidere lumen, nisi ego illuminarer à sole: si autem clauderem oculos, non uiderem lumen; quod non esset ex parte Solis, sed ex parte mea, qui claudendo oculos præbeo causam, ut non illuminarer. Peccatum autem est causa, quare non illuminatur à Deo per fidem, puta originale, uel in aliquibus actuale, que quidem causa in omnibus est. Unde omnes illi, qui deseruntur, iusto Dei iudicio deseruntur; & illi, qui eliguntur, ex Dei miseratione assumuntur. Ex quibus collige, hoc quod est non esse ex ouibus Christi, hoc est, non esse electos, & prædestinatos, non esse causam per se, ut non credant; quoniam negatione prædestinationis non obstante, causa proximè determinans, ut aliquis non illuminetur à sole iustitiæ, non est ex parte Solis, sed ex parte hominis, qui claudendo oculos præbet causam, ut non illuminetur; quemadmodum D. Thomas explicat 1. dist. 40. q. 4. art. 2. & alibi quoque retulimus.

4. Probatur secundo, Iob 38. *Nunquid producis luciferum in tempore suo, & uesperum super filios terræ consurgere facis? Vbi Gregorius lib. 29. moral. toto cap. 17. aliis 31. probat, propriam iniquorum culpam esse causam, propter quam Deus uesperum super filios terræ consurgere facit. Facit autem non aliter, nisi quod ex se est, lucem fundens, atque permittens, ut ipsi claritatem luciferi in uespere tenebras uertant, & in somnum mortis oculos claudant.* Similem causalitatem per accidens ex parte Dei, negantis uinctionem Spiritus, & propriam causalitatem ex parte uoluntatis humanæ, notauit Gregorius homil. 30. in Euangelia non procul à principio, dicens: *Certe Cain priusquam fratricidium opere perpetraret, audiuit: Peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus, uoce est admonitus, non uinctione Spiritus, audire uerba Dei potuit, sed seruare contempsit.*

5. Probatur tertio ex Augustino de prædestin. Sanctor. cap. 6. initio, dicente: *Multi audiunt uerbum ueritatis: sed alij credunt, alij contradicunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi. Quis hoc ignorat? Quis hoc neget? Sed cum aliis prepararetur, aliis non prepararetur uoluntas à Domino, discernendum est utique, quid ueniat de misericordia eius, quid de iudicio. Vbi notandum est primò, Augustinum agere de electis atque reprobis, ut constat ex sequenti contextu, præsertim illis uerbis: *Misericordia in electione, que consecuta est misericordiam Dei; iudicium uerò in ceteros, qui excaecati sunt.* Cæterum his non obstantibus valde notandum est, quod continuò subiungit: *Illi, quia uoluerunt, crediderunt: illi, quia noluerunt, non crediderunt; ut uideas non obstante prædestinatione, uel negatione prædestinationis talem relinqui uoluntatis indifferentiam, ut illa sit causa primariò determinans ad non conuersionem, sicut est causa, secundariò post Deum determinans ad conuersionem.* Quapropter negatio electionis diuinæ, & auxiliij congruentis non nisi per accidens causa est, ut homines non credant.*

6. Confirmatur primò: nam idem Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 22. à principio concedit, absolute ueram esse hanc propositionem: *Ex hominibus electis, qui in peccatorum delectatione remorantur, ideo nondum surrexerunt, quia necdum uos ad interiorum gratia miseratis erexit.* Obseruat tamen, quamuis hoc uera sint, non tamen isto modo dicenda esse audientibus multis; ut uidimus disp. 20. sect. 2.

D d 4 Con

7.

Constat secundò; nam lib. de peccator. merit. & remiss. cap. 17. initio: *Cum uoluntate*, inquit, *humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac uita possit homo esse, cur non sit, possem facillimè, ac ueracissimè respondere, quia homines nolunt. Sed si ex me queritur, quare nolint, inuis in longum. Verum tamen etiam hoc sine praeiudicio diligentioris inquisitionis breuiter dicam. Nolunt homines facere, quod iustum est, siue quia latet, an iustum sit, siue quia non delectat. Tanto enim quidquam uehementius uolunt, quanto certius, quam bonum sit, nouimus, eoque delectamur ardentius. Ut autem clarius constet causam non conuersionis assignari ex eo, quòd negata sit gratia, per quam certius cognoscimus bonum, eoque delectamur ardentius, post pauca subiungit: *Ut autem innotescat quod latebat, & si ualeat, quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum adiuuat uoluntates.* Hæc omnia ex Augustino recipit Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 28. Quibus in primis assignatur causa per se, quia homines nolunt, deinde causa per accidens, quia negatur gratia certioris cognitionis, & ardentioris delectationis, ac suauitatis.*

8.

Quartò probatur, nam & Prosper in responsione ad cap. Gallor. cap. 12. sine: *Vires*, inquit, *obediencie non ideo cuiquam subtrahit, quia eum non prædestinauit; sed quia recessurum ab ipsi obedientia esse præiudicauit.* Agnoscitur itaque Deus esse causa, quæ subtrahit auxilia, & vires obediendi; sed non ita, ut huius causa primaria & per se detur ex parte diuinæ uoluntatis, sed tantum causa per accidens, & impulsæ ex eo, quia recessurum ab ipsa obedientia esse præiudicauit.

9.

Quintò probatur exemplo Petri, de quo Ambrosius lib. 10. in Lucam cap. 22. ait: *Negauit primò Petrus, & non fleuit: quia non respexerat Dominum. Negauit secundò, non fleuit: quia adhuc non respexerat Dominum. Negauit tertio, respexit Iesum, & ille amarissimè fleuit, &c.* Nota priorem causalitatem. Nihilominus illius ruina, & subtrahendi auxilium priorem, ac per se causam fuisse iactantiam Petri, notat Ambrosius paulo inferius, dicens: *Si Petrus lapsus est, quia dixit, & si alij scandalizati fuerint, &c.* Chrysostomus homil. 41. ad populum post med. habetur tomo 5. ait: *Non tantum negligentia fuit negatio, quantum absentia Dei docentis cum humanas nosse mensuras, neque his, quæ a præceptore dicebantur, contradicere, nec alijs altiora sapere, & scire quod absque Deo nihil fieri potest.*

10. Deus quasi compellitur ab homine.

11. Quando homo conuertitur Deus non causat materialem negationem conuersionis.

Dico secundò. Propterea Deus non simpliciter, & per se, causa est non conuersionis, & negationis, seu actualis concursus ad conuersionem; quia est causa ad hoc determinata, & quasi compulsa per liberam hominis uoluntatem. Deus enim, quantum ex se est, præoptat actualiter concurrere ad conuersionem, & ut homo cooperetur ad illam: sed per uoluntatem creatam impeditur. Quod satis constat ex dictis tom. de uoluntate Dei disp. 19. 20. & 21. & disput. 27. multisque sequentibus usque ad 50.

Dico tertio. Impossibile est, Deum causare materialem negationem conuersionis in eo instanti, in quo potest, & tenetur homo conuerti, determinando ad illam, vel impellendo, & etiam inclinando uoluntatem hominis ad illam.

Probatur, nam si hoc modo causaret Deus materialem negationem conuersionis in eo instanti, in quo potest, & tenetur homo conuerti; se-

queretur Deum esse authorem & causam illius peccati, & esse causam illius non conuersionis, non tantum ut est materialis negatio, sed etiam ut est formaliter priuatio moralis, & imputabilis ad culpam.

12.

Sequela probatur, quia si Deus determinaret, impelleret, aut inclinatet uoluntatem hominis ad materialem entitatem actus positui in eo instanti, in quo potest, & tenetur euitare talem actum; eo ipso sequeretur, Deum esse authorem, & causam illius, quantum ad malitiam moralem illius; cuius præcipua ratio est, quoniam in eo casu Deus causaret, ut actus esset cum defectu imputabili, & causaret, ut homo violaret diuinam legem: sicut fufus probatum est multis disputationibus in tomo de uoluntate Dei, præcipue disp. 27. & 28. Vigeret autem eadem ratio, si Deus causaret materialem negationem conuersionis, determinando, vel impellendo, aut inclinando ad illam in eo instanti, in quo potest, & tenetur homo conuerti. Tunc enim Deus esset causa, ut illa materialis negatio conuersionis haberet adiunctum imputabilem defectum conuersionis debitæ inelle; causaret enim, ut homo violaret Dei præceptum de conuersione tunc exequenda, & ut conuersio non existeret in eo instanti, in quo debebat existere.

13.

Hæc autem ratio multò maiorem vim habet, ne Deus ad materialem negationem conuersionis prædeterminet per antecedentem necessitatem, independentem ab exercitio creatæ libertatis. Nam ita prædeterminare foret esse non modò principalem, sed etiam totalem, & adæquatam causam illius defectus imputabilis, & priuationis, quæ repugnat conuersioni debitæ inesse. Tunc enim homo nullam causalitatem moralem adhiberet ad eam priuationem, quia non esset in eius potestate resistere tali prædeterminationi.

14.

Confirmatur primò, quia priuatio moralis supra materialem negationem formæ tantum addit subiectum aptum, ac debens habere formam. Quapropter si Deus causaret negationem formæ conuersionis in subiecto capaci, quando tenebatur habere conuersionem, eo ipso causaret priuationem moralem conuersionis.

15. Euaioni occurrunt.

Confirmatur secundò, & occurrit euasione contrariæ sententiæ, quia quamuis aliquis homo non teneretur gubernare nauim, si tamen prædeterminaret nauim, qui gubernare tenetur illam nauim, & ita prædeterminaret, ut illi foret simpliciter impossibile actualiter gubernare nauim: eo ipso talis homo prædeterminans foret author & causa, ut naua non gubernet nauim, quando gubernare tenetur. Et licet in hoc consequenti inuoluatur contradictio, quòd tunc naua teneatur, & tamen non possit: nihilominus sequitur ex antecedenti prædicto. Quocirca pari ratione licet Deus non teneatur causare conuersionem in hoc instanti; si tamen prædeterminat uoluntatem creatam, ut conuersionem non eliciat in eo instanti, in quo tenetur illam elicere, & in quo peccat, omitrendo conuersionem: Deus est causa, ut priuatio conuersionis, & malitia peccati sequatur in ordine ad creatam uoluntatem.

Multo plura fufus differimus alibi contra fundamenta, & solutiones contrariæ sententiæ.

SECTIO

SECTIO III.

Prima, & principalis causa, propter quam non conuertitur homo, quando tenetur, est, quia non uult.

1.

Probatur in primis Osee 13. *Perditio tua ex te Israël: tantummodo ex me auxilium tuum.* Vnde S. Thomas 1. 2. quæst. 112. art. 3. ad 2. colligit, quòd *defectus gratia prima causa est ex nobis, sed colationis gratia prima causa est ex Deo.* Hoc autem magis constat infra disp. 41. sect. 1. & 2. Vnde præterea sequitur, hanc causalem esse ueram: Hic homo propterea non accipit actualem Dei concursum, & adiutorium ad conuersionem, quia non uult; & alia similes causales.

2. Verificatur de iusto moraliter peccante.

Sed multo certius de iusto moraliter peccante verificatur hæc causalitas: Quia hic homo non uult, ideo non seruat præceptum, nec perseuerat in gratia, nec accipit actualiter auxilium simpliciter requisitum ad perseuerandum. Quoniam de iustis est multo certius illud axioma Tridentini, & aliorum Patrum: *Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab homine.* quod retulimus disp. 14. sect. 1. argum. 2. & disp. 15. sect. 3.

3.

Ad easdem causales confirmandas ualent præterea, quæ de similitudine Solis, quod ex se est, omnes illuminantis, cum Dionysio Areopag. scribunt communiter Patres, & Scholastici, quorum uerba retulimus tomo de scientia Dei disp. 25. sect. 11.

4.

Probatur secundò, nam, ut Augustinus ait tract. 2. in Ioan. ad illa uerba: *In mundo erat, colum. 5. Dominus, quia ipsi contra se clausuram, negando se scire, quod nouerant; nec ipsi illis aperuit, quia non pulsauerunt.*

5.

Probatur tertio Ezechiel. 3. *Domus Israël uolunt audire te, quia nolunt audire me.* Vbi Hieronymus: *In quo aperte, inquit, liberum monstratur arbitrium, & due redduntur cause, quare non audiant; Quia peruersi, inquit, sunt uoluntatis, & atrita fronte. Siue, ut Septuaginta uertunt: Contentiosi sunt. Et subauditur, quòd saepe ad salutem prouocati noluerunt obedire.*

Hilarius Matth. 23. ad illud: *Ecce relinquetur uobis, &c. Quia noluerunt, inquit, domus eorum deserta, & uacua relinquetur; id est, indigni habitatione sancti Spiritus erunt, & in contumacia infidelitatis manebunt, &c.* Chrysostomus homil. 60. ad populum Antiochen. initio de Iuda sic loquitur: *Ille multo positus adiutorio, nihil profecit, quia noluit; neque quod suum erat exhibuit.* Et homil. 42. in Genes. prope initium: *Non quia non possumus, inquit, sed quia nolumus, à bonis omnibus sumus alieni.*

SECTIO IV.

Conuersionis, & auxiliorum ratio, uel causa quo sensu dicatur esse, quoniam uolumus.

1. Conuersionis principalis causa Deus.

Exploratum est inter omnes Catholicos conuersionis, & auxilij primam, & principalem causam esse Dei uoluntatem merè gratuitam, quæ præueniens humanam quamlibet uoluntatem, meritum, dispositionem, ac rationem, efficit, ut uelimus, & operemur: ut satis constat ex toto ferè tomo de prouidentia, præsertim disp. 7. & se-

quentibus. Vnde fit, has propositiones causales esse summo rigore, & absque ulla limitatione ueras de quocumque auxilio, siue præueniente, siue adiuuante, sufficienti, aut efficaci; ideo huic homini tribuitur auxilium, quia Deus uult, siue quia Deus merè gratis miseretur illius; uel quia Deus prior elegit, aut prior dilexit eum. Item; quia Deus operatur, ideo liberum arbitrium cooperatur: quia Deus adiuuat hominem, ut consentiat, & conuertatur, ideo consentit, & conuertitur; quia Deus uult, ut homo uelit, ideo homo uult.

2. Quorundam sententia.

Ex his propositionibus aliqui recentiores inferunt, hanc propositionem causalem esse omnino falsam: Quia homo, præuentus gratia excitante, uult consentire, & cooperari, ideo adiuuatur à Deo. Sed tamen alteram propositionem: Hic homo conuertitur, quia uult conuerti; distinguunt, & in eo sensu concedunt; ut, quia non dicat causam radicalem, & primam conuersionis; sed dicat causam per modum dispositionis liberæ: quam dispositionem liberè recipit à Deo, efficaciter mouente, tamquam prima, & radicali causa, ad quam uoluntè referenda est ratio, si queratur: *Quare iste uult conuerti, scilicet quia Deus illum mouet efficaciter, ut conuertatur.*

3. Conclusio prima.

Pro huius rei explicatione sit prima conclusio. Non est bona consequentia, per quam falsitas propositionum casualium, quæ rationem conuersionis, uel auxilij dicunt esse, quia homo uult; colligitur ex eo, quòd summo rigore, & proprietate ueræ sint alia propositiones causales, quæ rationem conuersionis, uel auxilij dicunt esse, quia Deus uult.

Probatur, quoniam in diuerso genere causa idem effectus potest attribui diuersis causis; & tunc præsertim, quando quaelibet illarum liberè operatur, & potest se ipsam determinare, ut effectum impediatur. Cum igitur receptio diuinæ cooperationis in actu secundo dependeat non solum à Deo, sed etiam à libero arbitrio, quod potuit se ipsum determinare, ut non conuertetur, nec acciperet Dei cooperationem in actu secundo: consequens est, non solum Deo ut causa principali, sed etiam libero arbitrio tamquam secundaria causa tribui posse non solum conuersionem, sed etiam receptionem diuinæ cooperationis in actu secundo.

4. Conclusio secunda.

Secunda conclusio. Hæ propositiones causales admitti possunt sano & uero sensu, uidelicet: Quia homo præuentus gratia excitante, uult consentire, & cooperari, ideo adiuuatur à Deo. Auxilia quadam ideo nobis præbentur, quoniam uolumus accipere, aut quoniam aliquid bonum operamur; quemadmodum & hæc propositio uera est: Ideo homo conuertitur, & credit, quoniam uult. Has propositiones rectè colligi ex facra Scriptura, & Patribus, ostendemus postea. Sed prius explicandum est, quo sensu uoluntas hominis esse dicatur auxilij causa. Et primò quod atinet ad recipiendum auxilium, liberum arbitrium est propriè causa receptionis istius; quoniam auxilij receptio est idem ipse consensus liberi arbitrij: at uerò liberum arbitrium est propriè causa consensus. Ergo erit etiam propriè causa receptionis auxilij.

Quo sensu uoluntas dicatur auxilij causa.

5.

Si tamen loquamur non de receptione auxilij, sed de ipso auxilio præcisè, prout est actio Dei cooperantis in actu secundo: ut sic liberum arbitrium non est propriè causa talis auxilij, quia non



non influit in concursum Dei, neque producit illam. Nihilominus dici potest, ideo Deum præbere hoc auxilium, quoniam homo vult, per dictionem causalem significando conditionem, simpliciter requisitam secundum legem ordinariam. Deus quippe suum concursum in actu secundo, siue naturalem, siue supernaturalem ad operationes liberas non exhibet, nisi homo liberè cooperetur: quod ipsum est velle.

6. Confirmatur, quoniam duabus causis (siue parciales, siue totales appelles) concurrentibus ad eandem effectum; vnius causæ actio pender ab actione alterius: & in eo genere dependentiæ dici potest, ideo vnius causæ actionem exhiberi, quoniam exhibetur actio alterius causæ; idque licet causæ, & earum actiones sint subordinatæ, & vna causa moueat alteram ad agendum, dummodo ita moueat, vt altera possit non agere, si velit.

7. Hæc dicta sunt de volitione, prout comparatur ad illud ipsum auxilium, cuius virtute producit. Nam si comparatur volitio supernaturalis ad auxilia subsequenti, quæ dirigitur ad alias volitiones producendas: inter hæc extrema multò clarior est causalitas, quam prædictæ propositiones affirmant. Homo quippe, quoniam supernaturaliter vult, causat vltiora auxilia per volitionem, tanquam per causam meritoriam, dispositiuam, & impetratoriam.

Diligenter tamen obseruandum est, de auxilio primo, & totaliter præueniente, nullatenus posse verificari causalem asserentem; ideo dari, quia volumus: sed erit in quolibet sensu falsa, propter dicta præcedenti tomo de prouidentia, præsertim disp. 20.

8. *Conditio propter quam Deus dat auxilium.*

In hoc sensu sacrae literæ, & Patres, infra citandi, pronunciant propositiones causales, quas referre, & ponderare aggredimur. In primis Ierem. 24. *Dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo.* Hic videtur ex parte liberæ conuersionis assignari causam, seu conditionem, propter quam Deus daturus erat ei abundantius illud auxilium, videlicet cor nouum, vt Deum practicè scirent.

9. 3. Reg. 3. *Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, &c. sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos.* Facere Salomoni sapientiam est auxiliari, & huius causa meritoria, & impetratoria fuit, electio libera postulandi sapientiam potius, quam diuitias.

10. Secundò probatur Psalm. 17. *Eripuit me de inimicis meis fortissimis: saluum me fecit; quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, quia custodivi vias Domini.* Vbi Theodoretus: Nec enim vates omnium suorum rectorum factorum numerum exponere voluit, verum fundamenta iacere, quomodo possimus diuinâ curâ digni esse.

Confirmatur, nam & Psalmus 118. eiusmodi causales frequentat; quales sunt: *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque, quia in iudiciis tuis speraui. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me; quia mandatis tuis credidi. Veniant mihi miserationes tue, & vitam; quia læs tua meditatio mea est. Tuus sum ego, saluum me fac; quoniam iustificationes tuas exquisiui. Vide humilitatem meam, & eripe me; quia legem tuam non*

*sum oblitus.* Vbi Hieronymus: *Tibi humilior: a te eripi me deprecor, vt exalter; quia memor sum legis tue, qua dixisti: Qui se humiliauerit, exaltabitur.*

Et in fine eiusdem Psalmi: *Erraui, sicut ouis, qua perit: quare seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.* Vbi Ambrosius: *Quere me, inquit, quia ego te requiro. & post pauca: Veni ergo Domine, quia es erraui, tamen mandata tua non sum oblitus. Spem medicine referuo. & infra: Et tu quidem vis inueniri, sed vis diu queri, vis diligentius indagari. Nouit hoc Ecclesia tua, quia non vis, vt te dormiens querat; non vis vt iacens inuestiget.* In eundem versum Augustinus, & Prosper obseruant, hanc ouem iam ex parte inuentam fuisse, qua parte Dei mandata non est oblitus; & errore suum ac perditionem agnoscens, pastorem rogat, vt querat. Ex quibus omnibus constat, supposita gratia præueniente, Deo adiuuante, liberam voluntatem aliquid operari posse, propter quod tanquam propter causam meritoriam, impetratoriam, & dispositiuam Deus conferat auxilia maiora. Illud præterea notandum est, Ambrosium, Hieronymum, Hilarium, Augustinum, Proferum, & Theodoretum prædictos versus ita exponere, vt supponant causalitatem, quæ dictione, quia, significatur.

Tertiò ad eandem causalitatem probandam valent plurimùm verba Christi Domini Ioan. 16. si supponamus, Euangelica oratione super omnia postulari Dei auxilium, ad eius legem efficaciter obseruandam. Ait ergo: *In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.* Hæc scilicet est causa, propter quam Pater ipse promptus erit concedere quæcumque auxilia petieritis ad salutem, ita vt iam non sit absolute necessarium, me nouas in cælo preces ad Patrem fundere.

Confirmatur Apocal. 3. *Quoniam seruasti verbum patientia mea, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tenere habitantes in terra.* Vide causam auxilij conferendi tempore necessitatis extremæ.

Quartò probatur ex Patribus Latinis. Augustinus de prædestin. Sanctior. cap. 6. in medio concedit hanc propositionem causalem: *Illi homines, quia voluerunt, crediderunt; illi, quia noluerunt, non crediderunt.* Celebre est illud in lib. de prædestin. & grat. cap. 15. *Quid ergo fines eorum fecit diuersos, nisi quod vnus (Nabuchodonosor) manum Dei sentiens, in recordatione propria iniquitatis ingemuit: alter (Pharao) libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio?* Et serm. 7. de verbis Domini secundum Matth. prope finem: *Ego illos elegeri, quia vidi mentes eorum de me præsumentes, non de se, nec de Baal. & post pauca: Gratia autem mea plenus es, quia nihil de tua virtute; sed totum de mea gratia præsumpsisti.*

Fulgentius epist. 6. ad Theodor. cap. 7. fine, & cap. 8. in principio: *Vt ad Deum, inquit, veniamus, currimus; & ideo currimus, quia currere volumus. Sed ne vel voluntatem, vel ipsum cursum assignemus virtutibus nostris, idem nos informat Apostolus, dicens: Non volentis, neque currentis, &c. Concedit itaque Fulgentius causalem propositionem: Ideo currimus, quia currere volumus; ea tantum lege, vt non solum vires, sed etiam currenti voluntas, & cursus Deo referantur accepta.*

Prosper (aut quicquid alius author) lib. de prouident. paulo ante med. querelis hominum ita satisfacit.

*Cur non sum bonus? Hoc non vis. Cur sum malus? Hoc vis.*

*Cur volo, quæ mala sunt? Et cur quæ sunt bona, nolo? Liberè. Sed cum vicia quæ as discernerere prauis. Deteriora legis, placitissimè improvidus habes.*

16. Concilium Valentinianum III. celebratum anno 855. sub Lohario Imperatore, cap. 5. *Alios, decernit, saluari æterna salute, quia per gratiam Dei in redemptione sua fideliter permanserunt: alios, quia noluerunt permanere in salute fidei, quam initio acceperunt, redemptionisque gratiam potius irritam facere, quam seruari elegerunt ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo peruenire. Quibus in verbis secunda causalis explicat primam, vt sensus sit, quia voluerunt permanere.*

17. Bernardus tract. de libero arbit. prope medium, de primo homine sic loquitur: *Nam etsi peccauit ex posse, quod accepit, non tamen quia potuit, sed quia voluit. Nec enim, præuicacante diabolo, & angelis eius, etiam alij præuicacati sunt: non quia non potuerunt, sed quia noluerunt.* Vnde sumitur hæc propositio: Angeli, quia noluerunt, præuicacati non sunt, sed perseuerauerunt in Dei obedientia.

18. Quintò probatur ex Græcis, qui non solum causales propositiones enunciant, sed etiam clariùs affirmant hominis voluntatem esse causam. Quemadmodum Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 9. ait: *Homo liber in arbitrio factus, & sine potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palca fiat.* Loquitur autem de frumento, in horreum gloriæ congregando in die Iudicij, Luca. 3. Iustinus quaest. 8. ad Orthodoxos (cuius verba retulimus disput. 29. sect. 5. ad finem) asserit propositum nostrum, & voluntatem esse causam virtutis, & vitij. Chrysostomus ad Roman. 9. serm. 16. colum. 15. *Vnde, inquit, alij quidem vasa sunt iræ, alij verò misericordie? Ex propria voluntate.* Diuersimodè tamen illa causalis refertur ad bonum, & malum, iuxta dicta sectionibus præcedentibus.

19. Basiliius homil. *Quòd Deus non sit author malorum,* inter medium & finem, de Gabriele, & Satana sic loquitur: *Illum propria voluntas in cælo retinuit; hunc verò voluntatis libertas cælo deiecit.* Cyrillus Alexand. commentario in Malachiam ad illud capituli 1. *Iacob dilexi, &c. Alter, inquit, pius, & probus Iacob; alter durus Esau. Idcirco inclinavi animum ad Iacob, & sortem, siue hereditatem assignatam Esau distaxi. & post pauca: Docet Deus, dilexisse se quidem Iacob non alia de causa, nisi quia fuisset simplex & probus; adisse verò Esau, quia terrenis deditus, & profanus.* Probitatem autem, & simplicitatem ex gratuita electione prouenire, iam aliàs docuerat Cyrillus, vt vidimus præcedenti tomo de prouident. disp. 28. sect. 4.

20. Andreas Episcopus Cæsareæ in Apocalypsum serm. 7. suo cap. 19. ad illa verba: *Quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum; ait: Spiritus signaculum, quod homini contra tentationes datur, cauens vim suam ostendit, quatenus ipsi collaboramus. Qui igitur auxilio hoc destituitur, ideo destituitur, quia vni cum ipso manum operi adhibere non volunt.* Perpende illud, quatenus ipsi collaboramus, esse directè contrarium alterius, quia manum operi adhibere non volunt. Idcirco illud primum valere idem, ac si diceret, quia ipsi collaboramus, ideo vim suam ostendit signaculum, quod homini contra tentationes datur.

21. Eadem veritas probari potest multis rationi-

bus Theologicis, quas facile colligere poteris ex præcedentibus sectionibus, & ex quatuor disputationibus proximè præcedentibus, maxime verò ex disp. 29. & 30. quibus probatum est, liberum arbitrium esse partialem causam conuersionis, licet secundariam. Inde quippe colligitur aperte causales dictiones verificari posse, si referantur ad significandam illam partialem causalitatem.

Sit tamen postrema confirmatio prædictæ causalitatis, quoniam ea vehementer displicet hostibus libertatis, & propter illam accusare solent Catholicos erroris Pelagianum. Sic Lutherus apud Roffensem art. 36. paulo post med. fol. 347. *Pelagium, inquit, sub iis studiis alunt. Quid enim refert, si neges gratiam ex operibus nostris, & doceas tum, per opera nostra dari? Idem manet impietatis sensus, quo gratia non gratis, sed ob nostra donari creditur. Nec enim Pelagiani alia opera docuerunt, & fecerunt, propter quæ gratiam dari voluerunt, quam vos doceris, & facitis. Eiusdem sunt liberi arbitrij opera, eorumdemque membrorum, sed alia vos eis nomina, alia illi dederunt: ieiunium, oratio, elemosyna eadem erant, sed vos congrua, illi condigna ad gratiam vocauerunt. Vbiq; tum idè Pelagius triumphator perseuerauit.* Ex quibus collige, Luthero Pelagianum videri, quod liberum arbitrium, aliquid cooperando diuinæ gratiæ vocanti, & excitanti, se disponat, atque de congruo mereatur iustificationis gratiam, quæ propter opera detur. Non itaque reprehendit Lutherus, quòd aliqua dispositio procedat à Deo per gratiam; sed illud maxime reprehendit, quòd hæc dispositio, & eius meritum de congruo procedat à libero arbitrio, aliquid cooperante cum gratia, & quòd aliquo modo sit causa, propter quam altior gratia tribuatur.

Vnde longè inferius apud eundem Roffensem fol. 351. Lutherus ad Catholicos ait: *Ite nunc Pelagiani, & operibus vestris preparate vos ad gratiam, &c.* Quòd autem hæc præparatio Luthero displicerit propter indifferentiam libertatis, ostendunt verba, quæ subiicit in eodem art. 36. apud Roffensem inter med. & finem, fol. 359. *Videris mihi peior esse Pelagio, dum gratiam Dei necessariam in potestatem hominis ponis, quam ille penitus negauit necessariam. Minus, inquam, videtur impium, gratiam in totum negare, quam eam nostro studio & opere parari, ac velut in manu nostra reponere.*

Caluinus etiam Pelagianæ dementiae Catholicos propter eundem articulum accusat: vt videre est apud Albertum Pighium lib. 5. de libero arbit. sub finem, & apud Stapletonum Matth. 25. vers. 15. ad illa verba: *Vni dedit quinque talenta, &c. vbi ait, ridiculos esse Papistas, dum hinc colligunt, singulis conferri Dei dona secundum meriti sui modum.*

SECTIO V.

*Quibusdam argumentis in contrarium respondetur.*

1. **M**ulta contrariæ sententiæ argumenta præmittimus, quoniam eorum solutio facile colligitur ex dictis in hac, & quatuor præcedentibus disputationibus: vel quoniam præcedentibus tomis de voluntate, & prouidentia soluta sunt: vel quia inuoluunt controuersias alterius temporis, & loci. Sufficiet ergo tria magis propria discutere.

2. Primum argumentum sit, quoniam Augusti-

22. *Diæta casualis displicet hereticis.*

23.

24.

1.

2.



nus epist. 107. ad Vitalem inter medium, & finem, vnam ex potissimis controuersis eius cum Pelagio circa prædictam causalem fuisse affirmat, cum ait: *Recognosce me, ut puto, in his, que nos scire dixi, non omnia, que ad fidem Catholicam pertinent, commemorare voluisse, sed ea tantum, que ad istam, que inter nos agitur de Dei gratia, questionem: Vtrum præcedat hac gratia, an subsequatur hominis voluntatem, hoc est, ut planius id eloquar: Vtrum ideo nobis detur, quia volumus, an per ipsam Deus hoc etiam efficiat, ut velimus.* Hinc colligit contraria sententia, adiutorium gratiæ non ideo nobis dari, quia volumus, sed per illam hoc etiam Deum efficere, ut velimus. Idque confirmat ex lib. 3. Hypognosticon, dicente: *In omni itaque opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrij; id est, operatur Deus, cooperatur homo. Quod si dicas, ut dicere consueuisti: Quia ego prior volui, Deus voluit, iam meritum facis, ut gratia ex operibus iam non sit gratia, sed merces.* Quibus verbis aperte docet, gratiam secundum merita nostra dari, si aliquid præcedat ex nobis, propter quod gratia ipsa conferatur.

3. Respondetur. Ex tota illa epistola ad Vitalem manifestè constat, Augustinum agere de primo auxilio præuenientis gratiæ, à quo sumitur iustificationis initium. Quod clariùs adnotauit sub finem eiusdem epistolæ, superiorem suæ disputationis discursum ita explicans. *Loquimur autem nunc de ipsi iustis, cum homines, qui erant auersi, & aduersi, conuertuntur ad Deum, & velle incipiunt, quod nolabant, & habere fidem, quam non habebant.* Vidisti de quibus loquitur Augustinus; audi nunc, de quibus non loquatur. *De orationibus, inquit, fidelium, quas & pro se, & pro aliis fidelibus faciunt, ut proficiant in eo, quod esse cœperunt, & de gratiarum actionibus, quia proficiunt, conflegendum esse tecum non puto.* Itaque nihil disputat ibi Augustinus de impetratione, merito, causa, vel ratione, quam omnes iam fideles præbere possunt, ut maiora auxilia recipiant.

4. Confirmatur primò, quoniam Augustinus illud præsertim refutabat, quod Vitalis asserbat, *Initium fidei, ubi est etiam initium bonæ, hoc est, piæ voluntatis non esse donum Dei; sed ex nobis nos habere, ut credere incipiamus;* ut notat prope finem eiusdem epistolæ.

5. Confirmatur secundò, nam in hoc sensu ab Augustino negari causalem illam propositionem, constat ex eadem epistola colum. 1. sine, cum ex verbis Psalm. 36. colligit esse falsum, quod sua homo voluntate præcedat, & hoc Dei donum præcedente sua voluntate mereatur. Quod ita continuo probat: *Ideo dixit: A Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius vult: ut intelligeremus, ipsam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere, quantam Dei via quid est, nisi fides recta? Illius esse donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus, ut velimus. Obserua voluntatem bonam, qua incipimus velle credere, ut de hac intelligas, quod Augustinus continuo subiungit: Non enim ait Scriptura: A Domino gressus hominis diriguntur, quia vitam eius voluit, sed diriguntur, inquit, & vult. Non igitur, quia voluit, diriguntur, sed quia diriguntur, vult.* Causales igitur illius epistolæ referuntur ad initium iustificationis, & primam gratiam præuenientem.

6. Confirmatur tertio, quoniam prope initium eiusdem epistolæ, & rursus colum. 2. & sequentibus refutat Augustinus solutionem Vitalis, &

aliorum Semipelagianorum dicentium: *Per legem suam, per Scripturas suas, Deum operari, ut velimus, quas vel legimus, vel audimus.* Itaque interiori Dei operationem, & gratiam negabant esse necessariam; & consequenter intelligebant, gratiæ adiutorium ideo nobis dari, quia volumus absque interiori gratia, sola exteriori doctrina excitati.

7. Confirmatur quartò, nam Augustinus ibidem colum. 2. illud præsertim agit, ut Deus non tantummodo legem suam, atque doctrinam libero adhiberet arbitrio, sed etiam vocatione illa alta, atque secreta sic eius ageret sensum, ut eidem legi, atque doctrina accommodaret assensum. Vocatio autem est gratia præueniens. Per hanc igitur Augustinus existimat, hominis voluntatem agi, & preparari à Deo. Atque inde etiam constat solutio ad verba libri 3. Hypognosticon, qui totus est Augustinianus, quantum attinet ad initium gratiæ.

8. Secundum argumentum, quia Semipelagiani expressè admiserunt, gratiam excitantem præuenire omnia pietatis opera; quia tamen dixerunt, ideo nobis dari gratiam adiuantem, quia homo, eadem gratia excitante præuentus, vult cooperari, & consentire Deo vocanti; merito impugnatur à S. Prospero epist. ad Augustinum prope finem, dicente: *Vnde, quia in istis Pelagiana præuicacitatis reliquiis non mediocriter virulentia fibra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur, si diuina voluntati impie voluntas humana præfertur; ut ideo quis adiuuetur, quia voluit: non ideo, quia adiuuatur, vult.* Quod ita ponderat contraria sententia: *Quia adiuuatur, inquit Prosper, non quia excitatur; ergo in prædicta causali Semipelagiani loquebantur de gratia adiuantem, & non solum de gratia excitante.*

9. Respondetur. In primis Semipelagiani expressè negarunt gratiam excitantem præuenire omnia pietatis opera; ut probatum est tomo præcedenti de prouident. disp. 14. sect. 2. & 3. & disput. 18. sect. 4. Rursus adiuuandi verbum apud Augustinum, Prosperum, & alios Patres vtriusque complectitur non solum cooperantem, seu concomitantem gratiam, sed etiam præuenientem, & excitantem.

10. Tertio, quod expressè concludit argumentum, Semipelagianos in prædicta causali fuisse locutos non solum de gratia excitante, sed etiam de gratia adiuantem: verum est in hoc sensu, quod auxiliium gratiæ excitantis, & adiuantis, assererent, obtineri per naturales vires voluntatis. Ideo principium salutis in homine secundum vires naturæ collocabant: ut expressè notat Prosper in verbis nuper citatis, & in iis, quæ continuo subiungit, dicens: *Si originaliter malus receptionem boni non à summo bono, sed à semetipso inchoare male creditur, &c.* Ex hoc enim & cætero contextu totius epistolæ constat, illam causalem: *Ideo quis adiuuetur, quia voluit*, in eo sensu à Prospero refutari, quo Semipelagiani videbatur esse vera, videlicet, ut ideo quis adiuuetur, quia voluit per vires naturæ sine auxilio gratiæ. Vnde sequebatur hominem non ideo, quia adiuuatur, velle; cum tamen huius propositionis causalitas foret multò præstantior, & summo rigore vera.

11. Idem magis perspicue cernitur in aliis verbis, quæ tanquam Semipelagiana referuntur à Prospero prope medium eiusdem epistolæ ad Augustinum, & ut talia contra nostram sententiam obiciuntur ab alio Doctore; sitque tertium argumentum:

mentum: *Licet gratia præueniat omnia merita humana; tamen homo ideo inuenit istam gratiam, quia bono naturæ bene usus ad istam saluamentem gratiam, initialis gratia ope meruit peruenire.* Hæc caractere maiori notantur ab authore prædicto, quasi textus illius epistolæ, referens Semipelagianum errorem. Verumtamen intersecata sunt intermedia verba, quibus aperte declarat Prosper, gratiæ nomen à Semipelagianis fuisse extensum ad creationem liberi arbitrij, quam solam gratiam dicebant præuenire omnia merita humana. Nullam itaque supernaturallem gratiam admittebant, quæ præueniret omnia merita humana.

12. Contextus itaque sic habet: *Quidam verò horum in tantum à Pelagianis semitis non declinant, ut cum ad constituendam eam Christi gratiam, qua omnia præueniat merita humana, cogantur, ne si meritis redduntur, frustra gratia nominetur, ad conditionem hanc velint vniuersi hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij & rationalis gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni, & mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum eius posse suam dirigere voluntatem: atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, peruenire, per naturalem scilicet facultatem, petendo, querendo, pulsando: ut ideo accipiat, ideo inueniat, ideo inuocet, quia bono natura bene usus, ad istam saluamentem gratiam, initialis gratia ope, meruit peruenire.*

13. Vnde collige, præsentis causalitatis sensum esse hunc: *Quia initialis gratia ope, id est, viribus liberi arbitrij, per creationem acceptis, bono naturæ bene usus est homo; ideo ad saluamentem, & supernaturalem Iesu Christi gratiam meruit peruenire.* In eodem sensu accipienda est causalitas altera, quæ paulo inferius ex mente Semipelagianorum refertur à Prospero: *Quia præuicator ideo dicitur non obedisse, quia noluit fidelis quoque non dubitetur ob hoc denotus fuisse, quia voluit.*

DISPUTATIO XXXII.

Vtrum causalitas diuinæ prædestinationis sit omnino prior, quàm concursus liberi arbitrij.

SECTIO I.

Quæ circa prioritatem sunt certa, præmittuntur.

1. IRCA liberas operationes, ad aternam saluare vires, tota causalitas diuinæ prædestinationis exercetur per gratiam: propterea quæ dicta fuerint tota disp. præsentis de prioritare, quæ concurrat gratia, sunt intelligenda de prioritare causalitatis, quam exercet diuinæ prædestinatio. Inter omnes ergo Catholicos in primis certa est realis prioritas, per quam gratia præueniens, operans, seu excitans ante quamcumque considerationem intellectus est omnino prior qualibet cooperatione liberi arbitrij. Hæc autem est semper prioritas naturæ & causalitatis, eo quod gratia præueniens, operans, seu excitans est realiter causa cooperantis liberi arbitrij. Cui prioritati plerumque superadditur etiam prioritas temporis, licet nonnunquam deficiat.

2. Realem esse huiusmodi prioritatem, probatur, Ruiz de Prædestinatione.

quia est inter extrema realia, realiter distincta, quorum vnum realiter pender ab alio, sicut effectus à causa.

Rursus omnimodam esse prædictam prioritatem, ita ut nihil prorsus habeat posterioritatis admixtum, probatur, quoniam illustrationes intellectus, & suauitates, siue complacentiæ voluntatis, in quibus consistit gratia præueniens, excitans, & operans, sunt operationes prorsus indeliberatæ. Ideoque licet pendeant à physico influxu intellectus, & voluntatis; cæterum ab exercitio libertatis nullo prorsus modo dependent: ac proinde nullo modo sunt posteriores cooperatione, siue concursu liberi arbitrij, prout liberum est.

Confirmatur, quoniam effectus formalis illustrationum, & suauitatum vsque ad eum non pender ab exercitio libertatis, ut quandoque etiam existat repugnante libera voluntate. Nam effectus formalis est hominem esse propensum, & impulsum ad bonum, cuius honestas clariùs, & firmiùs obuerfatur ante oculos mentis: hoc autem nonnunquam existit, repugnante libera voluntate.

Ex his euidenter deducitur omnimodam & realem esse posterioritatem, per quam concursus, seu cooperatio liberi arbitrij posterior est, quàm gratia operans, præueniens, & excitans, & totus effectus formalis illius.

3. Secundò inter omnes Catholicos certa est realis prioritas, per quam conatus liberi arbitrij, per auxilia gratiæ conceptus, est prior auxilio gratiæ subsequenti, tanquam illius causa meritoria, imperatoria, & dispositiua. De hac enim prioritate liberi arbitrij Psalm. 87. *Mane oratio mea proueniet te.* Psalm. 118. *Præuenit in maturitate, & clamauit.* & rursus: *Præuenient oculi mei ad te diluculo.* Sed de posterioritate gratiæ Psalm. 22. *Misericordia tua subsequetur me.* Sapient. 7. *Optauit, & datus est mihi sensus: & inuocauit, & venit in me spiritus sapientiæ.* Vbi sensus & spiritus sapientiæ idem est, quod illustratio mentis ad melius cognoscendum bonum, cum sapore, ac suauitatis affectu. Quod auxilium subsecutum est, postquam optauit, & inuocauit Salomon per alia priora auxilia.

Idem confirmant primò testimonia Scripturæ, quæ protulimus præcedenti tomo de prouident. disp. 18. sect. 6.

Secundò confirmant, quæ præcedenti disp. 31. sect. 4. probant, in aliquo sensu veram esse causalem propositionem, quia volumus, conuertimur, & accipimus actualem Dei concursum. Nam causalitas est prioritas.

Tertio plurima ex testimoniis positis disp. 30. præsertim sect. 3. Vbi frequenter præexigitur hominem querere prius, quàm inueniat, & Deus illi appareat, & pulsare prius quàm aperiat ei.

Quarto confirmat parabola talentorū, & mnarum, Matth. 25. & Lucæ 19. Nam licet ad res varias accommodentur à Patribus; omnino necessarium est talenta, & mnas esse supernaturalia dona & auxilia: siquidem capitale fuerunt tanti valoris, cuius impendio liberum arbitrij tantum quæstum facere potuit, ut intraret in gaudium Domini sui, hoc est, in vitam æternam: ad quem finem nihil valet quidquid nō est supernaturale. Quo supposito, consequens est, liberum arbitrium licet non possit lucrari prima talenta, videlicet auxilium gratiæ præuenientis; cæterum eorum valore posse superlucrari altiora talenta, & auxilia.

3. Augustini mens ex illius verbis colligitur.

3. Realis posterioritas liberi arbitrij.

4. Realis prioritas conatus nostri haberi ex gratia.

Realis prioritas præuenientiæ gratiæ.



6.

lia. Nam habenti dabitur, & abundabit; vt ex eisdem parabolis Christus Dominus intulit.

7. Quinto eandem veritatem confirmant omnia testimonia, in quibus Deus aliquid exigit ab homine, quo facto promittit auxilia. nam eo ipso postulat prius praecedere opus hominis: vt, Petite, & accipietis; & accedite ad Deum, & illuminamini, & similia.

8. Tertio, si Dei concursus in actu secundo comparemus cum actuali concursu liberi arbitrij, ad producendam eandem volitionem; certum est, Dei concursus non esse priorem temporis prioritate. Quemadmodum Bernard. tract. de lib. arb. col. penult. prope fin. ait: Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum illud in primo praeueniat, in ceteris comitetur: ad hoc vtique praeueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur. Ita tamen quod a sola gratia cooptum est, pariter ab utroque perficitur, vt mixtim, non singillatim, simul, non vicissim per singulos profectus operetur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere in diuino peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa; sed vt totum in illo, sic totum ex illa.

9. Ponderanda sunt primò dictiones illae, comitetur, cooperetur, pariter, non singillatim, simul, non vicissim; quae omnia prioritatem excludunt, maxime verò prioritatem temporis.

Secundò notanda est ratio à priori, quam Bernardus attigit illis verbis, opere in diuino peragunt. Nam cum realiter eadem actio sit concursus Dei, & liberi arbitrij, non potest inter vtrumque prioritas temporis intercedere; imò neque realis prioritas naturae: vt dicemus numero sequenti, & sect. sequenti prope initium.

Tertio hic simultaneae coexistentiae non obstat, sed potius ad illam supponitur realis prioritas praeuenientis gratiae, cum tantum in primo praeueniat, in ceteris comitetur; ad hoc vtique praeueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur.

Quartò neque obstat eidem simultaneae coexistentiae, quòd Deus voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. hoc est, facilem, expeditam, & non difficultatibus implicatam reddit executionem operis. Ita Bern. in fine totius tract. de lib. arb.

10. Quintò, propter eandem auctoritatem & rationem Bernardi certum est, & ab authoribus vtriusque partis concessum, prioritatem, quam appellant in quo, non intercedere inter concursus Dei, & concursus liberi arbitrij. Nec enim est prioritas secundum aliquam quasi durationem naturae, vt in vno instanti naturae effectus attingatur, & productus esse intelligatur à Deo auctore supernaturali, & in alio instanti naturae intelligatur produci à libero arbitrio; quemadmodum in simili de concursu primae causae notauimus tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 5. vbi retulimus illius auctores.

11. Sextò certum est, totam prioritatem primae causae conuenire concursui generali Dei, non solum ad volitiones naturales, sed etiam ad producendas volitiones supernaturales. Insuper vltra hunc concursus ita vniuersalem, vt abstrahatur à naturali, & supernaturali, reperitur alter conceptus, secundum quem intelligitur concursus, vt procedens tanquam à prima causa supernaturali, de quo philosophari debet Theologus, seruata proportione ad vniuersalissimum concursus primae causae. Nam quemadmodum iste propter summam vniuersalitatem, qua respicit rationem entis vt formalissimam rationem proprii effectus; ideo est prior, intimior, & immediatior, quàm actio causae secundae: sic etiam concursus primae causae

Dei concursus nostro, tempore prior non est.

Notanda.

Inter concursus Dei, & liberi arbitrij non est prioritas in quo.

Concursus prima causa ad actus supernaturales prior, & immediatior.

supernaturalis propter summam vniuersalitatem, qua respicit rationem entis supernaturalis, vt formalissimam rationem proprii effectus; ideo est prior, intimior, & immediatior, quàm actio liberi arbitrij, concurrentis ad actum supernaturalem.

Septimò. Hanc autem proportionem explicando magis, certum est etiam, realem aliquam & omnimodam prioritatem intercedere, quatenus Deus, vt prima causa supernaturalis, contulit integram potentiam liberi arbitrij, prout est supernaturaliter intellectiua, & volitiua potentia; ac proinde potest supernaturales actiones elicere. Hæc autem prioritas est realis, & omnimoda; quoniam antecedit quodlibet exercitium libertatis, non solum actualiter existens, sed etiam præcognitum scientia visionis, vt absolute futurum.

Octauò. Non minor est independetia, & prioritas realis, per quam ante omnem concursus liberi arbitrij, & prius ratione, quam præciteretur vt absolute futurus, Deus ab aeterno decreuit auxilia supernaturalia, & suum actualem concursus, & cooperationem offerre parata, vt voluntas cooperetur, quando voluerit.

Nonò. Duæ præcedentes prioritates pertinent solummodo ad causas, prout sunt constitutæ in actu primo, & completo, cui nihil deficiat simpliciter requisitum ad actualiter operandum. Sequentes verò prioritates intercedunt inter ipsos actuales concursus primae causae supernaturalis, & liberi arbitrij. Et quidem prioritas dignitatis, per quam Dei & gratiae concursus est præstantissimus, tanquàm principalis causae, vt indiget probatione.

Decimò. Certa est etiam prioritas vniuersalitatatis in causando, secundum quam dicitur esse prius id, quod non conuertitur essendi consequentia. Rectè namque sequitur, liberum arbitrium Petri concurrere ad volitionem supernaturalem; ergo Deus tanquam prima causa supernaturalis concurrere ad eandem volitionem. Hæc autem consequentia non conuertitur, quoniam econtrario non sequitur: Deus tanquam prima causa supernaturalis concurrere ad supernaturalem volitionem; ergo liberum arbitrium Petri concurrere ad volitionem supernaturalem. Concurrere enim Deus plerumque cum arbitrio aliorum hominum, & non cum arbitrio Petri.

SECTIO II.

Quae prioritas secundum naturam, aut secundum rationem conueniat cooperationi praeftinantis Dei.

1. Si prima conclusio. Non incongruè potest concedi, Dei praeftinantis, & primae causae supernaturalis concursus, siue cooperationem esse natura priorem, & liberi arbitrij concursus esse natura posteriorem.

Explicatur, & probatur primò. nam Philosophus in postprædicamentis c. 11. finenotat prioritatem dependentiae, vel causalitatis reperiri posse etiam inter ea extrema, quae conuertuntur essendi consequentia. Alterum, inquit, quod est causa quouis modo, vt alterum sit, prius natura non incongruè dici potest. Obseruandum est illud quouis modo, quod adiecit, vt significaret, ad huiusmodi prioritatem non requiri realem causalitatem, sed sufficere quamlibet dependentiam, etiam secundum rationem: quemadmodum ex eo, quod res est, aut non est, oratio vera dicitur, aut falsa. Quod exemplum adhibet ibi Aristoteles; quamuis res significata non

12. Omnimoda, & realis prioritas.

13.

Prioritas vniuersalitatatis in causando.

1. Prioritas natura.

Probatur.

non influat realiter in veritatem, aut falsitatem propositionis. Vnde colligitur, neque reale causalitatem, neque realem distinctionem exigi, vt concursus Dei per gratiam sit in prædicto sensu prior natura, quam concursus liberi arbitrij: quemadmodum adnotauimus tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 5.

2. Et quamuis inter hæc extrema non sit realis relatio prioritatis, sed tantum secundum rationem. (nam sola ratio præcindit concursus Dei à concursu liberi arbitrij.) nihilominus istius prioritatis fundamentum est reale, videlicet realis quidditas vtriusque concursus, & realis ordo transcendentalis vtriusque concursus ad propria sibi causam, à qua procedit. Vnus enim quidditati respicit primam causam supernaturalem vniuersalissimam in supernaturaliter causando, & ideo primam: vt explicabimus concl. 2. Alter verò concursus quidditati respicit causam secundam, particularissimam in causando, & ideo posteriorem. Vnde provenit, partiales istos concursus esse ratione formali, & quidditatiua distinctos.

3. Confirmatur: sic enim Philosophi, & Theologi docent actionem secundae causae particularis esse subordinatam actioni causae primae vniuersalis; cum tamen vtraque sit actio realiter eadem; & subordinatio posterioritatem contineat, respiciatque superiorem causam vt priorem.

4. Conclusio ita explicata probatur secundò & principaliter ex sacra Scriptura, & Patribus, qui simpliciter loquendo, libero arbitrio negant prioritatem, vt eam deferant electioni, dilectioni, gratiae, atque operationi diuinae. Quemadmodum Rom. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Vnde Petrus Diaconus lib. de Incarn. & grat. Christi c. 7. sine sic colligit: Resistit Apostolo, quicumque dicit: Nisi ego prius voluero, gratia ad me non venit. Quam eandem conclusionem ex eisdem verbis Apostoli deducit Fulgen. de Incarn. & grat. c. 18. initio, & Prosper contra Collatorem c. 22. Consonat illud Iob 41. Quis autem dedit mihi, vt redam ei? Araucianum Concil. 1. can. 6. ait: Quis humilitati, aut obedientiae humanae subiungit gratia adiutorium, resistit Apostolo, dicenti: Quid habes, quod non accepisti? Subiungere autem est asserere, gratia adiutorium esse posterius.

5. Idem colligitur ex 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. & infra: Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Vnde Aug. de grat. Christi, lib. 1. c. 26. Et enim acciperemus dilectionem, qua diligeremus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. Hoc Ioannes Apostolus apertissime dixit: Non quod nos dilexerimus Deum, &c. Non enim haberemus, unde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cui prior nos diligeret, sumeremus. Rufus de prædest. Sanct. c. 19. Non enim quia credidimus, inquit, sed vt credamus, elegit nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Quod esse dictum de omnibus electis, existimat Augustinus non solum in prædicto cap. 9. sed etiam in cap. 17. atque tractatu 86. in Ioannem.

Gelasius Papa epist. 7. ad Episcopos per Pice-num: Quis audeat dicere Christianus aliquid habere boni sine gratia, quando Magister gentium clamat, diuinita in se bona concludens: Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit: vt ostenderet, quia donum gratiae non ipse præcesserit, sed fuerit subsequendo, atque monstraret cooperatorem se esse gratiae, subsequendo. & post pauca notat, Apostolum præ-Ruiz de Prædestinatione.

Huius prioritatis fundamentum reale.

3.

4.

5.

posuisse gratiam præcedentem se. Gregor. item hom. 9. in Ezechielem: Praeueniente, inquit, gratia, & bona voluntate subsequente, hoc, quod omnipotentis Dei donum est, sit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat, dicens: Plus omnibus laboraui, &c. Ac si diceret: In bono opere laboraui, non ego, sed & ego. In hoc enim quod solo Domini dono praeuen-tus sum, non ego: in eo autem quod Domini voluntate secutus sum, & ego.

6. Prosper lib. 2. de vocat. gentium cap. 26. Gratia, inquit, Dei in omnibus iustificationibus principaliter praereminet, suadendo exhortationibus, &c. Sed etiam voluntas hominis subiungitur ei, atque coniungitur, quae ad hoc prædicta est excitata presertim, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit ad studium. Sennonense Concil. in praef. col. 2. sine ait: In omnibus operibus efficiendis liberum arbitrium operatur, & gratia: primo tamen, & principalis gratia. & post pauca: Qui primatum boni operis libero arbitrio adscribit, non gratia. Pelagius censendus est.

7. Dices. Hæc omnia testimonia dirigi ad excludendas operationes elicitas per vires naturae, quae præbeant aliquod initium gratiae; ac proinde ad confirmandam indigentiam praeuenientis gratiae, cuius prioritatem realem supposuimus sect. 1. in principio. Quapropter non videntur probare prioritatem diuinae cooperationis, atque concursus, quam in præfati sectione tractamus.

8. Respondetur. Prædicta testimonia formaliter, & explicitè tradunt realem prioritatem gratiae praeuenientis, & excitantis, & realem posterioritatem cooperationis liberi arbitrij. Caterum eo ipso virtualiter, & implicitè continent ordinem rationis, per quem Dei concursus, & cooperatio ad volitionem liberam sit absolute prior, sed cooperatio liberi arbitrij sit absolute posterior; quamuis in alio genere sit etiam prior: vt videbimus sect. 4. & sequentibus.

9. Huius autem ratio est, quoniam gratiae praeuenientis munus est, suauiter praeuocare, excitare, impellere, & agere liberum arbitrium, vt cooperetur. Hoc autem ipsum est, prius concurrere ad volitionem liberam, ad quam producendâ cooperatur voluntas. Et quamuis hoc munus in actu secundo exercere sit iam exercere munus gratiae cooperantis: nihilominus gratia praeueniens, & excitans, seu praeoperans sua prioritate atque vtilitate frustraretur prorsus, nisi dirigeretur ad ita cooperandum, vt eius cooperatio secundum rationem moueret, & incitaret cooperationem liberi arbitrij, dependenter tamè ab eius voluntate.

10. Hanc existimo fuisse mentem aliquorum authorum asserentium, quòd secundum naturam prior hominis voluntate intelligitur esse motio Dei, in sui obedientiam subiectis sibi humanâ voluntatem; & addunt, hanc esse definitionem Patrum Concilij Mileuitani. Ita Driedo de concordia liberi arb. cum prædestin. p. 1. c. 4. ad arg. 7. fol. 26. pag. 1. Atque eodem spectant, quae tradit Ruardus art. 7. de libero arbit. pag. 15. & sequentibus; quibus consonant alij neoterici.

11. Tertio probatur conclusio. Pater enim non traheret ad Filium, nisi ad ipsum actum veniendi, videlicet ad liberam volitionem priori atque fortiori concursu immediate influeret, licet dependenter à concursu liberi arbitrij.

12. Probatur quartò, quoniam noster concursus, etiam qua ratione procedit à libero arbitrio, est effectus diuinae gratiae, & prædestinationis: vt

6.

7. Obiectio.

Soluitur.

8. Ratio solutio.

9. Aliqui obiectores explentur.

10.

11. Noster concursus diuina gratia est effectus.

ostendimus disp. 22. sect. 4. & disp. 27. sect. 6. & 8. ergo Deus per gratiam influit in concursum liberi arbitrij; sed aliter non potest influere, nisi nos ter concursus procedat à Deo per diuinum concursum eundem, quo nostra volitio producit: ergo diuinus concursus, quo nostra volitio producit, est secundum rationem natura, & causalitate prior, quam nos ter.

Cōfirmatur primò: sic enim rectè intelligitur, quomodo Deus faciat vt velimus, nō solum præmittendo illustrationes, & inspirationes, sed etiam per illas, & cum illis influendo in volitionem, & impellendo ad illam, quantum ex se est, dependenter tamen à libera cooperatione voluntatis.

12. Confirmatur secundò: nam vtraque causalitas, & prioritas gratiæ præuenientis & cooperantis explicari potest exemplo, quod licet quantum ad alia sit dissimile, quantum ad hoc est simile, atque quotidiana experientia compertum, ideòque potest ad supernaturalia manuducere. Nimirum intensissimus habitus vitij (v.g. vindictæ,) non solum excitat in voluntate subitōs quosdam, & indeliberatos motus, & appetitus vindictæ, & velleitates, seu complacentias illius, quas sapè voluntas patitur inuita, & omnino abicere non potest, licet conetur; sed etiam idem ipse habitus inclinat voluntatem, vt liberè velit, & eligat vindictam. Quæ libera electio quamuis à voluntate sit vt à libero determinante; nihilominus habitus causa fuit, vt voluntas liberè eligeret, & causa fuit per realem & physicam efficientiam producens illam electionem dependenter à libera cooperatione voluntatis. Hæc autem ipsa causalitas est prioritas in actuali concursu habitus ad electionem vindictæ.

13. Prioritas in genere mouentis.

Secunda conclusio. In genere mouentis, excitantis, applicantis, ac determinantis, altior atque perfectior prioritas modus est ille, quo supernaturalis concursus Dei per gratiam prior est cōcursu voluntatis nostræ ad omnes volitiones liberas, & supernaturales. Huius conclusionis explicatio, & probatio petenda est ex dictis tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 5. propter proportionem, quæ seruatur quantum ad aliqua inter primam causam vniuersalissimam totius entis, & primum authorem supernaturalem. Etenim prima causa independenter ab exercitio libertatis intellectum, & voluntatem per modum causæ naturalis mouet ad primam cogitationem, & volitionem prorsus indeliberatam, in qua semper ac necessarid continetur aliquis amor boni, quo mediante voluntas impellitur, vt deliberet circa particularia bona. Hac verò deliberatione supposita, potens est voluntas se ipsam determinare, vt eligat vnum, vel aliud bonum in particulari. Vnde fit motionem, determinationem, & applicationem primæ causæ ad bonum in communi esse absolutè priorem, quam motionem, determinationem, & applicationem voluntatis creatæ ad bonum particulare liberè eligendum.

14. Deus mouet ad primas actus.

Sic etiam Deus vt primus author supernaturalis independenter à libertatis exercitio intellectum, & voluntatem per modum causæ naturalis mouet ad primam cogitationem, & volitionem prorsus indeliberatam, in qua semper ac necessarid continetur aliquis amor boni supernaturalis, quo mediante voluntas impellitur, vt deliberet circa particularia bona supernaturalia. Hac verò deliberatione supposita, potens est voluntas se ipsam determinare, vt eligat vnum, vel aliud su-

pernaturale bonum in particulari. Vnde fit motionem, determinationem, & applicationem primi authoris supernaturalis ad supernaturale bonum in communi esse absolutè priorem, quam motionem, determinationem, & applicationem voluntatis creatæ ad supernaturale bonum particulare liberè eligendum.

Cui consonat S. Thomas 1. 2. q. 109. art. 6. corp. 15. constitucns rationem primi mouentis in eo, quod moueat, & conuertat omnia in se ipsum secundum communem intentionem boni, & consequenter rationem primi mouentis ad iustificationem constituit in eo, quod moueat, & conuertat omnes voluntates in se ipsum secundum communem intentionem boni supernaturalis; quæ licet comparatione singularium bonorum sit communis, appellatur tamen à D. Thoma specialis comparatione boni vt sic, abstractis à naturali, & supernaturali.

SECTIO III.

Quantum ad producendam substantiam actus, voluntatem non esse causam primam in causando.

1. Ex vtraque sectione præcedenti satis refutata manet sententia, quæ asserit quantum ad producendam totam substantiam, & entitatem volitionis, voluntatem creatam non esse causam secundam in causando, sed tantum esse causam secundam in essendo, & primam in causando: & quantum ad hoc voluntatem non esse pedissequam gratiæ, sed præuiam: cæterum quantum ad tribuendam extrinsecam acceptationem ad meritum, Deus, inquit, & gratia, seu charitas est prima causa, & præuia, sed voluntas est secunda causa, & pedissequa. Ita sentit expressè Scotus in 1. dist. 17. q. 2. post §. Ad solutionem huius questionis. art. 1. post medium, quem sequitur Gabriel 2. dist. 27. q. vnica art. 3. dub. 2.

1. Quorundam sententia.

In hac sententia breuiter distinguenda sunt tria capita, quæ illius falsitatem apperiant.

Primò namque supponit, actum charitatis, aut fidei quoad substantiam esse merè naturalem, & non habere aliam supernaturalitatem, nisi quæ prouenit ab extrinseca directione, vel acceptatione. Quam sententiam communiter istius temporis Theologi respuunt, postquam diligentius obseruarunt, & profundius penetrarunt, quæ sacra Scriptura, Concilia, & Patres decernunt de imbecillitate virium naturæ, atque summa necessitate gratiæ ad eliciendos quoslibet pietatis actus, & ad iustificationem vtilis: quæ vidimus toto ferè præcedenti tomo de providentia à q. 6. vsque ad finem. Sed non est huius loci plura dicere contra substantiam naturalem eiusmodi actuum.

2. Tribus continetur capitibus.

Secundum caput. Quamuis actus charitatis, aut fidei foret omnino naturalis quantum ad substantiam, & quantum ad modum, quemadmodum actus moraliter bonus per solas vires naturæ conceptus; adhuc voluntas non esset illius prima causa in causando, sed foret causa secunda non solum in essendo, sed etiam in causando; quemadmodum demonstratum est tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 5.

3.

Tertium. Quamuis ad eliciendos actus merè naturales, voluntas foret causa prima in causando,

4.

SECTIO IV.

Voluntatis humanae cooperatio quodam infimo genere prioritatis est prior, quam actualis concursus diuine predestinationis.

do, adhuc vigeret peculiaris ratio, propter quam non posset esse prima causa in ordine ad actus supernaturales eliciendos. Quoniam in ordine ad illos voluntas non habet integram potentiam volitiuam, sed eius complementum accipit à Deo tanquam à principali, & particulari agente, deriuante suum concursum per habitus, tanquam per instrumenta, & per illos simul cum illustrationibus, & inspirationibus agente voluntatem, atque mouente: quemadmodum ponderatum est sectione præcedenti.

5. Ad argumenta contraria sententiæ respondetur. Primum erat, quoniam inter duas causas, quarum vna vtitur alia, prior est concursus causæ vtentis; sed voluntas vtitur habitu charitatis, & non e conuerso: ergo concursus voluntatis est prior, & non e conuerso.

Respondetur. Causæ vtentis concursus prior est sub ea præcisa ratione, quæ est causa vtens: nihilominus potest sub alia præstantiori ratione posterior esse. Atque hoc modo concursus voluntatis licet in quodā genere causæ sit prior, quam concursus habitus, vt videbimus sect. sequenti: nihilominus in alio præstantiori genere causæ prior est cōcursus charitatis, aut alterius habitus supernaturalis: quia voluntatem eleuat, & complet in ratione potentia, supernaturaliter volitiuæ, & impellit ad actus supernaturales, vt explicatum est sect. præcedenti post medium.

6. Argumentantur secundò; quia si gratia esset prima causa, moueret voluntatem; & non moueret nisi vt causa naturalis: ergo voluntas necessarid, & non liberè moueretur.

Respondetur. Motio gratiæ, quod ex se est, foret merè naturalis, & necessaria, quoniam nulla libertas existeret formaliter in illa ratione sui. Cæterum, quoniam motio gratiæ datur dependenter ab exercitio libertatis (quemadmodum Dei concursus immediatus,) ideo libertatem à creatâ voluntate participat. Est autem huius argumenti difficultas veluti quædam pars illius celebratissimæ quæstionis: Si Deus ageret ex necessitate naturæ, vtrum creata voluntas operaretur liberè; cui satisfecimus tomo de voluntate Dei disp. 52. sect. 2. & 3.

7. Argumentantur tertid, quia nunquam peccaret voluntas, habens gratiam. Sequelam probant, quia causa secunda semper sequitur motionem primæ causæ; ac proinde voluntas semper sequeretur motionem gratiæ, si voluntas foret causa secunda, & gratia causa prima.

Respondetur, negando sequelam, quia si motio primæ causæ præbeatur, vt præberi debet conformis, & attemperata singulis causis, dabitur voluntati, tanquam causæ liberæ, vt possit sequi, & non sequi motionem; quemadmodum tomo de voluntate Dei disput. 45. & aliquibus sequentibus probatum est.

8. Quartò argumentantur, quia potentia illimitatior ad plures effectus, est causa superior, & prior; sed voluntas est illimitatior ad plures effectus, quam gratia: ergo voluntas est causa superior, & prior.

Respondetur. Potentia illimitatior ad plures effectus est causa superior, & prior, si fuerit potentia completa, non indigens superiori alio complemento potentia, atque eleuatione superioris agentis. His tamen, quæ indiguerit potentia, erit posterior, & inferior causa. Hoc autem posteriori modo voluntas creatâ comparatur ad gratiam.

Rui. de Predestinatione.

1. Prioritas humani concursus, quam continet sectionis titulus, non contradicit maiori, & perfectiori prioritati diuinæ cooperationis, quæ sect. 2. probauimus. Etenim hæc prioritas formaliter consistit in dependentia, ita vt extremum, quod pender, sit posterius; & extremum, à quo pender, sit prius. Vnde consequens est, vt extrema, quæ pendent abinuicè mutuo, sint eo ipso priora sibi mutuo, & posteriora. Porro Dei, & liberi arbitrij cooperationes, ratione distinctas abinuicè pendere, licet constare possit ex superioribus disputationibus, amplius ostendetur in hac & sequenti sectione. Vnde consequens est, prioritates has non solum inter se non pugnare, sed etiam alteram inferri ex altera; præsertim verò prioritas cooperationis humanæ inferitur ex prioritate cooperationis diuinæ tanquam proprius effectus ex concursu propriæ causæ, vt dicemus ad finem sect. 5.

1. Ratio formaliter declaratur.

2. Sic explicata prioritas creatæ cooperationis probari potest primò ex Augustino lib. 83. quaest. q. 63. col. 3. dicente: *Parum est enim velle, nisi Deus miseretur, sed Deus non miseretur qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit ad pacem.* Hæc verba, nisi voluntas præcesserit, lib. 1. retract. c. 26. versus finem, ita interpretatur: *Hoc dictum est post penitentiam, nam est misericordia Dei, etiam ipsam præueniens voluntatem.* Post hanc scilicet misericordiam omnino præuenientem verificatur hæc præcedentia, seu prioritas voluntatis. Quæ non solum potest intelligi respectu misericordiae, atque auxiliij subsequenti, quod datur ad aliū actum eliciendum, sed etiam respectu concursus in actu secundo, quo Dei prædestinatio cooperatur ad eandem ipsam voluntatem pacis, qui potest esse posterior, quam cooperatio voluntatis, quatenus confertur à Deo dependenter ab exercitio libertatis. Semper autè præsupponitur, realiter priorem esse admonitionem, & vocationem, per quam etiam ipsum velle Deus operetur in nobis; vt continud subiicit Augustinus in eadem q. 68.

2.

3. Confirmatur primò. Augustinus enim lib. 1. retract. c. 22. sine, receptus à Magistro, & communiter Scholasticis in 2. dist. 28. post med. defendit, *in potestate nostra esse, vt vel inferri bonitati Dei, vel excidi eius serueritate mereamur; quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur voluntatem.* Ergo nostram sequitur voluntatem mereti, vt inferamur bonitati Dei; sed non inferimur nisi per supernaturalem cooperationem, & concursum actualem diuinæ prædestinationis: ergo cooperatio, & consensus diuinæ prædestinationis in aliquo genere causæ nostram sequitur voluntatem; ideòque in eodem genere posterior est, quam libera cooperatio voluntatis, alioqui non esset in nostra potestate.

3.

Confirmatur secundò; nam Anselmus prope finem totius tractatus de concordia libertatis cum prædestinatione & gratia, *Homo, inquit, habet in bonis, quod mala non sunt, quia cum posset deserre iustitiam, & mala facere, non deseruit, sed seruauit per liberum arbitrium, dante, & subsequente gratia.*

E c 3 Subse



Subsequitur ergo gratia liberum arbitrium in aliquo posterioritatis genere, licet in alio praestantiori genere dando praecedat.

4. Secundam probationem Basilius suggerit homil. 10. in Hexaëmer. inter medium, & finem, quoniam explicans discrimen illarum vocum ad imaginem, & similitudinem; ait: *Quod priore statuitur loco, in ipsa mox creatione obtrivimus: quod posteriori, ipsi ut assequamur, a nostro pendet libera voluntatis arbitrio. Nam quod ad imaginem Dei facti sumus, nobis suppetit ex ipsa statim primigenia conditione: ut autem similitudine insigniamur Dei, id demum relinquatur nobis adquirendum certa animi destinatione; supposita videlicet diuina gratia, cuius necessitatem expressè docuit alibi Basilius, ut suo loco notauimus tomo praecedenti disp. 28. sect. 3.*

5. Vnde sumitur probatio secunda sic. Dei similitudo praecipue consistit in actibus supernaturalibus; sed ut assequamur similitudinem, a nostro pendet libera voluntatis arbitrio: ergo ut actus supernaturales assequamur, a nostro pendet libera voluntatis arbitrio. Vnde consequens est, ab eodem arbitrio pendere, ut assequamur supernaturalem concursus, & cooperationem Dei, quoniam sine illa non potest existere supernaturalis actus, nec illa potest existere sine actu supernaturali: porro id, a quo pendet cooperatio Dei, est in aliquo genere prius cooperatione Dei, ut in principio dicebamus.

Confirmatur, quoniam *ut similitudine insigniamur Dei*, (quae consistit in actibus supernaturalibus,) relinquatur nobis adquirendum certa animi destinatione: ergo haec animi destinatio est in aliquo genere prius, quam actualis consequutio similitudinis, quae per illam acquiritur. Probatur consequentia, nam quod acquiritur per animi destinationem, eo ipso dependet ab animi destinatione, & in aliquo genere causatur ab illo.

6. Probatur tertio, nam Gregorius Nyssenus lib. de beatitud. tit. 5. in 5. beatitudinem, *Beati misericordes, paulo ante medium, ait: Per singularia, inquit, & particularia de vniuersalibus docemur, quod non alia ratione patri quis possit coram, que cupit, nisi ipse sibi bonum largiatur. Quamobrem Dominus alicubi dicit ad auditores: Regnum Dei intra vos est; &, Quicumque petit, accipit; &, Qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur; ut & accipiendi quod desideretur, & inueniendi quod queratur, & introeundi, quod cupimus, penes nos potestas sit, & a nostro pendeat arbitrio, cum velimus.*

7. Per hanc sententiam nihil detrahi gratiae praecipientis necessitati, probatum est praecedenti tomo de prouid. disp. 28. sect. 3. Nunc primò ponderanda sunt postrema verba: *A nostro pendeat arbitrio, cum velimus.* Vnde sumi potest idem argumentum, quod nuper ex verbis Basilij.

Confirmatur primò, quoniam illa omnia pendunt a nobis, quorum penes nos potestas est; sed accipiendi, quod desideramus, penes nos potestas est: ergo pendet a nobis.

Rursus prius est secundum rationem bonum alicui largiri, quam ut aliquis bono sibi dato potiarur; sed homo ipse sibi bonum largitur: ergo actus iste largiendi bonum prius est, quam potiri bono sibi dato.

8. Confirmatur tertio, nam quod Deus tribuit homini, supponit in aliquo genere causae, quod homo ipse sibi praestiterit. Vnde post pauca subdit Nyssenus: *Diuinum iudicium incorrupta, iustaque sententia sequens ea, quae iuxta propositum nostrum*

*commissa, ac designata sint, cuique tribuit id, quod quis sibi ipse forte praestiterit: is quidem, qui, ut inquit Apostolus, perseverantes in bono opere gloriam, & honorem quarunt, vitam aeternam; is vero, qui veritati non obtemperant, &c.* Vbi denique perpende posterioritatis ordinem iustae sententiae, sequentis ea, quae iuxta propositum nostrum commissa ac designata sint.

9. Probatur quarto ex aliis Patribus, qui praedictam dependentiam affirmant, ut Olympiodorus in Ecclesiasten c. 3. prope initium ait: *Spirituales verò natiuitas, & interitus pendet a nobis.* Opus enim est cum diuina operatione & gratia, nostra quoque electione. Theophyl. Rom. 9. in id: *Non volentis, &c.* Nostra, inquit, voluntate indiget Dominus, ad nostram videlicet salutem: quemadmodum artifex domus opus habet materie, & cooperatoibus.

Quintò probatur, nam prioritatem, atque praecedentiam voluntatis ad actus credendi, sperandi, & diligendi, per quos Pater trahit ad Filium, clariùs docuit Euthym. in id Ioan. 6. (quod apud Euthymium habetur c. 9.) *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, dicens: Illos Pater dat, in quibus praecedit bona voluntas.* Eadem prioritas potest intelligi non incongruè in verbis Chrysof. hom. 42. ad populum Antioch. col. vltima, dicitis: *Vides, quod priores nos ipsos oportet mundare, & tunc Deus mundat? Cum enim prius dixisset: Lauamini, & mundi estote; tunc subdidit: Ego dealbabo.* Consonat Coloniense Enchiridion Christianae Institutionis tit. de sacramento Poenitentiae, cap. *Addenda sunt*, in fine, fol. 95. *Gratia*, inquit, liberum arbitrium (quod sanet, & adiuet) praesupponit, sicut medicina aegroti voluntatem, medicinam non auersantem.

Probatur sexto, nam prioritatem nostri concursus in suo genere Patres significant, cum afferunt iustificationis initium a nobis esse debere; quemadmodum Hilarius, Chrysostomus, & Hieronymus, quos explicauimus supra disp. 29. sect. 5.

Confirmatur, nam prioritatem omnimodam diuinae operationis, quae nullam patiatur posterioritatem, refutant alij Patres, quando dicunt, non antecedere, aut non praedestinare, ne liberum laedatur arbitrium, ut vidimus tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 5.

12. Probatur septimò, quia quod est casu quous modo, ut alterum sit, prius natura non incongruè dici potest, ut ex Aristotele in postpradicam. c. 11. vidimus supra sect. 2. paulo post principium; sed concursus, & cooperatio liberi arbitrij est aliquo modo causa, ut sit concursus, & cooperatio Dei per gratiam: ergo concursus, & cooperatio liberi arbitrij prior natura non incongruè dici potest. Minor probatur, quoniam partiales causae sunt sibi inuicem causae, & a se inuicem dependent in causando: ideoque alterius causae partialis concursus est aliquo modo causa, ut existat alterius causae partialis concursus, quia sine illo existere non posset. At verò Deum per gratiam, & liberum arbitrium esse partiales causas in ordine ad producendum supernaturalem actum liberum, probatum est disp. 29. sect. 3. & sequentibus. Quòd si contendas adhuc liberum arbitrium esse causam totalem in suo genere, non minor est vis argumèti.

13. Probatur octauò, quoniam haec propositio causalitatis est in aliquo sensu vera: *Ideo conuertimur, & eliciamus actum supernaturalem, quia liberè volumus*, ut probatum est disput. 31. sect. 4. Quapropter quo sensu verificatur causalitas, eodem sensu verificari potest prioritas.

Probatur

14. Probatur nonò, quoniam quicumque adiunatur, in concurrente pendet a suo adiutore: & secundum hoc genus dependentiae adiuti concursus est posterior, & concursus adiutoris est prior; sed ad concipienda pietatis opera *Dei sumus adiutores*, ut ex sacra Scriptura, Augustino, Bernardo, & D. Thoma probatum est disp. 27. sect. 4. a principio: ergo secundum hoc genus dependentiae Dei concursus est posterior, & noster concursus est prior.

15. Probatur decimò: nam quicumque expectat alium cooperatorem, licet sit absolute prior, illi vocans, & attrahens, & alliciens, adhuc tamen in aliquo genere posterior est, in quantum pendet a cooperatione illius, quem expectat; quoniam secundum ordinatum modum causandi non potest solus talem effectum producere, sed debet expectare, ut alter cooperator liberè se determinet ad cooperandum. At verò Deus expectat liberum arbitrium nostrum, ut coope-retur sibi, quemadmodum Isaia 30. *Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis.* Olex 3. *Dies multos expectabis me; sed & ego expectabo te, &c.* Isaia 5. *Expectaui, ut faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor, &c.* Quae pluribus aliis Scripturae testimoniis, & expositionibus sanctorum Patrum corroborabimus disp. 41. 42. & 43.

16. Probatur vndecimò, nam & Tridentinum sect. 6. de Iustificatione cap. 16. *Ipsè Christus*, inquit, *Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipsos iustificatos ingerit virtutem influit: quae virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur.* Vnde necessariò sequitur, ut qua ratione virtus Iesu Christi subsequitur opera iustificatorum, ea ratione sit in aliquo genere posterior; quod ipsum est in eo genere priorem esse concursus liberi arbitrij. Deinde qua ratione virtus eadem comitatur semper iustificatorum opera, necessarium est, mutuum esse prioritatem & posterioritatem inter concursus liberi arbitrij, & virtutem Iesu Christi. Quoniam in causis efficientibus diuersi generis, & in eorum operationibus non est possibilis alia concomitantia simultanea, nisi quae consistit in mutua prioritate, & posterioritate. Causalitas enim essentialiter, & inseparabiliter affert prioritatem, & eo ipso simultaneam concomitantiam excludit, nisi quatenus vna prioritas aliquo modo re-penditur, & quasi ad aequalitatem reducitur per aliam prioritatem.

17. Confirmatur primò, quia licet aliquando res illae, quae prorsus antecediunt, vel quae subsequuntur omnino posteriores, dicantur comitari; haec tamen acceptio verbi non potest habere locum, quando comitatur interponitur medius inter antecedere, & subsequi, nisi dicamus otiosa, & impropria esse verba Tridentini.

Confirmatur secundò, nam & Fulgentius epistol. 6. ad Theodor. cap. 8. de sacris literis ait: *Ibi profecto inuenies & praecipientem gratiam, qua potest elisus surgere, & comitantem, qua viam recti possit inuenire currere; & subsequentem, qua valeat ad regni caelestis beatitudinem peruenire.* Similitèrque Bernardus tract. de grat. & libero arbit. col. 6. penult. postquam priores & posteriores effectus gratiae proposuit: *Sic tamen, ait, ista cum libero cooperatur arbitrio, ut tamen illud in primo praesentiat, in ceteris comitetur.*

18. Denique quoniam aduersus hanc prioritatem

affertur a nonnullis testimonium Enchiridij Coloniensis, quasi verba fuerint Concilij Coloniensis, notandum est illum librum non fuisse approbatum à Concilio Coloniensi, sed Archiepiscopi tantum auctoritate editum. Nihilominus illud etiam huic prioritati fauet, asserendo voluntatem non tantum subsequi, sed etiam comitari, propter potestatem cooperandi, vel non cooperandi. Quod videre licet folio 94. cap. *Hanc autem*, atque in hoc sensu longè inferius docet liberum arbitrium praesupponi à gratia, ut retulimus sect. 4.

19. Probatur duodecimò, quia nisi cooperatio Dei per gratiam penderet à libera cooperatione arbitrij, nulla foret culpa non credentium, aut non exipientium cetera diuina praeccepta: cuius illationis quanta sit efficacia, probabimus inferius disp. 39. & nouem sequentibus.

SECTIO V.

*Eadem prioritas cooperationis humanae declaratur amplius, & corroboratur.*

PRIMA conclusio. Etiam in genere mouentis, determinantis, & applicantis se ipsam ad actiones supernaturales, voluntatis concursus & cooperatio est prior secundum aliquod genus prioritatis longè inferius, & imperfectius, quam illud, secundum quod concursus & cooperatio Dei per gratiam, est prior in genere mouentis, determinantis, & applicantis, supra sect. 2. conclus. 2.

Probatur primò, quoniam supposita Dei generali motione ad communem rationem boni supernaturalis, liberae voluntatis proprium est mouere, applicare, ac determinare se ipsam ad eligendum hinc, & nunc hoc, vel illud bonum supernaturale: ut docet S. Thomas 1. 2. quaest. 109. art. 6. corp. *Quod confirmat totus discursus S. Thomae 1. 2. quaest. 9. art. 3. & 4. Clariùs autem artic. 6. corp. & ad 3. & sequenti quaest. 10. art. 4. Ergo Deus per gratiam cooperantem ad eligendum hinc, & nunc hoc, vel illud bonum supernaturale non influit, nisi dependenter ex eo, quòd libera voluntas ad talem electionem se ipsam moueat, applicet, ac determinet. Esse autem id, a quo pendet diuinus concursus, esse prius illo; ut saepe dictum est.*

2. Probatur secundò, quia non solum quando vnus causae concursus est indifferens, sed etiam quando est ita determinatus ad vnam speciem volitionis, ut ad illam fortiter impellat, & inclinet, nec ad aliam concurrere possit, adhuc retineri potest illa prioritas voluntatis, se ipsam mouentis, determinantis, & applicantis. Cuius exemplum esse potest intensissimus habitus irae; hic enim vehementer voluntatem impellit, & inclinat ad liberam electionem vindictae: atque in hoc genere concursus habitus prior est, quam concursus liberae voluntatis, ut dictum est sect. 2. Caterum in genere determinantis, & applicantis ad liberam electionem vindictae, concursus voluntatis citra controuersiam est prior, quam concursus habitus. Inde ratiocinari possumus, quando Deus mouet, & inclinat ad aliquam specialem electionem boni supernaturalis, etiam prout ad illam mouet, illius actuale concursus, & cooperationem esse in aliquo genere

Ecce 4 poste

Dei similitudo praecipue in actibus supernaturalibus consistit.

Nihil detrahitur necessitati praecipientis gratiae.

I. Prioritas in genere mouentis, & applicantis se.

2. Licet aliqua causa sit determinata, retineri potest illa prioritas voluntatis.



posteriorum, vt propriam prioritatem relinquat arbitrio in genere liberè determinantis, & applicantis.

3. Vnde probatur tertio, nam prioritas diuini concursus ad actus supernaturales, proportionatur prioritati concursus Dei tamquam primi motoris, & primæ causæ in ordine ad quoscunque actus, maximè verò bonos: (nam de malis est specialis ratio;) sed prioritas primi motoris, & intima immediatio primæ causæ, non modò non excludit, sed etiam ipsamet causat prioritatem secundariam, quæ relinquatur arbitrio, vt se ipsum determinet, vt S. Thomas apertè docet locis nuper citatis. In quibus peculiariter obseruandum est quod 1. 2. quæst. 9. art. 6. ad 3. ait: *Almo per rationem determinat se ad volendum hoc, vel illud, quod est verè bonum, vel apparet bonum*; supposita, videlicet, priori motione vniuersalis motoris ad vniuersale obiectum voluntatis. Illa igitur determinatio sui ipsius est secundaria prioritas: sicut fusiùs probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 6. Discrimen autem est, quia primus motor supernaturalis, in quantum talis, mouet ad aliquod bonum naturale, determinatè volendum, relinquens tamen indifferentiam voluntati, vt se ipsam determinet ad species, vel indiuidua illius boni, vel ad media, quibus sit obtinendum.

4. Secunda conclusio. Quæ in hac, & præcedentibus sectionibus dicta sunt de actuali concursu Dei ad volitionem supernaturalem, videlicet, in vno genere priorem esse, & in alio genere posteriorem concursu liberi arbitrij; omnia sunt intelligenda de quolibet concursu Dei, actualiter cooperantis cum voluntate; siue deriuetur immediate à Deo, nulla mediante qualitate, siue deriuetur à Deo per habitus, aut alias qualitates creatas, tanquam per instrumenta. Vnde idem intelligendum est de illa cooperatione actuali, quam Deus exhibet per illustrationes intellectus, & suauitates voluntatis, actualiter infundendo electionem supernaturalem, & liberam.

5. Hinc corollarium est: quamuis illustrationes, & suauitates præcisè considerate, prout sunt gratia præueniens, sint totalitè priores, & nullo modo posteriores concursu liberi arbitrij; nihilominus eadem realitates, quatenus exercent munus gratiæ adiuantis & cooperantis, exhibent concursum in aliquo genere posteriorem concursu voluntatis humanæ, licet in alio perfectiori genere sit prior, supra sect. 2.

6. Tertia conclusio. In genere causæ efficientis est illa prioritas, per quam concursus voluntatis humanæ prior est, quàm concursus Dei: non in genere causæ materialis.

7. Probatur primò, quoniam, vt vidimus conclus. 1. concursus voluntatis est prior in genere mouentis, determinantis, & applicantis ad hoc, vel illud naturale bonum eligendum: at verò mouere, determinare, & applicare, proprium munus est causæ efficientis.

8. Confirmatur, quoniam voluntas est principium actuum, quod se ipsum determinat ad quamlibet volitionem liberam: vt probatum est tomo de scientia Dei disp. 50. sect. 1. & 2.

9. Probatur secundò, quoniam concursus voluntatis non est prior in genere causæ formalis; nec enim perfectior est, quàm concursus Dei per gratiam, vt sit illius complementum, & vltimus actus. Neque recipitur in illo tanquam

in subiecto, vel materia: vnde colligitur, eundem concursum non esse priorem in genere causæ materialis, quia non est subiectum, nec materia, recipiens in se concursum Dei per gratiam. Quapropter quod aliqui Theologi solent asserere, causam secundam esse priorem in genere causæ materialis, eo tantum sensu verificari potest, quòd secunda causa concursus sit imperfectior, quàm concursus Dei. In quo sensu Agidius 2. distinct. 26. quæst. 2. articul. 3. corp. docet, nos esse priores in concurrendo, quatenus prioritas dicit imperfectionem: nam in vnaquaque re prior est imperfectio, quàm perfectio, cum illius complementum sit vltimum. Intelligendum est autem, huiusmodi prioritatem non esse meram imperfectionem, sed perfectionem aliquam, admixtam imperfectioni. Addit Agidius, Deum esse priorem in concurrendo, in quantum prioritas dicit principalitatem causæ; nos enim sumus instrumenta Dei. Sed de instrumento disp. sequenti.

8. Quarta conclusio. Humani concursus prioritas, superiùs explicata, non solum est posterior, quàm concursus diuinus, in quantum humanus concursus est posterior; sed etiam quoniam ipsa prioritas secundum propriam speciem & quidditatem illius prioritatis est posterior. Ratio est, quia non solum humanus concursus, sed etiam illius prioritas in ratione determinantis causatur à Deo per concursum gratiæ. Omnia denique constituta superiùs intelligenda sunt de prioritate secundum rationem, quæ potest reperiri inter duos pariales concursus propter quidditatum ordinem ad causas realiter distinctas; quemadmodum explicatum est sect. 2. in prima probatione primæ conclusionis.

9. Ex dictis in hoc, & præcedentibus sectionibus inferitur, diuinæ prædestinationis concursus, & causalitatem esse simpliciter priorem, quàm concurrat humanum arbitrium, etiam si prioritas causalitatis accipiatur secundum habitudinem, quam prima causa, & secunda dicunt ad effectum. Vnde concursus primæ causæ prius natura attingit effectum, quàm ipsum attingat concursus liberi arbitrij; prioritatem intelligendo non realem; sed solum rationis ratiocinatae propter maiorem dependentiam concursus liberi arbitrij à prima causa, modo superiùs explicato; quod non foret opus denuo inferre, nisi contrarium asseruissent aliqui authores hoc tempore. Eorundem argumenta plurima destinantur ad impugnandam non modò prioritatem concursus primæ causæ in ordine ad effectum; sed potissimum ad impugnandam illam secundariam, & minus perfectam prioritatem humani concursus. Atamen solutio facilè colligitur ex dictis in hac, & quatuor præcedentibus disputationibus, & in præcedenti tomo de prouidentia. Compelleremur autem plurima repetere, si commemorandæ forent, & soluendæ singulæ obiectiones eorum.

8. Ipsa humani concursus prioritas diuino concursu posterior.

9. Concursus prima causa prior natura concursu secunda.

DISPUTATIO XXXIII.

Vtrum liberum arbitrium sit instrumentum Dei ad opera supernaturalia.

SECTIO I.

Esse aliquo modo instrumentum.

1.



VIDDITAS instrumenti frequentur incurrit in controuersias de causalitate, quam Deus sua prædestinatione, vel generali prouidentia exercet in operationes liberi arbitrij creati: propterea prætermitti non debuit. Sed antequam discutiamus peculiarem quamdam rationem instrumenti, quæ supernaturalibus actionibus propria est, supponendum est, ad elicendas eadem actiones libero arbitrio conuenire generalissimam illam rationem instrumenti, propter quam quælibet causa secunda, siue naturaliter, & absque deliberatione, siue liberè operetur, est quodammodo instrumentum primæ, atque vniuersalissimæ causæ.

Generalissima instrumenti ratio libero arbitrio conueniens.

2.

Confirmatur, quoniam etiam supernaturales actiones quidditatiuè claudunt generalissimam rationem actionis, & entis, quæ abstrahitur à naturali, & supernaturali: ergo quidditatiuè claudunt formalissimam rationem effectus adæquati, qui proprius est primæ, & vniuersalissimæ causæ; in ordine ad quem producendum quælibet causa secunda subit rationem instrumenti, licet in ordine ad producendas particulares differentias effectuum sibi similiarum causa secunda sit causa principalis, vt dicitur infra sect. 3.

3.

Deus, & gratia principalior causa.

Inde sequitur, quod secundò supponendum est, videlicet principalior causam plus & fortius concurrentem esse Deum, & eius gratiam ad producendum actum supernaturalem, non solum in quantum est meritorius, & supernaturalis, sed etiam in quantum entitas est.

Probatur primò, nam etiam in quantum entitas est, respicit primam, & vniuersalissimam causam, quæ plus, intimius, & principalius influit in effectum, quàm causa secunda, sicut probatum est tomo de voluntate Dei disp. 45. sect. 5. & 6.

Probatur secundò, quoniam entitas, & substantia supernaturalium actuum est supernaturalis: ac proinde requirit Deum, vt particularem causam, quæ per gratiam eleuet voluntatem creatam: at verò causa eleuans est principalior, quàm causa eleuata.

Hæc dicta sunt ad refutandam eam sententiam, quæ asseruit, actum sub ea ratione, quæ est meritorius; & supernaturalis, proportionatissime ad finem vitæ æternæ, produci à gratia principalius, quàm à libero arbitrio; sed in quantum entitas est, plus, & principalius produci à voluntate, quàm à gratia. Ita Marsilius in 2. distinct. 17. art. 3. conclus. 2. & in corol. 3. Et dum responder ad rationes factas contra quæsitum, præsertim ad 2. & 4. Est autem hæc sententia non dissimilis alteri Scoti, & Gabrielis, quam refutauimus disp. præced. sect. 3.

4. Quorundam sententia refutatur.

His suppositis hæc vnica conclusio propria est sectionis præsentis. Specialis aliqua ratio instrumenti, & specialis subordinatio in ordine ad gratiam, tanquam ad causam principalem, conuenit libero arbitrio in ordine ad elicendas supernaturales operationes: quæ ratio instrumenti non conuenit in ordine ad operationes merè naturales.

5. Specialis aliqua ratio instrumenti conuenit libero arbitrio, & in quibus operationibus.

Probatur primò; sicut enim causæ principalis proprium est agere propria virtute, atque autoritate: sic etiam causæ instrumentalis proprium est agere secundum virtutem causæ principalis. At verò supernaturales operationes liberum arbitrium operatur secundum virtutem Dei, 2. Timoth. 1. *Collabora euangelio secundum virtutem Dei.* & Isaia 40. *Qui dat lasso virtutem, & iis, qui non sunt, fortitudinem.*

Confirmatur, nam quamuis liberum arbitrium ad supernaturales actus habeat naturam virtutem; illa tamen est incompleta, remota, & improporionata: & idcirco indiget alia causa præstantiori, & altiori eleuante, ac tribuente maximam, & supremam virtutem: & propter hanc virtutem, quam recipit, habet rationem instrumenti, prout operatur per illam præcisè.

Probatur secundò, nam os est organum, seu instrumentum Doctoris ad docendum; sed Sancti, & Prophetæ in ordine ad supernaturales operationes sunt quasi os Domini: ergo sunt quasi Dei organum, & instrumentum. Minor probatur Ierem. 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Vnde Ignatius epistol. 11. ad Ephes. circa medium: *Conuertimini ad doctrinam, inquit, & estote ministri Dei, & os Christi.* Dicit enim Deus: *Si abduxeritis pretiosum ab indigno, os meum eritis.* & in epistol. ad Heronem post medium: *Templum Christi constitutus, & organum Spiritus sancti existens, scito, quomodo te enutrierim.*

6. Os instrumentum Doctoris.

Eandem instrumenti rationem significauit Gregorius lib. 18. moral. cap. 20. sine aliàs cap. 21. *Qui ergo pretiosum à vili separat, quasi os Domini vocatur, quia per eum Deus verba sua exercit, qui ab amore presentis seculi, loquendo quæ potest, humanam animam euellit.* Huic omnino similis est expositio, quam tradit lib. 33. moral. cap. 16. siue, aliàs cap. 22.

7.

Probatur tertio, nam instrumenti proprium est, ideo mouere, quoniam mouetur à causâ principali; & agere, in quantum agitur ab illa. quod sumitur ex Aristotele 8. Physic. text. 37. dicente: *Sed quo mouet, & mouere, & moueri (supple, necesse est.)* Illud autem complexum, quo mouet, significat instrumentum. Vbi S. Thomas lect. 9. circa medium inferit; *Omne, quod mouet, & mouetur, habere rationem instrumenti.* Quod probat Aristoteles, quoniam est manifestum in mouentibus secundum locum. Vnde consequens est, tanto plus de ratione instrumenti participari ab arbitrio in ordine

ordine ad supernaturales actiones eliciendas, quanto mouetur, & agitur ad illas per gratiam multo fortius, & specialius, quam mouetur & agitur ad actiones naturales. At verò propter supernaturales actiones specialiter dictum est Roman. 8. Qui spiritus Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Nec specialis ille modus agendi liberum arbitrium exercetur à Deo in ordine ad actiones moraliter bonas, & multò minus in ordine ad materiales actiones peccatorum, vt vidimus disp. 28. sect. 7.

9. Confirmatur primò, nam in ordine ad actiones supernaturales liberum arbitrium vsque ad eo mouetur, & agitur à Spiritu Dei, vt agere ipsum vix intelligatur; quemadmodum ex Augustino de gestis Pelag. cap. 3. & Prospero in sentent. 3. 10. retulimus in eadem sect. 7.

Confirmatur secundo, quia liberum arbitrium ad actiones, quas elicit per solas vires naturas, est instrumentum propter communem rationem entis, & amoris boni in communi, ad quam Deus determinat: vt vidimus tomo de voluntate Dei disp. 48. sect. 1. Ad actiones autem supernaturales Deus determinat etiam quantum ad rationem entis & boni supernaturalis, & quantum ad supernaturalem amorem vt sic: ideo quantum ad hoc peculiarem rationem instrumenti participat liberum arbitrium.

10. Probatur quartò, quoniam instrumenti proprium est id esse, per quod agit causa principalis: at verò Scriptura, & Patres de supernaturalibus actionibus asserunt, eas à Deo fieri per hominem, aut per liberum eius arbitrium; vt 2. Corinth. 2. Odorem nouitiae suae per nos manifestat. 2. Corinth. 5. Tanquam Deo exhortante per nos. Roman. 15. Non enim audeo aliquid loqui coram, qua per me non efficit Christus. Ex quibus verbis Bernardus tract. de libero arbit. prope finem ita colligit: Quid ergo, si non Pauli, sed Dei loquentis in Paulo, vel operantis per Paulum, & verba sunt, & opera? Cui doctrinae consonat expositio Chrysostomi Rom. 15. homil. 29. colum. 3. Et Ignatius ad Philadelphos epist. 6. ante med. Monco vos, inquit, non ego, sed Dominus Iesus per me, in quo vincit sum.

11. Augustinus toto tract. 72. in Ioan. frequenter asserit, Iesum Christum per homines credentes facere opera pietatis, videlicet credendi, sperandi, diligendi, &c. Prosper lib. 1. de vocat. gent. cap. 8. ait: Sic rumpit vincula captiui, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciati, vt quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Cui consonat quod lib. 2. de vocat. gent. cap. 26. Poluitatem, inquit, nostram preparari à Deo, vt recipiamus, & firmulam donorum suorum. In moralibus autem ita se habet famula, sicut inter causas physicas instrumentum.

12. Bernardus in praedicto tract. de libero arbitrio tribus postremis columnis frequentius repetit praedictum modum loquendi, veluti colum. penult. Per quos, & cum quibus, inquit, operatur Deus, boni sint, vel Angeli, vel homines, qui, quod vult Deus, agunt pariter, & volumus. Qui enim bono quod opere complent, voluntate consentiunt, opus omnino, quod per eos Deus explicat, ipsis communicat. Quamuis Bernardus ibidem etiam ad prauas operationes peccatorum, ex quibus Deus electorum salutem colligit, extendat illum modum loquendi, agere per homines; sed cum discrimine: nam quantum ad bonas actiones ait, Deum operari salu-

tem per homines iustos, & cum illis; sed per impios, & sine illis, hoc est, sine illorum bona voluntate operatur salutem electorum. Quemadmodum colum. antepenult. dixerat: Ad condenda merita dignatur sibi adhibere creatorum ministeria, & infra: Ibi Deus homini benigne merita constituit, vbi per ipsum, & cum ipso boni aliquid operari dignatur instruit.

13. Probatur quintò ex Patribus. Chrysostomus in sermone, qui legitur in Octaua Apostolorum ex Metaphraste: Sunt, inquit, benedicta lingua vestrae instrumenta. & infra: Quisquam gladius sanctum guttur peruasit, dominicum, inquam, instrumentum. Theodoretus Roman. 12. illa verba: Dico enim per gratiam Dei, que data est mihi, ita exponit: Dei, inquit, sum instrumentum.

14. Prosper epist. ad Demetriad. colum. vltima: Implet, ait, Spiritus sanctus organum suum, & tanquam fila chordarum tangit digitus Dei corda Sanctorum. Qui ideo cum die Pentecostes in Apostolos, plebemque credentium, sicut à Domino fuerat promissus, infunderet, &c. & confirmat Matth. 10. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Marcus Eremita lib. de Paradiso in proemio versus fin. Quemadmodum, inquit, ferrum, dum secat, scindit, arat, plantat, ipsum quidem quatenus impellitur, aliquid prebet; alius tamen est, qui mouet, & agit ferrum: & vbi fuerit attritum, igni mandat, & instruat, hunc in modum homo, licet exerceatur, & labore operans, quod bonum est; Dominus tamen clam in ipso operatur. Laurentius Iustinianus lib. de casto connubio verbi, & animae cap. 8. inter med. & finem de Martyribus sic loquitur: Gratia Dei cum naturae vicine instrumento coeodem insuperabiles reddit.

15. Praedictam instrumenti rationem ad opera pietatis, quam participat liberum arbitrium, adiuuantis causae nomine significauit Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. pag. 5. sine, dicens, eos, qui parent doctrinae fidei, trahi, non vt principales causas, sed vt adiuuantes. Exponitque exemplo magnetis, quae non trahit nisi ferrum propter cognationem, & exemplo electri mouentis patenas. Porro adiuuantem causam fusè explicat, atque distinguit ab aliis causarum membris in lib. 8. Stromat. toto fol. postremo. Hanc verò appellationem adiuuantis causae Clemens simpliciter viderit ex Aristotele lib. 2. de anima textu 41. cap. 4. vbi de alimento asserit, quod non est nutritionis simpliciter causa, sed comitatur causam, siue, vt interpretantur alij: Concausa quodammodo est; non autem simpliciter causa, vel alias: Coniunctus est causa, vbi Auerroës text. 41. & S. Thomas lect. 8. ad finem exponunt causam instrumentalem. In hoc sensu accipiendi sunt aliqui Theologi, quando asserunt, liberum arbitrium, vel hominem esse causam adiuuantem Dei, vel gratia: vt Turrianus in dogmatico de electione in medio.

16. Probatur sextò, quoniam idem genus subordinationis ad exercenda pietatis opera, est in membris Christi, quod erat in eorum capite; hoc est, quemadmodum Christi Domini voluntas humana mouebatur, & agebatur à diuinitate ad eliciendas volitiones liberas; sic etiam mouentur, & aguntur filij Dei ad omnia pietatis opera. Sed Christi Domini voluntas humana fuit peculiari quadam ratione organum, & instrumentum diuinitatis, non solum ad patranda miracula, sed etiam ad liberam volitionem, tolerandi passionem,

16. Quo subordinatio erat in Christo D. est in eius membris.

Christi humanitas diuinitatis instrumentum.

nem, & assumendi laetitiam, vel tristitiam, cum opus erat. Ergo membrorum Christi qualibet voluntas peculiari quadam ratione est organum, & instrumentum diuinitatis, ad qualibet pietatis opera.

17. Minor probatur primò, quia propterea Augustinus Psalm. 56. colum. vltima: Psalterium, & citharam intelligit carnem, hoc est, humanitatem Christi Domini, quoniam per illam vt per instrumentum miracula, & passiones operata est diuinitas, cum ait: Dominus duo genera factorum operatus est, miracula, & passiones. Miracula de super fuerunt; passiones de inferiori fuerunt. Illa enim, que fecit miracula, diuina erant, sed per corpus fecit, per carnem fecit. Caro ergo, diuina operans, Psalterium est: caro, humana patiens cithara est.

18. Clarius autem, & fusiùs Damascenus lib. 3. de fide cap. 15. inter med. & finem Christi Domini humanitatem, dicit, fuisse organum, diuinitatis non solum ad miracula, sed etiam ad operationem tolerandi passionem, & assumendi laetitiam, vel tristitiam. Peculiariter notanda sunt illa verba: Igitur propriae glorificationes diuinitatis corpori transfundebat: at ipsa permanebat passionum carnis immunitas. Non enim quemadmodum per carnem diuinitas Verbi operabatur; hunc etiam in modum per diuinitatem eius, caro patebatur: nam caro diuinitatis organum erat.

19. Et post pauca: Agit utraque in ipso natura cum alterutrius communicatione: Verbo quidem operante ea, que sunt Verbi propter auctoritatem, & potestatem diuinitatis, quacumque sunt precipua, & regia; corpore verò absolvente quacumque sunt corporis munia, ad voluntatem Verbi, quod ipsi conuiuit, cuius & factum est proprium. Non enim à se ipso ad naturales passiones alacritatem operabatur, nec ipsam ex tristibus occasionem, & refutationem, aut ea, que extrinsecus accidunt, passus est; sed mouebatur secundum obsequium naturae, Verbo volente, & permittente secundum dispensationem pati ipsam, & agere propria. Hac autem doctrina temperanda, & exponenda est per ea, quae dicemus sect. 3. prope finem.

20. Probatur septimò, quoniam effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti; sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, que est in mente artificis; vt inquit D. Thomas 3. part. quaest. 62. art. 1. corp. & art. 4. & alij in locis. Vnde consequens est, vt liberum arbitrium in ordine ad illas operationes peculiarem participet rationem instrumenti, quae minus assimilantur libero arbitrio, & magis assimilantur Deo, & illius gratiae. Eiusmodi autem sunt omnes supernaturales operationes; per illas enim constituimur participes diuinæ naturae. Ergo liberum arbitrium in ordine ad supernaturales operationes peculiarem rationem instrumenti participat, & maiorem, quam in ordine ad operationes, quae non excedunt vires naturae.

21. Probatur octauò, quoniam motus magis attribuitur principali causae, quam instrumento. Vnde homicidium non tribuitur lapidi, sed proicienti, vt concedit D. Thomas 1. p. q. 105. art. 4. ad 3. Sed supernaturales operationes Deo tribuuntur peculiari quadam attributione, qua non tribuuntur opera moraliter bona, & multo minus materiales actiones peccatorum, vt constat ex tota disput. 27. & 28. Ergo in ordine ad operationes supernaturales liberum arbitrium habet rationem instrumenti peculiarem, quam non habet in ordine ad ceteras actiones.

22. Probatur nonò. Quemadmodum Aristoteles 2. de anima cap. 4. text. 37. & S. Thomas ibi lect. 7. probant, qualibet corpora inanimata esse instrumenta animae, quia sunt propter animam, & anima vtitur illis; sed liberum arbitrium est propter Deum, & Deus per gratiam vtitur libero arbitrio: ergo participat rationem instrumenti. Sic Augustinus lib. 10. de ciuit. cap. 6. prope medium: Corpus, inquit, quo inferiori tanquam famulo, vel tanquam instrumento vtitur anima, cum eius bonus usus ad Deum refertur.

23. Idem postremò confirmat Scholasticorum communis loquendi modus. Nam gratiam esse principalem causam actus meritorij, docet Magister 2. distinct. 27. §. cum ergo. D. Bonauent. 2. distinct. 26. artic. vnico q. 6. corp. D. Thomas 2. distinct. 26. artic. 5. ad 3. quem refert, & sequitur Conradus 1. 2. quaest. 111. art. 2. circa medium. Clarius tamen Deum esse causam principalem, nos autem instrumenta, dicit Aegidius in 2. dist. 26. q. 2. a. 1. corp. sub initium, & dist. 28. quaest. 1. artic. 3. prope finem. Argentina 1. distinct. 28. quaest. vnica artic. 2. asserit, totam iustificationem esse à Deo principaliter, à nobis autem quasi instrumentaliter. Gregorius in 2. distinct. 28. quaest. 1. artic. 3. ad 12. ait, quasi instrumentum moueri voluntatem à Deo, vt instrumentaliter concauset; quem sequitur Capreolus ibidem art. 3. ad 12. Idem Ruardus art. 7. pag. 16. 17. & 30. quaest. est inter principium, & medium articuli.

SECTIO II.

Liberum arbitrium proprie & in rigore esse instrumentum Dei ad opera supernaturalia, quibus fundamentis asserunt aliqui Doctores.

1. Res sunt sententiae, quae per contrarias vias, valdeque distantes, concurrunt ad affirmandam propriam rationem instrumenti.

Prima licet nomen instrumenti non exprimat, inducit tamen intrinsecam quidditatem instrumentalis causae, quando asserit, quod in nobis nulla est facultas actiua, innata ad actus supernaturales, sed tantum potentia obedientialis passiuæ ad formas actiuas, & elicitiuas actuum supernaturalium: sicut aqua habet potentiam obedientialem passiuam ad calorem, non tamen actiuam ad calefaciendum. Constat autem, hanc rationem esse sufficientem, vt aqua non sit causa principalis, sed merum instrumentum, ad actionem calefaciendi prorsus determinatam ab igne. Propterea ad huius refutationem valent quae dicta sunt disp. 29. sect. 9. & quae dicemus sect. sequenti.

2. Secunda sententia non ita meram, & inermem instrumenti rationem tribuit libero arbitrio, nam illi concedit intrinsecam facultatem, vt se ipsum determinet ad hanc, vel illam supernaturalem operationem, postquam excitatum, & motum est à Deo: nihilominus asserit voluntatem ad actus supernaturales concurrere, non vt principium principale, sed vt organum, siue instrumentum liberum diuinæ gratiae, quantum ad illum influxum, quem voluntas prebet per suam entitatem. Addit tamen fortasse quaestionem esse de modo loquendi.

di. Ita Franciscus Suarez lib. 3. de auxiliis cap. 15. num. 20. & sequentibus.

3. Potuissent ad huius sententiae confirmationem adduci Patres, qui solent hominem, aut liberum arbitrium appellare instrumentum divinae gratiae, ac dicere ad iustificacionem causandam Deum esse causam principalem; quorum aliqua testimonia vidimus sect. 1. Caeterum apud huius sententiae authorem

Primum argumentum est, quia cum actus sit supernaturalis quoad substantiam, & totam entitatem suam, non potest voluntas, quae est potentia inferioris ordinis, habere virtutem aliquam connaturalem, quae natura sua sit effectrix talis actus, nec ut causa totalis, nec ut partialis.

4. Secundum argumentum, quia si voluntas ex se haberet talem aetivitatem naturalem, haberet etiam connexionem cum ordine gratiae quodam modo connaturalem, vel ratione suae naturae sibi debitam. Quia omnis virtus naturalis activa, etiam si inchoata sit, postulat ab auctore naturae concursum, & complementum proportionatum, ut operari possit. Atque ita fit, ut gratia non omnino sit gratia, si est aliquomodo debita.

Tertium argumentum, quia voluntas in his actibus non operatur, nisi ut elevata ad superiorem ordinem operationum, & effectuum, qui nullo modo ei debentur ex natura sua, neque etiam concursus ad tales actiones praestandas: quotiescumque autem creatura sic operatur, agit ut instrumentum Dei; & quamvis per suam entitatem agat, non tamen ex vi naturali, sed ex obedientiali, sicut elevatur intellectus creatus ad videndum Deum.

5. Quartum argumentum, quia hic modus agendi non repugnat respectu actus vitalis. Quia vnamquamque facultatem Deus elevare potest modo illi accommodato. Atque ita elevat potentiam vitalem ad efficiendum actum sibi immanentem, & tanquam principium intrinsecum eius; quod satis est ad rationem actus vitalis, siue talis potentia influat ex naturali vi, siue ex obedientiali, & ut instrumentum.

Argumentum quintum, quoniam hic modus effectivus non obstat libertati actus, cum possit nihilominus in voluntate manere potestas indifferens, non operandi supernaturalem actum, aut operandi per vires gratiae.

6. Tertia sententia est veluti limitatio praecedentis; supponit enim, liberum arbitrium, informatum habitu charitatis, non ut instrumentum, sed ut principalem causam concurrere ad producendum actum charitatis: caeterum asserit, e contrario non ut causam principalem, sed ut instrumentum concurrere ad producendum actum per auxilium immediatum Dei sine habitu inhaerente. Ita Bañes 2. 2. quaest. 24. artic. 6. dab. 2. argument. 7. collato cum eius solutione.

Sit ergo sextum argumentum, quod est istius sententiae fundamentum, quia respectu talis actus liberum arbitrium non habet principium formale, quo constituatur in actu primo, ut sit causa proportionata ad efficiendum actum.

7. Confirmat, nec enim sufficere respondere, quod Deus facit istam proportionem auxilio suo; quoniam solum auxilium divinum, quo

concurrit cum causis secundis, non efficit proportionem effectus cum causa secunda, nisi ipsa causa habeat in se principium proportionatum: ut patet inductivè in omnibus causis, cum quibus Deus concurrit ad suos effectus. Caeterum quando invenimus effectum excellentiorem, quam sit principium formale causa secunda, illam excellentiam tribuimus agenti superiori; inferiori verò tanquam instrumento: ut, verbi gratia, quando artifex movendo penicillum attingit ad figurandam imaginem, penicillus solum dicitur esse instrumentum artificis. Ergo, &c. His addi possunt quae sequuntur.

8. Septimum argumentum. nam si homo esset causa principalis supernaturalium operationum, sequeretur, hominem esse causam principalem gratiae iustificantis. Probatur sequela, nam qui est causa principalis ultimae dispositionis, est causa principalis formae, sed ultima dispositio ad gratiam iustificantem sunt operationes supernaturales: ergo si homo est causa principalis supernaturalium operationum, est etiam causa principalis gratiae iustificantis.

9. Octavum argumentum, quoniam ad actus supernaturales Deus per gratiam est non solum causa vniuersalis, sed etiam causa particularis principalis: ergo homo per liberum arbitrium non est causa particularis principalis; ne dentur duae causae in eodem genere.

Nonum. Gratia praeveniens, & excitans, atque supernaturales habitus sunt praestantiores, & magis proportionatae causae supernaturalium operationum, quam homo per liberum arbitrium; sed illae causae sunt instrumenta Dei: ergo etiam homo per liberum arbitrium est instrumentum Dei.

SECTIO III.

Non instrumentum, sed principalis causa est homo per liberum arbitrium etiam ad producendas supernaturales operationes.

1. Quamvis aliqua ratio instrumenti permixta sit, eaque deprimat rationem causae principalis, ne sit perfectissime principalis, ut probatum est sect. 1. nihilominus, absolute loquendo, dicendum est liberum arbitrium esse causam principalem, id est, non instrumentalem: licet sit causa secundaria, & incomparabiliter minus principalis, quam Deus.

2. Probatur primò ex generalibus principiis secundarum causarum, quae non sunt instrumentales causae, sed principales in ordine ad proprios effectus. Nam causa operans per virtutem propriae formae, siue accidentalis, siue substantialis, est causa principalis: at homo per virtutem animae rationalis, & intellectus proprii concurrit ad quamlibet intellectionem supernaturalem, licet concurrat elevatus, & adiutus auxilio supernaturali: similiter per virtutem animae, ac liberi arbitrii concurrit ad electionem supernaturalem. Confirmatur, quoniam ipsa virtus & facultas homini congenita, per se ipsam concurrit ad eiusmodi actus, licet concurrat ut causa partialis, siue ut causa totalis

8.

9.

I. Conclusio.

Liberum arbitrium causa principalis.

totalis in diverso genere. Verumque namque verum est: & quodlibet illorum sufficit ad illud, quod intendimus: ut constat ex tota disput. 29. praesertim sect. 9.

2. Probatur secundò, quoniam causa, quae producit effectum absolute similem formae, quam formaliter, aut eminenter continet, est causa simpliciter principalis; sed homo per liberum arbitrium producit actum fidei, similem formae, quam eminenter continet eius intellectus, est enim proprie intellectio & iudicium, adhaerens vero ut vero, versaturque circa proprium obiectum intellectus. Necnon amor charitatis eundem similem formae, quam eminenter continet voluntas; est enim proprie volitio, & amor amplectens bonum, versaturque circa proprium obiectum voluntatis.

3. Nec obstat eisdem actus similes etiam euadere Deo, & illius gratiae: quin potius hoc ipsum nostram assertionem confirmat; quia nihil repugnat, plures esse causas principales in diverso genere (siue partiales appellentur, siue totales,) & vnamquamque causam principalem assimilare sibi effectum in aliqua ratione sibi peculiari. Quomodo ex duorum animalium, speciei differentium, congressu, qui nascitur foetus, euadit secundum quandam rationem similis patri, & secundum aliam rationem similis matri: unde rectè colligitur, non solum patrem, sed etiam matrem esse causam principalem. Quapropter sicut ex similitudine, quam Deus per gratiam influit in supernaturales operationes, colligitur, Deum esse causam principalem earum: sic etiam ex similitudine, quam homo per intellectum, & voluntatem influit in intellectiones, & volitiones supernaturales, colligitur, hominem per liberum arbitrium esse causam principalem in alio genere.

4. Veniamus ad rationes, quae propriae sunt causae liberae: sitque probatio tertia, quoniam instrumenti proprium est ad agendam à principali agente moveri, determinari, & agi: at verò causa principalis est se ipsam movere, determinare, & agere. Porro liberum arbitrium licet à Deo per gratiam agatur, moueatur, ac determinetur non solum ad communissimam rationem boni, & entis, sed etiam ad specialem rationem boni supernaturalis, aut talis boni supernaturalis; nihilominus ad eligendum hoc bonum supernaturale hic & nunc liberum arbitrium se ipsum mouet, agit, & determinat, ut saepe dictum est: ergo in ordine ad specialem differentiam electionis supernaturalis, liberum arbitrium absolute causa principalis est, non instrumentum. Hanc rationem auctoritate Aristotelis, Anselmi, S. Thomae, & aliorum Scholasticorum confirmamus tomo de voluntate Dei disput. 48. sect. 2. Nunc sufficiat, recolare discrimen inter naturales causas & liberas, ex 3. contra gentes cap. 112. sub initium, ubi: Quod ab altero tantum agitur, inquit, rationem instrumenti habet; quod vero per se agit, habet rationem principalis agentis.

5. Quartò probatur: causa quippe princeps, siue principalis est illa, praesertim, quae principatum, & dominium exercet in suas operationes, habens in sua potestate, & arbitrio constitutum, illas in lucem edere, vel cohibere. Huiusmodi autem potestatem, dominium, & principatum habet homo per liberum arbitrium etiam ad supernaturales operationes elicendas, vel cohibendas: er-

Ruiz de Prædestinatione.

6. go etiam in ordine ad illas est causa princeps, seu principalis. Maior ex terminis est evidens: & praeterea confirmatur, quoniam instrumentalis causa proprium est obedire, subiacere, subordinari, moveri, & determinari à causa principali; quomobrem causa, quae dominatum, & principatum exercet, non potest esse causa instrumentalis, sed principalis. Minor verò explicatur, & probatur, quia licet homo per liberum arbitrium circa suas operationes supernaturales non habeat tantum dominium, quantum circa naturales operationes, (has enim potest per solas vires naturae, cum voluerit elicere, sed non illas.) Nihilominus habet sufficiens dominium: quoniam supposita gratia praeveniens, & auxilio cooperante, quod Deus paratum offert, potest homo, cum voluerit, operationes supernaturales elicere, & insuper solis naturae viribus potest supernaturales operationes, cum voluerit, cohibere.

7. Confirmatur, nam principalis causa in eo etiam principatum exercet, quod actionibus & effectibus terminum imponit, quem non potest imponere causa merè instrumentalis. Hac enim ratione lib. 2. de anima, cap. 4. text. 41. Aristoteles probat, calorem non esse causam principalem augmenti, sed esse instrumentum animae; quoniam, ut exponit ibi S. Thom. lect. 8. ad finem: Illud est principale in qualibet actione, à quo imponitur terminus & ratio ei, quod sit: sicut in artificibus terminus, vel ratio erca, vel domini non imponitur ab instrumentis, sed ab ipsa arte. Cui simillimum est illud exemplum ignis, qui licet ad mellificandum ferrum sit causa principalis; caeterum in quantum mellificatio habet certum terminum, attribuitur arti. Nunc verò liberum arbitrium potest, si voluerit, terminum imponere suis operationibus, efficiendo, ut sint minus intensa, quam potuissent esse pro virtute diuini auxilij sibi collati, ut sint minus extensa ad obiecta, siue ut minori tempore durent. Quas diminutiones atque terminos, deficientes à maiori perfectione possibili, liberum arbitrium praestat tanquam causa principalis.

8. Quintò probatur, quoniam causa merè instrumentalis nihil meretur per suas operationes; sed homo iustus per supernaturales operationes meretur eximium premium, idque merito de condigno, quod est magis proprie meritum: ergo in ordine ad operationes supernaturales homo iustus non est causa merè instrumentalis. Quapropter habebit rationem causae principalis. Minor probatur, quoniam illa tantum causam meretur, cui tribuuntur, & imputantur operationes, sed mero instrumento non tribuuntur, & imputantur operationes, sed solummodo causae principali: ut docet S. Thomas 1. part. quaest. 105. art. 4. argum. 3. & solutione.

9. Confirmatur efficaciter ex D. Thom. 2. 2. q. 23. art. 2. corpore, prope medium, ubi ait: Non potest dici, quod sic moueat Spiritus sanctus voluntatem ad actum diligendi sicut mouetur instrumentum, quod esse sit principium actus, non tamen est in ipso agere, & non agere. Sic enim tolleretur ratio voluntarij, & excluderetur ratio meriti. Perpende primò, ex eo quod voluntas tanquam instrumentum moueretur à Spiritu sancto per gratiam ad actum charitatis, tolli rationem voluntarij, & meriti. Secundò, hanc rationem instrumenti, quae merito, & voluntario repugnat, consistere in eo, quod non habeat in sua potestate agere, & non agere.

Ff Sextò

Quoniam sit causa principalis.

Causa principalis actionis terminum imponit.

Causa merè instrumentalis nihil meretur.

9. Principium proportionatum causa principia.

Sexto probatur, quoniam principium proprium, & proportionatum alicuius operationis est causa principalis, & non instrumentum; sed intellectiois, & volitionis supernaturalis principium proprium, & proportionatum est homo per intellectum, & voluntatem eleuatam habitibus infusis: ergo homo per intellectum, & voluntatem, eleuatam habitibus infusis, est causa principalis, & non instrumentum ad producendam intellectioem, & volitionem supernaturalem. Minor explicatur, & probatur, quia non tota proportio tribuitur per habitus infusos, & auxilia gratia. hæc enim omnia si per possibile, vel impossibile infunderentur ligno, vel equo, non constituerent proportionatum principium ad eliciendam intellectioem, & volitionem supernaturalem. Vnde manifestè colligitur, in homine propter intellectum, & voluntatem supponi aliquam intrinsicam proportionem propriam illarum potentiarum, quæ proportio remota est, & vltimatè, atque proximè completur, & proportionatur per habitus infusos. Ideoque quantum homo habet de prædicta proportione sibi propria, tantum obtinet de ratione causæ principalis, tantumque recedit ab instrumento propriè dicto.

10. Quacumque fuerit causa potest Deus vti ad producendam gratiam.

Confirmatur primò, nam sicut Deus vtitur aqua Baptismi ad producendam gratiam, potest vti quacumque substantia corporea, vel spiritali; & licet quantum ad significationem esset minor proportio; nihilominus quantum ad actiuam potentiam obedientialem non esset maior proportio in vna substantia, quàm in alia. Cuius ratio est, quoniam ad producendam gratiam omnes illæ substantiæ concurrerent merè instrumentaliter. Ergo ad producendam intellectioem & volitionem supernaturalem, propterea in substantia spiritali maior proportio reperitur, quàm in substantia corporea; quoniam spiritalis substantia potest ad illas concurrere non merè instrumentaliter, sed vt causa principalis per intrinsicam virtutem vitalem.

11.

Confirmatur secundò, quoniam nisi homo per liberum arbitrium peculiari aliqua proportione sibi propria produceret operationes supernaturales; sequeretur, quod non aliter ad illas concurreret, quàm aqua Baptismi concurrat ad producendam gratiam. Vnde sequeretur concurrere velut inanimè quoddam, quod refutatum est in Tridentino sess. 6. can. 4. Hoc enim esset nihil omnino agere in sensu proprio & Theologico, vt ostendimus supra disp. 28. sect. 7.

Confirmatur tertio; nec enim instrumentum, sed principalis causa est, quæ præcipuè denominatur operans à sua operatione; sed nulla alia causa, nisi homo denominatur credens, sperans, & diligens Deum: ergo istarum operationum homo non est instrumentum, sed causa principalis.

12. Probatio prima refertur ad primam sententiam.

Ad confirmandum primarium fundamentum præcedentis probationis sextæ, atque directè refutandam primam illam sententiam, quam retulimus sect. 2. in principio, pertinet probatio septima, desumpta ex testimoniis Patrum dicentium, à natura insitam, siue ab authore naturæ datam, siue naturalem esse virtutem, & efficacitatem liberi arbitrij, per quam diuina gratiæ cooperatur; & hanc virtutem esse peculiari quadam ratione proportionatam operibus supernaturalibus, secundum quam rationem improportio-

nata sunt vires cæterarum omnium substantiarum. Veruntamen memoria retinendum est, quod sæpius in hac, & in 29. disput. monui, nihil ad præsentem controuersiam facere, vtrum ea potentia, quæ dicitur obedientialis, existimetur esse formalitas naturalis, aut supernaturalis, dummodo vis & energia concurrere concedatur esse congenita naturæ, quod in præsentem probare intendimus.

Quemadmodum Augustinus de bono perseuerant. cap. 14. sub initium: Ex quo, inquit, apparet, habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo mouentur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. Obseruetur illud naturaliter; deinde illud, congrua suis mentibus; ac denique illud, quo mouentur ad fidem, quibus perspicuum sit, esse naturale, congruum, & aliquo modo proportionatum fidei eliciendæ principium illud remotum, & non totaliter proportionatum, quo mouemur ad fidem, videlicet, mentem, & intelligentiam, seu liberum arbitrium.

Rursus de prædestinatione Sanctorum cap. 5. versùs finem: Proinde, inquit, posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, nature est hominum: habere autem fidem, quemadmodum & habere charitatem, gratia est fidelium. Illa itaque natura, in qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem. Itaque in natura humana, quæ cunctis hominibus generalis est, data est possibilitas habendi fidem, & charitatem, possibilitas, inquam, remota, & improportionata.

Præterea lib. 4. contra Iulian. cap. 3. paulo post princip. sic eius obiectionem distinguit: Bonam dicis hominum naturam, quæ talis gratia opitulationem meretur. Quod gratatè audierim: si hoc propterea, quia rationalis natura est, diceret. Nec enim gratia Dei per Iesum Christum D. nostrum lapidibus, aut lignis, pecoribus præstat, sed quia imago Dei est, meretur hanc gratiam: non tamen vt eius bona voluntas possit præcedere præter gratiam, ne vel ipsum \* prior det, vt retribuat illi, ac si gratia iam non sit gratia. Vbi primò concedit Augustinus meritum, sed valde impropiè dictum, ad accipiendam primam gratiam. Secundò cauet hoc non esse meritum obsequij, quod exhibeatur per liberum arbitrium, ne gratia iam non sit gratia. Tertio consequens est illud esse meritum solius proportionis, capacitatis, & aptitudinis, cui talis gratiæ opitulatio præbeatur. Quartò prædicta proportio, capacitas, & aptitudo propria est rationalis naturæ, quoniam naturaliter imago Dei est, & per hanc distinguitur à lapidibus, lignis, aut pecoribus, quibus talis gratiæ opitulatio non præstatur.

Eandem quidditatiuam differentiam naturæ rationalis ab irrationali notauit lib. 2. de peccat. meritis, & remiss. cap. 5. sub finem, vbi monet, ad bene viuendum subinfernendam esse nostræ efficaciam voluntatis. Et rationem reddit: Quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura rationem, voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis. Vide quæ ponderauimus disp. 27. sect. 4.

Idem de spiritu & litera, cap. 33. paulo post principium: Prius, inquit, illud dicamus, & videamus, verum huic satisfaciatur quæstioni, quod liberum arbitrium, naturaliter attributum à creatore anime rationali, illa media vis est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest. & post pauca: Vocante Deo, surgit de libero arbitrio, quod naturaliter,

13.

18.

14.

19.

15.

\* al. ipsa.

16.

17.

cum crearetur, accipit. Perpende: Naturaliter attributum à creatore. Secundò: Naturaliter, cum crearetur, accipit. Tertio propter indifferentiam ad vtramque partem contradictionis arbitrium appellatur media vis, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad fidem potest. & infra: Liberum arbitrium, quo vel bene, vel malè ventus, &c. Hac licet Augustinus inquirendo proponat; nihilominus non inquit, vtrum ista naturalitas vera sit, sed tantum inquit, vtrum illa satisfaciatur quæstioni de causa discriminis, propter quam plures homines non consequuntur salutem.

Nam quod attinet ad naturalitatem arbitrij congenitam, sic confirmat cap. 34. in principio: Attendat, & videat, non ideo tantum istam voluntatem, (scilicet credendi) diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus. Perpende, negatam esse exclusiuam dictionem, tantum. Vult igitur Augustinus voluntatem credendi ex libero arbitrio esse, quod nobis naturaliter concreatum est; verum hanc rationem non esse solam, sed opus esse alia præstantiori ratione, vt voluntas credendi tribuatur diuino muneri.

Fulgentius de Incarnat. & gratia Iesu Christi, cap. 23. post medium: Potest, inquit, Deo donante, homo in Deum naturaliter credere. Contra naturam quippe hominis est, quod in Deum non credit. & ad finem eiusdem capituli: Arbitrium itaque hominis sanat Deus, atque illuminat, vt homo in Deum naturaliter credat. & ad finem sequentis capituli 24. Agnoscat igitur homo, in eo se naturaliter credere posse, in quo naturam habet credulitatis, ac fidei capacem, quod animalibus irrationalibus datum diuinitus non est. & cap. 25. initio: Natura diuino sumatur munere, vt in Deum naturaliter credant, quod fusè probat Roman. 2. Naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt. De quo diximus præcedenti tomo de proudent. disp. 25. sect. 2.

Gregorius Nyssenus orat. catechetica cap. 5. in medio: Oportebat, inquit, nature nostræ constructionem in se habere immortalitatem, vt per vim sibi insitam cognosceret id, quod est supremum, & teneretur desiderio diuine eternitatis. Loquitur autem in eo cap. Nyssenus de cognitione, ac desiderio, ad pietatem, & æternam vitam vtilibus, ideo præmisit immortalitatem.

Damascenus toto libro de duabus Christi voluntatibus, præsertim inter principium, & medium insitit, in affirmanda naturalitate voluntatis, quæ naturaliter est principium volendi bonum, & malum. Peculiariter notanda sunt illa verba multò propius ad medium, quàm ad principium: A natura & Dei serui sumus, & liberum arbitrium habemus, quod virtutis efficiens est. hoc scilicet etiam est à natura. Quod clariùs exponit longè inferiùs prope medium eiusdem tractatus, dicens: Voluntas est ipsa vis, quæ volumus, quam à natura animo eius effector dedit, id est, volendi facultas. & post pauca: Quodammodo, inquit, velle est, vt velle bene, & ex lege Dei, &c. Id autem velle potest, quod vim, quæ vult, habet à natura, vt homo, vt Angelus, vt Deus. Vnusquisque enim eorum vim, quæ vult, à natura accipit. Naturalem itaque volendi potestatem existimat, esse principium illarum etiam volitionum, quæ bonæ sunt, & ex Dei lege profectæ.

Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pau-

22.

Ruit de prædestinatione.

lo post medium: Vult, inquit, nos ex nobis ipsis saluos fieri. Hæc est ergo natura anima, à se ipsa impelli, & incitari. & post pauca: Omnes apti sunt natura ad acquirendam virtutem. loquitur autem de virtute, quæ saluamur.

Exemplo rem explicuit Hugo Victorinus in Elucidario quæstionum circa epistolam ad Roman. quæst. 238. post medium: Est oculus, inquit, talis natura, vt per illum visus exercentur; si Solis radio percutiatur: sine quo visio non est in oculo. Nisi tamen talis natura esset, etiam tactus Solis radio non videret: vt paries, vel lapis non videt, etsi radio Solis perfundatur. Sic anima habet potentiam promerendi naturaliter: quam tamen non potest exercere, nisi splendore gratiæ perfundatur. Et addito exemplo pueri, qui non potest incedere, nisi manu ducatur, adiungit: Sic ad hoc vt anima promeratur, duo exiguntur, & gratia, & naturalis potentia. Non aliter in cap. 9. ad Roman. quæst. 2. docet, mentem de bono naturæ posse consentire gratiæ sibi oblata, postquam ab illa excitata est.

Valde confirmatur prædicta doctrina Patrum de potentia liberi arbitrij naturaliter insita, quoniam huius ætatis hæretici, quando liberum arbitrium oppugnant, Catholicos traducunt nomine Pelagianorum, eò quod sint assertores huius potentie. Sic Kemnitius refutans Tridentini decreta sess. 6. præsertim can. 4. 5. & 6. apud Iodocum Tiletanum in 1. part. apolog. circa med. fol. 174. obiicit tanquam absurdum, in illis decretis contentum: In motibus, & actionibus spiritalibus ex gratia, & ex naturalibus liberi arbitrij viribus, fieri vnã causam efficientem, ita vt ad inchoandos, & efficiendos motus spirituales, hæc duo simul concurrant, gratia scilicet, & naturales vires liberi arbitrij. Quod asserit ad inchoandos spirituales motus, mentitur, vt Tridentinum detorqueat in Pelagianum errorem. Cætera, quæ retulimus, præcisè sumpta vera sunt.

Idem alium errorem affinem Pelagiano Catholicis tribuit, paulò inferiùs dicens: Gratiam ergo, intelligunt Pontificij, tantum mouere, & excitare; voluntatem verò ex se habere consentiendi facultatem. Quod aliis verbis repetit apud eundem Tiletanum in 1. part. apologiæ multò propius ad medium, quàm ad finem, fol. 252. sine: Fingunt, inquit, gratiam diuinam tantum mouere, & excitare liberum arbitrium, quod deinde ex naturalibus suis viribus possit illa preparatoria inchoare, & præstare. Vnde illa, quæ Scriptura tradit præcedere iustificatiõnem, tribuunt non gratiæ Dei, & operationi Spiritus sancti, sed viribus naturalibus liberi arbitrij. Impudenter tamen hic error Catholicis adfingitur, cum sint luce clariora testimonia, quibus affirmant, liberum arbitrium, etiam postquam præuenienti gratia motum est, & excitatum à Deo, nihil suis viribus posse, nisi gratia cooperante, & adiuvante. Ideoque dispositiones ad iustificationem Deo tanquam primæ, principalique causæ tribuendas esse.

De Magdeburgensibus Turrianus lib. 4. pro epistolis Pontificum cap. 2. fol. 298. ita scribit: Fingunt, omnia nos voluntatis viribus tribuere, sicut paulo ante de Clementis epistola fingebant, nosque Pelagianos haberi volumi, quia non vt ipsi voluntatem propria virtute ac natura in contumeliam auctoritatis spoliamus.

Ex eodem discrimine inter eleuationem rei non vitalis, & eleuationem potentie vitalis ad opera supernaturalia, sumitur probatio octaua; quoniam

23.

24.

Hæretici catholicos Pelagianos vocant.

25.

26.

27.



quoniam humanitas Christi Domini ad elicendas supernaturales intellectiones, & volitiones, non erat proprie instrumentum diuinitatis; licet esset instrumentum precise sub ea ratione, quatenus diuinitas eidem operationibus humanitatis utebatur ad miracula facienda. Quemadmodum ignis non est instrumentum fabri precise, in quantum producit calorem, aut ignem; sed in quantum faber vitur igne ad opus artis. Ita S. Thomas 3. part. quaest. 19. art. 1. Vnde colligere licet a fortiori, nullum hominem esse proprie instrumentum diuinitatis ad supernaturales intellectiones, & volitiones producendas. Consequentia probatur, nam si aliqua humanitas deberet esse instrumentum, maxime humanitas Christi Domini propter substantialem unionem cum Verbo; qua supposita, eidem Verbo incumberebat gubernare, & mouere humanitatem ad tales operationes.

28. Nondè probatur auctoritate Scholasticorum; etenim voluntatem non esse instrumentum, expresse docuit S. Thomas citatus probatione 5. num. 8. Guillelmus Parisiens. 1. part. versus finem tractat. de merito colum. penult. Driedo de captiuit. & redempt. generis humani tract. 6. cap. 2. part. 2. prope medium, & lib. de concordia liberi arbitrij, & c. cap. 3. longe post initium, s. Respondeo verissimum. Ruardus art. 7. contra Lutherum inter principium, & medium proposuit. 10. ad finem. Clarius Bellarminus lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 15. ad 1. Mascarag. disput. 1. part. 3. num. 10. Atque idem intelligunt, qui dicunt, voluntatem esse quasi instrumentum, aut quasi instrumentaliter concurrere; praesertim Argenterina, Gregor. & Capreol. citati sect. 1. fine. Idem supponere videtur Molina in concordia disp. 38. §. Tertiò asserimus. Quinetiam Suarez citatus in sectione praecedenti non re, sed loquendi modo dissensisse videtur respiciens ad eam rationem instrumenti, quae peculiaris est in ordine ad supernaturales actiones, quam sectione prima probauimus.

SECTIO IV.

Satisfit obiectionibus, propositis in sect. 2.

1. Explicantiu Patres.

Arum omnium solutio colligitur ex sect. 1. & 3. In primis enim Patres omnes citati sect. 1. & caeteri dicentes, hominem, aut liberum eius arbitrium esse instrumentum Dei, significant solummodo, moueri, & agi à Spiritu sancto peculiari quadam motione; ideoque ad operationes supernaturales participare rationem instrumenti peculiarem, quae non conuenit illi in ordine ad naturales operationes, vt explicatum est tota sect. 1. Afferunt praeterea, hominem per liberum arbitrium non esse principalem causam, vt distinguitur contra minus principalem, minus influentem, & subordinatam, ac motam. Solus quippe Deus hoc modo est causa principalis, magis & perfectius influens, & subiciens sibi, subordinans, & mouens liberum arbitrium. Denique quando loquuntur de infusione gratiae iustificantis, significant, Deum solum efficienter concurrere ad illius infusionem.

2. Ad argumenta secundae sententiae, qua parte videntur oppugnare conclusionem, in praecedenti sectione probatam, respondetur.

Ad primum negatur antecedens. Voluntas enim à natura, & quidditate sua sortitur virtutem remotam, inchoatam, & improporionatam, quae postquam eleuata est per habitum, & auxilium, ratione sui praestat suum proprium concursum, vt probatum est tota disput. 29. Et hoc sufficit, vt non sit instrumentum, sed causa principalis, vt probatum est in sectione praecedenti. Quod autem haec virtus, infusa voluntati, dicatur esse naturalis, vel obedientialis, aut supernaturalis; vel dicatur esse causa totalis in suo genere, vel partialis, nihil obstat, quominus sit proprie causa principalis, etiam ad producendam substantiam supernaturalem cuiusque volitionis: quemadmodum diximus eadem disp. 29. sect. 6.

3. Ad secundum argumentum negatur sequela, & ad eius probationem respondetur, distinguendo antecedens. Omnis virtus actiua, si naturalis est, vt distinguitur contra obedientialem, postulat ab authore naturae concursum, & complementum proportionatum, vt operari possit. Hoc tamen ipsum non postulat actiua virtus naturalis, id est, à natura congenita, caeterum quidditatiue obedientialis, quoniam quidditas obedientialis potentiae consistit in eo, quod per se nihil possit, nisi obedire suo Creatori, mouenti, & eleuanti ad producendum effectum superiorem quibuscumque naturae viribus.

4. Intellectus creatus ad videndum Deum, nò est merum instrumentum. Sed peculiaris est ratio voluntatis propter libertatem, & dominium sui, quod principem causam constituit, vt constat ex sectione praecedenti, probatione 3. 4. & 5. Caetera namque probationes communes sunt etiam intellectui, ne sit instrumentum ad visionem beatificam, & maxime probatio 6. & 7. quae sumitur à vitalitate, atque ab exemplo Christi Domini.

5. Ad quartum respondetur. Ad vitalem operationem non sufficit instrumentum merum; quia non potest eleuari, nisi quidditatiuam proportionem, & similitudinem virtuales habeat intra latitudinem proprii obiecti formalis, vt ostendimus sect. praeced. probat. 6. & 7.

6. Ad quintum respondetur. Merum instrumentum non potest habere potestatem indifferentem, vt operetur, & non operetur: quod probatum est sect. praecedenti, probat. 3. 4. & 5. videlicet à num. 4.

7. Ad sextum argumentum respondetur. Quando liberum arbitrium elicit supernaturales actus, quorum nondum acceperat habitus infusos, licet non habeat inhaerens principium, quo constituitur in actu primo completo, & ultimato; habet tamen ab intrinseco congenitam potentiam obedientialem intelligendi, & volendi, per quam, tanquam per principium formale, constituitur in actu primo, remoto, & improporionato; quod sicut sufficit, vt liberum arbitrium sit causa principalis, quando concurrat cum habitu inhaerente: ita etiam sufficit, quando concurrat sine habitu, sed cum auxilio, suppleto vicem habitus. Ratio est, quoniam principalitas in causando nihil pendet à principio inhaerente, vel extrinsecus adiuuante. Si enim nulla foret innata virtus liberi arbitrij ad tales operationes, licet per inhaerentes habitus eleuaretur ad

4. Intellectus creatus ad videndum Deum, nò est merum instrumentum.

5.

6.

Potentia obedientialis intelligendi & volendi.

SECTIO V.

Utrum gratia praeueniens, & habitus infusus sint instrumenta Dei.

1. Negatiuam partem vnus ex neotericis defendit.

Primum illius argumentum est, quoniam instrumentum non operatur per propriam virtutem, sed per virtutem intentionaliter participatam ab agente principali: at verò gratia praeueniens & habitus habet propriam virtutem, qua mediante, homo, recipiens ipsam operetur. Confirmat, quia sicut in aliis actionibus dantur formae, quae per propriam virtutem actuant subiecta, vt producant actiones: ita Deus confert dictam actualitatem, vt medià illà tanquam medià formà operetur homo; & ita sicut aliae formae sunt agentia, quibus, principalia tamen, sicut praesenti.

Negatiua pars fundamentum primum.

2.

Argumentum secundum, quia si gratia praeueniens, proprie loquedo, esset instrumentum Dei, soli Deo tribueretur actus procedens ab ipsa: & homo, recipiens illam, se haberet merè passiuè.

Tertium, quoniam si liberum arbitrium à Deo mouetur medià gratia praeueniens, tanquam instrumento Dei, sequitur, quod liberum arbitrium instrumentaliter moueatur à Deo. Quod autem liberum arbitrium non tanquam instrumentum, sed vt causa principalis moueatur à Deo, probat aliquibus rationibus, quas praetermittimus, quoniam id satis probatum fuit sect. 3.

3. Nihilominus sit conclusio. Gratia praeueniens, & habitus infusi sunt instrumenta Dei, proprie, & strictè loquendo. Quod attinet ad habitus, diximus praecedenti tomo de prouidentia disp. 36. sect. 2. Quod attinet ad gratiam praeueniens, docet Molina in concordia disp. 38. §. Tertiò asserimus.

3. Gratia, & habitus infusi instrumenta Dei.

4. Probatur primò, quoniam omne semen viuentis est quidditatiue instrumentum illius. Cuius ratio est, quoniam semina non sunt propter se ipsa, sed vt ministrent principalibus agētibus, tanquam eorum virtutes, ad alia uentia sibi similia generanda. At verò gratia operans, seu praeueniens, & excitans, necnon habitus infusi sunt semen Dei, secundum illud 1. Petri 1. Renati non ex semine corruptibili, sed ex incorruptibili, per uerbum Dei uiui. & 1. Ioan. 3. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet. Quam rationem seminis ex Patribus confirmauimus praedicto tomo de prouidentia disp. 18. sect. 6. Confirmatur, quoniam gratia praeueniens, & habitus operatiui ex quidditatiua inclinatione sua diriguntur, vt ex parte Dei voluntatem inclinent ad operationem, potius quam vt propter se ipsa existant.

5. Probatur secundò, nam calori, v.g. ad producendum calorem, & ignem, conuenit virtus adeò propria illius, vt sit ipsa quidditas caloris; nihilominus, quia haec ipsa quidditas caloris essentialiter est virtus suae propriae substantiae, videlicet ignis; ideo rectè dicitur non agere propria virtute, sed virtute ignis: & consequenter esse instrumentum ignis, etiam quando est in alieno subiecto, sicut in ferro, aut in lapide: vt ex D. Thoma, & Caietano diximus tomo de voluntate Dei disput. 48. sect. 1. Ergo quauis gratia praeueniens, & habitus infusus sit quidditatiue

4. In calore virtus productiua caloris & ignis est ipsa caloris quidditas.

7.

8.

9.

Duplex dispositio generis.

10.

ad illas; foret merum instrumentum: sicut aqua est merum instrumentum ad calefaciendum per calorem sibi inhaerentem. Si autem libero arbitrio inest innata virtus, licet remota, & improporionata; illa sufficit, vt verificentur omnes probationes posita in sectione praecedenti, etiam si nudum sit quolibet habitu infuso. Etenim carentia habitus nihil obstat, quominus homo per intellectum, & voluntatem operetur per virtutem propriae formae, assimilet sibi effectum, moueat & determinet se ipsum, domineatur vt princeps, & continere possit operationes supernaturales, mereatur per illas saltem de congruo, & sit principium proprium, & remotè proportionatum ad vitaliter operandum intra latitudinem proprii obiecti formalis, & propriae operationis: vt tota praecedenti sectione probatum est.

7. Ad confirmationem respondetur. Vt aliqua causa sit principalis, satis est habere in se principium remotè, & secundum aliquam rationem proportionatum; licet non sit proximè, & omni ex parte proportionatum. At verò liberum arbitrium quidditatiue est remotè, & secundum aliquam rationem proportionatum ad intellectiones & volitiones supernaturales, in quantum intellectiones, & volitiones sunt; quoniam vt sic versantur circa obiecta formalia intellectus, & voluntatis, verum scilicet, & bonum, & vt sic sunt operationes, quae non possunt fieri, nisi per intellectum, & voluntatem, vt sectione praecedenti probatione 6. declaratum est.

8. Atque inde collige, hominem instructum habitibus infusis, quando producit actum intensiorem habitu, agere non vt instrumentum, sed vt principalem causam; licet ad illam maiorem intensiorem non concurrat habitus, sed Deus immediatè influens. Quidquid sit de igne, si eleuaretur ad producendum calorem intensiorem calore vt octo. Nec enim vacat eiusmodi Philosophiae ad vnguem examinare: ideo praestat omittere.

9. Ad septimum respondetur. Quaedam dispositio habet physicam, & realem vim, vt per resultantiam influat in formam, ad quam disponit, & faciat illam necessariò consequi; quemadmodum omnes dispositiones formarum corruptibilium. Et in hoc dispositionis genere quicumque causa principalis est vltima dispositionis, est etiam causa principalis formae. Alia verò dispositio nihil protus influat in formam, ad quam disponit, nec per realem & physicam connexionem, & resultantiam, sed solum disponit ad illam meritorie & impetratorie; licet hoc ipsum fundetur in proportione intrinseca & reali dispositionis, & formae. Huiusmodi sunt operationes supernaturales disponentes ad gratiam iustificantem: ideo licet homo sit illarum principalis causa; non est principalis causa iustificantis gratiae.

10. Ad octauum respondetur. Subalternum est genus causae particularis vt sic, & sub eo dantur alia genera multa, ideoque licet Deus & homo sint causae particulares; sunt tamen in diuerso genere, vt notauimus sectione praecedenti n. 3. & disp. 27. sect. 4.

Ad nonum negatur consequentia propter rationem dicendam in fine sectionis sequentis.

virtus actiua, & productiua supernaturalis operationis. Ceterum eadem virtus essentialiter est virtus Dei, tanquam authoris supernaturalis, & causae particularis, derivantis suum concursum per tales entitates. Ideoque tam gratia praeveniens, quam habitus proprie sunt instrumenta Dei authoris supernaturalis, & dicuntur non agere propria virtute, sed virtute Dei.

5. Probatur tertio, nam causa particularis, si concursum particularem non influit immediate in effectum, derivat illum per instrumentum; sed Deus ut causa particularis concurrat ad operationes supernaturales, & quandoque suum particularem concursum non derivat immediate in dictas operationes, sed mediis habitibus infusis, & gratia praeveniens: ergo haec sunt instrumenta Dei ut agentis particularis.

6. Probatur quarto, quoniam opposita sententia licet vocibus sonet, actiuitatem principalem vendicare libero arbitrio; tamen ipsa subtrahit arbitrio quamlibet actiuitatem causae principalis. Quoniam illi non relinquit aliam actiuitatem causae principalis, nisi quae formaliter constituitur per gratiam praeveniens, & per habitus, vel auxilia supernaturalia. At vero haec actiuitas non potest arbitrium constituere in ratione causae principalis, sed potius in ratione instrumenti: quemadmodum calor, ab igne impressus ferro, non constituit ferrum in ratione causae principalis ad calefaciendum, sed in ratione instrumenti ignis.

7. Ex his fundamentis sumitur solutio argumentorum. Ad primum respondetur, distinguendo minorem. Gratia praeveniens & habitus habent virtutem sibi propriam, id est, quidditativam; sed non ita propriam, ut non sit essentialiter virtus alterius, est enim essentialiter virtus Dei, ut agentis particularis: sicut semen est virtus vivens, & calor est virtus ignis, quod sufficit ad rationem instrumenti, supra probat. 1. & 2.

8. Ad confirmationem respondetur. Ad actiones naturales dantur formae, siue potentiae connaturales, quae nihilominus sunt instrumenta substantiae naturalis, operantis per illas. Quemadmodum omnes potentiae sensitivae, & appetitivae sunt instrumenta, per quae operatur animal: & intellectus, ac voluntas sunt instrumenta, per quae homo intelligit, & vult solis viribus naturae. Ceterum ad actiones supernaturales formae supernaturales, quae tribuuntur Deo, non tribuuntur tanquam instrumenta hominis, sed tanquam instrumenta Dei, ut causae particularis: nec tribuuntur, ut hominem constituent in ratione causae principalis, quam nisi haberet ab innata potentia, licet remotam, & non satis proportionatam, non posset per adventitias formas eam recipere, propter supradictas rationes.

9. Ad secundum consequentia negatur. Ex eo quippe quod gratia praeveniens sit proprie instrumentum Dei, tantummodo sequitur, quod soli Deo tribuendus sit actus praecise consideratus prout procedens a gratia. Ceterum restat in actu alia consideratio, prout immediate producitur a libero arbitrio simul cum gratia; & ob hanc considerationem tribuitur etiam homini tanquam principali causae in suo genere. Vnde fit ut illa consequentia non alia ratione valeat, apud eius autorem, nisi quoniam existimat totam actiuitatem totaliter communicatam esse per gratiam.

Ad tertium negatur sequela propter eandem rationem in praecedenti argumento assignatam. Si enim liberum arbitrium nullam prorsus haberet actiuitatem, nisi quam illi formaliter tribuit gratia, sequeretur, hominem esse instrumentum Dei; quemadmodum gratia, quae constituit eius actiuitatem, est instrumentum Dei. At homo per liberum arbitrium habet suam actiuitatem sibi propriam, & innatam, licet remotam, & non satis proportionatam. Haec autem actiuitas hominis non transit ad rationem instrumenti, licet gratia excitans, aut habitus sit instrumentum Dei. Quemadmodum ex eo quod semen sit instrumentum arboris ad producendam similem arborem; non sequitur, quod terra, cooperans illi per innatam sibi virtutem, sit instrumentum arboris, & non causa principalis in suo genere. Nec ex eo quod inter animalia semen a mare receptum in foemina, sit instrumentum maris, sequitur foeminam esse instrumentum maris, & non causam principalem in suo genere.

Ex his soluitur etiam postremum argumentum, positum in sect. 2. negando consequentiam. Fieri namque potest, causam praestantiorum in causando, & magis proportionatam effectui, esse instrumentalem; licet alia causa minus causans, & minus perfecta, sit in suo genere causa principalis. Quemadmodum semen arboris est perfectioris virtutis, & efficaciae, & magis proportionatum ad producendam arborem, & tamen est instrumentum arboris, a qua decisum est; cum tamen terra minus perfecta, minus actiua, minusque proportionata, nihilominus sit in suo genere causa principalis. Idem explicari potest exemplo seminis animalium, quod in foemina receptum, est perfectioris virtutis & efficaciae, quam foemina; licet sit instrumentum maris, ut nuper dicebamus.

DISPUTATIO XXXIV.

Quis sit legitimus intellectus ad Apostolum 1. Corinth. 4. quantum ad totalem, vel partialem causalitatem diuinae praedestinationis, & liberi arbitrij discernentis, vel accipientis.

SECTIO I.

Quae sit illa discretio, & quae dona Dei, de quibus eo loco tractat Apostolus.



DIVERSVS Tridentinam indifferentiam, quae gratiam possit recipere, vel abicere, frequenter ab haereticis opponitur Apostolica sententia: *Quis enim te discernit? Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* De tertio membro, quod ad gloriam pertinet, dicemus tota disput. seq. De prioribus ordine suo tractabit disputatio praesens. De primo tres sectiones, quae proximè sequuntur. De secundo membro quarta sectio, atque sequentes. Sed antequam

10.

11.

Expenduntur  
duae difficultates.

Quorundam  
sententia.

2.

3.

4.

5.

6.

Vera  
expositio.

requam ad congressum cum nostris disputatoribus veniamus, duae sunt expediendae difficultates.

Prima, vtrum literalis, & germanus sensus sit, Deum esse, qui te segregat, & separat ab impiorum grege, faciendo, ut pias operationes elicias, quibus differas ab impiis. Negant aliqui existimantes germanum, & literalem sensum esse *discernendo discernere*. Probant primò ex verbo *Græco διαχωρο*, quod est *diuidico*, quemadmodum proximè superiori contextu Apostolus eodem verbo vsus dixerat: *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicet. Sed neque me ipsum iudico. Qui autem iudicat me, Dominus est.* Confirmant; quia Syriacus legit: *Quis te scrutatur?*

Probant secundò, quia verbum idem aliis in locis Scripturae significat iudicare, vlcisci, punire: quemadmodum Psalm. 59. *Advocavit caelum defensum, & terram discernere populum suum.* & Psalm. 67. *Dum discernit caelestis reges super eam.*

Tertio, nam communior antiquorum Patrum commentarius ad ea verba intelligit diiudicare: ut Chrysolomus, Athanasius, Oecumenius, à quo parum discrepat Theodoretus; atque idem significant Hieronymus, Ambrosius, & Anselmus.

Quartum argumentum addere possumus, quia Concilium Arausicanum I. can. 6. & 25. & Gelasius Papa I. epist. 7. ad Episcop. per Picenum col. vlt. adducens sequentia verba: *Quid habes, quod non accepisti?* ad refutandas Pelagianorum reliquias de humanis meritis, & conatibus, qui gratiam praecedant, praetermittit illa verba: *Quis te discernit? Quae non praetermitterent, si probarent idem intentum, praesertim cum ab Augustino viderent saepius vsurpata.*

Nihilominus multò probabilius est, germanum, & literalem sensum discernendi apud Paulum complecti iudicium, non vtrumque, nec merè speculativum, aut supponens merita praevia, propter quae diiudicet inter homines; sed iudicium practicum, atque factivum bonorum meritorum: quo videlicet sciat Deus, approbet, atque diiudicet, quae facturus est in electis, separans eos à massa perditionis, & faciens, ut faciant pias operationes, quibus discernantur à reprobis.

Probatur primò, quoniam hoc totum iudicium, sensibili testimonio manifestatum, & effectivum discriminis, separantis pios ab impiis per infusionem gratiae iustificantis, significavit Petrus in Concilio Apostolorum, quando dixit, Deum nihil discrevisse inter Gentiles, atque Iudaeos, videlicet, vni nationi concedendo gratiam, & alteri nationi negando: *Et qui novit corda Deus, inquit, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut nobis: & nihil discreti inter nos & illos, sive purificans corda eorum.* Act. 15.

Probatur secundò, quia diiudicare est quoddam scire, atque nosse. Scientiam verò & notitiam quando Paulus refert ad electos, intelligit scientiam praedestinativam, & factivam mediòrum praedestinationis. Quemadmodum Galat. 4. *Cum cognoveritis Deum; imò cogniti sitis à Deo.* Quod exponit Basilius in homil. 22. de humilitate, circa med. dicens: *Tibi non immotus Deus per tuam iustitiam: sed tu Deo per illius bonitatem.* Roman. 11. *Non sepulit Dominus plebem suam, quam praescivit*, id est, praedestinavit. Ita intelligendum probat Augustinus de bono perseverantiae cap. 18. Roman. 8. *Quos praescivit, & praedestinavit.* 2. Timoth. 2. *Novit Dominus, qui sunt eius.* 1. Petri 1. *Electis secundum praescientiam Dei Pa-*

tris. Actuum 15. *Notum à seculo Domino opus suum;* videlicet vocatio gentium, de qua dissebat Iacobus in Concilio Apostolorum. Quod multis testimoniis Augustini, Prosperi, & Fulgentij confirmavimus praecedenti tomo de providentia disput. 3. sect. 3. & 4. & supra disput. 1. sect. 6.

Confirmatur, quoniam hic sensus complectitur omnem varietatem expositionum, quas tradidere Patres antiqui, & recentiores expositores: complectitur etiam omnes illius verbi significationes, & haec omnia reducit ad unitatem, & coherentiam, ut propterea plenior sit sensus, copiosior, atque dignior Spiritu sancto.

Probatur tertio, quoniam Augustinus centies Pelagianos, atque Semipelagianos urget his verbis: *Quis te discernit?* ad refutandas humanas vires, & industriam, quae valeant aliquid ad obtinendam gratiam, & ad confirmandam praedestinationem, quae non praesupponat merita, ut quoddam separet à massa perditionis. Aliqua testimonia Augustini colligit Beda 1. Corinth. 4. plura citavimus praecedenti tomo de provid. disp. 18. sect. 8. sub initium, cum aliis ex Prospero, & Fulgentio. Videbimus nonnulla sect. 4. 5. & 6. Atque eodem modo exponit S. Thomas in comment.

Confirmatur primò, nam Augustini doctrina de causa praedestinationis, & gratiae, magnam obtinuit approbationem à Summis Pontificibus, Conciliis, & omnibus Theologis, ut vidimus supra disp. 10. sect. 1. Vnde non est credibile, illum roties abusum fuisse verbis Apostoli ad Catholicum illud dogma confirmandum. Rursus antiquos Patres & sancti Spiritus illustratione, & Apostolorum perpetua traditione credibilis est suam expositionem didicisse. Quapropter ea debet expositio retineri, quae harum omnium varietatem sub unico sensu complectitur, nec illas inter se committit, & ita pugnantes reddit, ut altera recepta, necessarium sit alteram non admitti.

Confirmatur secundò, quia nisi praedictus sensus admittatur tanquam literalis, debiliò multò redditur ad argumenta Theologica contra praedictos errores.

Probatur quarto, quoniam haec integra expositio cohaeret melius cum praecedenti, & sequenti contextu. Cum praecedenti quidem, nam ut *quis adversus alterum insisteret pro alio*, duae sunt praecipuae radices: altera iudicium humanum, praeficiens vnum alteri: altera donum Dei excellentius huic homini collatum, & non alteri. Vtramque verò radicem simul praedictus sensus extirpat, docens hominum iudicia pro nihilo esse habenda, soliusque Dei iudicium esse expectandum, non solum quia falli non potest, sed etiam quia Dei iudicium causat discrimen, quo separatur bonus ab improborum grege. Vnde nulla inflatio, sed potius humilitas sequitur. Etenim quicumque inflatur adversus proximos, eo ipso gloriatur, quasi non acceperit, ut ostendimus sequenti disp. 35. sect. 11. Ideo rectè subiungitur: *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris?* &c. de quo infra.

Ex his constat argumentorum solutio. Ad primum respondetur. Illud verbum significat vtrumque, videlicet diiudicare, & separare. Ad secundum respondetur. Psalm. 49. *Discernere populum suum in die iudicij, est separare homines ab inivicem, sicut pastor segregat oves ab hedis,*

7.

8.

Augustini doctrina de causa praedestinationis quae accepta.

9.

10.

Matth. 25. atque ita intelligit S. Augustinus Psal. 49. Sed Psal. 67. *Discernere reges super eam, est super Ecclesiam Apostolos, Prophetas, Doctores, alios fideles variis Spiritus sancti muneribus inter se distinguere. Quod Augustinus in eum versum confirmat ex 1. Corinth. 4. Quis enim te discernit?*

11. Ad tertium. Antiquorum Patrum expositio non solum non pugnat cum nostra, sed etiam in illa clauditur.

Ad quartum respondetur. Illi Patres vsi sunt clarioribus verbis ad illud dogma confirmandum, prætermissis aliis, in quibus illa veritas latebat obscurior.

12. Secunda difficultas est, vtrum discretio, datum, acceptum, & gloriatio ab Apostolo referantur primariò ad dona supernaturalia, quibus iustificamur.

13. Docti recentiores in commentario ad præsentem versum 1. Corinth. 4. existimant, ex prima intentione Apostoli non pertinere ad supernaturalia dona iustificationis, ac prædestinationis, sed quod ad ea pertinet, rectè colligi ab Augustino per acumen, & perspicacitatem ingenij.

14. Probant ex contextu, & communi expositione sanctorum Patrum. Comprimit enim Paulus eorum superbiam, qui aduersus alios inflabantur, eo quòd à doctiore, sanctiore, aut eloquentiore baptizati fuissent, putantes se plus aliquid accepisse, vt exponit Ambrosius ibi: vel aduersus concionatores, & baptizantes, quos inflabant humana iudicia, per quæ cæteris præferbantur, tanquam eloquentia, & doctrinæ subtilitate præstantes: vt exponit Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Hieronymus.

15. Sed multò magis eiusdem Apostolicæ sententiæ sensum ampliant, qui existimant, intelligendam esse etiam de materialibus actionibus peccatorum, ad quas eliciendas vnum hominem ab alio diuina prædestinatione discerni, contendunt. Verùm quod attinet ad materiales peccatorum actiones, satis refutatum est tomo de voluntate Dei disp. 36. sect. 9. Nunc itaque solummodo differendum est contra priorè expositionem.

16. Sit igitur conclusio. Discretio, datum, acceptum, & gloriatio, quæ continentur in præsentem versum 1. Corinth. 4. Ex primaria intentione Apostoli referuntur ad supernaturalia dona prædestinationis, & iustificationis.

17. Probatur primò, quia naturalia dona licet conferantur à Deo, tanquam authore naturali; nihilominus non indigent gratia, sed plurima illorum obtinentur per vires naturæ. Quod si semel admittimus, de illis absolute verificari præsentem Apostoli sententiam: *Quis te discernit? Quid habes, quod non accepisti? Quid gloriaris?* &c. consequens est, penitus eneruari argumentum, quo Augustinus, Concilium Araucianum II. Gelasius I. Prosper, Fulgentius, & alij Patres inde colligunt indigentiam supernaturalis auxiliij. Huius autem illationis quanta sit vis, probatum est disp. 28. sect. 1. & præcedenti tomo de prouidentia disp. 5. sect. 8. multisque sequentibus disputationibus vsque ad 23. & iterum disp. 40.

18. Videndus est Augustinus de prædestin. Sanct. cap. 5. præsertim circa medium, & obseruanda sunt illa verba ad finem eiusdem capituli: *Ille itaque natura, in qui nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem; ipsa vero fides*

*discernit ab infideli fidelem. Ac per hoc ubi dicitur: Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? quisquis audeat dicere: Habeo ex me ipso fidem, non ergo accipi; profectò contradicit huic aperitissima veritati: non quia credere, vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humane; sed in electis præparatur voluntas à Domino.*

19. Idem de spiritu & litera cap. 33. initio ita quæstionem proponit: *Utrum voluntas illa, qua credimus, etiam ipsa donum Dei sit, an ex illo, naturaliter insito, libero adhibeatur arbitrio. Si enim dixerimus, illam non esse donum Dei, metuendum est, ne existimemus inuenisse nos aliquid, quod Apostolo increpanti, & dicenti: Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? respondere possimus: Ecce habemus voluntatem credendi, quam non accepimus. Ecce ubi gloriamur, quod non acceperimus. Vnde collige, quicquid ex illo, naturaliter insito, libero adhibeatur arbitrio, non esse donum Dei, neque acceptum à Deo in eo sensu, quem intendit Apostolus, secundum præsentem Augustini expositionem. Rursus lib. 2. de nuptiis, & concupiscentia, cap. 16. circa medium: *Alios, inquit, faciens tanquam vasa misericordie, quos gratia discernat ab eis, qui vasa sunt ire.* Discretio itaque refertur ad supernaturalia dona.*

20. Probatur secundò, simulque diluitur contrariæ sententiæ fundamentum. Nam vt comprimat superbiam siue baptizatorum, siue baptizantium, magistrorum, aut discipulorum, præstantissimam rationem adhibebit Paulus, si doceat, humana iudicia, subtilitatem, & perspicacitatem ingenij, & cætera omnia, quæ possunt naturæ viribus comparari, prorsus nihil esse, nihilque valere, vt vnum hominem ab alio discernant, discernant, atque cæteris præstantiorem reddant coram Deo, cuius vnus iudicium non potest falli. Vnde reuocantur eo Corinthij, vt de illis tantum donis cogitent, quibus Deus electos discernit à reprobis; & ita cogitent, vt Deo accepta referant, & illi soli gloriam adscribant, nihil inde sibi arrogantes.

21. Confirmatur, quoniam inter ea, de quibus inflabantur Corinthij, erant aliquæ gratiæ gratis datæ, veluti melius concionandi, atque docendi. Ab his autem proximior erat gradus ad supernaturalia dona, quibus iustificamur: similem quippe transitum facit in fine capituli 12. & 13. eiusdem epistolæ, cum post enumeratas gratias gratis datas, prouocat ad imitationem charitatis.

SECTIO II.

*Utrum solus Deus sit totalis, & adæquata causa discriminis, quo iustus discernitur ab iniusto.*

22. Affirmatiuam partem defendunt recentiores illi Doctores, qui supra disp. 29. sect. 2. dixerunt, Deum esse adæquatam, totalem, & solam causam conuersionis ad Deum, siue facientem, vt conuertatur. Quorum argumenta, quæ sumuntur ex præsentem testimonio Pauli 1. Corinth. 4. solentur sect. 3.

23. Pro decisione suppono. Discriminis illius, quod formaliter ac præcisè consistit in electione, atque prædestinatione, siue ad temporalem aliquam gratiam, siue ad finalem gratiam, atque gloriam, Deus

17.

18.

19.

1.

2.

Deus est totalis, & adæquata causa, nihil prorsus ad hoc concurrente, atque causante libera voluntate creata. Quam veritatem abundè probauimus supra tota disp. 8. peculiariter sect. 6. & tota disput. 10. 11. 12. & 13. quam etiam sequentes ibidem disputationes confirmant.

24. Vnde consequens est, etiam illius discriminis, quod formaliter, ac præcisè consistit in opportuna, & congrua vocatione secundum propositum, siue ad fidem solam, siue etiam ad contritionem, & charitatem, aliisque virtutes, Deum esse totalem, & adæquatam causam. Quia tota vocatio, totaque illius opportunitas & congruitas disponitur, & tribuitur à Deo, prorsus independenter ab exercitio libertatis humanæ: pertinet enim totum illud ad gratiam præuenientem.

25. Confirmatur, quoniam illud est medium, quo Deus infallibiliter obtinet prædestinationis finem; vnde sicut independenter à libero arbitrio decernit prædestinationem: ita etiam independenter à libero arbitrio adhibet illud medium, quo finem à se intentum infallibiliter consequatur.

26. Sed præsentis instituti proprium est illud discrimen iustorum ab iniuris, quòd formaliter consistit in actionibus credendi, sperandi, peccitendi, amandi Deum, & similibus. Atque huius discriminis Deum esse præstantissimam, & primam causam, nemo dubitat inter Scholasticos. Sed difficultas est, vtrum liberum arbitrium, tanquam causa minus principalis, & secundaria, verè concurrat ad idem discrimen causandum.

27. Sit igitur conclusio prima. Huius discriminis, quod formaliter consistit in actionibus credendi, sperandi, diligendi, &c. liberum arbitrium est secundaria causa, & minus principalis, habens in sua potestate impedire discrimen illud, vel non impedire, sed cooperari cum Deo ad illud discrimen causandum. Quapropter Deus non est sola, totalis, & adæquata causa istius discriminis. Vt commodius prima probeatur, subiicito conclusionem secundam. Homo per liberum arbitrium est principalis, sola, totalis, & adæquata causa discriminis, quo peccator ex parte sua discernitur à iusto. Quemadmodum Iudas fuit principalis, sola, totalis, & adæquata causa discriminis, quo discernebatur à cæteris Apostolis; & de hæreticis Thadæus Apostolus: *Hi sunt, ait, qui segregant semetipsos, id est, separant per hereses, & schismata, vt exponit ibi S. Thomas.*

28. Ratio à priori est, nam ille est causa discriminis, quantum est ex parte sua, qui determinat ad vnam partem, qua separatur, & discriminatur ab altera; sed solus homo per liberum arbitrium se ipsum determinat ad peccatorum actiones, quibus separatur, & discriminatur ab hominibus iustis: ergo solus homo per liberum arbitrium est causa discriminis, quo peccator ex parte sua discernitur à iusto.

29. Confirmatur primò, quoniam Deus nullo modo est causa istius discriminis, quippe qui nullo modo determinet, aut impellat ad formalem rationem malitiæ, nec ad materiales actiones, quas necessariò consequitur: vt probatum est tomo de voluntate Dei à disp. 27. vsque ad 30. Dæmon verò, aut homines illius instrumenta, quauis possint esse morales cause, inducentes ad illud discrimen: cæterum ad illud nihil possunt phylicè influere.

3. Congrua vocationis discriminem.

4. Discrimen iustorum ab impijs.

5. Conclusio 1. Huius discriminis liberum arbitrium secundaria causa.

Conclusio 2.

Confirmatur secundò, nam istius discriminis illa est totalis causa, quæ est totalis causa non conuersionis, & impediendi auxiliium efficacis, sed huius totalis causa est liberum arbitrium, supra disp. 31. sect. 2. 3. & 4.

30. Hinc igitur regredior ad primam conclusionem probandam. Primò, quoniam illud discrimen, quod formaliter consistit in actionibus credendi, sperandi, ac diligendi, Deus ita causat, & ita pios homines discernit ab impijs, vt integram eisdem relinquat potestatem, arbitrio suo se ipsos totaliter discernendi, atque separandi à iustis per electionem mali: ergo Deus non determinat, neque discernit totaliter iustos ab impijs, sed dependenter ab eo, quòd iusti liberè non eligant ab electorum grege transfugere ad gregem impiorum. Consequentia probatur, quoniam si Deus totaliter determinaret, atque discerneret eos, qui manent in numero iustorum, consequens esset, eo ipso per Dei prouidentiam determinatos manere omnes iniquos, ne transeant ad sortem iustorum. Quapropter iam non illi se ipsos segregant, separant, atque discernunt per actiones peccatorum, sed illas eliciunt, quoniam supponuntur per Dei prouidentiam iam separati à grege iustorum.

31. Probatur secundò: nam quicumque mouet, atque determinat ad conuersionem per actus fidei, spei, & charitatis, eo ipso est causa discriminis piorum ab impijs, quod in illis actibus formaliter consistit: at homo se ipsum secundariò post Deum mouet, atque determinat ad prædictos actus, vt probatum manet septem præcedentibus disputationibus. Vnde Anselmus lib. de concordia præscientiæ, & prædestin. cum libert. cap. 1. inter med. & fin. *Sola voluntas, inquit, determinat ibi, quid teneat, nec aliquid facit vis necessitatis.*

32. Probatur tertio, nam in presenti discernere est separare ab impiorum grege: at hominem per liberum arbitrium separare se ipsum, supposita diuina gratia, constat Esdræ 1. cap. 6. *Et comederunt filij Israël, qui reuersi fuerant de transfiguratione, & omnes, qui se separauerant à coingnatione gentium terre ad eos, vt quærerent Dominum Deum Israël. & lib. 2. Esdræ cap. 10. Et omnes, qui se separauerunt de populis terrarum ad legem Dei. Isaïæ 52. Videbunt omnes fines terre salutare Dei nostri. Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere: exite de medio eius: mundamini, qui fertis vasa Domini. Quod idem secundum interpretationem Septuaginta citat Apostolus 2. Corinth. 6. dicens: *Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus. Quapropter homines, qui versantur adhuc in numero impiorum, possunt per liberum arbitrium, supernaturalibus auxilijs sussultum, se ipsos ab impijs separare, atque discernere per pias operationes.**

33. Probatur quartò, quoniam quicumque ex æqualibus hominibus facit inæquales, discernit vnum hominem ab alio; sed non solum Deus per gratiam, verùm & homo per liberum arbitrium secundariò, & minus principaliter facit ex æqualibus hominibus inæquales: ergo non solum Deus per gratiam, sed etiam homo per liberum arbitrium discernit. Minor traditur à multis Patribus alibi referendis, potissimum ab August. qui lib. 12. de ciuit. cap. 6. post med. proposito casu, quo duo equaliter affecti animo & corpore videantur

7.

8.

9.

10.

Qui ex æqualibus inæquales facit, eos discernit.

unius corporis pulchritudinem. Quam magis vrget postea, si eadem tentatione ambo tententur, & unus consentiat, alter idem, qui fuerat, perseveret; quid aliud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate descere? Unde, nisi propria voluntate? quam inæqualitatis causam in superiori, & inferiori contextu confirmat.

11. Idem autem lib. de prædestinat. & grat. cap. 15. comparat, vt æquales Nabuchodonosorem, atque Pharaonem, ac subdit: *Quid ergo sine eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus, manum Dei sentiens in recondatione propria iniquitatis ingemit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio.* de quo plura dicemus disput. 42. sect. 4. Rursus de corrept. & grat. cap. 11. de Angelis ita loquitur: *Cadentibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt.*

12. Bassilius ad illa verba Psalm. 61. *Mendaces filij hominum in stateris;* ait: *Que ad instruemendam vitam eligenda veniunt, per liberum arbitrium discernimus; quod & stateram nominavit, quod momentum æquale ad utramlibet possit capere.* Obserua voces illas discernimus, & æquale.

13. Probatur quintò ex altero membro eiusdem sententiæ Pauli, quia ille idem discernit, cuius est bonum; sed bonum est Dei vt dantis, & hominis etiam est proprium vt liberè accipientis, infra sect. 4. 5. & 6. ergo licet Deus discernat, vt dans bonum; nihilominus etiam homo secundariò se ipsum discernit, vt liberè accipiens.

Confirmatur, nam qui licetè gloriatur in Domino, quoniam ab eo liberè acceperit, ille secundariò se ipsum discernit. At homo licetè gloriatur in Domino, quoniam ab eo liberè acceperit, infra tota sequenti disp. Ergo homo secundariò se ipsum discernit.

14. Probatur sextò, nam causa partialiter faciens, vt peccator conuertatur ad Deum, partialiter eum discernit à peccatoribus; sed homo per liberum arbitrium est causa partialiter faciens, vt ipse conuertatur ad Deum; vt probatum est tota disp. 29. Ergo homo per liberum arbitrium partialiter se ipsum discernit à peccatoribus.

Confirmatur primò, nam licetè recuses, appellare partialem causam, dummodo concedas, esse causam in suo genere totalem, & liberè se determinantem ad conuersionem, id sufficit, vt homo se ipsum discernat.

Confirmatur secundò, quoniam in aliquo sensu verum est, atque sacris literis, & Patribus consonum, propterea peccatorem conuerti, quoniam vult, supposita gratia excitante, atque oblata sibi gratia cooperante; vt ostendimus disput. 31. sect. 4. Ergo in eodem sensu verum erit, propterea hominem, qui conuertitur, discerni ab obstinatis, quoniam liberè vult.

15. Probatur septimò, quia licetè totum bonum tribuendum sit Deo tanquam authori; nihilominus idem bonum est nostrum, & à libera cooperatione dependens, vt ostendimus tota disput. 27. & 28. Sed per illud bonum discernitur iustus ab impio; ergo discretio ista, separans iustum ab impio, non ita est solius Dei, vt non sit etiam nostra, & à libera cooperatione dependens.

Ponderatione digna sunt, ad hoc ipsum probandum, Augustini verba lib. 83. questionum quæst. 68. prope finem: *Est quisquam sibi tribuit, quod venit vocatus; non sibi potest tribuere, quod vocatus est.* Admittit igitur Augustinus aliquid esse

Homo per liberum arbitrium facit, ut ipse conuertatur ad Deum.

Licetè bonum sit Deo tribuendum, tamen nostrum est.

quod quisquam sibi tribuat, videlicet, quod veniat, supposita vocatione Dei, quamuis hoc ipsum paulo superius notasset, esse referendum in Deum, tanquam in primam causam, cum ait: *Nec illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt; nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam, vt venerent, vocati erant in libera voluntate.* Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Sed de hoc dicemus in fine præsentis sect.

16. Probatur octauò, quia per sigillum gratiæ iustificantis iustus à peccatoribus; sed sigillum gratiæ iustificantis non imprimit Deus, nisi dependenter à libero proposito voluntatis; ergo iustus à peccatoribus Deus non discernit, nisi dependenter à libero proposito voluntatis. Minor probatur ex Cyrillo Ierosol. catech. 1. in medio, dicente: *Quomodo qui milites sunt conscripturi, & aetatem & corpora deligentorum ad pugnam diligenter excutunt: sic & Dominus, delictum faciens animarum, voluntates illarum scrutatur, ac si quam hypocrisis deprehenderit occultam, rejicit hominem, tanquam ad veram illius militiam non idoneum, si verò dignum inuenit, huic liberè confert gratiam. Non dat sancta caribus, sed ubi bonum videt propositum, illic sanctum sigillum, & admirandum imprimit. Quam sententiam à qualibet suspitione Semipelagiani erroris liberam esse, constat ex dictis præced. tom. de prouid. disp. 28. sect. 3.*

17. Probatur nonò, nam Iacob, & Esau proponuntur ab Apostolo, tanquam illustrius quoddam exemplum prædestinationis, & reprobationis, antequam quidquam boni egissent, aut mali. Et quamuis ad huiusmodi separationem, discretionemque causandam, neutrius libertas concurrerit; cæterum ad executionem discretionis, siue discriminis, quo disponuntur ad iustificationem, supposita præueniente gratia, cooperatur liberum arbitrium Iacobi. Quod sapienter adnotauit Gregorius in Ezechielem homil. 6. prope initium, dicens: *Maiore filio tardante, minorem Rebecca supponit: quia dum Iudaicus populus bona opera foris querit, Gentilem populum mater gratia instruit, vt omnipotenti Patri cibum boni operis offerret, benedictionemque maioris fratris acciperet.* Vbi præterea notandum est, Iacobum prius, quod ex se erat, recusasse, postea verò matris suauis liberè cooperatum fuisse.

18. Tertia conclusio. Quod in prima, & secunda conclusione dictum est de causa discernente, ac separante à malo, & de causa discernente, atque separante à bono, idem intelligendum est de causa discernente, & separante à minus bono ad magis bonum, & de causa discernente & separante à magis bono ad minus bonum. Quapropter licetè Deus sit totalis causa; prædestinans ad perfectius bonum, & maiorem intensionem illius, & consequenter etiam sit totalis causa vocationis secundum propositum congruè & opportunè, cui præcitur adhibendum esse intensiorem conatum; nihilominus huius discriminis, quod formaliter consistit in eo, quod intensiores, aut magis extensos, aut magis diuturnos, aut plures actus fidei, spei, charitatis, aut aliarum virtutum elicias, liberum arbitrium est secundaria causa, & minus principalis, habens in sua potestate impedire discrimen illud, vel non impedire, sed cooperari cum Deo, ad illud discrimen causandum. Quapropter Deus non est sola, totalis, & adæquata causa istius discriminis.

Rursus

16. Sigillum gratiæ iustus à peccatoribus discernens.

17. Iacob, & Esau prædestinationis, & reprobationis exemplum.

18. Conclusio 3. Liberum arbitrium secundaria causa discernens à minus ad magis boni.

19. Rursus homo per liberum arbitrium est principalis, sola, totalis, & adæquata causa illius discriminis, per quod minus sanctus discernitur à magis sancto, in quantum hoc discrimen formaliter, ac præcisè consistit in priuatione maioris sanctitatis, quantum ad eum gradum, ad quem Deus offerebat auxilium sufficiens, & paratus erat concurrere, nisi per hominem staret. Sunt enim iustus omnibus per Dei gratiam possibilia maiora semper sanctitatis incrementa, & omnibus imminet quoddam genus obligationis ad proficiendum, vt probabimus infra disp. 48.

20. Conclusio 4. Discrimen procedens à libero arbitrio secundariò principaliter procedit à Deo.

Quarta conclusio. Causa discriminis, quam, diximus, à libero arbitrio procedere secundariò, & minus principaliter, vt iustus se ipsum discernat ab impijs, vel à minus iustis, eadem ipsa magis principaliter procedit à Deo, & refunditur vltimatè in Deum tanquam in primam causam. Probatur primò, quoniam ipsum actualiter concurrere per liberum arbitrium, est effectus Dei, & gratia, etiam qua ratione procedit à libero arbitrio: vt probatum est disput. 27. sect. 6. 7. & 8. Ergo discriminatio, siue discretio, etiam qua ratione procedit à libero arbitrio, est effectus Dei, & gratia; ac proinde vltimatè reuocatur in Deum, tanquam in primam causam discernentem.

Confirmatur, quoniam Deus facit, vt liberum arbitrium velit, & faciat se ipsum à peccatoribus discerni, atque separari, vt probatum est tota disp. 28. præsertim sect. 1. & 2. Atque id constat ex testimonio Augustini lib. 83. quæst. q. 68. quod retulimus supra.

SECTIO III.

Contra partialem causalitatem discernendi seipsum, quam libero arbitrio concessimus, argumenta, & solutiones.

1. PRIMUM argumentum accipitur ex Augustino de prædestinat. Sanct. cap. 5. dicente: *Numquid per hæc dona, qua omnibus communia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus? Ac si diceret: minime quidem. Et subiungit Augustinus: Dixit enim Apostolus: Quis enim te discernit? Et quia posset dicere homo iniquus: Discernit me iustitia mea, fides mea, vel si quid aliud; talibus occurrens cogitationibus bonus Doctor addidit: Quid autem habes, quod non accepisti? A quo, nisi ab illo, qui te discernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi?*

2. Secundum argumentum, quia diceret ille, qui conuertitur: Deus non me discernit ab altero, qui non conuertitur; cum æquales nos fecerit, æqualia dona conferens: sed ego me discerno, quia superaddidi velle me bene vti diuino auxilio.

3. Tertium argumentum, quoniam Apostolus non solum intendit docere, Deum esse causam magis principalem, sed etiam esse totalem, & integram causam, in quam debet tanquam in primam radicem reuocari, quidquid iustum discernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi. Quod ostendunt, inquit, illa verba: *Quid habes.* Et ratione confirmat, quoniam bonus vltus liberi arbitrij, etiam sub ea ratione, qua emanat à libero arbitrio, reducendus est in Deum.

4. Quartum argumentum; alijs enim Aposto-

lus non dixisset absolute, & sine vilo addito: *Quis te discernit?* sed addidisset: *Quis te discernit tanquam causa principalis?* Et confirmat, quoniam homo respondere potuisset: *Influxus liberi mei arbitrij me discernit,* quamuis minus principaliter, ac per consequens gloriari potero, quantum ad istum influxum, in me ipso, & non in Deo. Alia prætermittimus, quoniam alibi iam sunt diluta.

Ad primum responderetur. Deus actum fidei, aut actum charitatis non donauit alteri, quem tamen donauit tibi, & ea ratione te discernit ab eo: verum ita discernit, vt alter sit totalis causa non accipiendi fidem, & charitatem, per quam resistentiam discernitur à te; sed Deus sit principalis causa, vt tu accipias actum fidei, & charitatis, ea præsertim ratione, quoniam donauit vocationem secundum propositum, cæteraque remedia salutis, quibus præsciebat, fore, vt adhiberes consensum. Adde quod vt plurimum clariiores, aut magis assidue illustrationes, & potentiores inspirationes tribuuntur illi, qui conuertitur.

Ad secundum responderetur. Non est præsentis temporis, neque loci disputare, quale sit illud genus æqualitatis, quod aliquando contingit duobus hominibus, quorum vnus conuertitur, sed alter non conuertitur, nimirum an illorum dona contingat esse æqualia quantum ad intrinsecam, & realem entitatem, & quantum ad vires realiter actiuas. Ad argumenti solutionem sufficit inæqualitas quantum ad illam singularissimam gratiã, atque misericordiam, qua Deus voluit ea conferre vni homini, quando, & vbi sciebat, liberum arbitrium fore cooperaturum. Quapropter duos homines, de quibus loquimur, Deus non fecit omnino æquales.

7. Hanc solutionem satis indicat idem Augustinus non solum in alijs clarioribus locis, quos referemus alibi, sed etiam in eodem cap. 5. de prædestinat. Sanctor. quod nobis obiicitur. Nam prope finem: *Ipsa fides, inquit, discernit ab infidelibus fidelem.* Cum autem, ad fidem, certum sit, liberum arbitrium concurrere vt causam verè & propriè efficientem; consequens est concurrere ad illud discrimen, quod discernit ab infideli fidelem. Quod statim obseruat Augustinus, & addit supremam rationem discernendi, quæ tribuitur Deo, videlicet, congruam vocationem, seu gratiam præuenientem, cum ait: *Non quia credere, vel non credere non est in arbitrio voluntatis humana, sed in electis preparatur voluntas à Domino: ideo ad ipsam quoque fidem, qua in voluntate est, pertinet. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Perpende causalem dictionem ideo.* Vnde constat, præuenientem gratiam, qua preparatur voluntas, esse rationem, & causam, propter quam ad ipsam quoque fidem pertineat: *Quis te discernit? Quod idem constat ex alijs plurimis locis Augustini, eandem discretionem ponderantibus.*

8. Respondetur secundò, quamuis per impossibile Deus fecisset duos homines prorsus æquales non solum quoad intrinsecam, & realem entitatem donorum, sed etiam quantum ad extrinsecam ordinationem ad illorum consensum liberum, prorsus ignorans, quis illorum adhibiturus esset consensum, si præbeantur illi talia dona; nihilominus qui conuertetur ex illis, omnino falsò diceret: Deus non me discernit

5. Quia ratione Deus discernit.

6.

7.

8.

ab



Exemplo illustretur solutio.

ab altero, sed ego solus, aut ego primario me discerno. Quod manifestum fiet exemplo. Si enim duobus captiuis aliquis potentissimus Imperator obtulisset singulis mille milliones talentorum auri, quibus se ipsos redimerent, & in patriam redentes fierent consortes imperij; ceterum ex parte singulorum opus esset ad redemptionem, vix vnum obolum offerre, aut actionem, cuius valor esset vnus oboli: tunc illorum vno recusante redemptionem, ac refutante pretium; si alter admitteret, & offerret actionem tam exigui valoris, & ea ratione compos fieret mille millionum auri, atque libertatis, & regni, foret ingratus, & impudentissimus, si diceret: Imperator non me redemit, neque discereit à captiuis, sed ego solus, aut ego principaliter me redimo, atque discerno à captiuis.

9. Quod si solummodo affirmaret: Ego me secundario, & multo minus principaliter discerno à captiuis, conferendo aliquid, quod est longè inferioris virtutis, atque valoris, quam quod Imperator contulit, recte diceret. Est autem superior alia & peculiaris ratio in Deo. Nam etiam vnus obolus, siue concursus pretij, quod ex se est, perexigui, quem liberum arbitrium confert, vt se discernat ab impijs, reuocatur in Deum, tanquam in primam, & principalem causam illius, & quæ voluntatem impellit ad illum præstandum.

10. Discretio iusti à peccatore veluti er in Deum tanquam in primam radicem & quomodo.

Ad tertium responderetur. Discretio, & separatio iusti à peccatore, etiam sub ea ratione, qua secundario, & minus principaliter procedit à libero arbitrio, reducit in Deum, tanquam in primam radicem, & primam causam illius; sed non tanquam in causam totaliter determinantem. Nec Apostolus ibi docuit, Deum esse totalem, & integram causam, totaliter separatam, & discernentem independentem ab exercitio libertatis; sed potius satis significauit oppositum: vt cepimus ostendere sectione præcedenti, & magis constabit tribus sectionibus sequentibus, & tota sequenti disputatione. Verum alibi clariùs adnotauit Apostolus, liberi arbitrij cooperationem ad causandum discrimen, ac discretionem: vt 1. Corinth. 15. cum ait: *Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Vnde Augustinus, & ceteri Patres colligunt, liberi arbitrij cooperationem esse simpliciter necessariam, siue ad laborandum simpliciter, quo laborans discernitur à non laborante, siue ad laborandum abundantius, quo discernitur à minus laborante.

11.

Ad quartum responderetur, scholasticas distinctiones alienas esse à Scriptura facta, nec de cuius Spiritum sanctum illas adhibere, sed in varijs libris, varijsque locis eorumdem librorum plurimas propositiones spargere, quarum collatione pie mentes instruerentur, & alia permitterentur excæcari. Cuius providentiæ plurima exempla vidimus tota disp. 3. vbi Scripturæ sacræ varijs in locis, quibus in speciem pugnare videbantur, se inuicem exponunt, cum eandem operationem nunc Deo, nunc hominibus tribuunt. Et disp. 27. sect. 1. non solum Scriptura sacra, sed etiam Patres disertis verbis affirmant, totius boni Deum esse causam, totumque Deo tribuendum; cum tamen ibidem sect. 2. 3. 4. & 5. eadem Scriptura, iidemque Patres doceant liberum arbitrium aliquid operari, & propterea bonum esse proprium illius.

Non est igitur quærendum, vt Scriptura, & Patres singulis quibusque sententijs adhibeant eorum commentaria, vel temperamenta. Quid enim relinquerent sacris expositioibus, atque disputatoribus? Alioqui Matth. 19. Marci 10. & Luca 18. Christus Dominus quando dixit: *Nemo bonus, nisi solus Deus;* debuilset dicere: *Nemo bonus à se ipso, nisi solus Deus.* & Matth. 23. quando dicit: *Vnus est magister vester.* & rursus: *Vnus est Pater vester, qui in caelis est.* excludens ceteros patres, & magistros, debuilset exponere, solum Deum esse primum patrem, & magistrum à se ipso, & non per participationem.

Ad confirmationem responderetur. Influxus liberi arbitrij minus principaliter discernit; nihilominus non potest homo in ipso, & non in Deo gloriari. Sed propter illum influxum potest in Deo gloriari, quoniam illum accepit à Deo: vt saepe diximus. Et quod attinet ad gloriam magis constabit tota sequenti disp. 35. præsertim sect. 4. & sequentibus.

SECTIO IV.

*Libera potestas accipiendi, & non accipiendi dona, quæ Deus offert, colligitur ex presenti testimonio Pauli.*

1. Absoluto priori membro sententiæ Apostolica, veniamus ad secundum, videlicet: *Quid habes, quod non accepisti?* Sit igitur conclusio: Omnia pietatis opera licet sint solus Dei vt dantis; nihilominus sunt Dei & hominis tanquam accipientis, cum possent non accipere, sed refutare. Hec est vnus ex præcipuis rationibus conciliandi eas sententias, quæ videntur inter se pugnare in sacris litteris, & apud eorum expositores, quas retulimus disp. 27. sect. 1. præcipue illas: Nihil boni est nostrum, neque proprium, videlicet quasi non acceptum à Deo. Aliquid boni est proprium, & nostrum, videlicet quasi per liberam cooperationem acceptum à Deo. Nihil libero arbitrio, sed totum tribuendum est Deo, videlicet quasi danti. Aliquid tribuendum est arbitrio, nempe quasi libere recipienti, cum possent non recipere.

1. Libera potestas accipiendi, & non accipiendi dona.

2. Pro cuius probatione præmittitur, tres actus esse correlatiuos, dare, accipere, & habere, & eorum trium duplicem esse vsum. Nam proprie, & strictè sumpto, præsertim accipere, & habere, important liberam cooperationem arbitrij susipientis, & habentis: nihilominus largiùs, & minus proprie sumpta significant quemcumque modum recipiendi, & habendi abstrahendo à libero complexu donorum. Duplex hæc acceptio colligitur aperte ex sacris litteris. Nam Matth. 25. *Qui vnum talentum acceperat, abscondit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.* Ergo qui per liberum arbitrium non est cooperatus diuinæ gratiæ, dicitur etiam accepisse talentum. Quemadmodum etiam Luca 19. *Atina tua, quam habebat, reposita est in sicario.* Vnde constat, vt ille diceretur habere, non fuisse necessariam liberi arbitrij cooperationem.

2. Ante probationem aliquæ præmittitur.

3. Sed valde notandum est, quod ille non simpliciter habere dicitur, sed quodammodo secundum apparentiam, & existimationem propriam. Propterea quippe Matth. 25. præcipitur: *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta*

3. talenta

lenta. *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo.* & Luca 8. *Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Est igitur diminutum genus habendi, cum habendi negatione permixtum sine libera donorum acceptatione possidere.

4.

Ad vtrumque modum dandi, & accipiendi pertinet, quod Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 8. initio postquam præcedenti cap. citauerat verba, quæ tractamus ex 1. Corinth. 4. ita infert: *Datur ergo vnicuique sine merito, vnde tendat ad meritum: & datur ante vllum laborem, vnde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem. Quod ita esse, etiam ex Evangelica veritatis testimonio agnoscitur. Vbi per comparationem dicitur, quod homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis substantiam suam, & vni dedit: quinque talenta, alij autem duo, &c.*

5.

Ampliozem illum tribuendi & accipiendi sensum legimus etiam apud Augustinum de seruitute, & litera cap. 33. sub initium, cum dicit: *Liberum arbitrium naturaliter attributum à creatore anima rationali.* & post pauca: *De libero arbitrio, quod naturaliter, cum crearetur, accepit.* In hac enim attributione & acceptance consensus libet interuenire non potuit.

6.

Vtramque significationem accipiendi clariùs adnotauit Damascenus in dialogo contra Manichæos multo propinquius ad fin. quàm ad med. dicens: *Vt nos simus, non in voluntate nostra suum est accipere: vt autem beati simus, in nostro arbitrio consistit, videlicet accipere.* Quocirca si velimus, ac cupiamus, ipsius bonitatis participes erimus. Est præterea notanda significatio alia, quæ mixta videtur ex vtraque, licet magis accedat ad primam, quatenus in ipso accipiendi actu non interuenit libertatis vsum, licet illum præcedat. Sic Hieronymus epist. ad Cresiphont. colum. 4. ait: *Nos debere orare, vt accipiamus quotidie, quod semel acceptum in nostra sit potestate.* videlicet, adiutorium Dei.

7.

Probatio 1. Accipere ad opera pietatis relatum, quo passio summar.

Ex quibus omnibus sumitur prima probatio conclusionis: quoniam accipere, quoties refertur ad opera pietatis, sumitur secundum propriam & strictam significationem, quæ denotat potestatem recipiendi, & non recipiendi. Sed Apostolica interrogatio: *Quid habes, quod non accepisti?* refertur ad opera pietatis, vt ostendimus sect. 1. difficultate 2. Ergo in ea sumitur accipere secundum propriam, & strictam significationem, quæ denotat potestatem recipiendi, & non recipiendi.

8.

Probatio 2. Quomodo scriptura Scriptura Deo dare tribuat.

Probatur secundò, quoniam Scriptura sacra sic Deo tribuit dare, vt homini tanquam proprium concedat accipere. Quod in primis constat ex præfenti sententia Pauli, affirmantis te accepisse quidquid habes. Itaque non Deus accepit, sed tu accepisti. Eccles. 2. prope init. *Inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus.* & infra: *Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe.* & cap. 5. 1. *Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam: multam inveni in me ipso sapientiam, & multam profeci in illa. Danti mihi sapientiam dabo gloriam.* Ioan. 17. Christus Dominus his Patrem alloquitur: *Verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti.* Vbi cum accipere Christi Domini verba sit credere, non potest esse sine libero consensu: sicut fides non est sine consensu libero.

Rursus de Prædestinatione.

Confirmatur primò 2. Corinth. 8. *Quoniam exhortationem, inquit, suscepit, sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos, videlicet Titus.* Vbi Chrysostr. hom. 18. prope init. *Et vnde manifestum est,* inquit; *quod Deus illum adhortatus est? Quia adhortationem accepit, & cum esset diligentior, sua sponte ad vos venit. Vide, quomodo & illum, ostendit, quæ sua sunt, facere non aliter rogatum: & cum dixisset Dei gratiam, non permittit, Dei totum esse.* Conferenda sunt hæc postrema verba cum plurimis testimonijs Chrysostr. constanter assentatis, Dei esse totum; quorum aliqua retulimus disp. 27. sect. 1. vt discas, non ex vno, aut altero tantum loco mentem Sanctorum Patrum venari. OEumenij ponderatio in eundem locum Pauli ferè nihil discrepat ab ea, quam nuper retulimus ex Chrysostr. D. Thomas in commentar. exhortationem recipere sic declarat: *Quia quando rogati eum, ipse consentit exhortationi meæ.*

9.

Confirmatur secundò, quoniam non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo, Ioan. 3. Sed opera pietatis, & æterna vita non dantur sine libero consensu voluntatis humanæ: ergo non accipiuntur sine libero consensu. Minor constat Ecclesiastici 15. *Quod placuerit ei, dabitur illi.* Vbi libertatis indifferentiam contineri probatum est tomo de Scientia Dei disp. 39. præsertim sect. 8.

10.

Tertia probatio sit, quoniam, apud Tridentin. sess. 6. cap. 5. tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, homo ipse aliquid agit, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abicere potest. Quartò probatur ex Patribus, præsertim Augustino serm. 7. de verbis Apostoli prope initium, dicente: *Hoc à Deo petit, quod ab hominibus exigit; quia vt Deus velit dare, debes & tu ad accipiendum accommodare voluntatem.* Quomodo vis accipere gratiam diuinæ bonitatis, qui suum non aperis voluntatis? Idem serm. 233. de tempore paulo post princip. *Si vis tenere, quod non habes, dimitte quod habes, vt amor Christi sit in corde tuo. Ecce petis à Deo, & dicit, Domine da mihi. Quid tibi dabit; qui aliunde manus tuas videt occupatas? Ecce Dominus vult dare quæ sua sunt, & non habet vbi ponat, &c.*

11.

Probatio 3.

Probatio 4. ex Patribus.

Sed lib. de Spiritu & litera, cap. 33. magis ex professo discutit rationem, ob quam verificatur etiam de voluntate credendi, hominem nihil habere, quod non accepit. Vnde cap. 34. concludit: *Non ideo tantum istam voluntatem diuino muneritribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est; verum etiam quod visiorum suasionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus.* Et postquam explicuit non solum externam prædicationem, sed etiam internam vocationem, suasionem, & gratiam præuenientem: vt impensius lectoribus commendaret libertatis indifferentiam, semel & iterum repetit: *Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria voluntatis est. Quæ res non solum non infirmat, quod dictum est: Quid enim habes, quod non accepisti? verum etiam confirmat. Accipere quippe, & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, Dei est; accipere autem, & habere, etiam accipientis, & habentis est.* Apud Augustinum igitur, accipere, & habere non est solius Dei, sed est etiam accipientis, & habentis per Dei gratiam, & libertatis indifferentiam, ratione cuius propria voluntatis est consentire vocationi Dei, vel

12.

Apud Augustinum accipere est Dei dantis, & hominis accipientis.

ab illa dissentire. Atque hoc totum non solum non infirmat, quod dictum est: Quid enim habes, quod non accepisti? verum etiam confirmat. Consonat de natura & grat. cap. 64. cum ait: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, quod utique non erant per naturam, neque omnino essent, nisi eam recipiendo accepissent per eius gratiam huiusmodi potestatem.

13. Cyprianus in lib. de exhortatione Martyrum cap. 10. fine: Vnusquisque, inquit, secundum Dominica promissa, & fidei sua merita tantum accipit de Deo, quantum se credit accipere. Nec est, quod omnipotens prestare non possit, nisi accipientis fides caduca defecerit. Cyrill. Ierolym. catech. 1. in medio ait: Quis itaque spirituale hoc signaculum, & salutare accipiunt, opus est, voluntarie id faciant; ut enim calamus scriptorius, aut telum, ut ab aliquo impellatur necesse est: sic & gratia indiget credentibus, videlicet tanquam secundario mouentibus, & determinantibus. Vnde post pauca subdit: Ipsius quidem est, qui lucem omnibus adfert, plantare, & rigare; tuum vero fructum facere: Dei est gratiam conferre; tuum vero acceptare, & custodire.

14. Cyrillus Alexandrinus lib. 8. thesauri cap. 1. in medio: Est, inquit, natura humane proprium accipere. Quid enim habet, quod non accepit? ut scribitur. Ecce Cyrillus ex presenti sententia Pauli colligit, non solum Dei per gratiam opus esse accipere, sed hoc esse rationalis nature proprium propter libertatis indifferentiam, qua non polent irrationalia cuncta; & ideo, proprie, & strictè loquendo, nihil accipere possunt. Damascenus in dialogo contra Manichæos propinquius ad finem, quam ad med. dicit: Deus omnibus bona fundit: qui vult, accipit.

15. Prosper lib. 1. de vocat. gent. c. 6. ad finem: Qui adhaeret, inquit, Deo, vnus spiritus est, dum per communionem illuminantis, & illuminati, iustificantis, & iustificati, regentis, & subditi, omnis actio ad vnum refertur. Et quod ad vnum refertur, vtriusque est, quia nec à Deo alienari potest, quod dedit, nec ab homine, quod accepit. Non igitur alienum, sed proprium est hominis tanquam accipientis, quod est proprium Dei tanquam dantis: nihilominus totum refertur ad Deum tanquam ad primum, & principale principium, & vltimum finem. Isidorus lib. 2. sentent. c. 5. prope med. Sciendum, inquit, quod & nostra sit iustitia in his, que rectè agimus, & Dei gratia, eo quod eam mercamur: hoc enim & dantis Dei, & accipientis est hominis; sicut & panem nostrum dicimus, quem tamen à Deo accipere postulamus. & versus finem eiusdem capituli ait: Vitam ergo optime diuinis beneficijs, quatenus & Deum non panitcat deesse; & nobis, accepisse, sit vile.

16. Bernardus tract. de grat. & lib. arb. prope init. Deus, inquit, author est salutis, liberum arbitrium tantum capax: neque dare illam, nisi Deus; neque capere valet, nisi liberum arbitrium. Quod ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quam absque gratia dantis. Cui consonat, quod in eiusdem tractatus col. pen. concedit: Hoc totum liberi arbitrii opus, hoc solum eius est meritum, quod consentit. Sed ita temperat, ut consensus non sit ex nobis, licet non sit sine nobis. Rectè proinde Hugo Victorin. in Elucidario quaest. circa epist. ad Rom. q. 241. Voluntas, inquit, humana & hominis est, sed tanquam accipiens: & Dei, sed tanquam dantis, & authoris. Rem magis scholasticè distinxit Alexander 1. p. q. 28. memb. 2. art. 2. fine, dicens: Tota causa effectiua principaliter est apud

Deum; sed tota causa susceptiua non est apud Deum; non enim cogit nos saluari. Sed id clariùs, atque profundius S. Thomas citandus secl. sequenti.

SECTIO V.

Eadem recipiendi, & non recipiendi possibilitas corroboratur rationibus, & explicatur magis.

PRIMA ratio fundatur in accipientis merito, atque in demerito, & reatu non accipientis: quæ duo supponunt, potestatem accipiendi, & non accipiendi non esse ligatam antecedenti necessitate. Vnde Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 15. fine: In omnibus, inquit, defectibus, aut non acceperunt ultra esse, que deficiunt, & nulla culpa est: sicut & cum sunt, quia non acceperunt amplius esse, quam sunt; nihilominus nulla culpa est: aut nolunt esse, quod si vellent, esse acciperent: & quia bonum est, reatus est, si nolint. Vnde colligitur, in peccatorem rectè quadrare huiusmodi reprehensionem: Actualem operationem credendi, vel poenitendi, aut amandi non accepisti, quia noluisti, quam si velles, acciperes; & propterea reatus est, si nolis.

Potestas autem accipiendi, si voluisset, à gratia sufficienti dabatur. Propterea in sequenti c. 16. subdit: Ex eo igitur, quod non accepit, nullus reus est: ex eo vero quod non facit quod debet, iuste reus est. Debet autem, si accepit & voluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem.

Sed redeamus ad rationem, quam in principio sectionis proposuimus, & S. Thomas ita sapienter explicat 3. p. q. 19. art. 3. in principio corporis: Hoc dicitur aliquis habere per se ipsum, cuius est sibi aliquomodo causa. Prima autem causa omnium bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus. Et per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per se ipsam, secundum illud 1. Corinth. 4. Quid habes, quod non accepisti? Potest tamen secundario aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi, in quantum scilicet in hoc ipso Deo cooperatur: & sic ille, qui habet aliquid per meritum proprium, habet quodammodo illud per se ipsum. Vnde nobilius habetur id, quod habetur per meritum, quam id, quod habetur sine merito. Ergo licet habeas nihil, quod non acceperis secundum Apostolicam sententiam, quam tractamus; adhuc erit tibi secundaria causa alicuius boni habendi, nimirum accipiendo, & liberè cooperando cum Deo. Vnde fit, ut illud bonum habeas aliquomodo per te ipsum. Quæ omnia negare non poterit, nisi qui negauerit, te posse mereri: hæc enim omnia continentur in prædicto testimonio. Eadem ratione vtuntur Durandus in 3. dist. 18. quaest. 2. art. 1. Paludanus 3. dist. 18. q. 2. art. 1. Raynerius in Pantheolog. verbo, Meritum, cap. 3. fine.

Sit secunda probatio, quoniam seruare, siue custodire Dei dona, est quadam accipiendi perseverantia; sed hominis est seruare, atque custodire Dei dona: ergo hominis est in accipiendo perseverare. Maior, & minor colligitur conferendo 4. c. Marcum cum 8. Lucæ. Nam apud Marcum: Qui super terram bonam seminavit, & audiuit verbum, & suscipiunt, & fructificant. & apud Lucam: Qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Minor præterea probatur ex Irenæo lib. 4. aduersus hæres. capite 71. vbi docet, Angelis, & hominibus datam

1. Prima ratio in accipientis merito, atque demerito sum. data.

2.

3.

4. Hominis est seruare Dei dona.

datam esse potestatem electionis: ut ij, qui obedierunt, iuste bonum sint possidentes, datum quidem à Deo, seruatum vero ab ipsis. Qui autem non obedierunt, iuste meritam poenam percipient, quoniam Deus dedit quidem bonum; ipsi vero non custodierunt diligenter illud: & post pauca: Abijcietes igitur, & quasi respuentes bonum, meriti omnes iudicium incident Dei. Hominis igitur est seruare, & custodire, supposito Dei adiutorio.

5. Damascenus dialogo contra Manichæos pag. ante finem 4. Deus, inquit, quod suorum paritum est, dat ut bene sint; at nos id, quod in potestate nostra situm est, nempe ut data bona conseruemus, vel facimus, vel negligimus. Theophylactus Ioan. 6. ad illa verba: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo, ait: Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & vtuntur eo, quod datur, & custodientes illud ostendunt Dei donum. Quidam autem accipiunt, sed ea, que dantur, disperdunt, ita vt nihil accepisse videantur. Vnde post pauca inuert: Ille venit ad Filium, à quo custoditum fuerit donum à Deo, quod illi datum est.

6. Chrylost. Hebr. 13. hom. vltima ad fin. ante morale: Quomodo, inquit, tecum gratia permanebit, siue Spiritus sancti operatio, nisi eam per bona opera ad te metipsam attraxeris. & in principio moralis: Non itaque eam repellamus: in nobis quippe est, ut vel permaneat in nobis, vel discedat à nobis.

7. Probatur tertio, quoniam gratia datur à Deo, tanquam ab offerente, non tamen obruditur recusanti. Ideo 1. Petri 1. Sperate in eam, ait, que offertur vobis, gratiam in reuelationem Iesu Christi. Ergo, quibus offertur, relinquunt potestas indifferens accipiendi, & non accipiendi. Et quamuis hæc verba Petri de vita æterna intelligat Beda, Lyræ, S. Thomas, & Catena antiquorum Patrum ibi; nihilominus simul etiam intelliguntur media omnia, requisita ad gloriam obtinendam: nec enim aliter offertur donum, nisi præbendo facultatem, vt accipi possit. Rectè igitur Arnobius lib. 2. aduersus gent. propius ad finem, quam ad med. Vis, inquit, sumere, quod offertur, atque in tuos vsus conuerrere? Consulueris tu tibi. Aspernaris, contentus, despicis? Te nuneris commoditate priuaueris. Nulli Deus necessitatem affert. Necessitas igitur pugnat cum eo, quod Deus munus offerat, relicta potestate sumendi, & non sumendi.

8. Vnde Hugo Victorinus in annotationibus ad Dionysium de cœlesti Hierarchia, c. 9. lib. 9. post medium, sic loquitur: Sicut in nostra potestate non est, vt diuina illuminationis donum nobis offeratur: ita non nisi in nostra potestate est, vt oblatum suscipiatur. Nota non solum esse in nostra potestate, sed etiã in illa sola, ita vt in nulla alia sit, intellige, independenter à nostra. Est autem in Dei potestate flextere nostram. Vnde subdit: Nam aliquando, cum volumus, offertur; sed non suscipitur, nisi cum volumus: & cum volumus quidem, à Deo volumus, quia donum Dei est voluntas bona; cum autem volumus, à nobis volumus.

9. Quarto probatur, nam tribuere, dare, donare, vel dona conferre, si proprie, & strictè sumantur, important alicuius dominij translationem: ita vt si non dominium directum, saltem dominium vile, liberæque potestas vtendi pro arbitrio, conferatur cuicumque personæ, quoties illi tribuitur aliquid, datur, vel donatur. Sed ex presenti testimonio Pauli, quod tractamus, & ex plurimis alijs Scripturæ, constat omnia remedia salutis esse prædestinationis effectus in prædestinatis, & Ruz de Prædestinatione.

consequenter à Deo tribui, dari, & donari, & esse Dei dona, hominibus collata. Ergo Deus cum illis confert dominium vile, ac liberam potestatem vtendi pro arbitrio.

Confirmatur primò, nam tribuendi modus aliquando in sacris literis ita significatur, vt simul denotetur vtendi expedita facultas: vt Iob 10. Vitam & misericordiam tribuisti mihi. Idem est quod Septuaginta legunt: Vitam, & misericordiam possidisti apud me. Et ex Græco alij interpretantur: Vitam, & misericordiam possidisti iuxta me. Vbi præpositio, iuxta, significat etiam liberam potestatem: vt constat Deuter. 30. Iuxta te est sermo valde in ore tuo, quod ponderabimus infra disp. 43. secl. 4. Similem potestatem promptam, & expeditam significat aliquando præpositio apud. Psalm. 41. Apud me oratio Deo vita mea; secundum expositionem S. Augustini in commentario, & Cassiodori in glossa interlineali, & Ecclesiasticis 9. Neque opus, neque ratio, neque sapientia, neque scientia erunt apud inferos. & Ecclesiastici 14. Non est apud inferos inuenire cibum.

Confirmatur secundò, quoniam ita interpretatur S. Maximus in responis quæstionum ad Thalassium: (referente Turriano pro epist. Pontificum lib. 4. c. 2. prope init.) Vitam, & misericordiam apud me possidisti. Hoc dixit, representans liberum arbitrium. Quod perinde est, quasi diceret: In me possidisti, vt viuerem, & mei misererer, obediendo, & custodiendo mandata tua. Consonat interpretatio S. Gregorij lib. 10. moral. c. 29. aliàs 38. & S. Thomæ in commentario Iob 10.

Probatur quintò, quoniam, quod à Deo præbetur independenter à libero recipientis assensu, non est, nisi donum Dei. Hoc autem attributum verificari non potest de illo munere, quod, præter Dei oblatam donationem, requirit liberum recipientis assensum. Huiusmodi autem sunt voluntas credendi, & consequenter omnia pietatis opera. Vnde Augustinus de spiritu, & lit. c. 33. ita disputat: Si autem dixerimus, etiam huiusmodi voluntatem non esse nisi donum Dei; metuendum est, ne infideles, atque impij non immerito, sed veluti iuste excusari videantur; ideo non credidisse, quod dare illis Deus istam noluit voluntatem. Porro cum hæc excusatio sit falsa, consequens est, quod Deus, quantum ex se fuit, dare illis istam voluit voluntatem; sed illi noluerunt recipere. Vnde concluditur, quod credendi voluntas ita donum Dei est, vt non sit solummodo Dei donum, sed etiam sit opus arbitrii, liberè recipientis.

Eodem argumento vtitur Chrystostomus in sermone de verbis Apostoli: Habentes autem eundem Spiritum fidei; colum. 4. (habetur in auctario Chrystostomi tomo 5.) Nam si donatio est fides, inquit, & solus Spiritus donum, nostrum meritum non; nec increduli punientur, neque credentes laudem promerebuntur, talis est enim donationum natura. Donum enim non est accipientis meritum, sed largitoris liberalitatis gratificatio. Nimirum si merum donum est nihil habens admixtum liberæ cooperationis. Consonat Hieronym. Ephes. 1. prope init. conferens illa duo nomina sanctis, & fidelibus; & dicit, inquit, ex mentis propria descendit arbitrii gratificatio, vt ex sanctificantis interdum, absque voluntate nostra, sumitur largitate. Quapropter sanctificatio non est nisi donum Dei. Ceterum actus credendi, licet sumatur ex largitate donantis, non tamen absque propriae mentis arbitrio, liberè recipientis donum.

10.

11.

12.

13.

14. Explicatio eorum omnium, quae in hac, & praecedenti sectione dicta sunt, haec esse debet. Ipsam etiam accipere, & custodire Dei dona, est à libero arbitrio secundario, & minus principaliter; sed à Deo est primario, & principaliter.

Probatur primò, nam praeterea Paulus Deo gratias agit, quòd fideles Dei verbum acceperint, quoniam Deus ut principalis causa operatur ipsum recipere. 1. Thess. 2. Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verò) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Obserua duplex accipere: vnum quippe fuit, audiendo verbum ante liberum assensum: aliud accipere fuit, audito verbo assentiri, tanquam verbo Dei.

15. Chrysofom. hom. de Adam, & Eva, inter med. & fin. illud Matth. 13. Vobis datum est nosse mysterium, &c. ita differit: Sed ne aliquis dicat: Quod non accipi, quid à me exigit Deus? non habet excusationem, quia omnis accipiens gratiam, iam in eadem gratia accipit & lumen. Quod si malè fecerit, assignet sibi: si autem bene fecerit, assignet Deo, à quo venit omne donum optimum, & lumen perfectum. Deo igitur ut primario, & principaliter auctori assignandum est, quòd benè feceris, gratiam recipiendo, & illi cooperando.

16. Clarius verò Aug. de grat. & lib. arb. c. 4. circa med. illud Matth. 19. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, ita exponit: Numquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus, dicens: Contine te ipsum? Et in hac re potestatem voluntatis ostendit, ubi ait: Non habens necessitatem, potestatem autem habens sus voluntatis, ut seruet virginem suam: & tamen non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Quibus enim non est datum, aut nolunt, aut implent, quòd volunt. Quibus autem datum est, sic volunt, ut implent: quòd volunt: itaque ut hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capitur, & Dei donum est, & liberum arbitrium. Vnde collige, capere, siue accipere Dei dona, sic esse in hominis arbitrio constitutum, ut sit etiam Dei donum, sed non inferendo necessitatem, sed integram relinquendo potestatem volendi, aut nolendi accipere.

17. In eadem sententiam Prosper lib. 2. de vocat. gent. c. 26. Quòd à multis, inquit, refutatur opitulatio Dei, ipsorum est nequitia: quòd autem à multis recipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humane. Consonat Gelasius I. epist. 7. ad Episcopos per Picenum, propius ad finem, quam ad med. ex praesenti testimonio: Quid habes, quòd non accepisti? &c. colligens naturalis libertatis arbitrium per gratiam recipere, ut liberetur. Idem manifestè colligitur ex Fulgentio lib. 1. ad Monimum c. 14. & 15. cuius verba retulimus disp. 27. sect. 3.

18. Anselmus frequenter insilit in eo commendando discrimine, quo ratio, propter quam liberum arbitrium recipit, est, quia Deus dat; sed econtrario ratio, propter quam non recipit, non est, quia Deus non dat, sed quia liberum arbitrium non vult recipere, ut toto libro de casu diaboli, praesertim c. 1. 2. 3. & 4. sine, & de concordia praedestinationis cum libero arbitrio c. 3. inter princ. & med. cuius verba retulimus disp. 31. sect. 1. Sic etiam Hugo Victorinus citatus probatione 3. n. 8. dixit: Non suscipitur, nisi cum volumus, sed à Deo volumus.

19. Haec tenus ostendimus, recipiendi actum esse principaliter à Deo, nunc verò custodiendi, atque

seruandi actum esse principaliter à Deo, & à nobis secundario, ac minus principaliter, adnotauit Augustinus lib. de gestis Pelagij, cap. 14. inter medium, & finem, ubi postquam ponderauit illud: Quid habes, quòd non accepisti? collatis inter se testimoniis ostendit, hoc primario pertinere ad gratiam praueinentem, & cooperantem; secundario ad liberum arbitrium: Coram, inquit, reddere non potuisse digno, nisi gratia data esset indigno. Ait enim: Bonum certamen certauit. Sed idem ipse ait: Gratias Deo, qui nobis dedit victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum; ait: Cursum consummaui; sed ipse idem ait: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Ait: Fidem seruauit; sed ipse idem ait: Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est, depositum meum seruare in illum diem, id est, commendatum meum. nam codices nonnulli \* habent, depositum, sed, quòd est planius, commendatum. Quid autem commendamus Deo, nisi qui oramus, ut seruet, in quibus & ipsis est fides nostra? Nam quid aliud Apostolo Petro Dominum commendauit, orando? Vnde illi ait: Ego rogavi pro te Patre, ne deficiat fides tua; nisi ut eius Deus seruet fidem, ne temerarij cedendo deficeret?

Laxiorem usum, & significationem verbi accipere, & habere, quem explicuimus sect. 4. sub initium, vsurpans Anselmus tractatu de concordia liberi arbitrij cum gratia, & praedest. c. 3. colum. 4. docet, quòd accipere, & habere reuoluntatem detur per gratiam praueinentem ante libertatis exercitium; sed reuoluntatem seruare, fiat per liberum consensum, gratia subsequente elicitem, praesertim ubi ait: Sicut reuoluntatem nullus accipit, nisi gratia praueinente: ita nullus eam seruatur, nisi gratia subsequente. Nempe quamuis illa seruetur per liberum arbitrium: non tamen est tantum impetandum libero arbitrio, quantum gratia, cum hac reuoluntate seruatur; quoniam illam liberum arbitrium non nisi per praueinentem gratiam, & subsequentem habet, & seruatur.

Valent ad eandem veritatem confirmandam varia testimonia Scripturae, quae seruandam, & custodiendam iustitiam nunc referunt in Deum, nunc hominis arbitrio committunt, atque commendant, quorum aliqua inter se contulimus disp. 30. sect. 2.

SECTIO VI.

Deo, & sibi dat homo, Deusque ab illa recipit: atque inde probatur liberi arbitrij cooperatio ad actiones supernaturales.

Huius argumenti caput est analogica quaedam proportio liberi arbitrij ad Deum in ratione dari, & accepti. Ex eo namque, quòd nihil homo habeat, nisi quòd Deus dederit, & homo acceperit, rectè colligitur, cuiuslibet boni Deum esse principalem auctorem, & primam causam. Ergo seruata debita subordinatione proportionis, ex eo, quòd aliquid habeat homo, quòd ipse Deo dederit, & Deus ab homine acceperit, rectè colligitur, quòd homo ipse sit secundaria, & minus principalis causa boni alicuius ad pietatè vtilis. Hoc nisi verum esset, nequaquam Dominus Deut. 5. prope fin. dixisset: Quis det talem eos habere mentè, ut timeant me, & custodiant omnia mandata mea in omni tempore? Vbi quamuis Deus significet,

primariam

primariam causam esse Dei gratiam, desiderium, & beneplacitum, quòd magis explicuerunt ibi glossa ordinaria interlinealis, & Lyrasimul etià Deus significat, hoc non à solo Deo pendere, nec per Deum stare, quominus illi homines talem mentem habeant, & Deum timeant omni tempore; sed stare per ipsos qui non dant, quòd dare debuissent, & Deus optat ab illis dari. At inquis, est phrasia Hebraica significans desiderium quidam, quemadmodum Num. 11. Quis tribuat, ut omnes prophetae. & Job c. 6. vers. 8. & c. 20. vers. 23. Caeterum ea phrasia non collocabitur aptè, nisi subiecta materia pendeat saltem aliquomodo ab alterius tribuentis arbitrio: quòd rectè obseruauit Burgenf. Deuter. 5. addit. 3. ubi fufius Abulenfis colpenf. & Carthusianus.

3. Praeterea hominem aliquid Deo tribuere, constat 1. Paralip. 29. Tua sunt omnia; & qua de manu tua accepimus, dedimus tibi. & Proverb. 23. Prebe sili mi cor tuum mihi. Ecclesiasticus 1. Deditque cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam. Ecclesiasticus 39. Cor suum tradet ad vigilandum dilectio. Traditio autem donationem includit, & aliquid perfectius addit. Rursus Matth. 25. Estriui, & deditis mihi manducare: situi, & deditis mihi bibere. Lucæ 19. Quare non deditis pecuniam meam ad mensam? Matth. 10. Gratias accepistis, gratis date. Actuum 20. Meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere. Frequens praeterea legitur in sacra Scriptura dare Deo gloriam, aut laudem.

4. Rursus reddere est dare, quòd prius acceperis. Quapropter damus Deo, quoties reddimus, quòd saepe in sacra Scriptura praecipitur: ut Matth. 22. Reddite, quae sunt Dei, Deo. Nec minus vltimum est offerre, quòd est in Deum cultum tribuere. Num. 8. Statuèque leuitas in conspectu Aaron, & filiorum eius, & consecrabis eos Domino, ac separabis de medio filiorum Israël, ut sint mei. & post pauca: Quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israël. Pro primogenitijs, quae aperiunt omnem vuluam in Israël, accipi eos. Obserua specialem titulum, propter quem Deus dicit: Mei sunt, videlicet quoniam dono donati sunt mihi, & accipi eos.

5. Confirmatur, quoniam, ut sapienter D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 5. ad 1. ait: Illi, qui viuunt in religione, totaliter se, & sua tribuunt Deo. & in art. 6. ad 2. cum Gregorio homil. 20. in Ezechielem ait: Omne, quòd uouit, Deo exhibet. & ad 3. ait: Suam libertatem impendit per ueram obedientiam. & in art. 7. corp. cum eodem S. Gregorio ait, statum religionis ideo esse holocaustum, quia totum, quòd habet, offert Deo.

6. Ex his omnibus validè corroboratur argumentum, initio positum. Nam donare, & tradere quiddam continet translationem dominij. Porrò dominium nemo transferre potest, nisi eius rerum, quarum est dominus, videlicet abdicando se illo dominio, quòd habebat. Ergo liberum arbitrium uero dominio gaudet earum operationum, quas Deo donat, & tradit, & quarum specialem dominium in Deum transfert. Acute propterea ratiocinatur Orig. in Num. c. 21. homil. 12. paulo post med. cum ita ponderat illud: Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus possit à te? Erubescant illi haec uerba, qui negant, in homine liberum esse arbitrium. Quomodo posceret ab homine Deus, nisi haberet homo in sua potestate, quòd poscenti Deo deberet offerre? Sunt ergo, quae dantur à Deo, & sunt, quae prebentur ab homine.

Ruiz de Praedestinatione.

7. Quam sententiam ne causeris ex aliquo illius authoris errore profectam, audi Ecclesiam infra Octauam omnium Sanctorum, ex August. serm. 37. de Sanctis post med. vel ex Beda serm. 18. de Sanctis, ita de coelesti gloria disserentem: Repostata est in potestate facientis, quia regnum caelorum uim patitur. Res ista, o homo, id est, regnum caeleste aliud non querit pretium, quam te ipsum: tantum ualor, quantum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de pretio? Christus semetipsum tradidit, ut acquireret te in regnum Deo Patri: ita & tu te ipsum da, ut sis regnum eius.

8. Insuper Apostolica uerba, quae tractamus: Quid habes, quòd non accepisti? non obtare, sed potius conferre nobis, quòd Deo debemus tribuere, sapienter adnotauit Aug. ad illa uerba Psalmi 55. In me sunt Deus uota tua, &c. dicens: Laudem à te querit Deus, confessionem tuam querit Deus. Sed de agro tuo aliquid daturus es. Ipse pluit, unde haberes, Deo daturus es aliquid. Ipse instituit, quòd daturus es. Quid daturus es, quòd ab illo non acceperis. Quid enim habes, quòd non accepisti? De corde dare uis? Ipse dedit fidem, spem, charitatem. Hoc prolaturus, hoc sacrificaturus es. Atque id esse positum in libera potestate uoluntatis, ostendit continuò, dicens, has diuitias Deo sacrificandas neminem auferre posse, nisi uolenti, & spernenti mihi; hoc autem significari, cum dicitur: In me sunt Deus uota tua.

9. Est igitur ex mente Augustini, quòd Arafuc. can. 11. decernit: Nemo quidquam Deo rectè uenerit, nisi ab eo acceperit; sicut legitur: Quae de manu tua accepimus, damus tibi. Cyrillus Ierololymitanus in praefatione ad Catecheses sine: Potest, inquit, Deus facere fidelem, si modo cor illi prouenerit.

10. Chrysofom. homil. 2. in Psal. 50. col. 6. sic nos hortatur: Prouocat nos, (Deus) & dicit: Da & tu aliquid, ut patra mille scelera perpetrasti, habes onera delictorum, uolo alibi uari pondus tuum, da & tu manum tuam. Non quia ego tui ego, sed quia uolo, & te aliquid conferre ad tuam utilitatem.

11. Petrus Chryfologus serm. 41. uersus finem: Clamat Deus, inquit, Misericordiam uolo. Homo da Deo, quòd uult, si uis tibi dari à Deo quòd uis. Misericordiam uolo, Dei uox est. Deus à nobis misericordiam petit; & si dederimus, quid dicturus est? Illud, quòd hodie lectum est: Esuriui, & deditis mihi manducare: sitiui, & deditis mihi potum. & post pauca: Qui dederit esurienti panem, dabit tibi regnum: negabit sibi fontem uitae, sitiienti aquae calicem, qui negauerit, & sequenti serm. 42. uersus medium: Misericordiam, inquit, qui non dat alteri, tollit sibi. Misericordia sibi erit, qui spargit pauperi. & serm. 68. qui est primus in orationem Dominicam, uersus finem: Homo intellige; quia remittendo alijs, tu tibi ueniam dediti. Rursus serm. 114. uersus finem tractans illud Roman. 6. Sicut exhibuistis membra uestra, &c. Da, inquit, homo Deo tantum, quantum carni, uisisque tribuisti. Et quid est, quòd ante uisus, non Deo debeas te ipsum, quòd à te Deus tuo tantum uisus amore perquiri? Similia notat in id Psal. 28. serm. 10. inter princip. & med. dicens: Afferte Domino filij Dei. Videtis, quia caelestis Pater sentit amorem donis datis affectum, probat muneribus charitatem. Philo in Cantica concedit, hominem aliquid de se conferre posse ad salutem, relatus supra disp. 28. sect. 2.

12. Bernardus sermone 1. in Epiphania Domini prope medium, ait: Denique paruulus est, leuiter placari potest. Quis enim nesciat, quia puer facile donat? Ecce si non fuerit pro minimo; possumus reconciliari.



liari pro minimo. Pro minimo, inquam, non tamen sine poenitentia, sed quia minimum quiddam sit nostra ipsa poenitentia. Pauperes sumus, parum dare possumus: at tamen reconciliari possumus pro parvo illo, si volumus. Totum, quod dare possumus, miserum corpus istud est: illud si dedero, satis est. Si quatinus, ardo & corpus ipsius. Nam illud de meo est, & meum est.

13. Gregorius hom. 9. in Evangelia post medium eod proceffit ut asserat, aliquid a nobis esse dandum Deo, quod ab illo non acceperimus. Nam illud Matth. 25. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura; ita exponit: In usura pecunia etiam non data recipitur; cum enim hoc redditur, quod acceptum fuerat, illud etiam superimpenditur, quod acceptum non est. Pensate ergo, fratres charissimi, quia de accepta hac verbi pecunia usuras solueris: & curate, ut ex eo, quod audistis, etiam alia studeatis intelligere, quae non audistis, &c. Utitur autem hoc loco Gregorius accipiendi verbo secundum illam significationem, qua liberum confensum non includit: ut vidimus sect. 4. sub initium. Hoc modo pecunia accepta redditur, videlicet, diuina gratia praeueniens, & pecunia etiam non accepta superimpenditur, quando per liberam industriam cooperamur diuinae gratiae.

14. Aliud praeterea argumentum efficaciter probat, quod homo per liberum arbitrium vere tribuat aliquid Deo. Nam accipientis actus necessitati supponit correlatiuum actum dantis; Deus autem vere accipit, quae homo tribuit: ergo homo vere dat. Quod autem Deus accipiat, ut accipere est correlatiuum dandi, probatur, supponendo, quod licet in sacris literis suscipere preces, aut sacrificia, significet, placere, & haberi grata; nihilominus in hoc ipso claudatur accipientis actus, qui est correlatiuus actui dantis.

15. Hoc igitur modo supernaturales actus fidei, spei, & charitatis Deo damus, & Deus a nobis recipit, Osee 14. Convertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum; & reddemus vitulos laborum nostrorum. Vbi Hieronymus exponit: Accipe bonum fidei: vituli, & vitulinae, sive fructus laborum sunt, in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & in Passionem, & Resurrectionem Domini credere. Hos igitur actus vere damus Deo per liberum consensum.

16. Confirmatur Sapient. 3. Tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Nimirum qui se vel per martyrium, vel per statum religionis, vel per obseruantiam praceptorum Deo se ipsos tradiderunt. Daniel. 3. In animo contrito, & in spiritu humilitatis suscipiamus, sicut in holocausto arctum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium. Psalm. 50. Tunc accipias sacrificium iustitiae. Augustinus lib. 10. de ciuit. cap. 6. inter princip. & med. Corpus, inquit, nostrum cum per abstinentiam castigamus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae Deo, sacrificium est. Ad quod exhortans Apostolus ait: Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Et toto illo capite probat, omne opus virtutis esse sacrificium, quod iustus exhibet Deo.

17. Quod atinet ad secundum membrum, in titulo sectionis propositum, videlicet, homines per liberum arbitrium dare sibi, probatur primo ex Nazianzeno orat. 31. in dictum illud Euangelij: Cum consummasset Iesus sermones hos, &c. post med. orationis dicente: Quisque ut tales sint (videlicet

Sibi dat homo.

digni) non modo a Patre acceperunt, sed sibi ipsi etiam dederunt. Quapropter licet nihil habeas, quod non acceperis a Patre, primario, & principaliter dante; nihilominus opera pietatis accipis non solum a Patre, sed etiam a te ipso per liberum arbitrium tibi secundario, & minus principaliter tribuente.

Gregorius Nyssenus lib. de beatitudinibus tit. 5. in 5. beatitudinem: Beati misericordes; paulo antemedium docet: Quod non alia ratione potiri quis possit eorum, quae cupit, nisi ipse sibi bonum largiatur. & infra: Diuinum iudicium, inquit, incorrupta, istaque sententia sequens ea, quae iuxta propositum nostrum commissa, ac designata sunt, cuiquam tribuit id, quod quis sibi ipse forte praestiterit. Vtrumque verò dicit propter libertatis indifferentiam.

Pleniùs autem & exactiùs Anselmus in dialogo de casu diaboli, cap. 17. docuit, quod bonus Angelus ipse sibi dedit iustitiam, & perseverantiam, quatenus potuit abicere, & non abiecit; & quod hoc ipsum, quod est dare sibi, recepit a Deo. Hoc, inquit, modo potuit ipse sibi dare iustitiam, quia potuit sibi auferre eam, & potuit non auferre. quomodo ille, qui stetit in veritate, in qua factus est, non fecit, cum potuit, ut eam non haberet: & ita eam ipse sibi dedit, & totum hoc a Deo accepit, ut sibi eam daret. Quod in sequenti capit. 18. confirmat.

Obiicit fortasse aliquis Augustinum serm. 16. de verbis Apostoli non procul a principio dicentem: Quod dedimus Deo, quando totum, quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus, non est quemadmodum ista voce exigamus debitorem Deum, maxime dicente nobis Apostolo: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Illo ergo modo possumus exigere Dominum nostrum, ut dicamus: Redde, quod promisisti, quia fecimus, quod iussisti, & hoc tu fecisti, qui laborantes inuisti.

Respondetur. Tam Apostolus, quam Augustinus refutant solummodo meritum, quod omnem Dei gratiam praecedat, cui retribuat gratia: ut constat ex aliis locis Augustini, Fulgentij, Bernardi, & Gregorij, quae retulimus praeced. tomo de prouid. disp. 18. sect. 4. & peculiariter ex praesenti sermone Augustini, ubi continuo suam sententiam explicat, dicens: Nemo ergo dicat: Ideo me vocauit Deus, quia colui Deum. Quomodo coluisses, si vocatus non fuisses? Si propterea te vocauit Deus, quia coluisti Deum: ergo prior dedisti, & retribuetur tibi. Nonne istam tibi vocem Apostolus tollit, cum dicit: Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Sed ecce quando vocatus es, vel iam eras, quando praedestinabaris, non eras, quid Deo dedisti, quando qui aliquid daret, non eras?

Quemadmodum & Greg. lib. 18. moral. c. 22. sub med. ex eisdem verbis: Quis prior dedit illi, &c. solummodo colligit, nihil se dedisse operis, ut ad fidem veniret. Nihilominus post pauca subdit: Ex aspiratione gratiae virtutum opera protinus in corde generantur, ut ex libero quoque arbitrio subsequatur actio, cui post hanc vitam retributio aeterna respondeat. Sed retributio priorem supponit aliquam tribuentionem, quam remuneret: ergo virtute gratiae praeueniens, & cooperantis, homo tribuit Deo aliquid prior, quod postea retribuat ei.

Confit

Confirmatur, nam qui retributionem exigit, Psalm. 118. Retribue seruo tuo, visitata me, & custodiam sermones tuos; supponit se dedisse, quod retribuetur sibi per abundantiora auxilia gratiae.

DISPUTATIO XXXV.

Vtrum gloriam sublimiorem sibi, suaeque gratiae Deus conciliet, si dimittat arbitrium expeditum ab antecedenti necessitate.



ONSEQUENTER inquiritur, vtrum Deus hoc ipso genere prouidentiae magis deprimat arrogantiam arbitrij, & humilitatem indicat profundiorum. Pertinet hoc ad inuestigandum legitimum sensum postremi verbi sententiae Apostolicae, quod sectione praecedenti in principio remissimus ad disputationem praesentem, videlicet: Si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? 1. Cor. 4.

SECTIO I.

Rationes dubitandi.

1. Erroris tegunt heretici.

Prætextus augendae diuinæ gloriae, & altius extollendi gratiam diuinæ praedestinationis, & eius fortissimam causalitatem; insuper arrogantiam arbitrij comprimendi, & impensius commendandi studium humilitatis, est velamen, aut fucus, quo suos errores tegere, & ornare conati sunt haeretici huius temporis, quando Catholicos omnes, ac praecipue Tridentinos Patres impudenter obiurgant, quoniam libero arbitrio concedunt facultatem, ut per excipientem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae liberè assentiendo, & cooperando disponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abicere potest.

Trid. sess. 6. cap. 5.

Lutherus ergo, Caluinus, & illorum sectatores simulant, se fugere arrogantiam Pelagij, & Augustinianam humilitatem tueri; quae nihil sibi, sed omnia tribuat gratiae. Vnde etiam iactant inanes laudes gratiae, ac praedestinationis, cui totum ita deferatur, ut nihil profus restet agendum libero arbitrio per potestatem assentiendi, atque dissentiendi. Ita obseruat Sennonense Concil. in Prologo colum. 2. sine, cuius aliqua verba referemus sect. 3. prope finem. Quapropter in illos quadrat, quod alter dixit: Ita fugias, ne prater casam. Debuissent quippe sic blaphemiam declinare Pelagij, ut aliam non minorem non incurrerent, sed ad Ecclesiam tutissimam domum confugerent.

Teront. in Phormione.

3. Quid Catholicis imponat Lutherus.

Permisisset etiam, ut solet, cum falsis vera Lutherus, adfingens Catholicis, quod existiment, per solas vires liberi arbitrij sine supernaturali auxilio gratiam obtineri posse. Hoc autem male colligit ex eo, quod Catholici constanter asserunt, supposita gratia praeueniens, & excitante, nos posse, quando voluerimus, oblatæ gratiae adiuuanti cooperari, atque hoc modo positum esse in potestate & in arbitrio peccatoris, ut gratiam habere, quando voluerit, possit, prout ex-

plicabitur, & probabitur infra disp. 39. & nouem sequentibus.

Per hoc autem dogma Catholicum diuinæ gloriae detrahi, Lutherus affirmat apud Rosenfeld art. 36, à medio, & praesertim versus finem fol. 358. & duobus sequentibus, cum ait: Quae (vogo) manet gloria Deo, si nos tantum possumus, ut saluemur per gratiam eius. An parum videtur hoc posse, si gratiam non habens, tamen tantum virtutis habet, ut gratiam habere, quando voluerit, possit? Quid refert, si dicas, sine gratia nos saluari cum Pelagianis, cum gratiam Dei iam ponas in arbitrio hominum? Videris mihi peior esse Pelagius, dum gratiam Dei conferriam in potestatem hominis ponis, quam ille penitus negauit esse necessariam. Minus, inquam, videtur impium, gratiam in totum negare, quam eam nostro studio, & opere parari, ac velut in manu nostra reponere.

4. Diuina gloria aliquid detrahi affirmat Lutherus.

Et Caluinus apud Ruard. art. 7. de libero arbit. longè post medium pag. 386. notat Catholicos ex Dei virtute detrahere, quando in eo hominem Deo socium adiungunt, quia gratiam Dei, quam repudiare possent, liberè recipiunt. Rursus quod Tridentinum sess. 6. cap. 7. ad med. decernit, iustitiam à Deo recipi secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem. Caluinus reputat esse contrarium Apostoli praecocepto cohibentis, ne in tanto beneficio gratiae Dei, plactio gloriemur voluntatis nostrae.

5.

6. Quorundam Catholicorum sententia.

Dòctores autem Catholici licet omnes conueniant in vero, & sincero affectu extollendi gloriam diuinæ praedestinationis, & gratiae laudes, insuper se ipsos humiliter, quantum poterint, deprimendi; nihilominus dissident hoc tempore, quoniam aliqui existimant maiorem praedestinationis gloriam, maioremque gratiae laudem in eo consistere, quod sit totalis causa, totaliter determinans quamlibet actionem supernaturalem. Nos verò existimamus, inde diuinam gloriam instantissimam sui parte fraudari, & praecipuam materiam subtrahi veræ, ac solidæ humilitatis.

7.

Illorum argumenta sunt. Primum, quia nisi Deus totaliter determinet, consequens erit, quod homo per liberum arbitrium se ipsum determinet, atque discernat. Vnde gloriari poterit, quod se ipsum discernat: hanc autem gloriam comprimit Apostolus, dicens: Quis se discernit? Quid gloriaris, &c.

8.

Secundum argumentum, quia posset homo gloriari in se ipso, quod per vires naturæ fuerit bene usus diuina gratia: cum tamen aliquis alter acceperit fortasse maiora dona gratiae, maioraque remedia salutis, & illis male responderit.

9.

Tertium argumentum, quoniam ille, qui conuertitur, posset in veritate ita gloriari coram Deo: Domine, gratias ago tibi, quod supernaturale auxilium mihi misericorditer contuleris; at verò alicui alteri reprobo contulisti maiora beneficia gratiae, maioraque remedia salutis: ego tamen superaddidi, quod tu mihi supernaturaliter non dedisti, cumque non amplius recepim, quam ille; tamen ego amplius effeci, quam ille; cum iam iustificatus euadam, & ille in peccato permanceat. Itaque non amplius tibi, tuæque gratiae debeo, quam ille, qui non est conuersus. Hoc autem Christianæ aures audire exhorrescunt.

10.

Quartum argumentum, quoniam si nostrum arbitrium



SECTIO II.

Summa laus, & gloria predestinationis & gratia consistit in eo, quod libero arbitrio communicet laudem, & gloriam secundariam ita cooperandi, ut possit non cooperari.

arbitrium se ipsum determinet, supposita diuina gratia, sequeretur, quod haberet homo, de quo gloriaretur coram Deo, eo quod effectum dederit diuinæ predestinationi, & eius mediis ad conuersionem.

11. Quintum argumentum accipitur ex celebri sententia Cypriani, quæ sumi potuit ex lib. 3. ad Quirinum, cap. 10. In nullo gloriantur, quando nostrum nihil est. Quam valde commendat Augustinus variis in locis, & consonant alij Patres.

Confirmatur ex Ambrosio. Confirmari potest primò ex Ambrosio de Iacob, & vita beata lib. 1. cap. 6. dicente: Non habeo igitur, unde gloriari in operibus meis possim: non habeo, unde me iactem, & ideo gloriabor in Christo. Non gloriabor, quia iustus sum, sed quia redemptus sum. Gloriabor, non quia vacuus peccati sum, sed quia mihi remissa sunt peccata. Non gloriabor, quia profui, &c.

12. Confirmatur secundò ex Prospero lib. 1. de vocat. gent. cap. vlt. dicente: Contra omnem electionem de libero arbitrio gloriantem veniti sententiam Apostoli, dicentem: Quis te discernit? &c. Quod idem fufius confirmat tota epist. ad Demetriad. & alibi sæpe.

Confirmatur tertid, nam eximus humilitatis Magister Benedictus in prologo ad suam regulam post med. ait: Ipsa in se bona non à se posse, sed à Domino fieri existimantes operamur in se Dominum magnificant, illud cum Propheta, dicentes: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, sicut nec Paulus Apostolus de predicatione sua sibi aliquid imputauit, dicens: Gratia Dei sum id, quod sum.

13. Sit argumentum sextum, quoniam Luca 18. Phariseus gratias agebat accepta Deo referens opera bona, de quibus gloriabatur. Vnde suam gloriam in Deum referebat; nihilominus Christi Domini testimonio comprehenditur generali lege, propter quam omnis, qui se exultat, humiliabitur, ergo superbia est, sibi quamcumque gloriam arrogare, quamuis ea referatur in Deum.

14. Septimum argumentum, quoniam nisi Deus, quasi totalis & vnicus author, liberum arbitrium determinaret ad opera pietatis; sed homo se ipsum saltem partialiter, ac secundariò determinaret ad illa; sequeretur, hominem iuste, atque licite posse gloriari, & laudare se ipsum, quòd ad illa saltem secundariò, & partialiter determinauerit.

15. Octauum argumentum, nam ex præcedenti sequitur aliud inconueniens, videlicet, hominem iuste posse ab aliis hominibus quærere gloriam, & laudem, contra illud Ioan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, qua à solo Deo est, non quæritis.

16. Nonum argumentum, quia sequeretur etiam, quòd aliquis iustus se posset aliis hominibus, siue iustis, siue iniustis præferre, superiorem existimare, & illos præ se despiciere, quoniam ipse se determinauit ad bene operandum, intendens, aut constantius, quàm alij; quorum aliqui fortassis acceperant maiora dona supernaturalia, pluraque remedia salutis.

SVppono primò, in controuersis de viribus, & causalitate predestinationis, & gratiæ, quandoquid certò de veritate non constat, illam opinionem esse præferendam, quæ gratiam magis commendat, maioremque libero arbitrio suggerit rationem humilitatis. Rectè namque D. Bonaventura in 2. dist. 26. art. 1. quæst. 2. corp. post med. (quamuis aliam quæstionem tractans,) Hoc etiam, inquit, piarum mentium est, ut nihil sibi tribuant, sed totum gratia Dei. Vnde quantumcumque aliquis det gratia Dei, à pietate non recedit, etiamsi multa tribuendo gratia Dei, aliquid subtrahat potestati nature, vel libero arbitrio. Cum verò aliquid gratia subtrahitur, & nature tribuitur, quod est gratia, ibi potest periculum intervenire. Et post pauca assertionem pietati, & humilitati magis consonans, dicit, propterea esse magis securam.

Vnde colligo, negandam esse quamlibet absolutam, & antecedentem necessitatem, concedendumque quòd arbitrium per gratiam accipiat talem potestatem consentiendi cum gratia, vt possit etiam dissentire, quoniam, vt in hac, & sequentibus sectionibus ostendimus, hæc sententia multò maiora, & excellentiora opera Deo & eius gratiæ tribuit, maioremque humilitatis materiam, & rationem ostendit.

Suppono secundò, quidquid maiorem laudem, & gloriam conciliat Dei bonitati, liberalitati, benevolentia, charitati, misericordia, prouidentia, atque communicationi supernaturali; eo ipso maiorem laudem, & gloriam conciliare diuinæ gratiæ. Nam gratia tota, vel præcipua laus, & dignitas consistit in eo, quòd à prædictis attributis tanquam à fonte dimanet, & melius sui fontis vberitatem, claritatemque manifestet. Hoc propterea præ oculis habendum erit in omnibus probationibus sequentibus, quoniam aliqua immediatè probant Dei maiorem laudem, & gloriam, & eo ipso existimanda sunt probare maiorem gloriam, & fauorem predestinationis, & gratiæ.

Prima conclusio. Summam laudem, & gloriam predestinationi gratiaque deferimus, quando fatemur, Deum per gratiam communicare libero arbitrio facultatem bene operandi cum tali dominio sui, vt per gratiam non omnino determinetur ad bonum, sed possit se ipsum etiam ad malum determinare, si velit.

Probatur, supponendo primò, Dei opus quanto maius est, maioris dignationis, & misericordia, magisque dignum gratiarum actione; tanto cedere in maiorem laudem & gloriam Dei & gratiæ per quam Deus operatur illud opus.

Rursus duo sunt operum genera; alterum, quòd Deus per se ipsum operatur in hominibus, non per homines, nec dependenter ab eorum cooperatione libera, sed sine hominibus. Huiusmodi opus est minus excellens, minoris dignationis, & misericordia, minusque dignum gratiarum actione, nisi quatenus destinatur ad secundum

eundem genus operum. Est igitur alterum genus operum, quo Deus in hominibus operatur per eosdem homines, & cum ipsis cooperantibus, ac dependenter ab eorum cooperatione libera.

6. Quo supposito, conficitur huiusmodi argumentum. Hoc secundum genus operum est excellentius, maius, maioris dignationis, misericordia, magisque dignum gratiarum actione: ergo secundum hoc genus operum maiorem laudem & gloriam Deo & illius gratiæ conciliat. Antecedens probatur Ioan. 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet. Vbi credendi, sperandi, ac diligendi, cæteraque pietatis opera debere intelligi, probat ex professò Augustinus tract. 72. in Ioan. duplici coniectura efficaci (altera, quoniam nullum aliud opus assignari potest, quod fiat à quocumque credente in Christum, & sit maius omnium operum Christi, nisi prædicta opera, quæ ad iustificationem pertinent. At Christi Domini propositio cuiuslibet credenti absque exceptione, aut limitatione personali, maiora suorum operum promittit.

7. Altera coniectura est, quoniam Christus Dominus ibi loquitur de operibus, quæ ipse facturus est per nos, sibi cooperantes: sed nullum aliud est huiusmodi, nisi opera pietatis; aut certe sunt hæc præstantissima. Cuius rationis antecedens rectè colligit Augustinus ex alia ratione, quam Christus Dominus continuò subiunxit: Quia ego ad Patrem vado, & quacumque petieritis in nomine meo, hæc faciam. Vnde constat idem opus esse, quod facturus est, qui credit in Christum, & ipse Christus facturus est per eundem hominem credentem in Christum.

8. Hæc igitur Augustinus prope initium prædicti tract. 72. ita exponit, ac si Christus Dominus diceret: Ego facturus sum, & tunc maiora, quàm nunc. Maiora per eum, qui credit in me, quàm præter eum per me: ego tamen ipse præter eum, ego ipse per eum, sed quando præter eum, non faciet ipse; quando autem per eum, quamuis non per semetipsum, faciet & ipse. Perpende, non solum Deum, sed & ipsum hominem facere, quamuis non faciat per semetipsum. Et hæc opera, quæ Christus Dominus per hominem, & homo non per semetipsum, sed per Iesu Christi gratiam facit, esse maiora cæteris omnibus operibus.

9. Sed quoniam aliquis poterat obiicere, de trahi diuinæ gloriæ, & omnipotentia, quod homini conceditur, videlicet, vt hæc opera faciat & ipse, occurrit obiectio, continuò subiungens: Porro autem maiora facere per eum, quàm præter eum, non est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuunt serui Domino pro omnibus, quæ retribuit eis? Quandoquidem inter cætera bona etiam hoc eis donare dignatus est, vt maiora faceret per illos, quàm præter illos? Quod igitur Deus communicet hominibus secundariam laudem & gloriam liberè cooperandi cum Deo, hoc non arguit in Dei omnipotentia defectum, sed manifestat eximiam Dei bonitatem, dignationem, benignitatem, liberalitatem in homines, quos proinde strictius obligat, vt maiores Deo gratias agant.

10. Eandem sententiam magis confirmat post med. eiusdem tractatus, dicens: Numquid nam omnium operum Christi maiora facit, qui cum timore, & tremore suam ipsius salutem operatur? Quod vique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Proxius maius hoc esse dixerim, quàm est cælum, & terra, &

quacumque cernuntur in celo & in terra. Obserua, non sine illo, & inde collige, perfectissimum opus diuinæ gloriæ obscurari, si negauerimus, dependenter ab exercitio libertatis humanæ salutem æternam à Deo causari. Confirmat, quoniam ita Deum operari salutem hominis est maioris misericordia, cum post pauca dicit: Numquid etiam his operibus maiora facit, qui, operante in se Christo, cooperatur salutem æternam, ac iustificationem suam? Et respondet postea: Certè si equalis est utrumque potentia, hoc maius est misericordia.

Secunda probatio principalis valde affinis est præcedenti, quoniam pauper est diuina gratia, nisi nos faciat laborare cum Deo; est autem diues gratia, si nobis merita tribuit, & verè nostra sunt, & à nobis fiant: ergo maior gloria diuinæ bonitatis & gratiæ confluit ex eo, quòd nos faciat mereri laudem, & gloriam, licet secundariam, & referendam in Deum.

Confirmatur, quoniam gratia tenuatur, ac debilitatur, nisi nobis tribuat eiusmodi merita.

12. Antecedens argumenti, & confirmationis traditur ab Ennodio, qui contra impugnatores quemdam liberi arbitrij, postquam probauit liberam potestatem sequendi gratiam Dei, aut resistendi, subdit hæc verba (quæ refert Turrianus lib. 4. pro epistolis Pontificum cap. 2. prope finem.) Cum inimicus arrogantiæ dicit: Gratia Dei sum id, quod sum; mox ne sic fugax gloria videretur, vt longo intervallo à veritate descisceret, sapiens architectus adiunxit: Abundantiùs omnibus laborauit, & gratia Dei in me egea non fuit. Quod est dixisse: Christus in me, quem dignè, aut abundanter mereretur, inuenit. Non enim pauper est diuina gratia, sed meritum nostrorum putatur quadam macie, aut exilitate tenuari: quæ tunc non suis æstimatur meritibus fluere, quando de suis cursibus ariditatis nostra vena nihil recipit. Hæc postrema sententia noua confirmatio est præsentis argumenti, quoniam quando ariditatis nostræ vena nihil recipit defluentis gratiæ, cooperando cum illa, tunc gratia non æstimatur cursu suo, atque sibi debito fluere.

13. Tertid probatur, nam tota laus & gloria in hoc consistit, quòd facit, vt faciamus, & agit, vt agamus, vt ex mille locis Scripturæ, & Patrum constat præcedentibus disputationibus, præsertim tota disp. 28. Sed non ageremus propriè, nisi nobis per gratiam relinqueretur indifferentia, qua nos determinare possumus ad cooperandum, & non cooperandum; sicut probatum est eadem disp. 28. præsertim sect. 7. Ergo propria laus, & gloria propria diuinæ gratiæ conceditur; si conceditur indifferentia prædicta, & negatur antecedens necessitas illi contraria.

14. Probatur quartò, quoniam ex præcedenti ratione sequitur quòd inuidiissima causalitas prædestinationis & gratiæ non minuitur, sed potius tota restituitur in integrum, concedendo prædictam indifferentiam. Nam illud robur non consistit in eo, quòd sola prædestinatio per gratiam faciat opera pietatis, sed in eo, quòd faciat, vt nos liberè faciamus cum gratia.

15. Quintò probatur, ad maiorem Dei gloriam pertinere, quòd per gratiam tribuat æquabilem vtriusque partis indifferentiam. Hæc enim ratio fuit, propter quam Deus animam corpori adstrinxerit, nimirum, vt deceret (inquit Gregorius Nazianzenus in 1. Apologerico colum. 8.) Et bonis in spe positus non solum vt Dei beneficio, sed etiam vt virtutis premio fruatur. Quod etiam ipsum singularis

Confirmatur ex Ambrosio.

1. In controuersis de predestinatione opinio gratia magis commendans præferenda.

2. Antecedens necessitas neganda.

3. Quod maiore laudem conciliat Deo, maiore laudem conciliat gratia.

4. Summa laus predestinationis & gratia.

5. Duo operum genera.

6. Quod sit excellentius.

7. Quomodo credens in Deum Dei opera, & maiora faciat.

7.

8.

9. Obiectio occurrit Augustinus.

10.

11. Dives est diuina gratia nobis merita tribuens.

12.

13. Laus diuinæ gratia in quo ponatur.

14. Predestinationis & gratia non minuitur.

15. Deu animæ, vt deceret corpori adstrinxit.

singularis & eximia Dei bonitatis argumentum est, facere, ut nostra quoque aliqua ex parte sit virtus, neque natura nobis inferatur, sed voluntate, animique proposito excolatur, arbitriusque libertate, parem in utramque partem motum habente. Singularis autem eximie bonitatis argumentum esse non est aliud, quam summo opere gratiam, misericordiam, & liberalitatem Dei ostendere: ac proinde singularem laudem, & gloriam conciliare. Ad eam vero requiritur, parem in utramque partem motum habere liberum arbitrium. Ast huic indifferentie, ad utramque partem aequali, directe contraria est determinatio ad alteram partem per antecedentem necessitatem. Huius autem ratio est, quoniam summa gloria Dei est, quod homo libero proposito virtutem excolat.

16. Confirmatur primò, nam idem Nazianzenus in oratione de Christi Natiuitate circa med. tractans de hominis creatione, ait: *Humo arbitrij libertate donatum, ut bonum non minus illius esset, qui elegerit, quam eius, qui semina prebussit, in paradiso collocat.* Et post pauca: *Talem enim esse conueniebat eum, qui primum esset creatus.* Conueniebat, inquit, quoniam à Dei manibus, immediate producentibus, non decebat opus prodire minus perfectum, & proinde minus gloriosum Deo.

17. Confirmat secundò Nicetas commentario in 1. apologeticum, num. 19. dicens: *Tam excellens, & excimia fuit Dei erga genus humanum benignitas, ut virtutem non beneficio tantum suo hominibus contingere voluerit, verum etiam effecit, ut ad eam adipiscendam ipsi quoque partes suas adiungant. Atque ita rerum præclarè gestarum laus non tota Dei sit, sed etiam hominum.* Atque id merito putat esse mentem Nazianzeni. Similia dicit in orationem citatam de Christi Natiuitate. Quamuis itaque tota laus & gloria sit Dei, tanquam vltimi finis, & primi principij efficientis, ut homines suas partes adiungant ad virtutem adipiscendam: nihilominus Dei non ita tota laus est, ut non communicetur secundaria laus & gloria hominibus: & hoc ipsum auget gloriam, & laudem diuinæ virtutis, & liberalitatis.

18. Sexta probatio sumitur ex eisdem principiis. Nam quolibet modo possibili maiorem laudem, & gloriam secundariam hominibus communicare, redundat in maiorem Dei gloriam: sed hominibus laus & gloria secundaria communicatur maior, cæteris paribus, si conuertuntur, & cooperantur cum minoribus donis supernaturalibus, & minus fortibus illustrationibus, & consolationibus, maioribusque difficultatibus. Hoc igitur etiam redundat in maiorem Dei gloriam.

19. Confirmatur, nam etiam labor, difficultas, & infirmitas maior eius, qui bene operatur, sicut vituperat eum, qui sine infirmitate, labore, & difficultate potuisset bene operari, sic etiam auget laudem, & gloriam eius, qui bene operatur, & consequenter laudem, & gloriam Dei, ut primi authoris, & vltimi finis. Hac nempe ratione Tobiam in diaboli despectum & increpationem à Deo laudatum fuisse, notauit Gregorius lib. 3. moral. cap. 1. explicans illud Iob cap. 2. *Vnde venis? Cuius ab eo certamine, in quo relaxatus fuerat, vultus redit: & vnde venit, requiritur, qui vnde veniat, scitur, quid aliud, quam infirmitas superbia eius increpatur? ac si aperte diuina vox, dicat: Ecce ab vno, & in infirma carne posito homine vincis, qui te contra me auctorem omnium erigere conaris.* & lib. 2.

cap. 5. *Eum* (inquit, videlicet Iobum)  *Dominus in diaboli despectum laudauit.*

Probatur septimò, quoniam Imperatoris laus & gloria non minuitur, sed potius augetur, eò quod subiectos habeat plurimos Reges, atque magnates, quibus propter eorum proprias victorias debita fuerit, & concessa corona, dum modo singuli coronas suas Imperatori subiciant, & fateantur ab illo se victoriam, & eius accepisse coronam. Ideo Apocalypsis 4. *Cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, vincenti in secula seculorum, praedebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant euidentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.*

Suppono, coronam esse manifestum testimonium laudis, & gloriæ, adeptæ per victoriam, Dei gratia, & propria fortitudine partam: quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. 2. I. mo. 2. Quemadmodum de Dauide Ecclesiasticus cap. 47. *In decem millibus, inquit, glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ: contriuit enim inimicos vniuersos, &c. & Prouerb. 4. Arripe sapientiam, & exaltabit te. Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus: & dabit tibi augmenta gratiarum, & corona inclinet te.* Perpende, non solum esse inclutam gloriam, & exaltationem, sed etiam eam obtineri libero arbitrio arripientis sapientiam.

Seniores itaque, qui coronas suas ante thronum abiiciunt, ea testificatione declarant, omnem suæ laudis, & gloriæ splendorem, & omnes victorias, quas de suis hostibus consecuti sunt, non solum à Deo, tanquam à primo principio prouenisse, sed etiam in eum ut in vltimum finem dirigi: & ideo præcedens, & sequens contextus refert ad gloriam sedentis in throno. Quod sapienter obseruauit Gregorius lib. 22. moral. cap. 5. ad finem, dicens: *Coronas namque suas ante thronum Domini mittere, est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori, ut ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Iob, quia sic bona, que operatus est, narrat, ut tamen hoc suæ operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurrat, manum suam ore suo ostentatum fuisse se denegat.* Quamobrem coronæ sunt suæ, hoc est, illorum propriæ propter suorum certaminum victorias: sed hæc corona gloriæ refertur atque recurrit in gloriam Dei ut auctoris.

Confirmatur primò, nam iusti, coronati per gloriam, sunt corona Dei, ut rectè Cyprianus lib. de duplici martyrio prope med. ex Paulo Philipp. 4. deducit hoc argumento: *Si Paulus gloriatur in discipulorum pietate, gaudium, & coronam suam illos appellans, qui nihil erat, nisi dispensator alieni muneris: an non Dominus magis gloriatur? &c.*

Confirmatur secundò ex Ambrosio ad Philip. 1. fine, ubi explicans illud: *Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo pati amini;* Quamquam, inquit, Dei gratiam extollat in omnibus, ad laudem tamen illorum proficit, quod dicit, quia Deus illis concessit pati pro Christo. Non enim concedit, vel donat, nisi amatoribus Christi. Ideo dixit: *Pro Christo donatum est vobis, ut à Patre Deo donatum sit diligentibus Christum, ut ad augmentum meritorum suorum patiantur pro Christo.* Obferua,

20. Gloria subditorum principum gloriam commendat.

21. Corona laudis testimonium.

22. Coronas abijcere quid significet.

23. Iusti corona Dei.

24.

ferua illud, ad laudem illorum proficit, & inde collige, laudem, & gloriam aliquam hominibus ex virtute patientiæ resultare: & hoc præcedentibus verbis comparando reperies, hominum laudem, & gloriam non obstat, quominus Dei gratia extollatur in omnibus.

25. Confirmatur tertio ex Irenæo lib. 4. aduersus hæres. cap. 71. & 72. Nam postquam multis argumentis probauerat, homini datam esse liberam, & indifferentem potestatem, ut pro sua sententia operetur, vel non operetur bonum, obediatur, vel non obediatur, credat, vel non credat, post med. c. 72. ostendit, huiusmodi prouidentiam Dei fuisse profusa requisitam, non solum ut corona hominis sit illi suauior, gloriofior, & charior, propter victoriam, proprio motu, & labore partam, sed etiam ut Deus suam magnanimitatem, bonitatem, & iustitiam manifestet. Probat autem deducendo ad inconueniens, quod sequitur, seclusa prædicta indifferentia libertatis, quoniam sic nec suae esset eis, quod est bonum, neque pretiosum communicatio Dei, neque magno opere appetendum bonum, quod sine suo proprio motu, & cura, & studio prouenisset, sed vltro, & otioso institum: ita ut essent nullius momenti boni, eo quod natura magis, quam voluntate tales existerent, & vltimum haberent bonum, sed non secundum electionem. Et propter hoc, nec hoc ipsum intelligentes, quoniam pulchrum sit quod bonum, neque fruantes eo. *Quæ enim fructio boni apud eos, qui ignorant? Quæ autem gloria his, qui non studuerint illud? Quæ autem corona his, qui non eam, ut victores in certamine consecuti sunt? Et propter hoc Dominus violentum dixit regnum celorum. Et qui vim faciunt, inquit, diripiunt illud. Hoc est, qui cum vi & agone vigiles instanter diripiunt illud.*

26. Et adducto testimonio Pauli 1. Corinth. 9. de contententibus in agone propter coronam corruptibilem, adiungit: *Et quanto per agonem nobis aduenit, tanto est pretiosior: quanto autem pretiosior, tanto eam semper diligemus. Sed neque similiter diliguntur ea; quæ vltro adueniunt, quam illa, quæ cum multa sollicitudine adiuuamur.*

27. Hæc autem Irenæus dirigit ad Dei gloriam defendendam, etenim quam tradiderat de victoria, & studio, & proprio motu cum indifferentia libertatis, sic reputat indissolubiler copulatam cum Dei gloria, ut à medio eiusdem capitis 72. dicat: *Quæ autem his contraria dicunt, ipsi impotentem introducunt Dominum, scilicet quasi non potuerit perficere hoc, quod voluerit. Aut rursus ignorantem naturam choicos, (ut ipsi dicunt,) & eos, qui non possunt accipere eius incorruptelam; scilicet ponunt similiter impotentes homines, & ignorantes, ut Deum, quem *χαίρων*, id est, terrenum, appellabant.*

28. Probatur octauò, quoniam ad Dei maiorem gloriam pertinet, suæ imaginis similitudinem, ornatum, dignitatem, gloriam, & honorem, quantum fieri possit, augere. Quod argumentum ita ponderat Nyssen in oratione catechetica, cap. 5. inter med. & fin. dicens: *Non priuauerit hominem, eo, quod est honorum pulcherrimum, & præstantissimum, illa, inquam, gratia, quæ in eo consistit, quod non sit aliquid, quod dominatum in eum obineat, & quod sit sui iuris, & liberi arbitrij. Si enim vita humana præset necessitas, ex ea parte falsa fuisset imago, ut quæ per dissimilitudinem aliena esset ab exemplari. Regnantis enim non regnans quemadmodum nominaretur imago? Quod ergo per omnia Deo erat assimilatum, oportebat omnino habere in natura, quod sibi imperaret, & Domino minime esset subiunctum, ut virtutis esset*

premiu bonorum participatio. Quapropter ad hanc rationem confirmandam pertinent omnia, quæ circa imaginem Dei consistet in dominio tractauimus tomo de sciētia Dei disp. 40. sect. 1. & 2.

Confirmatur, quoniam, ut rectè Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulian. colum. 4. *Humana mens potestatem sortita est, qua facienda, vel non, & permiffa est voluntariis impetibus ad quodlibet ire. Vnde optimo artifice etiam hoc gloriam affert. Voluntaria enim operandi facultate conueniebat rationalem creaturam insigniri, & electionis libera declarari fructum in bonis operibus dexteritatem.* Hoc denique pertinere ad maiorem Dei gloriam confirmat etiam aduersariorum testimoniis, ut Porphyrij, & Alexandrii.

Probatur nonò, quoniam laudem, & gloriam Dei exultat maximè perfectissimus prouidentie modus: hic autem requirit rationabilibus creaturis succurrere iuxta naturam illarum, ita ut ad vnam partem non determinentur per antecedentem necessitatem, sed illis relinquatur vtriusque partis indifferentia, ut probatum est tomo de scientia Dei disp. 39. & multis sequentibus, & tomo de voluntate Dei, disput. 50. præsertim sect. 7. Vnde præterea colligitur à fortiori, talem prouidentie rationem pertinere ad laudem & gloriam diuinæ gratiæ: per hanc enim Deus creaturam disponit, & ordinat ad perfectissimum opus, & summum apicem diuinæ prouidentie.

Probatur decimò, quoniam ad maiorem Dei gloriam pertinet, hominibus communicare virtutem, & sanctitatem, illis inhærentem, & propriam, nec eos iustificare sola imputatione iustitiæ Christi: ut Tridentinum decernit, sess. 6. cap. 7. prope medium, & can. 11. ergo pari ratione ad maiorem Dei gloriam pertinet hominibus communicare laudem, & gloriæ meritum, & dignitatem, illis inhærentem & propriam, nec eos laudare, aut glorificare sola imputatione laudis & gloriæ Iesu Christi. cuius rationis vis constabit magis sect. 9.

SECTIO III.

Ad maiorem gloriam antecedentis voluntatis saluandi quoslibet, etiam præfictos, & ad maiorem humilitatem præfictorum proficit eadem possibilitas cooperandi.

PRIMA conclusio. Ad laudem, & gloriam inuirtæ propensionis Dei ad saluandos omnes, quantum ex ipso fuerit, pertinet talis prouidentia mediocum, quibus datis, aut oblati fuerit absolute possibile vitare materiales actiones peccatorum. Hanc probauit tomus de voluntate Dei à disp. 27. vsque ad 51.

Confirmatur ex Augustino lib. de gestis Pelagij cap. 30. ad finem: *Quod etiam sua sententia declarauit Palæstini Patres dicentes, cum rectè respondisset, hominem cum adiutorio Dei & gratia posse esse sine peccato; quid aliud motuentes, nisi ne hoc negando, non possibilitati hominis, sed ipsi Dei gratia facere viderentur iniuriam? Sed non ob aliam rationem gratiæ facerent iniuriam, nisi quoniam detraherent gloriam, & laudem illius: ergo laus & gloria est gratiæ, quod homo cum adiutorio Dei & gratia possit esse sine peccato. Quam propositionem rectè intellectam de mortalibus peccatis in hac vita, sed in futura vita etiam de tota collectione venialium peccatorum, probarunt Palæstini Patres,*

29.

30. Perfectus prouidentie modus Dei gloriam exalrat.

31. Sanctitas hominibus inhærens.

1. Concursus indifferens laudat propensionem Dei ad saluandos homines.

2.

res, licet Pelagius sinistro sensu pronunciauerit, vt ibidem Augustinus notat.

3. Eximia gloria diuina liberalitatis.

Secunda conclusio. Eximia gloria diuina liberalitatis, ac misericordiae, subindeque maior laus diuinae gratiae resultat ex eo, quod hominibus quantumcumque peccatoribus, obstinatis, atque praescitis Deus offerat, quantum est ex parte sua quodcumque remedium simpliciter necessarium ad salutem, virtute cuius sit illis absolute possibile actualiter conferri, & actualiter saluari. Insuper maior laus, & gloria est, si plurimis peccatoribus etiam praescitis contulerit non solum remedia simpliciter necessaria, sed etiam abundantiora.

4.

Probatur primò, quoniam suppositis praecipis, quae cunctos homines obligant ad aeternam salutem procurandam, auata, egena, & angusta foret gratia, si negaret aliquid simpliciter necessarium ad salutem actualiter obtinendam, idque negaret non vni tantum, aut alteri hominum, sed maximo, ac penè infinito stultorum numero n d expenderet ab eorum libera culpa.

5. Principium impediens iustificationem semper est ex parte hominis.

Confirmatur primò, quoniam ad gloriam diuinam liberalitatis & gratiae pertinet, quod principium impediendi iustificationem & perseverantiam semper sit ex parte hominis, & non ex parte Dei: ad hoc autem requiritur, offerri quidquid est simpliciter necessarium, vt actualiter conuertaris; quemadmodum probabitur infra disp. 41. 42. & 43. ex quibus constabit, esse absolute, & sine fictione veras, & iustas obiectiones, quibus Deus exprobrat peccatoribus, quod ipse nihil praetermiserit facere, quod ex sua parte fuerit simpliciter necessarium ad salutem.

Confirmatur secundò, quoniam diuinæ bonitatis & iustitiae gloria postulat, omnino nihil supernaturale praecipere, nisi quod fuerit simpliciter possibile actualiter explere per gratiam, oblatam in promptu, atque paratam.

6. Voluntas antecedens Dei bonitatis glorificat.

Confirmatur tertio, quoniam Dei bonitatem, atque misericordiam summopere glorificat antecedens voluntas saluandi omnes homines adultos: voluntas, inquam, sine vlla fictione, imò quantum est ex parte sua, prorsus efficax, vt actualiter consequeretur effectum, nisi per liberam hominis negligentiam staret: vt ostendimus tom. de voluntate Dei disp. 19. & 20.

Idem facit amicitia lex.

Confirmatur quarto, nam propter eandem rationem Dei misericordiam & gratiam summopere commendat lex amicitiae, & charitatis, quam Deus seruat erga quoscumque iustos etiam praescitos, & quam seruat etiam erga peccatores, cum vero gaudio de illorum conuersione: vt ostendimus eodem tomo disp. 21.

7.

Et quoniam in omnibus locis nuper citatis plura retulimus, & referemus testimonia sanctorum Patrum, satis erit in praesenti Dionysij Areopagite testimonium per compendium referre, supponendo, quod toto libro de diuinis nominibus, praesertim cap. 2. 4. 8. & 9. profiteretur scribere hymnos, & laudes diuinæ bonitatis, amoris, pulchritudinis, & iustitiae. Inter has igitur laudes praecipue numerat, quod Deus, quantum ex se est, omnibus se communicet, omnibus pateat, & omnibus aequaliter secundum vniuersiusque capacitatem infundat: id est quae rationalibus creaturis iuxta earum naturam noluerit boni necessitatem imponere, sed relinquere libertatis indifferentiam, ita vt quod cadat à Dei similitudine, & participatione, non ex eo proueniat, quod

Deus sui communicationem subtraxerit, sed ex libero arbitrio hominum, & Angelorum.

Similiter lib. de caelesti Hierarchia cap. 9. tradit, in Dei laudem cedere, quod omnibus desideret, & actu tribuat bonum, quantum ex se est, & cadentes à bono reducat: & non ex ipso, sed ex nobis cooperationis defectus proueniat, eo quod nobis reliquerit integram potestatem mouendi nos ipsos.

Ad maiorem humilitatem hominis valde proficit exclusio necessitatis antecedentis, & libera potestas operandi bene, vel male.

Probatur primò, quoniam si per antecedentem necessitatem determinaretur libertas ad bonum, vel ad materialem actionem peccati, cessaret ratio praecipua, propter quam Apostolus prohibet altum sapere. Augustinus enim epist. 120. ad Honoratum, cap. 20. & 21. tractans illud Roman. 11. *Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fidei fidei, noli altum sapere, sed time; rationem reddidit: Dei est enim beneficium, non meritum tuum. Quod & alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem: & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur.*

Et post pauca confirmat: *Quia non sit anima iusta, nisi participatione melioris, qui iustificat impium. Quid enim habet, quod non accepit? Non debet sibi tribuendo, quod Dei est, ita gloriari, quasi non accepit. Ob hoc enim dictum est: Noli altum sapere, sed time.* Probat autem, hic praecipue humilitatem, quae refugit altum sapere: vt Roman. 12. *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.*

Collige primò, Christianae humilitati satis esse, si non ita sapiat altum, quasi non accepit, sed agnoscat, esse beneficia à Deo recepta.

Secundò, & principaliter collige, timorem hic ab Apostolo praecipuum, non seruilem, sed filialem esse, quo iustus timet Deum offendere, ne ab illo recedens gratiam subtrahat, & auxilia. Huius autem timoris, & humilitatis, per quam iustus suam fragilitatem recognoscit, nulla esset ratio, si per antecedentem necessitatem arbitrium foret determinatum ad actiones pietatis, vel ad materiales actiones peccatorum. Quamobrem vt quilibet iustus, quandiu stat, habeat, quod possit timere, & fugere, concedendum est habere potestatem, vt se ipsum determinet ad violanda Dei praecipia, quo Deum prouocet ad excidendum, & potestatem se ipsum cum diuina gratia determinandi ad seruandum praecipuum humilitatis, & aliarum virtutum; hoc enim faciens fugiet illud malum, quod timet.

Secundò probatur, ad humilitatem maiorem ex parte iustorum omnino requisitam esse, quam asserimus, indifferentiam libertatis. Quoniam, illa sublata, quilibet iustus posset gloriari, quod diuinis beneficiis reddiderit quantum per diuinam gratiam actualiter reddere fuit absolute possibile, & quod per talenta sibi commissa fuerit lucratus, quantum actualiter lucrari fuit absolute possibile, ac per hoc ad perfectionem currerit quam celeriter, & quanta contentione fuit possibile. Haec autem non fert humilitas Sanctorum: semper enim se agnoscent comparatione diuinæ gratiae, & donorum segniter, & tardè in perfectione proficere, & se ipsos reprehendunt, quoniam si aliis hominibus Deus contulisset salutis occasiones, & remedia, quae ipsis contulit, melius cooperati fuissent, maioremque gratitudinem erga

8.

9. Libera potestas operandi ad humilitatem nostram proficit.

IO.

II. Duo colliguntur.

12.

Libera potestate sublata quilibet iustus posset gloriari.

erga Deum ostendissent: fatenturque sua libera negligentia & ingratitude non peruenisse ad maiorem perfectionem, & impediuisse maiora beneficia, quae Deus, quantum ex se est, ipsis conferre parabat, vt probabitur infra disp. 48.

13.

Confirmatur primò, quoniam humilitatis est etiam recognoscere singulare beneficium communicandi secundariam laudem, & gloriam hominibus propriam: quemadmodum in praecedentibus conclusionibus, & tota sectione praecedente constat, atque ex sequentibus constabit.

Confirmatur secundò, nam, vt sapienter obferuauit Concilium Sennonense in prologo, col. 3. *Apostolus noli, liberum arbitrium otio torpescere cum Manichaeo, & arrogantiam deuotus Pelagij, sic cooperationem tribuit libero arbitrio, vt ex se tamen, & citra diuinam gratiam munus sufficere non possit ad salutem. Haec vtrigue sententia est Ecclesiae Catholicae, quam semper Catholici Doctores tenuerunt, &c.* Rursus in can. 15. rationem reddit: *Nec enim liberum arbitrium asserentes diuinam excludimus propterea gratiam, quod illi falso toties imponere non ventur.*

14.

Dista potestas ad humilitatem peccantium requiritur.

Tertio probatur, quoniam ad maiorem humilitatem peccantium & obstinatum clarior est omnino requisita esse, quam asserimus, indifferentiam libertatis. Ratio est, quoniam, hac indifferentia sublata, quicumque peccantes possent suam culpam in Deum refundere, aut certe se ipsos excusare à culpa: vt probatum est tomo de voluntate Dei, praesertim disp. 33.

Confirmatur, quia dato quod peccatores antecedenti necessitate ligati non possent se ipsos excusare à culpa; manifestior tamen, & maior erit eorum culpa, & subinde clarior, & maior humiliationis materia, si non stetit per Deum, quominus actualiter acciperent, quidquid erat simpliciter necessarium ad salutem obtinendam, sed ipsi liberè restiterunt gratiae, licet actualiter consentire, & cooperari fuisset illis possibile.

SECTIO IV.

Veram laudem, & gloriam Deus concedit hominibus, & Angelis: & ea queritur honestè per opera.

1. Quid sit gloria.

AD veram intelligentiam totius praesentis disputationis duo praemittenda sunt. Primum: *Gloria est effectus honoris & laudis: quia ex hoc, quod testificamur de bonitate alicuius, clarificat bonitas eius in notitiis plurimorum: & hoc importat nomen gloriae. Nam gloria dicitur quasi clara. Unde ad Roman. 1. dicit quaedam glossa Ambrosij, quod gloria est clara cum laude notitia.* Ita S. Thomas 2. 2. quaest. 103. art. 1. ad 3. & quaest. 132. art. 1. arg. 3. receptus communiter à Summistis in verbo, *vana gloria.* Ab hac definitione nihil in sensu discrepat altera, quae traditur ab Augustino lib. 83. quaest. 103. art. 3. 1. versus finem: *Gloria est frequens de aliquo fama cum laude.* Necnon tertia definitio, quam tradit Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 5. in medio, dicens: *Gloria est, cum virtuosus à cunctis existimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. Laus autem est, magnitudinem virtutis ostendens oratio.* Ita Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 9. post med. & lib. 3. cap. 16. prope initium.

2.

Inde colligitur primò, quoties in sequentibus

Ritè de Praedestinatione.

sectionibus probatum fuerit, sanctis hominibus, aut Angelis deberi claram, atque frequentem notitiam, & famam cum laude, per quam virtuosus existimatur à cunctis, eo ipso probatum esse gloriam eisdem Sanctis deberi.

Colligitur secundò, quoties Deus in sacra Scriptura, vel Christus Dominus, vel per eius Spiritum scriptores sacri alicuius hominis magnitudinem virtutis ostendunt oratione, toties verè laudare, ac proinde veram & solidam gloriam illius causare. Quia nulla potest esse iustior ratio, vt frequentior, & clarior confurgat illius notitia, qua virtuosus existimetur ab omnibus, quam in sacris literis commendari.

Secundò supponendum est, gloriam, & laudem accipi dupliciter. Primò latè atque improprie, prout est manifestatio, seu testificatio cuiuscumque doni excellentis, etiam si non sit hominibus imputabile. Quemadmodum Genes. 12. *Viderunt Aegyptij mulierem, quod esset pulchra nimis: & nunciauerunt Principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum.* Altior autem laus & gloria, licet ab hac eadem acceptione non recedat, erit de supernaturalibus beneficiis, & donis, quae conferuntur independentè à nostra libertate, de quibus gloriamur in Deo, vt gloria tota, atque totaliter sit Dei, nullaque pars gloriae, vel laudis secundariae sit proprie atque simpliciter nostra. Veluti quando gloriamur, quod Christus humanum genus redemerit, quod Sacramenta, & Euangelicam legem condiderit, quod nos ad fidem vocauerit, & instruxerit.

Secundo modo proprie & strictè sumitur laus, & gloria, prout est frequens fama, & clara notitia doni, quod verè, & proprie imputatur habenti; tanquam illius causa secundaria. Hoc praeteris indicauit illa definitio Aristotelis, cum virtuosus à cunctis existimatur. Nam & virtus est illud vnum bonum, quod probi, vel prudentes expetunt. Hanc autem solam esse propriam acceptionem laudis, & gloriae, supponunt omnes Philosophi & Theologi, cum inde probant indifferentiam libertatis, quoniam sine illa virtus non foret laude, & gloria digna, vt videbimus sect. 6. Praesens igitur disputatio tota versatur non in prima, sed in secunda acceptione propria, & strictè laudis, & gloriae.

Sit igitur conclusio. Veram laudem, & gloriam, proprie, & strictè sumptam, Deus concedit quibuslibet iustis, saltem in aeterna beatitudine: eadem verò laus & gloria potest esse finis honestè desideratus, & procuratus per pias operationes.

Probatur primò, Ioan. 15. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inimicem accipitis, & gloriam, quae à solo Deo est, non queritis? Quod si vitium est reprehensione dignum, non querere gloriam, quae ex solo Deo est; inde inferuntur duo. Alterum, quod à Deo solo, tanquam ab authore, & testificatore, seu clarificatore sit solida gloria. Alterum, quod eadem gloria possit, ac debeat ab hominibus queri per conatus liberi arbitrij, diuina gratia suffultos.*

Secundò, quoniam contestatur Apostolus ad Roman. 2. *Iis, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quarunt, vitam aeternam.* Vbi D. Thomas lect. 2. ante med. *Gloria, inquit, significat claritatem Sanctorum, etiam intrinsecam, qua replebuntur in mente, secundum illud Esai. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & exteriorem,*

3. Duplex laus & gloria accipitur.

4.

De gloria, & laude in secunda acceptione sermo est.

5. Veram laudem Deus concedit iustis.

6.

H h

tertiorem,



teriore, qua splendebunt in corpore. Matth. 13. Fulgebunt iusti, sicut Sol in regno Patris eorum. Psal. 149. Exultabunt Sancti in gloria. Per honorem significatur Sanctorum dignitas, & reuerentia, qua eis exhibetur ab omni creatura. Erunt enim Reges, & Sacerdotes. Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes; & ulterius computabuntur inter filios Dei, secundum illud Sapient. 5. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei. Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus.

Notandum autem est, non solum querendi verbo, sed etiam operandi bonum, significare liberos conatus, prerequisites ad gloriam, & honorem, quando post pauca subiungit Apostolus: Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum.

7. Vnde sumitur probatio tertia, quoniam frequenter à sacra Scriptura, & Patribus meritorum premium aeternum promittitur tanquam gloria, & honor, triumphus, palma, & corona decoris. Per qua licet principaliter significetur visio clara, & constantissimus amor Dei; hæc tamen significantur, in quantum sunt clarissimum, & manifestissimum testimonium ab eo, qui falli non potest, omnibus exhibitum de virtutibus, quas per Dei gratiam, & liberos conatus exercuerunt; quemadmodum Roman. 8. Non sunt, inquit, condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum Dei expectat. Spes igitur Theologica non solum expectat Deum possidendum clara visione, & amore, sed etiam gloriam, & clarum cum laude notitiam, per quam declarentur, quod per gratiam eius, qui dedit eis potestatem filios Dei fieri, & per liberam electionem non ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sint.

8. Hæc autem manifestatio, & clara notitia laudis vniuersalior erit, atque celebrior in die iudicij, quando Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo, 1. Corinth. 4. Hac igitur de gloria rectè D. Thomas 2.2. quaest. 132. art. 1. ad 2. Qua habetur à Deo, inquit, non est gloria vana, sed vera: & talis gloria bonis operibus in premium re-promittitur, de qua dicitur 2. ad Corinth. 10. Qui gloria-tur, in Domino gloriatur: non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Deus igitur est, qui tanquam mercedem, bonis operibus, & iustitiæ debitam, reddit aeternam laudem, & clarum notitiam, & famam.

9. Sed quamuis Deus sit, qui principaliter commendat, nihilominus homines etiam per eius gratiam, & liberum arbitrium in benefactis commendant animas suas, hoc est, laude, & gloria dignas reddunt. Sic enim videtur intelligendum, quod præcipitur 1. Petri 4. sine: Fideli Creatori commendate animas suas in benefactis. Non enim commendare hoc loco videtur esse rogare, quod proprium est orationis; sed laudem & gloriam mereri, quod proprium est omnium bonorum operum.

10. Probatur quartò, nam eximia laus, & gloria sanctorum erit, à Deo audire sue in particulari, sicut in vniuersali iudicio: Euge serue bone, & fidelis, qui super paucos fuisti fidelis, &c. Matth. 25. & Luca 19. Euge vocem esse laudantis, probari potest ex Psal. 69. Auertantur statim erubescences, qui dicunt mihi: Euge, euge. Vbi Augustinus: Quare me laudant? Laudant Deum. Quis enim ego sum, ut lauder in me? Aut quid ego feci? Quid habeo,

quod non accepi? Laudat igitur Deus, quando dicit: Euge serue bone, & fidelis. Vnde Gregorius homil. 9. in Euangelia ante medium dicit: Qui geminata talenta retulit, laudatur à Domino. Et Augustinus de quaestione. Euangel. lib. 2. cap. 46. à medio: Serui reddentes rationem ex eo, quod acceperant, laudantur.

Prosper 2. de vocatione gentium cap. 8. ait: Denique isti, quibus secundum modulum capacitatis sua, quem in eis distributor substantia præstabat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, sed operis accipere materiam, in qua duorum seruorum vigilantissima industria non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in aeterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Prosper itaque distinguit duo genera donorum. Alterum, quod, proprie loquendo, gloriosus laudibus non honestatur, quia non est meritum operis, sed tantum materia, circa quam, aut virtute cuius debeant operari, videlicet gratia præueniens. Alterum donorum genus est seruorum vigilantissima industria, cooperans cum gratia præueniente, & adiuuante. Hæc igitur gloriosus laudibus honestatur.

Confirmatur primò Prouerb. 27. Qui seruat fructum, comedit fructus eius, & qui custos est Domini sui, glorificabitur. Vbi glorificatio refertur ad liberam vigilantiam custodiendi Dominum suum, & seruandi fructum, id est, gratiam, vel liberum arbitrium gratia viuificatur, vt comedit fructus eius.

Confirmatur secundò, Matth. 10. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo, qui in caelis est. In quo ostendit, quales nos nominis sui testes hominibus fuerimus, tales apud Deum Patrem testimonio eius vsuros, vt inquit Hilarius cum laude notitia, nullaque fama celebrior, quam hæc per Christi Domini testimonium, & confessionem coram Patre, & Angelis eius, in omnium Sanctorum mentes diffusa; ideo nulla gloria maior, & ea non per ignauiam liberi arbitrij, sed per strenuum liberumque laborem martyrij, & victoriæ in hoc sæculo comparata.

Confirmatur tertio, Apocal. 3. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis: & non debeo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius. Nulla potest excogitari clarior cum laude notitia, nullaque fama celebrior, quam hæc per Christi Domini testimonium, & confessionem coram Patre, & Angelis eius, in omnium Sanctorum mentes diffusa; ideo nulla gloria maior, & ea non per ignauiam liberi arbitrij, sed per strenuum liberumque laborem martyrij, & victoriæ in hoc sæculo comparata.

Vnde sumitur probatio quinta. Nam ea propter Apocal. 21. Ierosolyma celestis gloria describitur, non solum per eas dotes, quas recipiunt ciues in eam ingressi, & nunquam intermissam claritatem vrbis, sed etiam per gloriam & honorem, quem omnes iusti ex hoc sæculo ad eam urbem conuectabunt: Et Reges, inquit, terra afferent gloriam suam, & honorem in illam. Et porta eius non claudentur per diem: nox enim non erit illi. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam. Notetur gloriam esse suam, quoniam propriis eorum meritis per diuinam gratiam comparatur: insuper à Regibus terræ in caelum afferri, quoniam iusti gloriam aeternam in terra comparant.

Confirmatur primò, quia dubium non est, quin gloria, quæ promittitur se humiliatibus, tribuenda sit à Deo, præsertim in aeterna vita, secundum illud Luca 14. Recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit ille, qui te & illum imitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul

SECTIO V.

Laudat Deus, & glorificat etiam in hoc sæculo, vel exterius apud alios homines, vel interius tantum in propria conscientia.

Ad præcedentis sectionis doctrinam ampliationes duas adiungimus, quæ sunt etiam eiusdem confirmationes.

Prima. Deus Sanctos, adhuc mortalem vitam agentes, nonnunquam laudauit: vt Genes. 7. Te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus, videlicet Noë. & Genes. 22. Nunc cognoui, quod times Deum, & non pepercisti vnguento, &c. Actuum 13. Suscitauit illis David Regem, cui testimonium perhibens, dixit: Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. & 2. Reg. 7. & 1. Paralip. 17. Fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui celebrantur in terra. Cui respondit: Quid ultra addere potest David, cum ita glorificaueris seruum tuum? Matth. 11. Caput Iesu dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in deserto videre? Arundinem vento agitatam? &c. de quo Gregor. lib. 3. moral. cap. 5. Quid est, quod Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulentis verbis in saltatricis premium moritur?

Ioan. 1. Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. De quo Gregorius lib. 33. moralium cap. 19. aliàs 21. Dominus, inquit, Nathanaëlem laudat, neque tamen in sorte predicantium nemerat: quia ad predicandum eum tales venire debuerant, qui de laude propria nihil habebant. Supponit ergo, Nathanaëlem in ore Domini aliquid habuisse de laude, quæ sibi propria fuerit propter liberos conatus, quamuis non sine diuina gratia. &: Illa vidua in Euangelio de paruo laudata est, & qui multa mitabant, laudati non sunt: vt inquit Ambrosius 2. Corinth. 9.

Iob adhuc viuens à Deo laudatus est, tanquam vir simplex, & rectus, & timens Deum, & adhuc reuens innocentiam, cap. 1. & 2. Vnde Gregorius 2. moral. cap. 5. prope initium: Eum, inquit, Dominus in diaboli defectum laudauit. & post pauca: Ex Dei laudibus in tentatoris mente inuidia fuerant faeces excitata. & iterum lib. 3. cap. 1. Dominus cum B. Iob bona sicut prius diceret, hæc cum victoria, & triumphis enumerans adiungit, & adhuc reuens innocentiam, quam gloriose tenuit in tranquillitate, gloriosius seruauit in verbera. Non igitur solus Deus, sed etiam homo per eius gratiam, & liberum arbitrium secundariam laudem, & gloriam, vt sibi debitam vendicat propter victoriam, triumphum, & constantem in tentationibus perseuerantiam.

Hæc ad singulares personas. Nam de vniuersa Ecclesia fidelium antiquorum, quam miraculis, & prodigijs in deserto Deus condecorauit, Sapient. 19. sine: In omnibus, inquit, magnificasti populum tuum, & honorasti.

Secunda ampliatio, & confirmatio sit frequentior modus, quo Deus iustos etiam in hac vita laudat, atque glorificat apud se ipsos, videlicet conscientia testimonium de bonis operibus per interiorem consolationem, & illustrationem intellectus cum iudicij tranquillitate quadam inspiratum. De quo 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est,

simul discumbentibus; quia omnis, qui se exultat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

16. Rursus obliuionis præceptorum, præcipue pertinentium ad diuinum cultum, glorificatio promittitur, 1. Regum 2. Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contempnum me, erunt ignobiles. & Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. 1. Petri 1. Ut probatio vestra fidei multò pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi. hoc est, in die iudicij manifestetur Angelis, & hominibus, & declaretur digna laude, gloria, & honore: vt exponunt Beda, Glossa, D. Thomas, Lyra, Caietanus.

Ex præcedentibus probationibus colligitur id, quod eisdem efficaciter confirmat, videlicet, licitum, & honestum esse, propriam laudem, & gloriam querere; dummodo illa non ab hominibus queratur, sed à Deo, præsertim in gloria celesti, de quo videri potest Chrysostomus Roman. 9. serm. 17. sine, & 1. Timoth. 1. ante morale, & in morali, & tom. 1. de fide Annæ hom. 4. col. 4. tractans illud 1. Reg. 2. Exaltatum est cornu meum in Deo meo.

17. Quomodo licet querenda sit propria laus. Eadem confirmatio ideo maiorem vim habet, quoniam appetitus laudis, honoris, & gloriæ nobis est naturaliter inditus eo fine, vt illi supernaturaliter inferatur appetitus solidæ laudis, & gloriæ, à Deo supernaturaliter obtinendæ. Propterea Damascenus dialogo contra Manichæos propinquius ad principium, quam ad medium; vt ostendat, omnes vires, & inclinationes nobis à Deo concessas, ex se bonas esse, & ad bonum destinatas: Inanis, inquit, gloria non eò mala est, quod gloria ametur, sed quod ea gloria non ametur, quæ à Deo proficitur. & prope finem eiusdem dialogi: Naturalis ordo in hoc situs est, vt gloriam eam, quæ à Deo proficitur, expectamus: vt autem gloriam alij ab alijs desideremus, hoc verò naturale repugnat.

18. Bernardus sermone de triplici gloria in principio: Nouerat Apostolus, gloriam propriam esse Creatoris, non creature, secundum illud: Gloriam meam alteri non dabo; sed considerauit, rationalem creaturam adeò affectare gloriam, vt aut vix, aut nunquam ab hoc compesti desiderio possit, quippe quæ ad imaginem facta est Creatoris. Propterea secundum datam sibi à Deo sapientiam, saluberrimum adinuenit consilium, dicens: Quandoquidem persuaderi nobis non potest non gloriari: saltem qui gloriatur, in Domino gloriatur.

19. Confirmatur denique, nam inde tanquam à radice prouenit, vt gloria, laus, & honor etiam viatoribus exhibita, vehementer ad virtutem prouocet, vt fert non minus verum, quam vulgare prouerbium:

Quid. 4. de Ponto eleg. 2. — laudatque virtus

Crescit, & immensum gloria calcas habet.

Quod ad hoc probandum affert D. Thomas Hebraeor. 10. lect. 4. prope initium, exponens illud: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnam certamen sustinistis passionum, &c. Idemque docet 2.2. quaest. 131.

art. 1. & 132. art. 1.

in arg. 2.

Ruiz de Prædestinatione.

II.

Duo genera donorum.

12.

13.

14.

15.

Humilibus gloria, ubi tribuenda.

I.

Deus Sanctos in hac vita laudat.

2.

3.

4.

5.

Deus iustos in hac vita apud se ipsos laudat.





trio concedimus, foret arrogans, & contumeliosa diuinæ gratiæ, consequens esset, eam laudem, & gloriam secundariam neque Beatissimæ Virginis Mariæ, & eius libero arbitrio, nec assumptæ per diuinum Verbum humanitati, cuiusque libero arbitrio ratione sui præcisè consideratis, fore concedendam, quoniam, si concederetur illis, eandem, imò maiorem arrogantiam continerent.

Sequela probatur primò, quia prædictum fundamentum nititur generalibus principiis diuinæ gloriæ, & naturæ creatæ, ac subinde liberi arbitrij creati, cui reputant esse impossibile ratione propriæ determinationis, etiam secundariæ, atque minus principalis habere aliquid, vnde propriam sibi gloriam vendicent absque contumelia diuinæ gloriæ.

Confirmatur, quoniam ad excludendam omnem gloriam liberi arbitrij propriam totalis ratio est antecedens necessitas: quam etiam inducunt in liberum arbitrium creatum Iesu Christi Domini nostri, & eius Sanctissimæ Mariæ. Ergo similiter ab illis excludere debent omnem laudem, & gloriam propriam liberi arbitrij.

2. Probatur secundò. Etenim quanto plus gratiæ liberum arbitrium Christi Domini, atque Sanctissimæ Virginis accepit, tanto foret tutioris arrogantia, maiorisque contumeliosa diuinæ gratiæ aliquam sibi gloriam adscribere, quantumuis secundariam. Vnde in Christum Dominum, & Beatissimam Virginem (quod absit omnino cogitare) plus, quam in ceteros homines, quadret illa reprehensio: *quid gloriaris, quasi non acceperis?*

3. Corollarium ergo deducitur ex prædictis rationibus, & fundamentis, quod seruata proportione minoris gratiæ, ac minus perfectæ cooperationis liberæ, de quibuslibet Christi Domini membris concedenda sit gloria, laus, & eius meritum, ob eandem rationem, ob quam conceditur Beatissimæ semper Virgini, & arbitrio creato Christi Domini.

4. Tria sunt igitur, quæ sectio præfens debet ostendere; quartum verò attingere, & remittere. Primum. Christus Dominus per liberam humani arbitrij cooperationem laudem, gloriam, & honorem humanitatis suæ proprium ex iustitia meruit, non solum à Patre, sed etiam ab Angelis, & hominibus exhibendum. Secundum. Hæc laus, & gloria, quæ arbitrio creato secundariò & minus principaliter, quam eius diuinæ personæ debetur, non minuit, sed potius auget laudem & gloriam diuinitatis, & gratiæ vnionis, atque gratiæ habitualis, aut actualis. Tertium. Laudabiliter ac sine detrimento perfectissimæ humilitatis Christus Dominus per liberam voluntatem creatam quæsiuit, petiit, & impetrauit prædictam gloriam: quoniam eo ipso procurabat maiorem gloriam Patris, atque diuinæ gratiæ. Quartum aliud ostendet sectio nona, videlicet, laudem, & gloriam, humanitati præcisè propter humanas operationes debitam specie distingui à laude, & gloria Dei.

5. Hæc tria probantur, primò, quoniam illis non obstat quod Ioan. 8. *Ego, inquit, non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet.* Quin potius confirmat ea, quæ probanda suscepimus. Nam licet Christus Dominus suam gloriam non quæsierit, tanquam ab ipso sumendam autoritate solius arbitrij creati; nihilominus quæsiuit, vt

Pater suam gloriam eius humilitati quæreret, & iudicaret, vt in secundo membro prædictæ sententiæ haberetur. Et certè Christi Domini vox est Psalm. 108. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est: vt exponit Augustinus, & Prosper in eum Psalm.*

6. Secundò probantur, nam manifestius traduntur Ioan. 17. *Et nunc clarifica me tu Pater apud te metipsum claritate, quam habui, prius, quam mundus esset apud te.* Vnde colliguntur quatuor. Primum. Christus Dominus optat, petit, & illi concedit Pater, non solum diuinitatis, sed etiam humanitatis gloriam, & celebratam, & claritatem nominis. Atque in hoc omnes Græci, & Latini expositores conueniunt, licet in aliis diffideant.

7. Secundum est. Gloria, celebritas, & claritas nominis, humanitati Christi Domini concessa, eadem ipsa est, clarificatio, & glorificatio, qua Pater nomen sui ipsius clarificat. Quod sumitur, præsentem Christi Domini orationem conferendo cum alia, quæ nihil in sensu dissidet c. 12. *Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo: Et clarificauit, & iterum clarificabo.* In hoc Patris oraculo, te, subintelligunt omnes expositores, & interpretantur, Christum Dominum in quantum hominem semel prius fuisse clarificatum, & iterum postea fuisse clarificandum, siue per resurrectionem, & confessum ad dexteram Patris, gloria, & honore coram omnibus Angelis, siue per miraculum, prædicationem Euangelij, & conuersionem gentium.

8. Confirmatur, quia propter dictam vnitatem, siue indissolubilem connexionem inter gloriam humanitatis Christi, & gloriam Patris, prædixerat Christus Dominus in exordio eiusdem orationis cap. 17. *Clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.*

9. Vnde colligitur tertium, videlicet, esse prorsus impossibile, vt gloria secundaria, quæ conceditur humanitati Christi Domini propter eius liberam operationem, diminuat claritatem, & gloriam Dei, & gratiæ: tum quoniam explicitè & formaliter glorificare humanitatem Christi Domini, est implicitè & virtualiter Deum & eius gratiam tanquam primariam causam clarificare, & glorificare. Tum etiam, quoniam Filius in quantum homo eum finem præsertim spectat, quando petit clarificari, vt ipse sua clarificatione clarificet Patrem. Non ergo obscuratur claritas Patris, & gratiæ per claritatem, & gloriam, creatis operibus Christi Domini concessam.

10. Quartum est meritum claritatis, & gloriæ consistens in bonis operibus, quod notatur Ioan. 12. illis verbis: *Propterea veni in horam hanc.* & Ioan. 17. quando claritatis postulationi subiungitur: *Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.* &c. Præcipue verò ignominiosissimam mortem liberè subiisse, fuit illud meritum eximia gloriæ, & exaltationis, Philip. 2. *Humilitatis semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genua stentent, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua constentur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Tanta claritas, & celebritas nominis, tantaque gloria retributa fuit propter humilitatem, & obedientiam mortis, vt propter causam meritoriam.

10. militatem, & obedientiam mortis, vt propter causam meritoriam.

11. Confirmatur, quia non repugnat, sed potius consonat, quod Chrysostomus tomo 5. serm. aduersus hæreticos circa med. exponit, Christum Dominum oratione illa Ioan. 17. nomine hominum postulasse glorificari. Nam gloria membrorum Christi magis est gloria capitis, quam membrorum. Insuper quando glorificatur Christus, eius etiam membra glorificantur. Ideo quocumque modo intelligas, probatur efficaciter, laudem & gloriam debere libero arbitrio creato, quoniam cooperatur diuinæ gratiæ.

12. Tertio probantur eadem Psalm. 29. *Confidisti saccum meum, & circumdediti me leuitia, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.* Quod siue de Christo Domino, in quantum homo est, siue de vniuerso illius corpore collectiue sumpto, siue de singulis diuinitatis fidelibus intelligatur, semper significat, quàmlibet cuiuslibet hominis gloriam, & laudem redundare in gloriam Dei, & canticum laudis, & confessionis, hoc est, gratiarum actionem. Atque ita consonant Augustinus, Hieronymus, & Basilus in eius loci commentario. Similiter Psalm. 20. *Magna est gloria eius in salutari tuo. Gloriam, & magnum decorem impones super eum.*

13. Quarto. Nam illud Psalm. 8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.* De Christi Domini glorificatione propter passionem exponit Paulus ad Hebr. 2. in cuius commentario D. Thomas lect. 2. paulo post med. explicat per illud Apocalyp. 5. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Sed redeamus ad Paulum, ita exponentem: *Eum autem, quòd modico quàm Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum.* Vbi notatur causa meritoria, propter quam gloria, & honore coronatus est, videlicet propter passionem.

14. Erit aliquis fortasse, qui tentet effugere vim illationis, ab arbitrio creato Christi Domini ductæ ad ceteros homines, eò quòd humanitas Christi Domini & eius opera dignitatem & valorem accipiant ex persona Verbi. Sed hoc non debilitat vim illationis, quoniam vnio hypostatica, & dignitas personæ Verbi non possunt causare meritum propriè dictum, nisi per actiones verè liberæ, quas humanum arbitrium hîc & nunc absolute potuerit omittere: idèque quantum ad indifferentiam libertatis, & potestatis determinandi seipsum, concedendum sit creatæ voluntati Christi Domini, quod ceteris voluntatibus, præter possibilitatem peccandi, prout diffuse probatum & explicatum est tomo de scientia Dei tota disp. 47.

15. Nihilominus illud effugium nec in mentem venire poterit, si præcedens argumentum instauratur in Beatissima Virgine, cum sit pura creatura: & tamen verè & propriè meruit superexcellenter honorem, laudem, & gloriam propter perfectissimos actus fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum. Quas omnes complectitur fides, quæ per charitatem operatur. De quibus omnibus ab Elizabeth laudatur: *Beata que credidisti.* Hæc autem laus à Spiritu sancto inspirata non

potuit minueri, sed potius magnificare valde diuinam gloriam, vt continuo sequuntur Mariæ canticum significat: *Magnificat anima mea Dominum.*

16. Confirmatur primò, nam ab Angelo laudatur: *Gratiâ plena; sed plenitudini defuisset præcipuum culmen, nisi habuisset etiam gratiam exercendi liberè cuiuslibet virtutis opera; suo statui proportionata.* Ideo: *Viderunt eam, inquit, filie, & Beatissimam predicauerunt: regina, & concubina, & laudauerunt eam.* Cantic. 6. Quod siue ad Beatissimam Virginem, siue ad vniuersam Ecclesiâ, siue ad singulas Sanctorum animas referas, omnino probatur, laudandas esse personas cooperatrices gratiæ.

17. Secundò, nam Beatissimam Virginem laudant Cherubin, gloriam eius predicant Seraphin, vt Damascenus loquitur orat. 1. de dormitione B. Mariæ post initium. Augustinus humanæ laudis licet impugnator acerrimus serm. 18. de Sanctis, in med. *Quis tibi dignè valeat inua gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? Quas tibi laudes fragilibus humani generis persoluet? &c.*

18. Cyillus Alexandr. in hom. contra Nestorium, ait: *Laus, & gloria sit tibi sancta Trinitas, quæ nos ad hanc celebritatem conuocasti. Sit etiam tibi sancta Dei Mater, &c.* & infra: *Quisnam poterit tuarum laudum præconia explicare, Maria Mater, & Virgo.* Athanasius serm. de sanctissima Deipara sub finem: *Gratiâ plena es. Nam ideo his vocibus, vt ex re ipsa desumptis, & natura laudatorij, præcipue in tuum encomium utimur, si quando hymnus, si quando laus tibi, siue à nobis, siue ab vniuersa Ecclesia offertur.*

19. Concilium Basiliense sess. 43. appellat gloriosissimam, & omni laude dignissimam. Quemadmodum & Ecclesiasticum officium gloriosam frequenter appellat: *Et quibus, inquit Ecclesia, te laudibus offeram, nescio.* Denique vix est aliquid, quod vel frequentius à concionatoribus prædicetur, vel à fidelibus audiatur libentius, quàm laus, & gloria Beatissimæ Virginis Mariæ.

20. Amor igitur, atque reuerentia Mariæ, & Filij, quantum existimo, piæ mentes inclinabit ad concedendam secundariam laudem, & gloriam, propriam libero arbitrio, & eius supernaturalibus operibus ex iustitia debitam, ne illam negare cogantur Christo Domino, & Virgini Matri, si dixerint repugnare arbitrio creato, vt supra notauimus.

SECTIO VIII.

*Gloriantur in Domino Sancti, etiam in vita mortali, seruatis istius gloriæ conditionibus.*

PRIMA conclusio certa. Licitum est, & Deo gratum aliquando iustos in Domino gloriari, dummodo seruentur conditiones, & qualitates gloriæ, quas infra declarabimus conclus. 2.

Probatur primò, nam Dominus Ieremie cap. 9. prope fin. *Non gloriatur, inquit, sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis; sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & nosse me.* Vnde collige, licitum esse & honestum gloriari, dummodo gloriandi materia sit vera, & solida virtus, & gloriatio nitatur Deo, vt primo auctori, & ad eum dirigatur, vt ad vltimum finem. Quod obseruant communiter Patres, hunc locum ponderantes.

- 2. **Basiliius homil. de humilitate inter princip.** & med. *Quanam est, inquit, vera gloriatio, & qua in re magnus est homo? In hoc, inquit, gloriatur, qui gloriatur, si sciat, & cognoscat me esse Dominum. Hæc est hominis sublimitas, hæc gloria, & magnificentia, verè cognoscere hoc, quod magnum est, & illi congruina-ri, ac gloriam à Domino gloria quævere. Dicit autem Apostolus: Qui gloriatur, in Domino gloriatur: nam ea demum perfecta & omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque propter suam quis iustitiam extollitur, sed agnoscat, se quidem verà destitui iustitiã. Verum sola in Christum fide iustificatum esse, & gloriatur in eo Paulus, &c. Suam iustitiã Basiliius hinc intelligit, solis naturæ viribus partam; de hac enim tantummodo verificari potest, quod sequitur, se quidem verà destitui iustitiã. Insuper fidem intelligit, quæ per charitatem operatur, & hac sola, dicit, hominem iustificatum, vt omnem à naturæ viribus fiduciam deiciat.*
- 3. **Hilarius in id Psalm. 51.** *Quid gloriaris in malitia? Cateram, inquit, est gloria & expetenda, & confitenda, & affectu quodam exultantis gaudij eloquenda, quod utrumque sub ysaem dictis alius Propheeta demonstrat, dicens: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque dives in divitijs suis; sed qui gloriatur, in Domino gloriatur. Veritas enim primam improbabilis gloriae causis, causam rursus competens gloria ostendit.*
- 4. **Hieronymus in Ierem. cap. 9.** *Ista est, inquit, sola gloriatio, vt sciat, & intelligat, quod ipse sit Dominus. & post pauca: Vbi sunt ergo, qui dicunt, hominem proprio regi posse arbitrio, & sic datam liberi arbitrij potestatem, vt Dei misericordia tollatur, atque iustitia? Vnde & Apostolus assumens hoc testimonium, ponit exemplum: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Agnoscat igitur Hieronymus aliquam gloriationem honestam, & Deo gratam; sed eam refutat gloriationem de viribus arbitrij, quæ se sibi sufficere putaverit, & misericordiæ gratuitæ negaverit indigentiam.*
- 5. **Secundò probatur alijs testimonijs Veteris Testamenti.** Nam Sapiens: *In lege testamenti Domini gloriabitur, collaudabunt multi sapientiam eius.* & infra: *Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciabit Ecclesia.* Eccl. 39. & Psal. 105. *Vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.* & Psal. 31. *Lætami in Domino, & exultate iusti, & gloriâmini omnes recti corde.*
- 6. **Tertiò probatur ex Nouo Testamento 2. Corinth. 12.** *Prohincusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam cisi voluero gloriari, non ero insipiens: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me. Quem locum sapienter ponderans Gregorius lib. 18. moralium cap. 7. concedit aliquando, sed cum temperamento pro mensura utilitatis proximorum, debere Sanctos gloriari, & proprias laudes manifestare discipulis. Vnde Anselmus in eius loci commentario ait: Etiam si voluero pro me gloriari, id est, meritum meum, quod apud Deum habeo, proficere, non ero insipiens in hac gloriatione. Non enim falsa loquar: & ideo non in me ipso, sed in ipsa veritate, quæ superior me est, humiliter, & veraciter gloriabor. Eadem est expositio Ambrosij in eum locum: atque idem planè colligitur ex Chryso- stomo homil. 26. colum. 2. in posteriorem ad Corinthios.*
- 7. **Confirmatur primò, nam in eadem epist. posteriori ad Corinth. cap. 8. fine: Ostensionem, inquit, quæ est charitatis vestra, & nostra gloria pro vo-**

his, in illos ostendere, in facie Ecclesiarum. Cuius apud S. Thomam hæc est paraphrasis: *Ostendatis opere, quod charitatem habeatis ad eos, & quod ego verè gloriatus sum de vobis in facie Ecclesiarum, ad quas veni. Quemadmodum & cap. 9. Apostolus ait: Vt ne quod gloriemur de vobis, enacuetur in hac parte. Vbi Ambrosius sic interpretatur: Ne exultatio Apostoli, quæ in splendore animi eorum gloriabatur, euacuaretur.*

Confirmatur secundò, nam in eadem epist. posteriori ad Corinth. cap. 2. fine: *Non enim sumus, inquit, veluti plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo coram Deo in Christum loquimur.* Ecce quomodo pro veritate tuenda se alijs præfert. Et tamen corrigit cap. 3. initio: *Incipimus nosmetipsos commendare?* quasi dicat, minime. *Aut numquid egemus (sicut quidam) commendatijs epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quod epistola estis Christi, ministrata a nobis.* Vbi Chryso. homil. 6. *Quidquid illud est, quod eas fecit literas, quæ commendant nos, receduntque nos reverendos, hoc vos facitis, dum & vos videt, & de vobis audiam: propterea quod discipulorum virtus præceptorem ornare solet, & commendare plus, quam ulla possit epistola.*

Probatur quartò, nam & Patres asserunt sibi licitum esse cum modestiã gloriari, quemadmodum Nazianzenus in carmine de vita sua, num. 15. *Vtq; paulum gloriari, siquidem hoc licet.* Et inter ea, de quibus gloriatur, illud præcipuè numerat.

*Nihil nos at. equè iunxit, et cultus Dei.*

Pacianus (cuius mentionem honorificam facit Hieronymus in catalogo scriptorum) epist. 2. ad Sympronianum post med. *Nouatianorum, inquit, paruitate, si vellem, poteram gloriari.* nimirum de spiritali victoria, qua tales hæreticos fregit, & profligavit.

Probatur quintò, nam si quælibet gloriatio de bonis operibus foret humilitati contraria, diuinamque gloriam minueret: nunquam Sancti curarent de tuenda, & promouenda gloria, & bono nomine, nec in illis complacerent. Sequela probatur, nam in gloria complacere, & illam tuere, & augere est ipsum gloriari. At Sancti complacent in bono nomine, & gloria, & curam habent ea tuendi & promouendi, iuxta præceptum Ecclesiast. cap. 41. *Curam habe de bono nomine.* & Ecclesiast. 31. *Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum, videlicet, exercendo virtutis opera, quæ sunt gloria, & onore digna.*

Qui netiam Sancti nonnunquam honoris, gloriæ, atque famæ inter homines consequendæ naturali desiderio vtuntur tanquam stimulo virtutis. Quemadmodum Sapient. 8. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores inuenis, & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me: tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo apponent. Traxerua habeo per hanc, immortalitatem: & memoriam eternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Dissonam populos, & nationes mihi erunt subdite. Timebunt me audientes Reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.*

Confirmatur primò, nam Paulus 1. Thessal. 2. fine:

8.

9.

10.

11.

12.

fine: *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nõne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.* Vbi S. Thomas rationem reddit: *quia gaudium illorum est gaudium Apostoli, sicut bonum illorum, est bonum Apostoli: bonum enim effectus reducitur in bonum cause, & post pauca: Dux enim, qui induxit milites ad pugnam, coronabitur. Ecclesiastici 30. Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur.* Hæc D. Thomas citatus.

Confirmatur secundò, nam 1. Corinth. 9. postquam ostendit Apostolus, se iure optimo accipere poruisse alimenta à fidelibus, quibus prædicabat; sed vt hac potestate noluisse, rationem reddit: *Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Nam est euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit.* Excellentiorẽ gloriam hinc Paulus intelligit, quæ videlicet supererogationis operibus debetur. Alioqui enim debetur etiam eximia gloria implentibus quodcumque præceptum, præcipuè verò præceptum Euangelicæ, & Apostolicæ prædicationis: vt explicant ibi Chryso stomus homil. 22. col. 2. & 3. & S. Thomas lect. 3. Cui consequens est, quod obseruat Beda in Lucam lib. 4. cap. 5. 4. ad illud capitis 12. *Vendite, & que possideris. Vnde gloriatur Apostolus, dicens: Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, & cetera, quibus suas virtutes, exemplum discipulis proponit, Act. 20.*

Confirmatur tertiò. Nam Dei Spiritu accensi Machabæi frequenter suos hortabantur, proposita gloria, vt lib. 1. cap. 2. *Memento te operum parturum, quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.* & infra: *Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa glorijs eritis.* cap. 9. *Non inferamus crimen gloriæ vestrae.* cap. 14. *Ciuitatibus tribuebat alimonias, & constituibat eas, vt essent vasa munitionis, quoadesque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terra. Similia reperies lib. 2. Machab. cap. 6. n. 9. cap. 14. n. 7. & cap. 15. n. 13.*

Confirmatur quartò, nam & illud Ezech. 21. *Plaudite manu, & percutite pede.* Ambrosius lib. 6. in Lucam, cap. 2. post medium ita exponit: *Est sanne, est quidam propriæ bonorum actuum, factorumque plausus, cuius sonus in orbem exeat, & bene gestorum resideret gloria.* Hic scilicet plausus im- peratur.

Ex dictis colligitur solutio quæstionis; quæ pulsare potest animum legentis, quænam debeant esse conditiones, vt aliquis in vita præsentis solidè & honestè gloriatur in Domino, cum alioqui toties in Scriptura, & Patribus gloriatio reprobetur, infra lect. 11. & 12.

Sit igitur secunda conclusio. Quatuor seruandæ sunt conditiones, vt verè, ac solidè gloriaris in Domino.

Prima est materia, de qua gloriari. Ea quippe debet esse non vitium, neque res, quibus indifferenter ad virtutem vt, & ad vitium abuti possis; sed tantummodo cognitio, & dilectio Dei, sicut oportet; & consequenter omnia pietatis opera, quæ proficiuntur ex cognitione, & dilectione Dei. Hæc conditio satis probata fuit in principio huius sectionis Ieremia 9. secundum expositionem Basilij, Hilarij, Hieronymi.

Secunda conditio est, nullum initium boni operis proprijs viribus adscribere, insuper totum

13.

14.

15.

16.

Conclusio 2.

Primo mate-  
ria de qua  
gloriatur.

17.  
Nullum boni

bonum etiam liberi arbitrij cooperationem Deo tanquam primo, & principali auctori tribuere, & illi acceptum ferre: vt magis explicabitur infra lect. 11. à princip. Hac igitur conditione seruata, licitum esse in Domino gloriari, probatur ex Patribus, & in primis ex Augustino epist. 106. ad Bonifacium, non procul à princip. vbi vrgens illud 1. Corinth. 4. *Si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* subiungit: *Hoc vtiq; totum ideo, non vt homo non gloriatur, sed vt qui gloriatur, in Domino gloriatur, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur, cum Deus reddat unicuique secundum opera eius, sitque gloria, & honor, & pax omni operanti bonum; sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia.* Illud notandum est primò, non vt homo non gloriatur, ergo licitè gloriatur. Rursus apertè concedit, vt homo gloriatur quibus, precedentibus ex gratia: prohibet autem gloriari ex operibus, quasi ex illis gratia procedat, tanquam ex principio meritorio, impetratorio, aut alio modo inchoante iustificationem. Quapropter huic conditioni gloriandi in Domino directè contrarium esset existimare, primam gratiam, primamve vocationem suis operibus fuisse debitam, aut maiorem, aut fortiolem, quàm homini alteri. Quod claris constat ex sequenti contextu eiusdem epistolæ, & lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. longè antè edium.

Idem Augustinus in Enchiridio cap. 31. *Et ne ipsam, inquit, saltem fidem se sibi homines arrogarent vt non intelligerent, diuinitus esse donatam, adiunxit Apostolus: Et hoc non ex vobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: & ne putarentur fidelibus bona opera defutura, rursus adiecit: Ipsus enim sumus signum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ preparauit Deus, vt illi ambuletis.* Fidelibus itaque non defutura sunt opera, de quibus solidè gloriatur in Domino; si tamen intelligant, Deum esse, qui bona opera donat, & preparat.

Et in sequenti cap. 32. nominatim prohibet ita gloriari, quasi principium aliquod salutis, aut boni operis à libero tribuatur arbitrio: *Ne quisquam, inquit, esse non de operibus, de ipso gloriatur libero arbitrio & operantis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur premium bene operandi, ipsi libertas audiat ipsam gloria præconem, dicentem: Deus est enim, qui operatur, & c.* Tractat hoc argumentum diffuse in epist. 143. ad Iulianam in colum. 3. & 4. concedens, vt Demetrias virgo in Domino gloriatur, *Et in Domino, inquit, laudabitur anima eius, qui fatiavit in bonis desiderium eius, quia & hoc desiderium ipse inspirauit, ne virgo eius sic in aliquo bono gloriatur, quasi non acceperit.* Hoc igitur gloriandi genus tantummodo prohibetur.

Rursus in commentario ad illud Psalm. 104. *Laudamini in nomine sancto eius; ita loquitur: Ne velit quisquam de opere bono tanquam in sua virtute laudari, ideo, cum dixisset: Laudamini, quod vtiq; bene operantes bene possunt; addidit: In nomine sancto eius, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Perpende, bene operantes bene posse laudari, dummodo non tanquam in sua virtute, sed in Domino gloriatur.*

Cyprianus lib. 2. epistol. epist. 2. ad Donatum, inter principium & med. enumeratis fructibus bonorum operum; quæ sibi per Iesum Christum regeneratio contulerat; subdit: *In proprijs laudibus*

operis initium  
proprij viri-  
bus adscri-  
bendum.

18.

19.

20.

21.

adiosa



odiosa iactatio est: quamvis non iactatum possit esse, sed gratum, quidquid non virtuti hominis adscribitur, sed de Dei munere predicatur; ut iam non peccare, esse ceperit fidei; quod ante peccatum est, fuerit erroris humani. Dei est, inquam, Dei omne, quod possimus, &c.

2.2.

Basiliius in regulis breuioribus interrogationi 247. Quæ est gloriatio in Domino? Et quæ est illa, quæ verita est gloriatio? respondet: Gloriatio in Domino est, quandocumque quis recte facta sua non sibi adscribit, sed Domino, ac dicit: Omnia possum in eo, qui me confortat Christus. Quæ autem verita est, ea dupliciter intelligi potest, vel videlicet, ut cum dicto illo conueniat: Laudatur peccator in desideriis anime sue, vel cum illo: Faciunt ut videantur ab hominibus, nempe qui ex eo, quod ob ea, quæ faciunt, laudari se volunt in his quodammodo gloriantur.

2.3.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 14. & 15. ita prohibet gloriari, quasi Deus non donauerit, nec quæ donat, operatus fuerit: & non aliter prohibet gloriam. Gregorius verò lib. 22. moral. cap. 7. ad finem, gloriari, quasi non acceperit, intelligit eum, qui sibi virtutem tribuit operationis. Vtrumque membrum dogmatis expressit Bernardus serm. de verbis Apostoli: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, de triplici gloria, paulo post med. In illis, inquit, quæ acceperit, non quasi ea non acceperit, sed quasi qui ea acceperit, gloriatur. Nec enim ait Apostolus: Si autem acceperitis, quid gloriaris? Sed: Quid gloriaris, inquit, quasi non acceperis? ut non prohibeat, sed doceat gloriari. Perpende postrema verba.

2.4. Finis diuina gloria.

Tertia conditio gloriandi in Domino est finis gloriæ diuinæ, ad quem dirigi debet quæcumque gloriatio: vt Basiliius nuper citatus adnotauit. Prosper illud Psalm. 104. Laudamini in nomine sancto eius; sic explicat: In operibus vestris sic estote laudabiles, vt Deus laudetur in vobis. & Psalm. 105. ad illa verba: Ut lauderis cum hereditate tua; sic ait: Quos visitas in saluati tuo, laudari, nisi in tua laude non possunt, qui eos laudabiles facis. & lib. 1. de vocatione gentium cap. 6. circa medium. Hoc est proprium, & præcipuum piorum, vt in Domino gloriantur, neque se nisi in Deo diligant; bene enim se amant, qui in se opera Dei amant. & ad finem capitis subdit: Omnis actio ad vnum refertur, scilicet ad Deum.

2.5. Quodlibet bonum à Deo ordinandum.

Ratio à priori est manifesta, quoniam vnumquodque bonum dirigi debet ad finem sibi proprium, ad quem quidditatiuè destinatur; sed nostra gloria quidditatiuè destinatur, atque recurrit in gloriam Dei; vt ostendimus sect. 10. Ergo nostra libera intentio non debet eam ad alium inferiorem finem detorquere. Propterea Beda lib. variat. quæst. 9. de Angelis, in medio: Malus, inquit, inde diabolus, quia non que Dei, sed que sua sunt, requisit. Nulla autem maior iniquitas, quam non in Deum, sed in se velle quemquam gloriari. Qui modus construendi præpositionem cum accusatiuo casu, denotat motum, siue tendentiam in finem, principaliter intentum.

2.6. Cui iudicio nisi adbeat gloriatio.

Quarta conditio est iudicium, cui gloriatio nititur: debet enim esse non humanum, sed diuinum iudicium de vera, & solida virtute. Ideo qui aliorum hominum, vel proprio sui ipsius iudicio nititur, vt in Domino gloriatur, se ipsum fallit, & nõ in Domino, sed in se ipso gloriatur. Ea quippe causa fuit, propter quam Apostolus 2. Corinth. 10. postquam dixit: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, addendum putauit: Non enim qui se ipsum

commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Hoc autem Dei iudicium approbans, in æterna vita erit unicuique Sanctorum clarissimum, certissimum, ac tutissimum. In vita præsentis paucissimis ex singulari priuilegio concessum est, vt illis certò constaret Dei iudicium de eorum sanctitate & perseuerantia futura. Restat igitur, vt Sanctis communiter in hac vita solummodo superferat iudicium Dei non clarè, nec certò, nec omnimoda securitate sibi manifestatum; videlicet testimonium conscientiæ, à Deo inspiratum, iuxta ea, quæ diximus sect. 5. à num. 5. Et in hoc Dei testimonio, seu iudicio gloriari possunt in Domino.

SECTIO IX.

Utrum secundum se ipsam propria sibi laude, & gloria laudetur, & gloriatur persona, quæ laudatur, & gloriatur in Domino.

Potest eadem ferè quæstio clariùs ita proponi: vtrum solida laus, & gloria iustorum realiter & specie distinguatur à laude, & gloria Dei propria. Hæc verò non parum proderit ad corroborandam magis illam ratiocinationem, per quam sect. 6. probatum est, antecedentem necessitatem refutari per laudem, & gloriam bonarum operationum. Etenim si Deus est sola, totalis, & adæquata causa, determinans per antecedentem illationis necessitatem; quamuis concedatur Sanctis, vt in Domino gloriantur: cæterum ita gloriabuntur in Domino, vt nulla sit laus & gloria, quæ realiter & specie distinguatur à laude, & gloria Dei propria; sed gloriaturum sola Dei gloria, extrinsecus ad illos deriuata.

Rem explicabit exemplum. Crux, clauis, & imagines Christi Domini adorari possunt eadem prorsus adoratione latriæ, qua Christi Domini persona adoratur, extrinsecus tanquam ad obiecta materialia, vnita cum obiecto formali, deriuando latriam ad Crucem, clauos, & imagines. Quòd si Crux, clauis, & imagines Christi Domini adorentur (vt possunt) adoratione, quæ distinguitur specie ab adoratione Christi Domini: cæterum etiam tunc non adorantur secundum se ipsas, & adoratione absoluta, quoniam irrationales creaturæ non sunt huius adorationis capaces; sed adoratione respectiua, cuius obiectum formale est creatus ordo ad supremam excellentiam Christi Domini.

Simili ratione probare contendimus, gloriam, & laudem iustis hominibus non esse concedendam, quæ sit absoluta, & deferatur illis secundum se ipsos, si Deus est sola, totalis, & adæquata causa, determinans per antecedentem illationis necessitatem: cæterum huius conditionalis quoniam illatio est bona, & consequens est falsum, probamus esse falsum similiter antecedens, videlicet antecedentem necessitatem.

Consequentis porò falsitas vt certius probetur, discutimus quæstionem in principio propositam, pro cuius negatiua parte argumentari possumus,

Primò ex Augustino epist. 143. ad Iulianam, col. 4. cum ait: Sed absit, vt gloria sua ipsi sit, & non ille, cui dicitur: Gloria mea, & exaltans caput meum. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum Deum, qui

1. Sensus quæstionis.

2. Quæ adoratione Crux Christi D. adoretur & eius imaginis.

3.

4.

qui in illa est, ipse est gloria eius, à quo habet omnia bona, quibus est bona, & habebit omnia, quibus melior erit, in quantum in hac vita melior esse poterit, & quibus perfecta erit, quando fuerit diuina gratia non humana laude perfecta. Vnde videtur Augustinus referre quamlibet laudem & gloriam, cuius obiectum formale sit aliquid creatum, & non ipse Deus, qui gloria nostra est, tanquam obiectum formale gloriæ, quemadmodum est amor, & spes nostra, tanquam obiectum formale charitatis, & spei. Confirmatur ex Prospero familia scribente in lib. contra Collatorem, cap. 36.

5.

Secundum argumentum, nam Athanasius lib. de virginitate, circa finem: Si vir iustus, inquit, ades tuas ingreditur, cum timore, & tremore occurres illi, & adorabis humi ad pedes illius: siquidem illum non adorabis, sed Deum, qui illum mittit.

6.

Tertium argumentum, nam alij plurimi Patres affirmant in Dei laudem, & gloriam recurrere laudem, & gloriam, quæ iustis hominibus, aut Angelis deferunt, quos referemus sect. 10. Sufficit in præsentis septima Synodus act. 4. post medium, vbi sic Leontius loquitur: Sanctos veneramus vt amicos Dei; & honor, qui Sanctis impenditur, in Deum recurrit; & qui Martyres colit, Deum ipsum colit.

7.

Solida laus iustorum realiter, & specie à Dei laude distincta.

Nihilominus sit conclusio. Secundum se ipsam propria sibi laude & gloria laudatur, & gloriatur persona, quæ verè laudatur, & gloriatur in Domino. Ac subinde solida laus, honor, & gloria iustorum realiter, & specie distinguatur à laude, honore, & gloria Dei propria.

Probat, supponendo quòd unica formalis causa iustificationis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donari, renouamur spiritu mentis nostra; & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem: vt docent Tridentinum sess. 6. cap. 7. ad medium, & can. 11. Addit autem hanc cooperationem fieri per actus fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum. Quapropter non agit ibi de iustificatione paruulorum, sed tantum adultorum.

8.

Probatur primò conclusiois membrum.

Quo supposito, primum conclusionis membrum ita probatur. Ille propria sibi laude, & gloria secundum se ipsum laudatur, & gloriatur, qui secundum se ipsum habet rationem formalem obiectiuam laudis, & gloriæ sibi propriam, & peculiarem: sed quilibet iustus secundum se ipsum habet rationem formalem obiectiuam laudis, & gloriæ sibi propriam, & peculiarem: ergo quilibet iustus propria sibi laude & gloria secundum se ipsum laudatur, & gloriatur. Maior explicatur, & probatur, nam quemadmodum venerationis, seu adorationis secundum se ipsas sunt illæ tantum creaturæ capaces, quæ secundum se ipsas habere possunt liberos actus virtutum, & ratione illorum inhærentem sibi formaliter sanctitatem: vt sumitur ex D. Thoma 3. part. quæst. 25. artic. 5. corporis, & communi doctrina Scholasticorum: ita laudis, & gloriæ secundum se ipsas sunt illæ tantum creaturæ capaces, quæ secundum se ipsas habere possunt liberos actus virtutum, & ratione illorum inhærentem sibi formaliter sanctitatem.

9.

Minor autem principalis argumenti probatur. Nam ratio formalis obiectiua laudis, & gloria

sunt liberi actus virtutis & sanctitatis: vt apud omnes Philosophos, & Theologos constat; sed quilibet iustus secundum se ipsum habet liberos actus virtutis, & sanctitatis, sibi formaliter inhærentes, proprios & peculiare atque realiter distinctos à sanctitate, & iustitia Christi, sicut in fundamento vidimus ex Tridentino: ergo quilibet iustus secundum se ipsum habet rationem formalem obiectiuam laudis, & gloriæ, sibi propriam, & peculiarem.

Confirmatur, quoniam bonum virtutis, quod iustus operatur, esse proprium illius propter dominium, quo potest cum diuina gratia elicere, aut non elicere actum, satis probatum esse disput. 27. sect. 3. 4. & 5. & ad eius confirmationem pertinet tota disput. 28. præsertim sect. 4. 5. & 6.

Membrum alterum conclusionis probatur, quoniam laus, honor, & gloria creaturæ tunc realiter, & specie distinguitur à laude, gloria, & honore Dei proprio; quando in persona creata formaliter reperitur obiectiua ratio formalis gloriæ, laudis, & honoris, quæ distinguatur specie ab obiectiua ratione formali laudis, honoris, & gloriæ diuinæ. Huiusmodi autem ratio formalis reperitur in quolibet homine iusto: ergo cuiuslibet iusti laus, honor, & gloria realiter, & specie distinguitur à laude, honore, & gloria, quæ Dei sunt propria. Maior constat, quoniam actuum, & habituum distinctio procedit à distinctione obiectorum formalium, & per illam efficaciter probatur. Minor verò probatur, quoniam formalis ratio obiectiua laudis, & gloriæ est virtus, & sanctitas, liberè concepta: sed virtus, & sanctitas libera cuiuslibet hominis iusti realiter, & specie distinguitur à virtute, & sanctitate Dei propria: ergo ratio formalis obiectiua laudis, & gloriæ, quæ reperitur in quolibet homine iusto realiter, & specie distinguitur ab obiectiua ratione formali laudis, honoris, & gloriæ diuinæ.

Confirmatur ex proportione laudis, & gloriæ cum adoratione, seu veneratione, supponendo ex D. Thoma 3. part. quæst. 25. art. 3. & 5. & communiter Scholasticis in 3. distinct. 9. quòd Sanctis debetur adoratio absoluta, quæ proximè fundetur in excellentia creata, intrinseca, & supernaturali, quæ est illorum propria, distinguiturque ab excellentia, & sanctitate Dei. Quapropter adoratio, Sanctis debita, specie distinguitur ab adoratione propria Dei. Ideo Patres rationem adorandi Sanctos assignant aliquod creatum, quod Deo conuenire non potest. Quemadmodum Adrianus Papa in epist. ad Constantinum, & Ireneum, (habetur in VII. Synodo act. 2.) Sanctos, inquit, à nobis venerari, & colit, quòd serui Dei sint, & apud Deum pro nobis intercedant. Deum verò non veneramus, & colimus, quòd seruus Dei sit, & apud Deum pro nobis intercedat. Rursus: Decet, inquit, honor, & veneratione propter iustitiam eorum. Hæc autem specie distinguitur à iustitia Dei. Eusebius lib. 10. de præparat. cap. 7. ait, nos venerari Sanctos, vt vera pietatis milites, Deique amicos.

Collectio verò, quæ ab adoratione ducitur ad laudem, gloriam, & honorem, probatur. Primò, quoniam adoratio est quidam honor, vt manifestè sumitur ex Aristotele 4. Ethicorum cap. 3. paulo post principium, & 8. Ethicorum cap. 14. Vbi Dei adorationem appellat honorem maximum.

Ratio formalis obiectiua laudis, & gloria.

10. Probatur secundum membrum.

Habituum, & actuum distinctio à quo.

11. Laudis, & gloria cum adoratione, proportio.

12. Adoratio quid.



num, & r. Rhetoric. cap. 5. inter honoris partes numerat sacra, memoraciones, decantaciones carminum, imagines, & his similia. Atque ita adorationem esse quemdam honorem, supponit S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 1. & 2. Confirmatur, nam & Augustinus lib. contra sermonem Arrianor. cap. 23. *Honorat, inquit, omnis, qui adorat, non autem adorat omnis, qui honorat.*

13. Vnde consequens est, honorem latius patere, quam adorationem; nam honor potest esse ad æqualem. Roman. 12. *Honore invicem presententes.* Imò etiam ad inferiorem. Ioan. 12. *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.* Adoratio verò supra quidditativam rationem honoris addit submissionis, & humiliacionis notam, siue significacionem, vt Damascenus loquitur orat. 1. de imaginibus, prope initium, & orat. 3.

14. Inde consequens est, vt quibus personis debeat adoratio, specie diuersa ab adoratione Dei, debeat etiam honor, specie diuersus ab honore Dei, & consequenter debeat laus & gloria specie diuersa à laude, & gloria Dei.

Consequencia probatur, primò propter specificam diuersitatem sanctitatis, & virtutis, quæ eadem in ordine ad inferiores personas est ratio formalis adorationis, hoc est, honoris cum submissione, & humiliacione; sed in ordine ad superiores, seu æquales personas, est ratio formalis honoris, laudis, & gloriæ absque submissione, & adoratione.

15. Eadem consequencia probatur secundò, quippe cum honor præmium sit virtutis, ac bonis hominibus tribuatur, vt inquit Aristoteles 4. Ethic. cap. 3. inter princ. & med. & infra: *Virtuti cumulate nullus dignus honor fieri potest.* & ad med. *Re vera solus bonus est honorabilis.* & 8. Ethic. cap. 14. & vlt. prope med. *Virtutis, & beneficentiæ præmium bonos est, non enim is honoratur, qui nihil boni reipublice præstat. Id enim, quod est publicum, ei tribuitur, qui beneficia in rempublicam confert. At honor publicum est.* Vnde fit valde formalem esse propositionem Apostoli ad Roman. 2. *Gloria, & honor omni operanti bonum.* Cum igitur iustis hominibus virtus insit, & propter illam utilitas, & beneficia in rempublicam (virtus enim cuiuslibet cuius totius reipublicæ bonum est) & hæc virtus, & beneficia specie distinguantur à virtute, & beneficiis Dei, consequens est, vt dignitas honoris sit specie diuersa, ac subinde honor, & gloria, quæ præmium est, naturaliter adaptatum, & proportionatum, sit specie diuersa.

16. Confirmatur primò, nam honor est signum gloriæ benefactiue, vt inquit Aristoteles 1. Rhetor. cap. 5. ergo propter eam rationem formalem, propter quam exhibetur honor, exhibetur etiam gloria, ac subinde vbi diuersus specie honor conceditur, erit specie diuersa gloria.

17. Confirmatur secundò, quoniam per exhibitionem honoris testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicuius absolutè. Vnde fit, vt gloria sit effectus honoris, quia ex hoc, quod testificamur de bonitate alicuius, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum; vt ex D. Thoma retulimus sect. 4. initio. Ergo cuiuscumque personæ exhibetur testimonium de excellentia bonitatis sibi propria, & specie distincta ab excellentia bonitatis Dei: eo ipso exhibetur gloria sibi propria, & specie distincta à gloria Dei. Quoniam per illud testimonium clarescit bonitas illi propria in notitia plurimorum: & hoc importat nomen gloria.

Confirmatur tertid, nam hæc pietatis opera, quibus iustitiam, & sanctitatem, aut illius augmentum consequimur, sint obiectum formale, propter quod Deo debetur specialis quædam adoratio, laus, & gloria; nihilominus eadem opera, considerata secundum formalem rationem obiectiuam diuinæ gloriæ, laudis, & adorationis specie distinguuntur ab iisdem operibus, consideratis secundum formalem rationem obiectiuam laudandi, gloriandi, & adorandi Sanctos secundum se ipsos. Nam ratio formalis obiectiuam diuinæ adorationis, laudis, & gloriæ, quæ reperitur in prædictis operibus, formalissimè consistit in eo, quòd opera pietatis procedant à Deo, vt à prima, & principali causa prædestinante, opportunè vocante, atque adiuvante. Sed ratio formalis obiectiuam laudis, gloriæ, & adorationis, quæ Sanctis secundum se ipsos debetur, formalissimè consistit in eo, quòd opera pietatis procedant ab eorum libero arbitrio, tanquam à causa secundaria, se ipsam vltimò determinante ad cooperandum, cum possit non cooperari.

19. Confirmatur quartò, nam in eisdem operibus pietatis Deus laudatur, & glorificatur, quasi qui dederit; ceterum homo laudatur, & glorificatur, quasi qui acceperit: est autem diuersa ratio formalis in ordine ad laudem & gloriam dantis, & accipientis. Est enim beatus, ac proinde gloriosus dare, quam accipere, Act. 10. Quod etiam obseruauit Aristoteles 4. Ethic. cap. 3. à med. Deus item laudatur, & gloriatur in se ipso, & propter se ipsum; homo verò in alio, & propter alium, scilicet in Deo, & propter Deum.

20. Confirmatur quintò, nam licet sit possibile, Sanctos præcisè considerari, prout sunt templa, in quibus singulariter Deus habitat, siue prout sunt imagines Dei, & ad eius perfectam similitudinem per gratiam reformati; & quamuis sub ista præcisà consideratione potuissent adorari eadem adoratione, qua Deus adoratur, tanquam obiectum formale, extendendo Dei adorationem ad Sanctos, tanquam ad obiecta materialia: quemadmodum extenditur ad inanimata templa, & imagines. Nihilominus hic modus adorationis regulariter non est vsurpandus, non solum vt cuitetur erroris periculum, sed etiam vt Sanctis perfectior modus adorationis deferatur tanquam personis, quæ secundum se ipsas habent inhærentem sibi formalem rationem adorationis, participatam à Deo. Atque ita obseruat S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 3. ad 3. S. Bonauent. in 3. distinct. 9. art. 1. q. 2. corp. & ad 3. & communiter Scholastici.

21. Cum ergo laus, & gloria proportionetur adorationi, vt constat ex superiori discursu; consequens est, regulariter non esse vsurpandum talem modum laudandi, & glorificandi Sanctos, vt eadem prorsus laus, & gloria, quæ terminatur ad Deum, tanquam ad obiectum formale, extendatur ad Sanctos, tanquam ad obiectum materiale. Quamuis hic modus laudandi, & glorificandi Sanctos sit absolutè possibilis; ceterum specie distinctus à modo laudandi, & glorificandi Sanctos secundum se ipsos, de quo locuti sumus hæctenus.

22. Ex dictis sit corollarium primum, humanitati Christi Domini, prout præcenditur à Verbo, & instructa est perfectissimis actibus quarumcumque virtutum, debet laudem, & gloriam, specie distinctam à laude, & gloria personæ diuinæ.

Probatur

18. Ratio formalis obiectiuam diuinæ adorationis diuersa à ratione laudis debita Sanctis.

19. Quomodo Sancti eandem adorationem, qua Deus possunt adorari.

21. Humanitati Christi Domini debetur laus & gloria à laude & gloria personæ diuinæ distincta.

Probatur primò, nam potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quæ sit ratione humanitatis Christi, perfecte omni munere gratiarum, & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio dulcia. Ita scilicet, quòd vna & eadem persona Christi adoretur, adoratione latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione dulcia propter perfectionem humanitatis; vt inquit D. Thomas 3. part. quæst. 25. artic. 5. corp. Quod ab impugnationibus defendere non est instituti præsentis, cum sit longè manifestior ratio, propter quam nullum sit periculum irreuerentia, sed potius sit obsequi omnino debitum, omnes Angelos, & homines interiùs iudicare, ac exteriori testimonio confiteri, quòd humanitas Christi Domini etiam, prout considerari potest à Verbo præcisà, per liberum arbitrium creatum exercet excellentissimos actus quarumcumque virtutum, & hoc ipsum iudicium, & testimonium est laus, & gloria propria humanitatis, prout consideratur à Verbo præcisà, & specie distinguuntur à laude, & gloria propria diuini Verbi.

23. Confirmatur, quia simul in eodem instanti possunt omnes Angeli, & homines indicare, & confiteri, quòd eadem humanitas, qua ratione subsistit persona Verbi, digna sit diuinis laudibus, gloria, & adoratione latriæ: rursusque quatenus per creatum arbitrium operatur, digna sit alia gloria, & laude.

24. Vnde sequitur corollarium secundum, gloriam, & laudem, quæ propria est humanitatis Christi Domini, esse super excellentem; quemadmodum & adoratio dulcia eiusdem humanitatis propria, esse debet hyperdulia: vt obseruat D. Thomas 3. part. quæst. 25. artic. 2. ad 1. & propter similem rationem excellentior esse debet laus, honor, & gloria Beatissima Virginis Mariæ.

25. Ad argumenta sub initium præsentis sectionis proposita responderetur. Ad primum, sicut Deus dicitur fortitudo mea, quamuis non sit formaliter ipse actus fortitudinis, nec obiectum formale fortitudinis; sed quoniam ipse est prima, & principalis causa efficiens nostræ fortitudinis, & est vltimus finis illius; cum tamen fortitudinis actus specie differat à Deo, & ab eius propria fortitudine: sic etià Deus dicitur laus mea, & gloria mea; quamuis non sit formaliter ipse actus meæ laudis, & gloriæ, nec obiectum illius formale: sed quoniam ipse est prima, & principalis causa efficiens omnium bonorum, de quibus gloriari possumus, & ipsius etiam laudis, & gloriæ, & est vltimus finis illius: cum tamen laus, & gloria nostra specie differat à Deo, & ab eius laude & gloria. Porò quòd Augustinus hominibus concedat, vt gloriantur, quasi qui acceperint, vidimus sect. 8. n. 16. & sequentibus, & sect. 2. n. 8. & sequentibus.

26. Ad confirmationem responderetur. Mens Prosperi eadem est, quæ Augustini nuper explicata, præsertim contra Collatorem c. 36. cum ait: *Diligam te, Domine, virtus mea, & in Domino laudabitur anima mea, & Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus, vt manifestissimè noverimus, nec laudem ullam eos habere, nec meritum, in quibus non inueniuntur: quæ nisi Dominus dederit, non habentur.* Ergo in quibus hæc inueniuntur, laudem merentur. Plura ex Prospero supra sect. 4. n. 11. & sect. 6. n. 10. & sect. 8. n. 23.

27. Ad secundum argumentum responderetur. Quemadmodum Christus Dominus Matth. 25. *Quædum, inquit, fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi* Ruiz, de Prædestinatione.

fecistis. & Matth. 10. *Qui vos audit, me audit, qui vos recipit, me recipit.* Ad quas propositiones verificandas satis est, misericordiam, & obseruantiam, hominibus exhibitam, vel explicitè, vel implicitè referri ad Deum tanquam ad vltimum finem; atque Dei amorem, & reuerentiam esse, quæ mouet ac imperat misericordiam, & obseruantiam hominibus exhibendam: sic etiam qui Sanctum hominem adorat, & glorificat, primariò, & principaliter Deum adorat, atque glorificat, & non hominem, nisi secundariò, & minus principaliter, quia non homo, sed Deus est vltimus finis; & non homo, sed Deus mouet, ac imperat adorari, & glorificari participationem quamdam suæ dignitatis, atque virtutis.

28. Ad tertium responderetur. Eo ipso, quòd honor Sanctorum in Deum recurrit, efficaciter probatur, quòd directè, formaliter, & immediatè non fertur ad Deum, & ad incretam illius excellentiam, & sanctitatem; sed ad creatam sanctitatem atque virtutem personæ creatæ, vt inde quasi per motum reflexionis redundet, atque recurat in Deum: vt magis explicabimus sect. sequenti.

SECTIO X.

Gloria, & laus, Angelis, & hominibus propria, recurrit in laudem, & gloriam Dei.

DE hoc articulo duo sunt errores extremi. I. Alter Pelagij. nam vt incautos & simplices falleret, quasi suum errorem correxisset, dicebat, in voluntate, & opere bono laudem esse non solum hominis, sed etiam Dei. Quod diminutum foret, & non falsum; si eo sensu dixisset, vt velle & operari Deus per gratiam operetur in nobis, tanquam principalis causa, nobis etiam cooperantibus liberè, ac minus principaliter, propter eamque secundariam laudem participantibus. Ceterum quoniam Pelagius non alia ratione in Deum referebat nostræ voluntatis, & operis laudem, nisi quia possibilitatem operis dedit in natura, addens legem, atque doctrinam, sed non necessariò per gratiam cõcurrentis ad volitionem ipsam, & operationem; propterea refutatur ab Augustino, ceterisque Catholicis; vt videre est apud Augustinum lib. de grat. Christi contra Pelag. cap. 5. & sequentibus, præsertim verò c. 6. & 10.

Alter error extremus tanquam inconueniens Catholicis adungit, quòd laudem boni operis cum Deo partitur. Ita Marloratus Caluianus in commentario epist. ad Corinth. 7. cap. 15. apud Turrianum lib. 4. pro epistolis Pontificum, cap. 2. versùs finem. Pro cuius refutatione distinguendum est primò. Nam laudem cum Deo proprie partitur ille, qui aliquam laudis partem sic adscribit libero arbitrio, tanquam illius propria, vt eadem pars laudis non cedat in laudem Dei, quoniam Deus non est author illius partialis laudis, & gloriæ. Hoc modo partiri laudem & gloriam hæreticè est. Impropriè verò dici poterit partiri laudem, & gloriam boni operis Catholicis, asserens, quòd non solum maxima pars laudis, & gloriæ sit solius Dei, vbi nihil prorsus laudis obtinet liberum arbitrium, quoniam pertinet ad eam, quæ Deus operatur in nobis sine nobis; sed etiam minima pars gloriæ, quæ propria est hominis, quasi secundariæ causæ liberè cooperantis, eadem cedat in laudem Dei, & gloriam incomparabiliter maiorem, I i

I. Duo extremi errores.

2. Notandum primò.

maiores, quam ipsius hominis. Quoniam Deus hominem ad illam partem laudis, & gloriæ prædestinat, secundum propositum opportunè vocat, præparat, & adiuuat.

3. Notandū scilicet secundum doctrinam prædictam virtutum actus virtualiter ordinantur ad amorem Dei.

Secundò notandum est. Moralium virtutum actus, veluti iustitiæ, aut temperantiæ, licet supernaturales sint, non respiciunt immediatè Deum, vt obiectum formale, sed aliquod bonum creaturum. Nihilominus hi omnes actus virtualiter continent amorem Dei, & virtualiter referuntur in Deum tanquam in vltimum finem, eo quòd eorum obiecta creata quidditatiuè dirigitur in Deum. Propter eadem generalem rationem laus, honor, & gloria, quæ propria est hominis, licet immediatè, & explicitè non tribuatur Deo; nihilominus virtualiter, & implicitè continet laudem, honorem, & gloriam Dei, & ad eum dirigitur tanquam ad vltimum finem.

4. Catholica doctrina probatur primò.

Sic explicata Catholica sententia probatur primò, nam si Deus sit, qui tribuit hominibus laudem, gloriam, & honorem, iuxta ea, quæ diximus sect. 4. & 5. manifestum est, Deum intendere suam maiorem gloriam. Quippe quam in omnibus suis operibus intendit, præcipuè verò in prædestinatione, & illius effectibus, iuxta illud Ephes. 1. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis sue, in laudem gloriæ gratiæ sue. Deum autem imitantur non solum humana Christi Domini voluntas, sed etiam beati omnes Angeli, & homines, maiorem Dei laudem, & gloriam explicitè & formaliter intendentes, quando sibi inuicem propriam laudem, honorem, & gloriam deferunt.

3. Viatores scilicet per se minimum virtutibus ad Dei gloriam referunt, quem sanctis deferunt.

Viatores autem licet aliquando non formaliter, & expressè, semper tamen vt minimum virtualiter & implicitè referunt ad maiorem Dei gloriam, & honorem, quamcumque laudem, gloriam, & honorem beatis, aut viatoribus deferunt; si eam in Domino deferunt, & cum debitis circumstantiis. Probatur, nam gloriæ illius obiectum quidditatiuè cedit in honorem, & gloriam principalis authoris maiorem, quam authoris minus principalis. Ad quod fundamentum confirmandum sufficere possunt, quæ diximus sect. 2. 3. & 7. Cæterum ad maiorem abundantiam addendæ sunt probationes quatuor.

Prima ex lib. 1. Reg. c. 25. vbi Dauid laudat Abigail, & illius laudem in Deū refert, quòd ipsum à malo vindictæ custodierit. Benedixit, inquit, Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedixit eloquium tuum, & benedixit tui, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem. & infra: Benedixit Dominus, qui seruum suum custodiuit à malo.

6.

Secunda ex Euangelio Ioan. cap. 15. In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Idem autem est, clarificatum esse, aut glorificatum, vt ex verbo Græco ostendit Augustinus tract. 82. in Ioan. in principio. Vnde Chrysostomus exponit: Quasi dicat Christus Dominus: Si ad gloriam Patris pertinet, quòd vos fructificetis, non contemnet gloriam suam; qui autem fructum facit, ille est discipulus Christi. Inde igitur rectè Augustinus in citato tract. 82. colligit, nostram gloriam non ita esse nostram, vt sit ex nobismet ipsis, & non gratia Dei. Et enim nostra gloria, quoniam est gratia Dei, est etiam gloria Dei obiectiuè. est enim obiectum, de quo valde glorificandus est Deus.

7.

Confirmatur, 2. Thessal. 1. sine: Impleat omnem

voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute: vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei, &c. Vbi Dei, & hominum clarificationem, & glorificationem coniungit Apostolus, quoniam in negotio iustificationis ab inuicem nequeant separari.

8.

Probatur tertio ex Apostolo frequenter agente Deo gratias, & glorificante Deum pro fide, constantia, charitate, & patientia, à quibus discipulos laudat. Quemadmodum 2. Corinth. 9. Ministerium, inquit; huius officij abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestre, &c. vsque ad illud: propter eminentem gratiam Dei in vobis. Vbi Chrysostomus hom. 20. col. 2. sine: Vidisti, ait, Pauli sapientiam, quomodo, laudatis illis, totum acceptum tulit Deo. Opus enim gratiam vocauit.

9.

Prosper lib. contra Collator. cap. 36. post med. ponderans verba Apostoli Ephes. 1. Non cesso, gratias agens, &c. colligit: Habebant ergo fidem, habebant & opera charitatis, quæ nec laude poterant carere, nec merito: sed pro his virtutibus Apostolus gratias Deo agere non cessat. Et paulo superius dixerat: Numquid agendo gratias Deo, credentibus suffulit laudem? Aut laudando credentes, meriti negauit auctorem?

10.

Quartò probatur ex aliis Patribus, vt Hieronymo epistola ad Riparium: Honoremus, inquit, seruos, vt eorum honor redundet ad Dominum. Ambrosius ferm. 6. de Margarita sine: Cum dicat ad Sanctos suos omnipotens Deus: Qui vos honorat, me honorat, & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Christum. Augustini Psalm. 150. ad finem: Sed melius, inquit, intelligi puto, in cymbalis quodammodo laudare Deum, dum quisque honoratur à proximo, non à se ipso, & inuicem honorantes, dant laudem Deo. Idem Prosper in eundem Psalm.

SECTIO XI.

Multiplex, & graue periculum se laudandi, atque gloriandi in presenti sæculo.

NE laudis, & gloriæ facultas, quam præcedentes sectiones confirmant, meracior bibatur ab aliquo, non ad fabricatam sapientem, sed plusquam oportet sapere; cui propterea faciat vertiginem capitis, vnde veritati generetur aliqua suspicio falsitatis: compellimur digredi non nihil ab instituto, vt præsentis sæculi laudem, gloriam, & honorem dilatum propinquemus plurimis, grauibisque periculis: quæ possumus ad sex capita reuocare.

1. Ad sex capita reducitur.

Primum caput est, quoniam vt aliquis gloriatur, quasi acceperit; ac proinde in Domino, & non in se ipso gloriatur, non sufficit iudicium intellectus, quo iudicet sua bona opera esse dona Dei, sine propriis meritis collata. Imò quantumcumque intellectus rectè iudicet, ac sufficienter nouerit debilitatem humanarum virium, & summam indigentiam diuinæ gratiæ præuenientis, & adiuuantis; nihilominus periculum tantò grauius, quantò magis occultum, later in affectu voluntatis. Hæc enim complacere potest, & gloriari, quasi non acceperit; licet intellectus actualiter iudicet esse accepta.

2. Vt quis in Domino gloriatur, non sufficit iudicare bona sua esse Dei dona.

Huius

3. Indicia inordinati affectus gloriandi.

Huius inordinationis in affectu gloriandi plurima sunt indicia, quorum aliqua proponemus in præsentibus, vt eorum ad instar excogitentur alia: videlicet, ratio, aut tepidè Deo gratias agere, nec se gerere vt magis obligatum propter opera bona: ex complacencia & gloriacione in bonis operibus segiorem, & tardiozem reddi ad explenda diuina mandata: perfectionis desiderium, antea conceptum, inte perscere, tardius ad propositum certamen currere, diuitem se iam existimare, ac præterea pauperatis obliuisci: nimium securo animo conquiscescere in Dei gratia, quasi certus de illa, cum debeat esse sollicitus de illius incertitudine: ideo minus feruenter, aut minus frequenter orare, vt quem minus sollicitat indigentia diuini auxilij, quod est latenter in propriis viribus confidere: non libenter præteritas culpas, atque præteritas discutiere, nec latentes formidare, nec futuri temporis inconstantiam, & periculum amittendi gratiam: aliorum detrectate consilia, aut ex eadem gloriacione, quam fuisse putat in Deo: propensiozem reddi ad quærendas hominum laudes, & honores: & indignè ferendas persecutiones, & contradictiones.

4.

Secundum periculis caput licet directè imminet fraternæ charitati, beneuolentiæ, atque honoris, quo quisque debet alios interius, & exteriori præuenire, nullumque præ se contemneret; cæterum ex obliquo Dei gratiam practicè tractat, quasi debitam sibi, de qua Deo non liceat, quod voluerit facere. Id autem contingit, quando tuus oculus nequam est, quia Deus bonus est, videlicet, quando proximorum donis, à Deo collatis, inuides, dolens, quòd superiores, aut æquales, aut suppres tibi reddantur. Rursus quando infiaris aduersus alterum, aut gloriaris aduersus ramos; hoc enim ipso tuus affectus ita se gerit practicè, quasi tu radicem portes, non radix te, nec times altum sapere, cum possit Deus propter tuas culpas permittere, vt frangaris, & excidaris à radice, possitque alios, qui fracti sunt, iterum inserere, ac denique quando proximum iudicas, vt obseruauit Damascenus dialogo contra Manichæos prope finem. Horum virtutum periculis se committit quicumque in vita præsentis gloriatur, etiam si magnam adhibeat diligentiam, vt in Domino, & non in se ipso gloriatur; nisi necessitas vrgeat (vt sect. sequenti,) imò etiam quicumque proprias virtutes considerat: vt Gregorius tradit lib. 1. moral. cap. 26. & lib. 22. c. 5. & lib. 29. cap. 15.

5. Pericula erroris, & deceptiois.

Tertium caput continet pericula erroris, & deceptionis circa proprias virtutes, & vitia. Erit namque temerarium iudicium, si decernat homo absolutè, & sine ambiguitate de bonis operibus, quæ se putat efficere per auxilium gratiæ. In hoc enim concurrunt plures rationes turpitudinis. Primò enim vsurpat auctoritatem iudicandi, quæ Deo propria est. Secundò, non seruat ordinem iudicarium, quantum ad dilationes, & antequertit iudicij diem. Tertio sine plena discussione, & cognitione cause iudicat. Quartò iudicium committit suspecto iudici, & passione affecto, cum amor proprius excuset proprias culpas, exaggeretque proprias virtutes.

6.

Hæc omnia notantur à Paulo 1. Cor. 4. cum ait: Sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui & illuminabit Ruiz. de Prædestinatione.

bit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo. Eadem verò magna ex parte notantur, & aliis Scripturæ testimoniis confirmantur à Bernardo epist. 42. ad Henric. Seunonen. Archiepisc. circa medium, ab eo loco: Quoniam non possum (ait Apostolus) ratam vel ipse de me proferre sententiam. Ego enim nihil mihi conscius sum: non tamen in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me vel ipsi conscientia mea, quippe cum ne ipsa quidem queat me comprehendere totum. Nec potest iudicare de toto, qui totum non audit. Qui autem iudicat me, Dominus est.

7.

Propterea Ignatius in epist. 12. ad Roman. ante med. de militibus, à quibus ducebatur ad bestias, sic loquitur: In iniustitijs autem eorum magis edocor, sed ne in hoc quidem iustificor. & epist. 2. ad Tralianos prope init. Metior, inquit, me ipsum, ne gloriacione mea peream. Bonum est enim in Domino gloriari: & si saluatus fuero apud Deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos, qui magnificant me. Hi verò, qui laudant, potius flagellant. Perpende, bonum esse in Domino gloriari, hoc est, in Dei iudicio, & testimonio, non in proprio, nec aliorum hominum iudicio propter periculum deceptionis. Latent enim plerumque plurimæ culpæ, bonis operibus permixtæ, de quibus timendum est potius, quam de bonis operibus gloriandum. Ideo enim Iob 9. Verebar, inquit, omnia opera mea. De qua re videri possunt Hieronymus dialogo 1. aduersus Pelagianos, Aug. lib. 9. Confessionum, & de corrept. & grat. cap. 13. Chrysostomus hom. 21. in Genefante med. & hom. 3. in illud: Electum est cor Ozia, sub initium, & homil. 3. in Match. & hom. 3. 8. ad populum Antioch Greg. lib. 9. moral. multis capitibus, videlicet, 1. 11. 14. 17. 26. & 28. & lib. 22. moral. c. 5. ad illa verba: Si vidi solem, cum fulgeret. & lib. 25. c. 7. & 8. Bernardus ferm. 9. in Psal. Qui habitat, & epist. 42. & epist. 3. 10. quam in ipsa penè morte constitutus dictauit.

8.

Ex prædictis periculis multa Bernardus enumerat lib. de interiori domo c. 36. post med. dicens: Nonnunquam verò in ipsis bonis, quæ ego, ad dezerius propinquo, quia dum menti latitiam paruum, & quamdam securitatem gignunt, meo: mea serua reddunt, & in corpore laxatur. Sape etiam me ipsum, & opera mea laudant, & ab alijs laudari vult. Plerumque laus humana, quam non quærebam, mihi oblata placuit, & cum ex ea incautè extollerer, subito multa, quæ feceram, ad memoriam venerunt, et amplius in elatione attollerer. Dimique in me admiratione occupatus desigerer, mihi dans gloriam, & non Deo, à quo omnia acceperam, omnium fructum amisit, atque ita didici, quia qui me laudabant, aduersus me iurabant. Eadem ferè sunt, quæ notat Bernardus ferm. 1. ad fratres, de altitudine, & bassitudine cordis, post medium.

9.

In quarto capite valde lubricus est lapsus à gloria, & laude, quo gloriatur, & laudamur in inani gloria Domino, ad inanem gloriam, & sinistram intentionem laudis humane.

Modus & mensura.

In quinto capite periclitatur modus, atque mensura, præsertim considerata circumstantia temporis, & loci. Præsens quippe mundus campus est ancipitis pugnæ, non gloriæ. Porro ante victoriã non esse triumphandum, admonemur 3. Reg. 20. Ne gloriatur accinctus aquæ, vt discimus. Deinde sicut culpa est huius temporis propria, ita etiã hoc tempus est proprium compunctionis, mortificationis, & abstinentiæ, non solum à delectationibus corporis, alioqui permissis, sed etiã à glorijs, & laudibus, quæ mentem demulcent, & oblectant.

Ii 2 Sextum

10. Periculum scandalizandi.

11. Haec pericula non debilitant dicta.

Sextum periculum est scandalizandi pusillos, quos pulsant varia suspiciones, & superbia, & iactantia personarum, quam audiunt absque virgite necessitate suas predicare virtutes: vel inde concipiunt audaciam similiter gloriandi, putantes omnino licere.

Cauendum tamen est, ne forte quis suspicetur praedictis periculis debilitari, quae de laude & gloria, libero arbitrio per Dei gratiam propria, dicta sunt in superioribus sectionibus. nam inde potius confirmantur hoc argumento: Delectationes, & gaudia corporis & animae, secundum se considerata, sunt honesta, si referantur ad Deum, ac debitis circumstantiis ornentur; nihilominus illorum plena fruitio referatur in patriam: nunc enim non nisi sobrie, ac pro vita praesentis necessitate laboribus, atque tristitiis interponenda sunt gaudia. Similiter ergo laus, honor, & gloria, secundum se considerata, sunt honesta, si Dei testimonio nitantur, & ad Deum referantur, secundum conditiones dictas in sect. 8. Nihilominus illorum plena fruitio referatur in patriam: nunc enim non nisi sobrie, & pro vita praesentis necessitate, atque utilitate proximorum, contradictionibus, contumeliis, scandalis, pusillanimitatibus interponenda sunt laudes, & gloriae: ut dicemus sect. sequenti.

SECTIO XII.

Qua necessitas, & quibus conditionibus dat veniam, ut inter praesentia pericula gloriaris, atque lauderis.

1. Quandoque lex charitatis obligat ad referre suas proprias laudes.

2. Propter iudicium veritatis.

1. Reg. 12.

3. Amos 7.

1. Licet ab intrinseco & per se bonum sit, in Domino laudari, atque gloriari; id tamen tantum in patria erit ex omni circumstantia bonum, ubi nullum est erroris, aut vanitatis periculum, & status est gloriae post victoriam. Nam praesenti saeculo vitiatum propter pericula, & circumstantias, notatas in sect. praecedenti. Caeterum haec vitia non per se, & ab intrinseco laudibus, & gloriae contemere, sufficienter probatur, quoniam occurrere possunt causae, propter quas lex charitatis non permittat modum, sed etiam obliget, ut tuas laudes referas, & gloriaris in Domino, licet valde rare, & adhibita mensura, & circumspectione prudentiae.

2. Prima causa sit tuendae veritatis, & erroris confutandi; quemadmodum Apostolus 2. Cor. 11. inter alia multa: Iterum dico, ait, (ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid gloriar.) quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloria. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor, &c. quae sequuntur vsque ad finem capituli. Vbi Chryl. hom. 24. prope morale: Non enim, ait, ut me ipsum clarum ostentem, sed ut vos ab amara habet seruitute liberem, cogor parum gloriari. Oportet autem, non simpliciter qua dicuntur, exquirere, sed causam apponere. Quoniam & Samuel pro se magnam proposuit laudem, quando Saul exiit, dicens: Cuius vestrum asinum accepi, vel vitulum, vel calcamentum, &c.

3. Confirmat autem Chrysofomus tribus exemplis: Amos quoque dicebat: Non eram Propheta, neque filius Prophetae, sed caprarum pastor eram, Syconeros conterens, & suscepit me Deus. Cum extollens se ipsum dicebat, sed obturans ora suscipiantium,

ipsum non esse Prophetam: & ut ostendat, quod non decipiat, neque a se ipso dicat ea, quae dicit. Alius quoque istuc ipsum declarans dicit: Verumtamen ego impletus sum fortitudine Domini in spiritu, & potentia. Et David cum de urso, & leone narraret, non gloriosus, sed magnum, & mirabile quiddam molens dicebat. Quoniam enim non credebatur, quod nudus, & arma gestare non valens, victurus esset Barbarum, coactus est sua strenuitatis referre argumenta. Huius defensionis, & moderaminis in ea seruandi, praebuit exemplum August. lib. 3. contra Cresconium c. 80. dicens: Ad existimationem hominum magna testium, qui me mouerunt, suppetit copia: ad Dei vero conspectum sola conscientia, quam contra vestras criminationes cum intrepidam geram; non me tamen sub oculis omnipotentis iustificare audeo, magisque ab illo essentem misericordiae largitatem, quam iudicis summum examen expecto.

D. Thomas 2. Cor. 12. lect. 1. prope init. ita Paulum exponit: Si gloriari oportet, id est, quia gloriari oportet propter vos, tamen secundum se non expedit, quia qui gloriatur de bono recepto, incidit in periculum amittendi, quod habet. Quod postquam confirmauit Ezechiae exemplo Isaia 31. subdit: Licet simpliciter non expedit gloriari, tamen aliquando propter aliquam specialem causam potest homo gloriari, sicut ex praemis manifestum est. Pluribus testimoniis, & exemplis eandem rationem compescendi detractores, & doctrinae, atque personae gloriam defendendi, & manifestandi, confirmat Gregorius in Ezechielem hom. 9. a medio.

Secunda causa praecedenti cognata, est proximorum necessitas, vel utilitas. Propter quam Apostolus 2. Corinth. 12. nuper citato se ipsum laudabat, & ab aliis laudari desiderabat: Factus, inquit, sum insipiens, vos me cogistis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab his, qui sunt supra modum Apostoli; tamen si nihil sum. Ignatius item epist. 6. ad Philadelphens. post med. Gratias, inquit, ago Deo per Iesum Christum, quia bene mihi conscius sum in vobis, & non habet quis unde gloriari, neque clam, neque palam, & publice, quod grauauerim aliquem aut in modico, aut in magno. & infra: Si enim secundum carnem me voluerunt obseruare, sed spiritus meus non oberrat; a Deo enim accipi: non enim, unde venerit, & quo eat, &c. & iterum: Ego quidem, quod meum est, feci, ut homo in unitate perfectus.

Est autem valde notandum, his, aut similibus causis cogentibus, non solum non esse iactantiae, sed etiam esse solidae humilitatis, a Deo coronandae, suas laudes manifestare, cum tamen vitium foret reprehensione dignum filere: Nam qui ad utilitatem auditorum spectat, etiamsi commendet se ipsum, non solum non meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus. Quoniam & David tunc, si siluisset, contra Goliath non esset permissus egredi in praelium, neque praclarum illud retulisset trophaeum, ut Chrysofomus ait 2. Corinth. 11. hom. 24. prope morale.

Gregorius lib. 26. moral. cap. 3. ait: Qui, necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quanto & veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit, quando annulatione veritatis contra falsos Apostolos tot de se discipulis fortia gesta narravit? Qui nimirum veritati inimicus existeret, si abscondendo virtutes proprias, praedicatorum errorum praualere permisisset. Atque praedicta hom. 9. in Ezech. paulo post med. Cum virtutes, inquit, proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis Dei

4.

5. Proximorum necessitas.

6.

7.

8.

Proximorum scelerum adhibenda confessio.

9.

Dea imminente perfectione suos milites laudat.

10.

11.

12.

Dei imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquuntur, ut ab omnibus cognoscantur. Eandem rationem adnotat lib. 18. moral. cap. 7. circa med.

Tertia causa sit vehemens tribulatio: propter quam Iudith c. 8. Dicamus, inquit, Domino stentes, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate glorietur: quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt deos alienos. Pro quo scelere dati sunt gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus praeter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius. Obserua diligenter, adhibendum esse temperamentum confusionis, & penitentiae de propriis sceleribus, agnoscendo, quantum ex nobis est, nos ipsos esse prorsus indignos quocumque Dei beneficio, & gratiae: ut constet ex eodem c. 8. Quo fundamento supposito, premeis nimium aduersitas copiam facit in memoriam reuocandi fidei constantiam, & opera per Dei gratiam facta, & hoc modo se ipsos aliis hominibus praefereudi, qui propter grauiora peccata puniti sunt. Idem argumentum subministrant Esther, & Sara Tobiae, quarum verba referemus disp. 37. sect. 4.

Urget autem magis necessitas huius remedij, quando non solum exterior persecutio premit, sed etiam interior tentatio tristitia, anxietatis, & pusillanimitatis. Huic enim morbo debetur illud remedium Proverb. 31. Date sceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suae, &c. Propterea Deus, imminente, aut ingruente persecutione, suos milites, aut Ecclesiae duces laudare solet, simul & admonere: ut Apocal. 1. Angelum Smyrnae, & c. 3. Angelum Philadelphiae. Rursus & Martyres in agone constitutos, solitus est Deus vel per se ipsum, vel per Angelos laudare de peracta certaminis parte, ut ad eam, quae restat, alacriores reddat, & constantiores, ut referunt plurimae Martyrum historiae.

Greg. hom. 9. in Ezech. paulo post med. probat exemplo Beati Iobi facta sua numerantis, Iob 29. Oculi sui caeco, & pes claudo, pater eram pauperum, &c. Vir sanctus inter flagella Dei, & humane increpationis verba deprehensus, mentem suam grauiter concuti, atque ad desperationis foueam conspecti impelli, qui iam, iamque cadere poterat, nisi ad memoriam bene acta reuocasset, ut ad spem animum reduceret, ne oppressus verbis, & vulneribus in desperationem periret.

Ricardus Victorinus de exterminat. mali, & promotione boni p. 1. tract. 3. cap. 5. in principio ait: Sic sane periculo imminente, tentatione superueniente, cum praesens, animum tuum desperatione tangi, & ad diffidentiam locum dei, & ad praesentium castrorum locum deuolui, debes honorum lapidum tumultum praesentem habere, & ad virtutum praeteritarum memoriam oculos reuelere, & ex carnis recordatione spei tuae fiduciam reformare. Sic Iob cap. 20. Cui subiungit etiam exemplum Isaiae 38. Memento, inquit, Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum est, in oculis tuis fecerim.

Inde pro tempore mortis Gregorius lib. 22. moral. cap. 5. non procul a principio recte colligit, quod sicut dum viuimus, debemus bona nostra a memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu, plerumque ea ad memoriam iuste reuocamus, ut videlicet fiduciam praebant, & desperationis timorem. Ruiz de Praedestinatione.

rem premant. Et confirmat exemplo Apostoli 2. ad Timoth. 4. dicens: Ego enim iera delibor, & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, &c. Apostolum imitatus est Paulus Eremita, cum morti propinquus dixit: Superest mihi corona iustitiae. & Hilarion. Egredere, inquit, anima mea. Quid times? Septuaginta prope annis seruisti Christo, &c. ut Hieronymus refert in vtriusque vita. Similia de Martino Sulpitius, & de Francisco Bonauentura memorat in eius vita. Et Ambrosius sub mortem Mediolanenses ciues sic allocutus scribitur: Non sic vixi, ut me pudeat inter vos viuere: nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. refert Possidonius in vita Augustini.

Quarta causa est scandali vitandi. Iudith 13. Vinit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & doli inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coingunari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. Confitemini illi omnes, &c.

Quinta causa, ut auditores prouocentur ad imitationem. Propter quam Paulus: Imitatores, inquit, mei estote, sicut & ego Christi, 1. Corinth. 4. & 11. Philip. 3. & 1. Thessal. 1. Ad cuius exemplar Ignat. epist. 10. ad Heronem post med. ait: Ego nimirum quidem sum, emulato meus esto, & imitare conuersationem meam: non enim gloriar in mundo, sed in Domino. Heronem filium meum moneo, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Ideo Samuel ut recens creatum Regem hortaretur ad integritatem, nullis muneribus corrumpebam, coram eo probat, se abstulisse ab omni munere, 1. Reg. 12. Hanc rationem reddidit Chrysofomus 2. Corinth. 11. homil. 24. paulo ante morale. Euthymius etiam in id Psalm. 130. Domine non est exaltatum cor meum, &c. notat: Exigente id tempore gloriari etiam nos decet de virtute: quando nimirum non ad ostentationem gloriatur, sed ad audientium commodum, hoc est, quando illic huiusmodi gloriatione ad virtutum imitationem inuitantur.

Qui ante alios fuit osor, & execrator iactantiae, & humanae gloriae, Augustinus tredecim libris confessionum non modum sua peccata, sed etiam virtutes manifestat, praesertim lib. 10. & sequentibus. Quo fine, & qua moderatione id fecerit, exponit lib. 10. capit. 4. Sub initium dicens: Inducabo me talibus. Non enim paruum est fructus Domine Deus meus, ut a multis tibi gratia agatur de nobis, & a multis rogetis pro nobis. Amer in me fraternus amor, quod amandum doces, & doleat in me, quod dolendum doces. & post pauca: Inducabo me talibus: respirent in bonis meis, suspirent in malis meis. Bona mea instituta tua sunt, & dona tua: mala mea delicta mea sunt, & iudicia tua. & lib. 2. retract. c. 6. Confessionum, inquit, meorum libri tredecim & de malis, & de bonis meis Deum laudam inustum, & bonum, atque in eum excitant humanum intellectum. Hoc in me egerunt, cum scriberentur, & agunt, cum leguntur.

Ex dictis colligitur primo mensura laudis & gloriae, a viatoribus semper tenenda. Etenim ea, quae non nisi propter necessitatem, aut utilitatem licent, ab eadem necessitate, siue utilitate mensuram accipiunt: ac per hoc non amplius gloriari, aut laudari debemus in hoc saeculo, quam necessitas, aut utilitas postulat. Ideo Paulus 2. Cor. 11. supra citato: Et ego, inquit, modicum quid gloriar. & 1. Cor. 12. Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me. Habebat ergo

13.

14. Ad imitationem prouocare.

15.

16.

17.

Mensura in proprijs laudibus tenenda.



adhuc dicendum de se aliquid qui parit dicere: sed egit utrumque Doctor egregius, ut loquendo qua egerat, discipulos instrueret, & tacendo sese intra humilitatis limitem custodiret. Nihil enim esset ingratus, si de se discipulis tota recideret: & fortasse nimis incautus, si de se tota vel discipulis praderet. vt sapienter Greg. lib. 18. moral. c. 7. ante med.

19. Cautio seruanda.

Colligitur secundò cautio, quando ordinata charitas præscribit, vt si præponderauerit periculum inanis gloriæ propter experientiam propriæ imperfectionis, & frequentis lapsus, à laude, & gloriatione contineas, tuæ potius salutis, quam alienæ consulens, iuxta generales regulas ordinis, in charitate seruandi, de quibus in præfenti non est ex professo dicendum. Quod subtili inquisitione inuestigandum esse ante laudes, & gloriam propriam, monet Greg. hom. 9. in Ezech. à medio.

SECTIO XIII.

Alijs hominibus laudem, & gloriam deferre tutum, & frequenter necessarium est.

1. Postrema ratio præcedentium in hac tota disputatione confirmatio est, quoniam si laus, & gloria quælibet esset solius Dei propria, nulli creaturæ comunicabilis, sequeretur, idololatriæ peccatum, aut aliquam illius participationem committi, quoties hominibus, aut Angelis gloriam, & laudem exhibemus; quoniam creaturam proprio solius Dei honore prosequimur; consequens autem esse falsum, licet nullus Catholicorum dubitet, constabit clariùs ex infra dicendis.

2. Primò igitur, quos Ecclesia retulit in Sanctorum numerum, iis non solum tuto, sed etiam magno fructu laudes, & gloriam à fidelibus deferri, præter alios egregiè tractat Bernardus in serm. 5. omnium Sanctorum: nec opus habet in præfenti probatione maiore.

3. Secundò quoscumque defunctos, qui pietatis, & virtutis exemplo præluxisse creduntur, voce, aut scriptis laudare, aut glorificare, receptum est communi fidelium consuetudine, secundum illud Eccles. 44. Laudemus viros gloriosos. Multam gloriam fecit Dominus, &c. & rursus: Omnes isti in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. & infra: Sapientiam eorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia. Prouerb. c. 10. Memoria iusti cum laudibus. Eccles. 39. Collaudabunt multi sapientiam eius. Tandem apud antiquos Patres multæ reperuntur orationes funebres, atque sermones in eorum laudem, qui nuper obierant.

4. Tertio maior esse poterat difficultas de laudibus ante mortem, cum Eccles. cap. 11. præcipiat: Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Cæterum hic laudare, idem est, quod beatificare, seu beatitudine donatum prædicare. Ideo Hieronym. dialogo 2. aduersus Pelag. col. 4. Ne beatum, inquit, dixeris quempiam ante mortem. Quamdiu enim viuimus, in certamine sumus: & quamdiu in certamine, nulla est certa victoria. Et eandem sententiam tractans Ambrosius libro de bono mortis, cap. 8. post med. reddit illius rationem: Dum enim uniusquisque quamdiu uiuit, obnoxius est lapsui, nec senectus immunis à crimine. & probat exemplo laudis nauticæ, & militaris.

5. Alioqui uiuentes homines ab alijs hominibus

laudari non est rarum in Scriptura sacra: sicut Abrahamum à prælio reuertentem Melchisedech laudauit, quando Genes. 14. Benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsis, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Benedictio ista laus est; diuersa uerò laus Dei, & laus Abrahami, licet etiam referatur ad Deum; cum dicitur: Benedictus Abraham Deo.

Iudith 15. Ioachim autem Summus Pontifex de Ierusalem uenit ad Berbuliam cum uniuersis presbyteris suis, ut uideret Iudith, que cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una uoce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu latitia Israël, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti uiriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris, &c. & ad finem c. 16. Erat autem diebus festis, procedens cum magna gloria, & c. 17. Quia hodie nomen tuum ita magnificauit, ut non recedat laus tua de ore hominum, &c. Prouerb. ultimo: Vir eius laudabit eam (scilicet mulierem fortem.) Et laudent eam in portis opera eius. Non inquit, aliena, sed eius opera propria.

Ioannes epist. 3. Gaudium, inquit, sum ualde, uenientibus fratribus, & testimonium perhibentibus charitati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. & iterum: Fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesie.

Assiduus est Paulus in huiusmodi laudibus: quemadmodum 2. Cor. 8. Misimus autem & cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Vbi Chrysostomus, Theodorctus, OEcumenius, D. Thomas, & ceteri expositores agnoscunt, aliquem siue Apostolum, aut discipulum laudari, siue Barnabam, siue Lucam: sicut alibi commendat Titum Romanorum fidem in uniuerso mundo annuntiatam Apostolo commendat Rom. 1. ut meritò Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium Papam propius ad med. quàm ad finem ait: Romanorum, inquit, fides Apostolo prædicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. & Clerus Romanus in epist. ad Cyprianum, sede vacante per Martyrium Fabiani Papæ, & habetur tomo 1. post decreta Fabiani, prope initium epistolæ. Neque tantas, inquit, de nobis laudes Apostolus protulisset, dicendo: Quia fides uestra prædicatur in toto mundo. & post pauca: Quarum laudum & gloria degenerem fuisse maximum crimen est.

Ignat. epist. 1. ad Mariam Cassobolitam prope init. O sapientissima mulierum, inquit, tuam animam purissimis fontibus assimilamus, & quæ sequuntur. Aliorum laudes scribit epist. 6. ad Philadelphenses ab initio, & circa med. & epist. 11. ad Ephes. non procul à principio.

Imò præceptum charitatis nonnunquam obligat eos laudare, quorum doctrinam, aut famam falsis criminationibus, cernimus periclitari. Quapropter Apost. 2. Cor. 12. Ego, inquit, à uobis debui commendari. Ideo & Dominus murmurationes contra Moysen compefcuit Num. 12. dicens: Moyses in omni domo mea fidelissimus est, &c.

Confirmatur, nam laus est pars honoris, de quo Rom. 12. præcipitur: Honore inuicem præuenientes. & cap. 13. Cui honorem, honorem.

Est præterea necessarium laudibus parare uiam ad increpationes. 1. Cor. 11. Laudo uos, in hoc non laudo. & post increpationes mitigare dolorem: vt Chrysost. Hebræorum 10. hom. 21. ad illa uerba: Rememoramini pristinos dies, in quibus, &c. notat, Paulum more medici peritissimi adhibere consolationem, & laudes, postquam altè secuerit. Gregorius

Gregorius in Ezechiel. hom. 11. in medio ponderat eximias laudes Corinthiorum apud Paulum epist. 1. cap. 1. Gratias ago Deo meo semper pro uobis in gratia Dei, quæ data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia. Cum tamen subiungat statim Apostolus, esse inter eos schisma, & proinde charitatis ac unionis gratiam desiderari. Cui obiectioni respondet Gregorius: Peritus medicus uulnus secundum uidentem, sed agrum timidum esse conspiciens, diu palpaui, & subito percussit: prius blanda manu laudes posuit, & postmodum ferrum increpationis fixit. Excipit autem inuerecundas mentes, nullo blandimento laudum corrigendas; vt Galat. 1. Miror, quod sic tam cito, &c.

Insuper omnibus adhortationibus laudes uti liter adhibentur, præsertim quando tales sperantur esse, qui laudantur, vt Tralliani, ad quos Ignatius epist. 3. prope finem: Scio, inquit, quia non inflamini, quia Iesum habetis in uobis. Et magis cum laudauero uos, scio, quia reueremini, sicut scriprum est: quoniam iustus sui accusator est in primordio sermonis.

Non solum securitas à periculo uanæ gloriæ, sed etiam extrema necessitas propter horrendam dæmonis vexationem, & tentationem diffidentia, ac meroris extremi, Chrysostomum compulit, vt lib. 2. de prouidentia colum. 2. Stagirium monachum arreptitium ita consolaretur: Equidem si mihi ad aliquem ex his sermo esset, qui facile exuoluitur laudibus, e. s. quæ modo dicere intendo, profectò tacuissim. Quoniam uerò ea mihi de te spes, & confidentia est, quod quantumlibet quis te laudet, atque admiretur, nunquam humilitatem deferens, ac ex eis laudibus potius humiliaberis, atque inter extremos te ipsum statues: cuncta, nihil metuens, aut dissimulans, loquar. Tanta didici tibi accessisse religionis incrementa, tamque singulares profectus, ut non iam cum adolescentulis illis, sed cum magnis, admirandisque uiris uirtute contendas. In nullo te illis inferiorem aiunt. Non ratione ieiunij. Quò enim pacto, cum panem, & aquam tantum in cibum sumas; idque post biduum, vel triduum? Plures & eximias eiusdem laudes commemorare pergit.

Sic ergo puffillanimes, aut uehementi tentatione diffidentia, aut persecutione iactatos, laudibus erigere, charitatis est: vt facile colligitur ex dictis tota sectione præcedenti. Ideo S. Thomas 2. 2. quæst. 115. art. 1. ad 1. asserit pertinere ad uirtutem amicitia, qua parte continet affabilitatem, amicum delectare laudando, vt ex hoc eum consoletur, ne in tribulationibus deficiat, vel etiam vt in bono proficere studeat, alijs debitis circumstantiis obseruatis.

Denique sola ratio beneuolentiæ, & humilitatis insinuandæ sufficit nonnunquam ad aliorum laudes, quas ueras esse credimus, declarandas: vt colligi potest ex Bernardo epist. 123. ad Hildebertum Turon. Archiepiscopum. Ideo Sancti Patres per epistolas hoc officium sibi mutuò frequenter perfoluebant: quas inter eorum opera facile poteris, cum uolueris, inuenire.

SECTIO XIV.

Satisfit argumentis propositis in sectione prima.

1. Ad primum solutio constat ex tota præcedenti disputatione, præsertim sect. 1. 2. & 3.

& tota præfenti disp. Homo uidelicet ita se minus principaliter & secundariò discernit, vt quoniam huius etiam Deus est principalis author, in eum refundatur gloria maior, quoniam secundariam, & minus principalem gloriam intellectibus communicat creaturis: supra sect. 2. 3. & 10. Huic ergo solidissimæ gloriæ non contradicit Apostolus, vt uidimus sect. 8. & 9.

Ad secundum & tertium argumentum responderetur. In eis duo capita proponuntur: alterum est ingratitude, vituperans, vel extenuans Dei beneficium, & debitum ex illo proueniens. Huic satisfiet ex professo sequenti disp. sect. 1. & 2. Alterum caput pertinet ad iactantiam, per quam in te ipso gloriaris. Quantum ad hoc negatur prima sequela. Imò prætermittendo nunc illum excessum donorum supernaturalium, & mediorum ad salutem prouocantium, nec disputando, utrum sit, & qualis sit, sufficit argumento respondere, neminem inde gloriari posse in se ipso, sed tantum in Deo. Nam homo pauperimus, uilissimus, debilissimus, ignorantissimus, si uocaretur ad regnum, & offerrentur illi sapientia, sanitas, fortitudo, & reliquæ dotes animi, & corporis, non posset de illis in se ipso, sed in eo, qui contulit, gloriari. Est autem maior ratio comparatione Dei, quoniam ipsum acceptare Dei dona, Dei beneficium est, licet dependentèr ab exercitio libertatis collatum. Ideo licet de hoc possit homo gloriari, quòd fuerit secundaria, & minus principalis causa; nihilominus hanc gloriam, & coronam mittere debet ante thronum Dei, vt uidimus sect. 2. num. 20. & sequentibus, & sect. 10.

Ad quartum argumentum solutio constat ex præcedenti, quod attinet ad gloriam. Cæterum quod additur, hominem dedisse effectum diuinæ prædestinationis, & eius mediis ad conuersionem, debet amplius explicari, & limitari, vt hoc tanquam secundaria causa dederit, ad hoc infallibiliter motus ab ipsa prædestinatione.

Ad quintum responderetur. In nullo gloriantum est, quasi non acceperimus illud, quando nostrum nihil est, quasi non acceptum à Deo. Ideo licet non in se ipsis, attamen in Deo meritò gloriabuntur beati, vt uidimus sect. 4. Imò & in hoc sæculo gloriantur recti corde, supra sect. 5. 8. & sequentibus. Potrò Cyprianum admittere licitam laudem & gloriationem in Domino uidimus sect. 8. Clariùs eandem ueritatem Augustinus tradit, vt uidimus sect. 2. 3. 6. & 8.

Ad primam confirmationem responderetur. Ex eo capite, & toto superiori & inferiori contextu constat, Ambrosium solummodo negare gloriam, quæ consequatur ex operibus factis sine gratia Iesu Christi: minimè uerò negat gloriam, quæ consequitur actiones per Iesu Christi gratiam conceptas; quin potius alibi sæpe laudem, & gloriam concedit hominibus beatis propter opera facta in uita præfenti: quemadmodum lib. de Noè, & Arca cap. 4. dicit: Noè perfectionis merito laudatur. Et lib. 1. in Lucam in principio: Docet nos Scriptura sacra non solum mores in iis, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari. Alia ex Ambrosio uidimus sect. 2.

Ad secundam confirmationem responderetur. Eadem est mens Prosperi, uidelicet, negandi quamlibet gloriam, ex solis naturæ uiribus profectam, quasi homo aut totam actionem bonam, aut aliquam illius partem quantumcumque minimam à se habeat, cuius Deus non sit author per gratiam



gratiam praeuenientem, & adiuantem. Imò pro nobis est Prosper in eadem epistola ad Deme- triad. colum. vltima. Supponit enim, quòd foret vera laudatio earum virtutum, quas per Dei gratiam exercebat illa virgo, quando per figuram praeteritionis laudat, omittendo laudes: *Verecun- dia*, inquit, *tua onerosa foret etiam vera laudatio, & ipse contra disputationem meam facerem. si cui ab humana gloria continentiam suassissem, ad eandem te tuis praeconiis incitarem.* Humanam itaque gloriam propter praesentis saeculi pericula refutat, sed non gloriam, quae tribuitur à Deo, supra sect. 4. 6. & 8. quibus in locis alia eiusdem Prosperi verba retulimus.

7. Ad tertiam confirmationem respondetur. Ex eisdem verbis colligitur legitimus eorum sensus: eo namque gradu, & mensura tota gloria reuo- catur in Deum, quo reducitur in ipsum tota vis, & causalitas agendi. Vnde sicut non obstante pri- ma & principali causalitate Dei, nihilominus li- berum arbitrium verè & propriè agit, & se ipsum determinat vt secundaria causa. Ideòque Paulus subiungit in eo loco, quem citat Benedictus: *Abundantiùs omnibus laborant.* Sic etiam secunda- ria gloria conceditur homini, quae tandem tota reuocatur ad maiorem Dei gloriam.

8. Ad sextum respondetur primò. Phariseus ille falsò iactabat opera bona, cum verè coram Deo propter finem inanis gloriae, & hypocritism (quae vicia Christus Dominus frequenter obiciebat Pharisaeis) non essent ex omni circumstantia honesta, nec laude digna. Ideo Hieronymus epist. ad Damasc. de filio prodigo longè post med. *Videtur mihi*, ait, *magis se iactare Iudaeum, quam vera dicere ad exemplum illius Pharisaei, dicens: Deus gratias ago tibi, &c.*

9. Respondetur secundò. Dato, quòd verè per Dei gratiam fecisset illa, quae narrabat, opera, ex omni circumstantia honesta, & Deo placita; ni- hilominus arrogantis erat, quia veluti saturatus, ni- hil de alimentis iustitiae iam rogabat accipere, & quòd eam publicano esurienti, ac sitienti se velut insultans praefere gestiebat, vt inquit Augustinus lib. de peccat. merit. & remiss. cap. 5. post medium. Itaque non reprehenditur, quia Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat. Neque existimabat, esse sibi necessarium dicere: *Dimitte nobis debita nostra*; vt Augustinus obseruat serm. 36. de tempore à me- dio. Insuper se ipsum, & ceteros homines temere iudicabat, se praefere omnibus, & peculiariter publicano, qui propter poenitentiam & humilitatem coram Deo iustus erat: vt obseruat Au- gustinus locis citatis, Chrysostomus in Con- cione de Pharisaeo, Theophylactus in eundem lo- cum, & alij.

10. Ad septimum respondetur. Per se loquendo, iuste atque licitè potest homo gloriarì; & lauda- re se ipsum, referendo suam gloriam & laudem in Deum tanquam in vltimum finem, & primum ac principalem authorem, & seruando ceteras conditiones postas sect. 8. Hæc gloriatio sine pe- riculo falsitatis, & inanis gloriae conuenit solis beatis in patria, sect. 4. sed viatoribus non nisi raro & vigente necessitate: vt vidimus sect. 5. 8. & 11.

11. Ad octauum respondetur. In patria, vbi nul- lam est periculum, Sancti licitè & iuste volunt ab Angelis, & hominibus laudari, & glorificari, sed praesertim à Deo. Quod ex illis verbis Ioan. 15. probatum est sect. 4. Sed praesentis vite peri-

cula compellant, hominum laudes, & gloriam declinare, nisi vigente necessitate, propter quam etiam Paulus quandoque se laudabat, & ab aliis laudari volebat, vt vidimus sect. 12.

Ad nonum respondetur. In patria cessabit erro- ris, & ruinae periculum, ideòque quilibet ius- tus Dei iudicio subnixus se superiorem & maio- ri laude, aut gloria dignum iudicabit, quàm ij, qui sunt inferiores in gloria. Hoc tamen non erit il- los praese despiciere, sed vniuscuiusque gradum, Dei iudicio constitutum, euidenter agnoscere, & debito honore prosequi. Ceterum in vita praesenti vix aliquis poterit se ipsum praefere absque graui periculo deceptionis, & ruinae, vt vidimus sect. 11. nisi fuerit alter Paulus 1. Corinth. 15, di- cens: *Abundantiùs illis omnibus laboranti: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Interim tamen quili- bet Sanctus in eo parem sibi existimabit quem- libet hominem, quantumcumque perditum: quoniam si Deus voluisset illi conferre con- gruenter, & opportunam gratiam, cui praescit eum fuisse cooperaturum intensius, atque constan- tius, se determinaret ille ad bene operandum intensius atque constantiùs, & Deo frueretur, qui, de facto damnatus est, & damnaretur ipse, qui modò fruatur Deo, vel certè remissiùs, & incon- stantiùs operaretur bonum, & minorem gloriam obtineret, si Deus voluisset illi negare gratiam, cui praescit adhibendam esse constantem, & in- tentam cooperationem. Hoc in praesenti sufficit, omitrendo quaestionem de auxiliorum aequalita- te, vel excessu.

DISPUTATIO XXXVI.

*Verum gratitudo, & oratio probent, li- berum arbitrium se ipsum secundario determinare ad agendum, nec totaliter à Deo praedeterminari.*



**A**FFIRMATIVA conclusio cum probata fuerit omnibus sectionibus sequentibus, erit nouum argu- mentum ad probandum, maiorem Deo & gratiae gloriam & hono- rem exhiberi; si fateamur, liberum arbitrium, eò quòd se ipsum determinet ad bonum, pro- priam sibi laudem, honorem, & secundariam gloriam mereri: prout tota disput. praecedenti probatum fuit aliis argumentis.

SECTIO I.

*Gratitudinis erga Deum rationes auzer- tur, si libero arbitrio conceditur, vt se ipsum secundario determi- net ad bona opera.*

**D**iminuta gratiarum actio, vel potius illud genus ingratitude, quo iustus fingitur extenuare, ac propriè vituperare Dei beneficium, eò quòd maiora dona, fortiorave remedia salu- tis alicui fortasse peccatori contulerit, obicitur contra partialem arbitrij cooperationem praecedenti disputat. 35. sect. 1. argumento 2. & 3.

Dico

2. Dico igitur primò. Mentiretur, aut se ipsum falleret quilibet iustus, qui diceret: *Ego per na- turæ vires bene vsus sum auxilio*; vel diceret: *Ego superaddidi, quod Deus supernaturaliter non dedit.* Ratio est, quoniam bonus vsus auxilij efficaci- ter procedit non à solis naturæ viribus, sed mul- to fortiùs & principalius ab eodem supernatu- rali auxilio. Quapropter bonus vsus, siue con- cursus liberi arbitrij, quem superaddidit ille, qui conuertitur, datus est à Deo supernaturaliter per gratiam, etiam qua ratione procedit à libe- ro arbitrio: vt ostendimus disp. 27. sect. 6. & se- quentibus. Nihilominus idem bonus vsus auxilij, & concursus arbitrij datus est dependenter ab exercitio libertatis, & non independenter per antecedentem necessitatem.

3. Dico secundò, & principalius. Omnino fal- sum est, atque blasphemum, quod in tertio argu- mento fingitur alter iustus dicere: *Non amplius tibi, tuas gratias debeo, quam ille, qui non est conuer- sus.* Atque hoc nullo modo sequitur ex eo, quòd huic iusto fuerunt collata dona, remediaque salu- tis non maiora, nec fortiora, quantum ad real- em entitatem ( quem casum examinare non est instituti praesentis.) Etenim siue sit possibilis, si- ue sit impossibilis aequalitas, vel excessus ille do- norum, & remediorum, inde nulla ratione sequi- tur, iustum non amplius debere Deo, quàm pec- catorem. Tres sunt rationes.

Prima, quoniam iste, qui de facto conuertitur, debet speciale beneficium praedestinationis, quod est eximiae beneuolentiae. Cui consequens est eximium illud beneficium vocationis secun- dum propositum, illustrantis, & inspirantis quan- do, quomodo, & vbi sciebat obtinendum. Quòd si talis conuersio contingat homini reprobo, li- cèt praedestinatus non fuerit ad gloriam, praede- stinatus tamen fuit ad gratiam iustificantem tan- to tempore habendam; vel saltem praedestina- tus fuit ad hos, vel illos actus supernaturales, qui possunt in peccatoribus reperiri.

Porro beneficium, cuius realis entitas non est maior, imò etiam cuius realis entitas est longè minor, per circumstantiam opportunitatis con- stitui longè maius in ratione beneficij, notauit Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 8. à medio, dicens: *Beneficium est data possessio, cuius fertilitas laxare posse annonam. Beneficium est vnus in fame panis: be- neficium est donare regiones, per quas multa flumina, & navigabilia decurrant: beneficium est arenis siccis, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus mon- strare fontem. Quis inter se ista comparabit? Quis ex- pendet? Difficilis est sententia, quae non rem, sed vim rei querit. Eadem licet sint aliter data, non idem pendunt.* Est igitur beneficium maioris ponderis, & valo- ris, quod exhibetur in ea temporis opportunitate, in qua magis profuturum est, licèt eius realis entitas sit longè minor.

5. Secunda ratio colligitur ex assertionem prima, quoniam homo, qui de facto conuertitur, Deo debet ipsum actualiter conuerti, & bene vti au- xilio, & concurrere cum illo, & accipere illud, quod non debet ille, qui de facto non conuer- titur.

Obiectio. Quòd si obicias, quantum est ex parte Dei, etiam illi, qui de facto non conuertitur, concessum esse beneficium istud actualis conuersionis, & boni vsus auxilij.

6. Soluatur ratio tertia. Respondet, & sit tertia ratio, quoniam si duo- bus hominibus idem profusus beneficium offera-

tur, & vnus contemnat, & respuat; alter verò re- cipiatur beneficium: hic, qui recipit, multò plus benefactori debet, & multò minus alter, qui non recipit. Quod etiam inter homines cernitur, inter quos benefactor non est causa, vt alter reci- piatur beneficium, nec benefactor praedestinat alium hominem, vt efficaciter id recipiat. Qua- propter licèt à Deo praescindas speciale benefi- cium praedestinationis, & opportunitatis in gra- tia conferenda; nihilominus vigeat hæc tertia ratio, propter quam amplius debet ille, qui de facto recipit gratiam. Antecedens probatur. Etenim qui contemnit, & respuat oblatum sibi be- neficium, licèt aliquam obligationem contraxe- rit propter beneuolentiam benefactoris offerentis; nihilominus non tenetur plena obligatione antidotali rependendi beneficium, quantum con- traxisset admittendo beneficium. Alioqui iudi- ces, resutantes oblata sibi munera, debitores con- stituerentur non minus, quàm si acceptarent: ac proinde non minus forent suspecti de iustitia flectenda in fauorem offerentis munera.

Confirmatur primò, quoniam aliàs Abraham Regi Sodomorum, offerenti spolia cuncta, non minus deberet recusans accipere, quàm si obla- tum admitteret. Contrarium autem intendisse videtur Abraham Genes. 14. quando iurauit: *Le- uo manum meam ad Dominum Deum excelsum pos- sessorem caeli, & terre, quòd à filo subterginis vsque ad corrigiam caligae, non accipiam ex omnibus, qua- tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham.* Ad quod non potuit alia ratio mouere, nisi quoniam so- lius Dei volebat esse debitor, vt nihil homini- bus debitum à perfectione diuini obsequij re- tardaret.

Confirmatur secundò, nam ciues pecuniosi, qui iuxta consilium Ecclesiastici, cap. 13. se sub- ducunt à fauoribus, & conuiujs magnatum, libe- rantur ab obligatione mutuandi, fideiubendi, & donandi: quam tamen obligationem contraxis- sent, si fauores oblatos, atque conuiuia admi- sissent. Minus igitur debet, qui non admittit ob- latum beneficium.

8. Dico tertio. Dato, & non concessò, quòd alicui homini, qui de facto conuertitur, non esset à Deo collatum beneficium maius, quàm alteri homini, qui de facto non conuertitur; adhuc ef- fet ingratus, & iniurius benefactori, si propterea existimaret, beneficium, sibi collatum, esse mi- nus, & in benefactorem redundare gloriam mi- norem, quàm si alteri homini nunquam fuisset collatum aequale beneficium.

Probatur primò: licèt enim ex comparatione aliorum tanquam ex indicio declaretur aliquan- do magnitudo beneficij; quemadmodum Psalm. 147. *Non fecit taliter omni nationi*; & Deuter. 4. *Nec est alia natio tam grandis.* Nihilominus formaliter maius non constituitur beneficium ex eo, quòd alteri non conferatur aequale. Quapro- pter ingratitude esset significare, se propterea minus obligatum esse Deo, illumque minus erga se liberalem fuisse, ac minori gloria dignam, quo- niam aequale beneficium alteri contulit.

9. Explicatur magis, & probatur secundò. Finge Imperatorem, qui duobus fratribus obtulerit mille miliones talentorum auri, quorum vnus per socordiam, ignauiam, aut pusillanimitatem neglexerit, alter verò acceptauerit; hic gratias agat Imperatori, dicens: *Mihi contulisti vnicum tantummodo nummum aureum, quem tamen non*

Tribus ra- tionibus pro- batur.

Quod sit be- neficium ma- ius.

Obiectio.

Soluatur ra- tione tertia.

7.

8. Conclusio tertia.

9.

non contulisti alteri homini, hæc sine dubio gratiarum actio Imperatoris liberalitatem, & gloriam deprimeret, nec satisfaceret debito gratitudinis; est enim species ingratitude vituperare beneficium; aut illi detrudere: vt constat ex D. Thoma 2.2. quæst. 107. art. 2. Multo magis Imperatoris gloriam, & liberalitatem extolleret, & se magis debitorem agnosceret, si profiteretur, se accepisse mille milliones talentorum auri, & profiteretur etiam, hoc beneficium non ideo minus, sed potius maius reddi, quoniam oblatum fuerit etiam eius fratri, licet sua culpa recufauerit accipere.

10. Qui proficitur, se accepisse à Deo facultatem agendi verè, & propriè, & dominium supra suas actiones, vt supposita gratia auxiliatrice, moueat, ac determinet se ipsum ad quam voluerit partem, & ea ratione accepisse potestatem adquirendi merita, necnon veram & solidam laudem coram Deo; quemadmodum explicatum est disp. præcedenti sect. 4. & sequentibus: hic confitetur, se accepisse à Deo beneficium incomparabiliter maius, quam si profiteretur suum arbitrium per antecedentem necessitatem adactum fuisse ad opera pietatis.

11. Vnde consequens est, quod iustus, qui gratias ageret Deo, quoniam ipsum, & nullum ex peccatoribus per antecedentem necessitatem prædeterminasset ad conuersionem: hic Deo gratias ageret pro minori beneficio, & eo ipso negaret beneficium incomparabiliter maius, quod nuper explicauimus. Insuper ad exaggerandum beneficium frustra addidisset, ex peccatoribus nulli collatum fuisse tale beneficium; hoc enim inde redderetur maius, magisque dignum infinita Dei liberalitate, maioremque gloriam concilians, quoniam aliis fratribus huius hominis simile beneficium fuisset oblatum, quantum est ex parte Dei.

12. Confirmatur primò, quoniam charitatis proprium est, collata sibi beneficia, ceteris paribus, tanto existimare maiora, quanto pluribus fratribus offeruntur, quantum est ex parte Dei. Contrà verò maiora dona, sibi liberaliter collata, propterea tantum existimare minora, quoniam aliis fratribus oblata sunt, inuidia proprium est, vt constat ex Aristotele 2. Rhetoric. & D. Thoma 2.2. quæst. 36.

Confirmatur secundò, Quilibet enim sapiens, si recepisset ab Imperatore regnum, se ipsum recognosceret maiori gratitudinis obligatione deinctum, si æquale aliud, aut maius regnum suo filio, vel fratri fuisset ab eodem oblatum, licet filius, aut frater recufasset.

13. Ex eisdem principiis sumitur probatio tertia, quoniam eo fine Deus quibusdam hominibus, quos præciebat in obstinatione remansuros, contulit supernaturalia dona, & salutis remedia, quantum ad realem entitatem, & miraculorum Christi Domini non verè, sed fraudulenter & fictè beneficium fuit ad captandam occasionem grauioris damnationis, & punitionis.

14. Confirmatur primò, nam *viru Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Ionæ; & ecce plus quam Ionas hic. Regina Austri surgit in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à sinibus terra audire sapientiam Salomonis; & ecce plus quam Salomon hic.* Supponitur autem illi generationi fuisse concessum quidquid erat interius simpliciter necessarium, vt perfidiam, & obstinationem deponeret: ne fuerit iniusta hæc exprobratio, & reprehensio. Fict igitur inde, vt viris Niniuitis & Regine Austri sine dubio futura sit clarior manifestatio laudis, & gloria, quod in iudicio condemnaturi sint generationem istam, de qua loquitur Dominus. Et fortasse maior hæc exaltatio Niniuitarum, & Regine significatur illo verbo, *surgent*; quemadmodum è contrario, *Non resurgent impij in iudicio*, Psalm. 1.

Confirmatur secundò, quoniam mirabilis illa iusti laus, qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit. Ecclesiastici 31. manifestior sit comparatione iniquorum, quibus neque maior propensio erat ad peccandum, neque per gratiam minor facilitas ad bonum, & tamen iste, cui non minus promptum erat peccare, quam alteri, qui de facto peccauit, nihilominus se continuit.

Confirmatur tertio, quoniam Dei beneficium est maius, & ad gratitudinem magis obligans, talem laudem hominibus communicare: vt ex Augustino tract. 72. in Ioan. ac Niceta in primum Apologeticum Nazianzeni vidimus disp. præcedenti sect. 2.

16. Probatur quartò, nam iustorum gratitudo, si fateatur propriæ libertatis indifferentiam, qualibet antecedenti necessitate non fuisse ligatam; reprobis, ac impijs adimit omnem rationem ingratitude. Quam non adimit, sed suggerit, si fateatur antecedenti necessitate iustos, & peccatores determinari ad pias actiones, & ad materiales actiones peccatorum. Ergo maiorem Deo gloriam reddit illa gratiarum actio, que fateatur indifferentiam antecedenti necessitate solutam, ac proinde magis erit digna virtute gratitudinis. Antecedens probatur, quoniam si reprobis, & impijs imponitur antecedens necessitas ad materiales actiones peccatorum, & ad materiale dilationem, & continuationem illarum, poterunt Deo, Niniuitis, & Regine Austri, in iudicio condemnantibus respondere: Deus vobis contulit interius quidquid erat simpliciter necessarium, vt actualiter conuertimini, & quo per antecedentem necessitatem determinati eratis ad penitentiam agendam, & audiendam sapientiam Salomonis: nobis autem potius imposta fuit necessitas antecedens determinans ad materiale actionem perfidie & obstinationis. Quocirca beneficium illud predicationis, & miraculorum Christi Domini non verè, sed fraudulenter & fictè beneficium fuit ad captandam occasionem grauioris damnationis, & punitionis.

17. Probatur quintò, quoniam maior gratitudo est, que magis commendat bonitatem, & liberalitatem benefactoris, vt sæpe diximus: at verò magis commendatur bonitas, & liberalitas Dei, eo quod angelis, qui ceciderunt, contulerit gratiam, & auxilium, per que potuissent stare, si velent, non minus, quam Angeli, qui steterunt in veritate, vt affirmant Patres, quos retulimus tom. de

de voluntate Dei, disp. 38. sect. 5. Atque hoc ipsum ad Dei gloriam pertinere supponit Dionysius, & alij Patres, quos retulimus disp. præcedenti sect. 2. Quamobrem Anselmus dialogo de casu diaboli cap. 18. sub initium ait: *Semper igitur debet Deo gratias agere malus angelus pro beatitudine, quam sibi abstulit: sicut bonus pro ea, quam sibi ipse dedit.* Quia nimirum Deus ex parte suam dederat omnibus beatitudinem.

Confirmatur, nam Angelis bonis, & malis gratiam æqualiter fuisse datam, quantum fuit ex parte Dei, notat Anselmus in dialogo de casu diaboli cap. 18. sub initium.

18. Ex quibus omnibus confurgit postrema, & valida ratio, quoniam, vt ait Seneca lib. de beneficiis cap. 12. circa medium, quem sequitur S. Thomas 2.2. quæst. 106. art. 3. ad 3. *Ingratus sum, & iniustus, nisi gaudeam, hoc illi (benefactori) profuisse, quod proderat mihi. Summa malignitatis est, non vocare hoc beneficium, nisi quod dantem aliquo incommodo afficit.* Porro cum incommodum non possit in Deum cadere secundum se ipsum, potest tamen cadere, quantum ad homines viatores, de quibus dicit, Matth. 25. *Quandiu non fecistis vni de minoribus his, mihi non fecistis.* Vnde in eodem sensu quando Deus hominibus viatoribus auxilia copiosa tribuit, sibi tribuit. Quapropter ingratus sum, & iniustus, nisi gaudeam hoc sibi dedisse Deum in aliis hominibus, quod proderat mihi: & summa malignitatis fuisse, si quis non vocaret beneficium Dei auxilium copiosum, nisi habuerit eam circumstantiam, quod Deum in alijs hominibus æquali, vel maiori auxilio priuauerit, ac proinde minuerit Dei gloriam, prouenientem ex summa liberalitate erga quoslibet viatores, etiam præcitos.

19. Dico quartò, Hominis ad Deum gratitudo fore impossibilis, si Deus esset ita totalis & adæquata causa bonorum operum: vt Deus totum atque totaliter ageret, totaliter hominem determinando. Probatur, quoniam inde sequeretur, hominem nihil agere propriè accipiendo actionem, ac proinde neque gratias Deo agere, quod est actus primus gratitudinis, vt colligitur ex dictis disp. 27. sect. 2. & sequentibus, & disp. 29. sect. 3. & sequentibus. Quod si verè gratias agimus Deo, verè agimus nos ipsi aliquid ad pietatem pertinentem, ad quod agendum agimur à Deo, supra disp. 28. sect. 7.

## SECTIO II.

*Gratitudinis erga homines nulla potest ratio subsistere, nisi liberum arbitrium se ipsum determinet ad benefaciendum.*

20. AD probandum quod liberum arbitrium non possit neque secundariò determinare se ipsum, sed totaliter determinetur à Deo, vnum ex argumentis est, quoniam alijs sequitur, quod homines non tenerentur specialiter gratias agere Deo pro his beneficiis, que humano favore interueniente illis contingunt. v. g. cum pauper eleemosynam accipit, tenetur quidem gratias agere largienti eleemosynam, qui pro sua liberalitate, & pro sua voluntate se determinauit, vt daret illi eleemosynam: Deo autem non tenetur gratias agere, quia Deus non prædeter-

minauit voluntatem largientis eleemosynam ad hoc, quod conferret talem eleemosynam. Hoc autem nullo modo videtur esse admittendum. Ergo neque illud, ex quo sequitur.

21. Cæterum ex eisdem principiis efficaciter probatur, quod homo se ipsum partialiter, & secundariò determinet ad conferendum beneficium eleemosynæ. Nam certum est, gratiarum actionem deberi cuicumque homini largienti eleemosynam, vt magis constabit infra num. 11. & sequentibus. Quod si pauper non teneretur Deo gratias agere pro eleemosyna, nisi Deus totaliter prædeterminasset diuitem ad eleemosynam largiendam; sequeretur à fortiori, neque diuiti agendas esse gratias, si nec totaliter, nec partialiter, ac secundariò, sed nullo prorsus modo se ipsum determinauit. Quapropter vt Deo & diuiti debeantur gratie, necessarium est concedere, Deum primariò & principaliter mouere, ac determinare ad complacentiam & amorem misericordie in communi, & diuiti præbere facultatem, vt se ipsum determinet in particulari ad hæc & nunc huic pauperi hanc eleemosynam exhibendam.

22. Sed vt nostra ratio à priori non ad hominem tantum, sed absolute vires suas ostendat, supponendum est primò, quod gratia, siue gratitudo, comparatione particularis benefactoris, specie differt à gratia, siue gratitudine, comparatione Dei: quoniam in ordine ad Deum gratitudo est quædam pars religionis, respiciens Deum, vt primum principium omnium bonorum nostrorum: cæterum in ordine ad creatum, & particularem benefactorem gratitudo non est pars religionis, sed iustitiæ, pertinentis ad homines, & huius obiectum formale est secundarium principium, & causa quorundam beneficiorum. Hæc omnia constant ex D. Thom. 2.2. q. 106. art. 1. corp. & art. 3. corp. & q. 86. art. 17.

23. Secundò supponendum est, quod secundarium principium & causa beneficiorum, quod est obiectum formale gratitudinis humanæ, debet esse principium propriè, & in rigore actuum, ad quod requiritur potestas se ipsum determinandi ad vnam & alteram partem: quemadmodum probatum est supra disp. 27. sect. 2. & sequentibus, & disp. 29. sect. 3. & sequentibus. Et peculiariter quantum attinet ad gratitudinem, quam in præfenti tractamus, probatur, quoniam nullus sapiens Soli, aut igni gratias agit, quoniam illuminat, calefacit, viuificat, idque propterea, quia nec sol, nec ignis se ipsum determinat ad hæc beneficia hominibus præstanda.

24. Confirmatur, nam propter eandem rationem sapiens nullus ex animo gratias agere phreneticis, amentibus, & ebrijs, etiam si laudem & honorem sibi deferant, aut alia beneficia conferant. Atque vniuersaliter, quicumque non potuit aliud velle, neque agere, nisi quod egit, quoniam ab alio totaliter determinatus fuit, non est dignus gratiarum actione. Hæc est enim præcipua ratio, propter quam seruo non debentur gratie, quandiu merè seruiliter præstat ministerium, quod equitare non potest. Et hoc præcipue modo intelligendus est Seneca lib. 3. de beneficiis c. 21. in principio, que sequitur D. Thom. 2.2. q. 106. art. 3. ad 4.

25. Tertio notandum est, Benefactori, in quantum huiusmodi, debetur honor, & reuerentia, eo quod habet rationem principij; vt inquit S. Thomas 2.2. q. 66. art. 3. corp. Ideo Lucæ 17. cum ex decem le-

2. Eadem in differentiis eodem argumento probatur.

3. Gratitudo respectu Dei religionis, respectu hominis iustitiæ species est.

4. Ad gratitudinis humanæ secundarium principium, quid requiritur.

5.

6. Benefactori debetur honor & reuerentia debetur.

profis

prophis mundatis vnicus gratias egisset, eius gratitudo significatur his verbis: Cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Hanc igitur gratiarum actionem esse honoris, reuerentiae, laudis, & gloriae exhibitionem, constat tum ex magna voce magnificantis Deum, tum ex actu procedentis in faciem; sed praesertim ex verbis, quae continud subiecit Christus Dominus: Non est inuentus, qui rediret. & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

7. Ex his fundamentis sumuntur argumenta tria.

7. Libris argumentis probatur indifferentia libertatis.

Primum. Gratitude erga homines quasi obiectum formale respicit rationem secundarij principij, proprie agentis cum potestate determinandi, & non determinandi se ipsum ad beneficia conferenda: vt probatum est notabili 1. & 2. Sed obiectum formale gratitudinis reperitur in homine, conferente beneficia: ergo homo per liberum arbitrium est secundarium principium, proprie agens cum potestate determinandi, & non determinandi se ipsum ad beneficia conferenda.

Confirmatur, quia si deesset ista potestas, nulli homini deberetur gratitudo maior, quam deberetur seruo, vinculis restricto, eo quod non fugiat, vnde non potest fugere: quemadmodum in secundo fundamento dicebamus.

8. Secundum argumentum, quoniam gratitudinis proprium est, laudem, honorem, & gloriam exhibere benefactori, eo quod habet rationem principij: vt vidimus in fundamento 3. Sed hominibus debetur gratitudo propria illorum, quae specie differat a gratitudine, quae debetur Deo: vt vidimus in fundamento primo, & magis constabit ex sequentibus. Ergo hominibus debetur laus, honor, & gloria, quae differat specie a laude, honore, & gloria, quae debetur Deo. Quapropter haec est noua confirmatio eorum omnium, quae constituta manent in disp. praecedenti.

8. Eundem, & gloriam exhibere proprium gratitudinis.

Tertium argumentum erit confirmatio duorum praecedentium propter analogicam proportionem, quam sana Philosophia, & Theologia debet inter Deum & homines seruare. Quoniam Deo gratias agimus etiam pro nostris operibus pietatis, vt pro fide, charitate, perseuerantia; idque propterea, quoniam est primum principium, principaliter mouens, ac determinans, & faciens, vt faciamus: ergo vt hominibus debeantur aliqua gratia, necessarium est quod homo sit etiam principium secundarium, minus principaliter mouens, ac determinans, & faciens, vt ipse faciat, vt nuper dicebamus num. 2. & fuitus disp. 29. sect. 5. & sequentibus.

9. Antecedens tertij argumenti satis constare poterat ex dictis praeced. tomo de prouidentia disp. 18. sect. 9. Etenim Patres, ibi citati, Deum esse, qui mouet, impellit, & facit, vt credamus, & impleamus diuina praeccepta, recte colligunt ex eo, quod pro bonis operibus fidelium Paulus soleat Deo gratias agere: quemadmodum Ephes. 1. 1. ad Theosal. 1. & 2. Corinth. 2. Roman. 1. & 6.

Quod argumentum praecipue vrger Caelestinus I. epist. 1. ad Episcop. Galliae cap. 11. & ex illo Petrus Diaconus de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 8. Augustinus de praedestinat. Sanctior. lib. 1. cap. 19. post medium, & epist. 107. ad Vitalem: Prosper lib. contra Collator. cap. 36. & lib. 1. de vocat. Gent. cap. 12. & 24. post medium, & liber de Ingratis apud Prosperum; Bernardus

10. toto serm. contra pessimum vitium ingratitude.

Quod autem hominibus agenda sint gratiae non solum tanquam principij operum moraliter bonorum, sed etiam tanquam principij operum supernaturalium, probatur primò. Nam 2. Machab. 3. Angeli, qui flagellauerat Heliodorum, sic eum officij monent: Omnia sacerdotij gratias ages, videlicet, quoniam orationibus & sacrificio impetrauerat illi pristinam sanitatem. Sed, vt supremum proponamus exemplum Beatissima Virgini, dubitauit Catholicorum nullus, agendas esse quam maximas potuerimus gratias pro singularibus beneficiis, in vniuersam Ecclesiam, & singulos quosque fideles per ipsam deriuatis. Vnde Augustinus serm. 18. de Sanctis circa med. & cum eo Catholica Ecclesia infra Octauam Natiuitatis B. Mariae ait: O Beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarum, ac laudum praeconia rependere, quae singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? Propter proprium igitur assensum Virginis debentur gratiae. Illa igitur fuit principium se ipsam secundario determinans ad assensum, & ideo peculiari, & sibi proprio digna est honore, gloria, & veneratione. Recte igitur subdit: Quas tibi laudes fragilitas nostra persoluet, quae solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe ergo quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones.

11. Hominibus gratia agenda.

B. Virgini gratia debentur.

Rursus Apostolis agendas esse gratias, recte Chrylостomus notat in serm. de Apostolis Petro, & Paulo apud Metaphrastem, dicens: Quas vobis, o beati Apostoli, referemus gratias, qui tantum pro nobis laborastis. Vnde gratias non solum agendas, sed etiam referendas Apostolis deberi, manifeste supponit Paulus ad Philemonem, pro Onesimo seruo, sic rogans: Si autem aliquid nocui tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea: ego reddam, vt non dicam tibi, quod est te ipsum mihi debet. Vide quas gratiarum actiones Paulo debeat, qui non sua tantum, sed etiam se ipsum debebat.

12. Apostolis etiam debentur.

Ex dictis colliguntur tria. Primum. Hominibus debita gratitudo propter eorum liberam determinationem, tantum abest, vt minuat gratitudinem Deo debitam, vt eam potius ad summum gradum euolat, ad quem pertingere nulla ratione posset gratitudo in Deum, nisi deberetur etiam hominibus gratitudo. Ratio est, quoniam gratitudo maxima debetur pro beneficio maximo: huiusmodi autem beneficium est, hominem facere diuinae autoritatis, principatus, & dignitatis participem secundarium, quatenus illi confert potestatem, vt se ipsum determinet ad conferenda beneficia: vnde homini debeantur secundariae gratiae, sicut primariae gratiae debentur Deo.

13. Debita hominibus gratitudo Deo debita maxime commendat.

Secundum est. Quando gratias hominibus agimus, sicut oportet: eo ipso, siue virtualiter & implicitè, siue formaliter, & expressè Deo gratias agimus, quoniam fecit, vt homo beneficeret. Propterea 2. Corinth. 9. de fidelium eleemosyna tractans, ait: Augere incrementa frugum in sinu vestro: vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quae operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea, quae desunt Sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, de quo videndus est Chrylостomus ibi homil. 20. Eodem spiritu ductus Ignatius epist. 7. ad Smyrnenf. versus finem postquam laudauit, & gratias egit

14. Hominibus gratias agentes Deo gratias agimus.

egit pro pietatis officio, in eum vincum & absentem collato, subdit: Philoni, & Gaio, & Agathopo, qui me sequuntur in verbo Dei, qui sunt ministri Christi, bene fecistis, suscipiendo eos sicut ministros Dei, qui & maximas gratias agunt Deo pro vobis.

Sed quoniam ex praedicta veritate deducunt aliqui, iustum posse sibi quoque gratias agere pro sua conuersione, aut virtute; respondetur primò. Cum Seneca dicit lib. 5. de beneficois, cap. 9. parum a principio: Sicut non est liberalis, qui sibi donat, nec clemens, qui sibi ignoscit, nec misericors, qui malis suis tangitur, sed qui alijs: ita etiam nemo sibi ipsi beneficium dat, sed natura sua paret, quae mouet ad restituenda nociua, & ad appetenda proficua. Vnde in his, quae sunt ad se ipsum, non habet locum gratitudo, & ingratitude. Haec D. Thomas 2. 2. q. 106. art. 3. ad 1. Vnde continud infert, metaphoricè tantum dici posse gratitudinem hominis erga se ipsum.

15. Obiectio soluitur.

Respondetur secundò. Si complexum illud, gratias agere, sumatur valde improprie, vt significet tantum sibi secundario tribuere laudem, relatum in Deum vt principalem authorem: Beatus in patria sibi poterit gratias agere; poterit tunc gloriam: imò etiam in vita mortali, seruatis quibusdam conditionibus, vt probatum fuit tota disp. praecedenti, praesertim sect. 8.

16.

Id ergo probatur primò ex Paulo ad Rom. 12. Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, & cap. 15. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris. 2. Cor. 5. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Similiter obsecrat 1. Cor. 1. n. 10. & c. 16. n. 15. & 2. Cor. 2. n. 8. & c. 10. n. 1. Galat. 4. num. 12. Ephes. 4. n. 1. & 1. Thessal. 4. n. 1. 2. Thessal. 3. n. 12. 1. ad Timoth. 2. n. 1. & ad Philem. n. 9. & 10.

SECTIO III.

Orationis proprius effectus probat eandem indifferentiam arbitrij, vt secundario se determinet.

1. Quorundam argumentum.

Aduersus hanc libertatem vtuntur aliqui eisdem testimoniis, & argumentis, quibus aduersus reliquias Pelagianorum vtitur Augustinus, non solum desumptis ex gratiarum actione, sed maxime desumptis ex oratione. Quale est illud de praedest. Sanctior. c. 8. Si non facit volentes ex nolentibus Deus, quid orat Ecclesia secundum praecceptum Dei pro persecutoribus suis? Huic argumento non solum adhibetur solutio, sed etiam ostenditur esse pro nobis, quoniam orationis quidditas & proprius effectus libertatis indifferentiam probat triplici ratione.

2. Pr obatur arbitrij indifferentiam.

2. Vt actus supernaturales eliciant homines, a Deo petimus.

Prima ratio. Ex eo quod per orationem a Deo petamus nostros actus fidei, orationis, charitatis, & obseruantiae mandatorum, recte colligitur, Deum esse, qui facit, & praestat, vt nos faciamus eos actus fidei, orationis, charitatis, & obseruantiae mandatorum. Sed per orationem, aut aliam petitionem a Beatis, vel viatoribus petimus, vt eliciant aliquos actus fidei, orationis, charitatis, aut obseruantiae mandatorum. Igitur ex huiusmodi petitione recte colligitur, Angelos, aut homines esse, qui faciunt & praestant, vt ipsi faciant aliquem actum fidei, vel orationis, vel charitatis, vel obseruantiae mandatorum. Quapropter non est solus Deus totalis, & adaequata causa determinans; sed Angelus, aut homo per liberum arbitrium se ipsa secundario determinat: vt diffusius explicatum est disp. 29. sect. 5.

3.

Maiores satis probata fuit tomo de prouid. disp. 18. sect. 9. a principio. De quo videri potest Augustinus de grat. & lib. arbit. cap. 13. & 14. valde commendans testimonium Cypriani in lib. de oratione Dominica, & de praedest. Sanct. cap. 20. de bono perseuerant. cap. 3. 4. & 23. epist. 107. ad Vitalem: Caelestinus, & Petrus Diaconus citati Ruiz, de Praedestinatione.

sect. praecedenti num. 10. Hieronymus in epist. ad Cresiphontem col. 4. & dialogo 1. contra Pelagianos col. 3. & dialogo 3. praesertim a medio, & in epist. ad Cyprianum Presbyterum in fine: Prosper 1. de vocat. gent. cap. 12. & 24. Concilium Carthagen. in epist. ad Innocentium I. necnon idem Innocentius in epist. 25. rescripta ad idem Concilium, & epistola Concilij Mileuitani ad Innocentium, quae omnes simul habentur in tomo 1. Conciliorum.

Minor eiusdem rationis prima, quantum attinet ad Angelos, aut homines beatos, non indiget probatione, cum Ecclesia frequenter eos obsecret, vt apud Deum pro nobis intercedant, atque nos illuminent, doceant, seruent. Restat igitur solummodo probare, quod homines viatores plerumque rogantur, vt eliciant aliquos actus orationis, vel fidei, vel charitatis, aut aliarum virtutum.

Id ergo probatur primò ex Paulo ad Rom. 12. Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, & cap. 15. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris. 2. Cor. 5. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Similiter obsecrat 1. Cor. 1. n. 10. & c. 16. n. 15. & 2. Cor. 2. n. 8. & c. 10. n. 1. Galat. 4. num. 12. Ephes. 4. n. 1. & 1. Thessal. 4. n. 1. 2. Thessal. 3. n. 12. 1. ad Timoth. 2. n. 1. & ad Philem. n. 9. & 10.

Confirmatur, nam 1. Petri 2. Obsecro vos, inquit, tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs, &c. Similiter obsecrat 1. Petri c. 5. n. 1. & Apostolos imitatus Ignatius in plurimis epistolis postulat a fidelibus orationes; quemadmodum epist. 3. ad Magnesian. in fine, & epist. 4. ad Tarsenses prope fin. & epist. 5. ad Philippenses sine, & epist. 1. 1. ad Ephes. & epist. 7. ad Smyrnenf. versus fin. illud Ephes. 3. Petro ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quae est gloria vestra. Huius rei gratia stulto genum mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi; grauitè, & acutè distribuit, vt ex eo quod ab hominibus petit, inferat libertatem propriae voluntatis ad agendum: ex eo tamen quod Apostolus Deum orat, gratiae necessitatem inferat, & colligat a Deo donari bonum, quod homines volunt, & agunt.

Sed principalis rationis ea est validior confirmatio, quoniam Deus ipse rogat hominem, & petit ab eo, vt eliciat actus, requisitos ad suam iustificationem. Supponit ergo Deus, se ipsum non esse totalem, & adaequatam causam physicè facientem, vt homo faciat tales actus; sed praeterea requiri, vt homo per liberum arbitrium secundario & minus principaliter se ipsum determinet ad ea opera facienda. Antecedens probatur Deuter. 10. Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi vt times Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, &c. Eccles. 30. Fili mi, miserere anime tuae, placens Deo. Quem locum ponderas August. serm. 102. de tempore in medio, ait: Deus te rogat, vt tui miserearis, & non vis? Causam tuam apud te agit, & non potest impetrare? Cui consonat lib. 10. de ciuitate c. 6. parum a principio. Hoc idem significat Lucæ 15. pars illa parabola: Pater ergo illius egressus, cepit rogare illum.

Secunda ratio principalis est. Petitio est actus rationis, non imponens necessitatem, sicut imperium in ordine ad subiectos, sed inducens, & quodammodo disponens, & ordinans fieri ab his, qui sibi non subiiciuntur: vt D. Thomas docet

4.

5.

Deus hominè rogat ut eliciat actus supernaturales.

6.

Petitio orationis actus.



docet 2.2.q.83. art. 1. corp. Ergo cum Deus, aut homines à nobis petunt, vt diligamus Deum, vt oremus; vt obseruemus eius mandata, non inducunt nobis necessitatem ita operandi, sed disponunt, & ordinant, aliquid fieri à nobis, ita relinquendo nobis potestatem determinandi nos ipsos, ac si non subiiceremur Deo, quantum ad Dominum despoticum & absolutum. Licet enim Deus de potentia absoluta potuisset quodlibet arbitriū necessitare ad tales actus; melior tamē prouidentia modus fuit cū hominibus agere, vt cum liberis, & sui dominis, petendo, suadendo, & rogando.

7. Resatur quadam solutio primo.

Respondet aliquis. Licet à petitione non imponatur necessitas antecedens; nihilominus imponitur diuino concursu. Hæc tamen solutio refutatur primò, quia sequeretur inde postulatiōnem rogantis & obsecrantis homines, verbo tenus homines rogare, & obsecrare.

Probat sequela, quoniam solus Deus erit totalis & adæquata causa, totaliter determinans hominem, qui rogatur, vt ad præsentiam petitionis rogantis, & obsecrantis, faciat, quod ab illo petitur, & obsecratur: homo verò neque secundariò & partialiter determinabit se ipsum ad faciendum, quod ab eo petitur. Quapropter petitio postulantis, & obsecrantis homines, deseruiet tantummodo vt signum exterius, ad cuius præsentiam Deus operatur, totaliter homines determinando, vt operentur; ideo secundum hanc rationem quælibet petitio postulantis aliquid ab hominibus, non aliter operabitur, nisi quemadmodum antiquæ legis sacrificia, vel sacramenta, necnon Sacramentalia nouæ legis, ad quorum præsentiam Deus operatur, quod ipsa significant, hoc autem foret absurdum.

Confirmatur. Etenim quando petitur ab homine eleemosyna, non ab homine, sed à solo Deo impetraretur, si solus Deus totaliter & adæquatè determinat hominem, vt præbeat eleemosynam.

8.

Refutatur secundò. Posito quippe Dei concursu totaliter determinante per antecedentem necessitatem, Petrus non poterit omittere eleemosynam, etiam si pauper eam non petat à Petro. Contra verò licet eam à Petro pauper importunis precibus extorquere conetur, Petrus non poterit illam dare, si Deus subtrahat illum concursum totaliter determinantem, ac necessitantem. Ergo totum negotium obtinendi eleemosynam reuocatur totaliter in Deum, ac proinde non alia ratione fuerit vtile, Petri pro eleemosyna rogare, nisi qua ratione Deus vult ad præsentiam postulationis rogantis Petrum illum totaliter determinare, vt præbeat eleemosynam roganti.

9.

Quod homines regentur eodem in maiori Dei gloria.

Tertia ratio est, quoniam sicut gloria hominibus propria, & specie diuersa à gloria Dei, recurrit in maiorem gloriam Dei, & gratia, præcedenti disp. sect. 2. & 10. necnon sicut gratiarum actio, quæ debetur hominibus, licet specie differat à gratitudine in Deum, redundat tamen in maiorem gratiarum actionem, Deo debitam, sect. præcedenti n. 13. & 14. Sic etiam oratio, siue petitio rogantis, & obsecrantis homines, quamuis ex propria quidditate vim aliquam habeat mortaliter alliciendi, & inclinandi homines, vt se ipsos determinent ad faciendum, quod rogatur ab illis: nihilominus hoc ipsum cedit in maiorem gloriam Dei, quod suis imaginibus tantam dignitatem præbeat, vt orari possint, vel rogari, vt se ipsos determinent ad bonum faciendum.

10.

Quod ab hominibus pe-

petendum est etiam à Deo, videlicet vt Deus per

opportunas & congruentes cogitationes, & suauitates impellat hominem, vt se ipsum determinet ad illud præstandum. Quemadmodum Elther quod precibus volebat impetrare à Rege, prius à Deo postulauerat: vt constat, caput 7. conferendo cum 14. illis præsertim verbis: *Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri.*

DISPUTATIO XXXVII.

Vtrum spes, siue confidentia, prout refertur ad operationes liberi arbitrij, probet illius indifferentiam, antecedenti necessitate solutam,

SECTIO I.

Sectariorum error, & explicatio spei, quatenus secundariò nititur in arbitrio creato.



RROR est sectariorum huius temporis, in nullis bonis operibus liberi arbitrij, sed in solo Deo & eius gratia totam spem esse collocandam. Ita passim Lutherus, quæ Caluin. lib. 3. Inst. c. 12. §. 3. & 4. & c. 14. sect. 16. & sequentibus, aliique secuti sunt. Imò & in prædicto lib. 3. Inst. c. 2. §. vltimo, reprehendit Petrum Lombard. quod scripserit spem gigni in nobis ex gratia Dei, & meritis præcedentibus, vt refertur Bellarm. lib. 5. de iustif. c. 7. sub in. & Valent. 2.2. disp. 2. de spe, q. 1. puncto 1. longè post med.

1. Sectariorum error.

Quamuis hunc errorem defendere cogantur, si velint in alio persistere, quod omnia iustorum opera sint peccata mortalia: nihilominus ad eundem errorem necessariò detruduntur ex eo, quod humanos actus dicant non alia ratione liberos esse, nisi quoniam sunt spontanei, cum de cetero creata voluntas diuinæ motioni non possit resistere, nec possit illi dissentire. Quoniam, vt tota præfens disputatio monstrabit, spes, fiducia, siue confidentia, propriè dicta, requirit expeditam libertatis indifferentiam ad bene operandum, & non operandum: ideo Caluinus apud Ruardum art. 7. propius ad medium, quàm ad finem, dicebat, *nullum esse, qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non statim concipit, illum esse mentis sue, & voluntatis Dominum, qui steterit se in vtramuis partem à se ipso posse, & euehitur in exitialem confidentiam.*

2.

Spes, libertatis indifferentiam expeditam requirit.

Catholici Doctores licet omnes expressè conspirent contra prædictum errorem, & nulla sit adhuc diuersitas sententiarum expressè, directè, & ex professo dissidentium circa ea, quæ requiruntur, vt spes, & fiducia possit in bonis operibus secundariò collocari; nihilominus virtualiter, obiter, & implicite valde dissidēt, qui præcedentibus disputationibus existimarunt, liberum arbitrium non esse partialem & secundarium causam determinandi se ipsum, & discernendi ab aliis, nec secundariam gloriam acquirere.

3. Catholicorum sententia virtualiter dissidentes.

Ad hoc probandum adducunt illud Ierem. 7. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* de quo dicemus sect. 3. & Luca 18. *Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros.* & Trident. sess. 6. cap. vltimo prope finem: *Ab sit,*

4.

*Ab sit, ait, vt Christianus homo in se ipso vel confidat, vel gloriatur, & non in Domino.* Quibus multa similia reperientur in sanctis Patribus.

5. Secundaria spes collocanda in libero arbitrio.

Nihilominus sit conclusio, Secundaria quædã, & longè inferior spes collocari debet in libero arbitrio, & in bonis operibus liberè factis. Pro cuius declaratione, & probatione recolendū est ex disp. 35. sect. 9. sub in. adorationem, honorem, & gloriam duplicem fuisse distinctam. Alia enim est merè respectiua, quæ non refertur ad res secundum se ipsas, quoniam, in quantum tales, nō sunt adorationis & gloriæ capaces, quemadmodum nec sunt capaces virtutis. Alia verò adoratio, & gloria est absoluta, quæ refertur ad personas secundum se ipsas, quoniam secundum se ipsas sunt capaces virtutis, quemadmodum & libertatis.

6. Spes duplex, alia respectiua, absoluta alia.

Eodem igitur modo distinguenda est duplex in rebus creatis spes, siue confidentia. Altera enim est respectiua, secundum quam nullo modo confidimus in rebus secundum se ipsas, sed præcisè prout mouentur, & omnino determinantur ab alio principio, in quo confidimus. Huiusmodi spes, & confidentia est in Sacramentis, & omnibus auxiliis Dei, imò & in viribus corporis, & quibuscumque rebus naturalibus, quæ à solo Deo conferuntur, ac determinantur. Vnde quemadmodum crux, imagines Dei, & Sacramenta possunt adorari eadem adoratione, & honore, quo Deus, extendendo Dei adorationem ad hæc tanquam ad objecta merè materialia, quæ, quantum ex se est, non sunt adorationis capacia: sic etiam spes, & confidentia, quæ fertur in Deum tanquam in objectum formale, potest extendi tanquam in objecta materialia in Sacramenta, auxilia, & alia, quæ iuuare possunt ad salutem, quamuis secundum se considerata sint prorsus incapacia spei, & confidentiæ.

7.

Alterca spes, siue confidentia in Angelo, vel in homine potest appellari absoluta, quoniam Angelus, & homo propter indifferentiam liberi arbitrij, quemadmodum sunt capaces virtutis discretiōis, & gloriæ, ita etiam sunt capaces confidentiæ, siue spei.

Spes duo respicit, bonum scilicet, & auxilium.

Confirmatur, quoniam spes duo respicit, scilicet bonum, quod obtinere intendit, & auxilium, per quod illud bonum obtinetur. Hoc autem pertinet ad causam efficiētem. Vnde colligitur, licetum esse sperare de homine, vel de aliqua creatura sicur de agente secundario, & instrumentali; vt constat ex D. Thoma 2.2. q. 17. art. 4. corp. & q. 25. artic. 1. ad 3. Sed inde præterea fit, vt, quemadmodum agere, propriè dictum, solummodo conuenit Angelis, & hominibus, quoniam illi tantum possunt se ipsos ad bonum determinare, vel non determinare; ita etiam propriè dictum sperare, sine considerare in agentibus secundariis, solummodo conueniet Angelis, & hominibus tanquam iis agentibus, in quibus speretur. Nam ceteræ creaturæ, quoniam aguntur potius, quàm agant, non aliter possunt terminare spem, & confidentiam, nisi qua ratione speramus, quod Deus illas agat, moueat, ac prædeterminet.

8. Dupliciter spes ad Angelos, & homines fertur.

Ad cuius abundantiorē explicationem & confirmationem notandum est, ad Angelos, vel homines duplicem spem, siue confidentiam terminari posse: alteram, quæ sit virtus Theologica, cuius objectum formale sit Deus. Quemadmodum quippe charitas, respiciens Deum tanquam objectum formale, magno cum discrimine fertur in objecta materialia. nam Crucè, imagines Dei,

Ruiz de Prædestinatione.

Sacramenta, cælum, & terram diligere possumus vt objecta materialia charitatis, sed non tanquam amicos secundarios post Deum. Quoniam sicut illa omnia non sunt capacia virtutis, ita nec amicitia; cuius tamen capaces sunt homines, & Angeli, qui proinde diliguntur per charitatem, tanquam amici secundarij post Deum: ita spes Theologica magno cum discrimine fertur in creaturas ceteras, necnon in Angelos, & homines. Hi enim, quoniam sunt capaces agendi propriè, determinando se ipsos ad ferendum auxilium sibi, vel aliis hominibus; ideo sunt materialia objecta proportionata, vt illis secundum se ipsos speretur, & confidatur tanquam in objectis, & agentibus secundariis. Huic proportioni, qua spes ad homines extenditur sicut charitas, consonat D. Thomas 2.2. q. 25. art. 1. sine.

In Angelos, & in homines sperare possumus.

9. Spes potest esse moralis virtus.

Alterà spes, siue confidentia potest esse virtus moralis, prout distinguitur à Theologica. Nam quemadmodum non erit Theologicus amor, quod dilexeris Beatissimam Virginem, propter inherentes sibi gratias & excellentias, tanquam propter objectum formale; sic etiam non erit Theologica spes, seu confidentia, quam in eadem sanctissima Virgine constitueris, propter eisdem gratias, & excellentias, tanquam propter objectum formale sperandi auxilium tanquam ab agente secundariò. Hanc verò confidentiam nihil repugnat esse supernaturalem, & infusam. Quod autem fiducia, siue spes roborata, quam aliquis habet de se ipso, in quantum potest aliquid, vel de aliis hominibus, qui possunt eum iuuare, sit virtus moralis, ex eo constat, quod est pars fortitudinis quantum ad magnanimitatem, vt docet D. Thomas 2.2. q. 129. toto art. 6. & Caietan. ibi.

10.

Denique quamuis in vtraque spe, siue fiducia vim habeant rationes, quibus statim colligemus indifferentiam antecedenti necessitati contrariam; nihilominus earum robur cernitur manifestius in secunda spe, siue confidentia non Theologica, sed moralis. Hæc enim est ita propria libertatis, vt, libertate sublata, non possit illius objectum formale subsistere.

SECTIO II.

Spes, & confidentia, in Angelis, aut hominibus collocata, probat eorum indifferentiam, vt partialiter, & secundariò se ipsos determinent.

PRIMA probatio sumitur ex vniuerso discursu præcedentis sectionis, quoniam spes, & confidentia vt absoluta sit, & propria personis secundum se ipsas, requirit earum indifferentiam, vt se ipsas ad vtramuis partem determinare possint.

1.

Secundò probatur, supponendo, quod spes, siue confidentia in hominibus, quando refertur ad opera pietatis, semper intelligitur supposita diuina gratia; quemadmodum Prosper 2. de vocat. gent. c. 8. sine: *Professus, inquit, ab illo est, qui dat incrementum, (scilicet à Deo); sed terra viuens, & de sua Dei gratia iam imbre secunda habet, quod ab ipsa expectatur ad id, quod accepit augentum.* Ergo supposito initio, dato per gratiam præuenientem, idem fructus, qui speratur à Deo tanquam à prima & principali causa, expectatur etiam à libero arbitrio tanquam à conferente aliquid ad id, quod accepit augendum.

2. Spes in hominibus relata ad pietatis opera, intelligitur suppositum.

Kk 1

Quo



3. Quo supposito, nostram assertionem probat Augustinus tract. 53. in Ioan. post med. dicens: Quosdam nimia sua voluntatis fiducia exultit in superbiam; & quosdam nimia sua voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Nulla verò propria voluntatis diffidentia foret ob nimietatem culpabilis, si nihil profus fiducia collocandum esset in propria libertate, supposito auxilio gratiæ. Vnde Augustinus utrumque nimietatis extremum vitandum esse monet, admittendo liberam potestatem bene operandi, aut non operandi, supposita diuina gratia, cum ait: Nec sic existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non indigeat adiutorio. audiamus & Evangelistam dicentem: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate non esse, quod credimus.

4. Probatur tertio ex Paulo 2. ad Thessal. 3. Fidelis, inquit, Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres in Domino; quoniam quaecumque precipimus, & facitis, & faciatis. Cuius loci grauissima quæque commentaria notant, non solum à Deo, sed etiam à libero arbitrio pendere fiduciam humanæ salutis. Vnde S. Thomas ibi lect. 1. Fiducia, inquit, pendet ex Deo, qui gratiam dat, & ex hominibus, qui sunt liberi arbitrii, ut dirigantur à gratia. Dicit primò ex parte Dei: Confido quòd orabitis, & exaudiemini, quia fidelis est Dominus, qui confirmabit in bonis, &c. Secundò ex parte eorum dicit: Confidimus de vobis fratres, scilicet ex gratia, quam accepistis, sed in Domino, non in virtute vestra.

5. Ambrosius in eundem locum: Quoniam, inquit, Deus fidelibus, & bona vite hominibus auxilium suum non desuturum in necessitate promisit ad confirmationem illorum; ij autem iam in fide, quam in opere amuli erant bonorum: idcirco fidem Deum dicit in promissis. Confidimus autem in Domino de vobis, propter quod mereri illos, ut Dei defensione tutos, consideret, &c. Auxilium igitur cooperans, & auxilium subsequens sic sperandum esse à Dei fidelitate, docet Ambrosius, ut speretur dependenter à libera cooperatione nostra, quam Apostolus nos adhibuituros esse confidit. Quæ dependentia breuius notatur à Hieronymo, in eundem locum scribente: Fidelis Deus est, quia non relinquit, nisi relinquentes se.

6. Chrysostomus ibidem hom. 5. initio sic exponit: Si enim elegit vos ad salutem, non faller, neque perire vos permittet. Ne verò per ista ad desidiam eos inducat, & ipsi totum Dei esse putantes obdormiant, vide quomodo & ab ipsis cooperationem expectat, dicens: Confidimus autem per Dominum de vobis, quòd, que precipimus vobis, & faciatis, & facturi sitis. Fidelis quidem est Deus, inquit, & quia salutem promisit, omnino saluabit: sed quemadmodum promisit. Quomodo promisit? si voluerimus, & audierimus ipsum, non simpliciter, nec otiosi, velut ligna, & lapides. Hæc, & alia plurima eiusdem commentarij diriguntur ad ostendendum, spem, atque confidentiam salutis pèdere à cooperatione libera. Vnde in eadem sententiam Oecumenius in prædicta verba 2. ad Thessal. 3. Verax, inquit, est Deus, qui vos ad salutem elegit. Attamen necessaria quoque sunt vestra opera; ideo neque ausus fuit dicere simpliciter: Confidimus autem de vobis; sed in Domino, addidit.

7. Probatur quartò, quoniam non solum de iustis, & prædestinatis, sed etiam de reprobis dicitur Deus sperare bonum aliquod, cum tamen Deus præciat, illud bonum ab illis nunquam esse

Quid ab hominibus speret Deus.

faciendum. Finis autem in ea locutione præsertim intentus est, ut sperandi verbum significet, ex parte personæ, de qua speratur, per diuinam gratiam, sibi oblatam, existere potentiam; per quam sit absolutè possibile, actualiter operari bonum illud, quod de facto non est operandum. Id quod non obscurè colligitur ex Psalmo 40. Etenim homo pacis mea, in quo speravi. videlicet Iudas. In quem versum Ambrosius in medio commentarij ad Psal. 40. Numquid, ait, ignorauit proditorum suum futurum, de quo ante prædixit: Vnus ex vobis me tradet? Hoc autem dicebat de Iuda, sicut scriptum est in Evangelio: Non utique; sed quòd amplius condemnaret eum, de fide eius sperasse se dixit. Aquila, confisus eram, dixit: Symmachus posuit, confidebam. Plus enim gratiamus eum, in quo plurimum spei, vel fiducia habuisse nos dicimus, si postea spem nostram, opinionemque destituit. Simul ostendit, quanta vis diuina sanctificationis sit, que excludat malitiam, & deprauatum emendet ingenium, si forma propositi melioris accedat. Sanctificationis igitur & gratiæ, quæ Iudæ oblata fuerat ex parte Dei, tanta vis erat, ut potuisset Iudam in melius commutare, si voluisset Iudas.

8. Vnde postquam plurimis exemplis Scripturæ hanc vim gratiæ ad corrigendos homines, ostendit, si tamen ipsi voluerint, ita concludit: Ideo ergo sperasse se dicit, quasi iure præsumpsit, ut Apostolus, (videlicet proditor) superiora deponeret, meliora sequeretur; & qui sanctificandi alios minus acceperat, ipse in se sanctitatis gratiam custodiret, & sinceritatis inhereret officijs: Bene, ait, speravi; quia homini dedit eligendi arbitrium quid sequatur. Possi, inquit, ante te bonum, & malum. Si malum elegeris, non natura delinquit, sed eligentis affectus. Ergo ex spe, siue confidentia in homine rectè colligitur eligendi facultas indifferens ad bonum, & malum, quæ possit resistere, & dissentire gratiæ, quod ex se est, ad bonum inclinanti. Talis enim libertas requiritur, ut non imprudenter sperari potuisset Iudæ correctio à persona, quæ fuisset spei capax, & futuri euentus ignara. Quod si de Iuda speratur, cur non de cæteris reprobis, minus obduratis, & perditis?

9. Quantum ad vim præsentis argumenti non nihil obscurior latet in expositione Augustini, huc versum referentis ad membra Christi Domini: Quando enim videbant Iudam multi, qui crediderunt in Christum, ambulare inter duodecim Apostolos, sperabant in illum aliquid, quia talis erat, quales & ceteri. Christus autem, quia in membris suis erat hoc sperantibus, quomodo dixit: Esterui, sic dixit, speravi. Cum autem hæc spes ponatur in Psalmo, ad exaggerandam proditoris malitiam, necessarium est, supponere, Iudæ fuisse absolutè possibile actualiter in gratia perseuerare. Alioquin vana fuisset spes discipulorum sperantium de Iuda, sicut de cæteris Apostolis, ac per hoc nihil essiceret, ad reuincendum criminis atrocitatem fuisse grauissimam.

10. Probatur quintò, licet enim spes, siue confidentia, propriè dicta, cadere non possit in Deum, ut rectè S. Thomas 1. contra gent. c. 80. post med. Deus tamen sperare de hominibus dicitur, & illis credere, siue confidere. Quapropter eo ipso significatur, ex parte obiecti reperiri omnia, quæ requirebantur, ut Deus speraret, & confideret propriè, si capax esset spei, atque confidentiæ. Quemadmodum cum dicitur Deus irasci, denotatur ex parte obiecti talis iniuria, quæ prouocaret

10. Spes propriè dicta non cadit in Deum.

caret ad iram, si Deus foret illius capax. Antecedens probatur Lucæ 16. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis; quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis; quod verum est, quis dabit vobis? Romanor. 3. Credita sunt illis eloquia Dei. 1. Corinth. 9. Dispensatio mihi credita est. Galat. 2. Creditum est mihi Evangelium præputij. 1. ad Thessalon. 2. Probati sumus à Deo, et crederetur nobis Evangelium. Vnde Chrysostomus in eius commentar. homil. 3. paulo post principium rectè colligit, esse non solum Dei opus, sed etiam liberi arbitrii proprium, atque suum; cuius verba retulimus disputat. 27. sect. 3.

11. Rectè igitur Gregorius 31. moral. cap. 10. aliàs 14. de Paulo Apostolo interpretatur quod Iob 39. de rhinocerote dicitur: Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi, quòd sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? Sic ergo Gregorius scribit: In rhinocerote huius fortitudinis fiduciam Deus habuit; quia quando illum crudeliter sibi dura inferentem pertulit, tanto pro se constantius tolerantem aduersa præcinit. Illa igitur fortitudo, quæ complectitur non solum copiosissimas vires diuinæ gratiæ, sed etiam cooperationem liberij arbitrii; est obiectum spei magnæ, atque robustæ, quam fiducia significat, ut constat ex D. Thoma 2. 2. q. 129. art. 6.

12. Probatur sextò, quoniam sine liberi arbitrii cooperatione vana est salutis spes, siue confidentia in quacumque re collocetur. Ierem. 7. Nolite considerare in verbis mendacij, dicens: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra, &c. Habitabo vobiscum in loco isto: in terra, quam dedi Patribus vestris à seculo, usque in seculum. Pondera, promissam esse hoc loco templi perpetuitatem, & æternam illius terræ possessionem, quam Deus præciebat non esse futuram, quoniam ex parte Iudeorum defutura erat apposta conditio: Si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra, &c. Vnde collige liberam illius gentis potestatem, ut suas vias & studia dirigeret, vel non dirigeret. Consequens igitur est vanam esse atque mendacem confidentiam in templo, sacrificijs, aliisque rebus, nisi liberum arbitrium cum diuina gratia vias & studia dirigat.

13. Iustinus in dialogo cum Tryphone inter medium, & finem sic exponit illud Psal. 21. Deus meus es tu, ne discesseris à me. Docet (videlicet Dauid) omnem hominem debere spem suam in Deo solo ponere, & ab illo auxilium, salutemque petere. & post pauca: Nam si videmus, Filium Dei nec viribus suis, nec sapientia (scilicet humanitatis,) ferre acceptam salutem, cum tamen sit innocentissimus, nec putare se posse sine Deo saluum euadere: qui fieri potest, ut & vos, & alij quicumque sine hac spe salutem expectant, non se ipsos decipiant? Nihilominus longè inferius prope finem eiusdem dialogi docet, vanam esse quancumque spem sine operibus. Quòd si tali viro (videlicet Dauidi) non est remissum circa penitentiam, sed post tantos demum stertus, & correptas actiones magni Regis, vatisque delibuti diuinitus: quomodo impuri, & perditij, sine lamentis, planctibusque, ac penitentia possunt sperare, peccata ipsis remissurum Dominum? Porro homines per liberum arbitrium, & non Deum in causa esse, ut non peniteant, docuerat Ruit. de Prædestinatione.

paulo superius, sicut libertatis indifferentiam multis in locis, quæ retulimus probantes libertatem.

SECTIO III.

Superiorem doctrinam corroborat triplex habitudo, secundum quam contingit, de homine confidere post Deum, & in Deo.

1. Ab aliis hominibus vel speras bonum tibi proprium, vel bonum proprium illorum; vel à te ipso speras proprium tibi bonum, semper supponendo vires gratiæ, ut primò, & principaliter operantis. Hac scilicet est triplex habitudo sperandi, quam titulus ob oculos posuit.

2. Primò igitur quòd ab aliis hominibus, aut ab Angelis bonum tibi proprium sperare possis, & debeas, probatur, nam spei obiectum est beatitudo æterna; sed ad beatitudinem æternam consequendam adiuuamur patrocinijs Sanctorum: ergo possumus de hominibus sanctis sperare, & in eorum patrocinijs confidere secundariò post Deum.

3. Confirmatur, quoniam petitio est interpretatiua spei, secundum illud Psal. 36. Reuela Domine vitam tuam, & spera in eo, & ipse faciet; sed licet potest homo aliquid petere ab homine: ergo licet potest de homine secundariò, & in Deo sperare. Vtraque ratio est D. Thomæ 2. 2. q. 17. art. 4. in primo, & tertio arg. iuncto corpore.

4. Huius spei, & petitionis præclarissimum exemplum est Beatissima semper Virgo, quam vnuerfa Ecclesia salutat, dicens: Spes nostra saluo. Ad te clamamus, &c. Aug. serm. 2. de Annuntiatione prope fin. videlicet serm. 1. 8. de Sanctis: Tunc, inquit, spes vnica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio premiorum. Damasc. orat. 2. de Natiuit. similiter spem nostram appellat Beatissimam Virginem. Ephrem Syrus orat. ad Virginem: Ave, inquit, propitiatorium laborantium. Ane anime mea spes bona. Auo Christianorum omnium firma saluo. Bernard. serm. in Natiuit. B. Mariæ, ante med. Si quid, ait, spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare. & infra: Filioli hæc peccatorum scila, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei mee. Quid enim? Potest ne filius repellere, aut sustinere repulsam, &c.

5. Quem modum loquendi potuerunt Patres à fortiori colligere ex eo quod de Moyse Christus Dominus inquit Ioan. 5. sine: Est qui accuset vos Moyses, in quo speratis. Quibus Iudæi non reprehendebantur, quoniam in Moyse sperarent, sed quoniam inordinatè sperabant contra illius prophetiam, atque præceptum, refutates prædictum ab eo Saluatorem. Quemadmodum paulo superius Christus Dominus dixerat: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Fallebantur in eo quòd sine sano & legitimo intellectu putarent, in ipsis vitam æternam habere; quod tamen catholicè putarent, si verè earum intellectum, à Christo Domino traditum, admittirent. Hæc obseruatio sumitur ex Chryl. hom. 49. & 40. in Ioan. apud S. Thomam in Catena.

6. Nec solum ad æternam salutem, sed etiam ad humane vitæ commoda temporalia licet in aliquibus hominibus confidere, ut Prou. 51. Misimus ab hominibus in liuorem fortem quis inueniet? Confidit in ea cor viri sui, Deo sperare.

1.

2. Ab hominibus vel Angelis aliquid sperare possumus, nobis proprium.

3. Petitio interpretatiua spei.

4. Beatissima Virgo spes nostra.

5. Non solum æterna, sed temporalia possumus ab hominibus in liuorem fortem quis inueniet? Confidit in ea cor viri sui, Deo sperare.

Spolys non indigebit. Reddet ei bonum, &c. Et in amico probato, atque fidei confidere licet: nam alioqui non foret vituperandus infidelis, & dolosus apiculus, eo quod in eo nullus sperare possit. At vituperatur Ioan. 9. *Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam.* Vnde D. Thomas 2. 2. q. 17. artic. 4. arg. 2. & corp. recte colligit, quod licite potest aliquis sperare in homine secundario post Deum.

6. *Quomodo vnus boni alterius fiat.*

*De hominibus illorum bonum sperare licet.*

Quantum ad secundam habitudinem suppono, in quantum alter homo per amorem est vnitus cum altero, bonum vnus hominis effici etiam commune bonum alterius: & sub ea ratione fieri posse, vt vnus homo speret bonum alterius. Ita D. Thomas docet 2. 2. q. 17. art. 3. Quo supposito, non solum in Deo, sed etiam de hominibus aliis posse nos sperare bonum illorum, atque de illis confidere, docet nos Paulus frequenter in huiusmodi fiducia non minus, quam in ceteris magnanimus 2. Cor. 8. *Nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos.* Vbi Ambrosius, OEcumenius, & D. Thomas, vt sonat, intelligunt fiduciam, siue confidentiam ab Apostolo conceptam ex his, quae Titus retulerat.

7. Sed Gal. 5. *Ego, inquit, confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis.* 1. Thess. 2. *Quae est enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis?* &c. 2. Thess. 3. *Confidimus autem de vobis in Domino, &c.* quae ponderauimus sect. 2. n. 4. & sequentibus. Ad Philemonem prope finem epistolae: *Confidens, inquit, in obedientia tua scripsi: sciens, quoniam & super id, quod dico, facies.* & iterum: *Spero per orationes vestras donari me vobis.*

8. Denique Hebr. 6. *Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora & vicina salutis; tamen si ita loquimur, non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, &c.* Quem locum Hieron. lib. 2. aduersus Iouin. col. 3. ita ponderat: *Reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non susciperet: ita loquutus sum, inquit, Apostolus, vt vos a peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cautiorem. Ceterum confido de vobis dilectissimi meliora, & vicina salutis. Nec enim iniustitia Dei est, vt obliuiscatur bonorum operum, & tantum meminerit peccatorum.* Vnde collige, Paulum de suis illis discipulis spem concepisit propter Dei misericordiam, & iustitiam primario, deindeque secundario propter eorum opera, cum diuina gratia per liberum arbitrium facta.

9. Idcirco S. Thomas Hebraeoru 10. lect. 4. prope med. illa verba: *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem;* ita exponit: *Ex quo tot bona in primordijs conuersionis vestrae operati estis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum. Nolite itaque amittere confidentiam vestram.* Paulum imitatus Ignatius epist. 6. ad Philadelphien. non procul a principio ait: *Ego confido in vobis, quoniam in Domino nihil aliud sapietis.* & epist. 11. ad Ephes. prope med. *Nullus vestrum seducatur, quod de vobis confido. Homines enim estis, &c.*

10. *Formale obiectum spei.*

Predictam spem, de aliis hominibus conceptam, argumentum confirmat Augustinus, a fruitione desumpto. Pro cuius intelligentia supponendum est, Deum non vticumque, sed vt aeterna fruitione possidendum, esse formale obiectum spei, vt S. Thomas docet 2. 2. q. 17. art. 2. corp. Vnde proportione seruata sicut hominibus secundario fruimur; ita de illis secundario speramus.

August. ergo lib. 1. de doctrina Christiana cap. 32. *Hac merces, inquit, summa est, vt Deo perfruamur; & omnes, qui eo fruimur, nobis etiam inuisem in ipso perfruamur. Nam si in nobis id facimus, remanemus in via, & spem beatitudinis nostra in homine, vel in Angelo collocamus.*

11.

Quam sententiam postquam confirmauit argumentis, subiungit in cap. 33. *Cum autem homine in Deo fruieris, Deo potius, quam homine fruieris. Illo enim fruieris, quo efficieris beatus, & ad Deum te peruenisse lataberis, in quo spem ponis, vt venias. Inde ad Philemonem Paulus: Ita frater, inquit, ego te fruar in Domino. Quod si non addidisset, in Domino, & te fruar, tantum dixisset, in eo constituissem spem beatitudinis tuae. Hac recipiuntur a Magistro, & communiter Scholasticis in 1. distinct. 1. cap. *Cum autem.* Vbi Bonauent. in 8. dubio literalit ait: *In homine posse poni spem, sicut in adiutore, non sicut in Saluatore, neque sperando ab eo finale premium.* Idem prorsus Ricardus ibi in expositione litera.*

12.

*Quomodo quisque possit de se confidere.*

Ex praecedentibus colligitur, quantum ad tertiam habitudinem propter easdem rationes gratiae diuinae & libertatis humanae licitum esse, vt de te ipso, tanquam de secundaria causa tuae salutis, confidas in Deo, & post Deum. Qui modus spei, quando refertur ad praeterita pietatis opera, vitandus est communiter, & non nisi urgente necessitate adhibendus propter periculum (de quo sectione sequenti.) Ceterum quando refertur ad futura pietatis opera, talis modus spei, & confidentiae, nihil habet periculi, sed plurimum emolumentum, vt torporem excutiat, & diligens studium inflammet. Atque in eo sensu accipienda sunt communiter sacrarum literarum, & Patrum testimonia de fiducia in bonis operibus: vt Tobiae 4. *Fiducia magna erit coram summo Deo elemosina, omnibus facientibus eam.* Iob 11. *Si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc lenae poteris faciem tuam, & habebis fiduciam proposita spe.* Prouerbi. 14. *In timore Domini fiducia fortitudinis.* Roman. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem.* 1. ad Timoth. 3. *Qui bene ministravit, gradum bonum sibi acquirat, & multam fiduciam, &c.* 1. Ioan. 3. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus in Deum.*

13.

Ideo Ignatius epist. 11. ad Ephes. post medium: *Præsentis, inquit, gratia est, vt inueniamur in Christo Iesu, & in virtute viuamus.* Extra hoc autem neque respirare oportet aliquando. *Hæc est enim spes mea, hæc exultatio, hæc denique indeficientis diuinitie.* Ergo viuere in veritate est spes, extra quam respirare non licet.

14.

Chrysostomus in Matth. cap. 1. homil. 5. paulo post med. *Vt nemo, inquit, de se desperet, etiamsi antebac desidia torpore elanguit, nec vlla in re alia spem suam, quam post Dei misericordiam, in virtute sua collocet.* & hom. 66. in Matth. ad illa verba: *Non est mecum dare vobis; Ita illos undique compellebat, in gratia Dei premium, deinde in laboribus proprijs omnem salutis gloriae spem reponere.* homil. 2. in posteriorem ad Corinth. *Nos oramus, vt post Baptismum etiam vitam honestam habeatis: tu contra studes, nihilque non facis, vt hinc migres absque bona vita.* At nos optamus, vt ex beneficiis habeas fiduciam. hom. 41. ad populum: *Quoniam igitur in altero salutis spem habere non licet, sed in semetipso post*

post Dei misericordiam, omnia, quae faciamus, &c. Author imperfecti in Matth. homil. 15. in Matth. non procul ab initio: *Sicut oleum, inquit, accendit lumen lucernae; ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam anime.*

15.

Cyprianus in serm. de elemosyna circa finem: *Præclara, inquit, & diuina res, fratres charissimi, salutaris operatio, solatium grande credentium, securitatis nostra salubre praesidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati.* Ambrosius in commentat. ad cap. 17. Lucae: *Ex fide, inquit, charitas, ex charitate spes, & rursum in se sancto quodam circuitu renouuntur.* Et serm. 3. prope initium in Psalm. 118. circa illud: *Regritue seruo tuo, &c.* Non insolentis, inquit, arrogantia, sed innocens est conscientia, ab ipso, cui seruietis, petere mercedem: quam desperare, segnitiei materia: sperare autem incertum laboris est. Pete igitur confidenter, si merita suffragantur, vt talia petendo studiose elaboras, quod ea petitione sis dignior.

16.

Hieronymus illud Psalm. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino;* sic exponit: *Sacrificium Deo immolate iustitiam, & consequenter sperabit in Domino.* Augustinus præfat. in Psalm. 31. *Ipsi, inquit, charitas bene operantis dat ei spem bone conscientiae. Spem enim gerit bona conscientia. Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe.* Et serm. 16. de verbis Apostoli: *Quae spes, inquit, est, nisi de aliqua conscientia bonitate.*

17.

Gregorius lib. 8. moral. cap. 3. ad finem, explicans illud Iob 7. *Sicut dies mercenarij dies eius;* Tanto fidentius, inquit, spe tendit ad premium, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementum. & post pauca: *Quos labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis pignora intra spei cubiculum clausa tenent.* Anselmus in cap. 5. ad Roman. Probatio, inquit, operatur spem, quia vnusquisque ex eo, quod per tribulationes insuperabiles probatus est, incipit habere spem, id est, certitudinem diuinae gloriae, quae humana rationi vana videtur, sed testimonio virtutis firmatur.

18.

Bernardus in libro moral. sentent. circa medium: *Spem, inquit, nostram triplex ratio discutit, & roborat, humilitas collata sapientiae, firmitas constantis patientiae, veritas inspirationis occultae.* Laurentius Iustinianus in serm. de Euchar. propius ad med. quam ad princip. ait: *Spes (prout a senioribus definitum est) certa expectatio est futurae beatitudinis ex Dei gratia, propriisque proueniens meritis.* Spera, inquit, propheta, in Domino, & fac bonitatem. Iterumque: *Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino.* Superuacue igitur in Deo sperare conuincitur, qui sine operum bonorum exercitatione diuina se credit posse fruitione lauari.

19.

Alia denique testimonia, quae videri potuissent contraria praesenti doctrinae, si considerentur attentius illam confirmat. Nam quod Apostolus ait 2. Corinth. 1. *Vt non simus fideles in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos;* explicat subiiciens: *In quem speramus, quoniam adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis.* Vbi S. Thomas lect. 3. versus finem ait: *Spei causam nobis prebent orationes vestrae.*

20.

Similiter quod Ieremias cap. 17. ait: *Maledictus homo, qui confidit in homine;* declarat statim subiungens: *Et ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius.* Illa igitur sola damnatur confidentia in viribus humanis, per quam receditur a Deo, quoniam non collocatur in Deo,

tanquam in primo, & principali auxilio fore.

Ad hunc sensum respexere Patres, eundem locum ponderantes. Eapropter Augustinus circa testimonia Scripturae, quae fauent libero arbitrio, monet esse caendum, ne propter illa sic spes collocetur in libero arbitrio, vt gratia necessitas excludatur, lib. de grat. & libero arbit. cap. 4. a principio, *Merendum est, inquit, ne ista omnia diuina testimonia, & quaecumque alia sunt, quae sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrij, sic intelligantur, vt ad vitam piam, & bonam conuersationem, cui merces aeterna debetur, adiutorio, & gratia Dei locus non relinquatur: & audeat miser homo, quando bene viuit, & bene operatur, vel potius bene viuere, & bene operari sibi videtur, in se ipso, non in Domino gloriari, & spem recte viuendi in se ipso ponere, vt sequatur eum maledictum Ieremiae Propheta, dicentis: Maledictus homo, &c.*

21.

*Ad eundem sensum respexere Patres.*

Cap. 17.

22.

*Qua ratione spes in proprijs viribus damnatur.*

Non igitur alia ratione damnatur spes in proprijs viribus, & operibus, nisi qua ratione prauecientis & adiuuantis gratiae necessitatem excludit, quod expressit clarius paulo inferius dicens: *In nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij sui, qui potentiam fragilem, atque inuolidam, id est, humanam spei sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat a Domino.* Propter hoc enim subiicit: *Et a Domino discedit cor eius. Talis est haeresis Pelagiana, &c.*

23.

Prosper epist. ad Demetriad. longè ante med. epistolae: *Aliter, inquit, intumescit qui Dei auxilium resutantes, quae fieri sine eius opere non possunt, ex sua perfici virtute contendunt, & spem suam a Domino auferunt, atque ad se transferunt, vt impleantur in eis, quod scriptum est: Maledictus homo, &c.*

24.

Ambrosius tandem in id Psalmi 147. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit; ita scribit: Qui confidit in libertate arbitrij sui, quod per hanc fugiat, per sequentem incurrit. Qui confidit in virtute sui cursus spiritualis, quod possit, in tibiis suis stans, immobilis permanere, non permanet. Nec ista dicens, excludo, ne coneris stare; sed monco, ne te putes per liberum solum arbitrium fugere.* Postremam propositionem obserua. quam idem explicat exemplo nauis, sine qua fluctus maris euadere non poteris; ceterum, Deo praesule, atque gubernante, non solum nauis cursum, sed etiam ventorum flatum, fluctusque maris.

SECTIO IV.

*Fiducia in homine collata, sicut oportet, in Dei maiorem fiduciam recurrit, sed raro, & caute adhibenda.*

1.

*A Deo sperandum vnus nobis facultat ad operandum conculat.*

Non satis speraret in Deum, qui non ab ipso Deo speraret, sibi & aliis hominibus per gratiam concedendam esse facultatem, vt se ipsos determinarent ad consentiendum, vel dissentiendum gratiae, vt cooperentur ad suam, & aliorum hominum salutem.

Probat, quia non satis in Deum speraret adultus, qui non speraret per eius gratiam se posse acquirere merita de congruo, atque de condigno, quibus aeterna vita sit merces.

Confirmatur primò, quoniam vnusquisque tenetur a Deo sperare auxilium, per quod possit explere charitatis praecipuum consulendi proximorum salutis, secundum illud Ecclesiastici 17.

Vincitque mandavit Deus de proximo suo. & cap. 29. Recupera proximum secundum virtutem tuam.

Confirmatur secundò, quia non satis sperat in Deum, qui non sperat, Deum esse facturum, vt homini secundariò tribuantur tanquam suæ ac illius propriæ operationes bonæ, propter quas debeantur ei gloria, & corona propria, de quo diximus tota ferè disp. 35.

2. Vnde colligitur primò, multo præstantiorem gloriam Deo deferri, quando speratur in Deum, quod tanquam prima, & principalis causa faciet, vt liberum arbitrium hominis se ipsum determinet, tanquam secundaria causa, ad ea opera præstanda, quæ de illo sperantur, quibus videlicet propriam salutem obtineat, & aliorum salutem auxiliium ferat exterius.

Colligitur secundò, spem de homine, aut in homine positam, sicut oportet, duabus conditionibus intrinsecis constare debere. Prima, vt ipsum, quod speratur de homine, nitatur in Deo, tanquam in primo principio: secunda, vt dirigatur ad Deum tanquam ad vltimum finem.

3. Ideo Chryostomus 2. Thessal. 3. homil. 5. prope initium illa verba Pauli: *Confidimus autem de vobis fratres in Domino*, &c. ita ponderat: *Si dixisset: Confidimus per vos, fuisset quidem magnum encomium; verum interea non ostendisset, illis omnia in Deum esse reijcienda. Si vero dixisset: Confidimus autem per Dominum, quod custodiet vos, & non adiecisset, de vobis, & quod quæ precipimus, & faciatis, & facturi sitis, otiosiores eos, ac pigriores reddidisset, eo quod totum in diuinam potentiam coniecisset.* Nam oportet quidem totum in Deum proicere, sed ita vt & ipsi operemur, & labores, & certamina aggrediamur. Sapienter vtrumque membrum complexus est Chryostomus, & confidentiam in humanis laboribus, ac certaminibus admittens, & illius firmitatem in Deum totaliter reuocans.

4. Bernardus in serm. *Quomodo voluntas nostra diuine voluntati tripliciter subici debet*; in principio sermonis: *Inspiciens est, inquit, & infans, quicumque in aliis vita meritis, quicumque in alia religione, seu sapientia, nisi in sola humilitate confidit.* Vnde colliguntur duo. Primum, non esse insipientem, qui confidit in merito humilitatis. Secundum, propterea in sola humilitate licitum esse confidere, quoniam per humilitatem omnium meritorum, & ipsius etiam humilitatis fiducia refunditur in primariam rationem fiduciæ, profectam ex misericordia Dei erga miseros, suam misericordiam agnoscentes.

5. Quantum ad secundum articulum, propositum in titulo de cautione adhibenda circa spem, & confidentiam in virtutibus arbitrij, obseruanda sunt præcipuè, quæ sequuntur. Primum, ordinarium, diuturnum, & impensum studium adhiberi debet, ad obtinendam confidentiam de viribus liberi arbitrij, & de quocumque humano conatu, nisi à Deo primò, & principaliter moueatur, dirigatur, & prospereur. Id quod frequenter, & enixè petendum est à Deo.

6. Secundum, quamuis futurorum operorum bonorum frequens ac diligens cogitatio, & eorum fiducia communiter sit admodum vilis, vt vidimus scet. præcedenti num. 12. & sequentibus: nihilominus præteritorum iam meritorum obliuio regulariter expedit, & commendatur à Theologis, spiritualibusque viris ad imitationem Pauli, quæ retrò sunt obliuiscens. Cuius con-

silij ratio est multiplex, & graue periculum deceptionis, arrogantia, negligentia, incauta precipitationis ad occasiones peccandi, aliorumque malorum, quæ retulimus disp. 35. sect. 11.

7. Tertium ex præcedenti colligitur. Inter orandum præstat sine dubio fateri, nos esse obnoxios plurimis, grauibufque peccatis, bonis autem operibus destitutos; ideoque dignos ira & supplicio; diuina tamen misericordia proxtus indignos; sicque totam fiduciam in Dei bonitate, & meritis Christi Domini collocare: vt Daniel. cap. 9. *Non in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in misericordiis tuis multis.* Luca 17. *Cum feceritis hæc omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inuiles sumus.* Quod idem inspicere licet in orationibus Ecclesiæ.

8. Quartum. Rarè tamen propter vigentem necessitatem anxietatis, & tristitia, mouentis ad diffidentiam, & propter tribulationem, & contradictionem, exterius excitatam, consilium est, bonorum præteritorum memoriam interponere in oratione, ad fiduciam facilius, & firmiter erigendam. Quemadmodum in seditione Core, Datar, & Abiron, Numer. 16. *Irati, &que Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis, quod neque asellum quidem vquam acceperim ab eis, neque asserim quempiam eorum.* Quod ponderans Dionysius epist. 8. ad Demophilum monachum prope initium: *Deum, inquit, magna voce, vt sibi soluti esset, rogabat: fiducia autem magna erat, quod sanima cum innocentia suis præfuisset.* Intelligebat enim, eum, qui cum Deo, qui bonus esset, versaretur, ad maximam similitudinem, quoad eius fieri posset, expressum, effectumque esse oportere, & consilium esse, quæ bono gratia sunt actuum.

9. Iudith cap. 8. *Quoniam, inquit, non sumus sequuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelerè dani sunt in gladium, & in vapinam, & in confusionem inimicis suis.* Nos autem alterum Deum respicimus præter ipsum. *Expectemus humiles consolationem eius.* Esther cap. 14. *Adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine, qui habes omnium scientiam, & nosti, quia oderim gloriam iniquorum, & decesser cubile circumcisorum, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbie, & gloria mea, quod est super caput meum in diebus ostensionis meæ.* sicque enumerat alias virtutes.

10. Sara Tobia 3. ita orat. *Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia, nunquam cum ludentibus misui me, &c.* Ezechias Isaia 38. *Obsecro Domine, memento, queso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Psalm. 43. *Hæc omnia voverunt super nos, nec oblitus sumus te, & inique non egimus in conspectu tuo, & non recessit retrò cor nostrum.* & infra: *Si oblitus sumus nomen Dei nostri, &c.*

11. Quintum. Cohibendus non est Spiritus sanctus, quin aliquando moueat suorum mentes, ad erigendam spem orationis præteritarum, & præsentium virtutum commemoracione etiam extracalem tribulationis, & anxietatis nimie. Nam vt fideles exterius etiam ad hoc prouocaret, instituit nonnullos Psalmorum versus: vt Psalm. 7. *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, &c.* & infra: *Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super*

Quibus conditionibus debet consistere spes de homine habita.

Confidere in humilitate.

Cautio adhibenda circa spem habitam de arbitrij viribus.

Præteritorum operum obliuio.

7. Ira, & supplicio dignos nos esse faciemur.

8. Præteritorum bonorum memoria rarè habenda.

9.

10.

11. Cohibendus non est Spiritus sanctus, quin aliquando moueat suorum mentes.

super me. Quod optimè ad rem præsentem ponderat Augustinus in commentario; sicut & illud Psalm. 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius; sicut iurauit Domino, vortum vouit Deo Iacob.* Vbi deprecatur auxilium ad reddendum, quod vouerat: cuius impetrandi spem vt erigeret, in memoriam reuocat suam mansuetudinem.

12. Sed in Psalm. 118. sunt eiusmodi quamplurimi versus: *In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, & multa, quæ sequuntur.* & infra: *Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui.* & iterum: *Vide, quoniam mandata tua dilexi Domine, in misericordia tua visifica me.* Neemias Esdra 2. cap. 5. fine: *Memento mei Deus in bonum, secundum omnia, quæ feci populo huic.* Narrauerat autem quanta liberalitate non solum tributa sibi debita remiserit, sed insuper elemosynas erogauerit. Et cap. 6. narrata fortitudine atque constantia repetit eandem orationem: *Memento mei, &c.*

13. Sextum. Imò in oblatione decimarum præceptum fuisse videtur, in orationis exordio præceptorum Dei obseruationem commemorare. Nam Deuter. 26. *Loqueris, inquit, in conspectu Domini Dei tui: Abstuli, quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Levitæ, & aduena, & pupillo, ac vidua, sicut iussisti mihi: non præteritis mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia: nec expendi ex eis quidquam in ve funebri. Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia, sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo, & excelsò calorum habitaculo, & benedic, &c.*

14. Quòd autem hæc orandi formula non ad consilium tantum, sed ad præceptum etiam pertinet, ostendunt verba, quæ continuò post eiusdem formulæ finem subiiciuntur: *Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, vt facias mandata hæc.* Nec modicam existimare debes vtilitatem huius præcepti: hæc enim orandi ratio monebat omnes, ita solettes esse in obseruantia diuinæ legis, vt coram Deo cordium inspectore prædicta orationis verba pronunciare possent. Cuius aliquid non omnino dissimile præcipit oratio Dominica, videlicet: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

15. Septimum. Semper tamen bonorum memoriæ præteritorum adhibenda est clara, & expressa consideratio rependens, incertum esse, vtrum verè placuerint Deo nostra merita; & omnino certum, offendisse nostra peccata, & displicere quotidianos defectus, & passiones nostram ob negligentiam dominantes adhuc. His quasi halteribus vtraque manu se libret, qui certius ad spem assilire contendit. Rursus bona sua quasi Dei munera potius, quàm vt propria merita consideret.

16. Propterea desolationis tempore quando suboritur dubium, aut querela de providentia Dei, quòd tuas res negligat, & de tua salute non curet; ad spem erigendam præsentissimum remedium est diligens totius conscientia discussio cum vera penitentia peccatorum, & gratiarum actione pro bonis. Quod ita præcipit Iob cap. 35. *Etiã cum dixeris, non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum.* Nam, vt Gregorius ait 25. moral. cap. 5. *Coram Deo scilicet iudicatur, qui corde Dominum conspiciat, & actus suos sub eius præ-*

sentia sollicita inquisitione discernit. Quem tanto quis securius expectat, quanto quotidie vitam suam suspectus examinat, & lib. 26. cap. 16. *Quantis est periculi, si in hac procella tribulationum desperationis naufragio frangimur, qui ad portum spei velut immensis funibus præteritis donis ligamur. Dicatur itaque rectè: Iudicare coram illo, & expecta eum. Nam qui semetipsum coram Deo non iudicat, cum dum affligitur, non expectat, cuius enim bona præcessisse dissimulat, adiuuoria subsequi posse desperat.*

17. Octauum. Propter eandem rationem spirituales medici postquam de peccatis dolorem, & timorem incusserint, debent præteritorum bonorum recordacione fiduciam confirmare: vt Hebr. 10. postquam horrendam Dei iudicium proposuit Apostolus, adiecit: *Rememoramini autem primos dies, &c.* *Nolite itaque amittere confidentiam vestram.* Quam artem obseruauit ibi Chryostomus homil. 21. initio: eadem verò curandi sunt pusillanimes, scrupulosi, & nimio suorum peccatorum timore deiecti.

18. Hactenus examinati sunt prædestinationis effectus, quoniam sint, & quæ causæ concurrant ad eorum productionem, atque quo gradu, & ordine causalitatis. Postulat ratio doctrinæ tractare de reprobationis effectibus, & de causis concurrentibus ad illos, atque de gradu & ordine causalitatis.

DISPUTATIO XXXVIII.

Quoniam sint effectus reprobationis.

SECTIO I.

De effectu reprobationis in communi.



SE reprobationis effectum in eo formaliter consistit, quòd procedat ex efficaci volitione negandi prædestinationem, & ex imperio exequutio huius volitionis efficacis: vel ex volitione efficaci puniendi, & imperio exequutio illius. Quod explicandum, proponendumque est eodem modo, quo supra disp. 21. explicauimus, in quo posita sit ratio effectus prædestinationis.

Deinde sicut indicium à posteriori, vt colligamus, aliquid esse effectum prædestinationis, est videlicet, gloriam æternam: ita est indicium à posteriori, vt colligamus esse effectum reprobationis, iuuare ad finem reprobationis obtinendum à Deo, qui est negatio prædestinationis, & damnatio.

Sed notandum hic non includi peccata, quoniam ad finem reprobationis, prout à Deo intenditur sub ratione boni, non iuuant, vt videbimus scet. sequenti. Quare tantum includuntur bona, neque omnia bona includuntur, sed ea, quæ non supponuntur ad reprobationem, vt infra scet. 5. & 9.

Hinc sequitur, reprobationem conuenire, ac differre à prædestinatione. Conuenit in eo, quòd sicut prædestinatio causat omnia media, per se ordinata ad suum finem, non autem media per accidens

17. Spirituales medici stem erigunt.

1. Quid sit effectus reprobationis.

2. Vnde colligatur aliquid esse reprobationis effectus.

3. Reprobationis, ac prædestinationis conuenientia, & dissimilitudo.



accidens ordinata : ita reprobatio causat tantum media per se ordinata. Sed differt, quoniam predestinatio causat omnia merita requisita ad finem predestinationis; at reprobatio non potest causare merita requisita ad finem reprobationis; vt ex communi sententia Scholasticorum diximus disp. 15. sect. 5. prope initium.

4. Aliud quoque discrimen reprobationem distinguit a predestinatione quantum ad effectus, eo quod effectus reprobationis non ita plene sunt effectus illius, sicut effectus predestinationis: tum quoniam effectus reprobationis non ita plene voliti sunt a Deo, neque ex primaria intentione, & pondere diuinae bonitatis: nam omnes effectus reprobationis vult Deus quasi coactus ab aliis rationibus. Tum etiam, quia precipui effectus reprobationis, qui sunt negare gratiam, & gloriam, consistunt in non efficiendo: quare physice non sunt proprie effectus, vt dicemus sect. 8. Tum denique, quoniam, vt vidimus disp. 31. tribus prioribus sectionibus, in esse cause moralis circa reprobationis effectus multum causalitatis sibi vendicat quisque reprobatus, cuius causalitas non refunditur in Deum: & quantum causalitatem habet reprobatus, tanta detrahenda est Deo. Sed in predestinatione tota causalitas refunditur in Deum. Hac fusiùs explicauimus in disp. 15. sect. 5.

5. Obiectio. Generaliter autem aduersus omnes, qui numerandi sunt effectus reprobationis, fieri potest argumentum, quia pena damni, & pena sensus reprobationis, negatio predestinationis ad gratiam, penuria auxiliorum, & peccatis exceptis, reliqua omnia, quae reperiuntur in reprobis, sunt effectus predestinationis aliorum hominum: quoniam ea omnia Deus ordinat in bonum maius, & gloriam predestinatorum, vt vidimus disp. 16. sect. 7. Ergo non sunt effectus reprobationis.

Solutio. Respondetur, negando consequentiam, quoniam eadem numero res potest esse effectus reprobationis vnus hominis, & effectus predestinationis alterius. Quod prouenit ab altitudine diuinae prouidentiae vnico medio vrentis ad multiplicem finem predestinationis, & reprobationis: quia potius cum finis reprobationis sit subordinatus fini predestinationis, necessarium est, vt quicumque effectus reprobationis sunt etiam effectus predestinationis.

SECTIO II.

Verum peccata sint effectus reprobationis, saltem prout sunt poena.

1. Compendio tangenda sunt, & remittenda multa, quae pertinent ad alia loca. Dico igitur primò, Peccata reprobationis esse reprobationis effectus, implicat contradictionem; ita sentiunt communiter Scholastici cum Magistro 1. dist. 40. cap. vltimo, & cum S. Thoma 1. p. quaest. 23. art. 3. & vltimo. Ratio euidentis est, quia reprobatio est actus immanens Dei, & pars diuinae prouidentiae, supra disp. 2. sect. 3. & sequentibus. Quare quidquid fuerit effectus reprobationis, erit effectus Dei. Porò nullum peccatum est effectus Dei, quia Deus nullius peccati author, & causa est, vt demonstrauimus in tomo de volunt. Dei disp. 26. & multis sequentibus, praesertim disp. 35.

2. Confirmatur primò, quoniam omnis effectus

reprobationis intentus, & volitus est a Deo in reprobatione; sed Deus non potest intendere, & velle peccata, vt demonstratum fuit supra disp. 16. sect. 1. & 2. Ergo peccata nequeunt esse reprobationis effectus.

Confirmatur secundò, nam alioqui verum esset, quòd haeretici blasphemabant, reprobos a Deo praedestinari ad peccata: quod refutauimus eadem disp. 16. sect. 3. & sequentibus.

Confirmatur tertio, quoniam ad bonum finem reprobationis, quem Deus intendit, non iuuant peccata; sed potius contra illum finem tendunt, quantum ex se est, & sola Dei bonitate, & potentia infinita reuocantur, vt seruiant fini, quem Deus intendit.

3. Dico secundò. Non modò peccatum formaliter, prout peccatum est, sed etiam materialis actio peccati, non potest esse reprobationis effectus. Ratio est, quia reprobationis effectus debet esse simpliciter ac determinate volitus & causatus a voluntate Dei reprobante. Materialis autem actio, quam necessariò consequitur formalis ratio peccati, & quae positiae & realiter contrariatur rationi rectae, non est simpliciter & determinate volita, & causata a Dei voluntate reprobante. Deus enim ad eiusmodi materiales actiones tantummodo praebet generalem concursum ex se indifferentem, & magis inclinantem, quod ex se est, vt fiat actio honesta, & praoptat, vt non fiat talis actio materialis peccati. Quod fusiùs probatum fuit tomo de voluntate Dei a disp. 27. vsque ad 50.

Confirmatur, quia materialis actio peccati, quantum ex se est, potius impedit reprobationis finem, quem Deus intendit, sicut nuper dicebamus de formalis ratione malitiae.

4. Dico tertio. In reatu culpa, siue habituali macula, quae contrahitur propter actuale peccatum, est aliquid materiale, quòd proprie potest appellari reprobationis effectus. Hoc enim materiale tantum est negatio gratiae iustificantis, quam Deus velle potest, & causare, sicut de facto vult, & causat non tantum vt causa physica, sed etiam vt causa moralis ex suppositione peccati actualis. Verumtamen Deus non causat hanc negationem in ratione priuationis, dicentis ordinem ad peccatum actuale: nam hoc ordine constituitur formaliter in ratione peccati habitualis, quòd Deus causare non potest.

5. Quòd attinet ad materiale peccati habitualis, confirmatur, quoniam Deus velle potest, & causare quamlibet poenam, quae proprie fuerit poena, vt constabit ex sect. sequenti: at verò praedictum materiale proprie potest appellari poena, quoniam est immediatissimus effectus peccati actualis, summa perfectitate cum illo coherens: & aliunde non est intrinsecè malum rationi contrarium, licet sit malum triste in summo gradu. Denique non est in se ipso voluntarium, sed tantum in causa; nam de caetero contra voluntatem est. Peccantes enim praoptarent, non manere habitualiter maculatos, sordidos, turpes, & carentes gratia propter praecedentes actiones.

6. Maior verò difficultas est, vtrum peccatum, in quantum est poena peccati, sit effectus reprobationis. Quae controuersia necessariò coniuncta est cum duabus quaestionibus aliis, vtrum peccatum, formaliter prout peccatum est, sit poena proprie dicta, & vtrum peccatum praesens consideratum, vt est poena peccati, causetur a Deo. Tractantur haec

haec 1. 2. q. 87. art. 2. ideo satis erit decisionem inde colligere, praetermissis argumentis, & solutionibus, praesertim cum hac de re non pauca dixerimus aliud agentes tomo de voluntate Dei disp. 43. sect. 5. & 6.

7. Dupliciter peccatum alterius poena. Dico igitur quartò. Duobus modis vnum peccatum, prout est poena praecedentis peccati, est effectus reprobationis quodammodo, & non simpliciter. Alter modus est, quatenus permissio sequentis peccati, prout est poena praecedentis peccati, verè & proprie est effectus reprobationis; vt videbimus sect. 7. Nam a permissione ad peccatum, consideratum sub ratione poenae, transferri potest aliquo modo praedicta denominatio effectus reprobationis. Atque ita notauit Albertus 1. p. q. 66. memb. 2. versus finem.

8. Alter modus est, quia sequens peccatum, in quantum resultat per accidens ex subtractione auxilij abundantioris, quasi ex remouente prohibens, & in quantum vt sic ordinatur ad puniendum praecedens peccatum, est quodammodo reprobationis effectus, nò quia Deus velit, aut causet resultantiam peccati sequentis ex subtractione auxilij; sed quoniam Deus vult, & causat subtractionem auxilij eo fine, vt in poenam praecedentis peccati non corroboret consequentia peccata. Sed his duobus modis vnum peccatum non est poena sui, sed tantum poena praecedentis peccati: vt notauit D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 2.

9. Dupliciter peccatum sui poena est. Dico quintò. Duobus aliis modis certum est, idem peccatum esse poenam sui ipsius, & eam rationem poenae quodammodo, & non simpliciter esse reprobationis effectum.

10. Primò namq; certum est, aliquos effectus prouenientes ex peccato in poenam eiusdem peccati esse effectus reprobationis: quoniam boni sunt hi effectus, & a Deo ordinabiles ad puniendum reprobum in hac vita, & in futura. Sic non dubium est, quin iustitia, & anxietas, quae naturaliter consequitur ex peccato; insuper morbi, & paupertas, quae consequuntur plerumque ex actu exteriori peccati, sunt effectus reprobationis causati: & ea ratione reprobationis effectus est, quòd peccatum puniat se ipsum.

11. Secundò certum est, in actu exteriori peccati entitatem illius esse quandoq; essentialiter afflictiuam, quia est iustitia, vel naturam tristitiae participat. Et hanc esse poenam eiusdem peccati, docet D. Thom. q. 87. art. 2. Vnde facile inferitur, eandem entitatem actus peccati, quatenus afflictiuam est, esse effectum reprobationis, quoniam vt sic bona est, & potest a Deo causari, vt culpa inordinationem reducat ad ordinem poenae temporalis, & aeternae.

Confirmatur primò, nà ira exagitat, zelus exurit, inuidia tabescere facit, desperatio deiicit animum a quocumq; vero solatio; libido, ambitio, & auaritia tyrannicè compellunt homines ad intolerabiles labores, & maioribus bonis temporalibus priuant.

Confirmatur secundò, quia nulla est ratio dubitandi, quin à iustissima Dei voluntate puniente procedat, quod in alio saeculo fatentur damnati. Sap. 5. *Lassati sumus in via iniquitatis. & quod Ecclesiast. monuit c. 14. Qui sibi inuider, nihil est illo nequius; & hac est redditio malitiae illius.* Quod potest ad omnes reprobos extendi, quia non miserentur animae suae, sed illius summo bono quasi per auaritiam subuenire recusant. *Iussit enim Deus, & sic est, vt poena sua sibi sit omnis inordinatus animus, vt*

scribit August. lib. 1. Confession. cap. 12.

12. Restat igitur praecipuam difficultatem esse de formali malitia peccati, non prout est afflictio, vel tristitia, vel participat vexationem tristitia, sed praesens & formaliter prout est summa verissimaque malitia peccati, & culpa, vtrum illa prout includit rationem aliquam poenae, sit effectus reprobationis. Nam aliunde supponendù est, in actuali peccato, & in formalissima ratione malitiae impunitabilis ad culpam, fundari formalitatem aliam summam poenae, quatenus illa malitia est summum malum, & summa infelicitas peccantis: eum quippe formaliter priuat summo bono, quòd est Deus, & eius amicitia, priuatq; bono rationis, quòd est sola virtus; ideoque suum authorem formaliter constituit viliissimum, stultissimum, & seruum venditum sub peccato, monstruosum, & a contraturali & conueniente dispositione distortum. Haec & alia multa, quatenus sunt quodam modo inuoluntaria peccantibus, quamdam poenae rationem participant, sicut explicatum fuit, & probatum fusiùs tomo de volunt. Dei disp. 43. sect. 5.

13. Confirmatur: quilibet enim peccans, optaret, si fieri posset, frui temporali bono, quòd appetit peccando, simulque non admittere praedictam turpitudinè, & omnia mala illius; sed quidditas poenae consistit in malo disconuenienti, quòd est aliquo saltem modo inuoluntarium: igitur in formali ratione peccati continetur aliqua ratio poenae saltem aliquomodo punientis.

SECTIO III.

Declaratur, quo sensu formalis essentia peccati, prout adiunctam habet rationem poenae, possit esse reprobationis effectus.

1. Quamuis nemo, quem viderim, assererit expresse, reprobationis effectum esse peccatum, prout est poena peccati; colligitur tamen ex Caietano, quoniam in secundum lib. Reg. c. 12. ad illud: *Ego suscitabo super te malum;* & ad illud: *Dominus praecepit Semei, vt malediceret David;* concedit, Deum esse authorem peccati, prout est poena peccantis, aut est poena alterius hominis. Quòd verbis durioribus adhuc concepit ex recentioribus vnus, asserens: Deus causat peccatum, vt est poena alterius peccati; causat autem applicando voluntatem ad eius productionem prius natura, quam voluntas illud causet.

2. Nihilominus sit prima conclusio. Absolutè loquendo, non est effectus reprobationis ea formalitas poenae, quae continetur inclusa in quidditate peccati, vel est passio necessariò consequens quidditativam malitiam illius. Probatur, nam, absolute loquendo, Deus non potest esse author istius poenae, quippe quae licet considerata secundum commune, & abstractam rationem poenae, possit à culpa praescindi; nihilominus considerata secundum specificam rationem talis poenae, cernitur esse complicata, & imbibita iatra quidditativam malitiam peccati, ita vt neque malitia peccati possit ita praescindi, quin implicite contineat hanc rationem poenae, nec ista ratio poenae possit ita praescindi, quin implicite contineat illam malitiam peccati.

3. Confirmatur primò, quoniam doctissimi quique recentiores refutant Caietani sententiam, siue loquendi modum, asserentis, Deum esse authorem peccati, prout est poena peccantis, vel alterius

3. Neque materialis actio peccati est reprobationis effectus.

4. In reatu culpa aliquid materiale est reprobationis effectus.

5. Deus quamlibet poenam causare potest, quae proprie est poena.

6.

Summa poena formalitas fundata in formali malitia peccati.

Sententia asserens.

Concl. 1. Formalitas poena in formali malitia peccati inclusa non est reprobationis effectus.



terius hominis. Hoc enim refutat Canus lib. 2. de locis c. 4. ad 7. argum. Bañez 2. 2. q. 1. art. 3. dub. 1. sine, Zumel. 1. 2. q. 79. art. 2. disp. 4. Vazquez 1. 2. disp. 129. c. 9. Atque idem colligitur ex communi modo loquendi Doctorum, quos referemus pro conclus. 2. Verumtamen alij magis expressè docent, peccatum, etiam prout est pœna, non esse reprobationis effectum, nec à Deo causari, nec proprie pœnam esse. Ita Cartagena discursu 5. de prædest. in solut. ad 5. arg. pag. 92. à medio, Suarez lib. 5. de reprob. cap. 8. num. 3.

4. Ea non est propria pœna.

5. Concl. 2. Aliqua pœnam intra essentialium peccati malitiam contineri est reprobationis effectum.

6.

7. Obiectiv.

Ideo confirmatur secundò, corollarium ex dictis inferendo; quia ratio pœnæ, quæ continetur in ipsa quidditate malitiæ peccati, nõ est proprie pœna. Nam pœna proprie dicta infligitur à iudice propter culpam, vel saltem potest infligi à iudice, quantum ex se est. Quocirca potest laudabiliter & sanctè causari quæcumque pœna, quoniam ex se bona est, & bonum effectum per se causat reducendi ad ordinem rationis in ordinationem culpæ. At verò ratio pœnæ, quæ continetur in quidditate peccati, non potest sanctè laudabiliterque causari, quia non potest causari, nisi causando malitiam ipsam peccati, in qua fundatur, & continetur; proptereaque non potest à iudice infligi.

Secunda conclusio. Reprobationis effectus est, rationem aliquam pœnæ quidditatiuè contineri intra malitiam essentialium peccati. Iuxta præsentem conclusionem verificari possunt, quæ Magister, & Scholastici communiter asserunt de causalitate peccati, prout est pœna. Magister enim lib. 2. dist. 36. §. 2. ex Augustino lib. de prædestinat. Sanct. cap. 10. notat, ea, quæ peccata sunt, non in quantum peccata sunt, sed in quantum pœnæ sunt, esse à Deo. Et in eadem dist. §. 6. quod autem, ait, quædam peccata pœnæ sunt, & ipsa pœna iusta sit, & à Deo sit, evidenter tradit Augustinus lib. 1. retract. cap. 9. & lib. 3. de libero arbit. cap. 18.

Vniuersaliter autem illius formalitatis pœnæ, quæ reperitur coniuncta cum essentia peccati, præcisè in quantum est pœna, Deum esse authorem, sed non esse authorem culpæ, cui annexitur illa ratio pœnæ, docent Alexander 2. p. q. 100. memb. 3. art. 2. ad 1. Albertus 2. p. q. 131. art. 1. ad 1. & art. 3. sine, S. Thomas 2. dist. 36. q. vnica art. 3. ad 1. quod idem apertè colligitur ex 1. 2. q. 87. art. 2. si postrema illius verba conferantur cum argumento 2. & cum corpore articuli, vt optimè obseruat ibi Conradus sententiam fecutus, quæ etiam colligitur ex Caietano in eodem artic. 2. quamuis obscurè loquatur. Eandem sententiam fufius explicat S. Bonau. & Ricard. in 2. dist. 36. art. 3. quæst. 2. Egidius in eadem dist. q. 1. art. 2. corp. & ad 1. & dist. 37. art. 2. sine, Scotus 2. dist. 37. ad finem, Gabriel 2. dist. 36. quæst. vnica art. 3. dub. 3. vbi Maior quæst. 2. ad 5. argum. Durand. eadem dist. 36. in expositione literæ, cui non contradicit postea in quætionibus eiusdem distinctionis. Idem ferè docent Henricus in 2. p. Summæ art. 41. q. 3. ad 1. & Marfil. in 1. quæst. 45. sine, Nicolaus de Orbellis in 2. dist. 37. & Coloniense Enchirid. tit. de Sacram. Pœnit. cap. Prior gratia, in sine, fol. 92. cui consonat cap. Nec habent impij, fol. 99.

Videbitur fortè conclusio præfens pugnare cum præcedenti, quia si Deus per reprobationis actum causat, vt hæc ratio pœnæ contineatur in ratione peccati, iam Deus per eundem reprobationis actum causat hanc pœnam. Nec enim est

possibile causare, vt hæc pœna contineatur in essentia peccati, nisi causando pœnam ipsam.

Respondetur, explicando conclusionem. Aliud soluitur. est enim simpliciter & absolute causare hanc pœnam essentialiter complicatam cum malitia culpæ: quod negatur in conclus. 1. Aliud est supponendo, quòd malitia culpæ sit producenda à libero arbitrio creato, & quòd omnis actio indigeat primæ causæ generali concursu, Deum esse authorem, & causam, à qua prouenit, quòd in malitia culpæ non sit omnimoda plenitudo malitiæ, sed sit illi admixta aliqua ratio boni, quæ est pœna. Itaque Deus non fert legem, & sententiam absolute, vt huic homini infligatur hæc pœna, quæ est peccatum, sed legem, atque sententiam fert, vt ex suppositione, quòd hic homo peccet, malitiæ peccati miscetur pœna. Quæ distinctio si teneatur rectè simul cū sequentibus probationibus ministrabit facilem solutionem omnibus argumētis, quæ pro variis sententiis afferri solēt.

Nunc conclusio probatur primò, quoniam hæc ratio pœnæ, quæ permixta est culpæ, essentialiter dicit diminutionem malitiæ: ergo prouenit à concursu Dei. Consequentia probatur, quoniam quando duæ causæ concurrunt ad vnum effectum producendum; si quis est defectus, ille reducitur ad causam deficientem, & quòd effectus sit minus defectuosus, reducitur in causam perfectam, & nunquam deficientem: ergo quidquid fuerit diminutio malitiæ, reducitur in Deum.

Quòd autem ratio pœnæ, quæ permixta est essentialiter malitiæ, consistat essentialiter in diminutione malitiæ, probatur, quoniam essentialiter minuit oppositionem cum recta ratione, & lege diuina, minuitque libertatem, ex quibus conitit malitia culpæ. Et in primis, quòd minuat libertatem, constat ex his, quæ diximus sect. 2. Nam hæc ratio pœnæ in eo posita est, quòd omnis peccans vellet, si fieri posset, sine malitia & peccato, sed seruata virtute, obtinere illud bonum apparens, quòd intendit: quòd quia non potest fieri, compellitur quadam necessitate secundum quid, vult peccare. Atq; inde colligitur, minuire etiam oppositionem cum recta ratione, & cum lege diuina; quoniam eadem actio esset multo grauior culpa, magis contraria legi diuinæ & rectæ rationi, si ratione sui vellet malum, nulla necessitate inducta ex altero bono apparenti.

Conclusio probatur secundò, quoniam in Deū reducitur, vt in causam, bonum secundum quid, quòd permixtum est culpæ, & totum malum non reducitur in Deum, sed in liberum arbitrium. At verò ratio pœnæ, permixta culpæ, est bonum secundum quid. Ergo reducitur in Deum vt in causam. Maior constat ex tota materia de peccatis, præsertim q. 71. art. 6. dub. 1. ad finem, & q. 75. art. 1. & q. 79. art. 1. Diximus etiam aliquid tomo de volunt. Dei, disp. 26. sect. 5. Quæ ratione rectè dixeris: Ideo odium Dei est ens, quia Deus concurrat ad eius productionem; sed quoniam liberum arbitrium creatum concurrat deficiendo, ideo odium Dei deficit à plenitudine entitatis sibi debitæ. Similiter quæcumque consonantia cum ratione recta, & bonitas moralis secundum quid, permixta est cuiuscumque peccato, veluti zelus infitiae, aut religionis, aut misericordia secundum quid: hæc in quantum bona sunt, reducuntur in diuinum concursum vt in causam.

Confirmatur, quoniam hoc propriū est peccati, vt mōstrum sit constat ex bono secundū quid, & malo

8. Hac ratio pœna diminiuit malitiam.

9. Minuit libertatem.

10. Ratio pœnæ, culpa admixta bonum secundum quid.

Peccatum monstrū est.

& malo simpliciter, quoniam si omnimodo malum esset, nihil prorsus esset. Et hac ratione indiget duplici causa, altera, ad quam reducatur, in quantum malum simpliciter; quæ causa est creatura liberè deficiens: altera causa, in quam reducatur, in quantum bonum secundum quid, quæ causa est Deus vt causa vniuersalis.

11. Nunc probatur minor, scilicet rationem pœnæ permixtam culpæ esse bonum secundum quid: & primò probatur, quoniam est diminutio malitiæ, vt vidimus in probatione 1. sed diminutio malitiæ est bona, quia cum malitia posita sit in priuatione boni, non alia ratione minuitur malitia, nisi addendo aliquid boni.

Probatur secundò, nam pœna, prout est pœna, iusta est, quippe quæ reducitur ad ordinem iustitiæ, quòd deordinauerat culpa. Iustum est enim, vt patriatur malum, quòd non vult, qui voluit bonum, quòd non debuit. Quapropter non solum Augustinus, Magister, & ceteri Scholastici, pro conclus. 2. citati, sed etiam Dionysius de diuinis nomin. cap. 4. part. 4. & Damascenus dialogo contra Manichæos non longè post med. admonent, puniri non esse malum, sed fieri pœna dignum.

12. Quam rationem acutè, breuitèrque proposuit Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 17. dicens: *Angelus aduersus Deum elatus, & ipsa elatione prostratus. & post pauca: Sic ipse sibi factus est pœna, vt supplicium semper esset malo voluntas mala, tanquam caeco cecitas sua, & concupiscentia peccandi tormentum fieret peccatori. Ita factum est, vt persequens inordinatus ex se, ordinaretur in se. Et in eo, qui in se ordinem perderet, diuini ordinis ratio non periret.* Hoc accepisse videtur ex Augustino lib. 5. contra Iulian. cap. 3. col. 2. illis præsertim verbis: *Cecitas cordis, quam solus remouet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, qua cor superbum digna animaduersione punitur.* Dixerat ibidem esse iustam & bonam, prout est pœna.

13. Probatur tertid. Bonum est enim recedere per voluntatem à malo, & illa ratio pœnæ continet illum recessum secundum quid, per quem voluntas recedit à peccato.

Probatur quartò, quia quòd homo malè se habeat cum peccato, vt cum re sibi summopere dissona, hoc bonum est, & secundum rectam rationem: prouenit enim ex eo, quòd hominis summum bonum sit recta ratio, & lex diuina. Quare nisi Deus vellet, & causaret hanc rationem pœnæ, vt cum peccato malè se haberet homo, iam relicta malitia peccati, non conseruaret bonitatem hominis, nec eius appetitum naturalem ad rectam rationem, & legem Dei.

Probatur quintò, quoniam quicumque prudentissimus legislator in propriis iniuriis optaret, atque curaret, si posset, miscere prædictam rationem pœnæ & inuoluntarij.

14. Conclusio probatur tertid, quoniam plerique Patrum asserunt, peccata quædam esse etiam pœnas peccatorum, & Deum propter quædam peccata tradere in alia peccata: præsertim Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Isidorus, Prosper, Basilus, Cyrillus, Damascenus, & alij, quos citauimus supra disp. 15. sect. 3. post med. Qui omnes Patres, quamuis explicari possunt, vt tanum velint permissionem peccatorum esse pœnam, vel in entitate peccati coniunctam esse pœnam; tamen si conferantur cum suo contextu, & cum testimoniis Pauli, quæ explicant, *Ruix de Prædestinatione.*

videntur agere de ea contumelia, dedecore, ac vilissima abiectioe, quæ est ipsum peccare: qua ratione priuat vero honore, & dignitate virtutis.

15. Confirmatur primò, quia si Patres possunt commodè intelligi in sensu proprio, non sunt detorquendi ad sensum minus proprium: possunt autem secundum conclusionem nostram minus improprie loqui, dicentes, peccata esse pœnam, per quam à Deo puniuntur peccata.

Confirmatur secundò ex Augustino de prædestinat. Sanct. cap. 10. dicente: *Si sunt quædam, quæ ita peccata sunt, vt pœna etiam sint peccatorum; non ibi peccatum Dei est, sed iudicium.* Iudicium intelligitur punitiuum, quatenus Deus peccato ipso punit peccatum. Quòd vnicum testimonium Augustini refero, quoniam licet alibi sæpè dicat, peccata esse peccatorum pœnas Deo ita iubente, & præscribente. Cæterum hoc cap. 10. de prædestin. Sanct. agebat Augustinus de effectis prædestinationis, & reprobationis. Quare videtur hoc reducere ad effectum reprobationis.

16. Probarur quartò, quoniam hac doctrina conciliantur duæ extremæ opiniones Scholasticorum, quorum alij dicunt peccatum in ratione peccati non esse pœnam alterius peccati, vt Magister, D. Thomas, Altiſod. Alexand. Durand. Caietan. & communiter recentiores Thomistæ. Alij dicunt, peccatum in quantum peccatum est, habere quamdam rationem pœnæ: vt D. Bonauent. Ricard. Maior, Scotus, Conradus, Gabriel, Canus: qui Doctores quamuis non parum differant fundamentis, & explicandi modo; tamen ita temperandi sunt, vt velint tantum quòd diximus in conclusione 2. Porro harum sententiarum discrimina, fundamenta, atque impugnationes lege apud expositores D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 2. vbi Vazquez disp. 140.

17. Dices primò, hæcenus nihil probatum esse circa effectum reprobationis, sed tantum esse probatum, rationem pœnæ, quæ includitur in peccato, procedere à concursu generali Dei, qui concursus generalis neque procedit à reprobatione, nec à prædestinatione, sed tantum à generali prouidentia naturali.

18. Respondeo. Ex his deducitur, rationem pœnæ, inclusam in malitia peccati, esse effectum reprobationis ea limitatione, quæ dicta est in conclusione 2. Ratio est, quia quòd in Deum reducitur, tanquam in causam vniuersalem, non est indignum bonitate, ac sapientia Dei; quapropter illud ipsum poterit Deus velle propter aliquem altiorem finem, ita vt quamuis Deus ad hanc pœnam nunquam concurrat, nisi solo generali concursu; nihilominus velit suum generalem concursum deseruire ad finem communis prouidentie naturalis, qui est peccantem puniri suo peccato, & præterea deseruire ad finem reprobationis, qui est reprobos in æternum puniri, non solum pœna damni, & pœna sensus, sed etiam suis peccatis. Et quidquid in hac re Deus citra iniuriam suæ bonitatis velle potest, hoc totum vult ex altissimo fine reprobationis; quam extenso prædestinationis vocabulo significauit Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 24. prope initium, dicens: *Nec in malis prædestinationem iustitia sua vacare permisit.*

Dices secundò. Eadem ratione dici potuisset, hanc rationem pœnæ, inclusam in peccato, esse effectum prædestinationis, quando prædestinati peccant.

Respondeo, concedendo consequentiam, dummodo non sit effectus prædestinationis ex eo præcisè, quòd prædestinati, sed ex eo, quòd prædestinati agnoscunt eam rationem pœnæ, occasionem inde sumant laudandi, ac timendi Deum, sicut Augustinus accepit.

19. Conclusio 3.

Ex præcedentibus conclusionibus colligitur tertia conclusio, quæ directè satisfacit titulo præsentis difficultatis de huius propositionis veritate: *Peccatum, in quantum est pœna peccati, est effectus reprobationis.* Hæc igitur propositio nec absolutè affirmanda est, nec absolutè neganda, sed distinguenda. Quoniam significare potest, Deum absolutè, & simpliciter causare rationem pœnæ inclusam in malitia peccati: & hoc saltem est, ut constat ex conclusione 1. Et potest significare, ex suppositione, quòd creatum arbitrium peccat, Deum esse causam, à qua provenit, ut malitia minuatur admixta ratione pœnæ; quod verum est, ut probauimus conclusione 2. Verumtamen in hoc sensu aduertendum est, particulam, *in quantum*, exercere significationem non modò reduplicationis, sed etiam additi diminuentis; quemadmodum quando dicimus, actionem malam, in quantum est ens, à Deo procedere.

20. Duo corollaria.

Duo corollaria sequuntur ex dictis. Primum est, absolutè falsam esse, & omnino vitandam illam propositionem, quam in principio præsentis sectionis retulimus: *Deus applicat voluntatem ad productionem peccati, quod est pœna alterius, ut sic prius natura, quam voluntas illud causet.* Huius falsitas constat ex supradictis, & inde præcipuè, quoniam omnes Patres, quando loquuntur de obduratione, vel de quolibet peccato, prout est pœna præcedentium peccatorum, negant Dei causalitatem positiuam, & solam afferunt permissionem talium operationum.

21.

Sic Gregorius homil. 11. in Ezechiel. longè post medium, illud capit. 3. *Si conuersus iustus à iustitia sua, fecerit iniquitatem, ponam offensiuum coram eo;* exponit: *Ac si aperte dicat, quia videre penitendo noluit, ubi iam impingit: iusto iudicio deserens, ponam ei, ut & alibi impingat. Quod tamen Dominus ponere est nequaquam ad peccandum premovere, sed nolle à peccato liberare.* Vide negatam causalitatem positiuam, & solam affirmatam permissionem. Dixerat autem Gregorius longè superius: *Peccatum, quod per penitentiam non deletur, causa peccati est, simul & pœna peccati.*

22.

Augustinus in Psalm. 68. ad illud: *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum;* hoc, inquit, *Deus fecit, non vulnerando, sed non sanando. Quomodo enim augebimus morbum, non morbum adhibendo, sed non succurrendo, quia tales fuerunt, ut curari non mererentur.* Isidorus lib. 2. sentent. cap. 19. prope medium, ait: *Pœna peccati peccatum admittitur, quando pro merito cuiusque peccati, Deo deserente, in aliud peccatum deterritur.* Non itaque Deo causante, sed deserente.

23.

Secundum corollarium est, materialem actionem peccati, quæ realiter & essentialiter est contraria rationi, & diuinæ legi, non posse reprobationis effectum esse, nec sub ea ratione, qua est pœna præcedentis peccati, vel sui ipsius: quamuis sit effectus reprobationis, quod ex suppositione perpetrata malitiæ positiuæ, & contrarietatis realis contra rationem, admixta sit illi malitia.

Probat, quia quantum ad causalitatem, aut

permissionem istius formalitatis, eadem est ratio de materiali actione, & de formali malitia peccati: prout fufius probatum fuit tomo de voluntate Dei, tota disput. 43. præcipuè sect. 5. à principio.

### SECTIO IV.

*Utrum sit effectus reprobationis obduratione, atque finalis impœnitentia.*

IN primis iuxta proprietatem sermonis, & rigorem Theologicum non est effectus reprobationis excæcatio, & induratio; nihilominus aliquomodo est effectus reprobationis.

Probat, quoniam ita sentiunt grauioribus Theologi, veluti Hugo de Sancto Victore tomo 1. in epist. ad Roman. quæst. 233. dicens: *Reprobationis effectus est induratio per meram negationem; scilicet gratiæ & auxiliorum abundantium.* Et Magister 1. distinct. 40. litera D. ait, *Reprobationis effectus quodammodo esse videtur obduratione.* Hunc autem modum quemdam colligere licet ex Magistro distinct. 41. dicente, subtractionem gratiæ esse effectum reprobationis. Similiter Alber. 1. part. quæst. 66. membr. 2. & Alexand. 1. part. quæst. 29. membr. 4. & 5. dicunt, induratio in quantum est pœna, subtrahendo gratiam est effectus reprobationis. Similia scribit S. Bonauent. 1. distinct. 40. art. 3. quæst. 2. & Durandus distinct. 40. quæst. 2. num. 8. & clariùs recentiores communiter.

Colligitur apertè ex S. Thoma 1. 2. quæst. 79. art. 3. ubi retuli plures Doctores de hac re disputantes. Nunc breuiter probatur ratione, quoniam excæcatio, & induratio propriè sumptæ, significant errorem intellectus, & prauam dispositionem voluntatis, inclinantem ad malum, & resistentem bono; hæc autem non possunt esse effectus Dei absolutè, & per se, sed tantum secundum quid, & per accidens, quatenus Deus ea permittit; negat autem illustrationem, suauitatem, flagella, correctionem, & multa alia auxilia externa, & interna, quibus illustraretur intellectus, & emolliretur voluntas, ut ex communi consensu Patrum, ac præsertim Augustini probatum est 1. 2. quæst. 79. art. 3. & magis copiosè tomo de voluntate Dei tribus disputationibus 42. 43. & 44. Quibus in locis explicata magis est indurationis quidditas, & distincti sunt, ac probati varij modi, quibus dicitur indurare Deus; potissimum verò disp. 43. sect. 2. & 3. probatum est Deum indurare deserendo, & subtrahendo abundantiores illustrationes, inspirationes, & protectionem.

Inquirunt autem authores aliqui, vtrum induratio sit effectus reprobationis, repertus in omnibus reprobis, eo videlicet modo, quo diximus reprobationis effectum secundum quid esse.

Huius questionis difficultas vix alia poterit esse, nisi de nomine. Quoniam August. accepto fundamento ex verbis Apost. Rom. 9. *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat;* multoties ampliat obdurationis nomen, ut idem sit, quod negatio prædestinationis, vel negatiua reprobatio, quam in adultis consequitur negatio vocationis secundum propositum, ad finalem gratiam, seu conuersionem. Hæc induratio communis est omnibus, & solis reprobis, etiam infantibus, licet iis minus propriè conueniat.

Strictior

4. Strictior obdurationis acceptio.

Strictior autem obdurationis acceptio est magis propria, iuxta quam ille tantum est obdurus, qui fortioribus remediis ad salutem prouocatus à Deo, resistit vsque ad mortem in peccato pertinaciter, nec cedit flagellis durioribus, nec cumulatoribus beneficiis, nec splendore miraculorum, & doctrinæ, & abutitur diuturna Dei patientia: quemadmodum probatum fuit ex sacra Scriptura, & Patribus tomo de voluntate Dei disput. 42. sect. 2. post medium. diximus etiam aliquid de illa supra disput. 16. sect. 3. Hanc obdurationem, constat, non omnibus reprobis, sed tantum aliquibus conuenire, cum plerique reprobatorum caruerint illis remediis potentioribus, quæ si fuissent illis adhibita, conuerterentur. Quemadmodum testimonio Saluatoris Tyrrij, & Sidonij credidissent, si vidissent signa, & virtutes, quibus obdurati Iudæi non crediderunt. Potest autem secundum aliquod tempus obduratio talis contingere prædestinatis, sicut Sacerdotibus contigit audientibus Christi Domini doctrinam, & signa videntibus, quorum tamen turba multa obediebat fidei, Actuum 6. Idem profus intelligendum de excæcacione strictè sumpta, quæ clarioribus luminibus obstruit.

5. Finalis impœnitentia.

Quod attinet ad permanentiam in peccatis vsque ad mortem, quæ est finalis impœnitentia, dicendum est primò. Repetitio, seu multiplicatio peccatorum, siue duratio eiusdem actus peccati, non potest esse effectus reprobationis: quia causa, quæ non potest causare peccatum, non potest causare eius durationem, repetitionem, aut multiplicationem, ut ex se euident est.

Dico secundò. Negatio pœnitentiæ, in quantum volita, & imputabilis homini contra Dei præceptum, non potest esse effectus reprobationis, quoniam est peccatum.

6. Negatio pœnitentiæ præcisè à culpa reprobationis effectum.

Dico tertio. Negatio pœnitentiæ, qua ratione est mera negatio remedij peccatorum, præscindendo ab omni culpa, est effectus reprobationis. Probat, quoniam in hoc obiecto ut sic nihil mali includitur, & vile est ad finem reprobationis, qui est negare consecutionem actualem gratiæ, & gloriæ.

Dico quarto. Permissio repetitionis, aut continuationis peccatorum est effectus reprobationis eadem ratione, qua permissio peccatorum, in sect. 7.

### SECTIO V.

*Utrum permissio peccati originalis sit effectus reprobationis.*

1. Sententia affirmatiua.

Affirmatiuæ sententiæ authores sunt, qui dicunt, originale peccatum nullo modo fuisse causam reprobationis, ita ut neque fuerit causa discriminis, neque causa communis. Huius sententiæ authores citauimus disput. 14. sect. 3. initio. Sunt autem Marilius, Bañes, Zumei, Molina, Suarez lib. 5. de reprobacione cap. 5. Et quantum ad originale peccatum, idem sentit Vazquez, & in eadem sententiam inclinat Soto in fine 4. sentent. Eadem sententia falsò tribuitur D. Thomæ hac quæst. 23. art. 3. & 5. Durando 1. distinct. 40. quæst. 2. & Driedoni.

2. Eius fundamenta.

Huius sententiæ fundamenta sunt omnia, quæ tota disput. 14. contendunt, originale peccatum non esse causam reprobationis, siue in his repro-

Ruiz de Prædestinatione.

bis, quibus remittitur originale peccatum, siue aliis, quibus non remittitur.

Vnicum repetam argumentum, quod proprium est quæstionis præsentis, quia quidquid re, & effectu conducit ad finem reprobationis, siue ut causa, siue ut conditio, siue ut occasio, siue quocumque alio modo, est effectus reprobationis, supra sect. 1. sed permissio peccati originalis re & effectu conducit ad finem reprobationis, scilicet ad negandam gratiam, & prædestinationem, & ad punitionem æternam: ergo permissio peccati originalis est effectus reprobationis.

Minor probatur, quia peccatum originale his reprobis, quibus nunquam remittitur, est causa damnationis æternæ; & præterea omnibus reprobis adultis, tam his, quibus remittitur originale peccatum, quam his, quibus nunquam remittitur, est causa concupiscentiæ inordinatæ, & concupiscentia est causa peccatorum personaliū, propter quæ damnantur adulti.

Confirmatur primò, quoniam permissio peccati originalis bona est, & potest esse à Deo.

Confirmatur secundò, quia permissio peccati personalis est effectus reprobationis: ut dicitur sect. 7. ergo etiam permissio peccati originalis.

Nihilominus sit conclusio: Permissio peccati originalis non est effectus reprobationis. Ita docent Suarez lib. 5. de reprobacione cap. 7. fine, Cartagena discursu 5. circa 6. argum. pag. 94. & apertè colligitur ex omnibus Theologis, qui existimant, originale peccatum fuisse causam vtriusque reprobationis, videlicet negatiuæ, & punitiuæ: quamuis non fuerit causa discriminis, sed tantum causa communis. Ita D. Augustinus, Prosper, Fulgentius, Anselmus, Beda, Glossa, D. Thomas, & ex recentioribus Soto ad Roman. Driedo, Bellarmino, & Valentia: & quantum ad peccatum Adami, idem sentit Vazquez; qui omnes citati sunt disput. 14. sect. 3. conclus. 1. & 2. Colligitur à fortiori ex multis Doctoribus, qui disput. 7. sect. 1. sentent. 1. & 2. dicunt, reprobationis causam fuisse præuisa peccata.

Probat conclusio primò, quoniam originale peccatum est causa reprobationis: ergo permissio originalis peccati non est effectus reprobationis. Probat consequentia, quoniam si reprobatio esset causa permittendi peccatum originale, & originale peccatum esset causa reprobationis: sequeretur, peccatum originale, causando reprobationem, causare etiam permissionem sui, quod implicat contradictionem, eo quòd permissio originalis peccati præsupponitur, ut omnino prærequisita, ut existat originale peccatum. Quare ad huius conclusionis confirmationem pertinent omnia argumenta, quæ disput. 14. sect. 3. probant, de facto nullum hominem in particulari reprobatum fuisse, nisi propter originale peccatum.

Probat secundò, quamuis enim originale peccatum non fuisset causa reprobationis, sicut non est causa prædestinationis; adhuc tamen, quia præsupponitur præuisum ut absolutè futurum originale originans, antequam cognoscatur ut absolutè futuri singuli homines in particulari; propterea permissio peccati originalis originantis, non potuit esse effectus reprobationis, sed debuit præcedere omnino prior, & independens à reprobatione determinati hominis in singulari.

Ll 2

Ad

7. *Tria notanda.*

Ad huius explicationem notanda sunt tria. Primum. Quamvis secunda ratio probet de solo originali originante; ceterum prima ratio probat etiam de originali originato: ac proinde non solum permissio, ut Adamus peccaret, sed etiam permissio, ut Lutherus contraheret originale peccatum, non fuit effectus reprobationis, quoniam etiam peccatum originatum inhærens Lutheri fuit causa reprobationis, ut probatum est disp. 14. sect. 4.

8. *Permissio permanentia in originali.*

Secundò notandum est, effectum reprobationis esse permissionem permanentem in peccato originali; sed hæc, si proprie est permissio, permittit culpam personalem hominis adulti, negligentis suam salutem; vel culpam parentum, negligentium salutem paruuli. Si verò nulla interueniat culpa, non est sola permissio, sed etiam positua causatio Dei, estque reprobationis effectus in omnibus, quibus originale peccatum nunquam remittitur, sed in illis maiori ratione, qui propter solum originale peccatum damnantur.

9. *Permissio originalis effectus reprobationis vaga.*

Tertiò notandum est, quòd permissio peccati originalis est effectus reprobationis vagæ, ut probatum est disp. 14. sect. 5. Sed non propterea dici potest absolute effectus reprobationis; quia reprobatio vaga est communis prouidentia, sicut prædestinatio vaga. Vnde fit, ut effectus reprobationis vagæ reperiantur in hominibus prædestinatis, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad intentionem eandem, & quantum ad omnem formalitatem reprobationis vagæ: sicut e contrario effectus prædestinationis vagæ reperiantur in reprobis, quoniam utrumque genus effectuum, formaliter sumptum, est communis prouidentia.

10. *Contrarium fundamentum soluitur.*

Ad argumentum in principio positum respondetur, distinguendo antecedens. Nam quando aliis rationibus non probatur aliquid esse omnino prius reprobatione, tunc iudicium sufficiens, ut colligamus esse effectum reprobationis, est, si fuerit aliquid ex se bonum, inuans ad finem reprobationis. Sed permissionem peccati originalis fuisse omnino priorem reprobatione cuiusque hominis in particulari, probatum est in conclusione. Hinc constat solutio utriusque confirmationis. Nam permissio peccati personalis non est prior reprobatione, ut videbitur sect. 7.

SECTIO VI.

Utrum pœna sit effectus reprobationis.

1.

Quoniam deinceps numeraturi sumus effectus reprobationis, incipiendum fuit à pœna, in qua perfectius, & manifestius, quàm in reliquis reperitur essentia effectus reprobationis, & à qua multi alij participant rationem effectus reprobationis, prout aliquam rationem pœnæ participant. Sit igitur

*Est reprobationis effectus.*

Prima conclusio. Pœna est reprobationis effectus. Ita docet Fulgentius lib. 1. ad Monim. à cap. 5. præsertim cap. 13. Magister distinct. 40. litera D. & distinct. 41. & cum eo Scholastici omnes, Albertus 1. part. quæst. 66. membr. 2. Alex. 1. part. quæst. 29. membr. 2. & sequent. S. Thomas quæst. 23. art. 3. corp. fine, & clariùs ad 2. argum. Ricard. 1. distinct. 40. art. 3. quæst. 3. corp. Durandus eadem distinct. 40. quæst. 2. num. 8. Gabriel

distinct. 40. quæst. vnica, art. 1. fine. Marsilius 1. quæst. 41. art. 1. notab. 5. Suarez lib. 5. de reprob. cap. 7. num. 4. Cartagena discursus 5. ad 5. principale.

Ratio manifesta est, quia finis intentus per reprobationem est ostensio diuinæ iustitiæ in pœna reprobatorum: & hunc finem, utpote bonum, & iustum, Deus causat sua prouidentia speciali circa reprobos, ut probatum est fusiùs dispur. 16. sect. 4.

Confirmatur primò, nam eo ipso quòd Deus efficaciter decernat, aliquem hominem in æternum punire, constituit in esse reprobis: ergo effectus maximè proprius reprobationis est pœna æterna.

Confirmatur secundò, quoniam pœna æterna est effectus reprobationis in omni sententia. Et enim tam illi, qui dicunt homines reprobari ante præuisa peccata, quàm illi Doctores, qui dicunt homines reprobari post, & propter præuisa peccata, in hoc conueniunt, quòd Deus sua reprobatione efficaciter decernat, hos homines tradere æterno supplicio: dissident autem in eo, utrum Deus efficaciter decreuerit, illis negare gratiam congruentem, & permittere peccatum finale speciali permissione, qua non permittitur prædestinatis.

Confirmatur tertiò. Propterea namque permissio peccatorum in Deo non est malitiæ, aut socordia, sed summæ sapientiæ, & bonitatis, quoniam per pœnam reducitur ad ordinem inordinatio culpa.

Secunda conclusio. Non solum æterna, sed etiam temporalis pœna, est effectus reprobationis, quando propter abusum hominis reprobi occasio fuit ruina. Hæc conclusio non ita directè pertinet ad sectionem præsentem: illius namque ratio eadem est, quæ reliquarum circumstantiarum naturalium, de quibus infra sect. 9. dicendum erit. Propterea hæc conclusio est tantum probabilis, cum tamen prima conclusio sit prorsus certa.

Dubitabit tamen qui Doctores euoluerit, utrum sola pœna sit effectus reprobationis, nam præter Doctores, qui hoc aperte affirmant, quos referemus sectione sequenti, D. Fulgentius, Magister, Ricard. & Marsilius citati pro prima conclusione dicunt, non culpam, sed solam pœnam esse effectum reprobationis.

Respondeo, & sit tertia conclusio. Non sola pœna est effectus reprobationis. Probatur, quoniam permissio peccati personalis, & negatio congruentis vocationis secundum propositum, & multa alia sunt effectus reprobationis, ut dicemus in sectionibus sequentibus. Hoc autem minime negant prædicti Doctores, ut constabit legenti contextus, qui eò præcipue diriguntur, ut doceant, culpam non esse effectum reprobationis, & negationem gratiæ, & permissionem peccati personalis habere quamdam rationem pœnæ in reprobis, siue quia infliguntur propter originale peccatum, siue quia omne malum, quod non est culpa, generali vocabulo appellatur pœna à prædictis Doctoribus. Possunt etiam explicari, ut doceant sequentem conclusionem.

Quarta conclusio. Sola pœna sensus est proprie & realiter effectus reprobationis, ut bene notauit Durandus 1. distinct. 40. quæst. 2. num. 8. Et in primis quòd pœna sensus à reprobatione causatur reali efficientia, constat, quoniam hæc pœna

2. *Finis per diuinam reprobationem intentus.*

3. *Æterna pœna.*

4. *Temporalis.*

5. *Non sola pœna reprobationis effectus.*

6. *Sola pœna sensus proprie reprobationis effectus.*

pœna est ens reale, bonum absolute, & nihil mali essentialiter includens, & indiget causalitate reali eius prouidentia, à qua prouenit. Deinde, quòd nihil aliud præter pœnam sensus causetur à reprobatione reali efficientia, probatur, discurrendo per singulos effectus reprobationis, infra numerandos.

*Pœna damni.*

Primò namque pœna damni, cum sit negatio visionis beatificæ, si præcisè sumatur sine tristitia resultante ex hoc obiecto cognito, non potest causari, nisi negando concursum ad visionem beatificam.

*Permissio peccati personalis.*

Secundò. Permissio peccati personalis fit præsertim negando gratiam congruentem, & abundantem, quæcumque sit illa; quod non est causare, sed negare causalitatem.

*Subtractio gratiæ.*

Tertiò subtractio gratiæ fit subtrahendo concursum.

Quartò denique multa entia positua & realia, siue naturalia, siue supernaturalia, quamuis sint effectus reprobationis, reali actione ab illa causati; ceterum quoniam in ratione effectus reprobationis, complentur per negationem gratiæ congruentis, quæ gratia si daretur, essent potius effectus prædestinationis, ideo formaliter sumpti in ratione effectus reprobationis, non indigent reali efficientia, sed tantum negatione efficientiæ.

SECTIO VII.

Utrum permissio peccati personalis sit effectus reprobationis.

1. *Sententia negans.*

Negatiuam sententiam tenent omnes Doctores, qui dicunt, peccata personalia præuisa fuisse causam reprobationis in iis, qui damnantur pœna sensus. Ij Doctores sunt Henricus, Bacon, Aureolus, Argent. Alber. Pighius, Nicolaus Gran. Ochamus, Gabriel, Catherin. & videtur idem sentire D. Bonauent. Albertus, & Alex. citati dispur. 17. sect. 1. sentent. 1. & 2. ac præterea Soto, Bellarminus, & Valent. citati dispur. 15. sect. 1. opinione 3. Quamquam Valentia 1. part. quæst. 23. puncto 3. dicens permissionem peccatorum esse effectum reprobationis, ut sibi consentiat, in puncto 3. dicens, peccatum esse causam reprobationis, debet ita intelligi, ut permissio primi peccati non sit effectus reprobationis, & primum peccatum sit causa reprobationis.

2.

Cartagena discursus 5. prope finem pag. 98. decernit, nullam permissionem peccati esse reprobationis effectum. Molina 1. part. quæst. 23. art. 3. §. reprobationis autem, & §. quia ergo, loquitur ambiguo & vario sensu; sed quod ex eo magis colligitur, est, permissionem peccatorum non ita proprie, neque ita simpliciter esse effectum reprobationis, ut est pœna æterna. Magis aperte Suarez lib. 5. de reprob. cap. 7. num. 9. & sequentibus, docet nullam permissionem peccati esse effectum reprobationis positua, seu punitua; nihilominus negatiua reprobationis effectum esse permissionem illius tantum peccati, quod est proprium hominis reprobi. Zumel quæst. 23. art. 3. sua quæst. 6. prope initium dicit, permissionem primi peccati non esse effectum reprobationis; nihilominus in artic. 5. sua quæst. 4. in quadam conclus. 3. contra Augustinum ex sententia S. Thomæ docet permissionem cuiusque peccati

*Ruiz de Prædestinatione.*

in quo quis moritur, esse effectum reprobationis.

Argumenta negatiua partis varia sunt, secundum varias sententias.

3. *Primum fundamentum.*

Primum argumentum sumi potest ex Fulgentio, Magistro, & Ricardo in sect. præcedenti dicentibus, solam pœnam esse effectum reprobationis: ergo permissio culpæ non est effectus reprobationis.

Secundum argumentum. Peccatum personale est causa reprobationis: ergo permissio peccati personalis non est effectus reprobationis. Consequentia probata est in sect. 5. ubi generaliter constat esse impossibile, permissionem vnus peccati causari ab eo decreto, cui causam, & rationem præbet idem peccatum præuisum. Sic enim permissio præsupponeretur, esse præuisa ante decretum, à quo causatur: sicut præsupponitur præuisum peccatum, quod permittitur. Antecedens autem probant innumera argumenta, quæ multis disputationibus præcedentibus, præsertim disp. 15. sect. 6. contendunt neminem fuisse reprobatum ante præuisa peccata.

Tertium argumentum, cui maximè nituntur Molina, Zumel, & Suarez, quoniam Deus non permittit peccata ex intentione puniendi, ut probatù est disp. 16. sect. 6. ergo decretum reprobandi non fuit causa mouens ad permittenda peccata: & consequenter permissio non fuit reprobationis effectus. Nam reprobationis effectus procedere debet ex intentione damnationis æternæ; sicut effectus prædestinationis ex intentione gloria.

Confirmatur primò, quoniam Deus ut permittat primum peccatum hominis iusti, mouetur ex fine generalis prouidentia, ut suauis gubernet arbitrium, utque permittat causas liberas agere tanta libertate, qua possit ostendi in quibusdam misericordia, in aliis verò iustitia; non autem ex speciali intentione ostendendi iustitiam in tali homine determinatè.

Confirmatur secundò, quoniam hæc permissio est negatio specialis auxiliij, quod nemini Deus debet, & ea dumtaxat ratione potest cui voluerit, denegare.

Quartum argumentum. Ut permissio peccati foret effectus reprobationis, oporteret reprobationis decretum esse prius, quàm decretum permittendi peccatum; sed prius est decretum permittendi peccatum, quàm decretum reprobandi: ergo permissio non est effectus reprobationis. Minorem non probat Zumel author. argumenti.

Quintum argumentum opponit Suarez, quia nisi nocumentum peccatorum perpetuò dureret, non conducit ad finem reprobationis; sed quorundam peccatorum nocumentum non durat perpetuò: ergo quorundam peccatorum nocumentum non conducit ad finem reprobationis. Quocirca nec eorum peccatorum permissio conducet ad finem reprobationis, & consequenter non erit effectus illius. Nihil enim est effectus reprobationis, nisi conducatur ad illius finem, & ea intentione causetur à Deo, ut vidimus sect. 1. Minor probatur; quædam enim peccata sunt omnino reuilla reprobis ante lapsum in peccatum finale: ergo illorum nocumentum non durat perpetuò.

Sextum, Angelorum enim reprobatio non potuit habere pro effectu permissionem primi peccati, quod idem fuit postremum in via; quoniam

niam illius peccati præuisio debuit esse causa reprobationis etiam negatiuæ; nec enim præcesserat in illis originale peccatum, ratione cuius essent odio digni.

9. Septimum argumentum. nam infantibus, morientibus in originali peccato, permissio illius peccati non est effectus reprobationis: ergo nec adultis erit effectus reprobationis permissio peccati personalis.

10. Contrariam verò sententiam vt exponam, præmitto duo.

Primum est, nonnullos effectus prouenire à reprobatione merè negatiua, qui non possunt prouenire à reprobatione positiua, seu punitiua.

Secundum est, dissimilem esse rationem in permissione primi peccati, & in permissione sequentium peccatorum. Porro in præsentì vocamus primum peccatum personale, quodcumque committitur ab homine existente in gratia, quamuis antea commisisset quæcumque peccata personalia. Contra verò appellamus sequentia peccata, quæcumque committuntur ab homine existente in peccato, siue sit in solo originali, siue sit in peccato personali.

11. Quo supposito, dico primò. Certum est, reprobationis effectum esse permissionem sequentium peccatorum. Hoc enim conceditur non solum à Doctõribus, qui reprobationem cõstituant ante præuisa opera, sed etiam à multis Doctõribus, qui reprobationem constituunt post præuisa aliqua peccata, sed non post præuisa omnia. Ratio est, quoniam ex doctrina sacre Scripturæ, & Patrum manifestius constat, Deum in penâ præcedentium peccatorum permittere sequentia ex intentione puniendi omnia æterno supplicio; vt vidimus disp. 13. sect. 3. conclus. 5. & disp. 16. sect. 6. sub init. Sic Gregorius lib. 11. moral. cap. 7. à medio: *Nonit decipientem, ait, quia plerumque anteriora eius mala conficit: & hunc iusto iudicio cadere etiam in alia peccata permittit, & quia in manus suorum operum dimisit hunc, vt ad peiora proueat, deserit, sicut scriptum est: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, fordescat adhuc. Nonit quoque & cum, qui decipitur, quia sæpe committunt homines mala, quæ sciunt, & idcirco permittuntur decipi, vt cadant in mala etiam, quæ nesciunt. Quod tamen deceptis aliquando ad purgationem, aliquando ad ultionis initium fieri solet.* Obserua postrema verba, quæ denotant, ex intentione puniendi permitti peccata sequentia peccatorum.

12. Eandem intentionem significat Augustinus in Psalm. 57. ad illud: *Sicut cera, quæ fluit, auferentur, dicens: Sunt hic pœna, carceres, exilia, tormenta, mortes, diuersa genera dolorum, & tribulationum. Sunt quidem & ista, & Dei iudicio dispensantur, sed multis ad probationem, multis ad damnationem.*

13. Vnde colliguntur tria. Primum est, permissionem obdurationis, excæcationis, aut finalitatis in peccato commissio, esse effectum reprobationis, quoniam hæc iam supponunt peccatum commissum.

Secundum est, non solum supposito peccato originali solo, si nunquam remissum est, posse in penam illius permitti peccata ex intentione reprobandi, vt vidimus dicta sect. 3. versù finem. Tertium est, permissionem sequentium peccatorum esse effectum non solum reprobationis negatiuæ, quæ negatur prædestinatio, sed etiam

reprobationis punitiuæ, quæ Deus efficaciter intendit punire in æternum.

Dico secundò. Permissio primi peccati personalis non est effectus reprobationis punitiuæ. Quantum ad hoc rectè sentiunt Doctores citati in principio huius sectionis. Probatur, quoniam si primi peccati permissio procederet ex reprobatione punitiua, vel procederet ex intentione puniendi præcedens peccatum iam remissum, vel procederet ex intentione puniendi sequentia peccata, quæ permittuntur: vtrumque autem est falsum. Nam quòd decretum reprobationis diuinæ nihil efficiat ex intentione puniendi peccatum originale, postquam remissum est, sed solum ex intentione negandi prædestinationem, probatum est disp. 14. sect. 7. Præterea quòd permissio primi peccati non ordinetur à Deo ad puniendum idem peccatum, quod permittitur, probatum est disp. 16. sect. 6.

Confirmatur, quoniam in iis hominibus, quibus remittitur originale peccatum, reprobationis punitiuæ causa est peccatum personale præcognitum, vt absolute futurum, supra disp. 15. sect. 3. Hoc autem peccatum, quod est causa reprobationis punitiuæ, maximè est primum peccatum. Nam reliqua peccata, & eorum permissio supponunt constitutam reprobationem punitiuam. Ergo primi peccati permissio non potest esse effectus reprobationis punitiuæ; cuius consequentiæ vim notauimus in 2. argumento primæ sententiæ, & in sect. 5.

Dico tertio. Permissio primi peccati personalis est effectus reprobationis negatiuæ: hoc est, prouenit ab intentione efficaci negandi prædestinationem. Idque primò colligitur aperte ex S. Thoma quæst. 23. art. 3. corp. fine, & clariùs ad 2. argum. Secundò colligitur ex Doctõribus, qui in sect. sequenti dicunt, negationem gratiæ esse effectum reprobationis, vt cum Augustino sentiunt Magister, Alber. & alij. Porro permissio peccati præcipue constat ex negatione gratiæ congruentis, cui Deus præsciebat hominem esse cooperaturum. Tertio colligitur ex Augustino, Prospero, Fulgentio, Anselmo, Beda, & D. Thoma, qui existimant causam reprobationis fuisse originale peccatum etiam in iis hominibus, quibus remittendum fuit originale peccatum; præsertim cum iidem Patres, & alij Theologi existiment, reprobationem constitutam esse ante præuisum peccatum personale, vt probatum est disp. 15. sect. 2. conclus. 2. Vnde sic argumentamur. Reprobatio, constituta ante præuisum peccatum personale, non potest esse certa de consequitione sui finis, nisi decernat permittere peccatum personale tali permissione, sub qua sciat Deus infallibiliter futurum fuisse peccatum: ergo permissio talis prouenit à decreto reprobationis priùs constituto.

Quartò probatur: permissio namque primi peccati personalis est à Deo volita, & intenta, quasi obiectum bonum, sicut probatum est disp. 16. sect. 3. ergo propter aliquem vltiorem finem volita est. Nec enim digna est, vt propter se solam ametur.

Rursus quamuis potuisset Deus velle permissionem primi peccati personalis ex solo sine generalis prouidentia; congruentius tamen est, eam velle ex efficaci intentione negandi prædestinationem huic homini in particulari.

Confit

Confirmatur primò: sicut enim prima vocatio congrua & secundum propositum est effectus prædestinationis; ita congruum est, vt prima negatio vocationis congruæ, & prima permissio peccati sit effectus negatiuæ prædestinationis.

17. Confirmatur secundò: prædestinatio quippe causat omnia, quæ iuuant ad finem prædestinationis; ergo congruum est reprobationem esse causam eorum omnium, quæ iuuant ad finem reprobationis, si causari possunt. Atqui permissio primi peccati sine dubio causari potest à negatiua prædestinatione.

Confirmatur tertio, nam hoc modo eminentior est reprobatio, minusque pendens ab humanis actionibus in iis, in quibus citra iniuriam potest. Quibus consonant, quæ diximus disp. 15. sect. 2. conclus. 2. probatione 4.

18. Dico quarto. Permissio primi peccati personalis est effectus non solum negatiuæ reprobationis à gloria, sed etiam negatiuæ reprobationis à gloria. Quod in hac conclusione additur supra præcedentes, dirigitur contra Vasquez in disp. 95. num. 50. contra cuius sententiam diximus disp. 12. sect. 3. & 4. & sequentibus; probantes prædestinationem ad gratiam prouenire à prædestinatione ad gloriam, & disp. 15. sect. 2. conclus. 3. probantes simili ordine prædestinationem ad gratiam negatam esse, quia negata fuit prædestinatio ad gloriam. Vnde nunc infero, permissionem primi peccati, si prouenit ex negata prædestinatione ad gratiam finalem, prouenire etiam ex negata prædestinatione ad gloriam, quæ negatio causa est alterius negationis, vt magis constabit sect. sequenti.

Ad argumenta in principio proposita respondetur.

19. Ad primum negatur consequentia, quoniam permissio peccati primi comprehenditur sub nomine penæ eo modo, quo intelligitur ab illis Doctõribus, vt est malum quodcumque præter culpam, sicut vidimus in sect. præcedenti conclus. 3. Quin potius ex illis Doctõribus colligitur nostra sententia; vt vidimus nuper dicto 3. probat. 2. & 3.

20. Ad secundum distinguendum est antecedens. Nam peccatum personale causa est reprobationis punitiuæ, & propterea permissio primi peccati personalis non est effectus reprobationis punitiuæ. Sed peccatum personale non est causa reprobationis negatiuæ: idcirco eius effectus esse potest, vt vidimus in dicto 3.

21. Ad tertium negatur consequentia, quoniam vt permissio primi peccati personalis sit effectus reprobationis negatiuæ, satis est procedere ex intentione efficaci negandi prædestinationem ad gloriam, & ad gratiam finalem: nec opus est procedere ex intentione efficaci puniendi. Sola verò intentio negandi prædestinationem non potest appellari intentio damnationis æternæ, quoniam non est punitiua.

Ad primam confirmationem respondetur. Deus vt permittat primum peccatum personale, mouetur simul ex intentione generalis prouidentia, & ex intentione efficaci negandi prædestinationem huic homini in particulari.

Ad secundam confirmationem respondetur. Quamuis Deus ea solum ratione possit cuiuslibet permittere primum peccatum, quoniam nemini debet speciale, & congruum auxilium; nihilominus de facto non permittit, neque negat illud

auxilium in talibus circumstantiis, nisi ex efficaci intentione negandi prædestinationem.

22. Ad quartum negatur minor. Quin potius decretum reprobationis est prius decreto permissionis, iuxta modum, & regulas, in conclusionibus iam probatas.

23. Ad quintum respondetur, negando minorem. Quamuis enim euenire possit aliquando, reprobis esse totaliter remissa peccata, non modò quantum ad culpam, sed etiam quantum ad totam penam temporalem; nihilominus eorum reuiviscencia per ingratitude sequentium peccatorum, non potest esse sublata. Quod notamentum est satis, vt eorum permissio sit effectus reprobationis. Deinde saltem accidentalem penam augebit in inferno eorum memoria: quod sufficit ad effectum reprobationis; sicut ad effectum prædestinationis sufficit augere gloriam accidentalem. Denique impedimentum meritum, quæ potuerunt acquiri, quando manebat in peccato reprobis, est nocendum perpetuò durans, cuius memoria perpetuò cruciabit: vt omittam vitiosos habitus, qui ferè semper relinquuntur ex peccatis etiam omnino remissis.

24. Ad sextum respondetur. Etiam permissio peccati Angelorum fuit effectus reprobationis negatiuæ, non verò reprobationis punitiuæ: nec enim fuit causa, sicut ostendimus disp. 50.

25. Ad septimum negatur consequentia. Disparitas enim est, quia peccatum originale est causa reprobationis, & supponitur esse præuisum ante reprobationem vtramque; vt vidimus sect. 5. Sed personale peccatum non est causa reprobationis, neque supponitur præuisum.

SECTIO VIII.

Vtrum sit reprobationis effectus gratiam negare, aut concedere.

1. Dico primò. Gratia priuatio, siue subtractio est effectus reprobationis. Ita Magister distinct. 40. cap. vlt. & dist. 41. & cum eo communiter Scholastici. Quod accipiunt ex Augustino in epist. 105. & lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. vbi ait, *Deum non indurare, impediendo malitiam, sed indurare non impediendo gratiam*, quæ emolliat, siue non miserendo. Ita Albert. 1. p. quæst. 66. memb. 2. Alexand. quæst. 26. memb. 3. Durand. 1. distinct. 40. quæst. 2. num. 8. vbi Ricard. artic. 3. quæst. 3. corp. Gregor. dist. 41. quæst. vnica, art. 1. In re idem est, quod D. Thomas ait q. 23. art. 3. ad 2. *Reprobatio est causa derelictionis à Deo*; & recentiores communiter. Plura reuulimus sect. 3. corol. 1. & sect. 4. necnon tomo de voluntate Dei tota disput. 43.

2. Probatur ratione, quia negatio gratiæ est medium omninò necessarium ad finem reprobationis, & in se continens permissionem peccati, & obdurationis, & finalis impenitentia, quæ sunt etiam media necessaria: ergo debet hoc medium causari à reprobatione.

Nomine subtractionis gratiæ intelligimus in præsentì, non tantum spoliationem gratiæ iustificantis, & habituum supernaturalium, qui amittuntur per mortale peccatum; sed etiam negationem eorumdem, quando alicui peccatori non conferuntur: insuper negationem gratiæ prouenientis, excitantis, & adiuantis.

Duo præmittuntur.

Sequentium peccatorum permissio.

In penâ præcedentis permittuntur sequentia peccata.

Apo. 22.

Tria colliguntur.

14.

Permissio primi peccati personalis non est reprobationis punitiuæ effectus.

17. Reprobatio causa eorum, quæ iuuat ad eius finem.

18. Permissio primi peccati effectus reprobationis negatiuæ à gloria, & à gloria.

15.

Est effectus reprobationis negatiuæ.

19.

20.

21.

16.

Est à Deo volita.

Ad primam confirmationem.

Ad secundam.



Nihilominus homo est causa principalis negationis gratiæ, vel negligendo conseruationem illius, vel non acceptando illam oblatam. Deus autem est causa, per humanam libertatem determinata & compulsiva, ut vidimus disput. 31. sect. 2. & 3. & magis constabit disputationibus sequentibus.

3. Ad cuius maiorem explicationem dico secundò. Præcipuus reprobationis effectus est negatio illius vocationis, & illorum mediorum, quibus Deus præcipuit adhibendum fuisse consensum. Huius enim prima causa est libera Dei voluntas, supposito demerito peccati saltem originalis. Sic Augustinus de bono perseuer. cap. 11. initio: *Et maioribus, inquit, etiam ipsos, quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus non vult subuenire, non subuenit, quibus in sua prædestinatione occultè quidem, sed iuste aliud indicauit.* Et lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. post medium: *Non potest, inquit, effectus misericordie Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille miseretur, si homo nolit: quia si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut intelligerent, & mouerentur, & sequerentur.*

4. Dico terciò. Prædictæ subtractiones gratiæ sunt effectus non modò negatiuæ reprobationis à gratia, sed etiam negatiuæ reprobationis à gloria. Ratio est, quia negatiua reprobatio à gratia, supponit vt rationem & motiuum, à quo determinatur, negatiuam reprobationem à gloria; quemadmodum ex superioribus disputationibus recolabamus nuper sect. præcedenti, dicto 4.

5. Dico quartò. Concedere gratiam reprobis est effectus quodammodo reprobationis; cæterum simpliciter est effectus beneuolentiæ diuinæ, reprobationis rigorem temperans, ne tam graue malum permittat reprobis. Prius membrum conclusionis probatur; multis enim reprobis collata gratia conuertitur in occasione peccandi, vel augendi grauitatem, aut numerum peccatorum, siue quia gratiæ resistent, siue quoniam acceptis donis abutuntur ad superbiam, vel ad segnitiam, vel propter ingratitude: congruum autem est, Deum hanc gratiam sub his circumstantiis dare eo fine, vt permittat abusum ex fine reprobationis. Cuius ratio eadem est, quæ supra sect. 7. probatum est, permissionem peccati esse effectum reprobationis. Nam peccatum permittitur non solum negando gratiam, sed etiam subtrahendo gratiam, quæ propter abusum hominis futura est occasio ruinæ.

6. Fauet Augustinus, aut quicumque author libri Soliloquiorum cap. 28. sine, dicens de reprobis: *Quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio vertitur in peccatum.* Quæ postrema verba desumpta sunt ex Psalm. 108. vbi de Iuda proditore, ac de Iudaico populo prædicitur, orationem vertendam esse in peccatum. Cuius rationem reddit Augustinus ibi, & Glossa, quoniam ea oratio non procedebat ex fide, & spe in Christum. Constat autem, eisdem personis multa bona supernaturalia, quæ acceperunt, fuisse rationem, vt grauius esset eorum scelus. Quæ corroborantur ex dictis supra disput. 10. sect. 2. Fauet etiam Chrysostomus Roman. 8. in id: *Diligentibus Deum, &c. serm. 15. colum. 2. dicens: Quemadmodum autem diligentibus Deum, quæ nocitura videntur, ad vtilitatem cedunt: ita viciatissimi Deum non diligentibus, quæ profutura videntur, damno sunt.* Sic Iudeos & signorum ostensio, & dogmatum rectitudo, doctrinæ, philosophia perdidit. Nam propter illa quidem demoniacum Christum vocabant, propter ista vero Deo contrarium. Quapropter ipsa fide, & cognitione sacrarum literarum abutebantur ad incredulitatem, & pertinaciam. Quibus consonant, quæ dicta sunt tota disput. 23. præsertim sect. 3.

7. Secundum membrum conclusionis, videlicet eadem bona supernaturalia simpliciter effectus esse diuinæ beneuolentiæ, quibus reprobationis rigorem temperat, probatur, quoniam plura, & grauiora peccata committerent reprobi, si non acciperent diuinam gratiam. Quamuis enim illis desset illa grauitas, quæ prouenit ab ingratitude, aut superbia de gratia, cæterum aliunde multo effræntiores præcipitarentur in crimina, & grauiorem penam mererentur: quod cum Hugone notauimus disput. 17. sect. 5.

8. Dico quintò. Sicut negare, vel concedere gratiam Iudæ est effectus reprobationis Iudæ: ita est effectus reprobationis Iudæ negare, aut concedere gratiam aliis hominibus prædestinatis, aliisve reprobis. Nam gratia aliorum prædestinatorum, aut reprobatorum, Iudas abutitur, resistendo bonis consiliis, & exemplis, aut impugando, aut inuidendo: & negatiua gratia aliorum hominum abutitur, sequendo vitiorum exempla, vel contemnendo. Quæ diximus in simili de prædestinatis tota disput. 25. seruata proportionem contraria, verificantur de reprobis. Denique si petas, vtrum sint effectus reprobationis punitiuæ, an verò solius negatiuæ, vide sect. sequenti dicto 3.

9. Quando sine effectus reprobationis negatiua: quando vero punitiuæ. Dico terciò. Prædictæ circumstantiæ naturales, & præterea negatio, aut concessio gratiæ, quando à Deo exercentur circa hominem iustum, non sunt effectus reprobationis punitiuæ, sed solum reprobationis negatiuæ. Cæterum quando exercentur à Deo circa hominem peccatorem, esse possunt, & semper, aut ferè semper erunt effectus reprobationis punitiuæ. Cuius conclusionis ratio & explicatio colligenda est à simili ex his, quæ diximus in sect. 7.

10. Sequitur ex dictis, mortem hominis reprobi semper esse effectum reprobationis punitiuæ: quia semper supponit peccatum reprobi, semperque iuuat ad finem reprobationis punitiuæ, constituendo hominem extra statum viæ. Verumtamen ex reliquis circumstantiis naturalibus non omnia singularia, sed aliqua ex omnibus generibus videntur esse effectus reprobationis: quoniam non omnes iuuant ad finem reprobationis, sed aliquæ potius impediunt rigorem reprobationis, nihil augendo malitiæ, aut pænæ. Mortem verò in statu mortalis culpæ reprobationis effectum esse, colligitur ex sacris literis: veluti Ecclesiasticis cap. 9. *Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur; sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exempto superuenierit.* Cui correspondent verba Christi Domini Luca 21. prope finem: *Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.*

Probatur secundò multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

7. Dico terciò. Prædictæ subtractiones gratiæ sunt effectus non modò negatiuæ reprobationis à gratia, sed etiam negatiuæ reprobationis à gloria. Ratio est, quia negatiua reprobatio à gratia, supponit vt rationem & motiuum, à quo determinatur, negatiuam reprobationem à gloria; quemadmodum ex superioribus disputationibus recolabamus nuper sect. præcedenti, dicto 4.

8. Dico quartò. Concedere gratiam reprobis est effectus quodammodo reprobationis; cæterum simpliciter est effectus beneuolentiæ diuinæ, reprobationis rigorem temperans, ne tam graue malum permittat reprobis. Prius membrum conclusionis probatur; multis enim reprobis collata gratia conuertitur in occasione peccandi, vel augendi grauitatem, aut numerum peccatorum, siue quia gratiæ resistent, siue quoniam acceptis donis abutuntur ad superbiam, vel ad segnitiam, vel propter ingratitude: congruum autem est, Deum hanc gratiam sub his circumstantiis dare eo fine, vt permittat abusum ex fine reprobationis. Cuius ratio eadem est, quæ supra sect. 7. probatum est, permissionem peccati esse effectum reprobationis. Nam peccatum permittitur non solum negando gratiam, sed etiam subtrahendo gratiam, quæ propter abusum hominis futura est occasio ruinæ.

9. Quando sine effectus reprobationis negatiua: quando vero punitiuæ. Dico terciò. Prædictæ circumstantiæ naturales, & præterea negatio, aut concessio gratiæ, quando à Deo exercentur circa hominem iustum, non sunt effectus reprobationis punitiuæ, sed solum reprobationis negatiuæ. Cæterum quando exercentur à Deo circa hominem peccatorem, esse possunt, & semper, aut ferè semper erunt effectus reprobationis punitiuæ. Cuius conclusionis ratio & explicatio colligenda est à simili ex his, quæ diximus in sect. 7.

10. Sequitur ex dictis, mortem hominis reprobi semper esse effectum reprobationis punitiuæ: quia semper supponit peccatum reprobi, semperque iuuat ad finem reprobationis punitiuæ, constituendo hominem extra statum viæ. Verumtamen ex reliquis circumstantiis naturalibus non omnia singularia, sed aliqua ex omnibus generibus videntur esse effectus reprobationis: quoniam non omnes iuuant ad finem reprobationis, sed aliquæ potius impediunt rigorem reprobationis, nihil augendo malitiæ, aut pænæ. Mortem verò in statu mortalis culpæ reprobationis effectum esse, colligitur ex sacris literis: veluti Ecclesiasticis cap. 9. *Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur; sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exempto superuenierit.* Cui correspondent verba Christi Domini Luca 21. prope finem: *Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.*

Probatur secundò multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

11. Probatur tertio multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

12. Probatur quarto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

13. Probatur quinto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

14. Probatur sexto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

15. Probatur septimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

Deus de illis præcuerit, damnandum fore hominem, si sub illis creetur: ergo potuit Deus ex efficaci intentione reprobandi moueri ad creandum sub talibus circumstantiis.

3. Contrarium extremum eligunt alij, dicentes, reprobationis effectum omnino nullum existere in homine, dum viuunt, nisi qui proximè & infallibiliter ad pœnam æternam præcipit. Ita Cartagena de prædestinar. discursu 5. respondens ad 5. principale, & prope finem illius discursus. Quam sententiam limitat, & explicat magis Suarez lib. 5. de reprob. cap. 7. num. 10. & 11. dicens, nihil in hoc saculo nisi solam mortem esse punitiuæ, seu positiuæ reprobationis effectum, quamuis aliquid sit effectus reprobationis negatiuæ. Cuius fundamentum est, quoniam existimat, decretum puniendi æterna pœna, supponere finale peccatum tanquam absolutè futurum: ideòque quouisque videt Deus talem hominem esse in tali peccato, decernatque illum occidere prius, quam respiciat, non decernit eum æterno supplicio plectere.

4. Nihilominus dico primò. Creatio hominis non est effectus reprobationis.

5. Probatur primò, nam creationis decretum prius est decreto vtriusque reprobationis, videlicet, negatiuæ, & punitiuæ: ergo non potest decretum creandi procedere à reprobatione, ac proinde creatio non est effectus reprobationis. Antecedens probatur, quia decretum creandi Iudam, v.g. prius est, quam cognitio culpæ originatæ, inhærentis Iudæ, nam hæc cognitio supponit, Iudam esse futurum, quoniam si non sit futurus, non contrahet originatam culpam: rursus culpa originata præcognita vt absolutè futura in Iuda, fuit ratio & causa reprobandi Iudam, vt vidimus disput. 14. sect. 4. Quare decretum creandi Iudam non potuit procedere ex intentione reprobandi Iudam, sed potius reprobatio Iudæ supponebat præcognitum decretum creandi Iudam, & præcognitam culpam originatam, vt futuram in Iuda.

6. Confirmatur, quia si quis dixerit, decretum permittendi culpam originatam in omnibus hominibus (præter Beatissimam Virginem) præcognitum fuisse ante reprobationem Iudæ, nec opus fuisse præcognoscere creationem Iudæ: adhuc non satisfacit iis, quæ diximus disput. 14. sect. 4. quoniam ante sui reprobationem debet præcognosci Iudas, vt inimicus Dei, & habens peccatum, in cuius pœnam negetur illi prædestinatio modo explicato tota illa disput. 14.

7. Probatur secundò, quia si decretum creandi Iudam non procedit ex absoluta voluntate reprobandi Iudam, sed solum ex intentione communis prouidentie, minus rigidum est, atque præcisè sumptum in se ipso, maioris est beneuolentiæ: hoc autem est optabile, sicut vidimus disput. 17. sect. 1. & 2.

8. Dico secundò. Præter creationem reliquæ omnes circumstantiæ naturales sunt effectus reprobationis, quando iuuant ad ruinam, vel sunt illius occasio. Colligitur à contraria proportionem. Sunt enim prædestinationis effectus omnes circumstantiæ naturales, quæ quomodo-cumque conducunt ad meritum, & ad gloriam: vt vidimus disput. 24. præsertim sect. 2. Quam contrariam proportionem bene correspondentium membrorum indicauit Ecclesiastic. cap. 39. dicens: *Bona bonis creata sunt; sic nequissimi bona*

9. Probatur tertio multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

10. Probatur quarto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

11. Probatur quinto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

12. Probatur sexto multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

13. Probatur septimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

14. Probatur octavo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

15. Probatur nono multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

16. Probatur decimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

17. Probatur undecimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

18. Probatur duodecimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

19. Probatur trigesimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

20. Probatur trigesimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

21. Probatur trigesimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

22. Probatur trigesimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

23. Probatur trigesimo multis versibus Sapientie cap. 4. Nam de reprobis: *Confringentur, inquit, rami inconstituti, & fructus illorum imiles, & acervi ad manducandum.* Confractio significat mortem, non destinatum ad vtilitatem rami, qui frangi

7.

8.

1.

2.

7.

8.

9.

10.

11.

3. Præcipuus reprobationis effectus.

4. Subtractio gratiæ effectus negatiua reprobationis à gratia & à gloria.

5. Concedere gratiam reprobis eorum reprobationis effectus quodammodo.

8. Negare, & concedere gratiam prædestinatis reprobationis effectus.

3. Secunda sententia. Reprobationis effectum esse solum quoad proximè ad punitiorem conducit.

4. Creatio non est effectus reprobationis.

8. Probatur ratione.

9. Quando sine effectus reprobationis negatiua: quando vero punitiuæ.

10. Mortis reprobationis effectus.

frangitur, vel ad gloriosum aliquem usum, sed ad ignem. Inconsummatio, immaturitas, & inutilitas denotat gratiæ, charitatiq; defectum, in quo mors opprimit miseros. Concinit Iob cap. 22. *Sublati sunt, inquit, ante tempus suum. Vbi Septuaginta verunt, capi immaturos.* & Ecclesiastes cap. 7. *Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo; id est, in tempore, quo tuæ salutis non expedit mori.* Fauent, quæ ponderat Fulgentius epist. 2. ad Gallam cap. 3. & 4. Idem probatur plurimis testimoniis Patrum, quæ retulimus supra disp. 24. sect. 6. quibus sicut maturam mortem in statu gratiæ tribuunt prædestinationi, sic etiam intempestiuam mortem in statu peccati reducunt ad occulta iudicia negatæ prædestinationis.

12. Ad argumenta in principio posita contra conclusionem primam respondetur.

Ad primum negatur consequentia. Differt enim prædestinatio à reprobatione, quia prædestinatio nullam supponit causam ex parte nostra; sed reprobatio supponit, originale peccatum iam esse contractum; ac subinde supponit iam fuisse creatum hominem, qui contraxit illud peccatum.

13. Instabit aliquis, quia licet prædestinatio non supponat culpam originatam, ut causam sui; nihilominus eam supponit, tanquam perditionem ac damnationem, à qua liberat prædestinatio. Nam diuina prædestinatio de facto ita se habuit, ut ex eadem massa damnata, quosdam, qui digni erant damnatione, liberaret, ut vel sic manifestior esset, maiorque Dei misericordia. Respondetur, ad hoc satis esse, si constituto prius decreto permittendi, ut omnes homines contraherent originalem culpam (præter Beatissimam Virginem) Deus decerneret, creare Petrum, v. g. ex intentione efficaci liberandi eum à damnatione culpæ originis, & aliorum peccatorum, quæ scit esse ab eis contrahenda: & hæc est maior benevolentia Dei. Quæ ratio dissimilis est in reprobatione.

14. Ad primam & secundam confirmationem respondetur, illud argumentum valere in omnibus rebus aliis præter creationem: est autem evidens ratio, propter quam in creatione non valeat, quod in aliis valet. Nam hoc argumentum: *Omnes homines, qui prædestinati sunt, iam sunt prædestinati, & inter illos non est prædestinatus Iudas: ergo Iudas est reprobatus negatua reprobatione;* evidens est, supposito quod Iudas creandus sit; caterum si non supponas, Iudam esse creandum; nihil valet argumentum. Quamuis enim non fuerit prædestinatus, non erit reprobatus, si non creetur. Supposito autem quod Iudas creandus sit, & supposito decreto permittendi ut omnes homines contrahant originale peccatum (quod decretum supponimus etiam ante prædestinationem) iam supponitur ut contrahendum à Iuda peccatum originale: & ideo potest propter illud reprobari, negando prædestinationem illi.

15. Ad secundum argumentum respondetur negando consequentiam, quoniam iurare ad finem reprobationis, indicium est, ut colligamus esse reprobationis effectum, quando alia rationes non probant, illam rem, quæ iuuat, esse prius, quam sit reprobatio. At verò creandi decretum prius esse reprobatione, probatum est in conclusione.

Ad tertium respondetur. Potuit creare Iudam sub his circumstantiis ex intentione efficaci reprobandi eum; caterum de facto non creauit ex hac intentione, quia non decreuit reprobare Iudam, nisi præcognita eius culpa originata, ut absolute futura, supra in conclusione prima.

Ad fundamentum secundæ sententiæ respondetur, illius falsitatem esse probatam sect. 7. conclus. 1. ubi ostendimus non tantum à negatiua, sed etiam à positiua & punitiua reprobatione provenire permissionem sequentium peccatorum: quapropter decretum puniendi æterna pœna, non supponit sequentia peccata ut absolute futura, sed tantum supponit primum peccatum personale.

## DISPUTATIO XXXIX.

Vtrum præcipuus effectus benevolentia Dei erga reprobos, sit possibilitas obtinendi vitam æternam.

### SECTIO I.

Huius, & nouem sequentium disputationum obiectum, & errores, ac opiniones circa illud.

**N**ON oportet silentio, nec perfunctorio transitu præstringere, quæ Dei erga reprobos suauissimam benevolentiam commendant, postquam præcedenti disp. 38. & aliis nonnullis explicatus est ille, qui videtur esse rigor, & odium reprobationis ante præuisa opera. Quoniam verò tota disp. 17. probatum fuit, creationem, conseruationem, ingenium, indolem, opes, ac cætera naturalia beneficia, reprobis concessa, procedere ex vero ac sincero amore, & non simulata benevolentia, qua Deus antecederet desiderat, ut illis proficiant ad salutem æternam: quod peculiariter de creatione probatum est sectione proximè præcedenti, quæ est nona disputationis 38. propterea solum restat inuestigandus præcipuus effectus eiusdem benevolentia, pertinens ad spiritualia beneficia, quibus confertur possibilitas seruandi præcepta, & obtinendi gratiam, & gloriam.

Inde etiam constabit solutio ad alias quæstiones, quarum vna est, vtrum reprobatio sit in potestate reprobi, quantum ad eius effectus euitandos, vel non euitandos, sicut prædestinatio est in potestate prædestinati, quantum ad faciendam certam electionem Dei, vel impediendos illius effectus. Altera quæstio est, vtrum reprobationis effectus procedant à libero arbitrio reprobi magis principaliter causante illos, quam à Deo causantur, de quo diximus etiam disp. 31. sect. 1. Præsens igitur, & nonem sequentes disputationes diriguntur ad probandum prius, & postea magis exponendam possibilitatem bene operandi, & euitandi damnationem æternam, quam Deus concessit omnibus adultis. Nam de paruulis reprobis erit separata disputatio 49.

Duo

3. **Hæreticorum errores duo.** Duo sunt igitur errores extremi. Alter omnino negat possibilitatem obtinendi salutem æternam. Ita Lutherus in assertionem articuli 36. non solum quoniam vniuersaliter asserit, liberum arbitrium, quando facit, quod in se est, peccare mortaliter; sed etiam, quoniam vniuersaliter asserit, non esse in potestate nostra habere vel acquirere gratiam, aut illi cooperari. Videri potest Roffensis art. 36. & quæ referemus sect. 7. Vnde constabit etiam Caluinum omnibus præcitis negasse remedia simpliciter necessaria ad salutem, apud Bellarm. lib. 2. de grat. & libero arbitrio cap. 1.

4. Ad idem extremum vergunt errores negantium, omnia vel aliqua peccata esse remissibilia; nam virtualiter affirmant post eiusmodi peccata commissæ nullum esse auxilium sufficiens ad recuperandam gratiam & æternam salutem. Omnia post Baptismum irremissibilia faciebant, Noariani, Cathari & Cataphrygæ: sed non nisi grauiora, Montanus, Tertullianus, & Armacanus, quorum errores ex professo referuntur & refutantur ad tertiam partem D. Thom. quæst. 86. art. 1.

5. **Catholicorum placita.** Inter Catholicos autem non defuere Doctores, quibus visum fuerit, aliquos peccatores propter aliquem cumulum & grauitatem criminum, auxiliis ad penitendum sufficientibus destitui. Verum ij authores sunt valde pauci, eosdemque aliis in locis oppositum sentire probabimus, vel explicationem admittere. In primis enim Abulensis in 4. cap. Exodi quæst. 12. cum dixisset: *Propter certum numerum peccatorum damnari interdum aliquos ad hanc pœnam, et non detur eis deinceps gratia necessaria ad conseruationem;* addit hæc verba: *Et quando ista pœna alicui insigitur, tantum est ac si actualiter in infernum demergatur, vel si tunc in peccato mortali moriatur.* Similia docet in Deuteronom. cap. 2. quæst. 10. quæ est vltima illius capituli. Nihilominus aliis multis in locis existimat, nemini fidelium, vel infidelium, etiam obduratorum negari sufficientem gratiam, ut videbimus sequenti disp. 40. sect. 3. prope finem.

6. Adrianus quæst. 3. de penitentia in responsione ad argumenta: *Ex his, inquit, respondeo, quod sicut damnatis nulla est facultas per penitentiam reuertendi ad Deum, ita peccatoribus in via perditæ vitæ, merito admittitur sepe facultas, sine qua non sint conuertendi.* Et prope initium eiusdem quæstionis dixerat: *Non omnibus Deus hanc excitationis gratiam impendere, seu impartiri curat; sed quosdam despicit, & quasi pro derelicto habens, à se repellit.* Nihilominus hæc intelligere solummodo de abundantiori, & validiori excitatione, cum tamen Deus semper tribuat etiam obduratis auxilia sufficientia, ostendemus sequenti disput. 40. sect. 4. à principio.

7. Caietanus ientaculo 8. quæst. 1. *Et quamuis, inquit, etiam istis, si penitentiam agerent, venia daretur: disponit tamen diuina iustitia permittere, istos impenitentes perseuerare, ita quod sub hac Dominica reuelatione cadit non saltem negatio remissionis, sed negatio doni penitentia, tanquam si dictum fuerit, quod peccantibus spiritu blasphemie nunquam concedetur remissio, quæ nunquam concedetur gratia penitentia.* Verum hæc omnia non excludunt auxilium simpliciter necessarium, ut talis blasphemus penitere possit; sed tantum excludunt vocationem secundum propositum, & donum actualiter penitendi.

8. Difficilius tamen est, quod idem Caietanus in Ioan. cap. 12. ad illa verba: *Propterea non poterant credere; videtur asserere, negatur fuisse gratuitum auxilium diuinae motionis, quo homo reddatur potens credere, & post pauca: Excacatio est privatio potentie videndi, hoc est, auxilij gratuiti in intellectu, quo possit mentis oculis videre.* Et ex contextu videtur, excacatis nullam aliam potentiam concedere, nisi remotam, quæ propria est creaturæ rationalis ab intrinseco. Nihilominus, variis in locis rectè sentire videtur de generalitate auxilij sufficientis, videlicet in comment. Summæ D. Thom. Quoniam eius sententiam nec limitat, nec detrahet, ideoque tacite admittit. Loca verò S. Thomæ videbimus seq. disp. 40. sect. 1. sub initium.

9. Citatur pro eadem sententia Henricus quodlibet. 8. quæst. 1. sed ibi de hoc nihil meminit; & in quæst. 5. eiusdem quodlibet. 8. generalitatem auxiliorum tradit, ut videbimus disp. 40. sect. 3. licet fauere videatur prædictæ sententiæ.

10. Michaël de Medina lib. 3. de recta in Deum fide cap. 1. docere videtur, propter grauissima peccata nonnullos homines pulsatrice & motrice gratia Spiritus sancti penitus destitui, & communibus auxiliis. Nihilominus versus finem eiusdem capituli videtur, minimè negare tenuem aliquam excitationem, & motionem, cum ait: *Indignos iudicasse quos abundantiori illo auxilio spirituali motione amplius foueret; quin potius in cap. 3. rectè existimat, ut videbimus disp. 40. sect. 4.*

11. Ambrosius Cather. de reprob. lib. 2. prope finem §. *atulerunt aliqua,* concedit aliquos insigniter obduratos, & excacatos, qui tunc non poterant credere, quia prius, quando poterant credere, noluerunt. Caterum in eodem lib. 2. §. *Quarto pro hac sententia,* & sequenti §. *Quinto,* & §. *Vndecimo,* docet, omnibus hominibus à Deo vocatis dari sufficientem auxilium: & in §. *Quartodecimo,* eandem doctrinam extendit ad eum, qui secundum duritiam suam, & impenitentem cor suum thesaurizat sibi iram in die iræ. Totus itaque liber bene consideratus non videtur concedere impossibilitatem simpliciter, nisi per aliquod fortasse temporis interuallum, non verò diuturnum.

12. Citantur etiam Roffensis, Ruardus, & Driedo, sed eos rectè sensisse videbimus disp. 40. sect. 4. Durandus autem in 1. dist. 46. q. 1. ad finem asserit, specialia gratiæ auxilia negari multis hominibus, quamuis eis dentur communia, nimirum, arbitrium liberum, præcepta, & consilia. Supernaturalem itaque & interius infusam gratiam præuenientem quibusdam hominibus negare videtur, nihilominus existimat, omnibus hominibus adesse auxilium sufficiens, quo possint obtinere salutem; ut videbimus eadem disp. 40. sect. 3.

13. Gregorius Arimin. 1. distinct. 46. quæst. vnica, post med. expressè docet, Deum reprobis non dare omnia sufficientia ad salutem. Idem in 1. distinct. 47. quæst. vnica, pag. vlt. dum respondet ad 3. principale existimat: quod etiam breuius docuerat dist. 41. q. vnica, art. 2. ad finem. Hæc Gregorij sententia propterea est magis absurda & improbabilis, quoniam iuxta suam sententiam in 2. dist. 28. q. 1. (quam retulimus tomo de prouidentia disp. 21. sect. 4.) debuisset consequenter asserere, reprobis ad non peccandum, & ad faciendum opus moraliter bonum, & ad explenda præcepta merè naturalia deesse sufficientem auxilium. Caterum contrarium docet, ut videbimus sequenti disp. 40. sect. 3.

Priorem

14. Priorem illam sententiam Ariminensis clariùs expresse Maior in 1. dist. 1. q. 3. prope initiù, existimans, sceleratis ad tempus subtrahi auxiliium speciale, requisitum ad bene operandum. Idem fusiùs docet in eadem dist. 1. q. 15. in med. & in eod. lib. 1. dist. 41. q. 1. ad 4. docet, hominem illum, cui Deus subtrahit auxiliium speciale, appellari induratum, & illi subtrahi gratiam præuenientem ad bonum. Quod de obstinatis fusiùs explicat in 2. dist. 28. q. 1. ad 17. obiectiõnem; præsertim agens de Pharaone, & Tyriis. Nihilominus generalitatem auxiliorum sufficientium videtur admittere respectu omnium hominum etiam reproborum, vt videbimus seq. disp. 40. sect. 3.

15. Dominicus Bañes 1. p. q. 23. art. 3. dub. 3. conclus. 8. existimat, multis hominibus, quemadmodum illis, qui laborant inuincibili ignorantia fidei, nullum auxiliium supernaturale infundi, quo excitentur ad fidem, ideòque illis non esse possibile credere, aut saluari, nisi ea tantum possibilitate, qua possibile sunt, quæ de potentia ordinaria Deus potuit facere, non quòd habeat homo in se principium inherens interiùs, & proportionatum ad aliquid acquirendum: vt constabit ponderanti totum contextum, peculiariter illa verba: *Non omnibus datur auxiliium, sed potuit credere articulos fidei; sed intelligendum est de possibilitate tercio modo accepta. Ceterum de possibilitate secundum legem ordinariam omnes possunt credere Evangelios, sed hæc potentia non fundatur in auxilio supernaturali recepto, sed possibiliter recipiendo, & in libertate arbitrij.* Dixerat autem in quodam notabili ante concl. 6. possibilitatem secundo modo acceptã pertinere ad legem communem, seu cursum, aut potentiam ordinariam. Sed tercio modo possibile accipi pro eo, quod est habere in se potestatem per aliquod principium intrinsecum, & quodammodo proportionatum ad aliquid acquirendum, vel agendum. Hanc itaque possibilitatem, de qua tantummodo potuit esse controversia inter Catholicos, prædictus author negat quibusdam hominibus.

16. Eandem sententiam sequitur Zumel 1. part. in ead. q. 23. art. 3. sua q. 4. concl. 7. quamuis alibi doceat generalitatem auxiliorum, vt videbimus disp. 40. sect. 5. Eandem in re sententiam non nihil in modo loquendi temperatam, sequitur Didacus Alvarez disp. 112. In quo præsertim notanda est conclusio 3. & solutio ad 3. arg. Clariùs autem eam indicat esse probabiliorem Ledesma quæst. vnica de auxiliis art. 16. dicto 4. pag. 336. Et eiusdem scholæ alij recentiores prædictam impossibilitatem formaliter tradunt, aut virtualiter, quia tradunt eas doctrinas, ex quibus necessariò sequitur.

17. *Semipelagianorum error.* Oppositum extremum tenuit alter error Semipelagianorum existimantium Dei gratiã omnibus hominibus esse paratam, dummodo ipsi per vires liberi arbitrij, licet supernaturali auxilio destitutas, faciant, quod in se est, querendo, petendo, pulsando, & bene moraliter operando. Cuius erroris articulos fusiùs retulimus tomo de prouid. disp. 14. & multis seqq. refutauimus.

18. *Semelia asserens facienti quod in se est per vires naturæ dari gratiam.* Primo aspectu videtur ad hunc errorem accedere sententia eorum, qui dicunt, facienti, quod in se est, per vires naturæ, concedi gratiam auxiliatricem; quod existimantur plurimi ex grauissimis Scholasticis, sine antiquis, siue recentioribus, quos omnes retulimus tomo de prouid. disp. 21. & ex parte videbimus tota disp. 40. Nihilominus

hæc sententia plurimum distat ab errore supra dicto, duplici præsertim discrimine.

Primum, quoniam error assererat auxilia supernaturalia deberi ex iustitia, & ex merito facienti, quod in se est, per vires naturæ. Quod manifeste est contra sacras literas, vt ostendimus eod. tomo de prouident. tota disp. 18. & 19. Nunc sufficiat illud Sapientiæ 12. *Quis stabit contra iudicium tuum, aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?* De quo plura diximus supra disp. 14. sect. 1. & disp. 31. sect. 1. At verò prædicti Scholastici dicunt ex mera misericordia concedi auxilia gratiæ facientibus quod in se est per vires naturæ.

Secundum discrimen, quia Semipelagiani existimabant, omnibus hominibus æqualiter offerri parata Dei auxilia. Ceterum prædicti Scholastici agnoscunt inæqualitatem, quam Scriptura sacra testatur, & breuiter probauimus sup. disp. 18. sect. 1. Quòd si æqualitatem auxiliorum affirmant aliquando, intelligunt solummodo esse æqualia auxilia sufficientia præcisè considerata, quatenus sunt simpliciter necessaria ad salutem, abstrahendo à qualibet maiori copia. Eorum verò Theologorum explicationes magis ex professo tradidimus tomo de prouid. disp. 21. sect. 2.

SECTIO II.

*Distinctio possibilitatis proximæ, vel remotæ declaratur, & probatur.*

1. *Auxiliū dupliciter sufficiens.* PRO declaratione notandum est auxiliium duplici modo esse sufficiens. Aliud est enim proximè & immediatè sufficiens, quod videlicet formaliter, & actualiter continet omnes causas, & omnes condiciones, ex parte principij requisitas ad eliciendum actum, quo immediatè disponimur ad iustificationem. Aliud verò non sufficit ad salutem nisi mediatè, atque remotè, quatenus immediatè sufficiens est ad eliciendum aliquem actum supernaturalem minus perfectum, & remotè distantem à iustificatione: quem actum si peccator eliciat, de congruo merebitur, & impetrabit vltiora auxilia supernaturalia, quibus possit elicere perfectiores actus, quoque gratiam, perseverantiam, & æternam salutem obtineat.

2. *Auxiliū remotè sufficiens ad perseverandum omnibus offertur.* Eadem itaque proportionem distinguendus est modus sufficientiæ proximæ, vel remotæ respectu perseverantiæ in gratia, & respectu cuiusque piæ operationis. Nam idem auxiliium semper est sufficiens proximè, & immediatè comparatione vnus operationis, sed comparatione alterius mediatè, atque remotè sufficiens. Hic posterior modus auxiliij sufficientis remotè & mediatè circa perseverantiam offertur à Deo quibuscumque iustis, vt colligitur ex Tridentino sess. 6. Nam can. 22. decernit, neminem sine speciali auxilio in accepta iustitia perseverare posse; & cum eo posse. At hoc speciale auxiliium non dari omnibus proximè, & immediatè, sed remotè, & mediatè, constat ex sequenti can. 24. vbi definitur, acceptam iustitiam conservari per bona opera. Sed clariùs cap. 13. eiusdem sess. ad perseverantiã gratiam obtinendam, exigit Tridentinum, vt cum timore, & tremore salutem suam operentur in laboribus, vigiliis, elemosynis, orationibus, oblationibus, ieiuniis, castitate, & generali carnis mortificatione.

Vniuer

3. Vniuersaliùs autem doctrina tradita in assertionem 3. & 4. ita vt comprehendat quocumque adultos, etiam peccatores, & infideles, colligitur ex Tridentino sess. 6. cap. 11. & can. 18. dicente: *Dei præcepta esse ad obseruandum possibilis, quia Deus iubendo monet, & facere, quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat, vt possis.* Quam sententiam priùs tradiderat Augustinus lib. de natura, & gratia cap. 43. 68. & 69. & de spiritu & litera c. 29. Leo serm. 5. de Quadragesima prope initium; & alij Patres, quorum verba referemus disp. 43. sect. 5.

4. Vis autem argumentationis est, quoniam vbi Deus monet, facere quod possis, supponit, iam tibi plenè, & proximè collatum auxiliium, quo facere aliquid possis: vbi autem monet, petere, quod non possis, supponit, tibi deesse aliquid, quod quamdiu deest tibi, non potes implere præceptum potentia proxima, & completa: nihilominus habes potentiam sufficientem remotè & incompletè, quatenus supposita Dei admonitione, & excitante gratia, potes petere, & petendo impetrare, quod priùs non poterat. Qua oratione, sicut oportet, facta, Deus infallibiliter ex lege adiuuat, vt possis.

5. Clariùs autem hæc significauit Augustinus in lib. de gratia, & libero arbit. cap. 16. initio, dicens: *Magnum aliquid Pelagiani se scire putant, quando dicunt, non inberet Deus, quod scire non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua, qua non possumus, vt nouerimus, quid ab eo petere debeamus. Ipsa est enim fides, qua orando imperat, quod lex imperat.* In qua veritate confirmanda totum illud atque sequens 17. cap. ponitur.

6. Ad explicandum vtrumque auxiliium remotè, & proximè sufficiens aptissimo simili vritur Augustinus de perfectione iustitiæ ratiocinatione 5. dicens: *Cum videmus claudum, qui sanari potest, rectè vtrique dicimus, debet homo iste esse sine claudicatione: & si debet, potest: nec tamen cum vult, continuo potest, sed cum fuerit, adhibita curatione, sanatus, & medicina adiuuerit voluntatem. Hoc fit in interiore homine, quod ad peccatum atinet, tanquam ad eius claudicationem, per gratiam Iesu Christi.* Ergo sicut ille claudus qui sanari potest; consequenter etiam potest rectè & sine claudicatione incedere; sed hoc non potest proximè, sed remotè, quatenus potest adhibita curatione, obtinere priùs sanitatem, qua obtenta, rectè incedat: ita etiam quilibet peccator saltem remotè potest iustificationem obtinere, quatenus potest, adhibita sibi excitante gratia, & oblata gratia adiuuante, cooperari ad suam sanitatem, & eliciendo aliquos actus supernaturales, à iustificatione distantes, obtinere auxiliium proximè sufficiens ad vltimas iustificationis dispositiones.

7. His consonat illud Augustini lib. 3. de libero arbitrio cap. 19. & de natura & gratia cap. 67. dicentis: *Non tibi deputatur ad culpam, quod inuis ignoras; sed quòd negligis querere quod ignoras: nec illud quod vulnerata membra non colligis; sed quòd volentes sanare contemnis.* & alia plurima, ex multis Patribus retulimus tomo de voluntate Dei disp. 38. sect. 6. & sequentibus.

8. Sub eadem similitudine obscuriùs eandem veritatem docuit Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum pagina 6. initio, dicens: *Quoniam in nostra potestate est parere, & non parere, vt nulli possint causari prætextum ignorantia, iustam seclit vocationem.* Ruiz de Predestinatione.

*Quod autem præstare possunt vniuersalesque vires exigit. Nonnullis enim simul adest, & velle, & posse, vt ys, qui per exercitationem eo perueniunt, & purgati sint; alij autem est non possunt, iam tamen habent velle.* Vides gradus potestatis remotæ, & proximæ ad operandum? Nam purgari, & sani iam per exercitationem habent potentiam proximam obtinendã suæ salutis. Hoc enim significat illa phrasia: *Simul adest velle, & posse.* Ab aliis verò Deus non exigit, nisi quòd eorum vires præstare possunt, quod vbi præstiterint, Deus auxiliium confert, vt maiora possint.

Vterque sufficientiæ gradus proximæ & remotæ magnum habet fundamentum in Scriptura sacra, præsertim in Euangelio, & Paulo. Nam ex c. 20. Lucæ in principio, & Marci 11. in principio colliguntur duo.

Primum est, Deum, quod ex se, paratum esse, ac decreuisse conferre auxiliium proximè sufficiens, si bene vtamur auxilio remotè sufficienti.

Secundum est, negari auxiliium proximè sufficiens multis hominibus, eo quòd malè vtantur auxilio priori remotè sufficienti; quamuis aliquibus etiam concedatur. Interrogantibus enim scribis, & Sacerdotibus: *In qua potestate hæc facis? Aut quis dedit tibi hæc potestatem?* respondit Iesus: *Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis, in qua potestate hæc faciam.*

Hic perpende primò firmum Dei decretum, & promissum manifestandi ore proprio clarè & apertè suam diuinitatem, & omnipotentiam; dummodo illi calumniosiores priùs rectè, & ex animo confiterentur Baptismum Ioannis fuisse ex Deo, & non ex hominibus. Huius enim veritatis cognitio, & huius auxiliij bonus vsus erat præuia dispositio ad cognitionem clariorem Evangelicæ doctrinæ. Secundo. Cum autem illi, in malitia & astutia distante, responderent, se nescire, ne Christus Dominus diuinam suam potentiam testimonio Baptistæ comprobaret; Iesus ait illis, *nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.* Vbi valde notanda sunt illa coniunctio, *nec, & verbum, dico;* quæ diuino artificio discrepant à responso sacerdotum, cui subiunguntur. Illi namque responderunt se nescire; sed Christus Dominus, hanc non esse veram & inculpabilem, sed affectatam ignorantiam, vel ignorantia prætextum, qui ex libera electione occultandi veritatem proueniret, denotauit ex obliquo, cum ait: *Nec ego dico vobis, nimirum, sicut vos non dicitis, quod fateri potestis, si velitis.* Vnde Theophylact. Marci 11. sine ita obseruat: *Non dixit: Nec ego scio, quid dicam; sed: Nec ego dico; hoc est, quia maluisti estis, non dignabor vos responso.* Similiterque Lucæ 20. odium & contemptum fuisse causam occultandi veritatem prædictis interrogatoribus notant communiter Patres, præsertim verò Theophylactus, & Beda.

Idem colligitur ex parabola talentorum, & mruarum, cuius conclusio est: *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo.* Cuius axiomatis eximia dignitas, & vtilitas commendatur repetitione, atque ad res varias applicatione, verbis nonnihil mutatis, vt Matth. 13. & 25. Marci 4. & Lucæ 8. Ex quibus apertè colligitur, statutam fuisse à Deo legem, conferendi cuilibet hominum saltem vnicum talentum, sine quo impossibile sibi foret negotiari ad lucrandũ

9. *Auxiliū proximè & remotè sufficiens probatur ex Scriptura.*

10. *Auxiliū proximè sufficiens multis negatur.*

11.

thesaurum in caelis; sed cum illo unico talento non statim esse immediatè possibile prædictum thesaurum lucrari; sed mediatè, quatenus possibile est negotiando duplicare talenta, id est, benè cooperando prioribus auxiliis, obtinere vltiora, & maiora, quibus tandem gratia, & illius incrementum acquiritur.

12. Postremò colligitur ex Paulo 1. Cor. 3. in princ. *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus; sed quasi carnalibus. Tanquam paruulus in Christo, lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. Quòd si hunc ordinem, prudentiæ lege præscriptum, seruant Euangelij ministri, diuino Spiritu afflati; multo magis illum seruabit infinita sapientia Dei, conferendo priùs teneriora incipientium auxilia, quibus vocatorum virtus per liberam cooperationem proficere possit, & crescere ad artem adultam: quibus si cooperando profecerint, accipiant vltiora & fortiora auxilia, quousque perfectorum sit solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali. Si verò non profecerint, adhuc nutriendi sunt lacte sine solido cibo, sicut præmiserat Paulus Hebræorum 5. *Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo; omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est.**

13. Hoc argumento Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 74. probat, sapientissimum fuisse diuinæ prouidentiae consilium, quo supremum perfectissimumque remedium Incarnationis, & communicationis Spiritus sancti distulit ad extrema mundi opera, dicens: *Quæmadmodum enim mater potest quidem præstare perfectam escam infanti; ille autem adhuc non potest robustioris se percipere escam: sic & Deus ipse quidem potens fuit homini præstare perfectionem ab initio; homo autem impotens percipere illam, infans enim fuit. & post pauca: Et propter hoc quasi infantibus ille, qui erat panis perfectus parvis, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, et quasi mammilla carnis eius enutrit, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere Verbum Dei, & cum, qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris, in nobis ipsis eum continere possimus. quod fultus confirmat in sequenti cap. 75. adducto testimonio 1. Corinth. 3. nuper citato. Quem igitur ordinem seruauit Deus in generalibus auxiliis totius humani generis, eundem proportionem quadam seruat in vniuersiusque hominis reparatione per auxilia gratiæ.*

SECTIO III.

*Prædictæ possibilitatis generalitas distinguitur gradibus certitudinis, & probatur similitudine lucis, & Solis.*

I. **C**onclusio generalis omnia sequentium no- uerni disputationum membra complectitur. Auxilium, vel immediatè, vel mediatè sufficiens, omnibus adultis, quamdiu sunt viatores, tribuitur ad omnes actiones, quæ sunt ad salutem simpliciter necessaria. Adultos autem in natura lapsa, nondum damnatos, & in termino positos, sed adhuc viatores, & in vita præsentis,

quoslibet, nullo excepto, comprehendit præ- sens conclusio. Inter hos autem non continentur amentes, dormientes, aut quamlibet aliam ob causam carentes vsu rationis, postquam peccata personalia commiserunt.

Sed non eodem gradu certitudinis conclusio verificatur de omnibus viatoribus ratione vtentibus. Nam in primo & maximo certitudinis gradu est auxiliorum sufficientia comparatione iustorum & prædestinatorum, etiam quando de facto resistunt gratiæ, & mortaliter peccant: hæc enim est de fide. Inferior est certitudinis gradus, quem tener auxiliorum sufficientia, danda iustis, licet præcitis ad æternum interitum. Hanc sufficientiam negare fuerit erroneum.

In tertio gradu versantur peccatores fideles, nondum excæcati, nec obdurati: quibus auxiliorum sufficientiam negare proximum erit error. In quarto parum à præcedenti distante sunt infideles, quibus Euangelium est sufficienter prædicatum, & nondum excæcati sunt, nec obdurati. In quinto peccatores excæcati, & obdurati, & præciti ad æternum interitum, siue sint fideles, siue infideles habentes notitiam rerum supernaturalium. His hominibus auxiliorum sufficientia, nisi temerè atque periculosè, negari non poterit, vt colligimus in fine disputat. 45. In sexto gradu sunt barbari prorsus remoti à notitia veræ legis, quibus omnibus disp. 46. sect. 8. ostendemus, absque probabilitate negari sufficientiam auxiliorum, & non sine aliqua temeritate.

Quantum ad actiones similiter sunt inæquales gradus certitudinis, aut probabilitatis.

Primum, & maximum certitudinis gradum tener auxiliorum sufficientia, quæ requiritur ad resistendum tentationibus, & vitanda singula peccata diuisiue. Quam probauimus tomo de voluntate Dei disput. 27. vsque ad 50. præsertim disput. 27. 28. & 29. Et quod ad tentationes attinet, tractatum est ibidem disput. 37. Pertinent etiam ad eisdem sufficientiæ confirmationem, quæ tractabimus disputationibus sequentibus. In eodem gradu certitudinis est sufficientia auxiliorum ad obseruanda præcepta præcisè quantum attinet ad non violanda lethaler. Quin potius hoc nihil aliud est, quam non peccare mortaliter, siue præcepta sint naturalia, siue supernaturalia.

In secundo gradu certitudinis ponitur auxiliorum sufficientia ad obseruanda præcepta, eliciendo sicut oportet actiones, quæ præcipiuntur; eiusmodi est actus fidei, spei, charitatis, & similes.

In tertio gradu est sufficientia ad perseuerandum in gratia iustis hominibus concedenda.

In quarto sufficientia, vt iustificationem obtineant fideles peccatores.

In quinto certitudinis gradu sufficientia, tribuens saltem remotam potentiam, vt credant infideles.

In sexto sufficientia ad perfectionem charitatis augendam, quam probabimus infra disput. 48.

In septimo denique sufficientia non solum ad propriam vtilitatem personæ, sed etiam ad communem vtilitatem Ecclesiæ per opera gratiæ gratis datæ, quando incumbunt ex munere, de qua dicemus infra disput. 48.

Conclusio

7. **C**onclusio sic explicata probatur primò Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hanc illuminationem exponunt aliqui creationem, & intellectuales luminis naturaliter inditi collationem. Ita tribuitur Cyrillo Alexandrin. nec sine aliquo fundamento lib. 1. in Ioan. cap. 9. col. 2. Verum ibi non intendit excludere lumen gratiæ, quod manifestè intelligit in cap. 11. vt videbimus paulo inferius; sed intendit ostendere discrimen inter modum, quo lux creatrix, & creatæ lucis illuminant. Eadem forsate ratione poterit explicari Theophylactus ex iis, quæ scribit ad verba sequentia.

8. Denique communiter expositores obseruant, non debere intelligi solummodo de naturali lumine rationis, sed præcipuè, & maximè intelligendum esse de lumine fidei, & gratiæ, vt obferunt communiter Patres, & ex contextu manifestè deducitur, & ex significatione, qua Christus Dominus apud Ioannem lucis nomen vsurpare solet, præsertim cap. 12. post med. Quam eandem significationem Apostoli sequuntur, & sub eadem Christi Domini aduentus fuerat antea prædictus. Quod magis ex professo probant recentiores illius loci expositores; Ianfenius, Tolletus, Maldon. Salmer. tomo 2. tract. 22. post medium, Barradas lib. 4. cap. 9. à medio.

9. Sed Augustinus in Enchiridio cap. 103. limitare videtur generalitatem illuminationis, cum ait: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non quia nullus est hominum, qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur.* Quæ expositionem tradit etiam lib. 1. de peccator. merit. & remiss. cap. 25. & lib. 4. in Iulian. cap. 8. & de prædest. Sanctor. cap. 8. & aliis in locis: quem sequuntur Fulgentius, Prosper, Beda, & Anselmus aliis in locis, quos retulimus tomo de voluntate Dei disp. 19. sect. 8.

10. Nihilominus hæc Augustini expositio non pugnat cum expositione aliorum Patrum, sed cum illa potius coalescit in vnam integram, & plenam expositionem Euangelicæ mentis. Ioannes quippe simpliciter voce voluit significare lucem veram, quæ Christus est, omnes homines illuminare, quantum in ipso est, & quantum ad sufficientiam luminis gratiæ; sed non omnes illuminare quantum ad efficaciam propter liberam culpam eorum, quia sui eum non receperunt. Hanc esse mentem Augustini, & cæterorum Patrum, ipsum sequentium, probatum est in supradicta disp. 19. de voluntate Dei tota sect. 8.

11. Nunc sufficiat alia eiusdem Doctores afferre testimonia. Augustinus tract. 2. in Ioan. circa medium, ad illa verba: *In mundo erat; Opus est, inquit, vt tu non recedas ab eo, qui nusquam recedit. Opus est, vt non deseras, & non desereris. Noli cadere, & non tibi occidet: si tu feceris casum, ille tibi facit occasum: si autem tu stas, præsent est tibi: sed non stetit, recedere, unde cecideris: unde te deiecit, qui prior te cecidit. Deiecit enim te, non vi, non impulsu, sed voluntate tua. Si enim malo non consentires, stares, illuminatus maneres. Existimat igitur Augustinus satis apertè generalitatem luminis, quantum est ex parte Dei, sufficientem non alia ratione impediri, quam libera hominum culpa.*

12. Generalitatem verò luminis, & possibilitatis per illud concessæ, clariùs expressit lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 3. sine, dicens: *Illud autem lumen non irrationabilium animalium oculos passit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab* Ruiz de Prædestinatione.

amore visibilium rerum & temporalium se ad eius præcepta seruanda conuertunt. Quod omnes possunt, si volint, quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum. Hoc autem recognoscens lib. 1. retractat. c. 10. sub init. *Verum est, inquit, omnino omnes homines posse, si volint, sed preparatur voluntas à Domino, & tantum augetur munere charitatis vt possint.* Perpende generalitatem potestatis ad omnes homines, nullo excepto. Deinde cum hæc potestas tribuatur per gratiam præuenientem, quæ est preparatio voluntatis, & inuoluntatis charitatis inchoatæ: collige, omnibus hominibus, absque exceptione vlla, præberi saltem initia istius preparationis, & muneris, quibus possint vltiora munera consequi.

Idem lib. 2. de serm. Domini in monte c. 7. ad fin. tom. 4. *Deus, inquit, semper paratus est dare suam lucem nobis, non visibilem, sed intelligibilem, & spiritalem; sed nos non semper parati sumus accipere, cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione conuersio cordis ad eum, qui semper dare paratus est, si nos capiamus quod dederit.*

14. Chrysost. in Ioannem, hom. 7. sub init. proposita obiectione: *Si illuminat omnem hominem, quoniam pacto tot homines sine lumine permanent? Nec enim omnes Christum cognoscunt.* Respondet: *Illuminat profectò, quantum in ipso est. Si qui autem sponte sua mentis oculis conuenientibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura, in tenebris persistenterunt; sed malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt.* & post pauca: *Gratia, inquit, omnibus eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes pari honore aduocat. Qui autem eius munere sui negligunt, hanc suam cecitatem, æquo libere examine. Cum enim omnibus aditus pateat, & à nemine prohibeatur, perdit quidam, & nequam homines propria duntaxat malitia ingredi recusant. Perpende exclusuam duntaxat, qua excluditur subtractio sufficientis auxiliij.*

15. Cyrillus Alex. lib. 1. in Ioan. c. 11. sub init. opponit: *Si hac lux corda hominum illuminat, ac pietatem videlicet, & rerum intelligentiam humano generi congruentem ingerit, quomodo tam longis temporum spatij ignorata est? Solutionem autem dicit esse Euangelistæ verba: Et mundus ipsum non cognouit. Non Verbum Dei, ait, & æternam hanc lucem, sed imbecillitatem suam mundus accusat. Illuminat enim Filius, repellit autem gratiam creatura, qua intelligendi acumine, vt natura Deum cognosceret, sibi dato abusa est, & vt prodiga ad creaturas vim inspicienti conuertit. Neglexit vltius currere, si sedit illuminationem ex desidia, & contempsit hanc gratiam.*

16. Quod exemplo Solis vniuersis hominibus orti confirmat Hieronymus Galat. 1. ad illa verba: *Cum autem placuit ei, qui me segregauit, &c. plum.* versus finem illius commentarij ait: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ex quo perspicuum sit, natura omnibus Dei inesse notitiam, nec quemquam sine Christo nasci, & non habere in se semina sapientiæ, & iustitiæ, reliquarumque virtutum. Vnde multi absque fide & Euangelio Christi vel sapienter faciunt aliqua, vel sanctè, vt parentibus obsequantur, et inopi manum porrigant: magisque iudicio Dei obnoxij fiunt, quod habentes in se principia virtutum, & Dei semina, non credunt in eo, sine quo esse non possunt. Omnes igitur ab eo accipiunt fidei, & reliquarum virtutum semina, quorum virtute credere possent in Christum; ideoque culpa illis*

M m 2 meritò



merito imputatur, si non credant. Quo autem sensu Hieronymus dixerit hæc femina inesse à natura, explicabimus infra disp. 46. sect. 2.

17. S. Thomas in Ioan. cap. 1. lect. 5. in medio: *Illuminat*, inquit, *scilicet Verbum*, quantum de se est; quia ex parte sua nulli deest; imò vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ut dicitur 1. Timoth. 2. *Quòd si aliquis non illuminatur, ex parte hominis est auercentis se à lumine illuminante*. Quam licet retulerit vt expositionem Chrysostomi, verè tamen eius Theologiam approbat, & paulo inferius ita confirmat: *Sic ergo patet efficacia diuini Verbi, quòd defectus cognitionis in hominibus non est ex parte ipsius Verbi; quia ad omnes illuminandos efficax est; cum sit lux vera, vel illuminat omnem hominem, &c. Sed ne credas defectum ipsum esse ex remotione, seu absentia verae lucis. Et hoc excludens Euangelista subdit: In mundo erat. Simile huic habetur Actuum 17. Non longè est ab vnoquoque nostrum, scilicet Deus, in ipso enim viuimus, &c. Quasi dicat Euangelista, Verbum diuinum efficax est, & præsens est ad illuminandum.*

18. Dionysius Areop. de cœlesti Hierar. cap. 9. *Immensum*, inquit, & infinitum diuini luminis pelagus semper paratum est, & patet omnibus ad participandum.

19. Præcedentis probationis prima confirmatio sit illud Matth. 5. *Ve sitis filij Patris vestri, qui solem suum oriiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*. Quibus in verbis continetur validissima exhortatio ad opera misericordiæ, & charitatis exhibenda, etiam inimicis, & indignis: nec solum ad temporalem vtilitatem, sed multo magis ad spiritualem eorum salutem procurandam, vt constat ex verbis proximè præcedentibus: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*. Nec dubium, quin illud potissimum in ea oratione petendum, quod est præcipua orationis materia; quemadmodum exemplo etiam Christus Dominus docuit, orans: *Pater ignosce illis, &c.*

20. Quòd si Pater cœlestis pro mero beneplacito hominibus etiam indignis, & inimicis subtraheret auxilia simpliciter necessaria ad salutem, quibus facillimè poterat, quantum ex se erat, illuminare mentes, & pluere, vt fructum afferre possent: ab exemplo cœlestis Patris inualida duceretur exhortatio filiorum ad procurandam, quantum in se foret, spiritualem salutem inimicorum. Consequens igitur est, quòd Pater cœlestis super bonos & malos facit oriiri suum solem, non modò istum visibilem, sed illum etiam, de quo dicitur: *Orietur vobis immentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius*. Et super iustos, & iniustos pluit non modò elementalem aquam, sed etiam irrigationem doctrinæ veritatis, de qua dicitur: *Ad dabò nubibus meis, ne pluant super eam*. Quemadmodum Augustinus intelligit lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 46. receptus à D. Thoma in Catena.

21. Vnde Augustinus in Psalm. 102. ad illud: *Longanimis, & multum misericors; Blasphematur, inquit, quotidie, & facit solem suum oriiri super bonos, & malos*. Vocat vndique ad correctionem, vocat vndique ad penitentiam, vocat beneficis creatura, vocat impertinens tempus viuendi, &c. Quem imitatus Prosper non solum in sentent. 4. ex Augustino, sed etiam in eiusdem versus commentario: *Quid tam abundans, inquit, quam Deus, qui in misericordia pluit super iustos & iniustos, & solem suum*

*oriiri facit super bonos & malos? Parcit contemptus, parcit negatus: & manulit vitam peccatoris, quam mortem. Quoniam omnis longitudo patientiæ eius eruditio est paenitentis, & oblatio correctionis*. Perpende oblationem, & collige, quantum est ex parte Dei, omnibus sufficienter offerri poenitentiam, & salutem.

Idem Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 10. prope initium: *Manifestauerunt, inquit, diuinorum eloquiorum multa auctoritates, & continua omnium seculorum experimenta docuerunt, iustam Dei misericordiam misericordemque iustitiam nec alendis vnquam corporibus hominum, nec docendis, iunandisque eorum mentibus desuisse. Semper etenim pluit super bonos, & malos, semper solem suum oriiri facit super iustos & iniustos*. Eodem quoque testimonio Matth. 5. Paulus Orosius in Apolog. pro libertate colligit auxiliorum generalitatem.

Ignatius epist. 6. ad Philadelphenses non procul à principio: *Amator, inquit, hominum est Deus noster, & vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: propter quod & solem oriiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*. Cuius vtilitatis etiam Dominus volens esse imitatores, dicit: *Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est*.

Ambrosius in Psalm. 118. serm. 8. ad illud: *Misericordia tua, Domine, plena est terra*. Mysticus, inquit, sol ille iustitiæ omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit. Ideo autem passus est, vt tolleret peccatum mundi. Siquis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat: vt si quis clausis fenestris radios Solis excludat, non ideo sol non ortus est omnibus, quia calore eius se ipse fraudauit; sed quòd Solis est, prærogatiuam suam seruat; quod imprudens est, communis à se gratiam lucis excludit.

Non dissimiliter de pluuia loquitur idem Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. antepenultimo de refectione turbarum ex quinque panibus: *Si tua negligentia, inquit, virtutem, quam acceperas, perdidisti; non alimentorum cœlestium, sed tue mentis tibi presidia deserunt*. Denique Dominus sicut super iustos & iniustos pluit, ita etiam iniustos pascit, & iustos, & infra: *Diuidit escas Dominus Iesus, & ille quidem vult dare omnibus, negat nemini; dispensator est enim omnium. Sed cum ille panes frangat, & det discipulis; si tu manus non extendas tuas, vt accipias tibi escas; deficies in via, neque poteris in eum culpam tuam referre, qui misereus, & diuidit. & iterum: Quid respondetis ei? aut quomodo excusabitis? Non potes dicere, quia escam non dedit, qui dat omnibus. Et non potes dicere, quia noluit te bonum facere, ante quem posuit bonum, & malum, vt non ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium*. Obserua quoties repetat generalitatis voces, omnes, omnibus, nemini.

Cyprianus lib. de orat. Dominica circa petitionem tertiam: *Quoniam mandat, inquit, Dominus, inimicos diligere, & pro his quoque, qui nos persequuntur, orare; petamus & pro illis, qui adhuc terra sunt, & nec dum cœlestes esse coeperunt, vt circa illos voluntas Dei fiat*. & post pauca: *Merito & nos, qui esse debemus Deo Patri similes, qui solem suum oriiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos; sic Christo monente, oramus & petimus, vt precem pro omnium salute faciamus; vt qui adhuc sunt primæ naturæ terrenæ, incipiant esse cœlestes ex aqua & Spiritu nati*. Cyprianus igitur existimat, non solum ad temporalia, sed maximè ad supernaturalia subsidia cunctis hominibus, etiam perditis

perditis exhibenda, Patrem cœlestem proponi vt primum exemplar.

27. Idem Cyprianus lib. 4. epistolar. epist. 7. (quæ aliàs numeratur epist. 76.) in med. *Si dies, inquit, aequaliter nascitur, & si sol super omnes pari & equali luce diffunditur, quantò magis Christus, sol & dies verus, in Ecclesia sua lumen vitæ aeternæ pari aequalitate largitur? Quam æqualitatem plurimis aliis similitudinibus confirmat, vt explicuimus supra disp. 18. sect. 2. 3. & 4. Gregorius Nazianzen. orat. de laudibus Athanasij solem visibilem & inuisibilem comparans: *Ille, inquit, corporis oculos ita afficit, vt lumen ipsum intueri possim; hic mentes Deiformes reddit, &c.**

28. Hieronymus epist. ad Damasum de filio prodigo colum. 3. docet, Deum æqualiter vniuersis largiri dona & talenta, vt constat iuxta declarationem, quam adhibuimus supra disp. 18. sect. 2. 3. & 4. & col. penultima eiusdem epistolæ ait: *Dei solius perfectam esse iustitiam, qui solem suum oriiri facit super iustos & iniustos, dat pluuiam ferotinam, & manuinam merentibus pariter, & non merentibus*.

29. Damascenus in dialogo contra Manich. multo propinquius ad finem, quàm ad med. *Deus, inquit, omnibus, tum vt sunt, tum vt bene & præclare sint, præbet, Solis nimirum instar, bonitatis suæ radios, ad omnia opera sua diffundens, atque vt quidem nos simus, non in nobis stum est accipere: vt autem beati simus, in nostro arbitrio consistit. Quocirca si velimus, ac cupiamus, ipsius bonitatis participes erimus, atque in sempiterna luce versabimur*.

30. Clemens Alexandrinus in orat. exhortatoria ad gentes inter medium, & finem: *Audite, inquit, qui estis longè, audite, qui propè. Nullis celatum est verbum, lux est communis, omnibus illucet hominibus, nullus est in Verbo Cimmerius. Festinamus ad salutem, & ad regenerationem*. Philo in Cantica ad illa verba: *Terribilis vt castrorum acies ordinata*; ita loquitur: *Ecce Deus donat gratiam promerendi; offert, vt capias hortatur accipere; ostentat accurrere; pulsat, vt aperias; ait enim: Stro ad ostium, & pulsò; si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & commanebo*. Ecce ille immobilis sol iustitiæ, qui, vt hic mobilis, semper illucet, aperta & potentia illuminat, clausa, & obstructa percurrit. Quod ex libera tantum negligentia prouenire, notat totus ille contextus.

31. Confirmatur secundò, nam communiter Patres exemplo Solis & luminis declarant generalitatem auxiliorum omnibus hominibus, quantum ex se est, præparatam; ita vt non nisi propter liberam culpam capcutiant, vt Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 48. ante medium. Iustinus Martyr in exposit. fidei, de recta confessione, prope finem: *Cyillus Hierosolymitan. catech. 16. inter med. & finem, Chrysostomus 2. Corinth. 4. hom. 8. Theophyl. 2. Cor. 4. ad illud: Deus huius seculi excaecauit mentes infidelium*. Theodoretus ad illud 1. Corinth. 1. *Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis*. Origenes 3. Periarcho. c. 1. col. 6. Fulgentius lib. 2. ad Monimum, c. 8. à medio: & alij, quorum verba retulimus tomo de scientia Dei, disp. 25. sect. 11.

32. Confirmatur tertio, quia neminem vnquam fuisse Angelorum & hominum, cui gratiæ præuenientis lumen non affulserit ad ostendam viam salutis, traditur Iob 25. *Et super quem, inquit, non confurget lumen illius? Vbi Greg. lib. 17. moral. cap. 9. fine: Lumen, inquit, Dei est gratia Ruiz, de Prædestinatione.*

præueniens: que si in corde nostro nequaquam grauita confurget, profectò mens nostra in peccatorum suorum tenebris, obscura remaneret.

SECTIO IV.

Eadem auxiliorum generalitas probatur generalitate diuine vocationis, vocationis, & redemptionis.

Secunda probatio sit, quoniam Deus omnes homines, nullo excepto; generaliter vocat, & inuitat: vt Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis*. Isaia 55. *Omnes sitientes venite ad aquas*. Ioan. 7. *Stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*. Matth. 22. *Quisicumque inueneritis, vocate ad nuptias*. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos, & bonos; inter quos reperit etiam homo præcitus, quoniam sua culpa non erat vestitus veste nuptiali, personam gerens totius multitudinis reproborum. Foret autem indignum non solum infinita veracitate, charitatisque sincera; atque non ficta Christi Domini, sed etiam fidelitate & liberalitate hominis cuiusque Christiani, vel etiam Ethnici Philosophi, tanta rerum & verborum contentione, tantòque proprio, & seruum labore vocare, & inuitare; claudendo tamen ianuam inuitatis, & vocatis, siue clausam non aperiendo, nec exhibendo gradus, quibus in domum conuiuij possint ascendere, nec manum porrigendo claudis atque debilibus, vt qui voluerit, ascendat, conuiuiòque fruatur. Quod argumentum expendimus ex professò tomo de voluntate Dei disp. 34. sect. 5.

Nunc sufficiat recollere quod August. lib. 83. quæst. q. 68. col. 3. notauit: *Nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam, vt venirent, vocati sunt*. Theophyl. in illud Matth. 22. *Multi sunt vocati; Multos, inquit, vel potius omnes vocat Deus, & cætera, quæ declarauimus in eadem sect. 5.*

Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum pag. 6. *Diuinum, inquit, Verbum clamauit omnes simul vocans, eos quidem vel maximè cognoscens, qui non erant parituri: & tamen quoniam est in nostra potestate parere, & non parere, vt nulli possint causari prætextum ignorantie, iustam fecit vocationem, &c.* & lib. 7. Stromat. pag. 2. *Seruator quidem, inquit, est, non horum quidem seruator, illorum vero non. & post pauca: Nec ergo vnquam aliquibus inuiderit, qui omnes ex æquo vocauit*. Cassianus colat. 13. cap. 7. post medium, illud Matth. 11. *Venite ad me omnes, &c.* rectè ponderans: *Si autem, inquit, non omnes vniuersaliter, sed quosdam vocat, sequitur, vt nec omnes sint onerati vel originali, vel actuali peccato, nec vera sit illa sententia, omnes peccauerunt, & eorum gloria Dei.*

Confirmatur primò. Nam Prouerb. 1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens: Vsq; quòd paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, capiunt, & imprudentes adibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis Spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocati, & reuulsis: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes*

meas neglexistis; ego quoque in interitu vestro videbo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenit. Quibus circumlocutionibus & tota congerie verborum significare vult, sapientiam, id est, obferuantiam diuinæ legis, quantum ex se est, omnes homines vocare, omnibus obuiam, manifestam, & facilem esse. Quod autem ab aliquibus non inueniatur, causam per se non esse aliam, nisi malitiam eorum, liberè diligentium infantiam, noxia capientium, scientiam odio prosequentium, quique diuina vocationi, exhortationi, & consilii's renuunt assentiri.

5. Vnde Polychr. in Catena Græcorum Patrum ad eum locum ait: *Hæc similitudo indicant sapientiam ubique præstare, ubique vinum suam exercere, nec non omne hominum genus ad sui communionem & societatem inuitare.* Vide generalitatem ad omnes personas; sed ad omnia tempora non modò generalitatem, sed etiam affluentiam significat ille versus: *En proferam vobis Spiritum meum*, hoc est, copiosissimè in vos sapientiam effundam. Est enim hoc loco Hebrais, verbum *effundam*, metaphora tracta à fontibus vini, qui perperuò fluunt, ad significandum abundantiam gratiæ, & sapientiæ perpetuam deriuationem: vt sapienter adnotauit Iansenius in eius loci commentario.

6. Bernardus autem serm. de conuers. ad clericos cap. 2. in principio: *Neque sanè laborandum est, inquit, vt ad vocis huius perueniatur auditum: labor est potius aures obrurare, ne audias. Nimirum vox ipsa se offert, ipsa se ingerit: neque pulsare interim cessat ad ostia singulorum, adhuc nobis proximus est, adhuc loquitur, & non est qui forte audiatur, adhuc dicit, hi errant corde, adhuc sapientia clamitat in plateis: Redite præuicarios ad cor.* Porro interiorem vocem & vocationem esse, de qua Bernardus agit hoc loco, manifestum erit legenti contextum capitis primi proximè præcedentis, dum explicat diuinæ vocis interioris loquentis necessitatem, vt mortui audiant vocem Filij Dei, & qui audierint, viuant.

7. Secundò confirmat idem Bernardus in serm. 1. de Purificatione B. Mariæ ante medium, ex verbis Psalm. 47. *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. In medio enim templi misericordia est, non in angulo, aut dixerio, quia non est acceptio personarum apud Deum. In communi posita est, offertur omnibus, & nemo illius expert, nisi qui renuit. Deriuatur aqua tua foras Domine Deus: nihilominus tamen fontis tui tibi proprius est, & non bibit alienus ex eo. & post pauca: Ignorantiam Dei quidam habent. Vnde hoc? Nempe quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Et lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehendunt. Ac si dicat: Et in plateis deriuantur aqua, & alienus non bibit ex eis. Et misericordia in medio templi est, nec tamen accedunt, quas manet æterna damnatio.*

8. Tertiò probatur testimonijs Scripturæ, significantibus generalitatem diuinæ voluntatis ad omnium hominum salutem: vt Ezechiel. 33. *Vino ego, dicit Dominus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* & in cap. 18. dixerat: *Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat?* 2. Petri 3. *Nolens aliquem perire, sed omnes ad penitentiam reuerti.* 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Hoc desiderium Dei ad eos etiam extendi, qui de

facto resistunt, manifestum est Isaia 48. ad finem, vbi Deus: *Vinam, inquit, attendisses mandata mea, facti fuisset sicut flumen pax tua.* & Deuter. 5. ad fin. *Quis det talem eos habere memem, vt colant me, & custodiant mandata mea in omni tempore.* Cùm tamen sciret, non omni tempore culturos, sed idola multoties defecturos.

9. Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 19. & iterum lib. de natura & grat. cap. 67. *Cum ubique sit præsens, inquit, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem, aduersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exandiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, sed quod negligis querere, quod ignoras, nec illud, quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis.* Ergo nemini deficit auxilium sanare volentis Dei, sed tantùm deficit diligentia, & desiderium salutis, quod homo quilibet per Dei gratiam potuisset habere: alioqui defectus non deputaretur ad culpam.

Idem Augustinus epist. 49. quæ est liber sex quæstionum, q. 2. propius ad medium, quàm ad principium: *Voluntatem, inquit, Dei sequi sunt, qui rectè siquerunt. Quis omnino nunquam desuit ad salutem iustitie pietatique mortalium.* & ad finem eiusdem quæstionis: *Ab initio, inquit, generis humani, alias occultius, alias euidentius, sicut congruere temporibus diuinitus visum est, nec prophetari destitit, nec, qui in eum crederent, desierunt.* Vnde post pauca concludit: *Ira salus religionis huius, per quam solam veram salutem veraciterque promittitur, nulli unquam desuit, qui dignus fuit, & cui desuit dignus non fuit.* Videlicet auxilijs ad salutem oblati liberè resistendo, cùm tamen alter eisdem liberè consentiendo constituatur dignus.

Præterea lib. de Spiritu & litera cap. 33. inter principium & medium: *Vult, inquit, Deus omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: non sic tamen, vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male vtentes iustissime iudicentur. Quod cum sit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt.* Ergo voluntas Dei erat, vt crederent illi etiam, qui de facto non credunt, & illa voluntas subministrabat quæcumque necessaria erant ad credendum: alioqui non esset verum, quod statim adiungit Augustinus: *Se ipsos fraudant magno & summo bono; quin potius Deus illos fraudaret.* Hanc autem voluntatem Dei esse affectam conditione liberi consensûs, & obedientiæ humanæ, declarat exemplo heri, dicentis: *Volo, vt hi omnes serui mei operentur in vinea, & post laborem requiescentes epulentur, ita vt quisquis eorum hoc noluerit, in pistrino semper molat.* His consequentia sunt, quæ scripsit in Enchirid. cap. 104. de voluntate custodiendi Adamum in ea salute, in qua conditus erat: vt ponderauimus tomo de volunt. Dei disp. 20. sect. 1.

Eandem generalitatem diuinæ voluntatis facientis quidquid ex parte sua requiritur ad omnium hominum salutem, etiam reproborum, testatur Augustinus ad articulos sibi falsò impositos artic. 2. vel potius ex illius mente Prosper ad obiectiones Vincent. obiect. 2. 7. & 16. & ad c. 7. & 8. Gallorum.

Chrysofomus homil. 9. de laudibus Pauli sine: *Ipsè quidem vult, omnes homines saluos fieri; at non omnium voluntas eius voluntati obsequitur, & cætera, quæ videnda relinquo apud authorem.* Et

Et Roman. 9. serm. 16. agens de Iacob, & Esau: *Quantum ad Deum, inquit, attinet, salua fuissent omnes tribus Israël, imò & omnes mortales.* Eadem est sententia Gregorij Nysseni lib. de orat. Domin. in 3. petitione prope initium.

14. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 8. ante medium: *Quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare.* Et ad finem eiusdem capituli docet, omnibus Deum respuendi erroris remedia reseruasse, abolendique omnis contrarij non aboluisse facultatem, sed reliquisse. Idem Ambrosius 1. ad Timoth. 2. illam Apostoli sententiam, *Vult omnes homines saluos fieri*, adiecta conditione declarat, *si & ipsi velint. nam vique qui legem omnibus dedit, nullum excipit à salute.* Obserua negationem cuiuslibet exceptionis. Plures Patres, & Scholasticos idem existimantes de generalitate diuinæ voluntatis, omnibus hominibus conferentis, quæ necessaria sunt ad salutem, reculi prædicto tomo de volunt. Dei disp. 19. sect. 5. & 6. & tota disp. 21.

15. Probatur quartò testimonijs Scripturæ asserentibus, Christum Dominum fuisse mortuum pro omnibus hominibus ad omnium iustificationem: vt 1. Ioan. 2. *Ipsè est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Roman. 5. *Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* 2. Corinth. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus.* Hebræorum 2. *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* 1. Timoth. 2. *Qui dedit redemptionem semet ipsam pro omnibus.* 1. Timoth. 4. *Qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium.* Colossens. 1. *Reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius.*

16. Frustrà verò neque sine fictione tantum pretium tantòque labore funderet, si negaret alia, quæ simpliciter necessaria sunt ad salutem, & sine nouo labore, atque expensis conferri potuissent. Quod argumentum dignè ponderat Nazianz. orat. 25. in Arrianos, & de se ipso colum. 5. cuius peculiariter ponderanda sunt illa verba: *Omnes citra vllam exceptionem instaurati sumus, quò eiusdem Adam paritipes fuimus.* Itaque nisi dixeris, obduratoros, excæcatoros, aut infideles, & barbaros Adami peccatum non participare, non poteris eos excipere ab instauracione per Iesu Christi gratiam, quantum in se est, collatam.

17. Chrysofomus 1. ad Timoth. 2. homil. 7. colum. 4. ait: *Et quomodo, inquit, illi non crediderunt? quia noluerunt: suas tamen illo paries exequutus est, dum pro eis in cruce penderet.* Similem sententiam inuenies apud Prosperum ad cap. Gallor. sententia 9. & Cyprianum lib. de opere, & elemosyna, longè post medium & prope finem, & alios Patres. Consonat Hieronymus in epist. ad Oceanum de digamia: *Mentitur, inquit, Ioannes Baptista, & digito Christum, & voce demonstrans: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, si sunt adhuc in seculo, quorum Christus peccata non tulerit.* Nullus igitur est in vita præsentis, cui non conferat Christus, quæ sufficiant ad tollendum peccatum per gratiam iustificantem.

18. Theodolus in Collectaneis, quas rexit ex grauiſſimis Ecclesiæ Patribus, ad Roman. cap. 5. inter medium, & finem: *Gratia, inquit, ac donum Dei adeò exuberauit, vt & ipsum Adami peccatum deleteret; nec illud solummodo, verum etiam omnium aliorum mortalium alia delicta, quò post illius peccatum*

*commiserunt. Nec id tantum effectit, verum ad iustificationem, id est, ad iusticiam omnes deduxit; nimirum quantum in se fuit, quoniam præbuit, & obtulit quæcumque sunt simpliciter necessaria, vt omnes iustificentur, si velint.*

19. Quintò probatur Psalm. 18. *Nec est, qui se abscondat à calore eius; vbi Augustinus in prima expositione, ait: Cum autem Verbum etiam caro factum est, & habitauit in nobis, non permisit, vllum mortalium excusare se de vmbra mortis, & ipsum enim penetravit Verbi calor.* Et quis alius nisi gratiæ auxiliatricis calor? Hic enim solus est, qui non permittit, vllum mortalium excusare se de vmbra mortis. Pende igitur generalitatem auxiliorum absque vlla exceptione.

SECTIO V.

Aliorum Patrum testimonium pro supra dicta generalitate auxiliorum.

1. Dionysius Arcopag. cap. 9. de cœlesti Hierarchia post medium, probat, nemini Gentilium defuisse diuinum luminis auxilium per Angelos ministrati; sed rotam cæcitatibus causam fuisse liberam culpam illorum. Idemque probat de diuinis Nomin. cap. 4. & 8. Basilius in Constitutionibus monasticis cap. 2. inter princip. & medium. *Ad respiciendum, inquit, omnibus nobis potestatem facis.* Et lib. de Spiritu sancto cap. 16. ad finem docet, nunquam, nisi post mortem, deesse Spiritus sancti adiutorium, vt ad salutem conuertantur peccatores.

2. Barnabas quidam discipulus Christi Domini apud Clementem Romanum Recognitionum lib. 1. pag. 3. ad garrulos, & curiosos, quorum ferè nullus crederet, sic loquitur: *Sit autem in vestra potestate vel recipere, quæ aduinciamus, vel spernere. & post pauca: Ita vt omnes, qui audiunt, sequi possent.*

3. Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 71. sine: *Hi, qui non operantur bonum, inquit, iudicium iustum recipiant Dei; quoniam non sunt operari bonum, cian possent operari illud.* Eadem est sententia Iustini in quæstionibus ad Gentiles, quæst. 8. 9. & 46. & in apolog. 2. pro Christianis paulo post medium; nec non Clementis Alexandrini lib. 1. Stromatum circa medium, & lib. 2. prope initium, & prope medium, & prope finem, & lib. 7. non procul à principio, quorum verba referimus alibi.

4. Chrysofomus inter homilias ex varijs in Matthæum locis homil. 13. de conuersione Matthæi prope finem: *Liberi, ait, arbitrij nos creauit Deus, vt voluntate nostra cum adiutorio Dei, quod volumus, faciamus. Si publicanus es, potes fieri Euangelista: si blasphemus es, potes fieri Apostolus: si latro es, poteris paradisi colonus effici: si magnus es, poteris Dominum adorare. Nec est vlla malitia, quæ penitentia non soluat: & ideo tanquam principia malignitatum eligit Christus, vt nemo vsque in finem semet ipsum despiciat. Noli mihi dicere, perij, qui iam medicum habes fortiores te, & potentiores, quam infirmitas tua est. Medicum habes, voluntatem tuam, si volueris, emendantem, & potentem, & cupientem.* Ergo quantum est ex parte diuini adiutorij, & medicina, nihil peccatoribus deficit, quominus possibile sit actualiter imitari pro suo modulo Euangelistas, & Apostolos; id enim significat figurata locutio Chrysofomi.

Idem Chrysofomus homil. 45. in Matth. à medio, M m 4 dio,

dio, vniuersalitate auxiliorum, copiose ac sine discrimine personarum omnibus datam, etiam præcitis ac reprobis, colligit ex parabola seminantis Matth. 13. & ait: *His verbis copiose omnibus pietatis doctrinam propositam esse ostendit*, (scilicet Christus Dominus.) *Nam quemadmodum agricola seminans non discernit campum, ut in altera parte seminet, in altera verò minime; sed ubique proicit semina: eodem ipso modo Saluator noster non diuitem, non pauperem, non ingeniosum, aut rudem, aut fortem, aut ignauium, aut diligentem, aut desidem discernit; sed omnibus, quamuis non ignoret futurum exitum, pietatis doctrinam commendat. Sic certe ei licebit dicere, quid oportuit me facere, & non feci?*

6. Gregorius Nyssenus orat. catech. cap. 30. Gentilium obiectionem ita proponit: *Si ergo aliquod bonum est fides, cur inquit, non ad omnes venit gratia? Atque si hæc quidem in his, qua dicimus, à nobis adstruatur, quod à diuina voluntate hominibus abdicaretur fides, utpote quod alij quidem vocarentur: ceteri autem essent expertes uocationis, opportunè huiusmodi reprehensio obiceretur mysterio. Si autem pariter ad omnes procedit uocatio, nec auctoritatem, nec etiam, nec gentium discernens differentiam, &c. Et concludit, non posse accusari Deum, quod Verbum, id est, Christus Dominus, non in omnes demeritum obtinuerit; sed accusandam esse liberam voluntatem eorum, qui uocationem, & gratiam, in commune propositam, neglexerunt.*

7. Idem Nyssenus oratione ad illa uerba Matth. 25. *Quatenus fecistis mihi ex his minimis, mihi fecistis, prope initium ait: Quid per hæc discimus: quod à benedictio quidem mansuetorum cura sit; maledictio uero præceptorum neglectio. Amplectamur benedictionem, & fugiamus maledictionem. In nobis enim situm est alterutrum ad arbitrium uel eligere, uel præmittere.*

8. Ambrosius de Jacob, & uita beata lib. 1. cap. 3. sub initium: *Potest, inquit, adquiri iustitia descendendo. Intendimus ergo studio in formam Euangelicæ doctrinæ. & post pauca: Non est, quod cuiquam nostram adscribamus culpam, nisi nostra uoluntati. Et Luca 10. sect. 4. de Sodomitis, aliisque gentibus, cum quibus Christus Dominus ibi Galilæos comparabat, asserit: *Istam quoque uel affluentiam, uel insolentiam secularium neque potestis uincere comparantiam, neque rursus sine remedio derelinqui, cum unicuique sit subsidium penitendi.**

9. Hieronymus Galat. 5. ad illa uerba: *Currebatis bene. Quis uos impediuit non obedire ueritati? docet, in eorum arbitrio possum fuisse obedire, & non obedire. Ergo illis ipsis, qui de facto impediti sunt, ne obedirent ueritati, possibile fuit hæc impedimenta uincere, & actualiter obedire. Idem in expositione fidei ad Damascum ait: *Tam eos errare dicimus, qui cum Manicheo dicunt, hominem peccatum uicare non posse, quam illos, qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Hæc referunt, & sequuntur communiter Scholastici cum Magistro 1. dist. 36. prope finem. Nunc uerò interrogo, uerum ad huius dogmatis ueritatem satis sit, hominem eundem, dato tali concursu Dei, posse peccare, ita tamen ut non possit non peccare, alio autem concursu dato, posse non peccare, ita tamen ut peccare non possit? An uerò mens Hieronymi & Scholasticorum sit eundem hominem in eodem instanti, & sub eadem preparatione diuini concursus posse peccare, & posse non peccare? Etenim non solum priuum, sed etiam secundum esse inuentum à Hieronymo & Scholasticis,**

probat quidditas libertatis confirmata tomo de scientia Dei.

10. Augustini plurima testimonia uidimus sect. 3. & 4. nec non in aliis disputationibus præcedentibus. Nunc ex lib. 3. de libero arbitrio pauca quadam colligemus, in cuius cap. 15. fine: *In omnibus, inquit, defectus aut non acceperunt uerò esse, quæ defectum; & nulla culpa est: sicut & cum sunt, quia non acceperunt amplius esse, quam sunt; nihilominus culpa non est, aut uolunt esse, quod si uellent, esse acciperent, & quia bonum est, reatus est, si nolent. Ergo peccatores possunt accipere, te ipsa, & actualiter esse iusti, si uellent: alioqui culpa non esset illis carere iustificatione. Nam culpa non est, si non acceperunt amplius esse, quam sunt inde pendentem à sua libera uoluntate. Vnde in sequenti cap. 16. subdit: *Ex eo igitur, quod non accipit, nullus reus est: ex eo uerò quod non facit, quod debet, iustus reus est. Debet autem, si accipit & uoluntatem liberam, & sufficientissimam facultatem. Nota rationem debendi, & imputandi ad culpam, esse liberam uoluntatem, & sufficientissimam facultatem. Porro non est sufficientissima facultas, cui deficit aliquid simpliciter requisitum ad operandum, independentem ab ipsa libera facultate.**

11. Rursus in eodem lib. 3. de libero arbit. cap. 17. fine, & cap. 18. initio, postquam ostendit causam peccati non posse aliam reperiri, nisi liberam uoluntatem, concludit his uerbis: *Reminiscere superiorum, quæ tam multa à nobis de peccato, & uoluntate libera dicta sunt. Sed si laboriosum est omnia mandare memoria, hoc breuissimum tene. Quicumque ista causa est uoluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ceditur: si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caueat, ne fallatur: an tantum fallacia est, ut caueri non possit? Si ita est, nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem, caueri igitur potest.*

12. Præterea lib. de uera religione ad finem totius libri: *Nisi Deus, inquit, summus bonus esset, qui & nulli natura, quæ ab ipso bona esse potest, inuidit, & in bono ipso alia quantum uellent, alia quantum possunt, ut manerent, dedit. Obserua discrimen inter creaturas liberas & naturales. His enim, quantum possent, non quantum uellent; illis autem quantum uellent, non quantum possent, dedit Deus, ut essent bonæ: utrisque uidelicet congruenter ad earum essentias. & post pauca: *Domum benignitatis eius, quo placuit, & conciliatum est auctoritas, ut non interiret quicquid ab eo per Verbum factum est. Ut non interiret, intelligit, quantum est ex parte Dei præbens quæ requiruntur ad eundem interitum. Nec possunt aliter verificari hæc uerba Augustini.**

13. Prosper in utroque libro de uocat. gent. frequenter auxiliorum generalitatem repetit. Nam lib. 1. cap. 5. fine: *Secundum ipsam (inquit, uidelicet Scripturam) credimus, & piissimè confitemur, quod nunquam uniuersitati hominum diuina providentia cura deseruit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit instituit, nulli tamen nationi hominum bonitatis sue dona subtraxit, et propheticas uoces & præcepta legalia commincentur in elementorum obsequiis, ac testimonis accepisse. Unde & inexhaustibiles facti sunt, quia deos sibi dona fecerunt: & quæ creata erant ad uentum, uenerati sunt ad colendum. Idem lib. 2. de uocat. gent. cap. 4. docet Dei uocationem, & admonitionem omnibus sæculis ad omnes gentes peruenisse, etiam per*

exteriores creaturas, quas appellat Dei testimonium, & quasdam æternæ legis tabulas, ut in paginis elementorum, ac uoluminibus temporum communis & publicæ diuinae institutionis doctrina legeretur.

14. Verumtamen non solum exteriora obiecta, sed potissimum gratiæ supernaturalis generalitatem intelligi à Prospero, ostendit eiusdem quarti capitis exordium: *Sed ne in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia (quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem ubique diffusa est) defuit mundo. Quamuis enim specialis cura atque indulgentia Dei populum Israëliticum constet electum, omnesque alia nationes suas uis ingredi, hoc est, secundum propriam permissæ sint uiuere uoluntatem, non ita se tamen æternæ Creatoris bonitas ab illis hominibus auertit, ut eos ad cognoscendum se, atque metuen dum nullis significationibus admoneret. Considera coherentiam finis cum exordio præsentis sententiæ; uidebisque generalitatem hanc admonitionis fieri per eandem gratiam, quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem ubique diffusa est, ac proinde per supernaturalem gratiam. Vnde in medio eiusdem capitis 4. *Sicut ista gratia largitas, inquit, quæ in omnes nouissime effluxit, non euacuat eam, quæ super unum Israël sub lege uocauit, nec præsentis diuinae fidei præterita abrogant paritati: ita nec de illa cura Dei, quæ Patriarcharum sibi proprie præsidebat, conuincendum est, gubernacula diuina misericordiam ceteris hominibus fuisse subtracta. Qui quidem in comparatione electorum uidentur abiecti, sed nunquam sunt manifestis, occultisque beneficiis abdicari.**

15. Rursus in cap. 5. fine: *Quæ (uidelicet gratia) est prætor antea atque occultior fuit, nullis tamen sæculis se negauit uirtute uia, quantitate diuersa, consilio incommutabili, opere multiformi. Vnde gratiam interitorem & occultam subintelligendo, & explicando tantum exteriora beneficia, colligit, etiam obduratis non ex constitutione diuina, sed ex eorum libera uoluntate auersionem contigisse, dicens cap. 13. ad finem: *Posteriores uerò istius fratricide, quamuis in progenitoris sui moribus uiuerent, nunquam se diuinam bonitatem negasse, quis non facile aduertat, si consideret, quantum eis prodesse poterit tam longa patientia Dei, tam diues bonorum temporalium copia, & multiplicata fecunditatis tam numerosa propagatio? Quæ beneficia licet obduratis nihil remediij & emendationis attulerint, probant tamen auersionem eorum non diuina fuisse constitutionis, sed propriæ uoluntatis. His similia reperies in eodem lib. 2. de uocat. gent. toto ferè cap. 10.**

16. In eodem lib. 2. cap. 23. post medium manifestè concedit: *Circa maiores (id est, adultos, nam de paruulis antea loquebatur) illam generalem gratiam parcius, atque occultius omnium hominum corda pulsantem, & cap. 25. Sicut igitur, ait, nouissima contemplantur sæcula, seu prima, seu media, rationabiliter, & piè creditur, omnes homines saluos fieri Deum uelle, semperque uoluisse: & hoc non aliunde monstratur, quam de iis beneficiis, eaque providentia Dei, quam uniuersis generationibus communiter atque indifferenter impendit. Euerunt enim, ac sunt huiusmodi dona ita generalia, ut per ipsorum testimonium, ad querendum uerum Deum possent homines adiuuari. & post pauca: *Nulla, inquit, est ambiguitas de benignitate generali. & subdit: Deum illam à nemine subuocare.**

17. Iterum in sequenti cap. 26. à medio: *Quæ opitulatio, inquit, per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur; & cætera, quæ*

retulimus alibi. Et cap. 28. fine concludit, præcedentibus argumentis fieri manifestum, quod diuersis atque innumeris modis omnes homines uult Deus saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Sed qui ueniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non ueniunt, sua pertinacia reuoluntur. Qui reuoluntur autem, reuoluntur uiribus alicuius, impellentis, atque trahentis, quantum ex se est: ergo nisi sufficientibus auxiliis Dei uoluntas quolibet peccatores traheret, non posset de quibuslibet reluctance uerificari.

18. Præterea cap. 29. ante medium. A Deo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in ijs, quos promissis efficitur. Perpende, cunctis hominibus deberi auxilium merè naturale, debitum, uidelicet, conaturalitatis. Quapropter solummodo supernaturale auxilium est, quod nulli debetur; & hoc ipsum auxilium est, quod nemini negatur. Vnde post pauca deducit: *Uniuersitati hominum ita multiplex, atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper, & consiluit, ut neque ulli peruentum excusatio suppetat de abnegato sibi lumine ueritatis, &c.*

19. Insuper in principio sequentis cap. 30. *Tribus illis saluberrimis & ueracissimis definitionibus sumus innixi. Quarum una proficitur æternam & propriam diuinam esse bonitatis, ut omnes homines saluos fieri uelit, & in agnitionem ueritatis uenire. Tandem cap. 31. in princip. Elaboratum est, inquit, quantum Dominus adiuuit, ut non solum in nouissimis diebus, sed etiam in cunctis retro sæculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus affuisse, providentia quidem parui, & bonitate generali, sed multimodo opere, diuersaque mensura: quoniam siue occulte, siue manifeste, ipse est (ut Apostolus ait) Saluator omnium hominum maxime fidelium. Quibus concordat in eodem lib. 2. cap. 34. ad finem, & lib. de uita contemplatiua cap. 8. post medium, & ad obiectiones Vincenianas 13. & 15. In uniuersis testimoniis Prosperi considera, quantam dicat esse certitudinem istius definitionis, quam præsentis disput. probamus.*

20. Fulgentius epist. 7. ad Venantiam cap. 5. probat, etiam Iudam debuisse per diuinam gratiam sperare ueniam. Et cap. 8. parabola Samaritanæ confirmat omnibus offerri, quæ necessaria sunt ad salutem, & addit: *Sicut ergo medico nostro nulla est incurabilis plaga; ita nec in aliquo uulnere, nec in aliquo tempore, cælestis potest deficere medicina. Ideo ipse medicus semper se posse conuerso salutem donare testatur: Numquid qui cadit, non resurgat? aut qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contumiosa? Indurauerunt uertices suas, noluerunt reuerti. Idem de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 12. initio: *Sic humano generi gratiam gratiam diuinam bonitas contulit, per quam in hominibus non solum propaginis obligatione contracta, & uitio propriæ uoluntatis adiecta, deleteretur omnis iniquitas, quin etiam cogitationis sanctæ amissa pridem in homine primo per hominem secundum reciperetur facultas. Quod si alicui homini denegaretur facultas cogitationis sanctæ, non deleteretur omnis iniquitas: siquidem istius hominis iniquitas non deleteretur.**

21. Sed tamen inter egregios huius ætatis auctores, & perspicacissimos Augustinianæ mentis investigatores aliquis, adducto testimonio Fulgentij, & Prosperi lib. 2. de uocat. gent. cap. 25. fatetur, suspecta sibi esse testimonia Prosperi & Fulgentij, quod diligentissimi & exactissimi Augustini discipuli sint, & oppositam uideantur sequi sententiam,

Quid ad hæc testimonia quidam respondant.

sententiam, vt ex testimoniis prius à se notatis existimat ipse, constare. Locis ergo prædictis Prosperi, & Fulgentij respondet, fortasse concessisse gratiam exteriorum signorum, & beneficiorum medicinas etiam exteriores peccati; cum tamen in aliis locis auxilium interioris inspiratiōnis negauerint.

22. *Resuratur.* Verum hæc expositio locum non habet in omnibus Prosperi, & Fulgentij testimoniis superius allatis.

Primo, quoniam in lib. 2. de vocat. gentium cap. 4. & 29. disertis, & perspicuis verbis agit de gratia per Spiritum sanctum effusa post Christi Domini ascensionem: vt vidimus supra. Quo eodem sensu loquitur de gratia in cæteris locis ibidem citatis, vt constabit attentè consideranti contextus.

Secundo, quoniam ab instituto Prosperi, & Fulgentij valde alienum erat in solutione quæstionis ita difficilis confingere ad minus propriam, & Scripturæ sacræ minus consentaneam acceptionem gratiæ pro exterioribus beneficiis, & signis; cum Pelagium, & illius reliquias de laetibus, in hac acceptione quæstis, grauiter accusare soleant cum suo magistro Augustino.

23. Tertio, quia Prosper locis adductis contendit, omnem aditum excusationibus præcludere de culpa infidelitatis, & absentia luminis. Quod si gratiæ interioris auxilium negaretur, quamuis exteriora signa, & beneficia darentur; idem ipse maneret excusationi locus.

Quarto, nam idem argumentum afferri potest pro Fulgentio, dum Iudæ, aliisque peccatoribus criminum tribuit desperationem, omnemque veniam sperare iubet: cuius spei non exterior tantum, sed potissimum interior medicina fundamentum est.

Quinto, quia generaliter in sacra Scriptura, & Patribus exteriora quælibet auxilia non intelliguntur mortua, sed animata interioribus auxiliis.

24. *Italem est Augustini mens.* Hæc sanè probant, Prosperum, & Fulgentium de generali sufficientia interioris gratiæ fuisse loquutos. Quod autem hanc existimauerint esse mentem Augustini, non solum colligitur ex perpetua & fidelissima sequela; sed peculiariter, quoniam ad refutandas existimationes falsas, & obiectiones aduersus sententiam Augustini respondit Prosper ad obiectiones Vincentianas, & ad capita Gallor. At verò obiectione 27. & 16. & ad cap. 7. & 8. Gallor. & sentent. 9. ad capita Gallorum tradit generalem voluntatem Dei conferendi omnibus hominibus, quæ necessaria sunt ad salutem.

Confirmatur primò, nam & Augustinus aliis in locis citatis apertè tradit eandem generalitatem auxiliorum: vt vidimus in hac, & duabus præcedentibus sectionibus, & videbimus etiam disputationibus sequentibus. Qui licet aliis in locis contrarium sentire videatur, ipse tamen propriæ declarationis author est, vt videbimus disp. 45. sect. 7.

Confirmatur secundò. Nam cæteri Augustiniani Patres ita sentiunt, veluti Beda, & Anselmus in sectionibus præcedentibus, Hugo Victor. infra citandus eadem disp. 45. sect. 7. & S. Thom. in sect. proximè sequenti.

25. Quinetiam Paulus Orosius Augustini cœtaneus, & doctrinæ illius defensor acerrimus, in Apologia pro arbitrij libertate longè ante me-

dium: *Mæa semper*, inquit, *hæc est fidelis, atque indubitata sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratia sua dona largitur, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus propter longanimitatem sui, æternamque clementiam subministrare, non vt ut afferis, cum discipulo suo Cælestio, cui iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmaturum natura confusa est, in solo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam contriutam, sed speciatim quotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos, & cunctis, & singulis ministrare.* Et paulo inferius docet, *Dei adiutorium ministrari per singula etiam gentibus.* & post pauca: *Itaque cum videas, hominibus ignavis tantum diaboli incubuisse nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam præfuisse?* loquitur autem de vniuersitate gentium. Et iterum. *At verò vt adesse adiutorium Dei, & per singula (videlicet opera, & momenta) & per singulos (videlicet homines) manifestius probes.* Et probationibus adductis, concludit: *Ex quo euidentissimè declaratum est, nemini hominum deesse adiutorium, præsertim cum sanctior instituit, & insti infirmitas.*

26. Lector ergo consideret in prioribus verbis quanta certitudine Paulus Orosius generalitatem auxiliorum doceat: sua semper *fidelis & indubitata sententia.* Rursus neminem excipere infidelium, aut barbarorum, nullumve temporis momentum. Maximè verò perpendat, cum expressisse manifestè supernaturaliam & interiorē gratiam, vt respiceret generalitatem auxiliorum naturalium, aut exteriorum, à Pelagio & Cælestio concessam apud Africanam Synodum. Vnde facile colligit sententiam Fulgentij, & Prosperi non esse intelligendam aliter, quàm de gratia interiori & supernaturali, vt supra probauimus.

27. Paulinus epist. 1. ad Aprum, quæ est epist. 27. colum. 4. *Hinc*, ait, *in omni loco plura quotidie mirabiliora solito signa crebescunt, vt omnem, quantum in ipso, scilicet Deo, est, hominem saluum faciat ostendit in vasis quod omnibus, si velit, præsistit enim vniuersorum institutioni forma pascorum, qua in vtrumque proponitur, vt credentibus exemplo sit, indurantibus testimonio.*

28. Marcus Eremita lib. de Baptismo colum. 2. ait: *Si baptizari, non sumus à pecc. no paterno liberati, neque scilicet opera libertatis edere possunt: su ea possumus efficere, clarum est nos esse mysticè ereptos à seruitute peccati, iuxta id, quod scriptum est: Lex spiritus vita liberavit me à lege peccati, & mortis.* & post pauca: *Aut demonstrat mihi, baptizatos exequi non posse mandata libertatis, & ea de causa Baptisimum non esse perfectum: aut si demonstremus, eos accepisse talem facultatem, confitentur liberari quidem gratia Christi, at se ipsos tradidisse vitiorum seruituti, eo quod non impleant omnia mandata; ideoque rursus mancipatos esse.* Existimat igitur omnibus Christianis propter Baptisimum conferri auxiliatricem gratiam, virtute cuius potuissent implere omnia mandata, si vellent etiam illi, qui se ipsos tradidere vitiorum seruituti.

29. Theophylactus ad illud Ioan. 6. *Nisi Pater meus traxerit cum*, docet, *Deum omnibus hominibus appropriare; sed propter eorum liberam indignitatem plurimos non trahere.* Iterum paulo inferius tractans illa verba: *Nisi ei datum fuerit à Patre meo; Sape diximus*, inquit, *quando audieris, quod Pater dat fidem in Filium, ne existimes quod alius benefaciat*

*nefaciat Pater, quos segreget, alijs autem non: hoc enim iniuste agentis effect.* Iniustitiam intellige, supposita generalitate pacti, inter Redemptorem, & redemptos ini: alioqui nulla esset iniustitia. Et post pauca subdit: *Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & videntur; alij verò non item.* Idem Marci 4. ad illa verba: *Vt videntes non videant*, ait: *Vt scire, quia Deus facit omnes videre? audi; vt videntes, hoc est, Dei, non videant, istud est malitia illorum: Deus enim formauit eos videntes.* Itaque excæcatis etiam Deus, quantum ex se est, concedit, quidquid requiritur, vt videant, & credant.

30. Laurentius Iustinianus de casto connubio Verbi, & animæ, cap. 8. pag. 2. postquam explicuit, quanta in agone auxilia, armæque reperiamus intra vulnera Christi Domini, subdit: *Nemo pugnantium ignoret hunc locum. Pacis tempore respersus est sanitate; belli autem tempore inuictis munus custodijs: semper accedere volentibus parer.* & pag. sequenti: *O Dei clementia*, inquit, *qua omnibus mirabili prouidentia præsto est.* & in eodem lib. cap. 4 post medium ait: *In cunctis Deus nos ter misericors, patiens, & beneuolus est, nulli gratiam subtrahit, omnibus offert, neminem excludit venientem ad se.* Idem lib. de triumphali Christi agone cap. 25. paulo post initium: *Quandiu vita indulget spatium Deus, facile miseretur; cum autem indicat, nemini parcat. Nulli planè in hac peregrinatione, quantumuis scelesto & infideli, suam funditur misericordiam denegat.*

31. His non iniuria subiungendus est Lyra Roman. 8. ad illa verba: *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur*, dicens: *Sicut Deus per influxum generalem mouet creaturas ad perfectiones suas naturales; sic per influxum specialem mouet creaturam rationalem ad bonum supernaturale, & talis influxus vocatur à Doctoribus instinctus diuinus: & ista est prima præparatio ex parte Dei ad habitum gratiæ consequendum.* & paucis interiectis: *Diuinus instinctus nulli deficit in vita præsentis; & ideo qui habitum gratiæ non consequitur, sibi merito imputatur, quia consensus dicto instinctui est vltima dispositio ad gratiam habitualem, qua facit Dei filiationem.* Intelligit autem vltimam dispositionem esse consensum exhibitum non vni tantum instinctui, sed exhibitum cuiilibet instinctui, tam mediatè, quàm immediatè iuuant ad iustificationem.

SECTIO VI.

Concilia quoque decernunt, liberam possibilitatem bene operandi.

1. IN primis Concilium Arausicanū II. can. 25. ait: *Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptisimum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante, & cooperante, qua ad salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.* Nota conditionalem, si voluerint, quam tomo de scientia Dei disp. 45. sect. 6. monstrauimus, significare potestatem indifferentem vtriusque partis eligendæ: ergo etiam illi baptizati, qui de facto non adimplent ea, quæ ad salutem pertinent, possunt, & debent, si voluerint, adimplere. Nam distributiue loquitur Concilium de omnibus baptizatis, & non de folis prædestinatis. His consonat minus expressè, quod ex definitionibus Mileuitani Concilij, & Zozimi Papæ refert, & magis explicat Cælestinus I. epistol. 1.

ad Episcopos Galliarum cap. 8. 9. & 10.

2. Ex Tridentino Concilio idem sumitur, siue quando explicat possibilitatem, siue quando explicat perseverandi possibilitatem, omnibus iustis oblatam, cap. 13. & can. 22. eiusdem sessionis; sed horum verba inferentur magis opportunè disp. 43. sect. 5.

Nunc ponderandus est canon. 6. eiusdem sessionis 6. *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, &c. vbi apertè definitur, hoc esse in potestate hominis, ita vt nulla necessitate impediatur, quominus, si velit, possit declinare à via mala, & bonam sequi.* Ad hoc enim destinatur ille canon, nimirum contra Lutherum, & affectas, dicentes, hominis arbitrio non dari optionem boni, atque mali eligendi, sed mala opera, ita vt bona, operari Deum in nobis: vt in eodem canone tangitur sequenti contextu, & magis constat ex verbis hæreticorum, quæ referemus sectione sequenti.

Confirmatur, nam sacro Concilio, vt in sacris literis, esse in potestate facere vias malas, significat esse in potestate facere malas, vel bonas, vt voluerit: sicut in simili locutione Iob 34. cap. notabimus sect. 12.

3. Concilium Valentinianum III. celebratum anno 855. sub Lothario Imperatore, c. 2. d. circa Dei præscientiam profitetur suam fidem, ait: *Neque prorsus vlli malo præscientiam Dei impossuisse necessitatem, vt aliud esse non possit.* & post pauca: *Nec ipsos malos ideo perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt, sedque vicio in massa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanserunt.* Eandem impossibilitatem vitandi malitiam refutat in sequenti cap. 3. sine. Ergo nulli malo est simpliciter necessarium, actualiter manere in malitia, ita vt illi sit impossibile actualiter ad bonitatem redire, supposita ea causalitate, quæ prouenit antecedenter à diuina præscientia, & prouidentia.

4. Huius possibilitatis rationem à priori reddit Senonense Concilium, quando sic loquitur in can. 15. *Neque tamen tanta gratiæ necessitas libero præiudicat arbitrio, cum illa semper in promptu sit, & neque momentum quidem prætercat, in quo Deus non stet ad ostium, & pulsat: cui si quis aperuerit, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo.* Ergo libero arbitrio præiudicaret gratiæ necessitas, nisi gratia semper in promptu esset, & Deus singulis momentis staret ad ostium, pulsans, quod ex se est, paratus intrare. Porro quod attinet ad momenta omnia, explicandum erit disp. 47.

5. Concilium Prouinciale Coloniense I. celebratum anno 1536. in parte 7. capit. 32. tomo 3. Conciliorum pag. 801. *Iam*, inquit, *quamquam nemo conuertatur ad Dominum, nisi tractus per Patrem; et tamen nemo hic excusationem prætercat, quod non trahatur: quod ille semper stet ante ostium pulsans, nimirum per internum & externum verbum commonens, vt conuertatur à via nostra pessima; & inclinans, quoniam mira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum.*



SECTIO VII.

Ex contradictorio errore colligitur, quae fuerit mens Conciliorum, & Patrum.

1. Q uemadmodum ars inuenit umbras, quibus lumen distinxit, differentia colorum alterna vice sese excitante: sic Catholicorum doctrina, iuxta tenebras errorum posita clarius emicat, & certius dirigit candidos Theologorum animos. Propterea proponimus argumenta, quae probant, possibilitatem obtinendi gratiam, & gloriam, qualibet antecedenti necessitate sublata, fuisse constantem doctrinam Catholicorum: quoniam hanc ipsam possibilitatem totis viribus oppugnant hostes libertatis acerrimi.

Quomodo negant auxilium sufficiens haereticis.

Sit igitur argumentum primum. Haereticus huius temporis non aliter negat auxilium sufficiens, nisi quatenus negant simplex adiutorium, siue adminiculum, quo Deus ita nos adiunget, ut arbitrio relinquat eligendi potestatem, & boni aut mali optionem det, necnon ut in eo bono, quod accepit, manere possit homo, si velit (sunt haec fere omnes phrasae haereticorum.) Ergo erroribus istis non erit contrarium auxilium sufficiens, nisi per illud ita Deus nos adiunget, ut arbitrio relinquat eligendi potestatem, & boni, aut mali optionem det, ut in eo bono, quod accepit, permanere possit homo, si velit.

2. Antecedens probatur ex Caluino, qui vulgatum illam atque legitimam interpretationem Ioan. 1. *De dicit eis potestatem filios Dei fieri, corruptum* hic verbis: *Hoc loco praestat dignitatem uentere, ad resellendum Papistarum commentum. Hunc enim locum pessime corruptunt, quia intelligunt, optionem uenturam nobis dari, siquidem hoc beneficio uti libuerit.* & post pauca. *Hinc colligunt, gratiam hanc solum nobis offerri: in arbitrio nostro esse eius fruenda, vel usufruenda facultatem.* Et postea suum errorem statuens ait: *Aperte constat, non potestatem tantum a Christo nobis offerri adoptionis gratiam, sed ipso actu, ut loquimur.* Haec uerba refert Stapletonus in antidoto Euangelico in Ioan. pag. 10. & 11. Vnde constat, ex Catholicorum doctrina de auxilio sufficienti, & libero arbitrio, illud potissimum displicere Caluino, quod per gratiam nobis detur optio, si hoc beneficio uti libuerit, & in arbitrio nostro sit fruenda, vel respicienda gratiae facultas, ita ut non actu ipso, sed potentialiter nobis offeratur: ceterum actu ipso detur, quando illam uouerimus admittere.

3. Probatur secundò ex eodem Caluino, qui impugnant Tridentinum scilicet. 6. ait: *Aliud est moueri a Deo uoluntatem, ut obsequatur, si libeat: aliud autem formari, ut bona sit. Porro non se futurum promittit Deus, ut possimus bene uelle, sed ut bene uelimus.* Ergo Caluino displicet talis Dei motio, cui uoluntas obsequatur, si libeat, sin minus, non obsequatur: & existimat, ut credamus, & adipiscamur salutem, omnino requisitam esse actualem Dei motionem, cui necessarid obsequatur uoluntas. Citata uerba refert Ruardus art. 7. de libero arbitrio, pag. 391.

4. Tertiò probatur, nam apud eundem Ruardum pag. 397. Caluinus decernit, *Motionem Spiritus sancti sic esse efficacem, ut idem semper signat.* Vnde infert, ab auctore mendacij manasse, quòd Tridentini Patres *constituunt hoc in hominis optione, ut*

Dei inspirationi, si uelit, auscultet. Efficit ille plura in eandem sententiam; haec tamen retulisse sit satis.

5. Secundum argumentum conficio, prius proponendo Lutheri uerba apud Rossensem art. 36. fol. 327. ubi suum illum articulum, quo asseruit, liberum arbitrium esse rem de solo titulo, imò titulum sine re, confirmat his uerbis: *Est autem articulus mixtus in uerbo Augustini de Spiritu, & litera cap. 3. liberum arbitrium sine gratia non ualet, nisi ad peccandum. Rogo, quae est ista libertas, quae non nisi in alteram partem potest, eamque peiorem? Est hoc, esse liberum, non posse nisi peccare?* Lectorem obiter moneo, hoc Augustini testimonium à Luthero truncatum, sensuque mutato citari; contrariumque constare ex Augustino tam in eodem libro, quam in aliis plurimis. Nam lib. de Spiritu & litera cap. 28. concedit, ab impio fieri aliqua bona opera; & cap. 34. docet, propriae uoluntatis esse assentiri, uel dissentiri uocationi. Ex aliis tractatibus Augustini multa retuli praecedentibus sectionibus. Consequens igitur est, talem possibilitatem à Deo tribui, per quam homines in utranque partem possint, non tantum in peiorem, sed etiam in meliorem, actualiter operando bonum.

6. Tertium argumentum est: nam Luthero illud etiam ualde displicet in doctrina Catholicorum, quòd asserant, omnibus offerri gratiam paratam, ut eam quicumque uoluerit habere, possit, quando uoluerit. Ergo ut adhaereamus ueritati, quam ille oppugnat, oportet asserere, iis hominibus, qui de facto non obtinent gratiam, esse possibile gratiam obtinere, quando uoluerint, sed non per vires solius liberi arbitrij, sed per vires gratiae, partim datas iam, partim oblatas. Antecedens constat ex uerbis, quae refert Rossensis art. 36. uersus finem, fol. 358. & duobus sequentibus, ubi Lutherus ait: *Quo (rogo) manet gloria Deo; si nos tantum possumus, et saluamur per gratiam eius? An parum uidentur hoc posse, si gratiam non habens, tamen tantum uirtutis habet, ut gratiam habere, quando uoluerit, possit? Quid refert, si dicas, sine gratia nos saluam cum Pelagianis; cum gratiam Dei iam ponas in arbitrio hominum? Videtur mihi peior esse Pelagius, dum gratiam Dei necessariam in potestatem hominis ponit, quam ille penitus negauit esse necessariam. Minus, inquam, uideatur impium, gratiam in totum negare, quam eam nostro studio & opere parari, ac uelut in manu nostra reponere.*

7. Vbi quamuis Lutherus mendaciter imponat Catholicis, quòd solis uiribus liberi arbitrij sine gratia impetretur gratia; attamen quod per vires liberi arbitrij, gratia operante excitatas, possumus oblata nobis gratiae adiuuanti cooperari: atque ita esse in potestate, in manu, & in arbitrio peccatoris, ut gratiam habere, quando uoluerit, possit, hoc quidem à plurimis antiquorum Patrum, & à recentioribus Catholicis expressè dictum est contra Lutherum; & hoc illi summo pere displicet in Catholica libertate: propterea que displicent illi Tridentini decreta de libertate. Quod autem impudenter obicit, minus impium fuisse dogma Pelagij, conuicimus esse stultissimum supra disp. 39.

8. Quartum denique argumentum, quo superiora tria confirmantur. Quamuis enim plurima sint alia uerba Lutheri, Caluini, & aliorum eiusdem tempestatis haereticorum, in quibus Catholici agnoscunt latere uenenum contra auxilij sufficientiam,

Gratiam omnibus esse paratam Luthero displicet.

Voluntas sibi necessitatem imponit.

Cacitas mentis.

Infirmas contracta ex libera gratia abiectio.

SECTIO VIII.

Impossibilitatem bene operandi Patres abhorrent, etiam quando illam sonat expresse cortex locutionis sacrae.

Quomodo Scriptura loca impossibilitatem credendi asserens exponant Patres.

Huius expositionis ratio plura capita continens.

Impossibilitatem consequens ex libertate descendit.

Voluntas sibi necessitatem imponit.

Cacitas mentis.

Infirmas contracta ex libera gratia abiectio.

5.

cientiam, & liberam possibilitatem utendi auxilio sufficienti; attamen illa omnia èd praecipue destinantur, ut euertant indifferentem potestatem consentiendi, negando proflus, optionem libero arbitrio dari, & in eius potestate positum esse obrinere salutem. Quòd si aliquo alio modo negauissent auxilium sufficiens, id memoriae proditum esset à diligentissimis, exactissimisque propugnatoribus Catholicæ ueritatis contra Lutherum, Caluinum, & similes: apud quos tamen diligenter quaesitum non reperitur.

1. H Oc etiam argumento manifestatur, quam certi, atque constantes perseverauerint Patres in defendenda libera possibilitate, per quam etiam excæcatis & obduratis hominibus sit absolute possibile actualiter credere, pœnitere, & obtinere salutem. Nam ea de causa quoties sacrae literæ asserunt, in hac uita quibusdam hominibus impossibile fuisse credere, aut pœnitere; sancti Patres exponunt, impossibilitatem esse profectam ex libera uoluntate, quam si uellent mutare, potuissent.

2. Sed opprobrerium erit huius expositionis rationem reddere, ne pro libito quaesita uideatur ad detorquendum sensum Scripturae sacrae. Ratio igitur continet plura capita, quorum singula sufficienti, ut impossibilitatis nomine rectè significari & intelligi possit ea, quae descendit ex libera uoluntate.

3. Primum est, quoniam sicut necessitas consequens descendit ex libera uoluntate; ideoque libertati non repugnat (ut uidimus tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 2.) ita etiã impossibilitas consequens ex libera uoluntate descendit, eo quòd diuina praescientia praesupponit, liberè fore omitendum eum actum, quem sacrae literæ testantur esse impossibile, ideoque libertati non repugnat.

4. Secundum caput est, quoniam uoluntas suis etiam operationibus imperat, quando uult; sicut operationibus aliarum potentiarum: quapropter suo imperio imponit sibi necessitatem eliciendi uolitionem, quam imperat, & impossibilitatem eliciendi uolitionem, quam sibi prohibet.

5. Tertium prouenit ex praecedenti, uidelicet ex suppositione unius ultimi finis, liberè amati, esse impossibile appretiatione debita diligere contrarium uirium finem. Atque uniuersaliter retento libero amore alicuius finis creati impossibile est non uelle media requisita ad illum finem obtinendũ; & impossibile est amplecti pietatis actiones, quibus eiusdem finis consecutio impeditur.

6. Quartum caput est caecitas mentis necessarid proueniens ex passione, atque inordinato affectu, quem tibi dominari permisisti, cum liberè potuisses illi resistere. Inde namque fiet, ut impossibile sit uirtutis pulchritudinem, & uitijs foeditatem cernere; hoc fugere, illam uerò sectari.

7. Quintum est infirmitas contracta, eo quòd diuinam gratiam liberè abicias, nam sine gratia est absolute impossibile operari uiriter ad salutem.

8. Sextum caput est difficultas, quae solet impossibilitatem sonare, quae solet impossibilitatem sonare, quae solet impossibilitatem sonare.

Difficultas quandoque impossibilitatem dicitur.

6.

7.

8.

9.

sibilitatis nomen arrogare, tunc praesertim, quando tanta est, ut propterea sit moraliter infallibile nunquam esse de facto superandam; siue difficultas haec proueniat per se ratione obiecti, & ex genere uirtutis heroicae, siue proueniat ex contraria consuetudine, uel passione uehementi. Cui adiungere possumus impossibilitatem dictam de illo quod sapenumero contingit, ut illud: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Fieri enim potest, ut quadam ciuitas abscondatur maiori aliquo monte ipsius luminibus obstruente.* Sic loquitur Nazianzenus citandus in num. 12.

9. In hoc genere celeberrimus est ille locus Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.* Quod exponens Chryostomus in Ioan. homil. 67. in med. potiores ex praedictis rationibus attingit, dicens: *Non potuerunt autem, hoc est, noluerunt, nec admiratio capiatur; alibi enim inquit: Qui potest capere, capiat. Ira nonnunquam potestate pro uoluntate uirtutis. Et iterum: Non potest mundus uos odio habere; me autem odio habet. Hoc & communi sermone usurpatum uidemus, cum quis dicit, non possum asperum hominem diligere, uehementiam uoluntatis potestatem appellans. Et iterum: Non potest ille fieri bonus; & Propheta: Si mutabit Aethiops pellem suam; & populus hic poterit bene facere, qui didicit mala. Non dicit, quòd impossibile sit ei bene operari; sed quia nolunt, ideo non possunt. Quod autem hic dicitur, ita intelligitur, quòd impossibile erat Prophetam mentiri: non tamen propterea impossibile erat, ut crederent; licebat enim etiam illis credentibus uerum esse Prophetam: non enim praedixisset, si fuissent credituri.*

10. Similia S. Augustinus tract. 53. in Ioan. prope med. dicens: *Quare autem non poterant? si à me quaeratur, citò respondeo: quia nolent; malam quippe eorum uoluntatem prauidit Deus, & per Prophetam praenunciauit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, inquit, dicit Propheta, non uoluntatis eorum. Quia dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, ut non uideant, & aures, ut non audiant: & excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum; etiam hoc eorum uoluntatem meruisse respondeo.* Augustinus igitur quibuscumque argumentis, aut testimonijs sacrae Scripturae, quantumcumque uideantur in speciem significare impossibilitatem, nunquam adduci potuit, ut concederet impossibilitatem, quae praecedat liberam uoluntatem, sed tantum quae post illam sequatur. Vnde longè inferius subdit: *Qui ergo ignorans Dei iustitiam, qua iustificatur impius, suam uult constituere, qua conuincatur superbus, in hunc non potest credere. Hinc illi non poterant credere, non quia homines mutari in melius non possunt; sed quamdiu talia sapiunt, non possunt credere. Hinc excæcantur, hinc indurantur: quia negando diuinum adiutorium non adiunantur.*

11. Breuius eandem expositionem Theophylactus in eum locum Ioan. ita scripsit: *Hoc autem, quod dicit, non potuerunt credere, significat, noluerunt: nam malus, & improbus homo non potest credere, quamdiu talis fuerit, mala scilicet eligens, ac uolens.* Idem sentiunt Theodoretus, Hieracleotes, Euthymius, & Leontius in eundem locum Ioan. 12.

12. Idem uaticinium Isaiæ 6. discutens Athanasius serm. de Passione & Cruce Domini inter principium, & medium, ait: *Quòd firmus dicant: Impossibile erat Iudeos credere, quia hoc de illis scriptum*

prum erat; ne impossibilitatem istam voluntati, delectique agentium tribuas, qui se mutare poterant; sed istam statuas in verbis Propheta, quatenus ille mentiri non poterat. Nimirum, quem cum verè videret, impossibile erat hallucinari, alioqui vidisset, aut non verè, aut non ita, ut res se habebat, falsisque deprehensus fuisset. & post pauca consequentem impossibilitatem exprimit clariùs, dicens: Non enim eo quod scripta erant, ideo euenerunt; sed quia erant futu- ra omnino, ideo certò prædicta sunt.

10. Aliam ex suprà notatis rationem reddit Hugo Victorinus circa epist. ad Roman. q. 264. dicens: Verum est, quod non poterant credere, sicut dicit Euangelium; & tamen non credendo peccauerunt; quia ad illam impossibilitatem ex vitio propria voluntatis perueniunt; & ideo talis impossibilitas non habet excusationem.

11. His consequens est, quod notat Chrysoctom. in Matthæum, hom. 60. ad illud Matth. 18. *Va mundo à scandalis*; prope init. dicens: *Si necesse est, ut scandala veniant, quo pacto ea euitare poterimus? Quia videlicet necesse quidem est, ut scandala veniant: perire autem non omnino necesse est: seu si medicus quidem dixerit, si nulla medicina videris, necesse est, ut in hunc rursus incidat morbum: non omnino perire necesse cum erit, qui vigilanter attendit.* & sequenti contextu copiosè probat totam perundi causam ex libera pereuntium negligentia, & malitia non ex aliqua præcedente necessitate, aut impossibilitate provenire.

12. Nazianzenus orat. 2. de Filio Dei, quæ est quarta de Theologia, prope medium, quartam significationem impossibilis esse dicit, à quo nostra voluntas abhorret. & post pauca: *Quo etiam in ordine, ait, ponendum est illud: Non potest mundus odisse vos; & quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Quo etiam pacto quidquam horum impossibile est, nisi quod voluntas repugnat.*

13. Illud Ioan. 5. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam abinueniem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis?* ita exponit Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 6. & 7. ut impossibilitas ex eo proveniat, quod libera culpa, & inordinato affectu gloriæ Christum, & eius gratiam à se repellent. Locutionis autem rationem subdit: *Quæ enim natura, necessariusque accidit omnibus, qui gloriam hominum veniunt, ut gloriam Dei amittant, & à solo Deo decident. Cui consonat expositio Chrysoctomi hom. 40. in Ioannem, col. 2.*

14. Clariùs ad rem præsentem locutus est idem Cyrillus lib. 5. in Ioan. cap. 22. à medio, exponens illud Ioan. 8. *Quò ego vado, vos non potestis venire: ad vitam enim propero sempiternam; vos autem ad æternum mortis horrorem, quia oblatam vitam vestra periticia reiecit.* & post pauca: *Cum igitur me nunc sequi rennitis ad virtutis laborem, non poteritis me etiam sequi ad premium. Non ob negatam bene agendi facultatem, sed ob propriam animi vestri malignitatem, viam salutis amplecti recusantem.* Pondera præcipuè postremam periodum. Eandem vim habent illa verba Ioan. 8. *Sermo meus non capit in vobis*; quod impossibilitatem significat, quam postea clariùs expressit, post medium capit, dicens: *Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.* Vbi Augustinus tract. 47. *Ideo, inquit, audire non poterant, quia corrigi credendo volebant.*

15. Alia signifikatio impossibilitatis notatur ab eisdem Patribus Ioan. 13. quando ad discipulos, & peculiariter ad Petrum Christus Dominus di-

xit: *Sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modò.* Vbi postrema dictio additur ad significandam temporis opportunitatem, & abundantioram gratiam Spiritus sancti desiderari adhuc ideòque nondum idoneos fuisse Apostolos ad subeundum pro fide Martyrium. Ita August. tract. 64. in Ioan. & fusiùs Cyrillus lib. 9. in Ioannem c. 22. & 26.

16. Nec desunt sententiæ superioribus similes in veteri Testamento: ut Gen. 37. *Oderant enim, nec poterant ei quicquam pacificè loqui.* Vbi Chrysoctomus rationem reddit: *Quia affectio dominabatur eis, & invidia quotidie crescebat, quasi captivi facti, & tyrannidem huius mali ferentes.* Ex hac libera culpa proveniebat illa impossibilitas. Quomodòmodum & avaritiæ affectus, liberè retentus in animo, ex suppositione sui, diuitiarum usum, & fructuonem reddit impossibilem, Eccl. cap. 6. *Vir, cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem; & nihil deest anima sua ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo.*

17. Sumitur autem ex ipso contextu eorundem locorum Scripturæ validum argumentum ad probandum, impossibilitatem non esse absolutam, & antecedentem, sed conditionatam, & consequentem ex libera culpa, quæ vitari potuit. Argumentum autem est, quoniam simul cum ipsa impossibilitate declaratur, possibilitas, vel additur exhortatio ad bonam operationem, sicut Sapientia c. 12. de antiquis habitatoribus Terræ sanctæ ait: *Sed partibus iudicans, dabis locum penitentia, ubi locus idem est quod possibilitas, ut ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 21. sect. 2. & tamen continuò subditur: Non ignorans, quoniam nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.* Rectè igitur Bonaventura ibi consequentem impossibilitatem exponit.

18. Confirmatur præterea, nam ipsa impossibilitatis denüciatio ad exhortationem contrariæ virtutis dirigitur ferè semper, ut omnia verba Christi Domini apud Matth. & Ioan. quæ hactenus retulimus. Quod clariùs constat Matth. 26. & Marci 14. *Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* & Phariseos hortatur ad aperiendos mentis oculos, deposita libera protervia, qua volebant, ex signis & Prophetarum vaticiniis cognoscere Salvatoris aduentum, quando Matth. 16. ait: *Fa-cto vespere dicitis: Serenum erit; rubicundum est enim cælum; & mane hodie tempestas; rutilat enim rubrum cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis; signa autem temporum non potestis scire.*

19. Rectè igitur Scripturæ morem imitatus Hieronymus dialogo 1. aduersus Pelagianos, col. 5. explicans illud Matth. 19. *Si vis perfectus esse, ait: Et hoc dicitur, qui non potuit, imò noluit; & idcirco non potuit.* Atque idem Hieronymus in Marcum cap. 9. illa verba: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti*; ita exponit: *Si potes credere, libertatem hic arbitrii indicat.* Eam nimirum Hieronymus colligit ex coniunctione conditionali, si, de cuius vi ad significandam libertatem diximus sæpè. Præterea subdit Hieronymus: *Omnia possibilia sunt credenti. Quæ sunt omnia, nisi quæ in nomine Iesu, id est, salutis postulatur cum lacrymis?* Propter paritatem rationis idem colligitur ex simili sententia Matth. 17. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis.* Unde constat rerum omnium, quæ ad salutem pertinent,

16.

17. Dicitur impossibilitas consequens est.

18.

19.

Particula Si libertatem significat.

pertinent, possibilitatem, aut impossibilitatem, supposita præueniente, & adiuuante gratia præparata, ita positam esse in nostro arbitrio, sicut ab eo pendet credere, vel non credere.

20. Impossibilitatis, & possibilitatis veram rationem, & concordiam simul cum exhortationis fine, quem Christus Dominus intendebat, breuiter complexus est Clemens Romanus epist. 3. de officio sacerdotis in med. dicens: *Nam qui permanet in malo, & seruus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo; quia ab initio (ut ante diximus) duo regna statuit Deus, & potestatem dedit viciniquæ hominibus, ut illius regni fiat portio, nisi se ad obediendâ subiecerit. Et quia definitum est apud Deum non posse unum hominem vtriusque regni esse seruum, omni sua iure date operam in boni Regis aula, & iura concurrere.*

21. Tria hinc debemus discere. Primum est, impossibilitatem nullam esse in electione alterius regni, dummodo contemnatur alterum; sed impossibilitatem in eo solummodo est, quod vtrique regno simul & collectiuè seruiamus: quam impossibilitatem subire præoptant communitur homines; vellent namque, si possent, retentis cupiditatibus inordinatis, Deo seruire.

Secundum est, Deum per gratiam potestatem deicisse vnicuique hominum, ut in boni Regis aula & iura concurrat, vel iniquo mammonæ seruiat.

Tertium est, Christum Dominum eo fine denunciassè prædictam impossibilitatem, ut hortaretur ad fugiendam avaritiæ tyrannidem, Clemens notat, continuò dicens: *Cum quosdam ex diuitibus negligentes erga Dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem: Nemo potest duobus dominis seruire; & non potestis Deo seruire, & mammonæ, Matth. 6. Consonat Chrysoctomus, Hieronymus, & Augustinus, eundem locum exponentes.*

22. Confirmatur secundò, nam quando Saluator impossibilitatem salutis cõminatur amatoribus sæculi, simul etiam acuit nostram diligentiam, & ardorem animi, ut difficultatem vi & contentione superemus. Quod non faceret, nisi libera frueretur operandi possibilitate, Lucæ 13. *Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt, qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam; quia multi dico vobis, querent intrare, & non poterunt.* Vbi Beda. *Querent, inquit, intrare salutis amore prouocati, neque poterunt itineris asperitate deterriti.* Impossibilitas igitur non refertur, nisi ad eos, qui recusant portam angustam, & asperum iter; amantque laxiore viam & delicias, simulque salutis desiderio quærunt intrare: ij enim non possunt in sensu composito; quærunt namque simul incompossibilia.

23. Confirmatur tertio, nam Dei libertatè omnipotentia nihil derogat impossibilitas, ex optima, & libera illius voluntate proveniens: ergo multo minus libera possibilitati nostræ derogat impossibilitas, ex nostra libera malitia descendens. Antecedens probatur, quoniam aliquando Deus de se ipso affirmat, se non posse, quæ repugnant optimæ gubernationi, & illius circumstantiis, quas seruare decreuit, licet potuisset omittere: ut Gen. 18. *Num potero celare Abraham, quæ gesturus sum?* Chrysoctomus: *Num celabo?* Ambrosius: *Non celo.* Rupertus: *Num potero, subauditur, tantis repugnantiis causis.* Omnes istæ lectiones, & expositiones impossibilitatem reuocant ad vo-

Ruiz de Prædeterminatione.

luntatem; sicut etiam Genes. 19. *Dixit Dominus ad Loth, festina, & saluare ibi, quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* & Chrysoctomus ibi: *Quia curam ego tue salutis.*

In eodem genere minoris boni, ac minus expeditis, est illud Marci 6. *Non poterat ibi virtutem ullam facere propter incredulitatem eorum.* Vbi S. Thomas in Catena ex generali explicatione Chrysoctomi. hom. 67. in Ioan. quam suprà retulimus, hunc commentarium colligit. *Quod autem dicit, non poterat, intelligere oportet, quod non volebat.* Theophylactus verò: *Non potuit, non quia ipse infirmus esset, sed quod illi increduli.* & post pauca: *Non potuit, id est, non capaces erant, nempe quia defuit sanctorum fides.* Marci 1. fine: *Vi iam non posses manifestè introire in ciuitatem; videlicet, ob multitudinem concurrentem.*

25. Nazianzenus orat. 36. quæ est 4. de Theologia prope med. *Quarta, inquit, significatione hoc fieri non posse dicitur, à quo nostra voluntas abhorret; cuiusmodi est illud: Non poterat illi signa facere propter incredulitatem eorum. Quoniam enim ad morborum depulsiões vtrumque accidere necesse est, ut & agroti fidem & medici vim, facultatèque medendi offerant; idcirco alterum, deficiente altero, minimè contingebat. Quamquam haud scio, an hoc quoque genus tertio adiungendum sit, quo impossibile nihil aliud significat, quam quod minimè rationi consentaneum est. Nec enim rationi conuenit, ut is medicina afferatur, quibus incredulitas perniciem innectura est. In hoc tertio genere impossibilis, quod minimè æquum est, rationique consentaneum, posuerat Nazianzenus paulo inferiùs illud Matth. 9. *Non possum filij thaliam ieiunare, quamdiu presens est sponsus.**

26. Addamus insuper Patres, qui non ut exponerent peculiarem Scripturæ locum, sed vt libertatem defenderent, tradidere doctrinam eandem. Anselmus de concordia gratiæ, & liberi arbitrii cap. 3. non longè post medium: *Quod autem, ait, quidam experimento existimant probare, nihil valere liberum arbitrium, quia multi immanis conatu nituntur, ut bene viuam; & quadam (ut aiunt) impossibilitate obstant, nihil proficiunt, aut post profectum irrecuperabiliter deficiunt: non destrunt, quod rationabiliter monstratum est, liberum, scilicet, arbitrium cum gratia valere. Vt autem nitentes non proficiant, aut post profectum deficiant; non impossibilitate, sed aliquando graui, aliquando facile superabili difficultate fieri existimo. Sæpius namque asserere solemus, impossibile nobis esse, quod sine difficultate perficere non valeamus.*

27. Huic primæ significationi secundam continuò subiungit, quæ consistit in contrariorum affectuum incompossibilitate: *Si enim diligenter vnusquisque motus voluntatis sue consideret, intelligit, se nunquam rectitudinem voluntatis, acceptam per gratiam, nisi aliquid volendo, quod simul velle nequit, deserere. Quod certè non facit, deficiente potestate seruandi eandem rectitudinem, quæ potestas est ipsa libertas arbitrii; sed deficiente voluntate seruandi, quæ per se non deficit, sed alia voluntate illam, ut diximus, expellente.* Quod ipsum vt confirmet multiplici voluntatis acceptione declarata, notat tertiam rationem impossibilitatis, eo quod gratiam voluntas liberè abiecerit; vnde in colum. pen. *Voluntas, inquit, instrumentum, cum sponte facta sit iniusta post desertam iustitiam, manet, quantum in ipsa est, necessitate iniusta, & ancilla iniustitia: quia per se redire nequit ad iustitiam, sine qua nunquam libera est.* & post pauca: *Perdido*

N 2 igitur

igitur instrumento volendi iustitiam, id est, reilitudine, nullo modo, nisi per gratiam reddatur, potest voluntas instrumentum velle iustitiam.

28. Postremò Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum pag. 5. loquens de athleticis, qui tunc vincunt, quando Deo melius obediunt, ait: Misericordiam autem consequitur is, qui potest: & potens est, qui voluerit.

SECTIO IX.

Inter miracula, & opera gratia iustificantis discrimen Patres constituunt liberam operandi possibilitatem.

1. Ad probandam possibilitatem obrinèdi gratiam, & gloriam, omnibus adultis concessam, addimus argumentum ex discrimine, à Patribus constituto inter opera gratia gratis data, & opera gratia gratum facientis. Quæ duo genera operationum, quamvis in eo conveniant, quòd supernaturale auxilium requirunt, ita ut sine illo fieri sit prorsus impossibile: nihilominus in eo differunt, quoniam opera gratia gratis data, omniàque miracula non sunt in manu, & potestate cuiusque liberi arbitrij; sed solummodo quorundam hominum, quibus Deus voluit, & quando voluit, eiusmodi potestatem concedere; cum tamen omnia pietatis opera, quæ ad salutem sunt simpliciter necessaria, per auxilia diuinæ gratia ponantur in manu & potestate cuiusque liberi arbitrij; ita ut nullus sit homo rationis vtu præditus, qui non pœnitentia in sua potestate, quando voluerit, illa facere per diuinum auxilium, partim datum præueniendo, partim verò in promptu paratum ad cooperandum, siue proximè, siue remotè, ut explicatum fuit sect. 2.

Opera gratia gratis data, & gratia gratum facientis supernaturale auxilium requirunt. Gratia gratis data non sit in manu hominis cuiusque. Pietatis opera per auxilia gratia sit in manu cuiusque.

2. Confirmatur primò, quia communiter nemo criminis arguitur, eo quòd non propheteret, neque linguis loquatur, nec alia miracula faciat, etiam quando vrgens proximorum necessitas ea fieri postularer, concessa foret illorum potestas. Contrà verò quilibet homo arguitur criminis, eo quòd fidei, sibi sufficienter propositæ, non præbeat assensum, aut non diligat Deum. Hoc autem discrimen imputandi culpam, non posset consistere, si vtriusque genus operum impossibile foret exercere, negato aliquo remedio simpliciter necessario ad actualiter operandum.

Confirmatur secundò, nam ob eandem rationem dolere debemus, quòd non exercemus opera gratia gratum facientis: e contrario tamen tenemur, non dolere, quòd non faciamus opera gratia gratis data, ut ostendimus infra.

3. Confirmatur tertio, quia non solum consiliis, & exhortationibus, sed etiam præceptis ad opera gratia gratum facientis vrgemur omnes homines; cum tamen e contra non omnes homines, sed paucissimi teneantur exercere opera gratia gratis data, neque Scriptura, & Patres hortentur ad illa.

Confirmatur quarto, quoniam Patres hortantur potius, ut non desideremus miracula, & alia opera gratia gratis data; cum tamen hortentur, & obligent, ut omnem industriam, & diligentiam impendamus ad opera gratia iustificantis; quoniam hæc sunt in nostra potestate; illa verò minime.

Restat nunc singula probare auctoritate Patrum. In primis non esse in potestate nostra miracula, etiam quando nobis forent ad salutem vitia; ceterum charitatis, & aliarum virtutum actus esse in nostra potestate, notauit Gregorius in Ezechiel. homil. 15. prope finem, explicans illud Canticor. 4. Collum tuum sicut turris David, quæ adificata est cum propugnaculis: mille clypei pendunt ex ea; vbi hæc inter alia obseruat. Inter utraque distat, quia clypeos pro nostro minime, vbi cumque volumus, mouemus; propugnaculo autem defendi possumus: sed hoc mouere non possumus. & post pauca: Quid ergo Sanctorum miracula, nisi nostra sunt propugnacula? quia & muniri per illa possumus: & tamen hæc in manu nostri arbitrij non tenemus. nam talia facere non valeamus. Clypeus verò in manu est, & defendit: quia virtus patientia, virtus misericordia præcedente nos gratia, & in potestate est arbitrij, & à periculo protegit aduersitatis.

Eodem spectant verba Hilarij in 7. cap. Math. ad illud: Multi mihi dicent in illa die, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? &c. dicentis: Hinc sibi regnum cælorum pollicentur. Quasi verò eorum aliquid proprium sit, quæ loquuntur, aut faciunt: & non omnia virtus Dei invocata perficiat, cum doctrina scitiam lectio asserat, & demonia Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promouenda, præstandique est aliquid ex proprio, ut bonum velimus, & malum vitemus, totoque affectu præceptis cælestibus obtemperemus. Vbi Hilarius in eo constituit rationem discriminis, ob quam opera gratia gratis data non sunt apta, ut propter illa mereamur regnum cælestis; quod merei possumus per opera gratia gratum facientis: quoniam hæc nostra sunt, nobis propria, hoc est, in nostra potestate posita, illa verò minime.

Non esse dolendum, quòd non acceperimus gratias gratis datas, nec earum opera exercere possumus, Chrysof. 1. Cor. 12. hom. 32. colum. 3. colligit ex illis verbis: Numquid omnes Apostoli, &c. cum ait: Quid enim doles, quòd non habes dona curatorium? Cogita quòd id, quòd tu habes, etiam si sit minus, sipe non habet, qui maius habet. Quomodo enim magna non omnibus Deus donauit omnia; sed illis quidem his, hoc verò illud: ita etiam fecit in minoribus, ne his quidem omnibus propositis.

Deinde verò gratia iustificantis opera esse in potestate omnium hominum, omnes ad illa vocari; & nostram culpam esse, si careamus illis, ac studium, & desiderium ad illa esse transferendum; colligit paulo inferius, dum illud: Emulamini autem charismata meliora; ita exponit: Hoc autem dicens, tacite significauit, in eos culpam esse conferendam, quòd minora accipiant; & in eorum esse potestate, si velint maiora accipere. Nam quando dicit: Emulamini, ab eis studium exigit, & desiderium in res spirituales. Non dicit autem, maiora, sed meliora, hoc est, vitia, quæ conferunt. Hoc est autem, quòd dicit, manere desiderantes charismata, seu dona gratuita: & ostendo vobis fontem donorum. Non dicit enim charisma, seu donum, sed viam, ut magis exrollet id, quòd est dicturus. Nec enim vnum, & duo, & tria vobis ostendo charismata, sed viam, quæ ducit ad hæc omnia: & non absolute viam, sed viam excellentem, & quæ est communiter omnibus proposita. Non enim sicut charismata, illis quidem hæc, his verò illa; sed non omnibus hæc data sunt: ita etiam hoc quoque, sed donum est in genere consistens, & vniuersè: & ideo omnes ad hoc vocat.

Eam

8. Eam esse rationem, ob quam Christus Dominus non hortatur omnes homines ad miracula, quoniam non omnibus illorum potestatem largitus est; hortari verò ad humilitatem, & mansuetudinem, quarum nobis largitus est potestatem, obseruat Augustinus in lib. Quinquaginta Homiliarum, hom. 34. post med. tomo 10. vbi: Noli, inquit, timere, non te onero. Hoc à me discite, quòd propter te factus sum. Discite à me, inquit, non formare creaturam, quæ per me facta est, nec illa quidem, dico, discatis, quia quibusdam donauit, quibus volui, non omnibus suscitare mortuos, illuminare cecos, aperire aures surdorum, nec ista pro magno velitis discere à me.

9. Et post pauca de miraculis adhuc tractans: Numquid, ait, quibus hæc non dedit, desperare debent, & dicere se non peruenire ad eum, quia hæc dona accipere non meruerunt. In corpore membra sunt: aliud potest illud membrum; aliud illud. Compegit corpus Deus, non tribuit auri, ut videat, nec oculo, ut audiat, nec fronti, ut olfaciat, nec manui, ut gustet: non dedit hæc, sed omnibus membris sanitatem dedit, compagem dedit, unitatem dedit, spiritum omnia pariter viuificauit, & vniuit. Sic ergo dedit cuidam mortuos suscitare, alij dedit disputare: omnibus tamen quid dedit? Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Hæc autem non actu data sunt omnibus: ergo potestate data sunt omnibus; illa verò dona gratia gratis data nec actu, nec potestate concessa sunt omnibus hominibus.

10. Rursus prædictum potestatis discrimen esse rationem, ob quam, nec procurare, nec desiderare debemus miracula, sed sola charitatis, & aliarum virtutum opera, docuit Augustinus in id Psalm. 130. Nec ambulauit in magnis, nec in mirabilibus super me; Sum, inquit, homines, quos delectat miraculum facere; & ab eis, qui profecerunt in Ecclesia, miraculum exigunt; & ipsi, qui quasi profecisse sibi videntur, talia volunt facere: & putant, se ad Deum non peruenire, si non fecerint; Dominus autem Deus noster, qui nouit, quid cui tribuat, & ut seruetur comago corporis in pace, alloquimur Ecclesiam per Apostolum, non potest dicere oculis manus, opus te non habeo: aut iterum caput pedibus, opus vobis non habeo. & paulo inferius: Si ergo, fratres, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuum, non illud querat: sed querat, ne discordat in corpore. Quomodo si auri querat videre, discordat potest. Nam quod non accipit, non potest facere.

11. Quam eandem doctrinam non longè inferius explicuit clariùs, dicens: Si ergo, fratres, unusquisque, quod potest, iuste egerit, & in eo quod alius plus potest, non inuiderit, sed congratulatus fuerit, tanquam in vno corpore cum eo constitutus, pertinet ad eum vox ista Psalmi: Domine non est exaltatum cor meum; nec in altum elati sunt oculi mei, nec ingressus sum in magnis, nec mirabilibus super me. Quod enim excessit vires meas, ait, non quæsiui, non ibi me extendi, noui ibi magnificari.

12. Respondent nunc aliqui Theologi. Ratio, propter quam Scriptura sacra non omnes hortatur, ut propheterent, vel reuocent ad vitam mortuos, aut sanent insanabiles agri tudines, non est, quia non est in hominum potestate, & arbitrio constitutum habere, aut obtinere dona, quibus hæc possint efficere; sed ratio legitima est, quoniam hæc facere pertinet ad gratias gratis datas, quæ per se primò donantur, in utilitatem aliorum; & non ad propriam, ut ex professo docet S. Thomas 1. 2. q. 111. art. 1.

13. Et quidem D. Thomas, sicut & ceteri Patres, Ruiz de Prædestinatione.

ex mente Pauli 1. Cor. 12. tradit, gratias gratis datas non ad propriam accipientis utilitatem, sed ad communem Ecclesiæ destinari, ut probauimus alibi. Ceterum D. Thomas nec asseruit, nec asserere potuit, hanc solum esse, propter quam Scriptura sacra neque præcipiat, neque consulat omnibus hominibus opera gratia gratis data. Quod probò primò, quia manifestum est, impossibilitatem esse sufficientissimam rationem, quæ materiam reddat incapacem præcepti, atque consilij.

Secundò, quoniam plurimi homines, quibus per diuinam gratiam fuit possibile exercere opera gratia gratis data, quando charitatis generali præcepto ad illa obligabantur, præsertim quando vrgens proximorum necessitas postulabat, vel maxima quædam Ecclesiæ totius utilitas. Tenebantur etiam quandoque strictiori obligatione, propter officium sibi à Deo iniunctum. Quemadmodum Paulus 1. Cor. 9. Necessitas, ait, mihi incumbit: va enim mihi est, si non euangelizauero. Atque de varietate operum gratia gratis data Paulus agebat, 1. Cor. 12. quando dixit: Sed in ipsi sum pro incertam sollicita sint membra. Quod D. Thomas lect. 3. post med. ita explicat: Similiter alij fideles, qui sunt membra corporis mystici, pro se in incertam sollicitudinem gerunt, secundum illud Eccles. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo; & Galat. 6. Alter alterius onera portate.

Et in fine eiusdem lect. 3. ait: Emulamini, id est, desiderare, charismata meliora, id est, gratias potiores, ut scilicet magis desideretis ea, quæ sunt meliora: puta, prophetiam, quam donum linguarum, ut infra c. 14. In cuius initio Paulus ita præcipit primitiæ Ecclesiæ fidelibus, qui varias acceperunt gratias gratis datas, Emulamini spiritualia, magis autem, ut prophetetis. Quod explicat & confirmat toto illo capite. Constat ergo, illis hominibus quibus Deus concessit gratias gratis datas, præcipi, atque consuli exercitium illarum: quapropter ceteris omnibus hominibus ideo non præcipiuntur, neque consuluntur, quoniam eorum potestas denegata est.

SECTIO X.

Eandem possibilitatem actualiter operandi bonum, probat rationis dominium ad subiugandum appetitum, Genes. 4.

Suppono, in quidditate dominij contineri potestatem, quod ex se est, indifferentem, solutam, & expeditam, ut de rebus, quarum dominatur, disponat pro libito: insuper hoc dominium opprimi, & impediri qualibet antecedenti necessitate, vel impossibilitate: ut probatum fuit tomo de scientia Dei disp. 52. lect. 9. Quo supposito, increpatio Dei ad Cainum, ceteros illius imitatores directa Gen. 4. vim habet maximam. Nam increpatio prædicta rationi, seu portioni superiori voluntatis concedit potestatem, ut sui dominium permittat inferiori parti, videlicet appetitui; vel penes se ipsam constanter retineat, exerceatque dominium, subiugando, & frænando appetitum. Hæc autem fieri non possunt sine diuino auxilio: vnde consequens est, reprobos etiam habere sufficiens auxilium tantæ virtutis, ut illis sit absolute possibile actualiter cauere, ne regnet peccatum in suo mortali corpore, sed ipsi potius dominantur illius.

Gratia gratis data non in propriam, sed in communem utilitatem.

14.

15.

Dominij continet potestatem indifferentem.



2. Confirmatur, nam in eadem increpatione conceditur homini potestas agendi, & circa opera mala illud peculiare ut ab homine initium sumant, & non à Deo, à quo solummodo bona opera initium sumunt, ut ponderabimus statim circa commentarium Ambrosij.
3. Dei verba Genes. 4. hæc sunt: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies; si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius; & tu dominaberis illius;* siue, ut in Hebræo habetur, consulendo, & imperando; *Sed tu magis dominare eius.* Quod ita explicat Hieronymus in lib. questionum Hebraicar. in Genesim: *Verum quia liberi arbitrij es, moneo ut peccatum non tibi, sed tu peccato dominaberis.* Habent ergo dominium cohibendi peccatum, etiam illi, qui peccaturi sunt, & qui iam peccare decreuerant, ut Cain.
4. Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel cap. 7. secundum Septuaginta legit: *Peccasti? Quiesce.* Atque ita interpretatur: *Ideo ait, quiesce, quoniam non habes, quod excuses. Culpa ipsius ad te conuersio est. In te reuertetur crimen, quod à te cepit. Non habes, in quo necessitatem magis quam mentem tuam arguas, in te reuertetur impietas tua; tu princeps illius es. & iterum: Tu princeps operis tui, tu dux criminis. Quibus aliisque similibus verbis ostendit libero arbitrio ut principi subesse opera mala, ut cohibeantur, vel committantur. Præcipue verò notandum est, ab homine incipere malum opus, ac proinde non prædeterminari à Deo. Nam si Deus prædeterminaret, à Deo inciperet opus malum, ut magis ponderauimus tomo de voluntate Dei tota disp. 36. & 37. Postremò in eodem Ambrosij testimonio considera, nullam esse necessitatem, ob quam impossibile sit actualiter vitare peccata.*
5. Eandem Septuaginta lectionem Augustinus lib. 15. de ciuit. cap. 7. prope finem sic interpretatur: *Quiesce, inquit, id est, manus à scelere contine, non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Ad te enim conuersio eius, dum non adiunatur relaxando; sed quiescendo frangat; & tu dominaberis illius, ut cum foris factus non permittitur operari, sub potestate mentis, regentis, & bene volentis assuescat, etiam intrinsecus non moueri.* & infra ex simili phrasi, qua Genes. 3. significatur viri dominium in fæminam, colligit, hic etiam significari rationis dominium ad cohibendos, vel laxandos appetitus. Consonant, quæ contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 9. scripserat; ubi eundem locum Genes. 4. mysticè de Iudæis interpretatur; sicut & Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Genesim post medium, ubi ad illa verba, Genes. 4. *Tu dominaberis illius;* hunc adhibet commentarium: *Quod si Israël terrestres oblationes expellere voluisset, atque principem sibi, ducemque perfectioris vitæ Christum constituisset, liber vique euassisset.* Quæ verba denotant etiam pertinacissimis Iudæis fuisse absolute possibile, fidem & veram religionem actualiter recipere.
6. Chrysostomus in Genesim homil. 18. prope finem notat in his verbis, Deum pro sua benignitate congrua Caino remedia apposuisse, & suum officium fecisse, ut qui non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. Præsertim notanda sunt illa verba: *Igitur quia peccasti, quiesce, tranquillitatem facito, tuarum cogitationum, & liberam mentem ab impetu fluctuum oppugnantium.*

Initium mali operis ab homine est.

Prosper de vocat. gentium lib. 2. cap. 13. ait: *Noli peccato regnum in te dare, sed tu potius in ipsum sume dominatum.* & infra: *Cum ergo tali ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum est, voluisse eum, & quantum ad illum modum medendi sufficiebat) egisse, ut Cain ab illo impietatis furore respiceret? Sed malitia perinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior: & vtiq; præstebat Deus, ad quem finem insipientis esset progressura conceptio: nec ex eo quod falli scientia diuina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis.* Confer priora verba postremis, & collige primò dominium voluntatis, quod necessitati directè opponatur, & sit in manu voluntatis. Secundò collige, Deum voluisse, ut Cainus respiceret. Insuper ad illum finem egisse, quantum ad illum modum medendi sufficiebat: qua limitatione Prosper significat, fortiora remedia fuisse à Deo consultò prætermisissa, cæterùm absolute atque plenè sufficientia fuisse, quæ adhibita sunt, ut nulla necessitate peccandi vrgeretur facinus voluntatis.

Bernardus serm. 5. de Quadragesima ante medium, eundem locum tractans, ait: *In nobis est, si vinci nolumus; & nemo nostrum in hoc certamine deicitur inuitus. Sub te est, o homo, appetitus tuus; & tu dominaberis illius. Potest inimicus tuus excitare tentationis motum; sed in te est, si volueris, dare, vel negare consentium. In tua facultate est, si volueris, inimicum tuum facere seruum tuum, ut omnia tibi cooperentur in bonum.* Postea verò explicat, hanc potestatem à diuino auxilio per orationem implorando, pendere.

Isidorus in mystica expositione Sacramentorum, siue questionum in Genesim capit. 6. prope initium ait: *Quod si obtemperasset Deo Cain, dicenti: Quiesce; sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, ad se conuertisset peccatum suum, sibi hoc tribuens, & confitens Deo: ac si aditus indulgentia gratia, ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante, seruus esset peccati, neque fratrem occidisset innocentem.* Quod mysticè ad Iudæos applicans, colligit illos per gratiam potuisse dominari peccato, si audirent Christum Dominum.

Gregorius lib. 4. moralium cap. 17. fine, aliàs cap. 22. ad illa verba Job 3. *Noctem illam tenebrosus turbo possideat,* inquit: *Cum peccata impunita relinquimus, à nocte possidemur; cum verò hac animaduersione poenitentia plectimur, nimirum, nos noctem, quam fecimus, possidemus. Sed tunc peccatum cordis sub iuris nostri possessionem reducit; si cum incipit, reprimatur. Vnde & diuina voce Cain, praua cogitanti, dicitur: In foribus peccatum tuum aderit; sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. In foribus quippe peccatum adest, cum cogitationibus pulsatur, cuius appetitus subter est, eique homo dominatur: si cordis nequitia inspecta citius prematur; & priusquam in duritiam crescat, reluctanti menti subigatur.* Omnia sonant ius, dominium, & potestatem subiugandi, etiam illud ipsum peccatum, quod de facto subiugarum non est.

Ennodius Ticenensis, cuius verba refert Turrianus lib. 4. pro epistolis Pontific. cap. 2. prope finem, postquam probauit libertatis potestatem indifferentem esse, ut gratiam sequatur, vel resistat illi, consummat hac ratione: *Via enim scelerum non imperatrix nostra legitur esse, sed famula; cum de peccatis dicitur: Sub te erit appetitus eorum.*

Phila

12. Philastrius Brixienensis Episcopus lib. de hæresibus (cuius meminit Augustinus in quadam epistola ad Quoduultdeum) hæresi 80. & habetur tomo 4. Biblioth. in princip. ait: *Dominaberis cogitationi tuae mala, que est in arbitrio tuo, ut cuiusque hominis arbitrio, atque voluntate, aut projiciat de corde suo malam cogitationem, immisissam à diabolo, aut non projiciendo, crimen incurrat in perpetuum.* His & aliis similibus explicans eundem locum Genes. 4. tradit expressè vtriusque partis indifferentiam.
13. Beda in questionibus in Genesim idem prorsus scribit, quod supra num. 3. ex Hieronymo retulimus. Albinus Flaccus Alcuinus in questionibus super Genesim (in Bibliotheca tomo 3. col. 1072.) ait: *Tu quia liberi es arbitrij, non habet peccatum sub te dominium; sed tu super illud; & in tua potestate est, sine concupescere, sine concupiscere illud.* Vide igitur indifferentiam libertatis ad vtramque partem oppositam.
14. Egregia similitudine eundem locum Rupertus illustrat in commentario, dicens: *Et tunc quidem (nempe postquam commiseris crimen) super te erit, & dominabitur tui. Quid omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Nunc autem antequam facias illud, dum adhuc est in appetitu, ipse appetitus eius subter te erit, & tu dominaberis illius. Quemadmodum is, qui nondum Rex creatus est, subter populum est, & populus dominatur illius, ita ut cum recipiat, si vult. At postquam Rex creatus est, populus sub eo est, ipseque eius dominatur, ita ut cum Regem habere cogatur, etiam si nolit.* In eandem sententiam Hugo de Sancto Victore: *Sub te, inquit, erit appetitus eius, non super te, & tu dominaberis illius, non illud tui; ac si aperte dicat, in tua potestate erit cauere tibi, vel ab interiori mala voluntate, vel ab exteriori occasione peccandi.*
15. Similiter exponunt Eucherius, Abulensis, Lyranus, Caietanus, Lippomanus, & alij. Quibus addere possumus Faustum Galliarum Episcopum lib. 2. de libero arbitrio cap. 6. prope finem (tomo 4. Bibliothecæ) in huius loci expositione catholica; quamvis de initio gratiæ cum Semipelagianis sentientem.
16. Denique prædictam libertatis indifferentiam ad opposita ibidem intellexit Targum Hierosolymitanum, dicens: *Verumtamen in manum tuam tradidi potestatem concupiscentia tua. & tu dominare ei siue ad bonum, siue ad malum.*

SECTIO XI.

Prodigus filius, Lucæ 15. probat liberam possibilitatem actualiter operandi.

AD confirmandam eandem conclusionem, quam sect. 3. proposuimus, validum argumentum est liberalis, atque ingenuus modus agendi cum hominibus, non quasi cum mancipijs; sed quasi cum filiis nobilissimi parentis, ætate iam adultis; quos ligari, atque vinculis constringi, indignum est, quousque propter crimina filiorum ius, & nobilitatem amittant. Certè prudentissimus ille pater duorum filiorum, ut suam economiam ad libertatem adolescentioris filij accommodaret, discedentem vinculis retinere indignum putauit. Sed tamen filium non relegauit, non interdixit domo, non expulit, non ut abiret, impulit: solummodo permisit, sua sponte volentem abire in regionem longinquam, cum

posset in paterna domo permanere, si vellet: concessitque, quod iure conaturalitatis postulabat. Ergo Deus non includit libertatem nostram intra vincula necessitatis antecedentis: neque per illam nos impellit, ut recedamus ab eo, prædeterminando materialem entitatem peccati; neque reddit impossibilem actualem cooperacionem cum diuino auxilio, quasi aditum nobis ad paternam domum præcludendo: sed tantum permittit, auxilio non cooperari cum, qui posset cooperari, si vellet.

Ad hunc finem præsertim consideranda sunt illa verba: *Dixit adolescentior ex illis patri: Da mihi partem substantiæ, qua me contigit, & diuisit illis substantiam.* Hæc parabola pars significat dominium & liberam, expeditamque potestatem vtendi suis potentiis animi, & corporis in bonum, siue malum, prout voluerit. Cuius aperta ratio est, quoniam filius quandiu est in potestate patris, vel ætate minor, nihil differt à seruo (ut Paulus loquitur) præsertim quantum ad proprii patrimonij administrationem; cuius tota potestas manet adhuc penes patrem. Sed postquam filius emancipatur, accipitque partem substantiæ, sibi iure obuientem; iam dominium, & liberam administrationem illius suscipit. Quapropter res est accommodatissima, ut significet libertatis dominium solum, & expeditum circa se ipsum, suâque omnes potentias homini fuisse concessum, atque permittum.

Hanc vim in præsentis parte parabola agnoscunt communiter Patres, ut Augustinus de questionibus Euangelicis lib. 2. quæst. 33. dicens: *Viuere, intelligere, meminisse, vel ingenio alacri excellere, omnia ista diuina sunt munera, qua in potestatem accipiunt per liberum arbitrium, quia diuisit pater liberis substantiam, minor filius in regionem longinquam profectus, male vtendo naturalibus bonis, &c. & post pauca: *Placuit animæ, per liberum arbitrium ferre secum quandam velut potentiam naturæ suæ, & deserere eum, à quo condita est, presidens viribus suis.**

Ambrosius in eundem locum: *Vides, inquit, quod diuinum patrimonium potentibus datur? Neque putes, culpa patris, quod adolescentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ætas, neque fides grauatur auitis. Ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit: atque vtiuam non recessisset à patre, impedimentum nescisset ætatis. Non ergo peccauit ille propter talem ætatis infirmitatem, cui simpliciter impossibile foret, actualiter vitare peccatum: alioqui fuerit Dei regno infirma satis ætas, cui obstat impossibilitas operandi.*

Hieronymus in epist. ad Damasum de filio prodigo colum. 3. illa verba: *Diuisit illis substantiam;* sic explicat: *Dedit ei liberum arbitrium, dedit mentis propria libertatem, ut videret vnusquisque non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex voluntate, ut virtus haberet locum; ut à cæteris animantibus distaret, dum ad exemplum Dei permittitur nobis facere, quod volumus.*

Ij Patres sub nomine liberi arbitrij comprehendunt potestatem non solum vtendi naturalibus donis, sed etiam supernaturalibus, quibus præcipue liberum redditur arbitrium. Sed præceteris ampliationem ad supernaturalia donatiarius expresserunt Theophylactus, & Euthymius in verba citata Lucæ 15. Theophylactus ibi: *Rationale, inquit, ad quod subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Omne autem rationale liberi arbitrij est. Dat igitur nobis Dominus rationem,*

Filius in potestate patris, vel ætate minor nihil differt à seruo.

3.

4.

5.

6. Libertas ad supernaturalia dona.



SECTIO XII.

Præsentis seculi discrimen à futuro, probat liberam possibilitatem actualiter operandi.

ut ea liberè utamur tanquam nostra substantia. Dat autem omnibus ex æquo. Omnes enim ex æquo rationales sunt, æque liberum habent arbitrium: at alij videntur hac libertate secundum rationem; alij autem dilapidamus donum diuinum. Et simpliciter omnia, quæ dedit nobis Dominus, substantia nostra cœferi possunt: ut exempli gratia; celum, & terra, & in summa creatura omnes, lex, Prophetæ. Itaque ille, qui dedit omnia hæc ex æquo, permisit liberè ingredi: nullum enim cogit non volentem, ut sibi seruiat. Nam si voluisset nos cogi, non fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porro filius iunior omnia hæc simul decoxit.

7. Euthymius ibidem ait: Qui etiam substantia partem, quæ sibi obueniebat, petiuit, hoc est, liberum arbitrium, quod ei ex natura debebatur. Ac si diceret: Nolo, cogeat me seruiendi necessitas: liberum est enim mihi arbitrium. Si volo, modestus sum: si volo, cogi nequeo. Pater ergo candidè imperijt. Vult enim Dominus, ut sibi voluntariè seruiatur. Aut obtingentem substantia partem dicit debitam ex Baptismo gratiam. Cuius enim baptizato diuina datur gratia. Substantia verò, sine diuitiæ Dei sunt charismata, id est, dona, quæ diuidi fidelibus. Vnde colligo, non solum liberum arbitrium, sed etiam gratiam ita concedi, ut in potestate liberi arbitrij sit eam dissipare, vel conseruare, & augere.

8. Ponderatione dignum est, non solum iuniori, sed etiam seniori filio diuisam esse substantiam. Diuisi illis, inquit, non illi, ut colligas, sicut senior filius in paterna domo, & obedientia perseuerauit, ita etiam iuniorem perseuerare potuisset, si vellet. Contrà verò senior filius potuit à domo, & obedientia patris recedere, atque substantiam dilapidare, si vellet. Illum namque pater non magis, quam adolescentiorem vinculis, aut hæreditatis priuatione cohibuit.

9. Econtrariò sicut adolescentior rediit humilis, & obediens: ita senior potuit rogante patre, ingredi ad conuiuium. Quod ponderat Hieronymus in prædicta epist. ad Damasum colum. 3. dicens: Quam benignus, & clemens pater, rogat filium, ut lætitiæ domus particeps fiat. Rogat autem per Apostolos: rogat per Euangelij prædicatores; è quibus Paulus ait: Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. In his exterioribus auxiliis continentur implicite auxilia interiora, quibus pater, quantum ex parte sua requirebatur, sincero, ac vero desiderio præstitit, ut senior conuiuij, atque lætitiæ particeps esse vellet. Non igitur illi denegauit aliquid simpliciter necessarium, ut actualiter ingredere-tur conuiuium.

10. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem, licet nullam præsentis parabola mentionem facit, scribit tamen plurima non minus apta, quam si ad illius explicationem excogitata fuissent. Præsertim notandum est illud in cap. 6. ante medium: In quam rem ea substantia homini accommodata est, quæ huius status esset, afflatus Dei, utique liberi, & sue potestatis. Sed & aliàs, quales erant, ut totius mundi possidens homo non in primis animi sui possessione regnaret? & post pauca: Ut ergo bonum iam suum haberet homo emancipatum sibi à Deo, & fieret proprietarius iam boni in homine, & quodammodo natura, de institutione adscripta est illi, quasi libripens emancipati à Deo boni, libertatis & potestatis arbitrij, quæ efficeret bonum ut proprium iam spontè præstari ab homine. Vnde infert, siue ad bonum, siue ad malum actualiter operandum, nulla intercedente necessitate, liberum arbitrium à diuina prouidentia determinari.

Q Via non desunt in hac a tate Doctores, qui licet fateantur omnibus adultis præberi, quæ requiruntur ad posse peccitare, & posse bene operari; negant nihilominus præberi, quæ requiruntur ad actualiter peccitare, & actualiter operari, sectio præsens ostendit, hoc negato, non satis verificari præcipuas assertiones Scripturæ, & Patrum, quæ de peccitantiæ possibilitate loquuntur.

Prima est, Deum esse multum ad ignoscendum, ita ut nihil desit, sed potius abundet.

Secunda, non solum viatoribus concessas esse potentias ad operandum, sed etiam illas nunquam in hoc sæculo ligari vilo necessitatis, aut impossibilitatis antecedentis vinculo. Prædicta verò solutio ita potentiam concedit, ut physica prædeterminatione ligata sit, ad producendam materialem actionem peccati, & omittendam actualem peccitentiam.

Tertia, in hominis potestate positum esse, ut si voluerit, euitare extremi iudicij acerbiteriam. Hæc autem potestas insidiosa erit, & captatoria hominum, proindeque diuina bonitate indigna; si negat aliquid simpliciter necessarium, vnde fiat absolute impossibile actualiter euitare iudicij acerbiteriam.

Quarta, suppetere omnes vires, quæ ad salutem actualiter obtinendam requiruntur, ita ut nihil earum desit.

Postrema, totum discrimen sæculi præsentis à futuro non ad vtilitatem, sed potius in perniciem omnium præcitorum flectitur; non ab ipsorum libero arbitrio, sed à libero decreto Dei; si denegat aliquid simpliciter requisitum ad peccitandum, independenter ab eorum libera volitione: & nihilominus eorum impænitentiam punire vult.

Primum testimonium Isaia 55. Querite Dominum, dum inueniri potest. Vbi Hieronymus: Dum estis, ait, in corpore: dum datur locus peccitentia. Immoce eum dum propè est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad Dominum; quoniam multus est ad ignoscendum. Quem locum ita ponderat Fulgentius epist. 7. ad Venantiam, cap. 4. Multus est ad ignoscendum. In hoc multo nihil desit, in quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia misericors est: ut nihil sit, quod nolit, aut non possit relaxare conuerso. Quapropter quantum est ex parte Dei, nihil ad peccitentiam absolute requisitum deficit hominibus. Porro idem Fulgentius cap. 3. 4. 5. & præsertim cap. 7. probat, vitæ præsentis tempus esse conuersioni aptissimum: omnibusque hominibus spem esse peccitentia, confirmat ex toto ferè cap. 18. Ezechiel. & cap. 8. Ierem. Numquid qui cadit, non resurget? &c.

Secundum testimonium hac ratione probat eandem veritatem, quia nulli hominum ligantur manus, & pedes, quousque mittendus sit in tenebras exteriores: ergo nemini adimitur potestas ambulandi, & conficiendi rectum iter, ad patriam, significata per pedes: ac nemini adimitur potestas laborandi manibus ad comparandum victum,

1. Sent. asserens omnibus dari sufficientia ad bene posse, non verò ad actualiter bene operari.

2. Deus multus ad ignoscendum.

3. Vires ad bene operandi nullo antecedentis necessitatis vinculo ligata.

4. Extremi iudicij acerbiteriam euitare possumus.

5. Suppetit vires ad salutem actualiter obtinendam.

6.

7. Nulli in hac vita ligantur manus & pedes.

victum, quandiu est in vita præsentis. Nam, ut scitè annotauit S. Bernardus tract. de grat. & libero arbit. post medium explicans id Matth. 22. Ligatis manibus, & pedibus projicite eum in tenebras exteriores; quid est ipsa manuum, pedumque, ligatio, nisi omnimoda potestatis ablatio.

5. Sumpfit autem Bernardus explicationem ex Ecclesiasticis cap. 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, neque ratio, neque sapientia, neque scientia erit apud inferos, quò tu properas. Vnde Ecclesiasticus cap. 14. Non est, inquit, apud inferos inuenire cibum. Et totius Ecclesiastici hæc est vltima sententia: Operamini opus vestrum ante tempus: & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. Ecce tempus, ante quod, præcipit, ut operemini opus vestrum, videlicet ante retributionis tempus. Optimè namque Euthymius in verba citata Matth. 22. Catenam, inquit, vocat cessationem operis, quæ manibus, ac pedibus perficitur. Tunc enim cessabit peccatorum operatio: nec amplius vel una alio ad iudicem placandum dabitur. Operationis siquidem præsens tempus est; futurum retributionis. Denum observa supernaturales manus & pedes ligati, profus indignum esse, propter earum exitimam nobilitatem: quapropter eripiuntur damnatis, ne tantam in tartaro patiantur contumeliam: & in hoc sæculo nunquam ligantur vinculo necessitatis, aut impossibilitatis antecedentis.

6. Tertium testimonium Iob 34. Nec enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in iudicium. Vbi primò pondera, hanc esse potestatem indifferentem ad veniendum, & non veniendum. Nihil enim formidabile, Iobis proponeret peccatoribus, si in futuro sæculo impossibile esset venire ad Deum in iudicium: illud autem est summopere formidabile, ita esse possibile venire ad iudicium, ut impossibile sit tunc euitare iudicij acerbiteriam, nisi in hoc sæculo fuerit euitata. Id quod Hieronymus ibi solita breuitate notauit, dicens: Id est, si habueris in potestate, ut veniat: potest habere, ut non veniat. Quibus verbis aperte supponit, illam phrasim esse potestatis indifferentis ad vtramque partem. Eadem verba explicans Gregorius 25. moral. cap. 6. ait: Quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostræ contra nos subire iudicium, recognoscendo accusamus nos ipsos: nec enim ultra in hominis potestate est.

7. Nycetas in eundem locum ait: Hoc quidem tempore bonum & malum, in nostra est potestate. Verum in eo, quod consequitur, eio, eius rei erit nobis eripia facultas. Nec enim rei gerenda optionem daturus est amplius. Eadem prorsus verba Olympiodorus habet apud Comitolum in catena Græca. Nota tres phrasas, esse in potestate, eripere facultatem, & optionem dare. quæ singulae indifferentiam possibilitatis collatam, vel ablatam significant. Et quamvis alij expositores aliter explicent; hæc tamen expositio congruit magis vulgatæ lectioni.

8. Confirmatur, nam quibus in rebus nostra in potestate situm est agere, in iis & non agere situm est in nostra potestate; & è contrario, in quibus rebus non agere situm est in nostra potestate, in iis & agere situm est in nostra potestate: ut docet Aristoteles 3. Ethicor. cap. 5. initio. De quo plura vidimus tomo de scientia Dei disp. 41. sect. 1. & disp. 49. sect. 10.

9. Quantum testimonium ostendit, quòd peccatoribus, quandiu viatores sunt, vires suppetunt, à

seruatore animæ nostræ suppeditatæ, Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris, vires non suppetunt; qui inspector est cordis, ipse intelligit: & Seruatore animæ tua nihil fallit, reddeatque homini iuxta opera sua. Quæ verba licet explicari soleant de facultatibus temporalibus, videlicet, diuitiis, potentia, prudentia, & gratia, ut liberentur ab interitu quicumque, quomocumque periclitant; & Hieronymus, seu Beda, & Glossa Ordinaria referantur, ad spiritualem vitam proximorum liberandam; nihilominus plenior, & Spiritu sancto dignior erit sententia, si non solum alienæ vitæ spiritualis, & temporalis, sed præ ceteris propriæ spiritualis vitæ curam commendet, acque committat arbitrio.

10. Porro discrimen insinuat esse maximum eorum, qui iam sicut oves in inferno positi sunt, moribus depascet eos. Ad hos enim eruidos nullæ vires suppetunt. Caterum quandiu viatores aguntur à demone ad peccandum, tandiu ad mortem ducuntur. Hos igitur liberare ne cesses, tibi præcipitur hoc loco. Ergo eorum omnium possibilis semper est liberatio. Si enim aliquando non esset possibilis, tunc foret cessandum. Rursum ne causeris vitium defectum; præoccupat Sapiens hunc prætextum excusationis, & fallacem esse conuincit, cum ait: Si dixeris, vires non suppetunt, &c. Quod verbum, iuxta Latini sermonis auctores, significat, in promptu est, adest; cui opponuntur, deficit, & deest: referturque non ad potentiam, seu facultatem remotam, sed ad vsum actualem: veluti apud Horat. lib. 1. epist. 12.

11. Pauper enim non est, cui verum suppetit vsus. Quapropter legitimus sensus est: animæ tuæ Seruator pro suo munere tibi, & omnibus peccatoribus, quandiu in via sunt, auxilia suppeditat tanta cum sufficientia, ut non ad potentiam im-peditam, & ligatam, defectu alicuius complementi, sed ad ipsam actualem vsum omnia, simpliciter requisita ex parte Seruatoris, in promptu sint, & adsint: ita ut illorum nihil deficiat, aut desit. Propterea Seruatorem non poteris fallere: si dixeris, vires non suppetunt. Obserua deinde coherentiam postremæ propositionis cum præcedentibus. Hæc enim ratio est, ob quam peccata non sunt opera Dei, ac proinde iuste puniantur à Deo: quoniam ab homine potuerunt de facto vitari, per vires à Seruatore collatas.

12. His addere possumus, ianuam non fuisse clausam absque spe apertendi, & vtilitate pulsandi, atque petendi, quousque venit sponfus, & intrauerunt virgines cum eo ad nuptias. Vnde solo vitæ præsentis spatio fructuosam peccitentiam esse possibilem, colligunt Hieronymus, Augustinus, & Hilarius Matth. 25. Idemque clariùs traditur Lucæ 13. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foras stare, & pulsare ad ostium, dicentes: Domine, aperi nobis; & respondens, dicit vobis: Nescio, vos vnde sitis. Theophylactus, Beda, & alij expositores intelligunt, quousque paterfamilias vitæ nostræ periodum clausit, & simul clausit ostium salutis, semper nobis per Dei gratiam possibilem esse ingressum.

13. His, aliisque similibus sententiis Scripturæ consonant omnes Patres Ecclesiæ. Chrysostomus homil. 2. in Psalm. 50. colum. 4. moribundo, per desperationem dicenti: Mille criminibus obnoxius sum: non possum in nouissimo peccitare die; ita responderet: Potes, & valde potes, charissime: in exitu

Seruatore omnibus viatoribus auxilia suppeditat.

9.

10.

11. In toto vitæ tempore peccitentia possibilis.

12. Consonant Patres.

quo cogita Deum: in testamento relinque pauperibus, &c. Idem homil. 37. in Matth. paulo post medium: *Præfens*, ait, *hæc vita tam rectè, quam contrarium tibi vivendi potestatem dat.* Atque in hac vita semper possibilem esse pœnitentiam, non in futura, docet etiam in Genes. homil. 19. ad illa verba Cain: *Maiores iniquitas mea*, &c. & Genes. 18. homil. 43. colum. 2. & lib. 1. de compunct. colum. 4.

13. Ephrem Syrus in serm. de vita religiosa atque monastica pag. penult. tradit eandem pœnitentiæ possibilitatem: & in serm. 1. de compunct. prope finem ait gratiam recedere nostris peccatis offensam; sed *Deum misericordia coactum, nihilominus peccatores sua gratia visitare, & cor nostrum huiusmodi sui dulcedine pulsare, ut respiciat, & sic lucis dulcedine allectus, homo gratiam acquirit.* Nequit enim nos penitus gratia deserere, à propria enim ipsius benignitate eò adigitur, ut omnium nostri miseretur. Adest ergo gratia præueniens, quæ omnes peccatores excitet, ut resipiscant, & gratiam actualiter adquirant.

14. Ambrosius eodem ipso momento, quo peccamus, excitari à Deo ad pœnitentiam, docet lib. 10. in Lucam cap. 96. aliis cap. 13. ad finem, agens de Iesu respiciente Petrum, & Petro plorante, dicens: *Eodem momento, eodem tempore respicit te Christus, si in aliquo liberis; quia scilicet tuorum rebus assistit: respicit, ut recorderis, & scitearis errorum.*

15. Basiliius lib. de Spiritu sancto cap. 16. ad finem ait: *Diffectio est anima, perpetua à Spiritu sancto alienatio. Nunc enim tamen non admittetur indignis, arantem aliquo pacto videtur adesse, siemel consignatis, expectans, ut ad salutem convertantur. Tum vero in totum ab anima, quæ gratiam ipsius prophetauerit, recedat, eo quod non est in inferno, qui confiteatur, nec in morte, qui memor sit Dei: quid iam non adsit sancti Spiritus adiutorium.* Postrema verba, præcedentibus collata, ostendant, baptizatis in præsentia vita adesse Spiritus sancti adiutorium, expectans, ut ad salutem convertantur, ita ut nihil desit ex parte Dei, sed tantum ex parte hominum. Rufinus Basiliius in constitutionibus monasticis c. 2. inter princip. & med. hoc docet orandi exordium: *Gratias tibi ago Domine, propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua sustines, & ad respiciendum, omnibus nobis potestatem facis.*

16. Olympiodorus in Ecclesiasten cap. 12. prope initium copulans illa verba: *Memento Creatoris tui, antequam obtenebrescat sol*, &c. ita exponit: *Rationem habeto tue salutis, eamque curato diligenter, donec uti potes libero voluntatis arbitrio; incogitans, tibi est ad virtutem accedere. Post hanc etenim vitam tibi accidet, non stanti vis, sed torqueris, sicuti non vis.* Non esset autem integrum ad virtutem accedere, si defuisset aliquid simpliciter necessarium, ut possibile sit ad virtutem actualiter accedere. Vnde neque quantum ad hoc uti posses libero arbitrio.

17. Hilarius in Psalm. 51. versus finem ait: *Non enim confessio peccatorum, nisi in huius sæculi tempore est, dum voluntati sue unusquisque permisit est, & per vitæ licentiam habet confessionis arbitrium.* Quod autem voluntati permisit esse, significet libertatis indifferentiæ, non determinatam à Deo per aliquam necessitatem, ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 31. sect. 1. & 2.

18. Vniuersaliter in hoc sæculo pœnitentiam esse

possibilem peccatoribus, sed non in futuro, docent antiquissimi quique Patres. Clemens Romanus constitutionum Apostolicarum lib. 2. cap. 14. Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. vltimo in med. de obduratis Iudæis & Sodomitis sic loquitur: *Cum enim converterentur, & pœnitentiam agerent, & quiescerent à malitia, filij poterant esse Dei.* In quo supponitur, posse conuerti, ut ex omnibus præcedentibus capitibus à cap. 70 vsque ad vltimum constat.

19. Clarius id docent Iustinus Martyr ad orthodoxos quæst. 97. & in dialogo cum Tryphone prope finem: Epiphanius hæresi 59. contra Catharos, Cyprianus lib. 4. epist. 2. ad Antonianum colum. penult. & serm. de ablutione pedum, & de Passione Domini: Augustinus in Psalm. 36. concione 1. paulo ante primum versum: *Noli emulari*, &c. In id Psalm. 49. *Ignis ante eum præibit*; in Psalm. 51. in med. & in id Psalm. 57. *Præquam intelligerent spina vestra thannum*; serm. 20. de verbis Domini in Matth. post med. serm. 66. de tempore prope initium, & alibi frequenter. Quibus adde librum de pœnitentiæ medicina c. 5. apud Augustinum tomo 9.

20. Eodem temporis discrimine pœnitentiæ possibilitatem tradit Hieronymus lib. 2. aduersus Iovinian. col. 3. explicans illud Hebræorum 6. *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt*, &c. epist. ad Damasum de filio prodigo post med. sæpe: & in Ecclesiasten cap. 7. ad illa verba: *In die bonitatis esto in bono*; & in Isaiam cap. 44. ad illa verba: *Memento horum Iacob*; & clarius Ezechielis 33. prope initium.

21. Damascenus 2. fidei cap. 4. fine ait: *Quod hominibus est mors, hoc angelis est lapsus. Post lapsum enim non est illis pœnitentiæ locus: neque post mortem hominibus. Ergo supponit, ante mortem omnibus esse pœnitentiæ locum.* Nemesius Episcopus Emisenus de natura hominis cap. 1. ultra medium ait: *Præ proprium eius nature vivere est: nam & soli adest, & omni. & semper; ita in rebus non natura lege, sed Dei erga nos beneficio constitutus, proprium est hominis præ omnibus, quæ ratione sunt prælita, ut per pœnitentiam omni culpa liberetur. Nam soli homini, & omni, & semper, quoad in terris vivit, hoc datum est.*

22. Isidorus lib. 2. sententiar. cap. 13. prope medium ait: *In hac vita tantum pœnitentia patet libertas; post mortem vero nullam correctionis esse licentiam constat.* Vnde & Dominus dicit: *Me oportet operari, donec dies est: veniet autem nox, quando nemo potest operari.* & paulo inferius: *Festinare debet ad Deum pœnitendo unusquisque, dum potest: ne, si dum potest, noluerit, cum tardè voluerit, omnino non possit.* Proinde Prophetæ ait: *Quærite Dominum, dum inueniri potest*, &c.

23. Idem dogma tradit Laurentius Nouariensis tota homil. 1. de Pœnitentia, Eligius homil. 4. 6. 7. 8. & 11. tomo 2. Bibliothecæ: Leo I. epist. 91. ad Theodorum Forliuini. Gregorius lib. 18. moral. cap. 7. in medio, & lib. 33. cap. 20. post medium, aliis cap. 25. ait: *Idcirco nequaquam celestia parua præmia eterna percipiunt; quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.* Quapropter nunc libero arbitrio est absolute possibile contemnere præmia eterna, vel illa promereri. Victorinus Picauionensis in Apocalypsin eo commentario, quem Hieronymus correxit, & auxit, cap. 49. prope finem, tomo 1. Bibliothecæ: *Pœnitentia*, inquit, & *throni apud eos, qui sempiternis*

nis iam cruciatibus mancipati habentur, prorsus inuirtiles sunt. Nec vilius ibi dominium, iuxta Psalmistam, constituitur. Quippe cum Spiritus sancti subsidium, quod in hac vita adesse solet, condemnatis amplius non adfit.

24. Anselmus in fine dialogi de libero arbitrio, ait: *Libertas, quæ caret rectitudine, alia caret recuperabilitate, quæ tantum est in hac vita omnium hominum carentium; quamuis illam multi non recuperent. Quæ caret irrecuperabilitate, est angelorum post ruinam, & hominum post hanc vitam.* Laurentius Iustinianus in libro de disciplina, & perfectione cap. 23. ante med. inquit: *Rationali spiritui, quandiu hæc mortalitatis tunica, & fragili carne vestitus est, misericorditer à Deo conceditur, posse pœnitere, atque de proprijs reatibus satisfacere conditori.* Idem docet lib. de casto connubio cap. 8. pag. 2. & in serm. Sancti Luca Evangelistæ, & lib. de triumphali Christi agone cap. 25. sub initium.

25. Præterea cap. firmiter, de Summa Trinitate, ad finem capituli ita decernitur: *Si post Baptismum quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem pœnitentiæ reparari.* Vbi perpende primum dictionem *semper*, quæ non distribuit singula quæque momenta; sed omnia tempora per interualla, & opportunitates, ut magis explicabimus infra disp. 47. Secundo nota, hæc non solum defini, quod pœnitentia, quoties adfuerit, potest hominem lapsum reparare: nam vltius definitur, veram pœnitentiam actualem & reparationem post lapsum esse possibilem. Scitè namque S. Thomas 3. p. q. 86. art. 1. corp. decernit, esse erroneum, dicere, quod aliquis homo in hac vita de aliquo peccato pœnitere non possit. Quem errorem expressè distinguit ab alio, asserente, pœnitentiæ non posse delere peccatum. Quod idem dogma confirmat 3. contra gentes cap. 156. cuius præcipue notanda est quinta ratio, quæ concludit, esse possibile, hominem post peccatum iterum redire ad bonum, quod gratia in homine operatur. Idem in 4. contra gentes cap. 71. & communiter Doctores Scholastici in 4. dist. 14. & 3. p. q. 86.

26. Postremò eadem veritas colligi potest ex Tridentino sess. 6. præsertim cap. 14. & tota sess. 14. Sed multo clarius explicatur in Catechismo Pij V. in expositione Dominicæ orationis, ad illud: *Dimitte nobis debita nostra*, §. *sed ne peccatorum.* Peculiariter notanda sunt illa verba: *Idem est ille beneficentissimus pater, qui cum possit omnia condonare, non modò se id velle declarauit; sed etiam impulit homines, ut a se veniam peterent, & quibus verbis id facerent, docuit.* Quare nemini dubium esse potest, quin, illo auctore, in nostra potestate sit, nobis Dei gratiam reconciliare. Postrema verba perpende.

SECTIO XIII.

Intra nos, & in nobis non essent regnum Dei, & bona opera, nisi libera foret nobis eorum possibilitas.

1. Augustinus de Sanctis serm. 47. fine: *In potestate, inquit, nostra posuit qualiter in die iudicii iudicemus.* Non dixit, *vade in Orientem, & quare iustitiam: nauiga vsque ad Occidentem, ut accipias indulgentiam: dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi: indulge, & indulgetur tibi: da, & dabitur tibi.* Nihil à te extra te querit. Ad te ipsum, & ad conscientiam tuam te Deus dirigit. In te enim posuit,

quod requirit. Vnde constat, non extra, sed intra nos; non in alio, sed in nobis, esse idem, quod in potestate nostra constitutam esse gloriam, vel damnationem, extremo iudicio decernendam.

2. Ita complures Patres intelligunt verba Christi Domini Luca 17. *Regnum Dei intra vos est.* Quæ licet rectè à multis Patribus referantur ad fidem, gratiam, vel spiritualem lætitiæ, ut exponunt Nazianzenus, Ambrosius, & Beda: nihilominus si hæc ipsa dona gratiæ intelligantur, esse actualiter possessa, textui repugnabunt. Nam Iesus interrogatus à Pharisæis, quando venit regnum Dei; respondens eis dixit: *Non venit regnum Dei cum obseruatione, neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Cum ergo Pharisæi fidei, & gratiæ resisterent; consequens est, ut regnum Dei consistens in fide, ac ceteris donis gratiæ, dictum fuerit intra illos esse, non actu, sed libera potestate.

3. Plenior igitur est Cyrilli expositio apud S. Thomam in catena: *Regnum Dei intra vos est, id est, in vestris affectibus, & potestate vestra id capere. Potest enim quilibet homo iustificatus per fidem Christi, & virtutibus ornatus regnum obtinere caelorum.*

4. Clarius verò Athanasius in oratione contra idola longè post medium ait: *Via, quæ ad Deum tendit, in nobis sita est, & initium eius à nobis inuestigari potest; quemadmodum & Moyses docuit his verbis: Verbum fidei intra cor tuum est. Quod & Saluator noster significauit, ac confirmauit, dicens: Regnum Dei intra vos est. Quia enim in nobis habemus fidem, & Dei regnum, ideo possumus celeriter intelligere, & contemplari vniuersitatis Regem.* Eandem expositionem continent, quæ ex Antonio Magno in eius vita colum. 8. idem Athanasius refert: *Regnum Dei intra vos est: virtus, quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam.* Non quia sola mens humana sine gratia sufficiat; sed quia sola cooperatio mentis humanæ desideratur; cum virtus gratiæ in nobis sit, hoc est, in nostra potestate, ut illa vtamur, si voluerimus.

5. Gregorius Nyssenus lib. de beatitudinibus tit. 5. in quintam beatitudinem: *Beati misericordes*, paulo ante medium: *Per singularia*, inquit, & particularia de vniuersalibus docemur quod non alia ratione potiri quis possit eorum, quæ cupit, nisi ipse sibi bonum largiatur. Quamobrem Dominus alicubi dicit: *Regnum Dei intra vos est: & quicumque petiit, accipiet; & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Vt & accipiendi, quod desideretur; & inueniendi, quod queratur; & introcendi, quo cupiamus, penes nos potestas sit, & a nostro pendeat arbitrio, cum velimus.* Quæ omnia intellexisse Athanasium, & Nyssenum, supposito auxilio diuinæ gratiæ, quod omnes homines præuenit, excitando, & separatim in promptu offerendo ad cooperandum, ostendimus tomo de prouidentia disp. 28. sect. 3.

6. Theophylactus Luca 17. verba citata sic exponit: *De tempore regni differit, quod ignotum sit, & inobseruabile. Non enim habet præfinitum tempus; sed semper volenti adest regnum. Omnino enim regnum Dei est Angelorum more viuere. Hanc autem vitam intra nos habemus, hoc est, quando voluerimus. Non enim longo tempore, neque longa peregrinatione opus: sed prope nos est & fides, & post fidem diuina vita.* Istuc ipsum Apostolus dicebat: *Prope est verbum fidei, & post pauca: Pharisæos in risum conuertit, ostendens, quod ignorent rem, quæ intra se sit, & quæ valde facilis, si capere velint.*

Propterea

Deut. 30. & Rom. 10.

7. Propterea iure optimo Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, capit. 32. prædictum testimonium Christi Domini Lucæ 17. numerat inter ea, quibus probatur, credendi, vel non credendi possibilitatem positam esse in arbitrio.

8. Restat explicare vim aliorum locorum, quibus bona opera in nobis esse docemur. Pro quo suppono, certum esse, atque indubitabile, hoc solum in nobis esse, quod in potestate liberi arbitrii constitutum est; ut definit S. Thomas in 2. dist. 28. q. unica art. 4. fine. Id quod manifestè constat ex Aristotele 3. Ethicorum, cap. 5. & aliis multis in locis. Vnde Damascenus lib. 2. de fide cap. 26. initio definit: In nobis sunt ea, quorum sumus liberam ad optinendam potestatem & facere, & non facere. Multaque tam in eo cap. quàm in sequenti 27. & alibi sæpe subdit, ad probandum contingentiam ad vtrumlibet propriam esse eorum, quæ sunt in nobis. Idem constat ex Nemefio de natura hominis cap. 32. & multis sequentibus, præcipuè verò cap. 40. quod secundum aliam partitionem est lib. 7. de Philosoph. cap. 2.

9. Eodem modo de his, quæ in nobis sunt, senserunt antiquissimi Patres: ut constat ex Irenæo lib. 4. aduersus hæreses cap. 72. sub initium, Iustino q. 9. ad Gentiles post med. Eusebio lib. 6. de præparat. Euangel. c. 5. post med. & c. 9. post med. & aliis plurimis citatis in præcedentibus, & citandis in sequentibus disputationibus. Vnde manauit omnium Theologorum axioma: Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam. Id namque verum esse omnes affirmant; licet in eo explicando discrepent. Quod notauius in prædicto tomo de prouident. disp. 21. & 22. Didicit inde vulgus eundem loquendi modum, quem prius etiam tulerat lati sermonis vsus, secundum quem cecinit alter:

Non est in medico semper reuelatur et ager.

10. Sic Paulus promptitudinem, quoad ea omnia, quæ illius erant libera voluntati & electioni subiecta, nec aliunde impediri poterant, significauit, ad Roman. 1. Ita, quod in me promptum est, & vobis, qui Roma estis, euangelizare. Quod breui commentario notauit S. Thomas ibi: Quantum ad me pertinet, dummodo aliunde non impediar, promptum est. & Theodoretus: Quoniam, inquit, non omnes Euangelium suscipiebant, merito adiecit: Quod in me promptum est. Meum est enim prædicare: est autem audientium credere.

11. Eodem modo malam in partem Iob 15. dicitur: Quantum in te est, enacuasti timorem, tulisti preces coram Deo. Quæ quoniam nullus blasphemando potest efficaciter auferre de fidelium cordibus, additur: Quantum in te est, ut notetur, quidquid in eius libera potestate fuit. Sicut etiam, ut denotaret non esse in sua potestate sibi auxilium ferre, dixerat in cap. 6. Ecce non est auxilium mihi in me.

12. Ex his colligitur efficaciter, omnia pietatis opera in libero nostræ voluntatis arbitrio esse constituta, suppositis auxiliis diuinæ gratiæ: atque hunc esse legitimum intellectum ad illud Psalm. 55. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi; quoniam eripuisti animam meam à morte. Vbi S. Augustinus: Ipse dedit tibi fidem, spem, & charitatem: hoc prolaturus, hoc sacrificaturus es. Sed planè omnia illa cetera potest tibi auferre inimicus inuis; hoc auferre non potest nisi volenti. Volens habere aurum, perdat aurum: fidem nemo perdet, nisi qui spreuerit. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, lau-

dationes tibi; quoniam eripuisti animam meam à morte. Hilarius verò de Christo Domino ita interpretatur: Non enim extra se sunt ista, quæ sperat, neque laudationis vota, quæ reddenda sunt extrinsecus capessenda. Ipse enim sibi resurrectionis est Dominus. Agnoscit igitur Hilarius prædicto modo loquendi significari liberum dominium exercendi opera bona.

Ex eisdem principiis participant eandem prorsus significationem duæ illæ loquendi formulæ apud Apostolum Roman. 7. Altera est: Non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Vbi supponit primò, bonum habitare in mente. Alioqui postquam dixit, in me, frustra limitationem, & explicationem subiunxisset: Hoc est, in carne mea. Deinde bonum habitare in mente, intelligit, per liberam operandi possibilitatem. Vnde S. Thomas lect. 3. fine sic loquitur: Per hoc manifestatur, quòd bonum gratia non habitat in carne. Quæ si in carne habitaret; sicut habeo facultatem volendi bonum per gratiam habitantem in mente; ita haberem facultatem perficiendi per gratiam, habitantem in carne. Consonat item Chrysostomus in serm. 13. colum. 3. Agnoscit enim per illa verba dominium animæ adscribi, sed insufficienti, ut æquum pro sua voluntate agere pesser, nisi accederet auxilium gratia.

Alterà verò est: Velle mihi adiacet. Vbi S. Thomas lect. 3. ait: Id est, propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existens. Nihil enim tam est in hominis voluntate constitutum, quàm hominis voluntas, ut Augustinus ait.

Placuit postremo loco subiungere Laurentij Nauarriensis Episcopi antiquissimi Patris verba homil. 1. de pœnitentia, circa medium: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quis me eruet ab hac nequitia mole, morsus, ferali? Homo noli diffidere, in promptu est, vita in manu est: virtus in voluntate est, victoria in arbitrio est. Si voluisti, vicisti; si nolueris, victus relinqueris. Qui vult vincere, conatur ut vincat: qui desperat, amisit victoriam.

DISPUTATIO XL.

Quid statuerit Scholasticorum auctoritas & ratio circa generalitatem auxilij sufficientis.

SECTIO I.

Sancti Thomas, Bonauentura, & Antoninus eam testantur aperte.



ANCTVS Thomas auxilij supernaturalis non solum ad obseruanda præcepta, sed etiam ad iustificationem, & æternam salutem sufficientis tam integram atque plenam generalitatem docet, ut omnem prorsus exceptionem excludat, non quasi dubitans, sed quasi certus de sententia Patrum ex sacris Scripturis collecta: idque tradit plurimis locis. Nam in commentario Ioan. cap. 6. lect. 5. ad illa verba Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, in quæst. 3. Cor humanum, inquit, ex se ad inferiora tendens, non potest sursum eleuari, nisi trahatur. Si verò non eleuatur, non est defectus ex parte trahentis, qui, quantum in se est,

est, nulli deficit; sed est propter impedimentum eius, qui non trahitur, & post pauca: Deus autem omnibus ad trahendum manum porrigit, quantum in se est: & quod plus est, non solum trahit manum recipientis, sed etiam auersos ad se conuertit. & iterum: Ex quo ergo Deus paratus est dare omnibus gratiam, & ad se trahere, non imputatur ei, si aliquis non accipiat, sed ei, qui non accipit. Obserua generalitatem affirmatiuam omnibus, semel & iterum repetitam, nec non negatiuam vniuersalitatem, nulli deficit, & manifestè comprehendit omnes illos, qui de facto gratiam non accipiunt. Quibus consonat Roman. 10. lect. 2. inter princip. & med. ad illa verba: Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem Dominus omnium. Vnde infert: Et ideo ad ipsum pertinet & prouidere omnium salutem. Est enim diuus in omnes, qui invocant illum, & in Ioan. cap. 1. lect. 5. in med. ut retulimus disputat. 39. lect. 3.

2. Prima parte q. 49. art. 2. fine: Deus, inquit, non deficit in agendo quod est necessarium ad salutem. & q. 23. art. 3. ad 3. Reprobatio, ait, nihil subtrahit de potentia reprobati. Vnde cum dicitur, quòd reprobatus non potest gratiam adipisci, non est intelligendum secundum impossibilitatem absolutam; sed secundum impossibilitatem conditionatam, sicut supra dictum est, quòd prædestinatum non esse saluari necessitate conditionata, quo non tollit libertatem arbitrii. Vnde duo argumenta sumuntur.

Primum. Quilibet prædestinatus habet omnia, quæ sufficiunt vt mortaliter peccet, & pertinaciter hæreat in peccato, si velit. Ergo quilibet reprobus in promptu habet oblata omnia, quæ sufficiunt, vt gratiam adipiscatur, si velit. Consequentiã probatur, quoniam impossibilitas adipiscendi gratiam, in reprobo non est magis absoluta, quàm est in prædestinato salutis amittendæ impossibilitas.

Secundum argumentum. Quia si reprobatio subtraheret aliquid de auxilio sufficienti, tantundem subtraheret de potentia reprobati ad obtinendam salutem: at S. Thomas ait, nihil subtrahere.

3. Prima secundæ q. 98. fine: Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia. Quod S. Thomas argumento 4. respondet, vt defendat ad omnes homines pertinere quod dicitur 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & q. 109. art. 4. si conferatur argumentum secundum cum solutione, manifestè docet, omnium præceptorum adimpletionem quibuslibet hominibus esse possibilem, non per suas vires, sed per auxilium diuinæ gratiæ, secundum illud Philosophi 3. Ethicor. cap. 3. post medium: Quæ per amicos possumus, aequaliter nos possumus. Ergo supponit omnibus hominibus paratum offerri sufficientem auxilium: alioqui neque propriis viribus, nec auxilio gratiæ possibilis redderetur adimpletio præceptorum, cuiuscumque homini defuisset sufficientis auxilium.

4. In eadem q. 109. art. 6. ad 2. ait: Nihil homo potest facere, nisi à Deo moueatur, secundum illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere: & ideo cum dicitur homo facere, quod in se est, dicitur, hoc esse in potestate hominis, secundum quod est motus à Deo. Ex contextu autem, aliisque locis D. Thomæ constat, has propositiones intelligi de quocumque adulto, ita vt quilibet ratione vtens habeat in sua potestate, secundum quod est motus à Deo, faceret quod in se est, vt se præpararet ad gratiam. Ruiz de Prædestinatione.

Rurfus in eadem quæst. 109. art. 8. ad 1. ait: Quia ex eius defectu est, quòd homo se se ad gratiam habendam non præpararet, propter hoc a peccato non excusatur, quòd sine gratia peccatum vitare non potest. Ergo non ex defectu gratiæ sufficientis est, quòd homo se ad gratiam habendam non præpararet. hæc enim si deficeret, non posset hominibus imputari defectus.

5. Tertia parte quæst. 52. artic. 6. fine: Homines, inquit, quando viuunt, possunt ad fidem & charitatem conuerti; quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono, vel malo, sicut post exitum ab hac vita. Et quæst. 86. art. 1. corp. ait: Dicere, quòd aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis penitere non possit, erroneum est. Primò quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundò, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moueri potest cuiuscumque peccatoris ad penitendum. Sed non derogaretur virtuti gratiæ, nec tolleretur libertas arbitrii, si quis de aliquo peccato penitere non posset propter defectum auxilij sufficientis. Imò de fide est, hominem sufficienti auxilio destitutum penitere non posse. Supponit igitur S. Thomas, cuiuslibet peccatoris adesse paratum auxilium sufficientem ad penitendum, atque in hoc constitui discrimen viatoris in hoc sæculo à damnatis & obstinatis in inferno. De quo discrimine possibilis salutis & impossibilis fufius scribit 4. contra gent. cap. 71. & de veritate quæst. 24. toto art. 11. defendens, in hac vita numquam contingere obstinationem perfectam, quæ reddat simpliciter impossibilem cooperationem cum gratia ad penitendum de quocumque peccato, etiam in Spiritum sanctum; sed solummodo contingere obstinationem imperfectam, ita quod non de facili possit cooperari ad hoc quod exeat de peccato, consonat 2. 2. quæst. 14. art. 3. ad 3.

6. Tertio contra gent. cap. 159. fine: Cum hoc, inquit, sit in potestate liberi arbitrii impedire diuinæ gratiæ receptionem, vel non impedire: non immerito in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni. Deus enim, quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare. Vult enim omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire: ut dicitur 1. ad Timoth. 2. Sed illi soli gratia priuantur, qui in se ipsis gratiæ impedimentum præstant: sicut sole mundum illuminante, in culpam imputatur, qui oculos claudit. Loquitur autem non solum de adiuuante, sed etiam de præueniente gratia, vt liquet ex toto eiusdem capituli contextu, potissimum fine.

7. Idem Angelicus Doctor lib. 1. sentent. dist. 40. quæst. 4. art. 2. in sed contra: Dicunt, inquit, Sancti communiter, Dionysius, Augustinus, & Anselmus, quòd causa, quare iste non habet gratiam, est, quia ipse noluit accipere, & non quia Deus noluit eam dare, quia lumen suum omnibus offert, quod tamen non ab omnibus percipitur. Quod fufius confirmat in corp. articuli, afferens, Deum velle non infundere gratiam ex suppositione, quòd homo non vult illam recipere; & sine hac suppositione Deum non habere talem volitionem non infundendi gratiam; loquitur autem de gratia illuminationis, & auxilij, quo emollitur anima, vt concipiat bonum propositum, ne maneat obdurata. Quamobrem existimat, etiam obduratis sufficientem gratiam offerri, quantum est ex parte Dei. Et in solutione ad 4. Deus, inquit, quantum in se est, nulli est absens; sed homo à Deo presente



presente se absentat: sicut à presente lumine qui claudit oculos. loquitur autem de presentia per gratiam, & auxilia. Quibus consonat dist. 46. quæst. vnica, toto art. 1. ostendens, per Dei voluntatem antecedentem omnibus hominibus communiter promouentia in finem salutis tam naturalia, quam gratuita proponi. & ad 5. defendit in potestate cuiusque hominis esse saluari.

8. In eodem lib. 1. dist. 48. q. vnica, art. 3. ad 1. In his, inquit, quæ necessaria sunt ad salutem, tenemur intellectum nostrum diuino conformare, et in his, quæ fidei sunt: quia in his, si quod in nobis est, facimus, diuinum nobis non deest auxilium. & lib. 2. sentent. dist. 34. quæst. 1. art. 3. fine corporis, Bonum, inquit, completum, quod vniuersaliter omni boni causa est, non est causa defectus alicuius boni; nec etiam per suam absentiam: quia ipsum quantum in se est, semper presens est, vicijsitudinosa non patiens absentia, & presentia. loquitur autem præcipue de culpabili defectu, quem reducit in liberum arbitrium, quia vitare potuit, & non vitauit, vt constat ex solutionibus argumentorum.

9. Præterea in 3. dist. 25. q. 2. art. 1. quæstionum. 1. ad 1. In his, ait, quæ sunt necessaria ad salutem, nunquam Deus homini, querenti suam salutem, deest, vel defuit, nisi ex culpa sua remaneat. Vnde explicatio eorum, quæ sunt de necessitate salutis, vel diuinitus homini prouidentur per prædicationem fidei, sicut patet de Cornelio Act. 10. vel per reuelationem, quæ supposita, in potestate liberi arbitrii est, vt in actum fidei exeat. Rursus de barbaro in syluis, vel inter infideles nutritus, respondet ad 2. Quod si valiter faceret, quod in se est, quærendo salutem, Deus illi aliquo dictorum modorum prouideret de salute sua.

10. Obiectio ex eod. S. Thom. soluitur. Respondebit fortasse quispiam, S. Thomam in summa Theologiæ mutasse opinionem. Nam 2. 2. quæst. 2. ad 1. concedit, auxilium requisitum ad credendum quibusdam hominibus non dari ex infirmitate in penam præcedentis peccati saltem originalis: vt colligitur ex Augustino lib. de corrept. & gratia, cap. 5. & 6. Cui consonat in quæst. 10. art. 1. concedens aliquibus hominibus puram negationem fidei absque vlla culpa. Nihilominus S. Thomas 2. 2. solummodo agit de auxilio proximè & immediatè requisito ad credendum, quod non statim datur, sed per interualla faciendi quod in se est, cooperando cum supernaturalibus auxilijs remotè & mediatè excitantibus ad fidem: vt dicemus disp. 46. sect. 8.

11. Alioqui S. Thomam in summa retinuisse doctrinam nuper relatam de barbaro, constat ex 1. 2. quæst. 89. art. 6. cum docet, puerum, quando rationis usum habere coeperit, si se ipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequi remissionem originalis peccati: si vero non ordinet se ipsum ad debitum finem, secundum quod in illa ætate est capax discretionis, peccare mortaliter non facientem quod in se est. Existimat ergo, quibuslibet pueris in eo articulo paratum offerri auxilium supernaturale, cui cooperando possit peruenire ad fidem, spem, & alios actus requisitos, vt adultus iustificetur. Denique lib. 4. sentent. dist. 20. quæst. vnica, art. 1. quæstionum. 1. corp. dicit: Deus, qui dat omnibus abundantius, nulli gratiam denegat, qui, quod in se est, facit, vt se ad gratiam prepararet. Inde infert: Quando manet homini usus liberi arbitrii in hac vita, posse ad gratiam se preparare de peccatis dolendo. His similia scripserat in eodem lib. 4. dist. 17. quæst. 1. art. 2. quæstionum. 2.

12. S. Bonauentura in 1. sentent. distinct. 40.

art. 4. quæst. 2. in argumentis contrà, sic scribit. Ioan. 6. Omnis, qui venit ad me, non eiciam eum foras: ergo paratus est Deus omnes complecti: ergo defectus illustrationis non venit ex parte Dei, sed ex parte nostra. Item Apocalypf. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, &c. Sed si peregrinus volens hospitari, non recumbit in domo, non est causa ex parte sui, sed saluum estuari: ergo similiter & obdurationis non est causa, nisi qui non recipit Deum pulsantem. Post pauca: Anselmus ait: Non ideo non habet homo gratiam, quia Deus non dat, sed quia homo non accipit. Ita S. Bonauent. Et in eadem quæst. ad penultim. argum. Deus, inquit, non est causa suæ absentia, inò quantum est de se, semper paratus est, presens esse: tunc re vera nullo modo dicendus est causa; sed illud, ratione cuius iuste se absentat: ideo vere nostrum peccatum, & non Deus; peccata enim nostra diuiserunt inter nos & Deum nostrum, & sunt quasi nubes densissima, auferentes nobis illustrationem gratia.

Rursus in eodem lib. 1. dist. 46. quæst. 1. corp. docet, Dei voluntatem antecedentem connotare in omnibus ordinatis ad salutem, tum ex parte naturæ, tum ex parte gratia oblate, contulisse, quæ sufficiunt ad salutem. Ipse etiam præstò est, inquit, omnibus inquirentibus eum, & propè est omnibus innocantibus eum. Additque Deum velle salutem, quantum in se est, & conditionaliter, si homines recipiant. Sequenti dist. 47. art. 1. quæst. 1. Deus paratus est, inquit, inuare, ita quod salus non deficiat propter defectum à parte Dei. Idem Scraphicus Doctòr in 2. dist. 28. art. 2. quæst. 1. corp. initio ait: Vix, aut nunquam liberum arbitrium destituitur omni gratia gratis data. Et postquam explicuit, nomine gratia gratis data: se intelligere vocationem, locutionem, aut similem alium affectum, quo Deus animam excitat, subiungit: Sine hac gratia gratis data, vix, aut nunquam aliquis habens usum liberi arbitrii reperitur. Atque in eadem dist. 28. quæst. 2. ad 5. ait: Quamuis homo per vires naturæ non possit resistere omnibus tentationibus; si tamen consuetudine, non esse à culpa immunem, propter hoc quod adiutorium gratia sibi præstò est, si velle suscipere. Quibus consonat in 4. sentent. dist. 14. part. 2. art. 1. quæst. 3. docens possibilitatem per penitentiam obtinendi veniam cuiusque peccati. Alia ex lib. 3. distinct. 25. artic. 1. quæst. 2. ad finem referemus disputat. 46. sect. 6. initio.

Sanctus Antoninus 1. part. tit. 4. cap. 2. §. 6. post medium ait: Alio modo habet quis firmitatem in peccato, ita quod neque cooperari potest ad hoc, quod à peccato, resurgat. Et siquidem hoc non posse cooperari ad resurgendum, intelligitur quoad facilitatem; id est, quia non de facili potest cooperari ad hoc, quod exeat à peccato: sic est obstinatio imperfecta in vita presenti, dum scilicet habet aliquis animum firmatum in malum, quod in eo non insurgunt motus ad bonum, nisi debiles: tamen, quia aliqui exurgunt ex eis, datur via, vt prepararetur quis ad gratiam. Postea probat in vita presenti, nunquam esse obstinationem maiorem hac. Vnde infertur primò in omnibus hominibus etiam excæcatis, & obduratis insurgere aliquos motus ad bonum, quamuis debiles. Secundò infertur, illis posse cooperari, sed non facillè. Tertio, posse hac via consequi gratiam. Eandem generalitatem auxiliij sufficientis defendit in eodem cap. 2. §. 2. & 4. p. tit. 9. cap. 5. §. 4.

SECTIO

SECTIO II.

Albertus, Alexander, Alifiodorensis, & antiquiores discipuli S. Thomæ.

1. Argumentum tertium proponit his verbis: Diuina bonitas (vt dicit Dionysius) expandit se equaliter super omnes intellectuales vultus: expansio autem eius est preparatio gratia. Ergo videtur, quod omnibus equaliter preparatur gratia. Cui postea responder: Omnibus equaliter porrigitur gratia, quantum est ex parte Dei; sed non omnes equaliter adsunt gratia porrecte. Hebraeorum 12. Videre, ne quis desit gratia Dei. Aequalitatem intellige præcisè, quantum ad gratiam sufficientem, prout exposuimus supra disput. 18. sect. 2. 3. & 4. Idem 1. part. quæst. 79. membr. 2. art. 2. in quaestione incidente docet, nulli negatum esse à Deo hoc bonum, quod possit Deum cognoscere, amare, querere, per merita, inuenire, & tandem obtinere beatitudinem: atque hac ratione dici Deum voluntate antecedente, velle omnes homines saluos fieri. Præterea in 2. sentent. distinct. 28. art. 1. ad 4. In nobis est, inquit, aliquid facere, quo facto, habeamus potestatem ex gratia. Hoc autem est facere, quod in nobis est, quia si hoc fecerimus, Deus inuenitabiliter dat gratiam, quia ipse vno modo semper se habet ad nos, scilicet gratiam porrigendo; sed nos non vno modo habemus nos ad eum, quando auerimur, sed si conuertimur, faciendo quod in nobis est, statim accipimus. Idemque 2. part. quæst. 100. membr. 1. censuerat profanum esse dicere, nisi quod gratia semper prouenit voluntatem, & erigit eam, vt velit bonum.

2. Similiter Alexander 1. part. quæst. 28. membr. 2. art. 2. docet, Dei voluntatem, quod ex se est, habere aequaliter ad omnes ad instar Solis illuminationis; sed inæqualitatis rationem esse, quia nos non habemus nos aequaliter ad diuinam præscientiam & voluntatem. Vnde, necessarium est, vt inæqualitas sit in præscientia, & inde redundet in diuinam voluntatem, quod intelligendum est, sicut nuper exposuimus Albertum. Rursus in quæst. 36. membr. 2. à medio docet, Deum velle, omnes adultos saluos fieri, si & ipsi velint, & quantum ex se est, paratum esse Deum ad conferendam gratiam; ideoque omnes posse saluari, si velint. Idem 2. part. quæst. 129. membr. 8. §. 1. de puero prorsus ignorante mysteria fidei responder: Cum peruenit ad adultam ætatem, habet potentiam credendi omnino, quia si faciat, quod in se est, Deus illuminabit illum per occultam inspirationem, aut per Angelum, aut per hominem.

3. Præterea 3. part. quæst. 69. extrema verba sunt: Deus semper porrigit omnibus gratiam suam, non tamen omnes extendunt manum, id est, voluntatem, vt recipiant eam. Dixerat autem, Deum, quantum est de se, paratum semper esse, vt lumen conferat & bonum ad instar Solis. Quam sententiam repetit sæpe in illius quæstionis membr. 5. art. 2. §. 1. & in art. 3. eiusdem membri 5. in fine docet, Pharaonem, & quemlibet alium peccatorem, potuisse facere aliquid, vnde haberet aliud aliquid, ad quod consequeretur collatio potestatis, quæ faceret opus acceptabile Deo. Remotam itaque potestatem salutis Alexander concedit omnibus induratis, ita vt si velint, possint acquirere potestatem proximam. Quibus consequentia sunt, quæ docet 4. p. q. 13. Ruiz de Prædestinatione.

membr. 4. art. 2. & q. 14. membr. 5. art. 2. & q. 57. membr. 2. de possibilitate consequendi veniam cuiuscumque peccati.

Guillelmus Altifiodor. lib. 3. tract. 5. cap. 5. in 2. quæst. principali circa med. rectè dicit, quemlibet hominem teneri ad eam perfectionem charitatis, vt animam suam ponat pro Christo Domino, subeundo martyrium, occurrente necessitate: insuper quemlibet hominem hoc præstare posse non primo, sed secundo. Quia quamuis hoc non possit per charitatem imperfectam, & impeditam timore mundano, nihilominus potest facere, quod in se est, vt detur ei charitatis perfectio, per quam excluditur timor humanus & mundanus, & tunc demum poterit subire martyrium. Explicat autem exemplo: Sicut ille, qui est in peccato mortali, potest diligere Deum ex charitate, sed non ex illis solis, quæ habet; sed potest facere, quod in se est, vt detur illi charitas. In eodem lib. 3. tract. 2. qui est de virtutibus, cap. 1. q. 5. docet, Deum stare ad ostium, vt cuiuscumque facienti quod in se est, atque hoc modo aperienti præbeat gratiam.

Ægidius 2. dist. 5. quæst. 2. art. 1. corp. & ad 1. docet: Cogitationes, impetus, locutiones, pulsationes, motiones continuæ, vel quasi continuæ, semper, aut quasi semper facit Deus in anima nostra, quas sequendo possumus suscipere gratiam, &c. Hæc omnia sunt Ægidij verba ex vtroque loco confata, retento fideliter sensu. Præterea semper, aut quasi semper viatoribus dari tales impetus, docet Ægidius in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. longè post med. §. est tamen diligenter, & longè inferius §. sunt autem alij. Rursus idem in 2. sentent. dist. 28. quæst. 1. art. 3. fine, ait: Adulti si semper fecissent, quod in se est, & non resistissent diuine motioni, & diuine vocationi, habuissent diuinam gratiam, quam nisi volentes nunquam perdidissent. Vnde supponit omnibus in promptu esse talem vocationem. Et art. 4. ad 3. Sine gratia, inquit, non possumus Deum diligere meritorie; tamen ex hoc non possumus nos excusare, quia Deus semper paratus est nobis dare gratiam. Et in eadem dist. 28. quæst. 2. art. 2. in fine dubij lateralis: Per liberum, inquit, arbitrium possumus sequi Deum vocantem & mouentem nos ad gratiam, quod faciendo dabitur nobis gratia. Si enim facimus totum, quod in nobis est, Deus facit, quod in se est, & dat nobis gratiam. Est ergo culpa nostra, si non habemus gratiam: quia totum, quod in nobis est, agere volumus, & diuine vocationi obicem voluntarie præbemus.

Raynerius in Pantheol. verb. liberatio à peccato, cap. 18. prope initium docet, propterea homini ad culpam imputari, si ad Deum non conuertitur, quamuis hoc non possit mereri: quia ex parte primæ causæ, agentis gratiam, non contingit defectus, sed tantum ex parte voluntatis liberæ, quæ non recipit, cum recipere possit. Et subdit, Deum non velle negare gratiam, nisi ex suppositione, quod homo non velit recipere: Deum autem, quod ex se est, paratum esse omnibus gratiam dare, & nunquam lumen sua gratia subtrahere, quantum est ex se ipso. Rursus ad finem capituli: Cum in potestate, inquit, liberi arbitrii sit impedire receptionem diuine gratia, vel non impedire: non immeritò in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat receptioni gratia. & post pauca: Manifestum est autem, quod illi, qui neque fidem, neque spem, neque dilectionem Dei, neque persistentiam in bono habent, inculpanitur, quia hæc omnia habere possunt, vel quia possunt non impedire, vt ea habeant, & hoc per liberum arbitrium faciendo quod in se est. Subditque superiorem doctrinam acceptam esse



esse ex S. Thoma in aliquibus locis, quos adduximus præcedenti sect. velut in 1. distinct. 40. q. 4. art. 2. & 3. contra gent. cap. 159. fine, & in 4. sentent. distinct. 17. de iustificatione impij, quæst. 1. art. 2. quæstiuicula 2.

7. Similiterq; alias sententias ex aliis locis S. Thomæ posuit in eodem verbo cap. 20. & 24. post medium. *Dei*, inquit, *gratia semper stat ad ostium præparata, & prompta ad ingrediendum, secundum illud Apocalyp. 3. Ecce sto ad ostium, &c.* Ex quibus nonnulla repetit in verbo, *reprobatio*, cap. 5. 6. & 10. Idem Rayner. in verb. *liberum arbitrium*, cap. 24. ait, hominem accepisse non solum voluntatem liberam, sed etiam sufficientissimam facultatem ad bonum. Hanc autem sufficientiam auxiliorum, in omnium hominum potestate constitutam, aliis in locis repetit.

8. Paludanus in 3. distinct. 25. quæst. 1. in med. de mysteriis supernaturalibus ait: *Cui autem non sunt explicita, ut nato, & nutritio in deserto, tenetur (quod sufficeret ex parte eius) bene vivere secundum legem naturæ: & hoc factò Deus ei reuelaret, vel subueniret in necessarijs ad salutem, reuelando quid credere deberet, vel per se ipsam, vel per Angelum, vel per predicatorem missum.*

9. Capreolus in 1. distinct. 46. artic. 2. conclus. 4. defendit, Deum, quantum est ex se, velle omnes homines saluos fieri, & neminem velle salute priuari, nisi ex suppositione, quod ipsi suæ salutis aduerterentur. Idem lib. 2. dist. 29. art. 3. non procul à principio refert, & sequitur ea verba S. Thomæ in 3. contra gent. cap. 159. fine, quæ retulimus supra sect. præcedenti num. 6. Fatetur itaque quod *Deus, quantum in se est, paratus est omnibus dare gratiam. Vult enim homines saluos fieri, &c.* & paucis interiectis: *Diuinum auxilium, sine sit donum habitualis, suæ specialis motio, nulli deest, nisi præstanti impedimento.* Sic etiam in 2. dist. 28. art. 3. ad 2. contra 4. conclusionem docet, hominem posse vitare peccata, & charitatis præceptum implere, quatenus potest se disponere ad habendam gratiam. In sequentibus autem solutionibus repetit, impossibilitatem seruandi præcepta, & vitandi peccata non esse absolutam, sed conditionalem ex suppositione, quod peccator non vult se disponere ad gratiam. Præsertim verò dist. 28. art. 3. ad 1. 1. & ad 15. conf. rendo solutionem cum argumento, defendit supradictam possibilitatem, approbando solutionis Gregorij, quas referemus sect. sequenti num. 6. & 7. & confirmando testimonijs D. Thomæ. Denique in 2. dist. 40. art. 3. versùs finem, sequitur S. Thomæ sententiam de quolibet perueniente ad vsum rationis, qui potest obtinere iustificationem, faciendo quod in se est.

10. Deza Hispal. in 2. distinct. 28. quæst. vnic. art. 3. notab. 4. ante med. *Quamuis homo, inquit, nequeat conuertere ad Deum sine auxilio Dei speciali, hominem conuertente, secundum illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; iuxta quod Propheta orabat Threnorum ultimo: Conuerte nos, Domine, ad te, & conuertemur; quia tamen Dei auxilium nulli deest, sed est præstò omnibus indigentibus, secundum illud Apocalyp. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso 3. si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum: ideo homini imputatur ad culpam, quod impedimentum præstet gratia Dei, ad Deum non se conuertentem. Sicut enim Sole mundum illuminante, ad culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex eo defectum,*

aut nocumentum incurrat, licet videre non possit, nisi lumine Solis proueniatur: ita & Deo, quantum est ex se, conuertente, & illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum, ad culpam imputatur illi, qui mentis oculos claudit, & à Deo auerit, quod Deum non videat, & impedimentum eius illuminationi, que est per gratiam, præbeat. Vult enim Deus, ut Apostolus inquit, 1. ad Timoth. 2. omnes homines saluos fieri. Quod rectè confirmat Augustini testimonio lib. de natura & gratia cap. 67. Eamdem sententiam breuius repetit in art. 4. ad 11. argum. contra 2. conclusionem, & ad 5. argum. contra 3. conclus.

Caeteranus 1. 2. quæst. 89. art. 6. similiter sequitur illam potestatem obtinendi fidem, & iustificationem, quam ex D. Thoma retulimus sectione præcedenti. Idemque in quæst. 109. art. 6. declarat quod in eadem sect. præcedenti retulimus de potestate disponendi se ad gratiã, faciendo quod in se est. In cæteris autem locis adductis ex 1. p. & 1. 2. & 3. p. nihil propriæ existimationi contrarium obseruauit Caeteranus, ideoque tacendo consentit. Quin potius possibilitatem obtinendi salutem plusquam oportuit, extendit tom. 1. opus. tract. 4. quæst. 1. de contritione.

Conradus 1. 2. quæst. 109. art. 4. ad 2. asserit, impotentiam implendi præcepta propterea neminem excusare, quia non concursus causa superioris, & prioris est ex impedimento causa secunda, ut docet S. Thomas 3. contra gent. cap. 159. Idemque repetit in eadem quæst. 109. art. 6. corp. fine; & art. 8. ad 1. Carens, inquit, *gratia potest vitare singula peccata, quia scilicet potest se disponere ad gratiam, qua habitus potest vitare peccata, non solum opposita virtutibus acquisitis, sed & theologicis.* In eadem 1. 2. quæst. 189. art. 6. cuilibet puero peruenienti ad vsum rationis concedit possibilitatem obrinendi iustificationem. Denique in eadem parte quæst. 79. in postrema sectione corporis transcribit eadem verba, quæ in sect. seq. initio referemus ex Scoto in 2. sent. dist. 37.

Ferrat. 3. contra gent. cap. 159. §. ad huius endorsementiam: *Cum duplex, inquit, sit auxilium, scilicet habitualis gratia, & diuina motio, que ad bonum dirigimur, & ad gratie preparationem excitamur: primum auxilium Deus non omnibus dat, absolute loquendo, postquam peccauerunt, sed bene omnibus se ad ipsum preparantibus ex diuina motione concedit. Secundum autem auxilium omnibus impendit, & nulli quantum ad hoc est absens Deus, cum nullus sit, qui ab eo non moueatur ad bonum, & ad gratie preparationem. & post pauca: Dicitur ergo Deus paratus esse quantum in se est, omnibus gratiam habitalem dare, quia eam omnibus se ad illam preparantibus vult dare, nullique deest auxilium suum, ipsum quandoque mouens, & instigans ad hoc ut se ad gratiam præparet. & iterum: Si auxilium illud, sine quo homo non potest aliquid bonum agere, & sine quo non potest quis se ad gratiam præparare, non esset omnibus commune, sed alicui deesset, fortassis haberet aliquam apparentiam, &c.*

SECTIO III.

Antiqui Scholastici post tempora S. Thomæ & illius doctrine non additi.

NE sapius repetita remissio fastidium generet, lector aduertat, in tomo præced. de prouidentia disp. 21. sect. 4. fuisse tractatum, quidquid auctores in hac sectione referendi circa vires naturæ ad obtinendam gratiam dixisse remittuntur. Scotus

Scotus 1. distinct. 46. ad primum articulum ait, etiam illi homini, qui non saluatur de facto, Deus vult illa adiutoria communia antecedentia ad salutem omnium, quibus iste potest sufficienter bene vivere, & saluari. Propter quod dici potest, quod quantum est ex parte sui, vult omnes homines saluos fieri. Rursus in 2. distinct. 37. dum promiscue disputat quæstiones quatuor, §. ad solutiones istorum: Vniuersaliter, ait, *quidquid Deus dat antecedenter, daret etiam consequenter, quantum est ex se, nisi esset impedimentum.* Docet autem ibidem expresse, in potestate voluntatis creatæ esse non apponere impedimentum peccati, si velit cum Deo concurrere: nam Deus ex se paratus est ad dandam rectitudinem auctori, ne committatur peccatum. Quin potius præ nimio desiderio defendendi generalitatem sufficientis auxilij, metas prætergressus asseruit, quemlibet adultum per vires naturæ, faciendo quod in se est, obtinere posse gratiam auxiliatricem: vt vidimus loco supra cit. ex lib. 4. sentent. dist. 14. quæst. 2. art. 2. ver. *Ad huius intellectum, & aliis locis.*

2. Durandus in 1. dist. 39. quæst. 3. fine: *Ad prouidorem, inquit, pertinet remouere impedimenta, vel dare rei illa, per qua possit vitare illa, que impediunt ipsam a consequitione finis: & hoc est magis debitum his, qua consequuntur suam ex merito suæ actionis, & post pauca: Deus omni creatura rationali contulit auxilia, per quæ potest vitare mala culpa, & impedimenta suæ salutis.* Nec obstat, quod supra disp. 39. sect. 1. retulimus, specialis gratiæ auxilia negari multis hominibus. Existimat enim, sicut Scotus, auxilia naturalia sufficere, vt obtineantur supernaturalia: sicut vidimus loco supra citato. Peculiariter autem in 3. lib. sent. dist. 25. quæst. 1. n. 9. de barbaro, cui nulla fidei mysteria fuissent propolita, sicut nato & nutritio in deserto, tenetur, inquit, quod sufficeret ex parte eius, bene vivere secundum legem naturæ, quo factò, Deus subueniret ei in necessarijs ad salutem, reuelando ea, qua credere debet, vel per se ipsam, vel per Angelum, vel per predicatorem missum.

3. Ricardus 2. dist. 28. art. 1. quæst. 3. ad 3. *Idco mandata Dei, inquit, dicuntur non esse supra hominem, quia omni volenti se disponere, Deus dat gratiam gratiam fructificam, per quam illa mandata potest implere.* Rursus ad 4. *Ideo, inquit, non obseruantes mandata rei peccati tenentur: quia cum diuino adiutorio possent, si vellent, se ad gratiam gratum facientem disponere.* Verùm Ricardus etiam, sicut & præcedentes auctores, excessit, viribus naturæ concedens, facultatem obtinendi gratiam auxiliatricem, vt vidimus loco supra citato.

4. Henricus quodlib. 8. quæst. 5. parum à medio: *De processu gratis, inquit, in adulto ante Baptismum, vel post Baptismum in statu peccati mortalis actualis, tenendum est, quod Deus peccatorem gratia gratis data prouenit statim, cum venit ad vsum liberi arbitrij, vt per deliberationem aliquid agere possit. Qui si per liberum arbitrium bene se erga eam habeat, de congruo disponitur, vt Deus ei gratiam iustificantem tribuat.* Et postquam explicuit, gratiam prouenientem esse admonitionem, & impetum, quo excitatur homo, vt non velit peccare, subdit: *Offertur ista admonitio aequaliter omnibus, ut dictum est. Quam qui a se repellit, reddat se indignum, vt amplius inueniatur: sed in peccato suo amplius per hoc induratur iustis. Pitiè tamen credendum est, quod etiam post peccatum liberi arbitrij prima gratia pluries visitat: aliter nullus ab illo resurgere, licet forte aliquos multum obstinatos de cætero non visitat. Qui vero eam non repellit, sed* Ruiz de Prædestinatione.

fit, reddatur idoneus, vt de congruo inuenitur amplius. Et est ista admonitio imperfecta conuersio: quia disponitur, non ponendo obicem, vt perfecte possit conuertere.

Notandum est ergo primò, Henricum non asseuerando, sed dubitando sub forte dixisse, aliquos multum obstinatos de cætero non visitari præuenienti gratia. Deinde quamuis hoc asseuerando dixisset, adhuc eisdem hominibus multum obstinatis non denegaret sufficientiam auxilij, tribuentis remotam potentiam. Existimat enim, quemlibet hominem, per vires naturæ faciendo, quod in se est, posse obtinere motionem gratiæ gratis datæ, vt se ad iustificationem disponat: vt constat in quodlib. 5. quæst. 20. post medium, & quodlib. 4. quæst. 19. post medium: vt vidimus loco supra citato.

Gregorius in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 3. ad 11. argumentum, ita existimat, licet quilibet homo sine auxilio gratiæ non possit esse sine peccato, nec teneatur ad impossibile, adhauc tenetur per auxilium gratiæ esse sine peccato. Supponit ergo, cuilibet homini esse possibile habere gratiam. Idem confirmat, dum respondet ad 12. argum. necnon respondens ad auctoritatem Apostoli, & ad aliam ex libro Ecclesiastici.

Præterea versùs finem totius quæstionis primæ sic obicit: *Cum non sit in hominis potestate, ut eum Deus inuet, nam ipse libere & contingenter inuat quemcumque inuat, si homo non potest bonum facere non adiutus; sequitur, quod non est in hominis potestate agere bonum. Ex quo sequitur, quod ipse non faciendo bonum non peccat. & respondet: Simile argumentum fieri potest generaliter contra omnes: nam omnes Catholici consentiunt, quod ad omnem actum voluntarium hominis necessarium est adiutorium generalis influentia Dei: & constat, quod non plus est in potestate creaturæ, ut eam Deus inuet illo modo generali, quam sit in eius potestate, ut eam inuet illo modo speciali, quo inuat, ad bene agendum. Sicut ergo ex indigentia adiutorij generalis influentia non potest inferri, quod actus voluntarius non sit in potestate hominis, sic nec ex indigentia adiutorij specialis. Hæc autem paritas ad rem præsentem inutilis foret, nisi præsupponeret, auxilium speciale omnibus hominibus paratum offerri, quemadmodum offertur generale auxilium.*

Eundem modum defendendi liberam potestatem obseruandi præcepta, & vitandi peccata, ex Augustino lib. de perfectione iustitiæ varijs capitibus repetit sæpius quæst. 2. art. 2. ad 1. 2. & 3. & licet in fine vtriusque quæstionis tam primæ, quam secundæ, quod asserit de imputatione culpæ propter solam impossibilitatem, venientem ex peccato originali, declaratione indigeat; cæterum non contradicit generalitati auxiliorum, quia non loquitur absolute, sed conditionaliter ex hypothesi, quod Deus alicui homini non conferret speciale auxilium sufficiens.

Ochamus in 1. dist. 46. quæst. 1. colum. 2. *Voluntatis, inquit, antecedens Dei est illa, qua Deus dat alicui naturalia, vel antecedentia, quibus potest aliquid consequi, cui Deus erit paratus coagere, si alius velit.* & infra: *Manifestum est, inquit, quod Deus dat cuilibet naturalia, quibus potest consequi actum mortuorum; & Deus est paratus coagere cuilibet ad actum meritorium.* Quibus in verbis propterea clarior continetur auxiliorum sufficientia, quoniam in eodem lib. 1. distinct. 41. quæst. vnica, impugnans opinionem primam, asseruisse videtur, virtute generalis auxilij naturalis fieri posse bona opera, quibus

quibus obtineatur gratia : vt vidimus loco supra citato.

10. Gabriel in 1. distinct. 41. quaest. vnica, artic. 3. dub. 3. num. 7. *Deus*, inquit, *adest omnibus, obicem non ponentibus, offerens gratiam. Nec alicui adueto rationis usum habenti, quod in se est facienti, subtrahit necessaria ad salutem. Vult enim omnes homines saluos fieri : & stat ad ostium, & pulsar, &c. Apocalyp. 3. Rursus conclus. 6. docet, quemcumque hominem, quandiu est in via, posse conuertere se ad Deum, & in gratia perseverare ; quia nulli subtrahitur gratia sine sua culpa. Et distinct. 46. quaest. vnica, art. 1. prope finem : *Deus*, inquit, *vult omnes homines viatores saluos fieri voluntate antecedente, quia dedit potentiam merendi cum precepto, paratus coagere, si velint.* Excessit autem, nimium naturae viribus tribuens in 2. dist. 22. q. 2. & dist. 27. & 28. & aliis in locis, quosum verba retulimus loco supra citato. Nihilominus dist. 28. col. pen. cum S. Bonauentura, ait : *Vix, aut nunquam liberum arbitrium destituitur omni gratia gratis data; videlicet excitanti.**

11. Dionysius Carthusianus variis in locis refert, & approbat ea, quae duabus sectionibus praecedentibus posuimus ex S. Thoma, Bonauent. Alberto, & Alexandro : peculiariter autem in 1. distinct. 46. quaest. 1. sine, communioem sententiam esse dicit, quod Deus ex parte naturae, & ex parte gratiae oblatae praestitit est omnibus inquirentibus, & quantum in se est, & conditionaliter omnium salutem vult. Rursus in 2. dist. 28. quaest. 2. post med. cum D. Thoma dicit : *Si aliquis in barbaris nationibus natus, quod in se est, faciat, Deus sibi reuelabit id, quod necessarium est saluti, inspirando, aut docentem mittendo, & in principio eiusdem quaestiois cum D. Bonauentura : Vix, inquit, aut nunquam libertas arbitrii destituitur omni gratia gratis data, & paulo inferius : Vix aliquis sine his inuenitur ; videlicet supernaturaliter excitantibus.*

12. Argentina in 2. distinct. 27. quaest. vnica, art. 3. post medium : *Si peccator, inquit, faceret, quod in se est, etiam si paganus existeret, Deus nunquam dimitteret, quin veritatem suae fidei sibi panderet, & infunderet sibi gratiam Spiritus sancti. Quod bene apparuit de Cornelio, ad quem Deus miraculose misit Apostolum Petrum.* & post pauca explicat modum, quo peccator redire potest ad Deum, dicens : *Primo per gratiam praeuientem ipse Deus admonet per aliquos imperus spirituales, quorum perceptione peccator incipit reatum suum cognoscere, & aliqualem habere displicentiam suorum peccatorum ; talibus enim admonitionibus Deus stat ad ostium, & pulsar, & petit a nobis nostram conuersationem, &c. Videtur autem hoc genus auxilij tradere quasi generale omnibus hominibus, ita vt, quantum est ex parte Dei, nulli desit, praesertim quoniam in 1. sentent. dist. 41. quaest. vnica, art. 2. existimauerat, naturae viribus obtineri posse gratiam auxiliatricem : vt vidimus loco supra citato.*

13. Marsilius in 1. quaest. 20. in fine totius quaestiois docet, Deum paratum esse, dare iuuamen necessarium hominibus ad vitanda peccata, & alioqui culpam imputari non posse. Additque : *Quilibet potest baptizari, & sic baptizando recipit gratiam, quam seruare potest. Si eam amittit, adhuc saepius mouetur a Deo, vt redeat conterendo : & sic trahitur obediatur trahenti, iterum conterendo recipit charitatem. Potest enim homo huiusmodi interioribus Dei, (sic appellat motiones ad contritionem,) vel etiam*

*excitamentis exterioribus facere, quod in eo est : quod si faciat, Deus dat illi charitatem ; & ideo si trahitur non faciat, ad quod trahitur, a se ipso damnatur.* Idem in 2. quaest. 18. art. 3. conclus. 4. & in fine totius quaestiois dum soluit argumenta quaedam, supponit omnibus hominibus, saltem quando perueniunt ad usum rationis, dari inspirationes, & specialia auxilia praeuientia, quibus de congruo possit mereri iustificationem. Cui eadem sententiae fauet in 1. quaest. 45. art. 1. sed magis post art. 2. dum respondet primae rationi principali. Nimirum tamen depreffit supernaturalitatem gratiae, requisitae ad huiusmodi auxilia sufficientia, vt vidimus loco supra citato.

14. Gerson parte 1. alphab. 24. in reg. moral. litera M. Nulli, inquit, facienti, quod in se est, (hoc est, bene venit donis iam habitis) deest Deus in necessarijs ad salutem, sine illa sint credenda, sine operanda. Et recte quidem sentit quod attinet ad generalitatem auxilij sufficientis ; quamuis circa dispositionem ad gratiam, ex viribus naturae conceptam, indigeat explicatione valde pia : vt vidimus loco supra citato. Quibus similia notat in tract. de vita spirit. animae lect. 1. col. 2. 3. & 4. videlicet 3. part. operum, fol. 318. & 319.

15. Maior in 1. dist. 1. quaest. 7. prope finem, & q. 19. prope finem supponit, cuiuslibet tentato etiam difficili tentatione, paratum offerri auxilium, quo possit eam superare. Praeterea in eadem dist. 1. quaest. 15. in medio ait, creberrime conferri Dei speciale auxilium etiam peccatoribus, quamuis aliquando propter eorum scelera subtrahatur ad tempus. Rursus in 1. dist. 41. q. 1. §. secundum agens, docet, etiam reprobis hominibus Deum, quantum ex se est, paratum esse dare dispositiones ad gratiam, & ipsam gratiam, & gloriam, nisi inueniat impedimentum. Deinde in eadem dist. 41. quaest. 1. ad 4. ait : *Deus vnique dat opem, & influentiam generalem ad nutum, & etiam specialem non semel ; & nisi quisquam se propemodum contumaciter indignificet, auxilium speciale non subtrahit : homoque talis dicitur induratus.* & dist. 47. q. vnica, col. 1. docet, Deum paratum esse coagere cum omnibus ad salutem, etiam cum praecitis.

16. Idem in 2. dist. 28. quaest. 1. ad 17. obiectionem, §. ad formam argumenti : *Auxilium*, inquit, *speciale non cuiuslibet datur & semper ; sed si culpa adulti non obfuerit, communiter, & communione cuiuslibet datur. Et si adultus mediocriter vrasur naturalibus, licet interdum non habeat auxilium speciale ad tempus, datur ei alio tempore, dummodo bene vrasur naturalibus suis : & sic culpa adulti est causa, quare non datur interdum ei. & in eodem §. ad formam, addit, etiam obduratis & obstinatis dari eiusmodi auxilium speciale. Quod ait, bene vrasur naturalibus, semper intelligit, praeuiciente auxilio gratuito, vt ex tota illa quaestione constat.*

17. Abulensis in Iosue cap. 11. quaest. 80. ad finem : *Gratia pulsatrix*, inquit, *vel praesentens semper assistit omnibus hominibus, pulsando eos, vt moueantur ad bonum : & si assentiant huic motui, bonum operantur, atque recipiunt gratiam gratum facientem ; si vero recusant subdere se huic pulsatae gratiae, non recipiunt secundam gratiam, nec iustificantur. Et ista gratia pulsativa omni tempore assistit cuiuslibet homini puniens ad bonum, vt patet Apocalyp. 3. Ecce ego sto ad ostium, &c. Cum ergo sit gratia ista semper pulsans, in potestate nostra est quocumque tempore acquirere illi : & acquiescentes iustificamur, atque accipiunt gratiam gratum facientem ; ideo in potestate nostra est, semper gratiam*

*gratiam habere ; vel si eam perdidimus, in potestate nostra est iterum recuperare. Quae verba conferendo cum his, quae continuò docet quaest. 81. & 82. colligitur, etiam obduratis concedi sufficientem gratiam, licet tenuem ac remissam.*

18. Idem in Matth. part. 5. prope finem, videlicet in cap. Matth. 21. quaest. 211. ait : *Deus praesto est omni hora, & instanti infundere gratiam nobis, facientibus, quod est in nobis. Ipse quoque semper pulsar praeueniendo, vt faciamus quod in nobis est. Et ita tunc ipse infundit habitum gratia gratum facientis.* Vnde postea infert : *Quisquis ille sit, apud quasquamque gentes, vel regiones sit, qui nondum credens, applicat animum suum ad volendum scire, qua sunt illa, per quae poterit salutem animae obtinere ; Deus reuelat illi, ostendendo manifeste, quid credere, & agere debeat, &c. Quibus similia scripserat in cap. 19. Matth. quaest. 181. dum respondet ad 4. argum. cuiusdam opinionis. Et infra dum respondet ad 3. ait : *Idco dicimus, quod in potestate hominis est facere, quod in se est ; quia praesupponimus eum moueri a Deo ; quia tamen iste motus est communis, quia omnes mouet, & semper est quasi in nobis, &c.**

19. Nicolaus de Orbellis in 1. dist. 28. quaest. 1. post med. si conferatur cum sequenti quaest. 2. post medium ; supponit, quibuscumque hominibus praeberi specialem Dei motionem, qua possit vel se disponere ad gratiam : & hac ratione quemlibet hominem posse adimplere praecipia non modò quantum ad genus operis, sed etiam quantum ad intentionem mandantis.

SECTIO IV.

Autores aetati nostra propinquiores.

1. Coloniense Enchiridion Christianae institutionis ad Parochos tit. de sacram. poenitent. cap. & vel hoc exemplo, fol. 88. ait : *Ipse stat semper ad ostium, & pulsar, & immediate ante §. septimam retinendum, fol. 91. ait : Nemini quantumlibet scelerato gratiam suam subtrahit. & in eodem fol. 91. cap. Prior gratia, qua Deus hominem praeuinit, ac incitatur, vt resurgat. Iterum duplex est gratia. Vna generalior, quae est bonus motus, bonaque cogitatio, veluti cum peccator, Deo inspirante, agnoscat peccatum suum, cum terrore gehenna concutitur, cum de amittenda aeterna beatitudine dolet. & post pauca ait : *Iam constat, Deum nulli homini gratia illa, generalis accepta, deesse, adeo, vt nullus sit peccator tam sceleratus, cui Deus, quoad in hac vita superstes fuerit, hanc gratiam penitus subtrahat. Nam per hanc stans ad ostium sedulo pulsar, initium nostrae salutis (qua est peccati cognitio) in nobis operari desiderans. Et quis tandem est hominum, qui non sentiat se hac gratia praeuiniri, quod & gentes ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia eorum ? Et vel Pharae, vel Iudas traditor exemplo esse possunt, quam liberalis sit Deus in hac gratia subministranda. Quam doctrinam extendit postea, vt etiam Gentilium, & Barbarorum nationes ante Christi Domini aduentum acceperint praedictam generalem gratiam praeuientem : quam liberè respicientes sua culpa deserti sunt specialiori gratia praeuiente. Idque confirmat multis testimonijs Scripturae sacrae. Similia scribit in fol. 101. cap. et verò.**

2. Adrianus in 4. sentent. in tract. de sacram. poenitent. in quaest. 3. *An homini semper maneat facultas verè poenitendi, prope initium, & in responsio-*

ne ad argumenta, videtur obduratis negare auxiliorum sufficientiam, vt retulimus praecedenti disp. 39. sect. 1. Nihilominus toto sequenti progressu quaestiois eiusdem ex professo defendit, omnibus hominibus, quantumcumque sceleratis, & obduratis, quandiu viatores sunt, conferri auxilia sufficientia, quibus verè possint poenitere, si velint. Peculiariter autem in §. ex his respondeo, ait : *Eam misericordiam (vt probabiliter reneo) viatoribus exhibet Deus, quod sufficienter eis assistit, & suam gratiam offert ; qua pro extremo saltem virium laborando, possent peccati indulgentiam promereri : vt in hoc differentia sit viatorum ab ijs, qui transferunt terminum.*

3. Quapropter obduratis Adrianus solummodo negat auxiliorum abundantiam, iustis concessam. Vnde post pauca subdit : *Qui tamen cuiuslibet peccato in speciali dominantur, & sub se habent appetitum, eis promissio, cuius 1. Corinth. 10. Apostolus meminit : Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, &c. facta videtur fidelibus fide per dilectionem operante, seu charitatem habentibus, & Deo gratis. Quod autem facultatem illam abundantioris gratiae ob culpa demeritum subtrahit, &c. & longè inferius §. ex his colligi potest : Nego, inquit, quod Deus vnquam viatori, decernit non dare gratiam pro tempore vitae suae : seu non sufficienter saltem assistere, vt possit conuerri ; licet nunquam sine vberiori assistentia faciat.*

4. Idem quodlib. 3. quaest. 1. ante med. ait : *Alio modo potest quis credere, se a peccatis abstinere non posse, absolute credendo non posse se abstinere a peccato, aut non posse ad vitandum peccata a Deo sufficientem auxilium impetrare, etiamsi fecerit, quod in se est. Et hic error est species infidelitatis, opposita fidei, ad quam obligatur, credendo Deum iuste, piè, & misericorditer mundum gubernare. Illi enim manifestissime repugnat, apud vnquemque sana mentis, Deum homini imputare ad culpam, ad quod vitandum nec dedit, nec dare paratus est sufficientem facultatem : homini, inquam, facienti totum, quod in se est. Qui error etiam aperte contrarius est sacrae Scripturae. Haec eadem confirmat in quodlib. 7. quaest. 1. prope solutionem argumentorum, & in fine quaestiois.*

5. Roffensis art. 36. contra Lutherum cogit de propius ad principium, quam ad med. *Non sequitur, inquit, non potest homo absque auxilio Dei bene velle, ergo non habet voluntatem liberam, sicut nec sequitur : Homo nec velle quicquam potest absque Dei assistentia, & generali, quam dicunt, influentia ; quamobrem nec liber est. Nam vt influentia illa semper adest voluntati : ita & auxilium diuinae gratiae cunctis ad manum est praesens. Et vide, ne Ioannes Euangelista voluit hoc ipsum, cum dixit : Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quibus ( te quae ) potestatem hanc fecit Christus ? An solis iustis ? Nequaquam. Nam hi, si qui fuissent tales, haud dubie iam erant filij Dei. Quia nemo iustus est, nisi per gratiam, per quam & Dei filius idemdem constituitur. Peccatoribus itaque quantumuis ingentibus haec potestas oblata est, vt si faciant, quantum in se fuerit, ad hanc gratiam consequendam praesto aderit auxilium Dei. Eandem generalitatem sufficientis auxilij, per quam Deus cunctis peccatoribus praestitit sit, dans potestatem filios Dei fieri, saepius repetit, velut inter principium, & medium illius articuli, §. ediffuse ; & inter med. & finem, §. nemo certe, & §. hie hallucinarius, & §. nihil omnino, & §. nemo parum, & §. dixi sapius, & §. an non ita, peculiariter vetò versus finem articuli, §. verborum.*

6. Nihilominus Roffensis à recentioribus citatur pro contraria sententia, quoniam in eodem articulo 36. propius ad medium, quam ad finem, §. *virumque: Nemini deest*, inquit, *auxilium istud speciale, nisi prorsus induratis, & traditis in reprobum sensum, à quibus nec iniuria propter summam ipsorum ingravitatem id subtrahendum est.* Quam expositionem fufius declarat inter principium & medium articuli, §. *neutrū sanè*, & d. §. *verumque*, sicut & §. *verbosus*.

7. At verò si consideremus attentius totum discursum authoris, inueniemus, peccatoribus de relictis, induratis, & traditis in reprobum sensum expresse concedi remotam sufficientiam auxiliorum, quæ tribuat remotam potentiam obtinendi salutem, quatenus per generalem influentiam peccator potest opera moraliter bona facere, quibus veniam à Deo promereatur. Quemadmodum dum ipse loquitur in dicto §. *verbosus*, post medium illius.

Confirmatur primò, quoniam in dicto §. *neutrū sanè*, expresse Pharaonem nominauerat quasi exemplar induratorum, qui destituuntur auxilio speciali, & traduntur in reprobum sensum: nihilominus in §. *verbosus*, cum Augustinò lib. de predestinat. & grat. cap. 15. Pharaonem comparans cum Nabuchodonosor, colligit, Pharaoni paratum fuisse auxilium sufficiens, quo potuisset conuerti, sicut conuersus est Nabuchodonosor; illum verò sua libera culpa gratiæ restituisse. Induratis igitur, atque relictis Roffensis solummodo negat proximam sufficientiam, quæ tribuitur per specialia auxilia. Rectè igitur existimauit Roffensis quantum ad generalitatem sufficientiæ absque vlla exceptione; ceterùm plus nimio concessit naturæ viribus adiutis sola influenza generali.

8. Driedo de captiuit. & redemptione generis humani tractat. 5. cap. 3. conclus. 8. sub initium asserit, esse pium, & Scripturis sacris, Patribusque consentaneum, docere, *omni homini peccatori, sub visu liberi arbitrii vitam agentis, cælitus dispensari; & si non semper, tamen pro loco & tempore sufficiens excitationis interna auxilium, quo valeat credere Deum.* & paulo inferius similiter existimat, *impis gentes nondum Christo annulo fidei desponsatas, præter naturales syndereis instinctus, quibus naturaliter oderunt furum, &c. etiam habere quasdam diuinam excitationum vicissitudines, sed non tales, quales sunt inter sponsam, & sponsam. & iterum, omni homini iam adulto secundum vicissitudines temporum diuinitus communicari auxilia quadam specialia, ut excitationes, suasiones, inspirationes, & instinctus, quibus valeat ad quærendam gratiam Dei promoueri in viam salutis.*

9. Neminem autem quantumuis induratum, aut derelictum excipiendum esse ab hac generalitate sufficientiæ fufius confirmat in sequenti cap. 4. vbi ad primum: *Scripturæ*, inquit, *qua loquuntur de desertione, aperte loquuntur de desertione, qua Deus subtrahit se non ex toto, sed secundum aliquos gratiæ effectus, quibus peculiariter præsens erat.* Ad dicitque, *non relinqui absque vilo amoris stimulo, & absque vilo conuersionis instinctu.* & propius ad medium, quam ad finem eiusdem capituli 4. *Indurati, sicut & reprobi, quantumuis non habeant auxilium, quo similiter sint reuersuri, habent tamen pro loco, & tempore auxilium, quo possunt se ad sui conuersionem accommodare, & cooperari.* Eandem doctrinam breuius attigit in lib. de concordia libe-

ri arbitrii, parte 1. ad 2. argument. §. *amplius*, & ad 8. argument. & in fine totius libri de concordia.

Et quamuis ad finem totius tractat. 4. de captiuitate, & redemptione, videlicet cap. 2. parte 8. membr. 3. conclus. 2. & 3. dixisset: *Adultis forsitan quibusdam absque propria culpa negligentia non datur, vt audiant salutis Euangelium; nihilominus contrariam partem probabiliorum existimasse videtur in locis nuper citatis: siquidem tractat. 5. cap. 4. in solutione 4. argumentum tractans de barbaris, carentibus notitia fidei, non excipit eos à generalitate auxiliorum, quam asseruerat, & ibi defendebat. Imò in lib. de concordia liberi arbitrii cum prædestinat. parte. 2. cap. 3. prope medium, post §. *verum hic sciendum*, tanquam piam & probabilem defendit doctrinam multorum Scholasticorum de auxilio gratuito collato omnibus adultis; etiam barbaris, & ignorantissimis rerum supernaturalium.*

Ruardus Tapper totò articulo 7. de libero arbitrio, constanter defendit generalitatem sufficientis auxilij, peccatorem neminem excipiendo, quantumuis obduratum: vt videri potest propius ad medium, quam ad princip. pag. 314. §. *procedunt*. & multo inferius, §. *tractantur*, pag. 320. & §. *an verò*, pag. 326. vbi quæstione propofita, *Utrum quosdam ita deserat Deus, vt nunquam ostium cordis pulset, &c.* respondet: *Piè tamen credere, & de immensa Dei bonitate considerare possumus, neminem aduorsum sic gratia destitui, vt nunquam ad ostium cordis eius pulset Dominus, nunquam salutare ei suggerat cogitationes, ex quibus credere, & saluari possit. Quin potius vicissitudines esse instinctuum, & inspirationum diuini Spiritus euntis, & ad peccatores redeuntis, quibus eos singulas, & inuicem trahit, vt suam agnoscat turpitudinem.*

Eandem generalitatem sufficientiæ confirmat in §. *quod autem omnibus*, prope finem, pag. 331. Rursum Pharaonem, & quoslibet induratos in ea comprehendit in §. *quod autem Pharae*, pag. 333. & sequentibus. Vnde in pag. 339. §. *quemadmodum*, versis finem ita colligit: *Qui incipit credere in Christum, iam inueneri incipit ab illo: nec desinit pro loco & tempore conuersionis auxilia, quandiu in illum credit, si etiam peccet per mala opera. & post pauca: Piè de Deo sentire expedit, quòd nec tales prorsus deserat & abiciat, qui in tenebris infidelitatis habitauerunt, nondum accepta testè fidei in Christum, qua hauriant aquas gratiæ ex fonte Saluatoris. Nullum enim hominem in hac vita absque spe veniæ relinquendum, vt sperare nec possit, nec debeat, probant nonnulla testimonia Scripturarum, &c.* Quod idem postea confirmat in §. *Doctores*, pag. 342. præsertim verò pag. 348, 349. & 354. §. *manifeste*.

Castro verbo, *gratia*, hæresi 1. colum. 4. & 5. respondens ad obiectionem 1. docet, generalitatem auxilij sufficientis, omnibus peccatoribus parati, vocandò, excitandò, manum porrigendo, & adiuuando, ita vt non stet per Deum, sed per eorum liberam culpam, ne salutem consequantur. Et de lege pœnali lib. 2. cap. 14. colum. 5. & 6. barbaris, & ignorantibus viuicraliter absque discrimine gratiam auxiliariæ concedi existimat, & notitiam fidei, si faciant, quod in se est: vt vidimus tomo de prouidentia disp. 21. sect. 5.

Ioannes de Medina Codice de pœnitentia, tract. 1.

tract. 1. tota q. 11. ex professo probat, omnibus præstò esse diuinum auxilium, & omnes poenitere posse de quibuscumque peccatis numero & grauitate maximis, etiam de peccato ad mortem. Quòd si ignorantis fides debite faciant quod in se est, minimè carituros esse doctore fidei: vt vidimus in prædicta disp. de prouidentia.

15. Eiusdem sententiæ fuit Michaël de Medina lib. 3. de recta in Deum fide cap. 3. existimans, omnibus etiam induratis dari auxilia sufficientia, illisque solummodo negari specialia, & abundantiora. Sed nimium excessit in assignanda ratione accipiendi gratiam, & prædestinationem ex viribus liberi arbitrii, vt vidimus in eadem disp. nuper citata.

16. Andreas Vega generalitatem auxiliorum sufficientium ad peccatores omnes etiam induratos ampliat, præsertim lib. 13. in Tridentin. cap. 12. post med. & cap. 15. & lib. 2. cap. 15. colum. vlt. & lib. 11. cap. 21. à med. & lib. 12. cap. 23. & q. 11. de iustificatione ad 3. argum. De adultis autem, qui fidem, & Deum inuincibiliter ignorant, existimat, si humano modo cognoscant legem sequendi honestum, & fugiendi turpe, & eam legem adimpleant; accipere à Deo gratiam iustificantem. Ita lib. 6. in Trident. cap. 17. & fufius cap. 20. In quo & in aliis similibus excedit, plurimum tribuens viribus naturæ, vt vidimus in disput. nuper citata.

17. Victoria in relectione vltima de peruenientibus ad vsum rationis, prope finem, videlicet parte 3. post propositionem 3. num. 14. dicit ad diuinam prouidentiam spectare, puero in syluis nutrito subuenire in necessariis ad salutem, si faciat, quod in se est, sequendo dictamen legis naturalis cum appetitu boni, & fuga mali: vt vidimus in prædicta disp.

18. Cano relectione de Sacramentis in genere, part. 2. versùs medium, asserit, facienti, quod in se est, per naturæ vires, Deum contulisse auxilia in lege naturæ, & nunc conferre in lege gratiæ. Itaque non loquitur de solis peruenientibus ad vsum rationis, sed de adultis in qualibet ætate. Vide quæ reulimus in prædicta disp. de prouidentia. Petrus de Soto lect. 5. de pœnitentia, præsertim à medio probat, omnibus peccatoribus, etiam obduratis & exccatis, esse liberam potestatem pœnitendi, & obtinendi veniam, quandiu viuunt, etiam in extremo articulo mortis.

19. Dominicus Soto lib. 1. de natura & grat. c. 15. colum. 4. & sequentibus, & cap. 18. ad 2. argum. de induratis, & traditis in reprobum sensum: *Si Deus*, inquit, *in quempiam auxilio destitueret, cui statisset nunquam optulari, quomodo verum esset, quòd Deus vult omnes homines saluos fieri? & paulo inferius: Ita vt Deus sit omnibus præsentissimus ad ostium pulsans, vt à se nihil omnino desit officij, quin perditissimo etiam cuique operam ferat, nisi per se homo ipse abnuerit.* De hoc autem paulo superius dixerat, se esse certo certorem, & certissimum semper fuisse sanctos Doctores. Et in 4. sentent. dist. 15. quæst. 1. art. 1. versùs medium probat omnibus etiam obduratis, & grauissimorum criminum reis, adesse sufficiens auxilium ad pœnitentiam, & salutem. Barbaris autem prorsus ignorantibus auxilium præberi, declarat lib. 1. de natura, & gratia cap. 21. prope initium, & lib. 2. cap. 12. sine, & aliis in locis citandis infra disput. 46. lect. 6. Rursum, neminem adultum infidelium excusabilem

esse à peccato ignorantia fidei, quoniam si ius naturale secundum dictamen rationis naturalis seruarent, illuminarentur à Deo, docet in epist. ad Roman. cap. 1. ad illa verba: *Ita vt sint inexcusabiles*, in fine illius commentarij; & cap. 10. ad illa verba: *Sed dico, nunquid non audierunt*, in fine commentarij, & in 4. sentent. distinct. 1. quæst. 2. art. 3. circa med. & distinct. 5. quæst. vnica, art. 2. post medium, §. *hic primum omnium*; & lib. 1. de natura, & grat. cap. 21. prope initium, & lib. 2. c. 12. sine. Quòd autem exceleserit circa consecutionem gratiæ per vires naturæ, vidimus in prædicta disput. 21. de prouidentia sect. 5.

Corduba lib. 2. Quæstionarij quæst. 4. præsertim à colum. 9. §. *secundò dico*; & propositione 3. oratione 7. & longè inferius, §. *ad commune autem dictum*; & quæst. 5. ad 4. argum. existimat, *præstò esse Dei auxilium, illustrantis bonitatem, & mouentis, ad cognoscendum, & amandum illum vt finem supernaturalem, & ad se vltimate & perfecte disponendum ad gratiam.* Quod extendit ad omnes ratione vrentes, & facientes, quod in se est, per vires naturæ rectè de se deliberando.

Viguerius Institut. cap. 10. §. 4. in principio ante versum 1. col. 2. *Auxilium*, inquit, *speciale semper est paratum homini facienti, quod in se est. Dicitur autem facere, quod in se est, quando cessat à peccato, & anhelat ad bonum rationis.* Delphinus lib. 5. de iustificat. post medium, sub titulo, *posintne, qui prædicationem Euangelij nunquam audierunt, salutem consequi*, pag. 226. docet, *Deum vocare aliqua ratione omnes homines, & adultum neminem reliquisse toto tempore vitæ suæ in nature ipsius solis viribus & talentis; sed aliquo semper auxilio peculiari succurrere omnibus, & omnes adiuuare.* Eandem sententiam frequentius reperit lib. 2. de prædestinatione, in respons. ad 2. dub. pag. 77. & ad 3. dub. prope finem pag. 85. & lib. 5. de iustificatione, titulo *de multiplici gratia*, pag. 204. & sequenti titulo *de ordine iustificationis in genere*, §. 2. & 3. pag. 207. Quibus consonant, quæ scribit lib. 4. de libero arbitrio, circa medium in conclus. 1. pag. 161. de puero in syluis nutrito.

Horantius locorum Catholicorum lib. 1. c. 45. prope finem: *Mansit possibilis, inquit, ad naturalia: atque hæc præterea libertas in supernaturalibus ad verumlibet, vt scilicet quoties cooperari velimus Deo, præstò sit ad optulandum nobis: quòd si nolimus, neminem ipse vi sua permoneat, sed iuxta nostram naturam omnino liberè nos agere sinat.* Nullam verò generalitatis exceptionem apponit; eam verò fufius probat lib. 3. cap. 6. & 8.

23. Felicianus Capitonius explicacionum Catholicarum parte 1. explicacione 65. num. 4. *Gratiam*, inquit, *Dei, illisque auxilium nemini deesse, cum ex multis rationibus, tum frequentissimis sacre Scripture auctoritatibus illucescit. Vna tamen nobis sufficit Apocalyp. 3. Sto ad ostium, &c.* & post pauca num. 6. *Tu verò*, inquit, *ne timeas, gratiam Dei aliquando tibi deesse, nisi vel obstas, aut in reprobum abieris sensum. Quippe vocat manè, tertia sexta, nonaque hora, & ad postremum vsque vitæ finem re comitabitur.* Itaque non est, quòd nostram accusamus impotentiam, quando paratus est Deus præstare, quod non habemus; sed nostra potius accusanda est malitia, &c. Quod intelligit etiam de iis, qui abierunt in reprobum sensum, qui possunt in eam malitia non hærete pertinaciter. Idem Capitonius parte 2. explicacione 55. num. 6. commentata voluntate, qua Deus vult, omnes homines saluos



saluus fieri, subiungit: *Ino & Deus nemini desit, & neminem nisi meritum deserat, omnes ad penitentiam vocet, & omnibus suam misericordiam proferat; non omnes tamen diuinum auxilium, opemque, & vocationem suscipiunt.* Quod confirmat Saluatoris exemplo Matth. 23. volentis congregare Ierusalem, cum tamen illa renuerit obedire vocationi. Itaque generalitatem sufficientia etiam ad Iudaeos obstinatos, & excacatos extendit.

24. Contareus Cardinalis in epist. de praedestinatione, quae habetur prope finem operum illius, propius ad medium, quam ad finem, docet, *Deum cordis ianuam perpetuo pulsare, eiusque duritiam perfringere.* & paulo inferius ait: *Nos resistere Deo volenti naturalem peccati nostri duritiam molliare, penitusque frangere.* Loquitur autem generaliter de omnibus hominibus, qui diuina gratia resistunt, peculiariterque de reprobis. Franciscus Sonnius in demonstrationibus tractat. 12. de consiliis cap. 8. ex professo probat, ad seruanda non modò praecipua, sed etiam consilia Evangelica, omnibus adesse diuinum auxilium, quo possint explere, si velint. Agit autem de continentia, & castitate, etiam qua parte consilium est, & non praecipuum. Camerarius lib. 1. de gratia & libero arbitrio, cap. 8. & toto lib. 3. praefertim cap. 8. tradit, omnes homines à Deo vocari, omnesque peccatores posse conuerti, & implere precepta: & toto dialogo de praedestinatione part. 1. praefertim cap. 7.

SECTIO V.

Alij recentiores.

1. **T**errianus toto dogmatico de electione, praefertim fol. 5. & sequentibus probat, quòd Deus antecedenti voluntate sic vult omnium salutem, vt omnes etiam vocet antecedenti vocatione, & *lumen in omnium oculis bonitate Dei incurrat; nullusque salute priuetur nisi propter prauisam liberam malitiam.* Costerus in Enchirid. controuersiarum cap. 5. de libero arbitrio, dum respondet ad secundam obiectionem haereticorum, ad omnes fideles, & infideles ampliat generalitatem auxilij sufficientis.
2. Michaël Palacios in 2. sentent. distinct. 26. disput. vnica, ex professo probat, etiam obduratis auxilia sufficientia concedi. Idem ex professo probat Cartagena de praedestinatione, discursu 8. dub. 1. & peculiariter de paruulis dub. 2. pag. 191. de induratis autem, & excacatis dub. 3. pag. 200. & dub. 6. à pag. 218.
3. Franciscus Toletus in Ioan. cap. 12. annotatione 22. prope finem tradit, obduratos, & excacatos posse conuerti. *Nemo enim in hoc saeculo ita destituitur auxilio Dei, vt conuerti nequeat, quamuis propter peccata aliqui multis auxilijs priuentur. & ijs, sine quibus difficillimum erit conuerti, at non impossibile.*
4. Salmeron tomo 2. tractat. 22. illud: *Illuminat omnem hominem;* ex professo extendit ad omnes, nullo excepto ex ratione vtentibus, etiam obduratos, de quibus, *Non usque adò pleno, inquit, & idoneo lumine illuminantur, vt salutem consequantur, licet, si velint, consequi valeant.* Idem Roman. 1. disp. 13. sine docet, *Promptum esse Deo, auxilium speciale omnibus porrigere.* Agit autem de infidelibus, ignorantibus diuinam gratiam.
5. Bartholom. Medina 1. 2. quaest. 109. artic. 10. in

quaestione incidente conclus. 1. *Quilibet homo viator, inquit, potest ad Deum conuerti, & saluari, & oppositum asserere est temerarium, & haeticum.* Ex quo euidenter sequitur, quòd quilibet homo in hac vita habet auxilium gratiae necessarium & sufficienti ad salutem consequendam. & in conclus. 3. ait: *Deus nemini hominum denegat auxilium necessarium, & sufficienti ad salutem.* Rursus in solut. ad 4. rationem, asserit diuinarum inspirationum vicissitudines concedi omnibus, qui nunquam audierunt Euangelium: quibus excitati si facerent, quod in se est, à Deo illuminarentur de fidei veritate. Quibus consequentia sunt, quae de infidelibus docet 1. 2. quaest. 76. artic. 2. ad vltim. argument. & quaest. 89. artic. 6. ad 2. argum. Capreoli.

Bañes, quamuis ambiguo, fauet tamen vniuersitati sufficientis auxilij, quòd non proximam, sed remotam potentiam praebet, qua perueniri possit ad potentiam proximam, & ad iustificationem. Zumel frequenter atque copiose confirmat generalitatem auxiliorum ad omnes homines etiam obduratos, aut penitus remotos à noticia Evangelij. Quemadmodum tomo 1. opuscul. disput. 5. sect. 2. conclus. 5. & 8. pag. 294. & 297. & tomo 3. discursu 5. conclus. 3. pag. 272. & sequentibus, & conclus. 6. pag. 177. & 1. part. q. 23. art. 3. sua quaest. 3. & quaest. 5. versus finem. & 1. 2. quaest. 109. art. 10. disput. 2. conclus. 4. & sequenti obseruatione, & quaest. 113. art. 4. disput. 2. post medium, Aragon 2. 2. quaest. 24. art. 3. dubitat. 1. defendit eandem generalitatem sufficientis auxilij, virtute cuius etiam obdurati & excacati possunt obtinere vltiora auxilia, quae Deus, quod ex se est, conferre paratus est, ad iustificationem obtinendam. Quod etiam ad barbaros carentes fidei noticia extendit 2. 2. quaest. 2. art. 5. versus finem ad 1. argumentum. Eiusdem sententia fuit Henricus Henriquez tom. 2. lib. vlt. de fine hominis, cap. 14. num. 6.

Robertus Bellarm. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio à cap. 1. vsque ad 8. grauiter, & eruditè probat generalitatem auxiliorum, quam circa obduratos etiam defendit in eodem lib. cap. 6. colum. 1. & cap. 8. sub initium, & lib. 2. de statu peccati, cap. 14. Ad infideles autem & omnino remotos à noticia veræ fidei extendit in praedicto lib. 2. cap. 8. ad 2. & 3. argum. Quae omnia confirmat in recognitionibus ad praedictum lib. 2. c. 6. Eandem generalitatem etiam ad obduratos & carentes noticia veræ religionis tradit Ludouicus Molina in concordia ad quaest. 14. artic. 13. disp. 10. & 11. & ad quaest. 23. art. 5. disp. 4. §. voluntas verò. Quod etiam repetit in 1. part. disp. 3. ad eundem art. 5. colum. 4.

Gregorius de Valentia 1. part. disp. 8. quaest. 3. punct. 4. sub titulo 1. de gratia sufficienti concl. 2. & ad 4. de peccato in Spiritum sanctum, & peccato ad mortem, ad 5. de induratis: ad 6. verò de carentibus noticia veritatis tanquam sibi omnino certam validè & copiose probat sufficientia generalitatem. Quod etiam defendit in 2. 2. disput. 1. quaest. 2. puncto 2. in confirmatione arg. 5. & eius solutione punct. 4. ad 2. obiectionem. Trigosus quaest. 18. art. 8. ad dub. 5. conclus. 2. vbi sufficientiam extendit ad eos etiam, qui dicuntur derelicti. Et in dubitatione circa 2. argum. extendit ad omnes infideles. Sed sufficientia plenitudinem, ita vt foret efficax, quantum est ex parte sui,

SECTIO VI.

Theologica ratione probatur praedicta generalitas sufficientia.

10. Franciscus Suarez 1. p. lib. 4. de prouidentia circa reprobos toto cap. 3. praefertim difficultate 2. num. 11. ad induratos; & num. 19. & 20. ad infideles, nunquam vocatos per extrenam praedicationem veritatis, extendit generalitatem auxilij sufficientis; & lib. 3. de auxilijs cap. 6. n. 5. 6. & 7. & tomo 4. de penitentia disp. 8. sect. 2. Gabr. Valquez 1. p. tota disp. 97. praefertim cap. 5. de his, qui nihil supernaturale audierunt. De obduratis autem cap. 6. idem existimat; necnon 1. 2. disputat. 193.
11. Stapletonus antidoto in epist. ad Rom. cap. 9. ad illa verba: *An nò habet potestatem signulus luti, & c. existimat, cuiuslibet reprobo Deum tribuere semper auxilia sufficientia, quibus potuit conuerti, si vellet.* & antidoto in Ioan. ad illud cap. 6. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me venit; Omnibus, inquit, sufficiens auxilium pro loco & tempore dedit, sed propter peccata, quibus grauantur, maiora gratiae auxilia, quibus adiuui ad Christum venient, iuste illis subtrahuntur.* Serarius tomo 3. opusc. Theologicorum opusc. 1. lib. 1. contra Filidinum c. 12. sufficientiam auxiliorum concedit omnibus hominibus, vbi cumque locorum degant, & quacumque peccatorum grauitate, vel multitudine teneantur, & quantumcumque sint remoti à noticia fidei. Leonard. Lessius de praedestinat. & reprobis. sect. 6. assert. 1. & 2. pag. 352. & 357. vbi peculiariter agit de vocandis ante notitiam fidei.
12. Ioannes Lorinus in Acta Apost. cap. 14. versu 15. prope initium, & vers. 16. prope initium expressè concedit auxiliorum sufficientiam omnibus hominibus, quantumcumque carentibus noticia veritatis, siue ante Christi Domini aduentum, siue post illum. Quam etiam obduratis concesserat cap. 7. versu 51. Generalitatem sufficientiam nullam apponens exceptionem tradit Curiel lib. 2. controu. 4. Noui Testamenti num. 134. & sequentibus, pag. 252. & seqq. Cornelius Cornelij 1. Corinth. 7. n. 143. & Hebr. 3. n. 178. & sequenti.
13. Ne fortè quispiam, plurimos ex testibus, quinque praecedentibus sectionibus adductis, infirmare tentauerit, ea praefertim exceptione, quoniam multum arrogauerint facienti, quod in se est, per vires naturae; aduertendum est, hoc non fuisse illis motiuum, & rationem affirmandi generalitatem auxiliorum; sed contra potius conuicti testimonij Scripturae, sanctorum Patrum, & ratione Theologica, & aliunde pressi difficultate defendendi sufficientiam in hominibus carentibus omni noticia mysteriorum supernaturalium, argumentorum violentia iactati ad eos scopolos euaserunt. Hoc igitur clariùs indicat fuisse apud illos certissimam generalitatem sufficientiam, per quam quilibet homo, si velit, possit obtinere salutem.
14. Omisi alios Scholasticos, apud quos expressa non reperitur generalitas sufficientia; licet eam virtualiter affirmet, quatenus asserunt, gratiam dari cuiuslibet homini, quod in se est, facienti per vires naturae: vt Guillelmus Parisiens. Dionysius Cisterciens. Ioan. Bacho, Adamus, Albertus Pighius, Christophor. à Capitefontium, quos retulimus dicta disp. 21. de prouident. varijs sectionibus.

1. Probatio ex eo quòd Deus semper facit optimè.

Omnibus adultis dare auxilia sufficientia, optima prouidentia est. Ex parte obiecti.

2. Comparatione diuinorum attributorum.

Scriptura, & Patres misericordiam Dei erga peccatores praedicant.

Sicut probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 9. & 10. diuina prouidentia semper eligit optimam rationem gubernandi mundum; maxime verò creaturas rationales. At verò melior erit prouidentia modus, si Deus omnibus adultis, quoad libertate pollent ad eligendum bonum, vel malum, concedat auxilia sufficientia, quibus cooperando, peruenire possint ad aeternam salutem. Hunc igitur prouidentia modum de facto elegit Deus, & executioni mandauit. Minor probatur; hic enim modus prouidentia tam ex parte obiecti, siue effectus ad extra producti, quam comparatione diuinorum attributorum est praestantior. Ex parte obiecti, siue effectus producti, manifestus est bonitatis excessus, quia maiorem abundantiam creaturae melioris producit, videlicet plura auxilia gratiae excitantis in omnibus hominibus: & alias multo plures gratias non solum auxiliatrices, sed etiam iustificantes, & aeternas beatitudines omnium adultorum verè & sine vlla fictione vult, atque desiderat, quantum est ex parte Dei, ita vt nisi homines liberè, & culpabiliter resisterent, illas de facto consequerentur.

Rursus comparatione diuinorum attributorum praestantior esse, quem asserimus, prouidentia modum, probatur, quoniam magis ostendit sapientiam, potentiam, & iustitiam, maxime verò bonitatem, misericordiam, seu liberalitatem Dei.

Vnde confirmatur primò: nam Dei misericordiam erga omnes homines, vt eorum peccatis ignoscat, insignioribus praconijs sacrae Scripturae, atque Patres praedicant: vt Isai. 55. Ioel. 2. Psal. 76. & 118. Vbi obseruandum est illud Ecclesiastici 18. discrimen inter humanam, & diuinam misericordiam ita constituentis: *Miseratio hominis circa proximum suum; misericordia autem Dei super omnem carnem.* Oritur hoc ex alio priori discrimine, quoniam miseratio Dei est infinita, & aequalem propinquitatem & cognationem habens cum omnibus hominibus, vt pater cum filiis, & prototypon cum imaginibus. Ecclesiasticus autem in proximè praecedenti contextu tractabat rationem, propter quam *patiens est Deus in illis,* (videlicet hominibus) *& effundit super eos misericordiam suam.* Vide largitatem effusam, & superfluentem, non contractam ad hos, vel illos homines. Et iterum: *Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam aequitatis.* Considera plenitudinem propitiationis, cui non licet detrachere vel vnum adultum, & capacem propitiatorum, ne ex ea parte deficiat aliquid plenitudini. Haec igitur propitiatio ad ostendendam viam veritatis, est miseratio Dei super omnem carnem. Propterea non immeritò Ephrem Syrus ser. 1. de compunct. prope finem docet, *Deum misericordiam coactum peccatores sua gratia visitare: & cor nostrum luminis sui dulcedine pulsare, vt respiciat, & sic lucis dulcedine allectus, homo gratiam acquirit.* Nequit enim nos penitus gratia deserere, à propria enim ipsius benignitate eò adigitur, vt omnium nostri miseretur.

Confirmatur secundò, nam cum ex sola & merè libera Dei voluntate pendeat, sufficientis auxilium aliquibus hominibus denegari; hoc nullo modo affirmare debemus, nisi nobis de voluntate Dei manifestè constet; id verò non potest aliunde constare,



constare, nisi ex sacra Scriptura, vel doctrina Patrum, aut traditione, aut interiori sensu, quem Spiritus sanctus inspirat fidelibus, præsertim sanctioribus, atque doctioribus. Hæc autem omnia fundamenta multo validius persuadent liberam Dei voluntatem concedendi omnibus adultis auxilia sufficientia, prout vidimus in præcedentibus disputationibus, & constabit magis ex disputationibus sequentibus.

4. Parvulorum, & adultorum discrimen.

Confirmatur tertio ex discrimine inter parvulos, & adultos. Nam parvuli quamvis propter suam gubernationem causarum naturalium & liberarum secundum profunditatem suorum iudiciorum divina providentia non concedat eis remedium æternæ salutis; nihilominus non damnantur pena sensus, sed sola pena damni: neque personalia peccata committunt: insuper in æternum fruuntur aliqua beatitudine naturali. Contra tamen adulti si subtrahitur auxilium sufficiens, consequens erit, illis esse impossibile vitare longo tempore omnia peccata personalia collectivè, sicut esset illis impossibile obtinere auxilium necessarium ad ea vitanda. Vnde necessarium foret, eos in æternum privari beatitudine non tantum supernaturali, sed etiam naturali, & in æternum cruciari pena sensus. Huiusmodi verò necessitate æternæ mortis, & impossibilitatem æternæ salutis tam multis nationibus barbarorum imponere, sine dubio minus consonat, minisque commendat effusam, & largissimam Dei misericordiam.

5. Confirmatur quartò. Nam cuilibet homini, quandiu libero fruatur arbitrio, dicitur illud Ecclesiastici 15. *Apposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.* Cui optioni liberæ repugnat necessitas ruendi in ignem & mortem æternam: ut fufius ponderavimus tomo de scientia Dei tota disput. 39. Hæc autem dira necessitas premeret quoscumque destitutos auxilio sufficienti.

6. Divina iustitia congruentior generalitate pro-

Iam verò divina iustitia congruentior esse, quam asseruimus, generalitatem auxiliorum, probatur. Quamvis enim Deus propter quodlibet peccatum, siue personale, siue originale iuste possit hominem auxilio supernaturali privare, imò & sine vilo peccato; nihilominus supposita copiosissima redemptione, & infinitis meritis Christi Domini, & suppositis promissis Dei, & præceptis, quæ omnes homines ad fidem, & iustificationem obligant, derogaretur aliquid perfectioni iustitiæ, si quibusdam hominibus dene-garentur auxilia.

7. Quod ostendo, discurrendo per singulos status adultorum: nam semel iustificatis ex iustitia debentur auxilia sufficientia, ad perseverandum, probatum est tomo de voluntate Dei ferè tota disp. 34. Deinde fidelibus peccatoribus iustitia proficitur ex imposita obligatione penitendi, & confitendi, si possint, atque recipiendi Eucharistiam, & ex pacto cum eis inito in Baptismo. Extenditur autem aliqua pars iustitiæ ad quoslibet infideles, quoniam in sacris literis omnes vocantur, & inuitantur, & omnibus offertur æterna salus. Deficeret autem à perfectione veritatis & fidelitatis (quæ sunt partes quedam iustitiæ) qui vocaret, inuitaret, & offerret illud ipsum donum, cuius possibilitatem subtrahit.

8. Confirmatur primò, quoniam remuneratio, reddenda infinitis meritis Christi Domini, tanto

minor foret, ac proinde ab æqualitate & perfectione iustitiæ deficeret tanto magis, quanto plures essent homines, quibus negaretur sufficiens auxilium, præsertim cum omnes Christus Dominus redemerit quantum ad sufficientiam.

Remuneratio meriti Christi D. reddenda idem confirmat.

9. In die iudicii clarior manifestabitur Dei iustitia. Confirmatur secundò, nam in die iudicii clarior manifestabitur Dei iustitia. Rior manifestabitur Dei iustitia punientis tantam hominum multitudinem (comparatione cuius paucissimi saluabuntur) si iudex omnibus ostendat nihil ex parte sua defuisse, quominus illi possent, si vellent, obtinere salutem. Hæc enim ratione Sap. 12. *Vt ostendas, inquit, quoniam non iniuste iudicas iudicium.* Et paulo inferius: *Virtus enim tua iustitia initium est, & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.* Hoc autem propterea dicit, quoniam Dei iustitia, cum misericordia coniuncta, etiam inimicos servorum suorum, & debitos morti cum tanta cruciatu attentione, dans tempus, & locum, per quæ possent mutari à malitia. Et sub init. cap. dixerat: *Eos, qui exerrant, paribus corripis, & de quibus peccant, admones, & alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine.*

Eadem ratione possibilitatis penitentiæ, quam Deus ad illam invitando tribuit, ab impiorum & obduratorum calumniis defenditur Dei iustitia, siue in hoc seculo, siue in futuro puniens Ezechielis 18. ad finem, cum ait: *Et dicunt filij Israël: Non est aqua via Domini. Numquid via mea non sunt equæ domus Israël, & non magis via vestra prava? Idcirco nunquamque iuxta vias suas iudicabo domus Israël, ait Dominus Deus. Convertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinâ iniquitas.* Et rursus: *Facite vobis cor novum & spiritum novum. Et quare moriemini domus Israël? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini, & vivite.*

10. Ab impiorum calumniis defenditur Dei iustitia.

Ex præcedentibus facillè colligitur, eundem providentiæ modum esse magis ostensum infinitæ sapientiæ, atque potentiæ; hæc enim sola viam inuenire & aperire potuit procurandi salutem, conferendo quæcumque necessaria sunt, & sufficientia tot nationibus, tanta diversitate morum, tantæque rerum ignoratione distantibus: atque superandi difficultates, & exquisitissima impedimentorum genera, quæ dæmonis fraus, & violentia intulerat, & hominum siue malitia, siue fragilitatis auxerat. Fuit etiam summæ sapientiæ, atque potentiæ scire, & posse per concordiam temperare quæ summopere inter se pugnat videbantur, videlicet, ut quilibet possit obtinere salutem: & tamen de facto nullus eam obtineret, nisi prædestinatus. Insuper ut peccatores aliorum peccatorum permissione punirentur, atque obdurate; cum tamen huius penæ, qua ratione simpliciter mala est, nullum alium inuenire possint auctorem, nisi seipsos.

11. Idem providentiæ modus magis ostensus Dei sapientia.

DISPUTATIO XLI.

*Utrum iustificationem impediendi principium rectè probet deesse nihil absolute necessarium ad illam actualiter obtinendam.*

PRINCIPIUM, & causa, & ratio iustificationem impediens, ita coniuncta est cum principio & causa peccati, ut vix possit vnum explicari,

explicari, atque demonstrari sine alio. Nihilominus quoad eius fieri poterit, præscindemus vnum ab altero, ut in præsentī disputatione tractemus solummodo de principio, causa, & ratione impediendi iustificationem, nam de principio & causa peccati ex professo diximus tomo de voluntate Dei disp. 36. & 37.

SECTIO I.

*Initium impediendi iustificationem non à nobis, sed à Deo foret, si Deus negaret aliquid simpliciter requisitum ad actualiter operandum.*

1. Hic ipse titulus est primaria conclusio totius disputationis: verumtamè ad eam probandam magis directè atque formaliter pertinet hæc sectio prima, & secunda. Huius fundamentum est, quoniam initium & origo impediendi iustificationem nostram præbetur à nostro libero arbitrio tanquam à principio, & causa, non solum primaria, sed etiam totali: cui proinde tota huius mali vituperatio debetur, ita ut nulla pars, nullumve vituperationis vestigium redundet in Deum: quippe qui quasi coactus à nostra libera negligentia, & pertinetia, iustificationem denegat, quam quod ex se est, conferre paratus erat, auxilia offerens, & iustificare desiderans.

2. Explicatur à contraria proportionem. Sic enim est à nobis initium impediendi iustificationem, sicut à Deo est nostræ iustificationis initium. In qua etiam proportione discrimen maximum est, nam libero arbitrio tanquam instrumento Dei, & secundo agentis, liberè cooperanti ad iustificationem, iure optimo à Scriptura sacra, & Patribus tribuitur aliqua laus & gloria; quænis hæc etiam recurrat in gloriam & laudem primi ac principalis agentis, quod est Deus; quoniam ab eo committitur libero arbitrio, atque in hoc sensu tota laus, & gloria iustificationis tribuenda sit Deo: ut ex professo explicavimus supra tota disp. 35. At verò impediendi iustificationem vituperatio nullo modo in Deum redundat, nec tanquam in principium, nec tanquam in secundarium principium.

3. Fundamentum hoc probabitur statim auctoritate Scripturæ, & Patrum. Nunc verò ex illo colligamus conclusionem, quam in titulo præfiximus, probando sequelam, quæ cõtinetur in illa; quoniam à fide actuali sumitur initium salutis: ergo quod fuerit initium impediendi fidem actualem, idem erit initium impediendi iustificationem. Sed impediendi fidem initium dat illa sola voluntas, quæ independenter à qualibet alia voluntate, decernit aliquid, ex quo necessariò sequitur, de facto non esse eliciendū actum fidei. Quod si aliquid simpliciter requisitum ad credendum actualiter, Deus independenter à voluntate istius hominis denegaret; iam divina voluntas independenter à qualibet alia decerneret aliquid, ex quo necessariò sequeretur, de facto non esse eliciendum actum fidei. Vnde divina voluntas esset initium, & prima causa impediendi actum fidei, ac proinde foret initium, & prima causa impediendi iustificationem.

4. Confirmatur primò, quia licet Deus huic homini iam de facto concesserit illud iustificationis initium, quod est prorsus independens ab illius libertate, videlicet gratiam prævenientem, & excitantem, ac reliquum auxilium sufficiens ad

Ruiz de Prædestinatione.

credendum. Adhuc tamen aliud initium in libera cooperatione consistens, quod est primum meritum, & prima dispositio, Deus non contulit: sed potius de facto Deus præberet initium, & primam causam impediendi primum meritum, & primam dispositionem, decernendo negationem auxilij, ex qua necessariò sequitur, fore impediendam. Quoniam in hoc decreto Deus haberet se perinde, ac si decreuisset fundamenta poni alicuius templi, ceterum nullos illius parietes erigi: atque eo sine decreuisset negare aliquid simpliciter requisitum ad erigendos parietes.

5. Confirmatur secundò, quoniam illius infidelis voluntas non prior determinavit, aut impulit Deum, ut decerneret negare aliquid simpliciter necessarium: neque potuit causare aliud, vnde necessariò sequeretur, actualem illius fidem impediti. Quapropter non potuit initium præbere impediendi suam fidem, & consequenter nec impediendi suam iustificationem.

6. Confirmatur tertio, quoniam initium præbere proprium munus est causæ prævenientis & excitantis, ut constat ex tomo de providentia, præsertim disp. 17. & disp. 18. sect. 4. & disp. 30. & 31. At verò Deus esset causa præueniens, & excitans ad omittendum actum fidei, si negaret aliquid simpliciter necessarium ad actualiter credendum; idque negaret independenter à libera hominis voluntate. Quod probò à paritate rationis: ideo namque Deus est causa præueniens, & excitans ad eliciendum actum fidei, quoniam illustrationes, inspirationes, & quæcumque prærequisita tribuit independenter à libera voluntate hominis: igitur Deus foret causa præueniens, & excitans ad omittendum actum fidei, si aliquid simpliciter necessarium negaret independenter à libera voluntate hominis.

7. Confirmatur quartò, quoniam sicut Deus est principium præueniens & excitans liberum arbitrium, atque primariò determinans ad iustificationem: ita liberum arbitrium impij est principium præueniens, & excitans, Deum atque primariò determinans, ut eius iustificatio impediatur. Hoc autem non esset verum, si independenter à libera electione impij Deus decreuisset illi negare aliquid simpliciter requisitum, ut actualiter converteretur. Inde namque existeret initium aliquid, nostram libertatem omnino præueniens, vnde necessaria illatione sequeretur impediendam esse iustificationem.

8. Confirmatur quintò, quia Deus solummodo præbet auxilium, & alienum ab eo est per se, & propria sponte causare primum impedimentum auxilij: ut in sequenti Osee testimonio notabimus.

9. Observanda sunt duo circa præcedentem discursum. Primum est; quod de fide hucusque ratiocinati sumus, idem, proportionem servata, intelligendum esse de penitentia, & aliis actibus, ad iustificationem requisitis. Secundum est, horum argumentorum vim clariorem esse in Angelis, & Adamo ante lapsum: quoniam fingi non potest aliquid præcessisse vestigiū culpæ, quo præberint initium & rationem impediendi suam obedientiam, & perseverantiam, impediendo collationem alicuius absolute necessarij. Imò etiam in omnibus hominibus, antequam committant aliquid actuale peccatum, viget horum argumentorum vis, quantum ad probandum, ab eorum libera voluntate nihil provenire, quod sit initium illius impedimenti.

Pp

Nunc

9. **Primum fundamentum probatur.**

Nunc igitur primum fundamentum initio propositum probatur Osee 13. *Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* Valde notanda est illa dictio exclusiva, *tantummodo*, qua duo significantur. Primum, in nullo alio, præter Deum, esse auxilium recuperandi perditum Israël. Secundum, in Deo nihil aliud esse nisi auxilium. Itaque in Deo nihil est auxilio contrarium, vel auxilio prius, auxilio, inquam, simpliciter requisito ad iustificationem.

10.

Aptè ad rem præsentem exponunt communiter Patres prædictum testimonium Prophetæ; quemadmodum Philo in Cantica ad illa verba: *Terribilis, ut castrorum acies ordinata*, inde colligit, à Deo esse salutem nostram, quantum ex se est; eam verò à nobis tantummodo impediri. & Isidorus lib. 2. sentent. c. 5. §. 4. explicat his verbis: *ut percas, tuo merito: ut salueris, meo auxilio.* Vnde in eodem lib. sentent. c. 13. prope med. ait: *Nullus de bonitate Dei dubitat: sed sola accipientium prauitas conserri sibi indulgentiam abnegat.* Glossa ordinaria ex Ruperto explicat his verbis: *Ac si dicat: Tu ipse perditionis tua causa es: tu tibi perditionem thesaurizasti, recedendo à me, qui solus tibi poteram, & consueueram auxiliari: & nunquam tibi auxilium est, nisi apud me, si penitentiam egeris.* Eadem expositio est interlinealis. D. Thomas 1. 2. quaest. 112. art. 3. ad 2. *Defectus*, inquit, *gratia prima causa est ex nobis; sed collationis gratia prima causa est à Deo, secundum illud Osee 13. Perditio tua, &c.* Atque in eodem sensu accipitur hic locus communiter à Theologis, siue Scholasticis, siue expositioibus sacrae Scripturæ.

11.

Quamuis non eadem verba, eandem tamen Osee sententiam usurpauit Gregorius homil. 9. in Ezechiel. prope init. dicens: *Sciendum, quod mala nostra solummodo nostra sunt: bona autem nostra, & omnipotentis Dei sunt, & nostra.* Sed carentia iustificationis est malum nostrum: ergo carentia iustificationis solummodo nostra est, & non Dei: nos ergo sumus auctores illius, & non Deus.

12.

Dionysius de cœlesti hierarch. cap. 9. post med. docet, errorem, quo alia nationes in eos, qui *Dij non sunt, deflexerint, rectis Angelorum præfecturis non esse retribuendum, sed illis ipsis, qui procliuatate sua de recta, ad Deum ferente, via deflexerint, amore sui, & contumacia.* Nota procliuatatem esse suam; & illis retribuendum, quod deflexerint. Vbi tacite notatur vis liberi arbitrii, ut se flectat in vtramque partem contradictionis. Quod clariùs interpretes alij vertunt: *Illos ipsos proprijs inflexionibus, ex ea, qua est in diuinum, recta reductione recedentes, &c.* in cuius commentario Hugo de Sancto Victore lib. 9. agnoscit hunc defectum in liberum hominis arbitrium reuocari. Id verò clariùs docet statim Dionysius, dicens: *Nec enim vita nobis data est, cui vis illata sit, aut imposta necessitas.*

13.

Cyillus Hieros. catech. 16. inter med. & fin. sic loquitur: *Quemadmodum lumen uno radij progressu illuminat omnia, ita Spiritus sanctus eos, qui habent oculos, illuminat. Quod si quisquam non respiciens illius gratia non potitur, non Spiritum sanctum, sed suam ipsius arguat perfidiam.* Clemens Alexandrin. lib. 1. Strom. in med. fol. 65. fine ait: *In Actis Apostolorum hoc his verbis inueneris. Qui itaque verbum eius susceperunt, baptizati sunt. Qui autem noluerunt parere, se ipsos scilicet abduxerunt; ad eos dicit Propheta Isaias 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terra comederis, in nobis esse sum, arguens, & eligere, & declinare.* Ergo illi se ipsos abduxerunt, cum in

eorum potestate situm esset eligere, & declinare. Similia varia ex eodem referimus variis in locis.

14.

Idem colligitur ex Irenæo lib. 4. aduersus hæreses cap. 29. fine, dicens: *Si autem quidam, propter inobedientes Israelitas perditos, infirmum dicunt legis Doctorem, inuenient in ea vocatione, qua est secundum nos, multos quidem vocatos; paucos verò electos: & id, quod erat semper liberum, & sua potestatis in homine semper seruasse Deum, & suam exhortationem: ut iuste damnentur, qui non obediunt ei; & qui obediunt ei, honorentur incorruptibilitate.* Nota primò, vocationem, seu exhortationem tam exteriorem, quam interiorem semper seruasse Deum, siue in lege Veteri, siue in Noua. Secundò, seruatum esse simul liberum & suæ potestatis arbitrium, ut locus esset præmio, vel pœnæ. Tertio ex humana libertate, & non ex infirmitate legis scriptæ, sicut nec legis gratiæ prouenire, quòd multi non obediunt. Vnde supponit, in vtraque lege sufficientes vires ad obediendum suppeditatas esse.

15.

Chrysostomus homil. 41. ad populum Antiochenum post medium, ad penitentiam præmittendam ante communionem, hortatur his verbis: *Non vacat imbecillitatem accusare, non naturam. Sola nos negligentia facit indignos. Hæc quidem à nobis dicta sunt: Qui verò corda compungit, qui compunctionis dat spiritum, corda nostra compungat, & in profundo semina ponat: & ab ipso timore concipiat, pariat spiritum salutis, & cum fiducia accedat. Perpende primò illud, non vacat imbecillitatem accusare; ergo per auxiliorum sufficientiam homo fortis est non solum ut possit, sed etiam ut faciat: alioqui accusare posset imbecillitatem ad actum. Secundò, *Sola nos negligentia facit indignos;* ergo voluntarium & liberum est nobis quidquid nos actualiter facit indignos, quia negligimus cooperari, ac proinde non à Deo; sed à nobis est initium impediendi iustificationem. Tertio perpende vim gratiæ præuenientis, apertè positam, ut semen, vnde concipiat, & pariat: ne forte causeris Chrysostomum hoc loco oblitum fuisse gratiæ præuenientis.*

16.

Manifestior est mens Hilarij Psal. 118. ad illa verba: *Inclina cor meum Deum in testimonia tua; Sed forte, inquit, per hanc Prophetæ religiofam modestiam quisquam impie loqui ita audebit: Si, inquit, omnia à Deo sunt; humana ergo ignorantia caret culpa, cum nihil obtinere possit, nisi quod donatum à Deo suspenderit. Et primum hoc impie est voluntatis existimare, adcirco se ea, qua sunt credentium propria, non consequi, quòd sibi à Deo indulta non fuerint.* Ad eiusdem sententiæ confirmationem scribit aliqua difficulta, quæ iam sunt à nobis exposita tomo de prouidentia.

17.

Eodem modo temperandum est, quod in eodem Psalmo 118. ad illa verba: *Hæreditate acquisisti testimonia tua in æternum; ait: Ne quod à multis dici solet, rationis aliquam habeat auctoritatem, cum afferunt, proprium Dei munus esse, ut quis in Dei rebus atque operibus versetur, excusantes infidelitatem suam: quod cessante erga se Dei voluntate, maneat infidèles. Est quidè in fide manendi à Deo munus, sed impediendi à nobis origo est. Et voluntas nostra hoc proprium ex se habere debet, ut velit Deus incipienti incrementum dare. Quasi diceret, cum impediendi iustificationis origo sit à nobis; voluntas nostra hoc proprium ex se habere debet, videlicet, non prafractorem Deum deserens Deum peccat, deserens peccatorem Deus iustitiam seruat. Quid autem magis iustum, quam ut ille, qui desiderio peccandi iam peccat, Ruit de Prædestinatione.*

18.

quo initio liberæ cooperationis à nostro arbitrio dato, Deus incrementum dat incipienti.

18.

Augustinus de correptione & gratia cap. 3. sic hortatur: *O homo, in correptione agnosce, tuo te vitio non habere: in oratione agnosce, unde accipias quod vis habere.* Nota, tuo te vitio non habere. & cap. 7. minus excusabiles esse, qui in accepta fide non perseverant, quam illos, qui nunquam audierunt fidem, hac ratione probat, *Quoniam potest dici homini, in eo, quod audieras, & tenueras, in eo perseverares, si velles: nullo modo autem dici potest, id, quod non audieras, crederes, si velles.*

19.

Idem in Psalmo 57. ad illa verba: *Que non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter,* ait: *Massus incantatur, ut educat aspidem de tenebrosa caverna. Vtique in lucem vult educere: illa autem amando tenebras suas, quibus se inuoluit occultare dicitur, quòd cum exire noluerit, recusans tamen audire illas voces, quibus se cogi sentit, alidit vnam aurem terre, & de cauda obruat alteram, atque ita voces illas, quantum potest, euitans, non exit ad incantantem. Huic similes dixit Spiritus Dei quosdam non audientes Verbum Dei, & non solum non audientes, sed omnino, ut non valeant audire, facientes. & post pauca: *Non erant surdi; sed fecerunt se surdos: quia non aures patentes in corde non habebant; violentia tamen verbi, per aures carnis irruens, etiam ipsis auribus cordis vim faciebat: clausurunt & aures corporis.* En oblinari causant sibi ipsis impedimentum audiendi. Quod expressè tradit Ieremias c. 22. dicens: *Locutus sum ad te in abundantia tua, & dixisti: Non audiam.**

20.

Rursum Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione, & de Baptismo paruulorum ad Marcellinum c. 17. cuius verba referet, & sequitur Fulgentius lib. 1. ad Monim. c. 28. ait: *Vt imotescat, quod latebat, & sic fiat, quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum adiunat voluntates: qua ut non adimuntur, in ipsis itidem causa est, non in Deo: siue dammandi prædestinati sunt propter iniquitatem superbia, siue contra ipsam superbiam iudicandi, & erudiendi, si filij sunt misericordie.* Ecce tam in reprobis, quam in prædestinatis, quæcumque auxilij destitutio tanquam à causa & ratione prouenit ab eorum culpa: & illa præsertim destitutio, qua subtrahitur ille modus vocandi efficacissimus; qui apud Augustinum est per cognitionem, & delectationem.

21.

Quod Augustinus statim confirmat, dicens: *Vnde Ierem. 10. cum dixisset: Scio, Domine, quia non est in homine via eius: neque viri est, ut ambulet & dirigat gressus suos; continuo subiunxit: Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo; tanquam diceret: Scio ad correptionem meam pertinere, quòd minus ab te adiuor, ut perfecte dirigantur gressus mei: verumtamen hoc ipsum noli sic incitari agere, tanquam in furore, quo iniquos damnare statuisti; sed tanquam in iudicio, quo doces tuos non superbire.*

22.

Post verba citata hanc subiungit inter alias obseruationes Fulgentius dicto cap. 28. *In istis sancti Augustini dictis attende, quæso, mi charissime, primum, quia ut non homines adiuuentur à Deo, in ipsis causa dicitur esse, & non in Deo. Sic etiam Fulgentius eodem lib. 1. ad Monimum cap. 13. dixerat: Iuste deseritur à Deo, qui deserit Deum. Et quia homo deserens Deum peccat, deserens peccatorem Deus iustitiam seruat. Quid autem magis iustum, quam ut ille, qui desiderio peccandi iam peccat, Ruit de Prædestinatione.*

pro eo, quod desiderans peccare ipse sibi noxius efficitur, semetipsum peccato suo ledere permittat. Consonat torus ille liber, præsertim c. 27. & 29.

23.

Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 26. de voluntate humana, & gratia diuina sic loquitur: *Malorum à Deo sua habens mutabilitate, si deficit: de gratia opitulatione, quod proficit. Quæ opitulatione per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipsorum est nequitia; quod autem à multis recipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humane. Vides discriminis causam, & originem? Malorum discrimen à bonis totum nascitur ab eorum nequitia, quæ sola iustificationem nostram impedit, quam nullo modo impedit gratia. Sed discrimen bonorum à malis primariò à gratia, secundariò à humana voluntate prouenit. Si verò scire desideras, quæ sit hæc opitulatione, de qua loquitur Prosper, lege superiora verba: *Gratia Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet, suadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo.* Atque in eodem lib. 2. c. 28. ita concludit: *Fit manifestum, quòd diuersis atque innumeris modis omnes homines vult Deus saluos fieri. Sed qui veniunt, Dei auxilio dirigitur: qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur.* Similia docet ad 16. & vltimam obiectionem Vincentianam.*

24.

Rursum ad cap. 5. Gallor. ita respondet: *Qui dicit, quòd qui vocati sunt, non aequaliter vocati sunt; sed alij, ut crederent, alij, ut non crederent; quasi cuiquam vocatio causa fuerit non credendi, non rectè dicit. Quænam enim fides non sit, nisi ex Dei dono, & hominis voluntate: infidelitas tamen non est, nisi ex sola hominis voluntate. Ergo ex eo quòd voluntas sit vnica causa infidelitatis, rectè inferitur, quòd gratia præueniens, & auxilium sufficiens non prædeterminat ad non credendum; neque ea intentione detur, ut homines, quibus datur, non credant.*

25.

Et ad capit. 13. Gallorum sic loquitur: *Qui dicit, quòd quibusdam vocatis, & piè iustèque uiuentibus, obedientia subtrahatur, ut obedire desistant: male opinatur de bonitate Dei, atque iniustitia, ut videatur ad impietatem pios cogere, & innocentiam bonis adimere; cum ipse sit pietatis, atque innocentie largitor, & custos. Qui ergo Deo adhaeret, Spiritu Dei agitur; qui autem à Deo recedit, propria voluntate obedire desistit. Deus ergo suo auxilio non prædeterminat omissionem obedientiæ, & perseverantiæ; neque eo sine conferat auxilium, etiam intendendo materiale rationem omissionis; sed hæc prouenit à voluntate creata, ut ab vnico principio.*

26.

Denique Prosper ad obiectiones Vincentianas responsione 3. in principio ait: *Omnium quidem hominum Deus creator est; sed nemo ab eo ideo creatus est, ut periret: quia alia est causa nascendi, & alia est pereundi. Vt enim nascantur homines, conditoris est beneficium: ut autem pereant, præuicatoris est meritum. Idem profus habetur apud Augustinum in lib. ad articulos sibi falsò impositos, art. 3.*

27.

Arnobius lib. 2. aduersus gentes multo propius ad finem, quam ad medium: *Omnibus, inquit, vniformiter potestatem veniendi ad se facit. Pater, inquit, omnibus fons vite: nec ab iure potandi quisquam prohibetur, aut pellitur. Si tibi fastidium tantum est, ut oblatis resibus beneficium muneris: quimò si tantum sapientia præuales, ut ea, quod offeruntur à Christo, ludum atque ineptias nominas; quid inuitans peccat, cuius sole sunt hæc partes, ut sub tui iuris arbitrio fructu*

sua bonitatis exponat. & postquam exposuit libertatis humanæ potestatem, vt eligat, vel respiciat vitæ fortem, subdit: *Namquid orandus es, vt beneficium salutis à Deo digneris accipere; & tibi aspicianti, fugientique longissime infundenda in gremium est diuina beneuolentia gratia? multaque in eandem sententiam subiungit.*

28. Theophylactus Marci 4. ad illa verba: *Vt videntes non videant; ait, Vis scire, quia Deus facit omnes videntes? audi, vt videntes, hoc est, Dei, non videant, istud est malitia illorum. Deus enim formauit omnes videntes, hoc est, bonum intelligentes: ipsi autem non vident, sua sponte oculos claudentes, ne conuertantur, & emendentur, quasi sua ipsorum salutis, & emendationi inuideant.* Et Ioan. 6. textu penult. & vltimo multa docet, quibus ostendit liberam voluntatem esse, quæ impedit, quominus à Deo accipiat, vel conferuet, quæ Deus omnibus dare paratus est.

29. Beda lib. variat. quæstion. q. 13. circa medium, ait: *Quia igitur Adam liber erat, & infirmus, postquam sibi vni est confisus, & ex libero arbitrio hosti confesit, & per fragilitatem suam cecidit; quia si soli Domino confisus fuisset, Domino auxiliante, nullatenus vtrique cecidisset.* Pondera primò ex libero arbitrio prouenisse consensum. Secundò, in promptu, & in eius voluntate positum fuisse, Domino auxiliante, non cadere si non confisus fuisset sibi, sed soli Domino, vt potuit. Et in eadem q. post med. *Deus presentialiter nos videt quales aut ex eo futuri essemus in bonum, aut non ex ipso, sed ex nobis futuri essemus in malum.* Nota ex nobis.

30. De initio impediendi auxilia, & cauſandi peccatum in nobis, Petrus Abbas Cellensis (tomo 9. biblioth.) lib. de panibus c. 26. ante med. ait: *De celo suo profundit Deus tibi lucem, & tu de abyſſo tua propinax tibi immensam confusionem: à Deo tibi bonum, à te tibi malum est: à Deo tibi unguentum sanitatis, à te tibi veneficium mortis.* Anselmus de casu diaboli c. 3. sine ait: *Non ideo non habuit bonam voluntatem perseverantem, aut non accepit, quia Deus non dedit: sed ideo Deus non dedit, quia ille volendo quod non debuit, eam deseruit, & eam deserendo non tenuit.* Idem repetit c. 4. sine.

31. Andreas Episcopus Cæsareæ in Apocalypf. ferm. 7. suo cap. 19. ad illa verba: *Quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, ait: Spiritus signaculum, quod homini contra tentationes datur, eatenus vim suam ostendit, quatenus ipse collaboramus. Qui igitur auxilio hoc destituitur, ideo destituitur, quia vna cum ipso manum operi adhibere non voluit.*

32. S. Thomas in 1. dist. 40. quæst. 4. artic. 2. corp. ait: *Huius defectus (qui est carere gratia, & non se preparare ad gratiam) prima causa est ex parte hominis, qui gratia caret. Sed ex parte Dei non est causa huius defectus, nisi ex suppositione illius, quod est causa ex parte hominis.* & post pauca: *Si iste defectus comparatur ad voluntatem, qua est sicut causa proxima, inuenitur voluntas habere causalitatem ad ipsum: qua bonum propositum non accipit, cum possit accipere.* Similia docet S. Bonauent. in eadem dist. 40. artic. vltimo quæst. vltima, præfertim ad argum. 3. & 4. & ceteri Doctores Scholastici.

SECTIO II.

De resistentia hominum, & de principio impediendi perseverantiam Angelorum probationes duæ.

AD eandem conclusionem probandam, restant rationes duæ. Prima consistit in pugna Dei, & resistentia hominum. Nam sacræ literæ, & omnes Patres testantur Dei cum hominibus certamen, in quo Deus, præueniens illustrationibus, atque inspirationibus impellit impios, vt conuertantur: at illi contra proprio resistent arbitrio. Resistentiæ verò quidditas non posset conuenire libero arbitrio, si Deus subtraheret aliquid simpliciter requisitum, vt homo non resisteret: & talem modum, & mensuram tribuit auxiliorum, vt ex illa necessariò sequatur, hominem actualiter desistere. Sequela probatur, quia resistentia quidditatiue importat impedimentum apponere actiue virtuti, ne tantum, & tam perfectum producat effectum, quantum ex se potens est producere prædicta virtus actiua.

Hoc autem exemplo fiet manifestum. Quando enim aqua iam recepit calorem vt quatuor ab agente, quod solummodo poterat calefacere vsque ad illum gradum vt quatuor: aqua non conuenit vera quidditas resistentiæ; quamuis non recipiat calorem vt octo. Quoniam tantam intentionem caloris producere nequit agens, quod aquæ applicatum est. Quodlibet autem auxiliū, si detrahatur ei aliquid simpliciter necessarium, non potest actualiter producere assensum fidei. Quapropter liberum arbitrium non committet veram quidditatē resistentiæ, qua resisteret auxilio diuino: subindeq; non resisteret Deo, quoniā Deus liberum arbitrium non mouet, & impellit, neque cum eo pugnat, nisi per auxiliū simpliciter sufficiens: proinde nō alia ratione Deo resisteret impius, nisi qua ratione resisteret eius auxilio sufficienti.

Ne forte quispiam respondeat, auxilium sufficiens posse producere assensum fidei, eo quod habeat quiddam requiritur ad constituendam potentiam in ratione potentia, supponamus, exempli causa, igni Babylónico denegatum fuisse generale Dei concursum, ne tres pueros combureret; quamuis in igne remanserit integra potentia comburendi, & in tribus pueris non fuerit acta potentia resistenti; (hoc enim augmentum non requirebatur, supposita negatione diuini concursus) in hoc casu non potest proprie affirmari, carnem illorum Sanctorum restitisse ignis actiuitati (quamuis hoc possit figurata locutione dici.) At verò auxilium sufficiens, negato aliquo subsidio simpliciter necessario, perinde se habet, sicut virtus combustiuæ ignis, negato generali concursu.

Quod autem diuinis auxiliis resistent homines, vt probem, suppono, Spiritus sancti nomine in sacris literis plerumque intelligi Deum, qua ratione per auxilia supernaturalia nos mouet, & dirigit ad bonum. Quemadmodum 1. Corinth. 12. *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto*, intelligunt Ambrosius, Augustinus, Marcus Eremita, & D. Thomas. Quapropter auxiliis diuinæ gratiæ resistent illi, quibus Stephanus dixit Actor. 7. *Vos semper Spiritu sancto restitistis.* 2. ad Timoth. 3. *Quemadmodum Ioannes, & Ambrosius restiterunt Moysi: ita & hi resistent veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Prouerb.

I. Prima pugna Dei, & resistentia hominum.

Resistentia quidditas.

2. Exemplo probatur.

3. Præoccupatur solutio.

4. Diuinis auxiliis homines resistent.

Prouerb. 1. *Vocauit, & remisit: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret.* Despexistis omne consiliū meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitū vestro ridebo. & Ezechiel cap. 2. *Filius dura facie, & indominabili corde sunt, ad quos ego mitto te.* Numer. 14. *Nolite rebelles esse contra Dominum.* & cap. 15. *Aduersus Deum rebellis fuit.* Idem modus loquendi habetur cap. 17. versu 10. & cap. 20. versu 10. Deuter. 9. versu 24.

5. Confirmatur, nam qui rebellat contra suum Principem, à se ipso accipit initium & rationem determinandi se ad rebellandum, & non est determinatus à Principe, vt rebellet; sed potius, vt quietus permaneat in obedientia. At verò peccatores rebellant contra Dominum, secundum illud Numer. 26. *Isti sunt Dauid, & Abiron Principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt.* Quod si desisset illis aliquid simpliciter requisitum ex parte Dei, vt quieti manerent in obedientia; non foret ex ipsis rebellionis initium, & primaria ratio: quapropter neque proprie dicerentur rebellasse.

6. Vim huius argumenti agnouit S. Thomas 3. contra Gentes cap. 159. vbi ex professò tractans difficultatem, quomodo homini impurètur, carere fide, spe, & charitate, si in eius potestate non est auxiliū requisitum, responderet his verbis: *Licet aliquis per motum liberi arbitrii diuinam gratiam neque promereri, nec acquirere possit; potest tamen se ipsum impedire, ne eam recipiat.* Dicitur enim de quibusdam Job 21. *Dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus; & Job 24. Ipsi fuerunt rebelles luminis, & cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire receptionem, & non impedire; non immeritò in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni.* Deus enim, quantum ex se est, paratus est omnibus gratiam dare.

7. Pondera ex parte Dei nullum prorsus impedimentum gratiæ, vel iustificationis apponi, sed totalem impediendi causam esse hominem per liberum arbitrium, in cuius potestate positum est gratiæ receptionem impedire, & non impedire. Quod subiecto exemplo Solis illustrat D. Thomas, dicens: *Illi soli gratia priuantur, qui in se ipsi gratiæ impedimentum præstant; sicut Sole mundum illuminante, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre nō possit, nisi lumine Solis præueniatur.* quod clariùs in fauorem nostræ conclusionis exposuit Ferratiensis post medium commentarij. Vnde collige, contra mentem S. Thomæ in hoc loco fuisse, quod inde probare conantur aliqui recentiores, videlicet ad plenam & veram sufficientiam auxilij non requiri, vt Deus, quantum ex se est, paratus sit conferre, quidquid in actu primo requiritur ad actualiter operandum.

8. Secunda ratio pertinet ad initium & primam causam, quæ impediuit, ne demones in gratia & obedientia perseverarent. Nam propter rationis paritatem, idem existimandum erit de causa impediende non solum, ne iusti homines in gratia perseverent; sed etiam ne peccatores conuertantur. Etenim repugnantia cum diuina bonitate, liberalitate, atque fidelitate in his hominibus prope eadem reperitur.

6. Huic repugnantia nititur Dionys. c. 4. de diuinis nominibus, vbi postquam fusè tractauit quæstiones de malo, quid sit, & vtrum causetur ex bono; docuitque malum nihil esse, nisi priuatio Ruiz, de Prædeterminatione.

nem, & defectum boni, virtutis, & operationis; ideòque non causari ex bono, concludit prope finem capitis: *Et demonibus, quod quidem sunt, ex bono est, & bonum; malum autem est ex ipsis, ex casu à proprijs bonis, & variatio, quæ est circa identitatem & habitum; & infirmitas conuenientis ipsis, angelos decentis perfectionis.* Ergo non solum casus à proprijs bonis, sed etiam infirmitas, & libera variatio, quæ, relinquunt bonum gratiæ, quod habebant, & recedunt ab his Angelis, cum quibus charitate copulati erant, hoc totum nō ex bono, scilicet Deo, sed ipsis demonibus originem duxit. Et sequenti cap. 5. circa medium, ait: *Et quidem demonum mens, secundum quod mens est, ex ipsis est; scilicet ex diuina sapientia: in quantum autem mens est rationis deprauata, consequi, quod desiderat, neque sciens, neque volens, casum à sapientia magis propriè ipsam oportet appellare.* Vbi S. Thom. lect. 2. prope fin. interpretatur hunc casum non esse à Deo, sed à libero arbitrio. Itaque liberi arbitrii fuit, quod dæmon de facto non fuerit vsus auxilio, sibi ad sciendum, & volendum actualiter oblato.

Præcedentis rationis complementum, & confirmatio est altera; Deus enim per creationem contulit bonitatis plenitudinem: quapropter illius defectus non à Deo, sed aliunde originem ducit. Ita ratiocinantur Patres, quando exponunt illud Ezechiel. 28. *In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus decore à die conditionis tue, donec inuenta est iniquitas in te.* Vbi Hieronymus ait: *Ostendit, omnem creaturam bonam, à Deo conditam, & perfectam habuisse virtutem, vt deinceps macula non natura sit, sed voluntatis.* Cyrillus Hierosolym. catechesi 2. non longè à principio ait: *Vsq; quod inuenta sunt iniquitates in te, omnino pulcher reperiebaris: nec enim exterius congestum est, sed ipse genuisti malum, & causam mali.* Ergo pulchritudinis defectus non à Deo, nec à defectu diuini auxilij, sed solummodo à libero arbitrio ducit originem.

Greg. lib. 32. mor. cap. 18. ad illa verba Iob. 40. *Ipsa est principium viarum Dei; simul explicans illud Ezechiel. 28. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, preparata sunt; ita loquitur: Huius ergo lapidis in die conditionis sue foramina preparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus. Quia si repleti voluissent, stantibus Angelis, tanquam positis in Regis ornamento lapidibus, potuissent inherere. Si enim charitatis auro se penetrabilem prabuissent, sanctis Angelis sociatus, in ornamento regio lapidis fixus maneret. & post pauca: Idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempsit.*

Nota primò, si voluisset, potuisset. Secundò artificem præstitisse foramina, & aurum; sed Luciferum contempsisse.

Tertiò pondera, discrepantes lectiones, aut expositiones literæ Ezechielis, nihil discrepare quoad vim præcipuam argumenti, quod inde sumit Gregorius. Nā siue foramina intelligas ea, quibus penetrantur lapilli, vt in filum inserti, ordinem, vnitatemque conferuent: vt Gregorius nuper citatus; siue cum Lyra intelligas palas, vel sedes auri cauas, ad includendas gemmas; siue cum alijs expofitoribus accipias autem perforatas, vt ornarentur inauribus: omnes istæ metaphoræ significant, ex parte Dei nihil defuisse illorum, quæ Lucifero necessaria erant, vt actualiter in gratia perseveraret. Nec dissimiliter, quod Septuaginta legunt: *Auro replesti thesauros tuos, & apothecas tuas,* & Hieronymus explicat: *Quod eius cognitio diuinis*

10. Deus bonis per creationem plenitudinem contulit bonitatis.

11.

12.



patuerit Sacramentis, & congregauerit sibi diuitias spirituales; argumentum est, non ex inopia gratia, & auxiliorum, sed ex propria malitia in eo inuentam esse iniquitatem, secundum illud, quod subditur: *Donec inuenta est iniquitas in re.* Nec variatur vis argumenti, siue hoc de Rege Tyri, siue de Lucifero, siue de eius membris intelligas (de quo nihil attinet in presenti disputare.) Nam siue de vno peccatore tantum hoc affirmetur, siue de pluribus, rationis paritas conuincet, idem intelligendum esse de ceteris omnibus, tam Angelis, quam hominibus.

13. De Lucifero iterum Gregorius lib. 34. moral. c. 17. prope initium, in id Job 40. *Factus est ut nullum timeret*; ait: *Sic ergo fuerat iste conditus, quatenus timore lato auctorem suum & amans metueret, & metuens amaret. Sed sua peruersitate talis factus est, ut nullum timeret. Ei quippe, a quo conditus fuerat, subesse despicit.* & post pauca: *Celsus nimirum esset, si ei, qui veraciter celsus est, inharere voluisset. Celsus esset, si participatione vera celsitudinis contentus fuisset.* & infra: *Nam quem exaltabat libera seruus, deiecit captiua libertas.*

SECTIO III.

Obiectio soluitur de proportionata causalitate affirmationis, & negationis.

1. Frequens solet occurrere circa gratia, & praedestinationem obiectio, quae sumitur ex communi Philosophorum axiomate: *Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis.* Quapropter operapretium erit illi semel, atque plene satisfacere. Etenim ex illo ad rem praesentem sic argumentabitur aliquis. Deus per suam liberam voluntatem est primaria causa conuersionis ad Deum, & totius iustificationis: ergo negatio eiusdem liberae voluntatis diuinae, & consequenter negatio auxiliorum erit primaria causa, determinans ad omissionem conuersionis.

2. Confirmatur primò: nam, ut Philosophus docet, id, quod per sui praesentiam est causa, ut incolumis seruetur nauis, scilicet gubernator, per sui absentiam est causa periculi; sed Deus per suam liberam voluntatem est causa conuersionis, & salutis nostrae: ergo eiusdem liberae voluntatis absentia erit nobis causa perditionis.

Confirmatur secundò, quoniam contrariorum eadem est causa, ut cum eodem Aristotele loquuntur communiter Philosophi.

3. Respondeo, & dico primò. Illud axioma, *si affirmatio est causa affirmationis*, &c. non verificatur de causa inadaequata, seu partiali; sed solummodo de causa totali, & adaequata, quae proinde conuertibilis est cum effectu; ita ut posita ponat effectum, & sublata auferat. Hoc enim Aristoteles lib. 1. posteriorum textu 30.c. 13. alias 10. ita docuit: *Non enim dicitur causa, ut propter quid non respirat paries; quoniam non animal. Si enim hoc non respirandi causa est, oportet animal esse causam respirandi: ut si negatio causa est ipsius non esse, affirmatio causa est ipsius esse.* Quomodo si hoc, quod est, inconueniens, ubi esse calida, & frigida, eum, quod est non sanum esse; hoc, quod est, conueniens, ubi esse, eum, quod est sanum esse. *Consimiliter autem & si affirmatio ipsius esse, negatio ipsius non esse.*

4. Vbi quamuis ex negatione animalis rectè de-

monstretur parietem non respirare; ea tamen demonstratio non censetur esse propter quid: eo quòd non reddat veram causam. Probat autem Aristoteles, illam non esse veram causam, quia si non animal esset causa non respirandi, animal foret causa respirandi. Consequens autem est falsum; quoniam multa animalia non respirant. Vnde praedicti principij exemplum constituit in causa prorsus adaequata, & totali; cuiusmodi est qualitatum debita proportio ac temperatio, quae sanitatis causa est totalis, & adaequata. Ideòque negatio eiusdem temperamenti est causa non sanitatis.

5. Sed quoniam plerumque contingit causam adaequatam, & totalem constari ex plurimis realitatibus, partialiter concurrentibus, facile poterit error subreperere in applicatione praedicti principij, nisi summo rigore metaphysico accipiatur negatio; quae propriissime contradictoria sit affirmationi totalis, & adaequatae causae. Quapropter negatio cuiuscumque realitatis, aut conditionis requisita ad totalitatem, & adaequationem causae, erit sufficiens causa, ut non sit effectus; quoniam totalis causa complectitur omnes realitates, & conditiones suas, copulatiue affirmatas: huic autem copulatiuae affirmationi contradicit directè disiunctiua negatio eorumdem, ad quam verificandam satis erit vnus realitatis, aut conditionis negatio; licet abundantior sit earum omnium negatio.

Nunc ergo totalis & adaequata causa iustificationis, & salutis auctorum non solum est Deus per suam gratiam; sed etiam homo per liberum arbitrium. Quocirca solius liberi arbitrij defectus, negantis suam cooperationem, abundè sufficit, ut sit causa impediendi iustificationem, & salutem.

6. Explicatur magis, quia licet sine dubio impediretur salus, si Deus independenter à libera voluntate hominis negaret auxilia gratiae; nihilominus supposita praeparatione Dei, quantum ex se est, prompti semper ad conferendam gratiam, non potest huius effectus negatio aliunde originem ducere, quam ex libero arbitrio. Haec solutio est Sancti Thomae in 1. dist. 40. q. 4. art. 2. ad 3. 4. & 5. Sancti Bonauent. in eadem dist. 40. art. vltimo, q. vltima ad 3. Alexandri 2. p. q. 100. memb. 8. ad 3. & 4. Conradi 1. 2. q. 112. art. 3. ad 2. Consonat etiam Ricardus 1. dist. 40. art. 3. q. 3. ad 1.

7. Ut nullus remaneat dubitandi locus, manifestum nobis exemplum praebet Sol, primaria videlicet causa lucis, atque videndi. Nam ex eo quòd aliquis non videat, non rectè colligitur causam esse negationem, siue absentiam Solis; sed potius si liberè claudas fenestram, aut oculos, etiam sole praesente, videre non poteris: quoniam ut videas, non solum requiritur praesentia Solis, sed etiam medium diaphanum vsque ad pupillam.

8. Propter hanc rationem Aristot. in 2. Physicor. cap. 3. prope med. textu 30. non vniuersaliter, sed particulariter affirmauit, absentiam causae causare absentiam effectus; sic enim ait: *Idem insuper contrarium est causa; quod enim praesens causa cuiuspiam est, id & absens nonnunquam eiusdem est contrarij dicimus: ut gubernatoris absentiam subuersiois nauis, cuius praesentia causa erat salutis.* Perpende illam dictionem *nonnunquam*. Quia contingit non raro naufragium, etiam praesente gubernatore prudente, atque diligente propter inimicorum imperus, vel procellas maris, vel alicuius subordinati officialis negligentiam.

Dico

9. Praecedens doctrina in causis liberis verificatur.

Dico secundò. Tota praecedens doctrina peculiariter aliqua ratione atque applicatione verificanda est, ubi causa libera interuenire debet. Cuius ratio efficax est, quoniam causa libera, positus omnibus in actu primo requisitis ad operandum, potest agere, & non agere, sicut probatum fuit tomo de scientia Dei disp. 50. sect. 3. 4. & 5. Quapropter, quamuis nulla prorsus absentia sit alicuius causae, aut conditionis, ad agendum praerequisita, nihilominus causa libera pro suo libito impedire poterit effectum. In eo igitur casu negatio effectus non potest reuocari ad negationem, siue absentiam alicuius causae, aut conditionis praerequisita in actu primo; sed solummodo reducitur ad liberam potestatem deficiendi, quae conuenit libertari creatae.

SECTIO IV.

Vt subtrahantur auxilia, ratio datur ex nostra culpa.

1. Praesentis sectionis discrimen à praecedenti bus in eo consistit, quòd praecedentes agunt de impediendo ipso actu, ad iustificationem disponente; ac subinde agunt de impediendo actuali concursu, quo Deus in actu secundo cooperaretur, nisi liberum arbitrium impediret. At verò in praesenti sectione primariò agitur de causa, quae impedit, ne conferantur auxilia, quibus tanquam principiis liberum arbitrium redditur potens elicere actus, ad iustificationem disponentes. Ad hoc probandum,

2. Primum testimonium est Isaiae cap. 5. cuius priorem partem ponderabimus disp. sequenti, sect. 1. nam in ea Deus ostendit, se vineae contumeliose omnia requisita, ut fructus ferret gratos, atque maturos; sed quoniam pro viuis labruscas tulerit, auxiliorum subtractione punienda denunciatur his verbis: *Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineae meae. Auferam solum eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculationem; & ponam eam desertam; non putabitur, & non fodietur; & ascendent vepres, & spine, & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.*

3. Videnda est longa expositio Basilij, quae tota probat institutum nostrum. Peculiariter notanda sunt illa verba: *Nobis adiunguntur molitiones muro-rum, cum per socordiam & torporem nos indignos reddiderimus tutela diuinorum dogmatum.* & paulo inferius: *Quod à Deo deserantur peccatores, fit per eorum ignauiam. Quod vel hinc liquet; ait enim Scriptura de his, quorum saluti consulit: Non te deseram, neque derelinquam.* & post multa subdit: *Quando vinea istius germina improbanda veniunt, ab ea tollitur pluuia. Quandoquidem auxiliari gratia Dei, sibi praerogata, non ut conueniebat, usata est. Itaque etiam nos, si quando deprehendemur, minus rectè est occasione rei bene gerendae, indulta nobis à Deo, tunc nobis adimitur caeleste praesidium.* Nota occasionem rei bene gerendae, quae significat non qualemcumque potestatem, sed cum omnibus requisitis, & opportunis.

4. S. Hieronymus Isaiae 5. ad illa verba: *Torcular extruxit in ea;* ait: *Cuncta, quae dicuntur de vinea, possunt & ad animae humanae referri statum, quae à Deo plantata in bonum, non vnius attulerit, sed labruscas; & postea sit tradita bestiis conculcanda; neque diuinum imbrem susceperit doctrinarum, quia praerita*

*dona contempserit.* Rursus ad illa verba: *Et nunc ostendam vobis*, &c. ait: *Tollam Angelorum auxilia, de quibus scriptum est: Circumdat Angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. & post pauca: Tollitur autem Dei auxilium ab his, qui indigni sunt, ut quia non senserunt Deum per beneficia, sentiant per supplicia.*

5. Cyrillus Alexand. ad citata verba: *Nunc ostendam vobis;* ait: *Cum enim nihil deesset eorum, quo ipsis vitia sunt, in vepres redigit sua sententia. Par enim est, ut qui ad tantam peruersitatem deuerserunt, manu & cura, & auxilio Domini in posterum priuentur.* & post pauca: *Mandabo nubibus, sub intelligentiam cadentibus, id est, sanctis Prophetis, vel potestatibus Angelicis, ne super ipsam imbrem depluant, scilicet intelligibilem: ut qui exhortatione, verborum diuino in mente, & corde peragratur.*

6. Eadem est mens Paulini epist. 28. quae est 2. ad Aprum colum. 2. dicentis: *Intellige, quidquid in agro tuo tibi displiceat, aut placeat, idem in anima tua placere Christo, aut displicere. Si vastata peccatis quasi dumus sordet, neque Prophetis, aut Apostolicis nubibus compluitur, in aridam solitudinem, gratia deserente, damnabitur. Si vero sui diligens in orationibus crebris semet excolat, & sacris literis opime-tur, & intimum cordi aratrum crucis imprimat, & vastro diuini timoris spinas suas eruat, ignitòq; Dei verbo uratur in culpis, illuminetur in sensibus; tunc necesse est, ut spatium in tuo corde patremfamilias, & omnes animae tuae regiones peragrarare deleat, & pro te in suo adgandens tibi, dicit: Si diligens tui cultor appareas, euge bone serue, &c.*

7. Secundum testimonium accipit expositionem à primo, Ierem. cap. 5. versus finem: *Populo, inquit, huic factum est cor incredulum, & exasperans: recesserunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuae missis custodientem nobis. Iniquitates vestrae inclinauerunt haec, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis.* Vbi Hieronymus: *Prohibuerunt, inquit, iam veniens ad nos bonum, iuxta illud, quod secundam litteram scriptum est: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem.* Itaque quantum est ex parte Dei, bonum & auxilium iam veniebat, nisi nostris prohiberetur, ac declinaretur peccatis.

8. Tertium sit Isaiae 59. initio: *Ecce non est abbreviata manus Domini, ut saluare nequeat: nec aggravata auris eius, ut non exaudiat. Sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.* Quod, sicut & praecedens testimonium licet in cortice literae tractet de temporali salute; de spiritali tamen praecipue intelligendum est.

9. Quartum Ierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non est sanata. Derelinquamus eam, & eam non quisque in terram suam.* Quas voces siue Deo, siue Angelis tribuas, in idem recidit. Nam custodes Angeli non, nisi ut Dei ministri, curare poterant, exterius applicantes medicamenta; quae nihil possent efficere, nisi Deo per gratiam interiorius operante sanitatem. Vnde intellige, quam aptè ad praesens institutum Glossa ibidem exponat: *Non scientiam artis, nec vim resinae criminantur, sed te, qui noluisti obedire. Sunt medici sub magno medico Angeli Dei volentes animas nostras curare. Quis ipse repellimus, dum consilij eorum non acquiescimus: qui videntes se perdere operam, aduicem dicunt, relinquitur enim.* Multaque subdit in eandem sententiam, consonatque Gregorius 3. parte



pastoralis curæ, admonit. 14. aliis testimoniis corroborans.

10. Quintum sit conclusio, ex parabola talentorum, & mnarum à Christo Domino collecta Matth. 13. Marci 4. & Lucæ 8. *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem, qui non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo.* De hac parabola dictum est in aliis disputationibus, quod pertinebat ad illas. Nunc verò inde colligimus, nulli hominum nisi propter suam liberam negligentiam denegari talentum vnicum ad negotiandum, & comparandam vitam æternam vnicè atque simpliciter necessarium; quo sublato, impossibile est actuale lucrum, & impossibilis actualis negotiatio utilis ad salutem. Huiusmodi autem talentum est auxilium tali modo sufficiens, vt, eo dato, vel oblato, possibile sit actu perseverare, vt per eius liberam negligentiam stet, quominus non conuertatur, aut perseueret.

11. Quod S. Gregorius homil. 9. in Evangelia colligit etiam ex sequentibus verbis: *Inutilem seruum egerite in tenebras exteriores;* dicens: *Quam* (scilicet charitatem) *quisquis non habet, omne bonum amittit, quod habet; & talento, quod acceperat, priuatur, & in exteriores tenebras mittitur. Per penam quippe in exteriores tenebras cecidit: & illic coactus patitur tenebras vitiorum, qui hic libenter sustinuit tenebras voluptatis.* Nota, culpæ spontaneæ, libenter, ac liberè factæ, penam esse carentiam lucis, & talenti, & boni, tam in præsentis sæculo, quam in futuro, cæterùm iuxta proportionem vtriusque.

12. Sextum Ioan. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmas, & arefcet.* Constat autem ex toto superiori contextu, idem esse manere in Christo, & fructum ferre ex eius virtute per fidem, & charitatem: vt omnes Patres intelligunt. Hic ergo, qui libere in Christo non manet, auxiliorum penuria punitur, secundùm illud Chrysostomi homil. 75. apud D. Thomam in Cætena, dicentis: *Arefcet, hoc est, si aliquid habebat à radice, amittet, denudatus eius auxilio, & vita.* Atque verba Christi Domini quamuis primariò pertinere videantur ad extremum supplicium futuri sæculi; nihilominus simul præsentis vitæ supplicium debita proportione seruata, denunciant. Non dissimili metaphora Romanorum quorundam arrogantiam cohibuit Apostolus cap. 11. ita disputans: *Dicitis: Ergo fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fidei fias. Noli altum sapere, sed time.* Ecce propter incredulitatem fracti sunt, & separati à societate radicis, & pinguedinis oliuæ; hoc est, à gratia, & auxiliis Christi Domini.

13. Postremum sit comminatio Christi Domini Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodò, &c.* Quæ verba, qua parte continent Dei voluntatem antecedentem, suo loco ponderata sunt. Nunc verò quod attinet ad destitutionem auxiliorum, prouenientem à libera illorum culpa, qui sub alas Dei congregari noluerunt, sic exponitur: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,* recedentibus habitatoribus, Deo, videlicet, atque Angelis, & proinde omni præsidio deficiente. Rursus: *Non*

*me videbitis amodò,* id est, corporali mea præsentia, doctrina, & auxiliis internis, quæ illam comitari solent, carcebitis, amodò, donec in die iudicij rei euidentia compulsi, frustrà me agnoscatis esse Messiam, vt communior fert expositio Patrum Chrysostomi, Hilarij, Theophylacti, & Euthymij. Peculiariter ad præfens notanda sunt illa verba Hilarij: *Quia noluerunt, domus eorum deserta, & vacua relinquetur, id est, indigni habitatione sancti Spiritus erunt, & in contumacia infidelitatis manentes, &c.*

Idem ipsum fuerat prædictum toto ferè cap. 7. Ierem. præsertim ab illis verbis: *Et locutus sum ad vos, manè confurgens, & loquens; & non audistis. In toto sequenti contextu notandum est primò, quoties repetatur, & intimetur Dei prouidentia, procurans eorum salutem per exteriores voces Prophetarum, & interiores inspirationes, quæ sub illis intelligendæ sunt. Deinde liberam eorum contumaciam fuisse derelictionis causam, sæpe in eodem capite repetitur. Peculiariter notanda sunt illa verba: *Hæc est gens, que non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam. Perijt fides, & ablata est de ore eorum.* & post pauca: *Proiecit Dominus generationem furoris sui.* Vbi Hieronymus ait: *Quod licet in tempore Prophetarum ex parte sit factum, & in umbra præcesserit; tamen plenus completur in Christo, quando noluerunt recipere disciplinam, & vocem sui Domini contempserunt. Unde eleganter infertur: perijt fides, que propriè Christianorum est, & ablata est de eorum ore, omnis, videlicet, filij Dei, fidei, confessio.**

Idem dogma, videlicet, gratiam auxiliatricem, siue misericordiam Dei nemini denegari, nisi ob illius culpam, plurimis in locis superius citatis Augustinus tradit. Nam quoties asserit auxilia gratiæ dari sine vllis præcedentibus meritis, solet ferè semper adiangere, iusto Dei iudicio propter demerita subtrahi, quibuscumque subtrahitur. Quemadmodum lib. 83. Quæstionum, q. 68. & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. colum. 6. & 7. Alia loca citabimus in hac & sequenti sectione, præter ea, quæ vidimus in aliis disputationibus.

16. Rectè igitur sui magistri mentem defendit Prosper in responsione ad capita Gallorum, cap. 11. & 12. cuius verba referuntur in cap. *Vasis ira.* 23. quæst. 4. *Cum verò aliquos à Deo aut traditos desiderijs suis, aut obduratos legimus, aut relictos; magna peccatis suis hoc ipsos meruisse profiteremur.* & post pauca: *Atque ita neque de iudicio Dei querimus, quo deserit meritos deseri; & misericordiam eius gratias agimus, qua liberat non immeritis liberari: vires itaque obedientie non ideo cuique subtrahit, quia eum non prædestinavit; sed quia necessarium ab ipsa obedientia esse præiudicium.*

17. Vbi nota primò postrema verba, eo modo, quo hîc posita sunt, legi in originali Prosperi, à cuius sententia, vt pote per omnia discipuli Augustini, alienum est, quod legitur in cap. *Vasis ira.* nuper citato: *Ideo eum non prædestinavit, quia necessarium ab ipsa obedientia esse præiudicium.* Aliud namque est nostram liberam inobedientiam & contumaciam esse rationem, propter quam Deus hîc, & nunc subtrahit auxilium simpliciter necessarium; quod Deus, quantum ex se est, dare paratus erat cuiicumque accipienti liberè: & hoc est, quod Prosper ex sententia Augustini, imò & Scripturæ docuit. Aliud est liberam inobedientiam esse rationem, ob quam Deus prædestinationem huic homini denegauerit: quod est contra mentem

Augu

Augustini, ex sacris literis depromptam, supra disp. 10. & 15. Hoc ergo additum est à Gratiano, vel ab aliquo Glossatore.

Secundò nota, non solum obduratos, aut traditos desiderijs, sed præterea etiam relictos quolibet hoc meruisse magnis peccatis suis, vt constat ex prioribus verbis Prosperi nuper citatis.

18. Marcus Eremita lib. de Baptismo colum. 2. *Ob neglectum, inquit, mandatorum Dei, qui purgavit nos, obidemur à peccato.* & post pauca: *Liberati gratia Christi, se ipsos tradiderunt vitiorum seruicium.* Et lib. de paradiso, & lege spirituali tit. 2. cap. 55. ait: *Quidam dicunt, non possumus bonum facere, nisi euidenter Spiritus sancti gratiam susceperimus; semper autem tales animi proposito studentes voluptatibus, tanquam ij, qui omnium destituti sunt auxilio, faciendi facultatem expostulant.* id est, conqueruntur sibi non esse concessam faciendi facultatem, cum libero voluptatis studio ipsi eam impediunt. Sic etiam destitutionem gratiæ, quæ permittitur in malum cedere, prouenire ex liberis peccatis, docet Diadochus de perfectione spirituali cap. 87. & 88.

19. Gregorius homil. 4. in Evangelia prope initium, ad illa verba Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis;* ait: *Et cum predicare Apostoli Gentibus in Asia voluissent, per Spiritum prohibiti esse memorantur: & tamen ipse Spiritus, qui prius predicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quòd Asia cuncta iam credidit. Idcirco ergo prius prohibuit, quod postmodum fecit: quia tunc in illa erant, qui saluandi non erant: tunc in illa erant, qui necdum ad vitam reparari merebantur: nec tamen grauius de contempta predicatione iudicari. Subtili ergo, occultoq; iudicio, à quorundam auribus predicatio sancta subtrahitur: quia suscipiari per gratiam non mereantur.*

20. Anselmus libr. de concordia liberi arbitrij cum gratia & prædestin. cap. 3. colum. 4. ait: *Sic autem gratia subsequitur donum suum, vt nunquam, siue paruum, siue magnum sit, illud dare desiciat, nisi liberum arbitrium volendo rectitudinem, quam accepit, deserat. Numquam enim separatur rectitudo à voluntate, nisi quando aliud vult, quod huic rectitudinem volendi sobrietatem, & reijcit eam, volendo immoderatam bibendi voluptatem. Quod cum facit, sua voluntate, & ideo sua culpa perdit gratiam, quam accepit.* Et ex sequenti contextu aperte constat loqui Anselmum non solum de illis, qui simpliciter iusti sunt, sed etiam de illis, qui sunt in peccato mortali, & aliquid iustitiæ, & rectitudinis participant per gratiam.

21. Hugonis verba retulimus disp. 31. sect. 1. prope finem. Quorum Patrum, ac potissimum Augustini sententiam sequuntur Magister, & communiter Scholastici in 1. dist. 40. prope finem, vbi S. Thomas quæst. 4. art. 2. in, *Sed contra;* S. Bonauent. art. vltimo, quæst. vltima, Albertus, quem refert, & sequitur Carthus. eadem dist. 40. quæst. 3. Alexander 2. p. quæst. 110. memb. 8. ad 3. & 4. quibus consonat Scotus in 1. dist. 41. quæst. vniuersa. Sed manifestius idem docet Ricardus in 1. dist. 40. art. 3. quæst. 3. in 1. argum. *contra,* & in fine corporis, Capreolus in 1. dist. 40. prope finem, Conradus 1. 2. quæst. 112. art. 3. ad 2. Ferrar. 3. contra Gentes cap. 159. & cap. 160. circa finem. Raynerius in Pantheol. verbo *Liberatio à peccato,* cap. 18. & 20. & cap. 22. post medium, & verbo, *Reprobatio,* cap. 5. 6. & 10. Caietanus 1. 2. quæst. 79.

art. 3. Ioan. Maior in 2. dist. 28. quæst. 1. ad 13. objectionem. §. *ad formam.* Driedo in lib. de concordia gratiæ & liberi arbit. cap. 3. fol. 54. & 64. Ruardus toto ferè art. 7. de libero arbit. præsertim propositione 7. 8. 9. & 10. Sotus egregiè lib. 1. de natura & gratia cap. 17. fine, & toto c. 18.

SECTIO V.

Compendio explicatur ratio, atque mensura subtrahendi auxilia gratiæ.

1. IN eo dogmate, quod præcedens sectio probauit autoritate, occurrunt difficultates nonnullæ, quas ex professo expedire pertinet ad varias disputationes in hoc, & præcedentibus tomis expositas: in præsentis satis erit earum compendium tradere, ne præcedens probatio falso videatur esse fundamento subnixæ. Distingendum igitur est inter abundantiorum auxiliorum copiam, & auxilia præcisè, atque simpliciter necessaria ad salutem. Quod attinet ad abundantiorum auxiliorum copiam, quæ non est simpliciter ad salutem necessaria, dicendum est primò, illam quandoque præberi propter supernaturalia merita, virtute auxiliatricis gratiæ concepta, siue fuerint merita de condigno, post iustificationem, siue ante iustificationem fuerint merita de congruo.

2. Secundò. Eadem auxiliorum copia plerumque præbetur absque vllò merito; imò potius præcedentibus solummodo demeritis.

3. Tertio. Eadem auxiliorum copia multis hominibus subtrahitur prorsus independenter ab aliqua eorum culpa personali. Tunc autem libera Dei voluntas est prima & absoluta causa negandi eiusmodi auxilia, non verò liberum arbitrium creatum.

4. Quarto. Abundantiora item auxilia vt plurimum denegantur adultis propter eorum demerita personalia.

5. Quintò. Originale peccatum est etiam causa subtrahendi prædictam auxiliorum abundantiam in eo sensu, in quo est generalis causa reprobationis: sicut explicauimus supra disp. 14.

6. Sextò. Quodcumque peccatum siue originale, siue personale, causa est subtrahendi auxilia per generalem quandam rationem; sed non ita vt sit ratio, & causa discriminis, videlicet, vt his hominibus, potius quam illis subtrahantur: cum etiam illi sint peccatores, & quandoque etiam grauioribus sceleribus obstricti; nihilominus auxiliorum copia circumfluant.

7. Veniamus iam ad auxilia, simpliciter requisita ad salutem, de quibus dicendum est

8. Septimò, illa non subtrahi, nisi propter liberam culpam. Quapropter prima causa & ratio carendi prædictis auxilijs, vel aliqua illorum parte, præbetur semper à libero arbitrio, & nullo modo procedit à Deo: idque probant præcedentia omnia testimonia Scripturæ factæ, & Sanctorum Patrum.

9. Octauò. Eadem auxilia, simpliciter requisita ad salutem, tali subtrahuntur arte, vt per intervalla, & opportunitates subministrantur semper, & quibuscumque hominibus auxilium remotum, virtute cuius, si velint, possint, cætera auxilia simpliciter requisita obtinere: vt ostendemus disp. 47. præsertim sect. 2. Quapropter, etiam supposita culpa liberi arbitrij, solummodo auxilium proximum

1. Abundantiorum auxiliorum copia quandoque præbetur propter merita.

2. Quandoque præbetur sine merito. Plerumque subtrahitur sine culpa.

3. Quandoque negatur propter demerita.

4. Peccatum originale huiusmodi subtrahendi causa.

5. Auxilia simpliciter requisita non subtrahuntur nisi propter liberam hominis culpam.

6. Semper & quibuscumque hominibus per intervalla ministrantur.

ximum illi subtrahitur; idem tamen non subtrahitur omnino, siquidem illud obtinendi semper relinquitur potestas.

5.

Auxilium remotum.

Nonò valde notandum est, nihil inde minui robur argumenti, quod in principio præcedentis sectionis attulimus; sed potius corroborari. Quoniam si proximum auxilium, etiam quando subtrahitur, relicta potestate obtinendi illud, non subtrahitur nisi propter liberam culpam arbitrii; multo minus subtrahitur auxilium remotum, & simpliciter requisitum, quo sublato absolute impossibile sit actualiter obtinere auxilium proximum, simpliciter requisitum ad salutem.

6.

Obduratis & excæcatis quod subtrahatur auxilium.

Decimò vrget magis eadem ratio in obduratis & excæcatis, quibus etiam manente obduratione, & excæcatione non subtrahitur auxilium simpliciter requisitum, vt actualiter conuertantur; sed potius actualiter datis quibusdam auxiliis remotis, & per virtutem illorum oblata facultate acquirendi reliqua auxilia, & actualiter euadendi à vinculo excæcationis, & obdurationis; adhuc permanet excæcatio, & obduratio. Ergo potiori iure si quibuscumque peccatoribus defuisset aliquid, simpliciter necessarium ad salutem, ita vt sine illo foret absolute impossibile actualiter credere, aut actualiter penitere, nec foret in eorum potestate illud acquirere: consequens esset, omnes peccatores fuisse maximè obduratos, & excæcatos, etiam antequam committerent aliquod actuale peccatum: quoniam independentè ab eorum libertate denegatur phylica prædeterminationo simpliciter requisita ad euitandum primum peccatum.

7.

Prædictum argumentum à minori ad maius attigit acutè Chrysostronus in cap. 12. Ioannis ad illa verba: *Propterea non poterant credere*, homil. 67. prope finem, dicens: *Vt ergo auditorem perterreat, inquit, indurauit, & tradidit. Quod enim ipse non solum non tradat, sed ne derelinquat quidem, nisi velimus, audi, quid dicat: Non ne peccata vestra diuidam me à vobis? Et iterum: Qui longe discedunt à te, pereunt. Osee autem dicit: Oblitus es legis Dei tui, & ego tui non obliuiscar; & ipse in Evangelio: Quoties volui congregare filios vestros, & nolulistis? Haec autem dicit, vt nostra causa deserui nos, & nobismetipsis perditionis nostrae auctores demonstrat. Deus autem nos derelinquere non vult, &c.* Obserua in primis, quòd non solum non tradat Deus, sed ne derelinquat quidem, nisi velimus, affirmari de illis etiam hominibus, qui de facto propter excæcationem non poterant credere. Quapropter idem à fortiori credendum est de cæteris peccatoribus, qui excæcati, & obdurati non sunt. Deinde perpende postrema eiusdem testimonij propositiones.

8.

Quoniamdam solutio.

Sed prædictæ probationi respondent nonnulli recentiores; licet Deus deneger aliquid simpliciter necessarium ad conuersionem; nihilominus imputari ad culpam homini, qui non conuertitur, eo quòd huius impossibilitatis, & priuationis auxilij per suam culpam ipse sibi causa fuit. Quod probant in primis ex D. Augustino 2. de peccator. meritis & remissione, cap. 2. vbi ait: *Vt homines non adiuentur gratia Dei, in ipsis causa est, non in Deo.* & epist. 105. ad Xistum colum. 4. docet, eos, quibus non dat Deus auxilium gratiæ, meruisse, vt illis non detur. Rursus in lib. de corrept. & grat. cap. 11. præsertim post medium ait, Adamum non prius desertum fuisse, quàm deseruissè. Vnde inferiùs infert: *Nunc autem quibus*

deest tale adiutorium, iam poena peccati est.

Addunt præterea quod ex Anselmo lib. de casu diaboli cap. 3. refert, & approbat D. Thomas 1. 2. quæst. 112. art. 3. in 2. argumento, videlicet istam fuisse causam, quare Deus non concessit diabolo gratiam, quia ipse non voluit accipere, nec paratus fuit. Denique confirmant ex D. Thoma non solum in loco nuper citato, sed etiam in lib. 3. contra Gentes cap. 159. cuius verba retulimus supra sect. 2. num. 6. & cap. 160. circa finem, dicente: *Quamuis illi, qui in peccato sunt, vitare non possint per propriam potestatem, quin impedimentum gratiæ præstent, vel ponant, vt ostensum est, nisi auxilio gratiæ præueniantur; nihilominus hoc eis imputatur ad culpam, quia hic de peccato culpa procedente in eis relinquitur: sicut ebrietas ad homicidium non excusatur, quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit.*

Nihilominus prædicta solutio refutatur primò, quia nullum locum habet in primo peccato, vt ad illud euitandum denegatur aliquid simpliciter necessarium; quoniam ante primum peccatum nulla præcessit culpa, ratione cuius denegaretur. Vnde nec primum peccatum foret peccatum, & consequenter nullum omnino peccatum committeretur, quia si non est possibile primum peccatum, nullum peccatum est possibile.

Confirmatur primò exemplo ebrii, quod D. Thomas nuper citatus adduxit, quoniam si potanti cuiuslibet ebrietatem euitare, & sobrietatem actualiter seruare foret impossibile non minus, quàm impossibile est in ebrietate vitare homicidium: in eo casu neque ebrietas, neque homicidium imputarentur ad culpam, quia in homicidio, durante ebrietate, nulla erat possibilis imputabilitas ratione sui, sed solummode ratione causæ. At verò causa similiter non potuit esse imputabilis ratione sui, quoniam tantæ impossibilitatis fuit, quantæ ipsum homicidium. Quocirca nullum restat principium ratione sui imputabile, vnde ad potationem nimiam, & ebrietatem, homicidiumque deriuetur imputabilitas.

Secundò confirmatur exemplo, quo suam doctrinam explicant authores illius solutionis. Si enim Deus alicui homini præciperet, vt volaret, & offerret ei alas; si tamen independentè ab eius libera voluntate negaret ei aliquid aliud simpliciter necessarium, vt vellet volare; quin etiam imposeret antecedentem necessitatem, ex qua necessariò sequeretur materialis actio dicendi, nec volo alas accipere, nec volare: tali casu non posset illi ad culpam imputari transgressio præcepti volandi.

Confirmatur tertio, quoniam ea solummodo ratio est, ob quam ignorantia inuincibilis excusat à quacumque culpa; non verò ignorantia vincibilis, quoniam impossibile fuit vitare inuincibilem ignorantiam; & ea ratione impossibile fuit vitare materialem transgressionem præcepti, quæ sequitur ex illa: sed tamen vincibilem ignorantiam vitare fuit possibile; & ea ratione possibile fuit vitare transgressionem, quæ sequitur ex illa.

Refutatur secundò, & vniuersaliùs, quia salutem auxilium remotum simpliciter necessarium, cuius virtute sit absolute possibile proximum auxilium obtinere, nunquam subtrahitur, etiam propter grauissimas culpas: vt probatum est hucusque, & magis constabit sequentibus disputationibus, & sectionibus.

9.

10.

Refutatur primò.

11.

12.

13.

14.

Refutatur secundò.

SECTIO VI.

Expectat Deus, vt misereatur peccatoris: ac proinde non denegat aliquid absolute requisitum, vt actualiter conuertatur.

1. Expectare dupliciter contingit.

Primò.

2.

3.

4.

5. Secunda expectatio partialis, & in presenti probanda.

Huius fundamenti solida doctrina ne forte sumitur illius impugnationes, distinguenda est æquiobcatio in verbo *expectare*. Duplex enim est expectatio, quod ad præsens attinet. Altera totalis, absoluta, & non supponens præuenientem non expectationem; altera verò partialis, & secundum quid, ac necessariò supponens præuenientem non expectationem.

Prima in eo consistit, quòd Deus ita expectet cogitationem, voluntatem, orationem, labores, aliæque opera liberi arbitrii, vt ab illis sumat rationem, aut causam concedendi primam gratiam auxiliatricem: ac proinde diuina gratia non preueniat liberum arbitrium, excitando illud ad iustificationem; sed potius præueniatur à libero arbitrio, per solas vires naturæ operante.

Hoc expectandi genus est manifestus error Semipelagianus, quem præcedenti tomo de prouidentia disp. 17. & multis sequentibus refutauimus. De hoc Augustinus epist. 107. ad Vitalem, colum. penult. *Quomodo, inquit, Deus expectat voluntates hominum, vt præueniant eum, quibus det gratiam, cum gratias ei non immeritò agamus de ipsis, quibus nos ei credentibus, & eius doctrinam voluntate impia persequentibus misericordiam prærogauit, eosque ad se ipsum omnipotentissima facilitate conuertit, ac volentes ex nolentibus fecit.*

De eodem Araucanianum II. Leonis I. autoritate cap. 4. decernit: *Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit; non autem, vt etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in nos fieri conuictetur, resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à Domino, &c.* Quod idem docet Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 30.

Fuit in hoc errore Cassianus collatione 13. cap. 13. initio, dicens: *Et ita semper gratia Dei nostra in bonam partem cooperatur arbitrio, atque in omnibus illud adiuvat, protegit, ac defendit, vt nunquam etiam ab eo quosdam conatus bonæ voluntatis vel exigat, vel expectet.* Quod intelligit de conatibus solis naturæ viribus absque præueniente, & adiuuante gratia conceptis.

Secunda igitur expectatio est, quam ex sacris literis depromptam, & ab antiquis Patribus expressè traditam, in præsentem probare aggredimur: quæ propterea dicenda est partialis, & secundum quid, ac necessariò supponens præuenientem non expectationem, quoniam ad illam necessariò supponitur præueniens gratia, quam Deus operatur in nobis sine nobis, ac prorsus independentè à quocumque nostro etiam tenuissimo, aut remotissimo merito, impetratione, dispositione, causa, vel ratione. Quapropter vt per eiusmodi præuenientem gratiam exciter liberum arbitrium, nihil prorsus ab eo expectauit Deus. Hac verò non expectatione præsupposita, Deus expectat liberam voluntatis cooperationem: atque tali modo eam expectat, vt semper ad illam, quod ex se est, moueat, incitet, & impellat: pro-

indèque illius cooperatio debeat esse absolute prior; quamvis sit etiam aliquomodo posterior in eo genere, in quo dependet à cooperatione liberi arbitrii. Propterea in hoc genere Deus voluntatem nostram expectat non quasi præducentem viam, sed quasi pedissequam, vt per liberam cooperationem Deo vocanti, excitanti & expectanti se comitem adiungat.

Id, quod alio exemplo sacrarum literarum illustrat primarius expectationis Cassiana impugnatior Prosper lib. 2. de vocatione Gent. cap. 8. sine, dicens: *Quamuis enim omnia bona, dona sint Dei; à Deo tamen quedam etiam non petita tribuuntur, vt per ipsa, que accepta sunt, ea, que nondum sunt donata, quarantur: semen quippe, quod iacitur in terram, non ob hoc fertur, vt ipsum solum maneat; sed ut fructum afferendo, multiplex, atque numerosum sit. Qui quidem profectus ab illo est, qui dat incrementum, sed terra viuens, & de gratia iam imbro facienda, habet, quod ab ipsa expectatur ad id, quod accepit, augendum.*

Hoc supposito, sic ratiocinari debemus. Quicumque consilid, & data opera, ex parte sua subtrahit aliquid simpliciter requisitum, vt persona expectata veniat actualiter ad ipsum; ille non verè, sed fictè expectat personam illam; sed Deus non fictè, sed verissimè, atque ex animo expectat peccatorem, vt veniat ad Deum per penitentiam: ergo non subtrahit aliquid ex parte Dei simpliciter requisitum, vt peccator actualiter veniat ad Deum per penitentiam. Minorem, videlicet, peccatores à Deo expectari ad penitentiam, oblata illis semper occasione, & auxiliis, docent communiter Patres, atque ex sacris literis desumunt. Cyrillus Hierosol. catechesi 1. initio ait: *Liberalis namq; Deus, & pronus ad beneficentiam; expectat tamen cuiuslibet propriam voluntatem.*

Basiliius lib. de Spiritu sancto cap. 16. ad finem: *Dissectio, inquit, est anima perpetua à Spiritu sancto alienatio. Nunc enim tametsi non admittatur indignitas, at tamen aliquo pacto videtur adesse semel consignatis, expectans, vt ad salutem conuertantur. Tum verò in totum ab anima, qua gratiam ipsius profanauerit, rescabitur; eo quòd non est in inferno, qui conuertatur, nec in morte, qui memor sit Dei: quòd iam non adsit Spiritus adiutorium. Igitur in præsentem vitam eo pacto Dei adiutorium semel baptizatis adest, vt quantum ex se est, actualem illorum conuersionem expectet.*

Ambrosius in Psalm. 118. serm. 19. ad illud: *Præueniunt oculi mei ad rem diluculo*, post medium commentarij: *Præueniamus, inquit, orientem Solem: occurramus ad eius ortus, antequam dicat: Ecce assum. Vult se præueniri Sol iustitiæ, & vt præueniatur, expectat. Audi, quomodo expectet, & cupiat præueniri; dicit Angelo Pergami Ecclesia: Age penitentiam, ceterum venio tibi. Dicit Angelo Laodicie: Emulare ergo, & penitentiam age. Ecce sto ad ianuam, & pulso, &c.* Quod asserit de præueniendo Sole, moralis expositio est historiæ de manna Exodi 16. versu 21. & Numer. 11. versu 8. quam magis explicuit Sapient. cap. 16. sine: *Oportet præuenire Solem ad misericordiam tuam, sine bonam gratiam tuam.*

Petrus Chrysologus serm. 51. post med. ad illa verba Marci 9. *Quandiu apud vos ero? Quandiu pariar vos? Patitur, inquit, patientia, non timore, non necessitate, sed misericordia: expectatione, non metu, hos patitur, portat, expectat, qui redire vult impius, non*

6.

7. Probat ratione.

8.

9.

10.

non perire. Significat itaque Dei generalem voluntatem, qua nullum impium perire vult, esse Deo rationem & causam expectandi peccatores. Quod idem clarius annotavit scilicet. 167. ad med. *Pœnitentiamus*, inquit, *pœnitentiamus citò, quia nobis spatium temporis iam negatur, iam nobis ipsa hora concluditur, iudicij presentia iam nobis satisfactionis locum excludit. Currat pœnitentia, sententia ne precurret: quia Dominus quod non venit adhuc, quod adhuc expectat, quod moras facit, nos sibi redire desiderat, non perire, quos pietate tali semper est allocutus: Nolo mortem peccatoris, sed ut revertatur impius à via sua, & vivat.*

11. Isidorus verò lib. 2. sententiar. cap. 15. sine ait: *Quod servatur nobis tempus pœnitentiæ, ut non simul morte obruamur præcipiti, sed detur locus satisfactionis: hoc totum de Dei procedit clementia, ut nos non damnet crudeliter, sed expectet ad pœnitentiã patienter.*

12. Aponius in Cantica lib. 4. colum. 4. illa verba: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi;* exponit per verba Isaiæ 54. *Nunquid non vult manus mea ad liberandum? Sed peccata vestra murum fecerunt inter vos, & Deum. & subdit: Post quem stans Dominus Christus, expectat se ab impijs innocari, & vocat ad pœnitentiã peccatricem, & expectat sibi ab incredulis credi. Post quem parietem stat usque ad tempus Baptismatis, vel pœnitentiæ. Et licet non mereamur eum intrari, tamen per hoc quod idoloratriam abdicamus, fenestras in supradictis facimus pariete, quibus nos ab immundis spiritibus defendendo respicit Christus, & ipse soli gemma cordis defleendo, cancellos facimus, per quos compunctionem ad se convertendo, donando prospicit. Vbi verò venerimus ad veram conversionem predicti Baptismatis, vel pœnitentiæ, retollit eum de medio, concessit veniam peccatorum, & loquitur nobis, dicendo: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. Eundem verò rectè sensisse de iustificationis exordio, monstravimus tomo præcedenti de providentiã disp. 28. sect. 2.*

13. Diadochus de perfectione spiritali cap. 89. initio: *Duo*, inquit, *nobis bona per Baptismum regenerationis sancta gratia comparat, quorum alterum alteri infinito intervallo antecellit; sed illud quidem statim largitur, renouat enim nos in ipsa aqua, & cunctas animæ lineas, id est, quod est ad imaginem Dei, omnibus rugis peccati nostri detractis splendescere facit; hoc vero, id est, quod est ad similitudinem Dei, non statim largitur, sed expectat potius, ut illud, nobis adiutoribus, operetur. Cum igitur cæperit mens multo sensu suavitate Dei gustare, scire nos oportet, tunc gratiam incipere veluti depingere in imagine similitudinem. Porro Diadochum de initio iustificationis egregiè docuisse ostendimus in prædicta disp. 28. sect. 6. de providentiã.*

14. Idem expectandi genus traditur plurimis in locis sacre Scripturæ; sed clarius in sequentibus. In primis Isaiæ 30. *Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri; & ideo exaltabitur parcens vobis. Vbi Hieronymus: Grandis, inquit, clementia Dei, ut expectet nostram pœnitentiã, & donec nos à vitijs convertatur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur. Ideo autem misereatur, & parcat, ut exaltetur illius misericordia, & bonitas Creatoris nota cunctis fiat. Vel certe in tra illud, quod in Evangelio loquitur: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me; idcirco exaltatur in Cruce, ut parcat omnibus.*

15. Et quidem Isaias primariò loquitur de Israëliti-

tico populo, cuius in fine mundi futuram conversionem Deus expectat. Nihilominus tam in singulis illius populi hominibus, quam in cæteris omnibus eadem est ratio, & modus diuine patientiæ, longanimitatis, & misericordiæ, concedentis longum pœnitentiæ tempus, & expectantis liberi arbitrij cooperationem, supposita gratia, ut iam diximus. Quod attinet ad populum Israëliticum, clarius prædictum est Osee 3. *Et dixi ad eam, (videlicet, Synagogam) dies multos expectabis me. & post pauca: Sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, &c. Et post hæc revertentur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & David Regem suum. Vbi Hieronymus: Vir quoque sedet, imò expectat adulteræ pœnitentiã, ut postquam plenitudo Gentium subintraverit, & nouissimus crediderit Israël, &c.*

Sed redeamus ad cap. 30. Isaiæ, in quo sermone esse de secundo expectandi genere, videlicet, supposita gratia præueniente, & excitante, atque oblati cæteris auxiliis, ad actualem conversionem requisitis, ostendunt verba, quæ paulo inferius sequuntur in eodem contextu: *Et non faciet auolare à te ultra Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum; & aures tue audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulata in ea.*

Vnde Gregorius homil. 14. in Euangelia colum. penult. *Pensemus*, inquit, *superius diuitias conditoris nostri. Peccare nos videt, & perulit. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quem despeximus, vocat. Aures ab illo sumus, & tamen non auertitur. Unde bene per Esaiam dicitur: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tue audient vocem post tergum monentis. Quasi in faciem suam homo monitus est, quando ad iustitiam conditus, præcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadem præcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur, & monet: quia iam & à nobis contempsus est; & tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus, cuius verba despiciamus, cuius præcepta calcamus. Sed stans post tergum nos auertit: quia & videt, quod despicitur; & tamen per præcepta clamat, per patientiam expectat.*

Eiusdem interpretationis est illud Isaiæ 5. *Expectabam, ut sciret iudicium, & ecce iniquitas; & institutum, & ecce clamor. Quod Cyrillus Alexandrinus sic exponit: Verumtamen cum illam omni misericordia, & dilectione dignarer, omni cura prosequer: non erat racemorum ferax, non vitis generosa, legem non coluit, non probam, neque sanctam vitam degit, sed sicut agricolæ veluti fessellit. Ego quidem expectabam iudicium, id est, ex animo sincero rectam, & in omnibus rebus agendis opinionem irreprehensibilem, seu iudicium; sed illa, inquit, parauit iniquitatem, videlicet, vitis spinas peperit, itaque fessellit, ut iam dixi. Vnde enim agrum erat iustitia fructus crescere, inde præter opinionem, & expectationem ostendebatur vitæ, quæ extra sacras literas, & præter diuinum præscriptum legem habet, & condemnationem. Eadem est mens D. Thomæ in commentario vtriusque capituli Isaiæ 5. & 30. quamuis in eo lateat obscurior, propter nimiam illius commentarij breuitatem.*

Consonat 2. Machabæor. caput 6. Nam assignando modum, quo Deus expectat præcitos, ut puniat; significat, esse alium modum, quo suos electos

electos expectat, auxiliis, atque beneficiis prouocans ad salutem: *Non enim, ait, sicut in alijs nationibus, Dominus patienter expectat, ut eas, cum iudicij dies aduenit, in plenitudine peccatorum puniat; ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet; corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit.*

20. Patientia, & longanimitas Dei. Patientia, & longanimitas Dei, vltionem de peccatis longo tempore differens, frequenter in sacris literis repetita, significat semper idem genus expectandi pœnitentiã. Veluti 1. Petri 3. *Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire; sed omnes ad pœnitentiã reuerti.* Vbi patienter agere idem esse, & longo tempore expectare, ostendit, quod paulo inferius subiicitur: *Et Domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini;* ac si diceret, tantum est desiderium Dei, tantaque auxiliorum sufficientia, quando vestram pœnitentiã diuturno tempore expectat, ut quantum est ex parte Dei, ipsa longanimitas, siue patiens, atque diuturna expectatio reputari possit salus vestra iam actualiter collata. Vnde manifestè sequitur, quantum ex parte Dei est, deesse nihil simpliciter requisitum ad salutem actualiter consequendam, quando peccatores longanimitè expectat.

Præterea notandum est, non solum tractare Petrus de vniuerso mundo, qui expectatur à Deo, quousque electorum numerus expleatur; agit enim etiam de singulis quibusque hominibus, ut constat ex illis verbis: *Nolens aliquos perire; sed omnes ad pœnitentiã reuerti.*

Confirmatur primò, quia nisi de singulis quibusque hominibus egisset, non rectè intulisset exhortationem ad singulos quosque homines, dicens: *Et Domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini.*

Confirmatur secundò, nam idem Petrus apud Clementem recognitionum lib. 5. propius ad medium, quàm ad finem: *Expectat, inquit, patientia Dei, dum in corpore sunt, hominum conversionem.*

21. Rectè igitur Beda in commentario illius capituli: *Nolite*, inquit, *existimare, quod tardet promissionem Dominus; sed intelligite, quod ideo longanimitè expectat, ut plures saluentur.* Eisdem Bedæ verbis longanimitatem exponunt Glossa interlinealis, & D. Thomas in commentario, remittens ad illud Isaiæ 30. Quapropter supponit eandem esse vtriusque loci sententiã, quod attinet ad expectandum.

22. Sed præterea notanda sunt, quæ idem Doctor Angelicus exposuerat prius in verbo, non tardat. Quæ confirmat Pauli reprehensione ad Roman. 2. *An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit, &c. & ita prosequitur: Nolens aliquos perire; id est, volens voluntate, scilicet, signi: quia omnes præceptis, consilijs, minus premijs, à periculis renocat. Ezechiel. 18. Et quare moriemini domus Israël, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, &c. Vel secundum Damascenum, non vult aliquem perire voluntate beneplaciti antecedenter: quia facit, quod in ipso est ad nostram salutem; vult tamen voluntate consequenti istum, qui peccat, finaliter eum punire, & perire.*

23. Et quidem congruenter D. Thomas simul cum Isaiæ verbis attulit verba Psalmi 102. Eodem quippe sensu, quo Petrus Dei longanimitatem, Dauid prius laudauerat, dicens: *Longanimitas, & Ruiz de Prædestinatione.*

24. *multum misericors.* Quæ in eorum commentario ita exponit Augustinus: *Quid tam longanimitas? Quid tam multum in misericordia? Peccatur, & uiuunt: accedunt peccata, augetur vita; blasphematur quotidie, & sicut solem suum oriri super bonos, & malos. Vocat undique ad correctionem, vocat undique ad pœnitentiã: vocat beneficijs creaturæ, vocat imperuendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per inimicam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis, longanimitas, & multa misericordia. Sed observa, ne longitudine misericordiæ Dei malo utendo, tu tibi thesaurizes, quod ait Apostolus, iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei. nam hoc ait Apostolus: An diuitias benignitatis, & longanimitatis eius contemnis? Vnde post pauca infert Augustinus: Ergo te Deus longanimitate sua parcendo, ad pœnitentiã adducit. Vnde cum Ecclesiastico cap. 5. hortatur: *Fratres, non tardetis conuerti ad Dominum.* Eandem Augustini sententiã breuioribus verbis complexus est Prosper in commentario eiusdem Psalmi, & inter sententiã ex Augustino collectas, sententiã 4.*

Gregorius in Ezechiel. homil. 11. propius ad finem, quàm ad medium: *Misericors*, inquit, *Deus tempus nobis ad pœnitentiã relaxat; sed cum eius gratia patientiam nos ad augmentum verius culpe, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad ferendum vertit: ut quia reuerti quis, etiam spatio temporis accepto, noluerit; per hoc mala sua ad reatum auget, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Vnde scriptum est: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & cor imparitens, thesaurizas tibi iram in die ira, & reuelationis iudicij Dei. De benignitate ergo omnipotentis Dei iram sibi in die ira reprobis thesaurizat; quia dum ad pœnitentiã tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratia vertit in augmentum culpe. Vnde & omnipotens Deus, qui collata remedia conficit ad culpa augmentum tibi, ipsam benignitatem, quam contulit, in iudicij distributionem vertit, ut inde post amplius feriat, unde modò amplius expectat. Obserua, expectare Deum, & spatium temporis ad pœnitentiã ita disponere, ut peccator mala sua diluere possit, si conuerti voluisset. Non ergo denegatum est illi aliquid, vnde fuerit absolute impossibile actualiter conuerti.*

25. Idem probatur Iob 24. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam.* Vbi Greg. lib. 16. moral. c. 4. *Quisquis delinquit, & uiuit; idcirco diuina dispensatio in equitate tolerat, ut ab iniquitate compestat. Sed qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compestat, minus quidem superna patientiæ percipit; sed reatus sui vinculis ex ipso se munere artius astringit. Nam quia accepta pœnitentiæ tempora diuertit ad culpam, districtius in vltimis iudex impensa argumenta misericordia conuertit ad pœnitentiã. Hinc namque per Paulum dicitur: An ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & post pauca subdit: Vnde necesse est, ut tunc nos diutius expectantem cõspiciamus, ipsi prærogata pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus. & in eod. lib. 16. c. 24. *Expectauit omnipotens Deus, ut per eius semitas pergerem; sed vitam vel per eas reuerti voluissent, &c.**

26. D. Thomas ibidem: *Causam*, inquit, *quare absque misericordia sit puniendus, assignat ex hoc, quia misericordia noluit vitæ, dum potuit. Vnde subdit: Quid dedit*



Dedit ei Dominus locum penitentia, scilicet, differens penam. Et hac est ratio, quare permisus est in prosperitate aliquis diu vivere. Sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse perierit in malum. Vnde subditur, & ille abiit in superbia.

28. Idem est sensus Apoc. 2. Dedi illi tempus, ut penitentiam ageret: & non vult penitere a fornicatione sua. Vbi perpende, non solum ut possit, sed etiam ut actualiter penitentiam agat, datum esse tempus, nimirum, opportunum, & auxiliis minutum. Alioquin non esse tempus datum, ut penitentiam ageret. Causa igitur omittendi ea est sola, quia non vult penitere. Quare S. Thomas merito hunc Apocalypsis locum exponit per illud Iobi, quod nuper retulimus.

29. Hoc, de quo disputamus, expectandi genus explicuit optime ficulneae parabola Lucae 13. Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quarens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat. At ille respondens dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam. Cuius parabola primarius scopus est Dei longanimitas, & patientia, novas rationes inueniens, quas suae iustitiae opponat, ut diutius expectet, augendo varietatem, & ubertatem auxiliorum, & per illa prouocans ad penitentiae fructus, ut merito dicat Dominus: Quid est, quod ultra debui facere ficulneae meae, & non feci? Nullum ergo culturae, & auxiliorum genus ficulneae denegatum fuit ex parte Dei, vnde fructus actualiter ferre foret absolute impossibile in sensu composito cum tali negatione.

30. Hunc eundem sensum licet aliis verbis reddant expositiones Theophylacti, & Bedae in cum locum, & August. tomo 10. de verbis Domini serm. 31. & serm. 151. de tempore; sed praesertim serm. 12. de verbis Domini, prope init. dicentis: Si quando Deus venit malas arbores eradicare, vellet utique permanere, quae non digna esset eradicari. & infra: Agamus, ut fructuosos nos inueniat. Quae sicut alia eorundem sermonum necessariò supponunt, possibile fuisse actualiter ferre fructus. Peculiariter verbò Ambr. lib. 7. in Lucam: Apra, inquit, Synagoga arboris istius comparatio est; quia sicut ista arbor, folijs redundans fluentibus, spem possessoris sui cassa sperarum prouentuum expectatione destituit: ita etiam in Synagoga dum Doctores eius operibus infecundi, verbis tamen velut folijs redundantibus gloriatur, inanis umbra legis exuberat, spes autem falsi expectata prouentus, populi vota credentis illudat. Quomodo autem expectari potuisset fructus, vel reprehendi ficulnea, quod fecerit expectationem, si libero arbitrio negatum esset aliquid simpliciter requisitum.

SECTIO VII.

Idem genus expectandi probatur alijs argumentis.

1. Primum accipio ex praecepto, quo Eccles. c. 15. Ita cauet: Non dixeris, per Deum abest; scilicet sapientia, quam nuper dixerat à Deo esse profectam. Etenim si duos simul concurrere necesse est ad aliquod opus, ille, per quem non abest, quominus fiat opus, sed quantum est ex parte sua, praestò est; eo ipso expectat alium, per quem abest, quominus illud opus fiat, & qui non est praestò, sed tardat ipse, atque suum comitem retardat. Atqui per Deum non abest, sed per culpam liberi arbi-

trij, ut nuper citatus Ecclesiasticus monuit: ergo Deus expectat liberi arbitrij cooperationem.

Confirmatur primò, nam libero arbitrio prius in c. 5. praecerat idem Ecclesiasticus: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Atque in c. 31. increpat: Quid adhuc retardatis? videlicet Deum expectantem, ac paratum, ut quantum ex se est, protinus salutem tribuat. Sed de hoc loco postea in argumento secundo.

2. Confirmatur secundo, quia magna pars illius c. 15. destinatur ad refecandas querelarum occasiones, & excusationum praetextus, quos impij solent inde arripere, quoniam Deus gratiam, seu sapientiam pro suo libero beneplacito distribuit. Quibus Ecclesiasticus obicit, gratiam, seu sapientiam ex parte Dei omnibus esse paratam, & in promptu positam in conspectu, & ad manum hominum; impios autem sua libera electione negligere vitam, & arripere mortem, ut constat, praesertim ex illis verbis: Apposuit tibi ignem, & aquam: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

3. Tertio confirmatur, aperiendo vires illius illuminationis: Non dixeris, per Deum stat; quae enim odit, ne feceris. hoc est, Deus odit absentiam sapientiae, & peccata cum illa pugnantia; & tu illa facis. Ergo non per Deum, sed per te abest tibi sapientia. Eadem vis erit argumento, si legamus: Non dixeris, propter Dominum recessi. Nam recessus etiam est actualis distantia, & priuatio praesentiae, seu propinquitatis ad sapientiam. Ita legunt Septuaginta, & August. de grat. & lib. arb. c. 2. & clarius est, quod Iansenius ibi ex Graeco interpretatur: Per Deum factum est, ut recesserim.

4. Postremo quae in eodem cap. sequuntur, satis aperte demonstrant, non vicumque nobis esse potentiam concessam, sed ita ut libero arbitrio sit absolute possibile actualiter bonum amplecti, & actualiter consequi vitam & felicitatem aeternam. Ait enim: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui; adiecit mandata, atque praecepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Singula verba pertinent ad actum actualiter producendum, volueris seruare, conseruabunt. Clarius est vis in electione Septuaginta, quam sequitur D. Augustinus citatus: Si volueris, conseruabis mandata. Non dicit, poteris; neque dicit: Datur tibi potentia; sed ait: Si volueris, seruabis. Quae phrasal supponit, liberam esse potestatem volendi. Idem argumentum sumi potest ex verbis sequentibus, quae similiter ad actualitatem pertinent.

5. Secundum argumentum: nam sapientia indotus, id est, peccatores, eadem ratione corripit, qua ludimagister diu in gymnasio discipulos expectans, & adhuc remorantes corripere, Ecclesiastici cap. vltimo: Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinae. Quid adhuc retardatis? Et quid dicitis in his? Anima vestra struunt roboranter. & post pauca: Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam. In proximo est enim inuenire eam. Propinquitas haec facilitatem denotat, ut dicemus disputat. 47. sect. 4. At non est tibi facile & in proximo, si foret simpliciter impossibile actualiter inuenire propter carentiam alicuius simpliciter necessarij. Nulla enim distantia, & difficultas maior, quam impossibilitatis. Facilitatem verò confirmat suo exemplo, subiiciens: Videte

2.

3.

4.

5.

Sapientia peccatores corripit.

Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inueni mihi multam requiem.

6. Tertium argumentum Isaia 65. initio: Quasi seruat me, qui ante non interrogabam: inuenerunt, qui non quaesierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem, quae non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Quapropter in primis Deus quod ex se est, nobis adest praesens, atque conspicuus, ita ut nihil desit ex parte Dei requisitum, ut Deum inueniamus, videamus, & ad illum conuertamur. Imò etiam Deus nobis offert se ipsum paratum, ut auxilietur nobis, si velimus eius auxilio vtari. Idemque inuitat, & rogat, vt eius opera vitam, illi cooperando. Haec enim omnia significant illa verba: Ecce ego, ecce ego, & expandi manus meas tota die.

Deus nobis praesens adest.

7. Manus extendit Deus.

8. Probatur, quia manus extendit Deus, siue vt largitur effundat beneficia gratiae, in qua liberalitate, vt minimum, clauditur quidquid est simpliciter requisitum ad actualiter obtinendam salutem: vel manus extendit, vt utramque manum nobis praebens, fortius auxilietur nobis, si velimus nostras illi manus conferere: vel manus extendit, vt quod ex se est, paratus expectet nostros amplexus. Quae omnes, & aliae quaelibet expositiones istius metaphorae, adiunctis sequentibus verbis: Tota die ad populum incredulum, denotant, diuturno tempore Deum ex se paratum expectare, vt peccatores illius gratiae cooperentur. Cui consonat illud Prouerb. 1. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret.

9. Expectantiam affectum in praedicto testimonio agnouit Augustinus in Psalm. 54. in illa verba: Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, dicens: Videbat Dominus in ciuitate iniquitatem, & contradictionem, & extendebat manus suas ad populum, non credentem, & contradicentem; & rantes & ipsos expectans dicebat: Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Adhuc sane reliqua sciunt illius ciuitatis, adhuc contradicunt de frontibus omnium. Modò extendit manus ad reliquias non credentes, & contradicentes.

10. Arnoldus Carnotens. S. Bernardi familiaris tomo 1. Bibliothecae in tractatu de verbo Christi, Sizio, in medio ait: Maledicunt adhuc Iudei Christo, & veri Helisai derident caluariam: necdum tamen visis, id est, demonibus, derisores exponit; sed in multa patientia expectat penitentiam, & differt, nec infert pro meritis iram.

11. Confirmatur, quia nisi haec ipsa vis contineatur in testimonio citato, non satisfaciet querelis, quas cap. 63. populus interposuerat orationi, dicens: Quare nos errare fecisti Domine de via tua; induasthi cor nostrum, ne timeremus te? Quibus respondet Dominus, vsque adeò à credulitate disto, vt non solum fidelibus Israelitici populi, sed etià omnibus infidelibus cuiuscumque nationis me offeram paratum, & inuitem eos ad salutem. Atque hunc esse scopum praedicti testimonij Isaiae 65. notant Hieronymus, & Cyrillus ibi.

Quartum: nam verè aperiit sibi expectat, quicumque stat ad ostium, & pulsat; vt si aperueris, intret; sed Deus: Ego, inquit, sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, Apocalyp. 3. Quare Deus expectat, & non per Deum, sed per te nolentem aperire stat, quominus ad te intret, & coeet tecum; ac proinde ex parte Dei nihil deest, simpliciter requisitum, vt actualiter aperias, & admittas Deum. Id nempe notauit Concilium Semnonense Prouinciale in Ruiz de Praedestinatione.

can. 15. post medium, dicens: Neque tamen tanta gratia necessitas libero prauidicat arbitrio, cum tamen illa semper sit in promptu, neque momentum quid praerereat, in quo Deus non stet ad ostium, & pulset: cui si quis aperuerit ianuam, intrabit ad illum, & conabit cum illo. Merito igitur D. Ambrosius Deum expectare confirmat his verbis Apocalypsis, vt retulimus sect. 6.

12. Sed notandum est, Deum non expectare voluntatem, vt pulset ostium gratia praueniente; ceterum postquam pulsauerit, expectare, quem diu ad ostium stat, donec illi aperiatur. Quod idem obseruare licet Sapient. 6. cum ait: Praecipat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Ecce sapientia, seu gratia prauenit liberum arbitrium, sed postea illius cooperationem expectat, foribus assidens. Vnde continò subiungitur: Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis innociet. & post pauca: Quoniam dignos se ipsa circuit quarens. Ad utrumque igitur locum Apocalyp. & Sapientiae alludens Cyrillus Hierosolym. catechesi 16. post med. de Spiritu sancto sic loquitur: Magnum igitur commilitonem, & auxiliatorem apud Deum habemus: magnum Ecclesiae Doctorem, magnum prosectorem nostrum. Non metuemur ergo demones, maior est enim, qui certat pro nobis, modo illi ostia aperiamus, obambulat enim ille, qui digni sumus, quarens, & quibus dona conferat.

13. Non tam verba, quam sensum eiusdem capituli 6. Sapient. reddidit Chryl. hom. 9. in Genes. prope init. cum dixit: Gratia parata est, quarens, qui se cum largitate suscipiam. Quod si Deus viderit animam vigilem, & desiderium feruens, ipse suas diuitias largiter suppeditat.

14. Quintum, quoniam si Deus voluntatem peccatoris non expectaret, offerens quidquid ex parte Dei requiritur, vt ipse etiam peccator sui miseretur actualiter; sed potius consultò relinqueret antecedentem impossibilitatem actualiter miserendi; sequeretur, simulatam esse illam exhortationem, atque credulitatem in ea sub specie misericordiae miseris hominibus illudere, quae habetur Ecclesiast. 30. quam ita ponderat August. serm. 102. de tempore, in medio: Deus modo pro ineffabili pietate sua non solum nos admonet, sed etiam rogat, vt nos à peccatis mortiferis reuocemus. Audiamus illum, dum rogat, ne nos postea non audiat ille, dum iudicat. Audiamus eum per Prophetam dicentem: Fili, miserece anima tua, placens Deo. Quid ad haec respondebit humana fragilitas? Deus te rogat, vt tui miserearis, & non vis. Causam tuam apud te agit, & à te non potest impetrare. Quòd si Deus indepèdenter ab humana libertate negaret aliquid simpliciter necessarium, vt homo placeret actualiter Deo; iure optimo respondere posset humana fragilitas: Quid me rogas, vt velim mei misereri, cum aliunde constitutum teneas antecedenti necessitate non volendi, nec miserendi?

15. Petrus Chrysol. serm. 108. sub init. tractans illud Rom. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, Rogat, inquit, Paulus: imò per Paulum rogat Deus, quia plus amari vult, quam timeri. Rogat Deus, quia non tam Dominus esse vult, quam pater. Rogat Deus per misericordiam, ne vindicet per rigorem. Audi rogantem Dominum: Tota die, inquit, expandi manus meas. Nomen qui expandit manus, ipse habitu rogat? Expandi manus meas; ad quem ad populum non credentem, sed contradicentem. Distendit membra, dilatat viscera, peccata porrigit, offert sinum, gremium pandit, vt



ut patrem se tanta obsecrationis demonstrat affectu. Audi & aliter rogantem Deum: Popule meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te? Quibus, & aliis multis eleganter explicat eximium Dei affectum, quantum ex se est, omnium impiorum salutem deſiderantis, ac procurantis. Quod idem attigerat serm. 8. de ieiunio, & elemosyna post medium, dicens: Misericordiam volo. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi. Misericordiam volo. Humanam petit, ut largiatur diuinam.

16. Sextum argumentum, quia prædictam Dei præparationem testatur etiam Prosper in lib. de ingratia cap. 10. de gratia quippe, quam Ecclesia Catholica proficitur, sic cecinit:

*Vt cunctos vocet illa quidem, inuitetque, nec ullum præteriens, studeat communem afferre salutem. Omnibus, & totum peccato absolvere mundum: Sed proprio quemque arbitrio parere vocanti, iudicioque suo mota se extendere mente. Ad lucem oblatam, que se non subtrahat ulli.*

Lex igitur gratiæ offertur omnibus, & nulli se subtrahit. At verò se peccatoribus subtraheret, si sui actuale fructum, & cooperationem relinqueret impossibilem, propter absentiam alicuius rei simpliciter necessaria ad actualiter cooperandum. Cætera quoque verba Prosperi manifestè significant communem salutem, non propter Deum, & illius monitionem, sed propter liberum arbitrium impediri.

17. Rursus lib. 2. de vocat. gent. c. 29. ait: Præsentia sepe omnes misericordiam Dei, à quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in ijs, quos promissit, efficitur: ipse enim operatur omnia in omnibus. Vnde sic argumentor. Quod à Deo efficitur in electis, nemini negatur, quantum est ex parte Dei; sed in electis efficitur ipsum actualiter velle (vt idem Prosper repetit millies ex Paulo: ergo ipsum velle actualiter nemini negatur, quantum est ex parte Dei. Vnde caput illud concludit his verbis: Vniuersitati quippe hominum (quod abundè probauimus) ita multiplex, atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper & consulit, vt nec ulli pereunium excessatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua iustitia gloriari; cum & illos propria nequitia demergat ad penam, & istos Dei gratia perducit ad gloriam. Deus ergo, quantum ex se est, non denegat lumen veritatis; sed propria nequitia causa est non recipiendi lumen. Quare per Deum non abest, quin actualiter illuminetur infidelis.

18. Confirmatur, nam & Clemens Roman. epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, prope fin. Deus, inquit, his, qui rectè sentiunt, & bona agunt, præstò est: quoniam his manifestat se ipsum. & infra: Quapropter præparanda sunt corda nostra, & corpora sancta mandatorum eius, suorūque Episcoporum, ac Predicatorum obedientia militatura, vt suo gratia iubeat nobis auxilium ministrari. Obserua in primis, Deū præstò esse: deinde aliquod esse auxiliū gratiæ, quod vt iubeat ministrari, expectat præparationem nostræ liberæ obedientiæ. Denique in eadem epist. 1. veram tradi doctrinam de iustificationis exordio, monstrauimus præcedenti tomo de prouid. disp. 28. sect. 5.

19. Postquam Septimum argumentum, quoniam liberum arbitrium initium iustificationis præbet, postquam Deus aliud initium per gratiam præuenientem, & excitantem contulit: ergo Deus expectat illud initium, præbendum à libero arbitrio. Cõsequentiā probatur, nam quod prius operari, atque initium præbere debet, expectandum est ab eo, quod

posteriùs operari debet, supponendo illud initium. Antecedens explicatur, & probatur recolendo ex tomo de prouid. disp. 27. sect. 5. duplex esse iustificationis initium: aliud in omni genere primum, & merè extrinsecum iustificationi, eo quod reperiri potest cum summis impedimentis iustificationis, & nulla dispositione ad illam; cuiusmodi est prima gratia, præueniens omnem libertatem, omne meritum, dispositionem, imperationem. Huiusmodi initium Deus non expectat à libero arbitrio, sed necessariò atque semper illud confert solus Deus independentè ab actuali vsu liberi arbitrij.

Aliud est initium non in omni genere primum, sed solummodo in genere liberæ operationis, quod intrinsecum est iustificationi. In eo namque iam voluntas incipit liberè cooperari gratiæ, atque ad iustificationem accedere, disponendo se, imperando, atque merendo de congruo. Hoc initium est, quod Chrysoſtomus, & alij Patres dicunt expectari à Deo, vt gratiam vltiorem, & perfectiorem conferat. Nec nouus est modus loquendi; siquidem fidei actus liber à Patribus appellatur iustificationis initium: vt vidimus eodem tomo de prouidentia disp. 19. præsertim sect. 3.

Chrysoſtomi, Hieronymi, & Hilarij testimonia manifesta retulimus disput. 29. sect. 5. Quibus adde, quod Athanasius in oratione contra idola longè post med. Via, inquit, qua ad Deum tendit, in nobis sita est, & initium eius à nobis inuestigari potest, &c. Damascen. lib. 2. de fide cap. 29. post med. ait: Electionem agendorum in nostra esse potestate; finem autem bonorum in Dei cooperatione, &c.

Marcus Eremita in lib. de paradiso & lege spirituali in proemio interrogatione vlt. Iubet Deus, inquit, vt homo in primis cognoſcat, & cum cognouit, amet, & voluntatè depromat: vt autem mens exerceatur, laborem perferat: vt autem opus aliquod perficiat, gratia Domini largitur volenti, & credenti. Quare voluntas hominis est veluti auxiliū, à natura institutum, qua absente, ne Deus quidem quicquam operatur, tametsi facultate non caret, quod sit ob humani arbitrij libertatem. Igitur operis perfectio Dei est, voluntas autem hominis.

Confirmatur, nam qui excitandus est, expectat eum, à quo est excitandus. Hac enim ratione communiter Patres docent, gratiam excitantem non expectare, sed expectari à libero arbitrio, quoniam ab illa excitandum est liberum arbitrium; sed Deus etiam postquam nos prior excitauit, vult rursus excitari à nobis: ergo expectat nostram liberam diligentiam. Vnde Ambrosius in Psalm. 36. ad illa verba: Os iusti meditabitur sapientiam, ita monet: Ne igitur expectes, vt excitet te Christus; sed potius Christum excita. Excitat enim, qui de ipso dormitans cogitat. Si tu illum excitaueris, & ipse te excitabit à somno, resuscitabit à morte, dicens tibi: Exurge à mortuis. Cum surges ergo, vel resurges, ipsum loquere, vt impleas, quod iubeas, auti, quomodo te Christus excitet, &c.

Angust. in posteriori expositione Psalmi 90. ad illa verba: Prosegam eum, &c. ait: Dormiebat in nauis Christus, perierant homines. Si fides tua dormit in corde tuo, tãquam in nauis tua dormit Christus, quia Christus per fidem in te habitat. Cum turbari cõperis, excita Christum dormientem, erige fidem tuam, & noueris, quia te non deserit. Sed ideo putas te deserit, quia non quando vis, eripit, & tract. 49. in Ioannem inter medium, & fin. & excita, inquit, Christum dormientem.

Duplex iustificationis initium.

20.

21.

22.

23.

24.

In corde enim tuo somnus Christi obliuio fidei: nam sic excitas Christum, id est, recolas fidem, &c.

25. Deus postquam nostros conatus præuenit, à nobis præueniri vult.

26.

Si tamen aſſertoris opem festina volumus Præueniat, sicut Dominum motura fidei. Nam vt nemo inuitus, somnoque quietus in alto fit saluus, nec vi petitur, qui sponte recessit: Sic pulsata parent redeuntibus aſſia vita.

27. Liberi arbitrij, & gratiæ cooperatio quodammodo prior, & posterior.

28. Expectatio alia realit, rationis alia.

29.

Octauum argumentum, quoniam cooperatio, quæ debet esse prior, sub ea ratione, qua est prior, expectatur à posteriori cooperatione, sub ea ratione, qua posterior est; sed cooperatio liberi arbitrij est aliqua ratione prior, & gratiæ cooperatio est aliqua ratione posterior: ergo cooperatio Dei per gratiam sub eadem ratione expectat, vt liberum arbitrium prius cooperetur. Pro cuius explanatione recolendum est, quod disput. 32. præsertim sect. 4. & 5. probauimus, humanæ voluntatis cooperationem in quodam inferiori genere prioritatis secundum rationem esse priorem diuina cooperatione.

Huius argumenti vires explicantur, & confirmantur, distinguendo id expectandi genus, quod hucusque ex sacris literis, & Patribus probatum est. Alia enim est expectatio realis, in qua prius tempore, vel prius natura præcedere debet aliqua cooperatio liberi arbitrij, virtute diuinæ gratiæ elicita, vt Deus subiungat aliã subsequentem gratiam, realiter distinctam. Alia est expectatio solummodo secundum rationem, in qua videlicet ad eandem actionem supernaturalem cooperantur Deo cum libero arbitrio, concursus Dei sola ratione distinguitur à concursu liberi arbitrij; proptereaque non habet realem dependentiam, neque realem ordinem prioritatis, aut posterioritatis, comparatio illius; sed solummodo secundum rationem est prior in aliquo potiori genere, & in alio minus principali genere est posterior; atque in eo genere, in quo secundum rationem est posterior, eo ipso secundum rationem expectat cooperationem liberi arbitrij. Hoc supposito ad huiusmodi expectationem probandam valent testimonia Augustini, Ecclesiasticæ orationis cuiusdam, Bernardi, Philonis, D. Thomæ, & communiter Scholasticorum, imò etiam Leonis Papæ, quæ ponderauimus præcedenti tomo de prouid. disp. 27. sect. 2.

Postremum argumentum sit. nam quicumque prior præcedit, & solus, si postea debeat comitatus incedere simul cum alio pedissequo, præsertim cunctabundo, & inerti, debet illum expectare, donec ad eius latus perueniat, cum eo pariter ambulaturus; sed Deus per gratiam præuenientem prior præcedit & solus, videlicet operans in nobis sine nobis, & postea Deus debet per gratiam cooperantem comitari liberum arbitrium, pedissequum ex se cunctatorem inertissimum: ergo Deus debet expectare, donec liberum arbitrium se liberè adiungat Dei lateri, simul cum eo cooperaturus, & ambulaturus viam Dei. Interim

Ruis de Prædestinatione.

tamen dum Deus expectat, stimulis voluntatem incitat, vt ad se venire festinet.

SECTIO VIII.

Solutiones refutantur, & attingitur generalis argumentorum solutio.

1. Aliquibus ex rationibus, quæ sexta & septima sectione nostram sententiam confirmat, solutionem adhibere conantur quidam Theologi. Et in primis ad c. 30. Isaiæ, & Ambrosij testimonium respondent. Quando Scriptura dicit: Expectat Dominus, vt misereatur vestri, ne quis sibi piam operationem, & consensum tribueret, sed agnosceret, à quo non solum posse bonum, sed & ipsum bonum velle acceperit, subdit: Beati omnes, qui expectant eum; vt sciamus, quoniam si expectat Dominus, vt misereatur nostri, profectò expectat dona sua, & beneficia sua, quibus nos dignatur liberare; sicut de præscientia dicit Augustinus: Expectat tempus, in quo prædefiniuit, sua liberali voluntate peccatoribus misericordiam præstare. Expectat ordinem à sua diuina prouidentia statutum; secundum quem ea, quæ prædefiniuit, impleuit. Iuxta hanc doctrinam explicanda sunt, & intelligenda verba Ambrosij serm. 19. in Psalm. 118. vt colligitur ex ipso contextu. nam paucis interiectis subdit: Ipse prius in tui cordis illeceſſit arcano; ipse tibi dicitur: De nocte vigilat ad te spiritus meus, matutinum lumen temporibus faciet splendere nocturnis, si mediteris verba Dei.

Hæc solutio vera quædam præmittit; sed illis falsa inferit, atque inter se pugnantia. Expectat equidè Deus dona, & beneficia sua, sed non quæ sit impossibile actualiter recipi à libero arbitrio, quando independentè ab eius libero consensu solus Deus negauerit aliquid absolutè requisitū ad actualiter operandum. Imò potius Deus expectat dona sua, quæ actualiter recipere sit nobis absolutè possibile, supposito auxilio, quod Deus paratus offert. Rursus expectat Deus dona, & beneficia sua, non quæ sit absolutè necessariū actualiter recipi à libero arbitrio, quando independentè ab eius libero consensu solus Deus contulerit aliquid, ex quo per antecedentem necessitatem sequatur voluntatis consensus; sed expectat dona, & beneficia, quæ actualiter refutare, & non recipere sit absolutè possibile, etiam ex suppositione, quod à Deo fuerint oblata.

Præterea Deus expectat tempus, in quo prædefiniuit, sua liberali voluntate peccatoribus misericordiam præstare; ceterum dependentè ab eorum libera cooperatione, integrum illis relinquendo, vt, si velint, resistant. Denique expectat ordinem à sua diuina prouidentia statutum, secundum quem ea, quæ prædefiniuit, impleuit. Ceterum in ordine diuinæ prouidentie per se ac necessariò clauditur, hominem dimittere in manu consilij sui, apponendo mandata, atque præcepta, aquam, & ignem, vitam, & mortem, vt homo ad quod voluerit, porrigat manum suam, & quod ei placuerit, detur illi. Quapropter hoc libertatis genere sublato, neque manent dona, & beneficia Dei, ad iustificationem pertinentia, neque succedit vnquam tempus, in quo Deus prædefiniuit iustificationis misericordiam peccatoribus præstare, neque seruatur ordo à diuina prouidentia statutus; neque implet Deus ea, quæ prædefiniuit circa iustificationem adultorum.

91 3 Hæc

1.

Prior solutio.

2. Falsa, & in ter se pugnantia inferit verū.

3.

4. Hæc omnia nisi verificentur, Deus non expectat peccatores verè, ac propriè; sed potiùs eos dedita opera impeditos manere procurat, ita vt illis sit impossibile ad Deum actualiter accedere: vt probant omnia argumenta facta in duabus sectionibus præcedentibus, quæ omnia refutationes sunt præsentis solutionis. Deniq; verba, quæ in eadem solutione proferuntur ex Ambrosio, nihil continèt, quod à nobis explicari opus habeat.

5. *Secunda solutio.* Authores autem alij fatentur expressè, per Deum non stare, quominus quilibet peccator accipiat quicquid est simpliciter necessarium ad salutem. Cæterùm aliunde conuincuntur oppositum sentire; siquidem independenter à quacumque priori culpa, secundùm eorum doctrinam Deus denegat aliquid simpliciter necessarium, vt sit absolute possibile primam culpam actualiter euitare, vt vidimus sect. 5.

6. *Tertia.* Denique ad testimonia quædam ex illis, quæ supra ex Chrystostomo, aliisque Græcis Patribus adducta sunt, respondet vnus ex eisdem Doctoribus, Chrystostom. in hom. 12. ad Hebræos, sensisse contra Concilium Arausican. can. 4. & plios Græcos Patres negasse prædestinationem, ac prædestinationem ante præuisa opera.

*Resolutio.* Hæc tamè solutio refutatur primò, quia Chrystostomù, & cæteros Patres Græcos rectè sensisse de initio gratiæ, & de prædestinatione ante præuisa opera, satis probatum fuit supra disp. 11. sect. 3. & sequentibus, & tomo de prouid. disp. 27. & 28. Præterea quoniam eadem ratione potuisset à testimonio depellere Hilarium, Ambrosiù, Hieronymum, Gregorium, Isidorum, imò & Augustinum, ac Prosperum, aliòsque citatos sect. 6. & 7.

7. Argumenta verò, quæ contra prædictam expectationem afferuntur ab eisdem Theologis, omittenda duxi, ne sæpiùs eadem repetere compulsus lectori fastidium moueam. Nam de Concilio Arausicano, & Augustino satis diximus sect. 6. sub init. De errore Semipelagianorum negante necessitatem interioris gratiæ, vt homo præbeat iustificationis initium, dictum est in hoc, & præcedenti tomo multoties. Sed quoniam oppositum supponitur in argumento quodam ex epistola Augustini 107. ad Vitalem, admonco, ex eadem epistola ante medium, & prope finem constare, Vitalem ideo reprehendi, quoniam negaret esse necessariam interiorē vocationem altam, atque secretam. Alia quoque tanguntur plurima, quæ superioribus disputationibus discussa sunt, præter nonnulla, quæ non sunt præsentis loci, & tēporis.

DISPUTATIO XLII.

Vtrum probationes gratiæ in vacuum receptæ, probent defuisse nihil requisitum ad actua- lem cooperationem.

SECTIO I.

De vinea, & terra sterili, & thesaurizante iram.

Argumentum quatuor Scripturæ testimoniis confirmans.

VI NCVM est istius sectionis argumentū, quatuor Scripturæ testimoniis corroboratum: videlicet. Si peccatoribus effet

absolute impossibile actualiter conuerti, eo quòd denegaretur illis aliquid simpliciter necessarium ad actualem penitentiam; hoc ipsum illis esset exceptio legitima, & sufficiens excusatio aduersus Dei expostulationes, querelas, & exprobrationes: imò idem ipsum iure optimo diuinam prouidentiam accusaret, quòd fructus exigeret sine cultura, & auxilio simpliciter necessario. Quauis enim Deus, secundùm se consideratus, non teneatur auxilia præbere; tamen ex suppositione, quòd talia obsequia, talèque fructus exigit ab hominibus, ipse sibi obligationem imponit præbendi auxilia quacumque fuerint simpliciter requisita, vt homines actualiter fructificent. Quòd si Deus, quantum est ex parte sua, non omnia illa concesserit, postea verò sterilitatem exprobrat, accuset, & pro exigendis fructibus litem intendat; calumniator erit verissimè, cui non per figuratam locutionem, sed propriè dicat peccator: Numquid bonū tibi videtur, si calumniaris, & opprimas me, Iob 10.

Hæc ratio accommodari potest variis locis Scripturæ. Primus est Isaia 5. Et nunc viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meam: quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? An quod expectaui, vt faceret vinas, & fecit labruscas? Vbi perpende primò, Deum debuisse aliquid facere vineæ suæ, sed nihil debuisse ultra illa, quæ re ipsa fecit. Secundò, inde iustificari Dei prouidentiam, & sterilitatis culpam reici totam in homines, idque tanta euidencia, vt ipsi etiam peccatores pro diuinæ bonitatis defensione iudices appellari potuerint. Quòd si Deus peccatoribus denegaret aliquid simpliciter necessarium, vt de facto producerent gratiæ fructus; Deo responderet: Debuisses ultra facere in nobis illud auxilium simpliciter necessarium, vt actualiter operemur, aut certè debuisses illud nobis offerre paratum, quantum ex te esset; quo facto, non foret inanis vuarum expectatio, & rota in nobis hæretet culpa labruscarum.

Hoc argumentum confirmant omnia, quæ ad huius loci expositionem docent Patres, vt Basiliius, & Hieronymus ibi. Peculiariter autem Cyrillus Alexandrinus in eum locum ita scribens: Quid igitur boni illis defuit, vt inutiles fierent? Si enim rerum, ad usum, & vilitatem necessarium quidpiam à me, qui plantaueram, fortè prætermisissim fuerit, cause nihil dicam, neque poenas exigam; quid enim facerem, inquit, quod non ei fecerim? cum verò rebus eam utilibus plenam, nulliusque rei indigam fecerim; etiam spinas tamen pariat. & post pauca: Num igitur inertem, num defultiosum agricolam dicet? an potiùs illos accusabit, qui tanta sollicitudine curati à me, adeò fertilitatem suam neglexerunt. Singula verba lector apud se perpendens, comparet cum absoluta, & antecedenti impossibilitate ferendi fructus actualiter, inde proueniente, quoniam independenter ab humana libertate, negatur aliquid simpliciter necessarium ad actualiter fructificandum.

Secundus locus eandem continet parabolam vineæ, quam proposuit Christus Dominus Matth. 24. Marci 12. & Lucæ 24. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam colonis. Vbi pondera primò quòd his omnibus, nihil ab eo, quod ad salutem pertinet, derelictum demonstrat, vt loquitur ibi Chrystostomus homil. 69. in Mattheum. Idem supponere videntur communiter Patres; agnoscunt

2.

3. Hoc ipsi Patris testimonium confirmans.

4.

agnoscunt enim manifestam allusionem ad supra dictum caput Isaia 5. Vineæ facta est dilectio meo in cornu filio olei, & spiniuit eam, & lapidem elegit ex illa, & plantauit vineam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectaui vt faceret vinas, & fecit labruscas. Mutuam expositionem vtriusque loci per alterum notant Basiliius Isaia 5. Hieronymus Matth. 21. & Isaia 5. Ambrosius Lucæ 20.

5. Secundò Hieronymus Matth. 21. ponderat, peregrè profectum fuisse patremfamilias, non loci mutatione, sed abire videretur à vinea, vt vititoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Ergo non vrget antecedenti necessitate vititores, nunc ad colendam vineam, nunc ad materialem actionem extirpandi vineam, vel negligendi culturam. Eodem sensu Theophylactus Lucæ 20. Peregrè profectus est; exponit: Permisit eos iuxta liberum arbitrium ingredi.

6. Tertio ad illa verba: Cum autem tempus fructuum appropinquaasset; nota, non solum appropinquaasset tempus potentia, sed etiam tempus actualis fructus, & illum actualement fructum sapius à Deo per plures seruos suos fuisse exactum: ergo non solum ad potentiam, sed etiam ad actum Deus contulit sufficientia auxilia, ita vt ex parte Dei nihil deesset, quominus esset absolute possibile, fructum actualiter reddere hoc ipso tempore, quo exigitur à patrefamilias.

7. Rursus illud genus expectandi patienter ad penitentiam, quod notauius præcedenti disp. 41. sect. 6. & sequentibus, significati in eadem vineæ parabola, obseruauit Hieronymus Matth. 21. dicens: Patientiam ostendit Patrifamilias, quod frequentius miserit, vt malos colonos ad penitentiam pronocaret; illi autem thesaurizauerunt sibi iram in diem iræ. Tandem Euangelicam vineæ parabolam exponit copiosè Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 70. à principio, ex qua, & ex aliis parabolis colligit in cap. 71. per liberam hominum culpam sterile, quominus ferrent fructum, quem ferre poterant.

8. Tertius locus est, ad Hebræos 6. quem ad præcedentis parabolæ confirmationem, & explicationem meritò adduxit Cyrillus Alexandrinus Isaia 5. Terra enim sapè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima; cuius consummatio in combustionem. Quòd si defuisset aliquid ex parte cæli, aut ex parte agricolarum requisitum, vt actualiter generaret herbam opportunam, ita vt herbam actualiter proferre foret absolute impossibile; iam terra non esset reproba, & maledicto proxima: quia non vitium terræ, sed voluntas agricolæ, aut influenza cæli ad sterilitatem determinaret.

9. Hunc locum per ficulneæ parabolam, quam supra præcedenti disp. 41. sect. 6. sine tractanimus, exponit Bernardus in festo Sanctorum Petri, & Pauli serm. 2. prope initium, dicens: Terra, quæ sapius superuenientem suscepit imbrem, & non fecerit fructum, terra reproba est, & proxima maledicto. Sic & ea, quæ in Euangelio sterili ficulneæ legitur; si postquam foderit circa eam vineæ cultor, atque miserit stercora, nihilominus sterili inuenta fuerit, nonne iam securis ad radicem illius arboris est ponenda? Et ego dico vobis, si minus boni in secularibus inuenierit; maiorem in eis Dominus habiturus est patientiam, quàm in nobis, quibus celestium consolatio-

num pluiam voluntariam segregauit, quibus non scilicet disciplina, non paupertatis, & vilitatis stercora defuerunt. Iniquè verò & calumniosè consolatorum celestium copia exprobraretur; si nihilominus denegaretur aliquid simpliciter necessarium, vt ex illis fructus actualiter colligeretur: sicut ponderabimus statim circa verba Pauli ad Roman. 2.

Ad huius argumenti confirmationem addere possumus discrimen illud inter malam, & bonam terram, & inter bonam, meliorem, & optimam, quæ fructum affert centesimum, sexagesimum, vel trigesimalium, Matth. 13. initio, & Lucæ 8. initio, vbi diuinum artificium Christi Domini obseruandum est: nam silentio textit quodcumque discrimen ex parte seminantis, aut ex parte feminis; expressit verò tria discrimina ex parte terræ malæ, totidemque contraria discrimina ex parte bonæ terræ, vt clariùs significaret, ex parte humani arbitrij esse rotam rationem, ob quam impediatur diuinum auxilium, ne vllum fructum ferat, vel impediatur, ne tam copiosum fructum ferat, quantum virtus feminis, & auxiliij proferre posset, nisi à nobis impeditetur.

Confirmatur, nam auctor parabolæ dum illam interpretatur, eodem prudentissimo silentio reticet quicquid in Deum potest refundere rationem impediendi fructum, aut eius abundantiam: explicat autem multa impedimenta ex parte creati arbitrij prouenientia. Præsertim notanda sunt postrema verba: Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, &c. Alterius itaque culpa est, qui non affert, & facit, quod potuisset, si veller, facere, sicut alter fecit.

Hæc copiosè Chrystostomus explicat homil. 45. in Matth. à med. In quo præsertim notanda sunt illa verba: Omnibus, quamuis non ignoret futurum exitum, pieratis doctrinam commendat. Sic certè ei licebit dicere: Quid oportuit me facere, & non feci. & infra: Cuius rei causa maior feminis pars amissa est? Non seminantis quippe causa; sed suscipientis culpa terra, hoc est, propter reluctanciam, atque repugnantiam animam.

Obicit deinde imprudentiam esse inter saxa, & spinas, & secus viam seminare. Sed respondet, in libera terra id non esse imprudentiam; quia potest ex sterili conuerti in terram pinguem & fructuosam. Vnde subdit. Quid si hac mutatio in omnibus facta non est, non seminantis culpa, sed audientium inobedientia id contigit. Nam ipse quidem eis diligenter semina tradidit; si verò illi corruperunt accepta, inculpabilis omnino est, qui tanta benignitate in omnes equaliter vitur. Hæc diuinæ benignitatis, & auxiliorum aequalitas intelligitur à Chrystostomo, aliisque Patribus, quantum ad auxilia simpliciter requisita: vt ostendimus disp. 18. sect. 2. 3. & 4. Nunc verò pondera, prædicta æqualitate non obstante, maiorem terræ partem sua culpa sterilem permanere.

Et paulo inferius ait: Rapere ipsa diabolus potest; sed nos possumus facere, ne rapiantur. & infra: Potes, dummodo velis, perniciosam hæc germina scitum incidere, ac laudabiliter diuitijs vri. Præterea in sequentibus Chrystostomus ostendit, ex voluntate eiusdem terræ prouenire discrimen minoris fructus, cum virtute feminis ferre potuisset maiorem, de quo dicemus disp. 48. sect. 1. Denique valde notandum est; hanc eandem sententiam Chrystostomi D. Thomæ probatam esse; siqui-

10. Bona à mala terra discrimen.

11.

12.

13.

dem eam inferuit in catenam Matth. 13. quamvis aliis verbis hinc inde collectis ex Chryostomo. Consonat brevioribus verbis Theophylactus ibi.

14. Negato alio quo simpliciter requiritur, non esse ex parte hominis contrarium bonitati.

Quartus locus sit ad Roman. 2. Unde sic argumentor. Nec ex parte hominum esset contemptus diuinæ bonitatis, nec ex parte auxilij oblatis essent diuitiæ bonitatis diuinæ adducendis ad poenitentiam; sed potius poenitentia, & egestas impediens actualem poenitentiam; si Deus denegaret peccatori aliquid simpliciter requisitum ad actualem poenitentiam; ita vt tali negatione supposita sit physice impossibile actualiter poenitere. Quamobrem immerito Paulus ad Rom. 2. peccatores vexaret illa interrogatione: An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contempnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum diuitiam tuam & impenitens cor tuum thesaurizans tibi iram.

15. Gratia abundantia diuitiæ appellatur ad Apostolo.

Confirmatur primò, nam diuitiæ appellantur ab Apostolo ingens copia, & superfluens abundantia gratiæ: vt Roman. 10. Diues in omnes, qui innocant illum. Ephes. 1. In quo habemus remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, qua superabundauit in nobis. & cap. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos. & infra: Ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate. Quibus in locis quamuis primario Paulus redemptionis gratiam commendat; simul tamen amplificat quiddam ad eius integritatem ac plenitudinem pertinet in ordine ad iustificationem nostram: vt consideranti contextus manifestum erit. Esset autem redemptio diminuta, egena, & auara, comparatione maximæ partis hominum, si quibuscumque præscitis Deus ex parte sua, & independenter ab eorum arbitrio, negaret aliquid simpliciter necessarium ad salutem.

16. Discrimen inter Deum & hominem.

Confirmatur secundò ex discrimine inter Deum, & te. Nam Dei benignitas, quantum est ex parte sua, non solum ad potentiam poenitendi, sed etiam ad actualem poenitentiam te adducit. Tu autem abuteris diuitiis bonitatis, & eas conuertis in thesauros iræ. Ergo absolute possibile erat tibi actualiter poenitere: Idque solus tuæ libertatis abusus impediuit. Quod testantur Augustinus, & Gregorius, hunc locum ponderantes, quorum verba retulimus præcedenti disp. 41. sect. 6. versus finem.

17.

Confirmatur tertio, quia si re ipsa, & de facto fuisset poenitentiam acturus, & Apostolus significare voluisset auxilia ex parte Dei tibi ad hunc finem collata; nihil amplius opus esset dicere ad significandam efficaciam diuinæ bonitatis, nisi te adducit. Hoc autem ipsum diuino consilio dictum est cuiuscumque peccatori obstinato, vt significetur, Deum, quantum est ex parte sua, re ipsa, & efficaciter adducere; quoniam per eum non stat, nihilque prætermisit eorum, quæ requiruntur, vt ad poenitentiam adducaris.

18.

Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 71. de Angelis, & hominibus sic loquitur: Quoniam Deus dedit benignè bonum; ipse verò non custodierunt diligenter illud, nec pretiosum arbitrati sunt; sed supereminentiam bonitatis contempserunt. Abicientes igitur bonum, & quasi respuentes, merito omnes iustum iudicium incurrunt Dei. Quæmadmodum Apostolus Paulus ad Romanos testificatus est, dicens: An diuitias bonitatis eius, &c. Unde primò collige, Deum, quantum est ex se, bonum dare, & conseruare.

Secundò, ab Irenæo appellari supereminentiam bonitatis, quam Paulus appellat diuitias. Tertio, abiici, & respui non posse, nisi quod oblatum est; & quantum est ex parte datoris iam collatum, nisi per accipientem steterit.

Eadem mente Hieronymus dialogo 3. aduersus Pelagianos colum. 5. tractans, quomodo Christus Dominus Iudam elegerit, quem præsciebat fore proditorem: Tante, inquit, bonitatis est, & ineffibilis clementia, vt eligat eum, quem interrim bonum cernit, & sit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis, & poenitentia, iuxta illum sensum Apostoli: Ignoras, quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit, &c.

Denique si peccatori diuitiæ diuinæ bonitatis ita concederentur, vt propter negatam physicam prædeterminationem foret illi impossibile actualiter vt concessis auxiliis; conquæri merito potuisset verbis Horatij.

Quo mihi fortuna, si non conceditur vti?

vel potius, vt alij legunt,

Quo mihi diuitia, si non conceditur vti?

Videlicet diuitiæ bonitatis diuinæ; nec vllum earum fructum actualiter colligere fuerit absolute possibile.

SECTIO II.

Similitudine ludi puerilis Christus Dominus ostendit, ex parte Dei nihil desuisse Iudæis, vt conuerterentur.

Hoc argumentum, hand dissimile præcedenti, sic potest institui. Diuina sapientia confirmat, se esse iustam, & liberam ab omni suspitione culpæ circa Iudæorum obstinationem, eo quod illi adhibuerit varia remedia genera, quorum singula satis erant ad salutem, quanto magis omnia collectiuè sumpta. Ergo Iudæis non fuit simpliciter necessarium in obstinatione actualiter inherere, nec actualiter conuerti fuit simpliciter impossibile, supposita hac collatione diuinorum auxiliorum, etiam si cætera negarentur. Huius consequentiæ vis vrgebitur magis toto sectionis progressu.

Nunc refero præcipuum testimonium, quo nititur hoc argumentum Matth. 11. & Luca 7. Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris, sedentibus in foro; qui clamantes coequalibus dicunt: Cecinimus vobis. & non saltaſtis: lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens; & dicunt, Demonium habes. Venit Filius hominis manducans, & bibens; & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus: & iustificata est sapientia à filiis suis.

Ad nostrum propositum commentarius Chryostomi est, quem exoptare possemus aptissimum. Igitur homil. 38. in Marth. ante medium, ait: Probat, nihil spectare ad salutem ipsorum, quod iam diligenter adhibebatur non sit; & in medium illud quasi adducit Propheticum: Quid oportebat facere huic vinea mea, & non feci? (eandem sententiam alius verbis refert, & tacite probat S. Thomas in catena,) & post pauca Chryostomus subdit: Oppositis quibusdam itineribus ego & Ioannes ad vos venimus, idemque fecimus, quod venatores solent facere. Qui quando fugacissima, cupit, difficillima insectantur animalia, non una via, sed diuersis, & per contraria plerumque aggrediuntur; vt si alterum effugerint, in alterum incidunt.

dant. Quam similitudinem aptissime ad rem præferentem applicans, propositum Christi Domini argumentum vehementer vrget Chryostomus.

Unde concludit: Quæ ergo excusatione vti poteris? Et iustificata est, inquit, sapientia à filiis suis, id est, nulla vos potuit attrahere via, quare iure me iam incusare nunquam poteritis. quod & de Patre pariter dixit Propheta: Vt iustificeris in sermonibus tuis. Deus enim quamuis sciat nihil boni vos facturos, cura tamen, ac prouidentia summa erga vos vitatur, ita vt etiam is, qui impudentissimi sunt, ne umbram quidem dubia, atque ingrata dubitationis relinquat. & post pauca: Lucas autem ad ea, quæ dicta sunt, aliud etiam addit, quo multò magis Iudæi accusandi esse videntur; dicit enim: Quoniam publicani iustificauerunt Deum, suscipientes Baptisma Ioannis.

Argumenta duo.

Duo hic attinguntur argumenta: alterum, quo probatur iusta esse diuina prouidentia, neque defuisse necessariis auxiliis, quia quod publicanis satis fuit, idem fuisset satis Pharisæis, nisi per eorum liberam culpam steterit. Inde alterum exiit argumentum, quo prouidentia diuina ne umbram quidem excusationis relinquit impudentissimis, vt ait Chryostomus: multò igitur minus solidam relinquit excusationem, qualis foret, si, negante Deo aliquid requisitum, foret absolute impossibile actualiter operari.

Euthymius Marth. 11. vitur eadem similitudine Chryostomi de duobus venatoribus, qui fetas captu difficiles duobus modis sibi contrariis insectantur. Et tandem concludit: Iustificata est sapientia à filiis suis, id est, iusta, ac irreprensibilis habita est: vt ipse qua fecit quiddam debuit, & omni modo vsu est ad illorum salutem. Eandem conclusionem Theophylactus hac ratione colligit: Quandoquidem neque vita Ioannis, neque mea vobis placet, sed omnes salutis vias aspernamini; iustus apparebo ego, qui sapientia sum. Nulla enim posthac vobis excusatio erit; sed omnino condemnabimini. Etenim ego quidem impleui omnia: vos autem increduli facti, iustum me, vt ipse qui nihil intermiserim, comprobabitis. Tunc cepit exprobrare, &c. Postquam monstrauit, quod quacumque oportebat, fecerat; & manserunt absque poenitentia, consequenter exprobrat: Væ tibi Corozaim, &c.

Hilarius in Marth. postquam dixerat totum hunc sermonem Christi esse infidelitatis opprobrium, quod post tot ac tanta admonitionum genera, miracula, & publicanorum, ac peccatorum exempla non crediderint, subiungit: Et iustificata est sapientia à filiis suis, ab his scilicet, qui vim facientes regno caelorum, ipsum illud fidei iustificatione diripiunt, consuetes iustum Dei opus esse, quia munus suum ad fideles, & obsequentes à contumacibus, infidibus, transtulerit. Itaque Hilarius agnoscit rationem, qua probatur diuinæ prouidentia iustitia, esse, quia post adhibita omnia remedia, non defectu necessariæ prouidentia, sed sua culpa se ipsos auxiliis reddunt indignos.

S. Thomas proprio commentario in Marth. cap. 11. Sicut aliquis, ait, quando alicui fecit, quiddam boni potuit, & ipse est ingratus; nescit cui comparare eum: sic Dominus omnia bona fecerat generationi huic. Unde Isaias 5. Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Cui ergo potero comparare tantam malitiam? Similis est pueris sedentibus in foro, &c. & post pauca: Iustificata est sapientia, quia exhibuit Iudæis, quod debuit, abstinentiam per Ioannem, mansuetudinem per Christum. Vide nunc, an ex doctrina D. Thomæ manuerit, aliquid absolute ne-

cessarium ad credendum actualiter, denegatum esse; cum D. Thomas dicat: Dominus omnia bona fecerat generationi huic.

Eodem modo Rupertus Marth. 11. suo lib. 9. ait: Planè inexcusabilis est generatio hac; vt stulti pueri: Deus autem, vel sapientia Dei, non est, unde arguatur; ita vt constanter dicere possit: Quid ultra debui facere tibi, & non feci? Propterea dicit: Et iustificata est sapientia à filiis hominum.

Ad eandem sententiam tacite accedit Ambrosius Luca 7. lib. 6. cap. 1. & 2. vbi explicat, inde grauiorem reddi Iudæorum culpam, & diuinam sapientiam iustificari, quoniam poenitere contempserint, tanta mediocri varietate pronocati, nunc Threnis, seu lamentationibus Ieremiæ, aliisque minacibus prophetiis, nunc verò Psalmis Dauidis, aliorumque Prophetarum canticis; nunc muneribus, & prosperis euentibus; nunc verò aduersis, & captiuitatibus; ac denique asperitate vitæ Ioannis, atque Redemptoris nostri morum suauitate, facilitate, atque miraculis. Eadem sententia colligitur ex Bedæ in cap. 7. Lucae lib. 2. sine, & Abulenfi Marth. 11. q. 41. quibus consonat Anselmus Marth. 11.

SECTIO III.

Auari diuitis excusatio repulsa probat eandem veritatem.

Lucæ 16. cap. latet occulta eadem prorsus doctrina, quæ in præcedenti testimonio se ostendit aperta, quando diues auarus, in inferno sepultus, sic Abrahamum precatur: Rogo ergo te pater, vt mittas eum, (scilicet Lazarum) in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Sin Moysen, & Prophetas non audierint, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Hæc diuitis verba propriæ incredulitatis excusationem continent, velatam prætextu procurandæ fraternæ salutis, subindeque sigillationem diuinæ prouidentia, quod minus, quam par esset, sibi, cæterisque præscitis consuluisse, denegando videlicet remedium, quod sibi opportunum præcæteris videbatur, scilicet aliquem, ex mortuis redeuntem ad viuos, concionatorem mittere. Huic latenti veneno latente occurrit antidoto Abrahamus, ostendens, diuiti nihil necessarium locum, si vellet: & vsque ad eod id verum esse, vt testimonia sibi à diuina prouidentia data, fuerint ad fidem faciendam longè fortiora, quam illud ipsum testimonium, quod diues exoptabat, mortui redeuntis ad superos. Cuius testimonium taxari, & mille exceptionibus notari posset multo facilis, quam Moyſis, & aliorum Patrum testimonia, tot miraculis, atque portentis confirmata; tot sæculis probata per tot viros, doctrina, & sanctitate illustres.

Et quidem quod attinet ad deprauatam intentionem diuitis, qua suam culpam in Dei prouidentiam transferre cupiebat, non reperio expressum apud Patres; sed facile potuisset ex responsione Abraham colligi mens argumenti, quod proposuerat diues, nisi ad nostrum institutum abunde

8.

9.

1.

2.

3.

Diuitis verba excusationem continent velata.

Diuitis deprauata intentio.



Verborum abundè sufficeret explicare mentem illorum verborum: Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos. Sin. Moysen, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Quibus verbis directè satis fit illi argumento, quod frequenter in ore impiorum verbat, vt curam futuri sæculi, anxietatè deponant: Non est agnitus, qui sit reuersus ab inferis, Sapientia 2.

4. Deinde ostenditur diuinæ gratiæ non modò sufficientia, sed etiam abundantia, virtute cuius possibile erat actualiter credere, si vellent; hoc enim significant illa verba, audiant illos. Quasi diceret, actus ipse audiendi, atque credendi in eorum potestate collocatus est per meam gratiam auxiliatricem.

Terriò hoc idem conuincitur ex ipso impiorum argumento. Illis namque videtur ad salutem satis esse, si mortuus rediuius narret, quæ viderit: at longè grauiora, minùsque fraudibus exposita testimonia sunt Scripturarum.

Quartò ex his omnibus efficitur, diuitem non potuisse iure conqueri, quòd sibi, aut suis fratribus defuisset aliquid ad salutem simpliciter necessarium.

5. Præcedens discursus colligitur ex variis Patribus, eadem verba Lucæ 16. ponderantibus. Chrysostronus homil. 9. in Lucam, ait: Quid igitur Abraham? Habent, inquit, Moysen, & Prophetas. Non equè tu curas fratres tuos, atque Deus, qui illos condidit, innumeris illis adhibuit magistros, admonitores, consultores, adhortatores. Quid igitur ille respondit? Non, sed si quis ex mortuis redeat ad illos, credent. Hac sanè sunt vulgi verba. Vbi nunc sunt, qui dicunt: Quis illinc rediit. Quis ex mortuis resurrexit? Quis narrauit, quæ sunt apud inferos? Quam multa talia, tantaque dicebat diues ille, cum verfaretur in delictis, &c.

6. Deinde Chrysostronus probat grauiorem esse Scripturarum doctrinam, magisque fide dignam, quàm si quis, ex mortuis rediens, renunciet: atque ea de causa neque Lazaro, neque Christo Domino resurgenti credidisse illos, qui Moyfi, & Prophetis non credebant. Peculiariter tamen notanda sunt illa verba: Si nonisset Deus, quòd mortui excitati uiuentibus essent profuturi; nequaquam omiffisset, neque tantum lucrum prateriffisset, qui cuncta nobis vtilia procurat. Quòd intelligendum est de his, quæ ad salutem necessaria sunt. Vnde collige, quàm longè abfit à mente Chrysostroni, defuisse diuiti aliquid simpliciter necessarium, vt actu non veniret in suum locum tormentorum.

7. Gregorius Nyssenus disp. de anima, & resurrectione, ex professo tractans hanc historiam, hæc inter alia notat: Abraham negauit eorum, quæ in carne viuerent, vitam prouisionis ex partem esse; sed abundè eis propositam esse doctrinam, atque institutionem legis, ac Prophetarum.

8. Theophylactus Episcopus Bulgar. eadem ferè, quæ Chrysostronus, dicit breuiori compendio. Peculiariter notanda sunt illa verba: Cum mortui multi resurrexissent, crucifixo Iesù, magis tamen scientes Iudæi inuaserunt Apostolos; quia siquidem illud nobis profuiffet ad fidem, etiam illud feciffet Dominus. Nunc autem nihil tam vtile est, vt diligens Scripturarum scrutatio.

9. Idem Abrahami responsum ad diuitem sic explicat: Non ita tu fratrum curam geris, vt qui illos fecit Deus; innumeris enim illis præfecit Doctores. Cæteraque persequitur, quæ in principio ex D. Chrysostrono retulimus. Eundem magistrum se-

cutus Euthymius ait: Habent Moysen, & Prophetas, Mosaios libros, & prophetas: nec enim ita tibi cura sunt fratres, vt Deo, qui fecit illos, & sexcentos adhibuit præceptores.

10. Titus Bostrorum Episcopus, cuius in Lucam commentaria habentur tomo 1. Bibliotheca, ita explicat: Habent Moysen, & Prophetas: audiant illos. Quasi dicat: non eam tu de fratribus curam habes, quam Deus, qui condidit illos, adhibuit enim illis mille Doctores, & magistros, illis credant, si velint. Nota conditionalem, si velint, quæ denotat in eorum liberta potestate constitutum esse, vt sæpe ostendimus.

Denique tam ij Patres, quàm reliqui omnes expositores eò sua commentaria dirigunt, vt ostendant, grauiorem esse authoritatem Scripturarum, quam cuiusque mortui, renunciantis, quæ viderit. Vnde conuincunt Iudæos, qui neque Lazaro, neque Christo Domino, neque plerisque aliis resuscitatis crediderunt, eo quòd sacræ Scripturæ credere recusauerunt. Atque iidem authores apertè supponunt, Iudæis, vt actualiter crederent, euitarèntque supplicia, fuisse satis remedia per Deum adhibita: quod vltra citatos reperies apud Gregorium homil. 40. in Euangelia, Bedam, Bonauenturam. Catenam S. Thomæ, Glossam Ordinarium, Hugonem, Lyram, Haimonem Lucæ 16. Petrum Chrysol. serm. 66.

SECTIO IV.

Exteriora qualibet auxilia in sacris literis interiori gratia intelliguntur animata.

1. Generalis hæc regula sæpiùs à nobis commemorata, in præfenti magis explicanda, atque corroboranda est. Plurima quippe ac validissima nostrorum argumentorum eluderentur facillè, si Scriptura sacra, quando solummodo exteriora commemorat auxilia absque expressa mentione gratiæ interioris, non eam ipsam gratiam primariò significaret, quasi animam, quæ vitam & vires præbeat exterioribus auxiliis. Peculiariter autem exprobrationes Euangelicæ in duabus præcedentibus sectionibus adductæ, atque in sequentibus adducendæ, non probarent, quòd intendimus, si agerent solummodo de lege atque doctrina exteriori Moyfi, & Prophetarum, ac de exteriori prædicatione, & exemplo Baptistæ: similiterque solummodo de doctrina exteriori, puritate, ac suauitate morum, atque de miraculis Redemptoris, absque interioribus auxiliis supernaturalis gratiæ.

2. Vt à priori probemus prædictam regulam, recolendum erit ex præcedenti tomo de prouidentia disp. 39. præsertim sect. 2. & 4. quæ ad spiritualem vitam, & salutem æternam requiruntur auxilia, non esse mortua, siue inanimata; sed potiùs constare duabus partibus, veluti anima, & corpore. Est enim veluti forma, qua viuificantur auxilia cætera, illustratio intellectus, & suauitas infusa voluntati, necnon præparatio diuinæ gratiæ ad cooperandum cum eadem voluntate, si voluerit. Corpus verò sunt quæcumque alia quomodocumque iuant ad bonum eligendum: veluti miracula, exempla vitæ, doctrina, prædicatione, præcepta, consilia, Dei protectio à tentationibus, & periculis animæ, Angelorum custodia, prosperitas,

ritas, aduersitas, seu quodcumque genus flagellandi, atque corrigendi, & cætera omnia, quæ separari possunt à gratia, interioris mouente intellectum, & voluntatem; quorum singula probauimus dicta disp. 39. sect. 4.

3. Ex hoc fundamento colligitur, in sacris literis quoties Deus promittit se daturum, vel exprobrat ingratis, se dedisse Prophetiam, prædicationem, doctrinam, miracula, exempla, cæteraque auxilia exteriora, vel illorum aliquod, toties intelligendum esse, hæc dari viua, & animata, nimirum coniuncta cum interiori auxilio, ad salutem actualiter consequendam simpliciter necessario. Alioqui Dei promissa, & exprobrationes perinde contemptibilia forent, vt si ad equitandum, celeritèrque peragendum iter, vel ad portanda onera, herus seruo promitteret equum lignum, vel mortuum camelum; & impropere, quòd hoc auxilio non vteretur ad iter peragendum, & onera portanda. Propter hanc rationem opus non fuit singulis in locis sacræ Scripturæ explicari apertè prædictam animam interioris auxilij: nam sub nomine corporis, vtilis ad vsus vitæ cuiusque, semper intelligitur etiam anima; præsertim cum aliquibus in locis sacræ Scripturæ necessitatem interioris auxilij tradiderit manifestè: vt vidimus in eadem disp. 39. de prouidentia sect. 2. & 3.

4. Huius rationis vis explicatur exemplis sectionum præcedentium, vnde illa corroborantur, & in primis quod attinet ad caput Matth. 11. Nam qui improperat: Cantauimus vobis, & non saltastis; iniuste improperat, nisi ita cantauerit, vt audiri potuerit: insuper si audientes ita vinculis necessitatis alligauerit, vt impossibile fuerit actualiter saltare ad sonum cantantis, iniuste improperat. Et pari ratione idem intellige de lamentatione, & planctu. Quocirca nõ erit iustum impropere Iudæorum, si fuit illis absolute impossibile, actualiter commoueri ad penitentiam Baptistæ prædicatione, & exemplo, & actualiter alluci ad amorem Redemptoris eius familiaritate, atque suauitate morum; eo quòd illis deficeret aliquid simpliciter necessarium, vt actualiter perciperent numeros musica, vtque ad eius modos scirent corporis motus componere.

5. Confirmatur primò: propter eandem quippe rationem diuina sapientia, & prouidentia non comprobaretur iusta, quamuis abundantissima dedisset exteriora auxilia, si ex interioribus denegat aliquid simpliciter necessarium. Atqui inspicitur est sapientia à filiis suis, vt vidimus sect. 2.

6. Confirmatur secundò, nam sic meliùs cohæret cum proximè sequenti contextu de comparatione ciuitatum Galilææ cum Tyro, Sidone, & Sodomam, in quibus intelliguntur etiam interiora auxilia, vt ostendimus sect. sequenti.

7. Confirmatur tertio authoritate Patrum, quos retuli sect. 2. Vtuntur enim vocibus vniuersalibus, vt complectantur omnia, quæ ad salutem necessaria sunt. Quapropter complectuntur interna auxilia, quæ maximè necessaria sunt. Nam Chrysostronus vniuersaliter probat, nihil spectare ad salutem ipsorum, quòd iam adhibuit non sit. & Euthymius ait: Omni modo vsa est ad illorum salutem. Necnon Theophylactus: Qui nihil intermiserim. Omnia quæcumque oportebat, fecerat. S. Thomas: Fecit quidquid boni potuit; quòd debuit. Quid vltra debui facere vineæ meæ? &c. Rupertus: Quid vltra debui facere tibi?

7. Venio ad exemplum alterum auari diuitis, tractatum in sect. 3. quo, sicut & præcedenti, præfens regula declaratur, & confirmatur. Nam Abrahamus Dei nomine non bene probasset, sufficientem curam, & prouidentiam adhibuit fuisse procurandæ illorum hominum salutis, ex eo quòd haberent Moysen, & Prophetas, nisi cum illorum lege, atque prædicatione contulisset etiam interiora auxilia, quibus foret possibile, legem, & Prophetas audire. Ideo hæc fuisse collata, supponunt Patres ibidem citati, præsertim Chrysostronus illis verbis: Qui cuncta nobis vtilia procurat.

8. Clarior verò vis illustrationis vrgebit hoc modo. Sine Dei gratia interioris mouente, quilibet magister, & concionator, quantumcumque eximius, est nihil; sed Moyses, & Propheta omnes, ad docendum & exhortandum Israëli dati, non erant nihil: ergo non erant dati sine Dei gratia interioris mouente. Maior constat 1. Corinth. 3. Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Vbi communiter Patres intelligunt, nullius exteriorum doctrinam esse aliquid absque interiori gratia. Quòd vsque ad ipsius Dei exteriorum doctrinam extendunt Patres citati tomo de prouidentia Dei disput. 39. sect. 2. & 3. Minorem verò probant omnia testimonia præfentis sectionis. Nam contraria summopere distantia sunt, nihil dedisse Deum ad salutem necessarium, & nihil negasse necessarium ad salutem, sed omnia dedisse. Quòd sæpè testantur Scriptura sacra, & Patres, sect. 1. & huc vsque citati.

9. Nisi Deus cum externis miraculis præberet videtibus, quidquid erat simpliciter necessarium, vt actualiter crederent, si vellent; sequeretur vltra rationis limites progredi exaggerationem illam Ioannis cap. 12. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Responderent namque pro se ipsis increduli: licet pauciora leuioræque miracula nobis proposuiffet exterioris; si tamen interioris dedisset, quidquid erat simpliciter necessarium, vt actualiter crederemus; tunc forte credidiffemus. Alioqui negare aliquid interioris simpliciter necessarium, & exterioris multiplicare, & augere miracula, nihil aliud est, quàm occasiones accusandi captare.

10. Confirmatur præterea, quoniam simul cum externo aspectu Christi Domini, respicientis Petrum, data fuisse auxilia interiora, multorum Patrum authoritate probauimus tomo de prouidentia disp. 31. sect. 2. Imò etiam cum elementorum, & naturalium rerum cognitione interiorum gratiam illis proportione quadam respondentem à Deo communicari hominibus quantumcumque barbaris, ostendimus disp. 46. præcipue sect. 5. Insuper ad rei præfentis explicationem faciunt, quæ præcedenti tomo de prouidentia disp. 15. præcipue sect. 2. & 3. diximus de modo, & ratione, qua exteriora qualibet Deus solet conuertere in occasiones, & opportunitates gratiæ.

11. Magis directè, quàm cæteri præfentem regulam tradidit Prosper in epist. ad Demetriadem virginem, quæ apud Ambrosium est 84. pag. 8. dicens: In omnibus monitis Dei, atque mandatis vna, eadèque ratio est & diuina gratia, & humana obedientia (videlicet vt simul offeratur diuina gratia, & exigatur humana obedientia.) Nec ob aliud vniquam datur præceptum, nisi vt queratur præcipientis auxilium. Voces enim docentium, & literæ paginarum, qua ad eruditionem audientium, vel legentium Deo feruunt,

Verborum sensus.

4.

5.

6.

Scriptura sacra vna.

7.

8.

9.

10.

11.

1.

2.

Auxilia ad salutem requisita non mortua, sed animata sūt.

3. Ratione à priori probatur.

4. Exemplis corroboratur.

5.

6.

7. Auari exemplo confirmatur.

8. Magister sine Dei gratia nihil valet.

9.

10.

11.



ferunt, non carent eius virtute, cui ferunt. Nota præsertim postrema verba, quibus aperte ostenditur, Dei auxilia vires præsentia, latere in vocibus, & literis sacris, quasi virtutem illis, & robur ministrantia.

12. Quod idem supponit Gregorius homil. 4. in Evangelia prope initium, ubi rationem explicans, propter quam Apostoli per Spiritum prohibiti sunt in Asia prædicare, Actuum 3. sic loquitur: Tunc in illa erant, qui necdum ad vitam reparari merebantur: nec tamen gratius de contempta prædicatione iudicari. Subtili ergo, occultoq; iudicio à quorundam auribus prædicatio sancta subtrahitur, quia suscipiari per gratiam non merentur. Ergo gratia suscitans, seu excitans, quæ semper ex lege comitatur prædicationem, copiosior est illa, quæ datur hominibus prædicatione carentibus. Nam alioqui etiam illi, qui per gratiam suscipiari non merentur, potuissent excitante gratia priuari; quamvis eorum auribus prædicatio non subtraheretur; ideòque demeritum, puniendum subtraheretur gratia excitantis, non protinus inferret subtractionem prædicationis.

13. Sanctus Bonavent. lib. 4. Pharetra cap. 34. ante medium amplectitur prædictam Gregorii sententiam. Idemq; in lib. 2. sentent. dist. 28. art. 2. q. 1. ad 1. tractans illud Zach. 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, ait: Hoc ipso quod Deus imitat, & vocat, exhibet homini aliquod donum gratuitum, per quod excitetur, excitatisq; aliqualiter ad ipsum convertatur.

14. Omnia Concilia, & Patres, imò & vniuersi fideles agnoscunt, in frequentia diuini verbi prædicandi, & audiendi positam esse maximam vim, ut peccatores ad Deum reuertantur; & iusti in gratia perseuerent, & crescant. Hæc autem existimatio foret Catholica fidei contraria, nisi supponeret sancitam esse legem, simul cum Dei verbo audientibus infundendi excitantem, & adiuantem gratiam interiori: quam etiam ipsi fideles experiuntur, quando audiunt, nisi cordis aures liberè obstruant. Nam sine huiusmodi interiori gratia prodesse aliquid verbi prædicationem fuit primarius error Pelagij. Ad hoc respicere videtur Magistina Synodus Prouincialis c. 7. dicens: Præsentem gratiam, cum per alia media, tum potissimum in prædicatione Verbi ad conversionem hominis operari.

15. Quod ipsum explicatur in super, & confirmatur à contraria proportione demonis. Nam quoties de veneficis, & incantatoribus loquimur, & illorum verba, carmina, seu sortes, adhibita esse commemoramus, intelligimus subinde latentem in eis operationem demonis, neq; opus est, hoc amplius à nobis explicari: ergo potiori iure quotiescumque audimus Scripturam sacram, legem Dei, Christi Domini doctrinam, miracula, exempla, prædicationem Apostolorum, & cetera huiusmodi exteriora media; toties debemus intelligere in eis latentem virtutem, & operationem diuinæ gratiæ; neq; opus fuerit hoc amplius explicari tertio quoque verbo, quando commemorantur eiusmodi auxilia. Præsertim cum Pl. 73. Deus se ipsum appellauerit veneficum incantantem sapienter. Quapropter ad hanc rem faciunt, quæ retulimus ex August. præced. disp. 41. sect. 1.

16. Ex præcedentibus colligo, præsentem regulam ampliandam esse, atq; dicendum primò. Quotiescumq; nominatur aliquod ex auxiliis exterioribus, consideranda est illius quantitas, & qualitas,

vt ad illarum proportionem intelligantur esse collata interiora auxilia: veluti in elementis, & rebus naturalibus auxilia minima, in lege, & Prophetis magna, in prædicatione, & miraculis Christi Domini multò maiora; sed in eius passione maxima. Vnde Christus Dominus Ioan. 8. Cum exaltaueritis, inquit, Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Vbi notandum est, si præcisè consideretur exterius illud obiectum Crucifixi, summo opere aptum fuisse ad occultandam potius, quam manifestandam Christi Domini diuinitatem cuiusq; intellectui, gratia destitutum. Quapropter si præ ceteris omnibus obiectis potissimum fuit ad conuertendos obstinatissimos, qui ceteris auxiliis non crediderant; id propterea fuit, quoniã simul cum illo obiecto, exterioribus oculis propofito, concedebatur interior gratia ita copiosa, vt pro dignitate illius obiecti excellentia responderet.

Vnde Aug. tract. 40. in Ioan. prope initium ita exponit: Nihil aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros, quis esset. Proculdubio ergo videbat ibi aliquos, quos ipse nouerat, quos ipse cum ceteris Sanctis suis ante constitutionem mundi prædicando elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi, quos assidue commendamus, & ad imitationem cum magna exhortatione proponimus; nisi enim desuper Spiritu sancto post Domini passionem, & resurrectionem, & ascensionem, cum miracula fierent in eis nomine, quæ tanquam mortuum persequentes Iudæi contempserunt, compuncti sunt corde, & qui sciantes occiderunt, nuntati crediderunt, & quem sanguinem sentiendo fuderunt, credendo biberunt illa tria millia, & illa quinq; millia Iudeorum, quos ibi videbat, quando dicebat: Cui exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Quare hoc, nisi vt nemo desperaret in quocumq; scelere malo sibi confisus, quando videat eis donari hominidum, qui occiderant Christum? Eadem, quæ Augustinus, obseruat D. Thomas in suo commentario in Ioannem.

Ne fortè respondeat aliquis, interiora auxilia illis solummodo fuisse concessa, qui de facto crediderunt, animaduertat, spem salutis, atq; possibilitatem credendi vniuersaliter ad omnes, quantumcumq; sceleratissimos extendi in eodem loco ab Augustino, quando paulo inferius subdit: Hoc oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerant credituri, quibus dixit: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Quare hoc, nisi vt nemo desperaret in quocumq; scelere malo sibi confisus, quando videat eis donari hominidum, qui occiderant Christum? Eadem, quæ Augustinus, obseruat D. Thomas in suo commentario in Ioannem.

Propter eandem rationem interiora auxilia sic exterioribus proportionantur, vt ad eum affectum interiori vehementius inclinent, ad quem exteriora magis propendunt; veluti amorem, lætitiã, timorem, siue tristitiam. Vnde sumitur peculiaris ratio, totam superiorem doctrinam confirmans; quia foret extremæ crudelitatis, Deum atrocissimis flagellis percutere eos ipsos, quos interiori gratia, ne corrigantur, destituit; & nihilominus iactare in corrigendo affectum patris erga filios, atq; illis impropere, quod non nisi flagellis intelligant: imò etiam illi attriti non corrigantur. Cuiusmodi est illud I. 28. Sola vexatio intellectum dabit auditui. & I. 1. Super quo percutiam vos, vltis addentes prænariatione, &c. & Ierem. 2. Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt. & id genus plurima in libris Prophetarum.

Ex dictis infero, & dico secundò. In sermone quorumcumque Patrum, atq; Theologorum sub nomine exteriorum auxiliorum, veluti legis, Scripturæ, Prophetiæ, prædicationis, &c. intelligenda sunt præcipue interiora auxilia gratiæ; quamuis illius

17.

18.

19.

20.

illius non faciant expressam mentionem. Quod vsque aded certum est, vt iidem ipsi Patres, qui vehementius incumbunt, ad prædicandam interioris gratiæ necessitatem, sæpe aliàs hominibus impropere, quòd talibus prædicationibus, exemplis, miraculis beneficiis, flagellis, non respicerint, cura potuissent, si vellent, conuerti: tunc verò nullam faciunt expressam mentionem interioris auxiliij. Cuius locutionis exempla plurima sparsim commemorauimus supra, & multo plura occurrunt assidue legentibus Augustinum, Prosperum, Fulgentium, Hieronymum, Hilarium, Gregorium, & alios Patres.

SECTIO V.

Exprobratio trium ciuitatum Galilææ probat eandem sufficientiam, cui desit nihil requisitum ad actualiter operandum.

1. Totum globum & collectionem beneficiorum, quæ collata sunt tribus ciuitatibus Galilææ, tanquam exteriora, & interiora remedia salutis, ita fuisse plenam & integram in ratione sufficientiæ, vt absque vilo alio additamento, vel complemento, simpliciter necessario, obtinisset actualiter pœnitentiam Ethnicis Tyriis, & Sidoniis. Probatur Matth. 11. & Lucæ 10. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Va tibi Corazain, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. Atque simili prorsus modo Capharnaum cum Sodomis comparando exprobrat. Eadem ferè vis est apud Ezechielem cap. 3. Vade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos: non enim ad populum profundi sermonis, neque ignota lingua tu mitteris. & infra: Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te: domus autem Israël nolunt audire te, quia nolunt audire me.

2. Quatuor hæc occurrunt obseruatione digna. Primum est certa Dei scientia de pœnitentia, quam facturi fuissent Tyrij, Sidonij, & Sodomitæ, si apud illos factæ fuissent virtutes Christi Domini, & Apostolorum, quæ apud Galilæos factæ sunt. De hac scientia plura diximus tomo de scientia Dei disp. 60. & seqq.

Secundum est, Tyrios, & Sidonios non solum conditionaliter facturos fuisse olim, sed etiam post Christi Domini resurrectionem de facto pœnitentiam egisse ad prædicationem, atque miracula Apostolorum, maiori Iudæorum parte adhuc in sua pertinacia resistente.

Tertium, hanc exprobrationem in eo consistere, quòd Iudæi maiora beneficia, & clariorem lucem contempserint; cum tamen illius ductum Ethnici sequuturi fuissent eodem tempore, & postea de facto fuerint sequuti.

Quartum ex præcedentibus deductum est comparatio malitiæ in peccato infidelitatis, quæ in Iudæis grauior esse conuincitur, quàm in Ethnicis, ac proinde grauiori supplicio plectenda in supremo iudicio. Hæc & similia notata reperies apud omnes expofitores Matth. 11. & Lucæ 10. Hieronymum, Chrysostomum, Theophylactum, Euthymium, Hilarium, Anselmum, Glossam Or-

Ruiz de Prædestinatione.

dinariam, Interlinealem, Thomam, Hugonem, & Lyram Matth. 11. necnon Ambrosium, & Bedam Lucæ 10. Quibus adde Irenæum lib. 4. aduersus hæreses cap. 70. prope medium, ubi reddit rationem, ob quam intolerabilius supplicium subibunt, qui non crediderunt Christo Domino: Quia maiorem donationem paternæ gratiæ per suum aduentum effudit in humanum genus; & plus est exacturus ab eis, quibus plus dedit.

Ne conclusio, quam in præsentem probamus, confundatur, & inuoluatur cum alia, quæ non est huius loci, nec temporis, neve nostra verba detorqueantur ad sinistrum sensum, admoneo, duplicem æqualitatem considerari posse in omnibus rebus habentibus vim effectiuam. Altera æqualitas consistit in quantitate extensionis, vel intensionis; altera verò æqualitas consistit in iis rebus præcisè, quæ requiruntur ad efficiendum. Quo sensu ouum quantitate minus, erit aliquando maius, quàm alterum quantitate maius, quoniam illud continet semen sanum, & validum; sed ouum alterum, quod est quantitate maius, aut caret semine, vel habet iam corruptum. Sic etiam animalia castrata, solent vtrplurimum esse quantitate maiora, sed quantum ad integritatem virtutis actiuæ non sunt æqualia, sed minora. Hoc igitur secundum æqualitatis genus, continens quiddam erat simpliciter necessarium, vt actualiter agerent pœnitentiam, intelligo deinceps quoties infero, Galilæis fuisse datum auxilium non minus, sed æquale auxilio, quod ab Ethnicis obtineret de facto pœnitentiam, si daretur illis, æquale, inquam, in actu primo in ratione principij causantis operationem. De alia verò æqualitate quantum ad intensionem, aut extensionem, aut multiplicationem, & abundantiam donorum, sine quibus potest obtineri salus, nihil in præsentem curamus.

Hoc igitur sensu, salutis remedium, & adiutorium Galilæis datum æquale fuisse, probatur, quia nisi talis æqualitas subintelligatur, erunt omnino nullæ vires illius argumenti, quo Redemptor in prædictis verbis vitur ad explicandam, & impropere malitiam Galilæorum. Hoc autem magis constabit refutando solutiones quorundam Theologorum in hac & in sequenti sectione.

Primum igitur, & præcipuam solutionem Dominicus Bañes tradit 1. part. quæst. 23. art. 3. versus finem, & ad motiua, his verbis: Idem est dicere, pœnitentiam egissent, & dicere, Deus dedisset illis pœnitentiam; certum est enim, quòd pœnitentiam agere donum Dei est; quod non recipit ille, qui non agit pœnitentiam. Quòd si roges, quare dicit Christus Dominus, quòd postis illis miraculis, Deus daret pœnitentiam Tyriis, & Sidoniis, quam non dabat Iudæis, efficaciter emolliendo corda eorum, vt conuerterentur? Respondeatur, quòd in hoc Christus Dominus significare voluit, quòd Iudæi erant peiores Tyriis, & Sidoniis: siquidem propter maiora illorum peccata, & demerita denegabatur illis iustè auxilium illud efficax pœnitentiæ salutaris, cuius auxiliij minus indigni erant Tyrij, & Sidonij: ad quos si Christus venisset prædicans, & miracula faciens; Deus misericorditer emolliet eorum corda minus indigna; & ideo remissius erit illis in die iudicij, quàm perfidis Iudæis. Et post pauca: Est igitur mens, & intentio Christi Domini, maiora peccata, grauioremque cordis duritiam obicere

R r Iudæis

4. Conclusio sensus declarationis. Æqualitas duplex.

5. Probatio conclusionis.

6. Solutio prima.

Interiora auxilia iuxta qualitatem & quantitatem exteriorum collata.

Sed in mine exteriorum auxiliorum in maiora præcipue intelligenda.

Iudæis supra Tyrios, & Sidonios, & supra Niniuitas, & Sodomitas. Eandem solutionem quibusdam appendicibus auctam atque munitam sequuntur alij Theologi huius temporis.

7. *Refutatur.*

*Actualis poenitentia donum Dei.*

Cæterum illam argumento non satisfacere, ostendo, distinguendo, atque explicando priores illius propositiones. Dico igitur primò. Certum est, actualiter poenitentiam agere, esse donum Dei, quod de facto non recipit ille homo, qui non agit poenitentiam: ac proinde in aliquo sensu vera est altera propositio, ad quam probandam afferunt hæc veritas, videlicet, idem est dicere, poenitentiam egissent, & dicere, Deus dedisset illis poenitentiam. Eadem tamen propositio non est vera in eo sensu, in quo eam usurpat prædicta solutio. Intelligit namque, quod Deus Tyriis, & Sidoniis poenitentiam dedisset, conferendo talem concursum independentem ab exercitio libertatis, quo dato, foret absolute impossibile, Tyrios actualiter omittere poenitentiam: sicut independentem ab actuali exercitio libertatis Galilæis negabatur idem concursus, qua negatione præsupposita, fuit absolute impossibile Galilæos actualiter poenitere.

8. *Actualis poenitentia donum Galilæis daretur, si ipsi voluissent.*

Alter verò sensus eiusdem propositionis verus, & ex sacris literis, Conciliorum, atque sanctorum Patrum autoritate depromptus, hic est: Deus, quod ex se erat, promptus fuit, atque paratus, vt Galilæis præberet hoc donum, quod est actualiter poenitentiam agere, si voluissent ipsi actualiter illud recipere: atque hoc ipsum actualiter recipere, fuit illis absolute possibile virtute auxiliorum, quæ de facto illis collata, & oblata sunt à Deo. Quæ omnia si præberentur Tyriis, & Sidoniis, ipsi actualiter reciperent, & cooperarentur; ideoque non impedirent, quominus Deus illis re ipsa confertret illud donum actualiter poenitendi.

9.

Hæc vt explicemus radicatus, est notandum, in præfenti controuersia semper accipiendum esse auxilium secundum completam, & totalem rationem principij præcisè consideratam, abstrahendo ab actuali concursu in actu secundo. Quod si velis actualem concursum in actu secundo comprehendere sub nomine auxilij, de quo disputamus; debes illum actum secundum intelligere præcisè, prout est in præparatione, ac promptitudine Dei, vt illud conferat volentibus admittere, nullam imponendo antecedentem necessitatem, neque vt de facto recipiatur, neque vt de facto non recipiatur.

10.

Id clariùs fiet, si præfenti exemplo applicetur. Nam totum illud auxilium, quod prædictis ciuibus Galilææ de facto collatum est, vt actualiter poeniterent, si vellent, includebat quidquid quomodocumque iuuare potuit, aut impedimenta remouere poenitentia, ac proinde vltra exempla, doctrinam, & miracula Redemptoris, includebat non solum quemlibet concursum, in actu primo paratum ex parte Dei, & habitus fidei, & spei, quibus præditi erant, priusquam prædicationi Christi Domini dissentirent, necnon illustrationem intellectus, & suauitatem, seu inspirationem voluntatis; sed etiam quidquid ex parte imaginatiuæ, & appetitus sensitui, aut exteriorum sensuum, & quidquid externæ protectionis necessarium erat, arcendo tentationes dæmonis, & prauorum hominū; necnō quidquid externæ opportunitatis, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum erat simpliciter requisitum.

Prædicto globo auxiliorum per intellectum collecto, & colligato, debes ab illo præscindendo refecare actualem concursum Dei cum libero arbitrio, & actualem concursum liberi arbitrij cum Deo, necnon actualem resistentiam atque dissentium. De illo globo ita præcisè præfens controuersia tractat, vtrum ille totus & solus Tyriis, & Sidoniis foret satis, vt actualiter poenitentiam agerent pro suo libero arbitrio diuinæ gratiæ cooperante, absque vlla vltiori realitate, completo, seu applicato auxilium in actu primo. Et consequenter in eadem controuersia inquirimus, vtrum saltem in manu, & potestate Galilæorum fuerit habere quidquid erat simpliciter requisitum, vt actualiter poenitentiam agerent; ac proinde etiam habere, quando voluissent, actualem concursum Dei ad poenitentiam, & illud ipsum donum, quod Tyriis & Sidoniis conferendum esset, si Christus Dominus apud eos prædicasset.

Dico igitur secundò, Tyriis, & Sidonij, Christo Domino apud eos prædicante, forent actualiter poenitentiam acturi; quamuis ex parte sua Deus non conferret, nec offerret aliquid simpliciter requisitum, quod Galilææ ciuibus non contulisset, aut obtulisset. Itaque illa comparatio, à Christo Domino facta, intelligenda est cæteris paribus, ac proinde seruata æqualitate auxiliorum in actu primo, saltem quoad illa, quæ sunt simpliciter necessaria ad actualiter poenitendum: & nisi hoc intellectu accipiatur exprobratio Christi Domini, redditur falsa, vel iniusta, & sibi malè cohærens.

Hæc assertio probatur primò, quia si discursus Christi Domini, Iudæos esse peiores Tyriis, & Sidoniis, ac magis indignos integro, plenòque adiutorio, probat ex eo, quoniam hoc adiutorium de facto negatum est illis, & iuste; cæterum misericorditer concederetur Tyriis, & Sidoniis: eodem, vel fortiori argumento probare poteris contrarium, videlicet Tyrios, & Sidonios fuisse peiores, & magis indignos illo pleno, & integro adiutorio, cui nihil defuisset simpliciter necessarium; quoniam non solum istud negatum fuit illis eo tempore, sed etiam illis negatum fuit potentissimum adiutorium præfentia, prædicationis, & miraculorum Christi Domini. Constat autem hoc argumentum esse fallax, & falsum concludere contra citatum textum Euangelij: igitur Christus Dominus non vitur hoc genere argumentationis.

Confirmatur, quia si propter leuora crimina Tyriorum dignum erat diuina misericordia illis præbere efficacem gratiam ad credendum, supposita prædicatione: similiter dignum foret illis præbere prædicationem, & miracula. Sicut enim peccata leuora reddunt Tyrios minus indignos efficaci gratia; ita etiam reddunt minus indignos prædicatione, & miraculis: vt aperte constat ex cap. 4. Luca, vbi Christus Dominus ex professio probat, Prophetas minora miracula edere apud cognatos, quàm apud exteras gentes: & huius causam esse maiorem inuidiam, superbiam, & incredulitatem cognatorū, vt fusiùs dicemus sect. 7.

Sed magis à priori probatur secundò, nam ex eo, quod auxilium efficax pro Dei liberalitate præbendum foret Tyriis, non bene colligitur illos fuisse minus indignos: ergo Christus Dominus non intendebat significare, Tyriis fuisse tribuendum auxilium efficax. Inde namque nullo modo

11.

12.

*Tyrii, & Sidonij Christo prædicante, actu aliter poeniterent.*

13.

14.

15.

modo probaret, grauiore esse culpam, & indignitatem Iudæorum. Antecedens probatur, quoniam auxilium efficax non raro, sed multoties conceditur magis indignis, atque id pertinet ad inscrutabilia iudicia Dei, quæ communiter Patres, & præferrim Augustinus venerantur, & se ignorare fatentur, vt vidimus supra disp. 9. sect. 2. & 3. Ergo fallax erit argumentum, quo probaueris, hunc hominem esse magis sceleratum, & magis indignum auxilio pleno, & integro, quoniam illi de facto negatum fuit.

16. *Quandoque auxilium efficax datur indignis, & alijs nulla indignitate impeditur negatur.*

Confirmatur, quia non solum minus indignis, sed etiam nulla prorsus indignitate impeditis Deus denegat auxilium efficax, quod tamen concedit multis hominibus indignissimis, & sceleratissimis: fallax ergo foret collectio Christi Domini, si Galilæos inde probaret indigniores, & sceleratiores esse, quàm Tyrios; quoniam his concedendum foret auxilium efficax. Huius illationis vis explicatur exemplis. Fallax namque argumentum esset, si Luciferum, & cæteros illius sequaces ante lapsum fuisse sceleratiores, & indigniores quibuscumque hominibus peccatoribus, qui postea poenitentiam agentes salutem sunt consecuti; inde probares, quoniam his hominibus concessum est auxilium efficax ad perseuerandum; quod tamen illis Angelis negatum fuit. Nec minus fallax foret argumentum, si primos parentes in statu innocentia fuisse magis indignos, magisque sceleratos Saulo, Magdalenâ, & alijs peccatoribus, inde probares, quoniam primis parentibus negatum est auxilium efficax ad illam tentationem superandum: at verò his peccatoribus concessum est auxilium efficax ad superandas tentationes, quæ in peccatis retinebant, & à conuersione retardabant.

17.

Committeretur denique fallacia eadem circa quoscumque iustos, qui labuntur in mortale peccatum, si comparantur cum peccatoribus redeuntibus in gratiam. His enim datur auxilium efficax, illis verò negatur: & tamen inde non licet colligere, hos peccatores minus indignos esse, quàm illos iustos.

18.

*Puerorū collectiones duas comparatur.*

Probat tertio, considerando duas collectiones puerorum, peruenerunt ad vsum rationis, antequam vllum peccatum mortale committant: alteram collectionem puerorum, qui nati sunt in tribus illis ciuitatibus Galilææ; alteram collectionem eorum, qui nati sunt Tyri, & Sidone, & Sodomæ. De quibus sic argumentor. Hebræi pueri sunt minus indigni diuina gratia efficaci ad vitanda peccata grauiora; siquidem sunt gratia præditi, quam in circuncisione acceperunt, & nondum amiserunt: reliqui autem pueri sunt verè inimici Dei, propter peccatū originale, nondum remissum; ac proinde magis indigni gratia efficaci ad vitanda crimina grauiora: aut certè vt minimum pueri Hebræi non sunt magis indigni, quàm Ethnici pueri. Ergo ad vitanda grauiora peccata pueris Ethnicis Deus de facto non dedit gratiam efficacem maiorem, neque sæpius, quàm pueris Hebræis. Quod argumentum vrbegit magis, si per singula peccata discurras, prius per primum peccatum, quo efficaciter vitato per pueros Hebræos melius, quàm per Ethnicos, idem colligitur de secundo; & sic de reliquis. Constat autem consequens huius argumenti esse falsum, & contra intentionem Euangelij. Ergo Christi Domini discursus non agit de gratia efficaci, quæ data esset Tyriis, attendendo ad eorum minorem

*Ruiz de Prædestinatione.*

indignitatem, & quæ negabatur Iudæis propter maiorem indignitatem.

Confirmatur, accipiendi eos tantum pueros, qui tempore Christi Domini peruenerunt ad vsum rationis, & antequam mortaliter peccarent, acceperunt ad eum, & aliquid ab eo audierunt illius ætatis captiui accommodatum, de quibus dixit: *Sinite paruulos venire ad me.* De illis interrogo, vtrum omnes crediderint in Christum Dominum? Si affirmes; consequens erit, vt illi omnes, postea grandiores facti, digni essent, quibus efficax auxilium daretur ad perseuerandum in fide magis, quàm Tyriis, & Sidonij: ac proinde illi Iudæi à quadraginta annis post passionem non fuissent pertinaces, quia in pueritia ante indignitatem auxilij efficaci eos doctrina Christi Domini præoccupauit. Si autem dicas, non omnes, neque plures illorum, sed paucos credidisse; consequens est, vt minus impeditis hominibus, proposita doctrina Christi, adhuc non detur auxilium efficax.

19.

Probat quartò, comparando hæc duo beneficia inter se. Alterum est Christi Domini præfentia, externa prædicatione, & miracula, sine auxilio tamen efficaci, simpliciter necessario ad vitanda grauiora crimina præcedentia, & ipsam etiam incredulitatem, qua resistebant Christo Domino. Alterum beneficium est efficax gratia ad vitanda grauiora crimina, sed sine præfentia, & externa prædicatione, ac miraculis Redemptoris. Peto nunc ab authoribus prædictæ solutionis, quod istorum beneficiorum sit maius in ratione beneficij; si dicant, primum beneficium esse maius; consequens est, de facto maius beneficium datum esse Iudæis magis indignis, & minus beneficium datum esse Tyriis, & Sidoniis, minus indignis. Ergo quamuis Christus Dominus dicat, daretur poenitentia Tyriis, non eo ipso dicit, illos esse minus indignos: siquidem maiora beneficia de facto conceduntur magis indignis in hoc ipso Euangelico contextu. Quapropter opus est vt alio modo eorum malitiam conuincat, esse grauiorem malitia Ethnicorum.

20.

*Beneficia duobus comparatur.*

Quod si respondeant, maius esse beneficium secundum, nimirum, collationem efficaci gratiæ ad vitanda grauiora crimina, etiamsi negata fuerit Christi Domini præfentia, prædicatione, & miracula; inde sequitur, in verbis citatis Christi Domini non esse veram, & propriam rationem exprobrationis, quæ in eo consistit, quod Iudæi, maioribus beneficiis acceptis, fuerint magis ingrati, quàm forent Tyrii, & Sidonij, minoribus beneficiis acceptis. Quo inconuenienti concessio, funditus euertuntur omnium Patrum expositiones locis, quos citauimus num. 3. & paulò inferius referemus. Vtrumque verò inconueniens vitari non potest, nisi dicas, auxilia, seu beneficia ex parte Dei oblata, & parata, fuisse Iudæis maiora, quàm Ethnicis; sed Iudæos pro sua libertate se ipsos determinasse ad resistendum illis auxilijs, quibus actualiter consentire erat illis absolute possibile absque vilo alio complemento principij effectiui, quod independentem ab exercitio libertatis, negatum fuerit Iudæis, sed Tyriis, & Sidoniis foret concedendum.

21.

*Præoccupatur responsio.*

Probat quintò, quia exprobratio illarum ciuitatum nititur comparatione: at verò comparatio semper debet fieri, cæteris paribus; alioquin nihil valebit argumentatio: veluti si arguatur probet esse maioris pretij, quàm aurum, quia

22.

*Comparatio cæteris paribus fieri debet.*

R r 2

magnum

magnum vas argenteum opere artificiosissimo elaboratum, plurimoque pretioso lapide ornatum, sit maioris pretij, quam vnus, aut alter nummus aureus, nulla est vis argumenti. Quamobrem in Evangelica comparatione nulla foret vis ad probandum, Galilaeos esse deteriores, & obstinatioris Tyriis & Sidoniis; si supponeret his concedendam fuisse rem aliquam simpliciter necessariam, vt actualiter poeniterent; eandem verò Iudaeis fuisse negatam independentem ab exercitio libertatis humanae.

23. Exemplo res confirmatur.

Exemplum esse potest dux, qui ignauo, & timido nauat: ita exprobraret. Tu non vis hodie portu soluere; & alter naura mare transmisisset hoc ipso die. nam subintelligendum esset priori nauat non defuisse nauim, neque vela, caeteraque simpliciter necessaria ad actualiter nauigandum. Alioqui ignauus naua iure responderet exprobranti: Tribue mihi nauim, aequè bene instructam, & expeditam, vt alteri; & mare transmittam, vt ille transmisisset. Quod si dux respondeat: Tibi propterea tribuo minus bene instructam nauim, ac destitutam aliquo simpliciter necessario ad actualiter nauigandum, quia tu magis indignus es, propter tuam praecedentem ignauiam; respondebit adhuc idem naua, interrogando, Qua de causa ad vitandam primam meam ignauiam in nauigando non dedisti mihi nauim ita bene instructam, & expeditam, sed dedisti destitutam aliquo simpliciter necessario ad actualiter nauigandum, & ligatam antecedenti impossibilitate actualiter nauigandi. Quod si prima ignauia exprobratione non est digna, quia non processit à mea indignitate maiori, quam alterius nauat; siquidem ante primam ignauiam eramus indignitatis omnino paris; consequens est, vt reliquae ignauiae, quae sequuntur postea, non sint praedicta exprobratione dignae; siquidem in illis omnibus, sine indignitate ex parte mea, quae sit maior, quam indignitas alterius nauat; negatur mihi aliquid simpliciter necessarium ad actualiter nauigandum; quod tamen alteri nauat conceditur.

24.

Eadem ergo ratione Galilaei potuissent cum Christo Domino expostulare, ea praesertim causa, quoniam ante primum personale peccatum non erant indigniores adiutorio pleno, & integro, requisito ad primum peccatum. Rursus quodcumque fuit illud peccatum, quo Galilaei coeperunt excedere peccata Tyriorum, & Sidoniorum, ante illud nullus erat excessus indignitatis, & tamen Tyriis datum est illud plenum, & integrum adiutorium, quo vitarent illum grauitatis excessum. Quocirca si per ordinem singula quaeque adiutoria plena & integra pro peccatis euitandis, quae data sunt Tyriis, data fuissent Galilaeis: vel si contra pariter vtrisque negata fuissent, nullus inter eos foret scelerum, & indignitatis excessus. Vnde tandem concluditur, iniuste accusari Galilaeos, quod sceleratioris & indigniores se ipsos praebuerint ad praedicta auxilia recipienda.

25.

Confirmatur, quoniam Aristoteles frequenter in Topicis lib. 3. & 6. tractans locum à comparatione, semper supponit, subintelligenda esse caetera paria. Peculiariter tamen ad rem praesentem notanda est cautela, quam praecipit comparationibus adhiberi, quando consurgunt ex diuersarum rerum appositione, 3. Topicor. cap. 3. prope medium: *Cautere, inquit, oportet, extendere*

ad ea, in quibus altero quidem oppositorum vitur, commune, vel alio quolibet modo cooperatum est: reliquo autem non vitur, neque cooperatum est, vt *ferra, & falce, cum arte fabrilis: nam eligibilior ferra consociata, simpliciter autem non est eligibilior.* Vnde constat, falcem non debere comparari cum ferra, nisi copuletur falx cum arte sibi propria, videlicet agricultura, quae illa tanquam instrumento vitur ad fruges, vitelque colendas. Qua comparatione facta, secundum Aristotelem hoc loco, probabitur, falcem esse perfectius, & eligibilius instrumentum, quam ferra; quoniam ars, quae illa vitur, est dignior, & vtilior, & compositum resultans ex agricultura, & falce simul consociatis, est dignius, & vtilius, quam compositum resultans ex arte fabrilis, & ferra.

26.

Fallacia eadem committeretur in Evangelio, si liberum arbitrium Tyriorum, & Sidoniorum coniungeret cum auxilio praedeterminante, atque mouente illud tanquam instrumentum: at verò Galilaeorum liberum arbitrium destitueret simili auxilio praedeterminante, & mouente idem instrumentum ad agendum: & ex tali comparatione colligeret melius fuisse arbitrium Tyriorum, & Sidoniorum, & magis sceleratum fuisse arbitrium Galilaeorum. Quoniam hoc vtrumque instrumentum non debuit comparari, nisi coniungendo vtrumque cum virtute mouente, cuius instrumentum esse debet ad supernaturales operationes, & sine qua impossibile est actualiter operari.

27. Praecedentes probationes corroborantur conuisione, quam intulit Christus Dominus: *Tyro & Sidoni remissus erit in die iudicij, quam vobis.* Quod si remissior erit pena, leuior est culpa Tyriorum, & grauior culpa Galilaeorum. Porro incredulitatis, & impenitentij culpa non alia ratione grauior erat Galilaeis, nisi quoniam clarior, & abundantior notitia veritatis possibilitatem augebat. Supponitur ergo, illis fuisse possibile actualiter credere, ac poenitere. Quod si negato aliquo auxilio simpliciter necessario, istud redderetur impossibile, iam maior notitia, & cumulatior beneficia non poterant Galilaeorum culpam reddere grauiorem.

28.

Septimo probatur, quia praedicta exprobratio Christi Domini primario dirigitur contra peccatum infidelitatis, & obstinationis, quo actualiter resistebant eius doctrinae, atque miraculis, vt ex ipso contextu constat, & omnes Patres supra citati, & infra citandi significant, & ex alijs locis colligitur, vt Ioan. 16. *De peccato quidem, quia non crediderunt in me.* At verò solutio, quam impugnamus, Evangelicam exprobrationem primario dirigit contra ea tantum peccata grauiora, propter quae negabatur Galilaeis gratia efficax simpliciter necessaria ad non resistendum doctrinae Evangelicae, atque miraculis: secundario autem dirigit contra incredulitatem, & obstinationem illorum, quatenus haec necessario consequitur ex eo, quod negata fuerit efficax gratia ad credendum. Sed quia propter grauiora peccata praecedentia negata est, ideo propter illa, & in illis imputatur. Itaque secundum hanc solutionem non habet imputabilitatem sibi propriam & peculiarem, peccatum infidelitatis Iudaeorum.

29.

Confirmatur primo, nam sequentia peccata, quae vitare non est in potestate peccatoris ex suppositione praecedentis peccati, ea imputantur eodem prorsus modo, siue sequantur de facto, siue impe

impediuntur ab alia persona subtrahente materiam, & occasione illorum, vt constat in peccato homicidij, quod expertus fuerit aliquis consequi ex sua ebrietate: vt fufius ostendimus 1. 2. quaest. 73. art. 8. At verò si Christus Dominus non venisset, & locutus fuisset Iudaeis, peccatum non haberent: si opera non fecisset in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem excusatione non habent de peccato suo, Ioan. 15. Ergo incredulitas, & obstinatio Iudaeorum, resistens doctrinae, atque miraculis Christi Domini, non eam solum imputabilitatis rationem habuit, quoniam ex praecedentibus grauius peccatis indigni constituti sunt, quibus Deus tribueret gratiam efficacem, simpliciter necessariam ad credendum; sed habuit suam peculiarem imputabilitatem, prouenientem ex ea peculiari possibilitate credendi actualiter, quam possibilitatem assererebat doctrinae, & miracula Redemptoris consociata internis auxilijs, sibi proportionatis.

30. Praecipue solutio.

Confirmatur secundo, quoniam si dicas, Iudaeis exprobrari, quod ex sua maiori malitia magis resisterent miraculis, & doctrinae Evangelicae, quam Tyrijs resisterent; & maiora peccata cumulauerint, quam Tyrijs cumulaissent: peto iterum à te, vtrum ad euitandam illam grauitatem peccatorum, vitandumque illum excessum pertinaciae resistentis Evangelio, supponatur concedenda fuisse Tyrijs gratia efficax simpliciter necessaria, & neganda Iudaeis. Nam si hoc affirmauerit, consequenter dices, ita dispositum esse propter peccata praecedentia grauiora Iudaeorum, & leuiora Tyriorum: ac proinde tota ratio imputandi, & exprobrandi reuocabitur ad ea peccata, quae praecesserunt ante doctrinam Evangelicam. Si autem Deus, quod ex se est, paratus erat aequè Iudaeis, atque Tyrijs dare efficacem gratiam, ad non resistendum doctrinae Evangelicae, id ipsum est, quod nos intendimus. Sed de hoc plura sect. seq.

31.

Probatur octauo, quia factis in Tyro, & Sidone virtutibus, quae factae sunt in Galilaea, & caeteris omnibus auxilijs externis, & internis aequaliter oblatis, quantum est ex parte Dei, Tyrijs, & Sidonij non essent acturi poenitentiam: vt docet haec solutio, quam impugnamus. Ergo absolute & simpliciter vera est haec propositio: *Si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quae factae sunt in Galilaea, non egissent poenitentiam; sed haec propositio falsa est, cum repugnet propositioni affirmatae à Christo Domino: ergo solutio, ex qua haec propositio sequitur, falsa est.*

32.

Confirmatur: vt minimum quippe sequitur, secundum maiorem rigorem sermonis, magisque proprium sensum comparationis veram esse propositionem, quae asserit, non fuisse acturos poenitentiam, quoniam illa loquitur, caeteris paribus, quod pertinet ad rigorem, proprietatemque sermonis. Hanc autem propositionem non posse vt veram admitti clariùs docuit Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 9. post medium, vbi ait: *Numquid possemus dicere, etiam Tyrios, & Sidonios, talibus apud se virtutibus factis, credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent in eis? Ipse Dominus attestatur, quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam, si in eis facta fuissent diuinarum illa signa virtutum.* Idem colligitur ex verbis Petri Diaconi de Incarn. & grat. Iesu Christi cap. 7. dicentis: *Cur is, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, tam multos virtus*

res fecit in Corozain, & Bethsaida; & nullam harum in Tyro, & Sidone facere voluit, vbi se facta fuissent, sicut ipse testatur, forsitan in cinere, & cilicio poenitentiam egissent? Hoc argumento Petrus Diaconus contra Semipelagianos probat, Deum suo iudicio incomprehensibili, sed iusto, deserere multos, quos posset saluare, si vellet. Vnde supponit aperte, Tyrios, & Sidonios verè fuisse acturos poenitentiam, & consequuturos salutem, si apud illos facta fuissent illae virtutes. Idem eadem ratione colligitur ex Prospero ad Excerpta Genuesium dub. 8. à medio, & ad capita Gallorum, sententia 8.

33.

Probatur nono, quoniam in sacris literis quoties promittuntur, aut impropertantur praedictio, atque virtutes, intelliguntur viua, & animata, nimirum coniuncta cum interiori auxilio, simpliciter necessario, ad salutem actualiter consequendam: vt ostendimus sect. 4. Ergo quando Christus Dominus Iudaeis impropertat, quod apud illos facta fuerint virtutes, intelligit coniunctas cum auxilio simpliciter necessario ad salutem actualiter consequendam.

34.

Confirmatur, nam hoc auxilium simpliciter necessarium datum fuisse ciuitatibus, quibus Christus Dominus exprobrat hoc loco, significant ferè omnes expositores sub initium praesentis sectionis citati, dum dicunt esse inexcusabiles. Sed clariùs, qui sequuntur Doctores. Primo Augustinus lib. de bono perseuerant. cap. 9. post med. ait: *Facile est, vt infidelitatem accusemus Iudaeorum, de libera voluntate venientem; qui factis apud se tam magnis virtutibus, credere noluerunt. Quod Dominus increpans arguit, & dicit: Vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, &c.* Nota infidelitatem Iudaeorum venire de voluntate non ligata, sed libera, & credere noluisse: ergo impossibilitas actualiter credendi non fuit causa incredulitatis, sed sola voluntas.

Patrum auctoritas idem probat.

35.

Se undò Gaudentius Brixienensis in serm. 3. de manducatione agni paschalis in medio, vtitur eisdem verbis Matth. 11. vt probet, incredulitatis culpam non ex Dei praesentia, sed ex libero arbitrio prouenire. Peculiariter notandum est illud Gaudentij: *Libertatem diximus arbitrij, quia voluerunt Iudaei facere, quod fecerunt; & vtrique si voluissent, non fecissent.* Recole, huiusmodi conditionem denotare potestatem liberam & expeditam cum omnibus requisitis ad vtramque partem contradictionis. Quo supposito collige, praedictam exprobrationem ita intelligi à Gaudentio, vt Galilaeis nihil defuerit requisitum ad actualiter credendum.

36.

Tertio. Imò non solum Iudaeos, illustratos Christi Domini praedicatione, & miraculis, sed etiam Tyrios, & Sidonios, qui hoc lumine carnerunt, habuisse liberam potestatem, vt si vellet, actualiter consequerentur salutem; idque necessarium fuisse, vt iuste damnarentur propter neglectam salutem, docet Augustinus in Enchirid. cap. 95. vbi de Tyriis, & Sidoniis sic loquitur: *Neque vtrique Deus iniuste noluit saluos fieri, cum posset salui esse, si vellet.* Obserua conditionalem, cuius vim repetebam supra, ac praeterea nota, eadem verba Augustini recipi à Magistro, & communiter Scholasticis 1. dist. 43. cap. vlt.

37.

Quarto Abulensis Matth. 11. quaest. 53. post med. clariùs, quam reliqui expositores, docet, tam Tyrios, & Sidonios, quam Iudaeos habuisse



principium sufficiens ad salutem, quoniam qua sunt simpliciter ex necessitate salutis, & sine quibus salus esse non potest, si Deus non concederet, iniuste nos condemnaret. Unde infert, solummodo negasse Christum ea auxilia, quae supererogationis sunt, & sine quibus salus esse potest. Hæc enim iuste negantur, & quando conceduntur, ex sola liberalitate conceduntur. Sunt hæc verba fideliter collecta ex Abulensi, sententia nihil variata, sed quibusdam refecatis propter breuitatem, & claritatem.

38. Quinto Hieronymus Ezechiel. 3. explicans similem sententiam, videlicet: *Si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Dominus autem Israël noluit audire te, quia noluit audire me. Omnes quippe domus Israël atrita fronte est, & duro corde, ait: In quo aperte liberum monstratur arbitrium, & dua redduntur cause, quare non audiant; quia peruersæ, inquit, sunt voluntatis, & atrita fronte: siue, vt Septuaginta vertunt, contentiosi sunt. Et subauditur, quod sæpè ad salutem provocati noluerunt obedire.* Causa igitur fuit, quia noluerunt per liberam voluntatem; non quia foret illis impossibile actualiter velle.

39. Sexto similem vim argumenti continent illa verba 2. Machab. 4. prope finem, vbi de Rege Antiocho, pecunia corrupto, sic loquitur: *Miseros autem, qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes in iudicarentur, hos morte damnauit.* Imò etiam Ethnici sapientes, naturali lumine ducti, ita solent gravitatem peccatorum exaggerare, vt Cicero in Verrina vltima: *Qui vel apud barbaros mali nihil accepissent, morte affecti sunt iniustissima.*

SECTIO VI.

Solutiones aliæ refutantur.

1. AD supradictum argumentum de comparatione Galilæorum cum Tyriis, & Sidoniis, vltra primariam solutionem, in præcedenti sectione refutatam, aliæ quædam adhibentur, quæ omnes sunt primariæ solutionis appendices, ad eam defendendam destinatæ. Cæterum ne fortè videatur alicui, debilitari nostrum argumentum expositione Ruperti; hanc prius proponendam duximus, & cum instituto præsentis comparandam.

2. Rupertus igitur suo lib. 9. de gloria & honore Filij hominis, ad prædicta verba Matth. 11. contra quosdam sui temporis Doctores ex professo defendit, Deum voluisse, saluos fieri etiam Tyrios, Sidonios, & Sodomitas; quamvis denegauerit prædicationem, atque miracula. Nam hæc propterea denegauit, quoniam præsciebat futurum fuisse, vt eorum penitentia non esset vera, & vtilis ad salutem, vt pote non conceptam propter rationes æternas; sed solummodo propter vitanda temporalia supplicia.

3. Veruntamen in hac expositione scopus præcipuè intentus à Ruperto veritatem continet, & nobis valde fauet, nimirum, Deum, quod ex se est, nemini deesse in iis, quæ ad salutem necessaria sunt. Cæterum quòd addit, futurum fuisse, vt illarum ciuitatum penitentia non esset vtilis ad salutem, falsum est. Primum, quia textus Euangelicus absolute dicit penitentiam. Hæc autem vox in sacra Scriptura semper significat veram penitentiam, nisi contextus, & circumstantiæ oppositum insinuent. Secundò, quoniam Augustinus, Petrus Diaconus, & Prosper citati sectione præ-

cedenti prope finem, expressè intelligunt veram & magnæ humilitatis penitentiam; idemque tanquam exploratum supponunt cæteri Patres citati sectione præcedenti, parum à principio. Tertio, quoniam Christus Galilæos hortabatur ad penitentiam, non fictam, sed veram; ergo non proponebat illis exempla penitentiae non factæ, sed veræ.

4. Valde notandum est primò, etiam si tota Rupertii doctrina vera fuisset, nihil extenuari vires argumentorum, quæ adducta sunt sectione præcedenti. Nam circa illam penitentiam naturalem, & humanam, propter vitanda temporalia supplicia conceptam argumentabimur eodem modo, quo hucusque argumentati sumus circa penitentiam supernaturalem propter æterna motiua; atque inde, vt minimum, probabitur, cum prædicta æqualitate & integritate adiutorij fuisse possibile Iudæis actualiter agere saltem illam penitentiam, propter vitanda temporalia pericula, quam acturi fuissent Tyrij, & Sidonij. Unde præterea sequetur; fuisse possibile, vt Iudei non agerent veram penitentiam propter rationes æternas, licèt eis nihil defuisset necessarium. Eadem quippe ratio proportionaliter est in actionibus supernaturalibus & naturalibus: vt farentur illius solutionis authores.

5. Notandum est secundò, prædictam rationem, à Ruperto assignatam, vt Tyriis negaretur prædicatio, esse proximam errori Semipelagiano, vt ostendimus tomo de prouidentia disp. 15. sect. 2. ibidem etiam refutata est ratio Remigij, quia fortè multi non erant credituri in Tyro, & Sidone: & aliorum ratio, quoniam non erant in fide permanfuri.

6. Accedamus iam ad solutionis primariæ additamenta. Quorum primum in eo differt ab illa, quam retulimus sectione præcedenti; quoniam non peccata, commissa independentè à prædicatione, & miraculis Christi Domini, existimat, fuisse causam negandi auxilium; sed illa potius peccata, quæ ciues illarum trium ciuitatum Galilææ cumularunt, resistendo prædicationi Baptistæ, & Redemptoris, qua exciabantur ad penitentiam. *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Demonium habet. Venit Filius hominis, manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo verax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus,* Matth. 11. Quod ipsum alter author sequentibus verbis explicat: *Si Tyriis, & Sidoniis ostenderentur signa illa, non interueniret illa resistentia, & duritia cordis, quæ opposita est eisdem signis in Corozain, & Bethsaida. Et ita homines Corozain fuerunt digni reprehensione, quia licèt, si conuerterentur, illa conuersio deberet tribui speciali misericordie Dei; tamen illius resistentiæ ipsi soli fuerunt causa.*

7. Facile redarguitur hæc solutio ex dictis tota præcedenti sectione, peculiariter verò num. 30. Nam peto ab illius authoribus, vtrum ad euitandam illam resistentiam, & duritiam cordis, quæ immediate opposita erat prædicationi, & miraculis Christi Domini, vitandæque grauiora peccata, quæ cumularunt Galilæi, detrahendo illius personæ, atque doctrinæ, supponatur concedenda fuisse Tyriis, & Sidoniis gratia efficax; & neganda fuisse Galilæis? Nam si hoc supponatur, sicut re ipsa supponitur ab istius solutionis authoribus; consequens est, vt teneantur rationem reddere, propter quam Tyriis & Sidoniis concedenda

denda fuerit hæc efficax gratia, requisita ad vitandam prædictam resistentiam. Si dicant, rationem fuisse leuiora scelera commissa à Tyriis, & Sidoniis, propter quæ minus indigni erant: iam primam rationem istius inæqualitatis desumunt ex peccatis, quæ præceferunt independentè à prædicatione atque miraculis Christi Domini. Quapropter contra eos directè militant omnes probationes adductæ in sectione præcedenti.

8. Si verò farentur, ad hoc, vt negaretur auxilium integrum & plenum, de quo loquimur, non præcessisse maiorem aliquam indignitatem, & grauiora peccata in Galilæis; neque in Tyriis præcessisse leuiora, vt illis concederetur idem auxilium; sed huius discriminis rationem fuisse liberam Dei voluntatem: iam ex eo quod negatum fuerit hoc auxilium Galilæis; Tyriis verò concessum, non potest colligi, Galilæos fuisse sceleratiores, atque indigniores Tyriis, vt in præced. sect. probat. 2. deduximus.

9. Eadem solutio refutatur secundò, quia si Galilæi in sua manu, & libera potestate habebant, se ipsos cohibere à resistentia, contradictione, atque detractione, immediate pugnantem cum doctrina, & miraculis Christi Domini; consequens est, Iudæis de facto fuisse concessum, vel oblatum integrum & plenum auxilium, quo potuissent actualiter Euangelio credere, si vellent. Consequentia est manifesta, quia in hominibus ratione videntibus, & sufficienter percipientibus rationes credendi, & penitendi, non datur medium inter actualem fidem, & peccatum resistentiæ; sed potius resistentiæ peccatum non aliter euitant, nisi actualiter credendo. Ergo quibuscumque possibile fuit, & in eorum manu positum euitare resistentiæ peccatum, eisdem possibile fuit, & in eorum manu positum actualiter credere.

10. Si autem Galilæi non habebant in sua manu & libera potestate se ipsos cohibere à resistentia, contradictione, atque detractione supradictis: inde consequens erit eiusmodi mala non fuisse illis imputabilia. Quia negato prædicto complemento, & integritate adiutorij, impossibile erat illa vitare actualiter. Rursus si dicas, propterea imputari, quoniam hoc adiutorium negatum est propter præcedentia peccata, iam deuoluatur ad illam rationem, ex præcedentibus peccatis desumptam, quæ impugnata est tota sectione præcedenti.

Confirmatur, quoniam si Tyriis, & Sidoniis negaretur integritas adiutorij requisita ad euitandam resistentiam, & cætera peccata directè pugnantia cum prædicatione, ac miraculis Christi Domini: committerent illi non minora peccata, nec minorem resistentiam, quam Galilæi. Quapropter ex hoc capite, præcisè considerato, non potuit Christus Dominus inferre, grauiorem esse culpam Galilæorum, seueriusque puniendam in die iudicij: siquidem quantum ad penitentiam conditionaliter futuram, nihil magis excusabile à culpa poterat affirmari de Tyriis.

11. Secunda solutio asserit Matth. 11. & Ezech. 3. in verbis, quæ retulimus initio sect. præcedentis, solummodo agi de auxiliis exterioribus, non verò de interioribus auxiliis, & vocatione efficaci. Hæc tamen solutio satis refutata manet præcedenti sectione, probat. 8. & sequentibus: tum quoniam sequeretur ex illa, contradictorias propositiones potiori iure verificari, quam eas,

quæ habentur apud Matth. & Ezech. tum etiam quia semper Scriptura sacra prædicationem atque miracula intelligit viuæ, & animata interioribus auxiliis, vt tota sect. 4. demonstratum est: ac denique, quoniam hoc auxilium interiùs datum fuisse Galilæis, supponunt Patres, & expositores communiter Matth. 11. & Ezech. 3. vt notauimus sect. præced. ad finem.

Hæc solutio tribuitur Augustino de prædestinatione. Sancto. cap. 8. & Gregor. homil. 30. in Euangelia, ea tantum ratione; quia dicunt, quando prædicatori forinsecus prædicanti vnus credit, alius non credit, id prouenire ex interiori Patris doctrina, qua vnus docet, alium non docet. Hæc collectio, si non esset fallax, posset eandem solutionem adscribere plurimis aliis Patribus, quos retulimus tomo de prouidentia disp. 39. sect. 2. & 3. Cæterum fallax est, quoniam iidem Patres expressè testantur, illum, qui non docetur, habuisse in sua potestate, vt doceretur, si vellent: atque illi partim esse data, & partim oblata omnia, quæ sunt simpliciter requisita, vt doceretur. Quod satis constat ex omnium Patrum testimoniis, quæ hæcenus retulimus, & quæ septem sequentibus disput. referenda sunt. Atque vt magis propriè atque exactè proponeretur mens illorum Patrum, dicendum fuisset, quòd vnus credat prædicatori, prouenire ex interiori Patris doctrina; sed quòd alter non credat, primariò prouenire ex eius libera culpa; cum Deus ex se paratus esset interiùs docere: vt peculiariter ostendimus tota præced. disp. 41.

13. Sed quoniam hæc solutio obscure proponitur à quibusdam, solummodo dicentibus, Matth. 11. non fieri expressam mentionem interioris auxiliij; petendum erit ab eis, vt explicent, vtrum Christus Dominus saltem implicite subintellexerit auxilia interiora. Nam si hoc affirmauerint, nihil enervabitur argumentum nostrum, etiam si non fuerit facta expressa mentio interiorum auxiliorum. Si verò dixerint, Christum Dominum neque implicite subintellexisse interiora auxilia; tunc directè subiacebunt impugnationibus nuper allatis.

14. Tertia solutio: supponendum est, inquit, ex dialectica, ad veritatem conditionalis non requiri, vt antecedens sit causa consequentis; sed sufficit, quòd, posito antecedente, ponatur consequens; siue antecedens sit adæquata causa consequentis, siue effectus illius, siue conditio, præsupponens aliam causam, ex cuius virtute sequitur consequens. Verbi gratia, hæc conditionalis est vera: Si dies est, Sol lucet; & tamen antecedens non est causa consequentis, sed effectus illius. Item etiam ista est vera: Si ignis applicatur, calefacit; & tamen applicatio est solam conditio. Ita dicimus in præsentis, quòd ad verificandam illam conditionalem: Si in Tyro, & Sidone facta fuissent signa, & prodigia, quæ fecit Dominus in Corozain, & Bethsaida, conuersi fuissent, non est necessarium, quòd antecedens sit causa consequentis, nec quòd aliquis de facto conuerteratur solum signis, & auxiliis sufficientibus, Iudæis collatis; sed sufficit, quòd si in Tyro & Sidone ponerentur illa signa, de facto conuerterentur multi ex illis, non quidem ex solis signis, sed ex alia causa, quam præsupponit Christus, videlicet, ex auxilio efficaci, quòd Deus statuerat conferre illis, si apud eos signa illa facta fuissent, quæ in Corozain, & Bethsaida Dominus operatus est.



15. Hæc solutio satisfaceret, si verba Christi Domini solummodo destinarentur ad explicandam veritatem penitentiae conditionaliter futuræ. Sed verè non satisfacit, quia Christus Dominus ex illa penitentia conditionaliter futura Tyriis & Sidoniis, probat, & exaggerat gravitatem malitiæ, & pertinaciæ Iudæorum. Foret autem hoc argumentum nullius efficaciac, nisi prædicatio, & prodigia, quæ facta sunt apud Corozain, & Bethsaidam, sociata interioribus auxiliis, causatura fuissent penitentiam Tyriis, & Sidoniis eo quòd liberè non resisterent; cum tamen Galilæi eisdem resisterint, licet possent non resistere, sicut Tyrus, & Sidonij. Denique illa solutio respexit præcisam vniuersalis conditionalis veritatem, prætermissa illius coherencia cum textu, & absoluta propositione, quam intendebant colligere.

16. Sed retorquent in nos argumentum, quia vocatio congrua, id est, collata in illis circumstantiis, in quibus præciebat Deus hominem esse consenturum, est necessaria, vt homo conuertatur: ergo si Deus Iudæis non dedit huiusmodi gratiam, seu vocationem congruam; vt quid Christus Dominus Iudæos increpauit, quòd non fuerint conuersi.

Responderetur. Vocationis congruitas, & oportunitas supponit libertatis exercitium, præcognitum vt conditionaliter futurum. Propter eaque supponit liberam bonitatem præcognitam vt conditionaliter futuram apud Tyrios, & Sidonios absque antecedente vlla necessitate: ideòque sufficienter redarguit obstinationem Galilæorum, quoniam cum eisdem auxiliis possibile erat, illos actualiter credere, & penitere, sicut credituri fuissent Tyrus, & Sidonij.

17. Solutio quarta. Quarta solutio negat, à Christo Domino fuisse affirmatum aliquid conditionaliter futurum; ait enim affirmatam fuisse dumtaxat præsentem malitiam. Hanc fusè refutauimus tomo de scientia Dei disputatio. 62. præsertim sect. 2.

Solutio quinta. Quinta solutio recurrit ad impenetrabilitatem iudiciorum Dei, quam circa negatam prædicationem Tyriis obseruant Augustinus, & alij Patres. Verumtamen hanc impenetrabilitatem illi Patres non applicant ad impossibilitatem actualiter credendi, quæ fuerit in Galilæis, sed potius possibilitatem affirmant: applicant autem ad rationes non tribuendi prædicationem Tyriis, qua data conuertentur, vt vidimus supra disp. 9. sect. 2. & 3.

SECTIO VII.

Unius sanctitas alterius peccata non damnet nisi peccatori fuisset absolute possibile, sanctum actualiter imitari.

1. Vt sciamus adhuc in eodem ferè argumento, quo. l. sect. 5. cepimus ex sacris comparationibus sumere. Pro quibus recolenda est paritas omnium, quæ requiruntur ad actualiter operandum, sine qua fallax erit argumentum, quod à prædictis comparationibus sumitur, vt ostendimus ibidem. Quapropter si virtus Niniuitis concessum est complementum aliquod principij operatiui, quo supposito, fuit in sensu com-

posito necessarium actualiter penitentiam agere in prædicatione Ionæ; sed Iudæis negatum est idem complementum, quo negato impossibile est illis actualiter penitere, licet Christi Domini prædicatione, ac miraculis vocarentur: sequitur ex comparatione Niniuitarum non rectè deduci condemnationem Iudæorum.

Contrarium verò legimus Matth. 12. Viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam; quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam; quia venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis; & ecce plusquam Salomon hic. Hæc Chrysostomus homil. 44. in Matth. prope medium ita exponit: Cum ostenderit ingratiuitatem atque pertinaciæ suæ inobedientiam eorum, non imbecillitatis dicentis esse tribuendam, &c. Esset autem imbecillitas, si Christi Domini voces exanimis fuissent, hoc est, internis viribus auxiliorum destituta; cum Ionæ, & Salomonis voces fuissent animata: aut certe si vocibus Christi Domini defuisset complementum animæ, & virtutis; quod tamen complementum datum fuisset vocibus Ionæ, & Salomonis. Itaque quantum est ex parte Christi Domini loquentis, nulla fuit in eius verbo imbecillitas, neque externa, neque multo minus quoad interiores vires.

Euthymius ibidem ait: Dicere solemus hunc, aut illum in futuro iudicio nos condemnaturum: non quasi ille futurus sit iudex; siquidem omnium iudex vnus est Christus: sed quòd illius operatio, nostris collata, confundet nos. Hanc quoque consuetudinem sequitur est Christus. Viget adhuc idem modus sentiendi, atque loquendi à prædicta Redemptoris sententia deductus. Sic enim religiosi perfectionis studio feruentes quando saecularem aliquem intuentur, religiosi moribus vigere; dicere solent: Hic me, aliosque religiosos condemnabit. Sic etiam quando rudes & illiteratos vident melius eligere, ac discernere inter vera & apparentia bona, aut alios docere vtilius, quæ ad salutem pertinent, dicunt: Hi plures literatos, & Doctores confundent.

Hilarius in eodem loco Matth. Cumulat, inquit, inuidiam comparatio; & Iudæos sine excusatione facit fides gentium: vt non illi Prophetis, id est, Ionæ, Salomonique, crediderint, Christo isti non credant, Ionæ, Salomonique potiori. Et idcirco in resurrectione eos indicabunt; quia in his reperiuntur timor Dei fuerit, quibus lex non erat prædicata; hoc magis indigni venia, quia ex lege sunt infideles, quo plus fidei in eis, qui legem ignorauerunt, sit reperiunt. Porro fides gentium non excluderet excusationem Iudæorum, nisi probaret Iudæis fuisse possibile credere; cum hoc fuerit possibile gentibus, minore gratiæ lumine illustratis, antequam crederent.

Confirmatur, nam condemnandi modus hoc loco non pertinet ad sententiæ potestatem, seu iudicis auctoritatem, sed tantum ad comparationis exemplum; eo quòd Iudæorum impenitentia grauioris culpæ declaretur esse comparatione Niniuitarum, & Regiæ Austri: vt docent communiter Patres Matth. 12. vbi Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, Anselmus, Glossa Ordinaria, S. Thomas, & Lyra, Abulensis sua quest. 93. Vnde Augustinus lib. 20. de ciuitate cap. 15. sub initium, ait:

2.

3.

4.

5.

Condemnandi modus pertinet ad comparationis exemplum.

Nec ideo dixit: Condemnabunt, quia & ipsi iudicabunt; sed quia ex ipsorum comparatione isti merito damnabuntur. Ergo supponunt omnes, ita Iudæis collata fuisse maiora auxilia, vt illorum actualis vsus fuisset illis absolute possibilis. Alioqui foret iniqua ratio condemnandi.

6. Aliæ comparationes præcedentibus similes traduntur Lucæ 4. Vtique dicitis mihi hæc similitudinem: Medice cura te ipsum, quanta audiuimus, facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. At autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

7. Vbi, cæteris prætermisiss, solummodo notabimus, tres esse comparationes, primam inter ciues Nazareth, & ciues Capharnaum: secundam inter Israëlitas viduas, & viduam Sareptanam: tertiã verò inter leprosos Israëlitas, & Naaman Syrum; insuper eas omnes destinari non solum ad probandum, quia nemo propheta acceptus est in patria sua; sed vltimatè ac præcipuè ad colligendum inde, quòd libera culpa inuidiæ, superbiæ, & incredulitatis ciuium, & cognatorum soleat esse causa impediendi beneficii, quæ propheta secundum ordinem charitatis conferret ciuibus, atque cognatis libentius, quàm exteris gentibus, nisi suorum culpa impederetur.

8. Hanc esse mentem Christi Domini, probatur primò, quia nisi ita intelligantur verba citata, non soluit Christus Dominus obiectionem, sibi propositam; neque reddit rationem, quare in patria sua perexiguas virtutes faciat, cum in Capharnaum fecisset plurimas. At verò plenè satisfacit obiectioni, si respondeat, causam esse, quia propter liberam inuidiam, superbiã, & incredulitatem ciuium impeditur medicus, ne curet cognatos, quos quasi seipsum diligit.

Secundò, quia id claritè notauit Marcus c. 6. dicens; propter incredulitatem eorum non potuisse ibi virtutem vllam facere, præter paucos, quos curauit.

Tertiò, quia nisi Nazareni intellexissent, eò destinari has comparationes, vt eorum argueretur malitia; non fuissent tam caeco furore correpti, vt Iesum Christum Dominum præcipitare tentarent.

9. Quartò probatur autoritate Ambrosij Lucæ 4. ita explicantis: Cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat propheta consortes; cum sanaret alienos, sanaret eos, qui obseruantiam legis, & religionis consortium non habebant? nisi quia voluntatis est medicina, non gentis; & diuinum munus votis eligitur, non nature iure deseruit. Disce, Christiane, rogare, quod cupias impetrare: fastidiosos viros celestium profectus munerum non sequuntur. Ergo impediendi salutem cognatis potius, quàm alienis, prima causa est voluntas, votum, & electio cognatorum, respicientium præ fastidio, & superbia medicum, & medicinam.

10. Confirmatur, quia si Christus Dominus, independenter à præuisa libera electione Nazarenorum, decreuit illis negare aliquid simpliciter necessarium ad actualiter honorandum Christum sine inuidia, & superbia, & resistentia: iam

Christus Dominus erga suos cognatos, & ciues rigidior est, quàm erga extraneos in iis ipsis rebus, quæ sunt simpliciter necessaria ad salutem. Vnde rectè in eum quadrat obiectio: Medice cura te ipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. Inde namque si non colligitur impotentia; saltem colligitur, minus bene seruatum esse charitatis ordinem in iis, quæ simpliciter necessaria sunt ad salutem: quem ordinem licet Christus Dominus de potentia absoluta potuisset intertere; non tamen de potentia ordinaria, quæ semper, quod optimum est, amplectitur.

Prouenit ex eodem principio, vt ipsi etiam concionatores, & aliorum exempla, quæ ad salutem collata sunt, ferant testimonium, quod auditores grauioris supplicij reos esse conuincat Lucæ 9. Et quicumque non receperint vos, excutes de ciuitate illa etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Quod testimonium explicuit magis sequenti cap. dicens apud Lucam: Sodomis in die illa remissus erit, quàm illi ciuitati. & apud Matth. cap. 10. dicens: Amen dico vobis, tolerabilius erit terre Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati; nimirum, contra quam excutebatur puluis. Vnde Hilarius concludit: Ergo omne domus illius, habitationsque peccatum intra ipsam, excusso puluere pedum, relinquitur; nihilque sanctitatis de insistentium Apostolorum vestigijs maneat; vt quorum aditu ingressique delicta terrena originis auferuntur, eorum testimonio infidelitas cum omni terra sua puluere iudicetur. Tolerabilius in die iudicij terre Sodomorum, & Gomorrhæorum erit, quàm ciuitati isti. Quia illis ignorato Christo errasse sit leuius; his verò inexpiabile sit, aut prædicatum non recepisse, aut receptum non sanctè, neque catholicè prædicasse.

12. Sic Lucæ 21. Continget, inquit, vobis in testimonium, videlicet quod vos excuset, illos autem accuset: vt videntur intelligere Hilarius, Author imperfecti, Beda, & Euthymius. Vnde Gregorius apud D. Thomam in catena: In testimonium, inquit, eorum, quia vos persequendo, mortes inferunt: aut videndo, non imitantur: vt inde peruersi sine excusatione pereant; vnde electi exemplum capiunt, vt videant.

13. Rectè igitur quorundam fidem esse testimonium condemnationis contra infideles, conuincens potuisse credere, si voluissent, notauit Paulinus in epist. 1. ad Aprum, quæ est epist. 27. col. 4. dicens: Hinc in omni loco plura quotidie mirabilia solito signa crebrescunt, vt omnem, quantum in ipsis, (scilicet Deo) est, hominem saluum faciat; ostendit in raris, quod omnibus, si volint, proficit: sufficit enim vniuersorum institutioni forma paucorum, quæ in vtrumque proponitur, vt credentibus exemplo sit, induranti- bus testimonio. Vnde sic arguitur. Non ostendit in raris, quod omnibus, si velint, proficit, nisi omnibus possibilis esset actualis profectus; nec esset testimonium conuincens culpam induratorum, si denegatum esset illis quid simpliciter necessarium; quod credentibus esset concessum: ergo, &c.

14. Quapropter exempla bonorum testes appellantur producti aduersus eos, qui negligunt imitari: Iob. 10. Instauras testes tuos contra me, & multiplicasti iram tuam. Vbi Gregorius cap. 35. alias 43. Testes, inquit, suos contra nos Dominus instaurat; quia bona, quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correptionem nostram fieri ab alijs demonstrat: vt qui præceptis

11.

12.

13.

14.

Quorundam fides infideles conuincens.

Bonorum exempla.

preceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur, atque in appetitum rectitudinis nihil sibi mens nostra difficile astimet, quod perfecte peragi ab alijs videt. Perpende, non solum impossibilitatem, sed etiam difficultatem actualiter operandi aliorum exemplis refutari. Merito propterea non solum culpam, sed etiam poenam auferi, Iobus subintulit, dicens: *Multiplicasti iram tuam.* Vnde Gregorius subdit: *Omnipotens Deus cum contra nos testes instruat, iram multiplicat; quia quo bonorum vitam nostris oculis obicit, eo prauitatis perpetrata duritiam, qua distributione in iudicio percussat, ostendit. Nam cum solis se sequentibus dona exaggerat, torpentes iam, quia reliquerit, demonstrat.*

15. Probatio ex Patribus.

Totam, quam explicuimus, vim, & proprietatem simplici testimonij voce complectuntur antiquiores Patres, Christi Domini phrasim vsurpantes: vt Ignatius epist. i. ad Philadelphenses post medium, ait: *Omnes, quibus loquutus sum, precor, vt non in testimonium illud possideant, scilicet maioris condemnationis.* Prosper lib. 2. de vocatione gentium cap. 14. dicens: *Quandam superna doctrina mensuram, vniuersis hominibus semper adhibitam, sufficere quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium; quo videlicet conuincantur, non per Deum, neque per auxilium penuriam; sed per eorum liberam culpam sterisse, quominus illuminarentur.* Eodem sensu Gregorius homil. 4. in Euangelia prope initium, reddens rationem, ob quam Matth. 10. Dominus preceperit: *In viam quam Mattheus abieritis, &c. ait: Quatenus Redemptoris nostri predicatio a proprijs repulsa, gentiles populos quasi extraneos quaereret; & quod Iudeis fiebat in testimonium, hoc gentibus gratia esset incrementum.*

16.

Eodem argumento increpat, simulque ad imitationem prouocat Dominus Matth. 8. *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum; filij autem regni eijcentur in tenebras exteriores.* Rursus Matth. 21. *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices procedent vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiae, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei; vos autem videntes, nec poenitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.*

17.

Huc etiam pertinet illud Matth. 19. *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Quod Hieronymus in commentario ita exponit: *Sedebitis & vos in sedibus iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israel, quia vobis credentibus, illi credere noluerunt.* Nimirum, cum credere potuissent, sicut vos ex eodem populo credidistis.

18.

Idque notauit clarius Chrysostomus in id Roman. 11. *Quid ergo? quod quarebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est; ceteri vero exoccati sunt;* fern. 19. prope initium, dicens: *Hoc non magis interrogantis est, quam accusantis. Nam sibi ipsi repugnat, inquit, Iudaeus, dum iustitiam, quam querit, non sustinet accipere.* Deinde venia illos priuans, eorum, qui acceperunt, exemplo perfidiam, atque ingravitudinem illorum demonstrat, cum dicit: *Electio autem affecta est. Consecuti ergo iustitiam non consecutos condemnant: id, quod & Christus dixit: Si autem ego, inquit, in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo eijciant? Propterea ipsi iudices vestri erunt. Etenim ne quis culpam ipsius rei natura adscribat, sed potius peruersa illorum menti, quosdam adeptos esse iustitiam ostendit. Propterea significanter quoque eiusmodi dictione vititur, qua tam*

supernam gratiam, quam ipsorum studium exprimat.

Ea, quae protulimus hactenus, peculiarem Israelitici populi exprobrationem continent, siue comparatione bonorum, qui ex eodem populo crediderunt; siue comparatione Gentilium. Nunc vero de incredulis, quibus diluuium praebuit aeternae punitionis exordium; Apostolus Hebraeor. 11. ait: *Fide Noe responso accepto de his, quae ad huc non videbantur, metuens aperuit arcam in salutem domus suae: per quam damnauit mundum, id est, mundanos esse damnabiles ostendit; vt exponit ibi S. Thomas lect. 2. ad finem.*

Duae vero rationes erant, quibus ostendebat esse damnabiles.

Prima erat autoritas summa testimonij comminantis diluuium. Nam tantae molis opus agredi, tanto labore, & expensis consequi, tam diuturna multorum annorum constanti persicere, feras ipsas, & volatilia includere, ciuium irrisiones, & conuicia postponere, & id genus plurimae circumstantiae probabant, non humana leuitate, sed autoritate diuina commoritur, praecauere futurum exitium. Quam rationem attigit Chrysostomus ad Hebr. homil. 23. prope initium, dicens: *Noe ostendit eos dignos hoc supplicio, qui neque per illam constructionem corripiebantur.* De quo plura idem Chrysostomus lib. 1. de prouidentia prope medium. Secunda ratio, quia vt Noe, illiusque filij crediderunt; sic potuissent etiam ceteri credere, nisi libera malitia Dei oraculum contempnissent. Quam rationem attigit ibi Theodor. dicens: *Si Noe non valde credidisset ei, qui hoc iussit facere: similiter ac alij homines, amasset improbitatem. Condemnauit autem mundum, vt qui solus ex illis omnibus recta via ingressus est.*

Vniuersalius est ad quodlibet genus hominum, quod Sapient. 4. dicitur de iusto, quem morte praecuratum diuina prouidentia rapuit: *Ne malitia mutaret intellectum eius.* Huius enim virtutes, breuiori vitae periodo adquisita, argumento sunt, in longiori vita possibile fuisse reliquis virtutem acquirere; nisi per suam liberam malitiam neglexissent. Quod argumentum exprimitur versu 16. *Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & inuentus, celerius consummata, longam vitam iniusti.* Quod si longa vita non supponit possibilitatem bene viuendi actualiter, non auget possibilitatem: ac proinde non est magis reprehensibilis comparatione breuioris vitae.

Non solum comparatione bonorum, sed eorum, qui minus prauis sunt, redarguitur malitia nonnunquam. Nam & bona pars cap. 17. Ezechiel. ponitur in comparanda Ierosolyma cum fororibus Samaria, & Sodoma, quas sceleribus superauit: *Et iustificasti, ait, forores tuas in omnibus abominationibus tuis.* Quod Hieronymus ita interpretatur: *Non simpliciter iustas Sodomam, & Samariam esse decernit; sed comparatione deteriorum: quomodo & publicanus, de quo supra diximus, non absolute iustus dicitur, sed collatione peioris. Et tamen cum tales sint Sodoma, & Samaria; ne dimidium quidem peccauerunt comparatione Ierosolymae. Seruus enim, qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, vapulabit multis. Et potentes potenter tormenta patientur.*

Omnes denique probationes tribus praecedentibus sectionibus allatae, confirmantur exemplo, desumpto ex rebus humanis, in quibus etiam condemnatio, ex comparatione colligenda, fundari

19.

20. Rationes duae.

21.

22.

23.

Exemplo idem probatur.

fundari debere in eorum aequalitate, quae ex parte Principis praebentur ad aliquem effectum obtinendum, probatur. nam Daniel. 1. *Ait Princeps Eunuchorum ad Daniele: Timeo ego dominum meum Regem, qui constituit vobis cibum, & potum. Qui si viderit vultus vestros macilentiores ceteris adolescentibus coevis vestris; condemnabit caput meum Regi.* Pondera, reum capitis fieri Principem Eunuchorum, & non alio argumento conuinci, nisi eo, quod sumitur ab aequalitate, posita ex parte Regis. Haec autem aequalitas notatur in illis verbis: *Cibum, & potum;* & in illis verbis: *Adolescentibus coevis vestris.* Quam aequalitatem clarius expresserat praecedens versus eiusdem capitis: *Vt introduceret pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, &c. & constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibus suis, & de vino, vnde bibebat ipse.* Vnde colligere poterat Rex, trium puerorum maciem maiorem, quam ceterorum, non ex alimentorum defectu, neque ratione aetatis; sed ex avaritia, vel negligentia sui Principis prouenire. Ergo vt quorundam macilentior, ac penè moribunda fides cum aliorum honestis, & heroicis operibus comparata, probet, eos esse reos capitis, oportet supponi aliquam aequalitatem cibi, & potus, saltem quoad auxilia simpliciter necessaria: & insuper aliquam aequalitatem aetatis, hoc est, saltem esse in eo tempore, ac dispositione animi, & corporis, vt auxiliorum actualis fructus sit absolute, & simpliciter possibilis.

SECTIO VIII.

Eundem a comparatione locum frequentant Patres, vt probent possibilitatem bene operandi.

1.

Dionysius de caelesti hierarch. cap. 9. post medium: *Nec eorum, inquit, quae prouidentur libertate diuini radij illustrationis, quae a prouidentia manant, vel obruuntur, vel obscurantur.* Ergo impedimentum diuini auxilij non prouenit a libertate Angelorum, nec a vi, & potestate alicuius rei, quae per diuinam prouidentiam fuerit liberè producta, atque concessa. A quo igitur prouenit? Responder Dionysius: *Sed oculorum mentis dissimilitudo facit, vt effluens Paterna benignitatis lucis largitio vel omnino communicari, capique non possit, & propter eorum obstaculum, ac repugnantiam infundi.* Vnde collige, ex parte nostrae mentis esse obstaculum, & repugnantiam, ne diuina illustratio, & inspiratio fortiatur effectum, & reducatur ad efficaciam. Hanc autem repugnantiam esse liberam docuerat contextus proximè superiori, dicens; vitae nostrae non esse illatam vim, neque impostam necessitatem.

2.

Eandem periodum Dionysius ita prosequitur: *Aut communionem facit dissimiles, paruas, aut magnas, obscuras, aut claras; cum vnus sit, & simplex, eodemque modo semper habeat, & valde explicatus, fususque sit diuini fontis radius.* Ergo sicut nostra libera resistentia quandoque impedit totum fructum diuinae illustrationis, & luminis: ita etiam quandoque partialiter impedit, efficiendo, vt paruae sint, & obscurae communioniones, seu participationes diuinae gratiae; cum tamen si voluissimus liberè, magnam, & claram participationem accipere potuissimus: Idque quoniam vnus & simplex est diuini fontis radius, qui par-

ticipatur a multis clara, & magna communione. Quapropter per radium non stat, quominus participetur aequali claritate, & magnitudine, siue ab his, qui nullo modo participare volunt; siue ab his, qui parum & subobscurè volunt participare. Pondera praesertim attributa diuini radij, valde explicatus, fususque. Considera superlatium valde. Itaque quod multis hominibus videatur esse implicitus, & contractus; hoc non ex radio prouenit; cum idem, & simplex alijs hominibus valde explicatus, fususque communicari videatur.

Postea vero clarius ducit argumentum a comparatione, dicens: *Praesertim cum alijs gentibus, ex quibus nos quoque ad immensum, copiosissime diuinae lucis profundum, quod omnibus vltro se communicandum offert, emerisimus, non alieni radij praesuerunt; sed vnium principium omnem, & ad illud Angeli, qui vnicuique nationi praefecti erant, sequaces deducerent.* Ac si diceret, supra dictam diuini radij copiam, & affluentiam omnibus gentibus vniuersalem esse, inde praecipue probatur, quia non solum Israelitico populo, sed etiam ceteris gentibus non alieni radij praesuerunt, sed vnicus Deus, qui vnicum est principium omnium. Ad quem vnicum Deum omnes gentes deducebantur per Angelos, sibi praefectos a Deo, cuius prouidentiae diuinae & Angelicae indicium est nos emerisse ex tenebris errorum. Ac ne respondeat aliquis, sibi denegatum esse auxilium, propterea quae non emerisse, notat Dionysius, *immensum esse, & copiosum diuinae lucis profundum, quod omnibus se communicandum offert.* Ergo sicut huius virtute de facto emerferunt aliqui: sic etiam ceteri diluuiio infidelitatis obruti potuissent emergere, si voluissent.

Idque postremo confirmat exemplo Melchisedec, qui quamuis esset ex populo Gentilium, non solum ipse fuit Deo charus; sed etiam promunere Pontificis alijs etiam gentibus dux fuit, vt ad veri Dei cultum peruenirent. Atque hac ratione Melchisedec appellatus est Pontifex, vt sacri scriptores significarent fuisse ducem, vt alij peruenirent ad verum Deum. Demum in eodem cap. saepius repetit, vniam, eandemque fuisse Dei prouidentiam ad omnium nationum salutem, singulis praeficiendo Angelos, vt reducerent ad Deum eos homines, qui vltro atque spontè, hoc est, liberè sequerentur. Dionysij verba legere poterit studiosius simul cum annotationibus elucidatoris Hugonis Victorini lib. 9. post medium in 9. cap. de caelesti hierarch. vbi valde fauet argumento a nobis proposito. Praesertim notanda sunt postrema verba Dionysij, & Hugonis, atque conferenda cum scopo illius capitis; erat enim ostendere, nihil ex parte diuinae prouidentiae defuisse, quominus omnes gentes ad veri Dei cultum peruenirent. Quantum ad hanc igitur sufficientiam intelligit Dionysius aequalitatem supra dictam.

Ampliauit Augustinus efficaciam eiusdem argumenti, quandoquidem non solum inter homines lapsos, nec solum inter Angelos; sed etiam ab Angelis ad hominem integrum valere existimauit. Nam virtus libertatis, indifferens ad vtramque partem, & potens perseverare in Angelis omnibus, & in primis parentibus ante lapsum, colligitur ex Angelis, qui de facto perseverauerunt, lib. de bono perseuer. cap. 7. sub initium, vbi: *Non est, inquit, hoc omnino in viribus liberi arbitrij.*

3.

4.

5.

bitri, quales nunc sunt fuerat in homine, antequam caderet. Que tamen libertas voluntatis in illius prima conditionis presentia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt, & ad securitatem perpetuam non cadendi pervenire meruerunt. Quod si priusquam caderent dæmones, & Adamus, non habuerunt aliquid simpliciter necessarium, ut perseverarent actualiter, & illo carerent independentem à sua libertate datum fuerit Angelis, qui in veritate steterunt; consequens est, perseverandi possibilitatem non fuisse in homine ante, quam caderet, nec apparuisse primæ conditionis presentiam & valorem ex eo quod alij Angeli steterint, aliis cadentibus.

6. Præterea quod attinet ad homines lapsos, Pharaonis obstinationem potuisse corrigi exemplo Nabuchodonosoris penitentiam agentis, concludit Augustinus lib. de prædestinat. & grat. cap. 15. relatus in cap. Nabuchodonosor, quod est 22. cap. 23. quæst. 4. vbi: *Quantum ad naturam, inquit, ambo homines erant: quantum ad dignitatem, ambo Reges: quantum ad causam, ambo captivum populum Dei possidebant: quantum ad penam, ambo flagellii clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diversos; nisi quod unus manum Dei sentiens, in recordatione propria iniquitatis ingemuit; alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio? Ergo ex parte Dei nihil defuit Pharaoni, quod esset simpliciter requisitum ad actualem conversionem; sed causa suæ obstinationis fuit eius liberum arbitrium, quod posset Deo non repugnare, si vellet.*

7. Sed quoniam aliqui Theologi solita solutione respondent, Augustinum hoc loco solam æqualitatem exterioris auxiliij constituisse: probatur minimè satisfacere, primò, quia iuxta solutionem illam, totum discrimen reproborum à Sanctis, provenit totaliter à Deo; sed Augustinus hoc loco discrimen Pharaonis à Nabuchodonosore sumit primariò ex libero arbitrio. Est enim observanda variatio illa in modo loquendi, cum ait: *Quid ergo fines eorum fecit esse diversos, nisi quod unus manum Dei sentiens, &c.* quod primariò procedit à gratia; alter libero contra Dei veritatem pugnavit arbitrio; quo denotatur à proprio arbitrio provenisse huius finem esse diversum.

8. Vnde sumitur probatio secunda, quoniam supponit Deum, quod ex se est, non fecisse illud discrimen, quo finis Pharaonis diversus fuit ab alio Rege penitente; ac proinde supponit, Deum obrulisse auxilia æqualia, saltem quantum ad ea, quæ simpliciter necessaria erant. Tertiò, ad hanc æqualitatem confirmandam valent omnia, quæ dicta sunt à sectione 4. huc vsque. Quartò denique probatur, quoniam Augustinus in sequenti loco suum magis sensum explicuit.

9. Sit igitur tertium testimonium August. lib. 3. de libero arbitrio, cap. 19. vbi obiectionem, ab hominibus frequenter usurpatam, ita proponit, & solvit: *Dicunt enim: Si Adam, & Eva peccaverunt; quid nos miseri fecimus, ut cum ignorantia cecitate, & difficultatis cruciatibus nasceremur; & primò erravimus, nescientes, quid nobis esset faciendum: deinde ubi nobis copiosè aperti præcepta iustitiae, vellemus ea facere; & veniente carnalis concupiscentia, nescio, qua necessitate, non valeremus? Quibus*

Quorundam Theologorum solutio refutatur.

brevis respondetur, ut quiescant, & adversus Deum murmurare desistant. Recte enim fortasse quereveretur; si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum vero ubique sit præsens, qui multis modis per creaturam, sibi Domino servientem, aversum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem exhortetur, conantem adjuvet, exaudiat deprecantem; non tibi deputatur ad culpam, quod ininitus ignoras; sed quod negligis querere, quod ignoras: nec illud, quod vulnerata membra non colligis; sed quod volentem sanare contemnis: ista tua propria peccata sunt. & post pauca: *Nam illud, quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere, non potest; ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt.*

Prædictam obiectionis solutionem eisdem verbis repetit, & contra Pelagium defendit Augustinus lib. de natura & grat. cap. 67. versus finem. Addit autem: *Ita exhortatus sum, quantum potui ad rectè vivendum, & gratiam Dei non evacuavi, sine qua natura humana iam contemebatur, atque viciata, illuminari non potest, & sanari.* In his perpende primò generalitatem auxiliorum, quæ significatur ab illis verbis: *Ubi que sit præsens, qui multis modis aversum vocet, &c.* Præsentia quippe hoc loco significat, Deum præstò esse, atque paratum etiam auctis atque peccatoribus auxiliari.

Vnde argumentor secundò. Rectè fortasse quereveretur, si erroris, & libidinis nullus hominum victor existeret. Ergo supponit Augustinus aliquos hominum cum auxiliis ex parte Dei æqualibus extitisse victores: aut certè illis, qui victi iacent, oblata esse auxilia, quibus actualis victoria esset possibilis. Aliàs si tibi est impossibile victoria, qua demonstratur iniusta esse tua querela.

Argumentor tertio. *Non tibi deputatur ad culpam, quod vulnerata membra non colligis; sed quod volentem sanare contemnis.* Ergo Deus, quantum ex se est, te vult actualiter sanare, si per te non steterit, liberè contempta salute. Nam alioqui nulla est in te culpa, nisi in quantum contemnis, eam, quam Deus, quod ex se est, curare vult sanitatem.

Quartò. Quod rectè facere non potest quis, ideo dicitur peccatum, quia de peccato libera voluntatis originem ducit, videlicet, quia negligit querere, quod ignorat; & quia volentem sanare contemnit: ergo hanc negligentiam, & contemptum actualiter vitare fuit absolute possibile. Consequentia probatur, quia non ideo dicuntur peccata, quæ vitare non possumus, eo quod de ista negligentia & contemptu originem ducant; si perinde esset impossibile vitare negligentiam, & contemptum. Quapropter cuiusque peccatori fuit absolute possibile non contemneret, sed acceptare sanitatem oblata, & ea ratione vulnerata membra colligere. Ad eandem veritatem confirmandam insignis est locus August. 12. de civitate, cap. 6. quem locum brevis expendimus supra disp. 34. sect. 2.

Chrysostomus ponderat hoc argumentum læpius, atque copiosius, quam cæteri Patres. Peculiariter verò illam duorum Regum comparationem, quam nuper ex Augustino retulimus, clariùs exponit Rom. 9. serm. 16. colum. 15. dicens: *Vnde igitur alij quidem vasa sunt iræ, alij verò misericordia? Ex propria voluntate. Deus verò, quoniam vehementer bonus est, erga virosque bonitatem suam declarat. Nec enim eorum tantummodo, quos salvavit, sed*

10.

Ponderatio prima.

11.

Secunda.

Tertia.

12.

Quarta.

13.

sed &, quantum in se fuit, Pharaonis miserus est. Quod autem salvatus non est, totum per suam ipsius voluntatem stetit, ita ut, quantum ad Deum atinebat, nihil ab illis, qui salvati sunt, minus haberet. & in præcedenti columna dixerat: *Nec enim Deus quidquam non fecit, quod ad Pharaonis correctionem conferret.*

14. Vbi nota primò, hanc univerialitatem omnium, quæ ad correctionem pertinent, & illam æqualitatem, qua Pharaon nihil minus habuerit, quam qui salvati sunt, intelligendas esse quantum ad ea, quæ simpliciter necessaria sunt, ut Pharaon salutem consequeretur, si vellet. Hoc enim est, quod dicit: *Quantum ad Deum atinebat, ut ostendimus supra disp. 18. sect. 2. & 3.*

15. Secundò nota, quod Chrysostomus ait, ex propria voluntate alios esse vasa misericordiæ, intelligi, supposita diuina gratia, & prædestinatione, quæ est primaria causa. Quod autem ait, propria voluntate esse vasa iræ, intelligi, propriam voluntatem esse totalem causam despiciendi auxilia, & non cooperandi: propter quam culpam redduntur vasa iræ. Quod significant illa verba: *Quod autem salvatus non est, totum per suam ipsius voluntatem stetit.* Ergo nihil stetit per voluntatem Dei; & illa verba: *Quantum in se est, Pharaonis miserus fuit. Quantum ad Deum atinebat, nihil ab illis, qui salvati sunt, minus habuerit.*

Rursus idem Chrysostomus hom. 42. in Gen. prope init. Abrahami exemplo sic urget: *Que igitur nobis posthac relicta est excusatio, cum unus homo cunctis in se virtutes possideat; nos vero ita immunes carum finis, ut ne unam quidem perficere iuuet? Quod enim non quia non possumus, sed quia nolimus, à bonis omnibus finis alieni, manifestè indicat, quod multi viciorum nostrorum inveniuntur virtutibus conspicui.*

16. Præterea in Marth. homil. 60. ad illa verba cap. 18. *Necesse est, ut veniant scandala,* colum. 5. *Sin verò,* inquit, *probi aliqui sunt, proculdubio in re improbus increpatur: & increpantes ipsi hac ratione, quoniam iniuria increpant, boni non erunt. Quid enim peius excogitari possit, quam innocentem criminibus falsò accusare? Quod si pravi idcirco boni reprehendunt, quia possent esse non pravi; hoc certè non parvum probitatis sue argumentum dixerim. & in colum. 2. dixerat: *Non quia inde (videlicet ex scandalis) detrimentum patiuntur, pereunt; sed desidia, & ignavia sua: quod virtutis cultores verum esse ostendunt, qui non modo nullam à scandalis iniuriam patiuntur; sed præcipuos etiam quæstus nanciscuntur: qualis certè Iob ille erat, qualis Ioseph, quales iusti denique omnes. Quod si multi pereunt, propter negligentiam suam id accidit. Nisi enim ita res se haberet, si propter scandala ipsi homines perirent, universi sanè homines id paterentur; quoniam verò multi evadunt, qui non effugit, sibi ipsi culpam attribuat.**

17. Fufius de hoc argumento disputat 1. Corinth. 1. homil. 2. à medio. Præsertim illa verba notentur: *Non possum, inquis; sed cæteri, qui longe maiora rectè operantur, te accusant, & tibi silentium multis argumentis indicunt. & post multa concludit: Plane constat, in nostra potestate esse benefacere. & post pauca: Qui vestris operibus contraria operantur, vos omnes peccatis obnoxios accusant, malum bonum, invidium benignum, &c. Sic nos Deus indicabit, & virtutem statuet ordinem, hos quidem laudibus, illos verò supplicio prosequens.*

18. Et 1. Corinth. 3. homil. 9. colum. 3. *Ieiunare,* inquit, *non potes, neque virginitatem servare? Atqui potes, modo velis: & qui possunt, nos arguunt.* Ruiz de Prædestinatione.

Verumtamen non estus est erga nos Deus hac severitate, neque præcepit hoc, neque sanxit, sed in auditorum arbitrio reliquit optionem. Certè potes in matrimonio continentiam servare, potes non inebriari. Non potes omnes abijcere pecunias? Atqui potes te ostendunt alij, qui hoc non gravatim fecerunt. Non tamen id Deus præcepit; sed ne rapias, & ut ex facultatibus tuis subvicias indigentibus. Quod si quisquam dicat, uxore sola se contentum esse non posse, se ipsum decipit, & à ratione aberrat, & ab his, qui in calibatu continentem vivunt, arguitur. Idem lib. 1. de compunctione cordis paulo post medium ex Apostolorum virtutibus infert omnibus baptizatis esse possibilem salutem, dicens: *Et tu enim accepisti gratiam Dei per Baptisimum, & participium Spiritus sancti, etiam si non ut signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, ut rectè vitam observantiam custodires: & ideo perditionis nostra causa nulla alia est, quam negligentia nostra, atque desidia.*

19. Basilius in constitutionibus monasticis cap. 3. sine: *Si eiusmodi essent, inquit, affectiones ista corporis, que ab animo domari non possent, merito culpa in corpus posset transferri. Si verò inveniuntur multi, quorum studijs devicta illa cessere, nequaquam ab ipse iure corpus culpatur, qui ipsum, tanquam viciorum auctorem, traducere non dubitant; sed negligentia in eo est, cui declaratum corporis imperium est, cum neque ipse animus naturaliter malum in se habeat, sed propterea in vitio sit (si quando sit) quod virtutem deserit.* Hieronymus adversus Iovinian. lib. 2. circa med. postquam plurimis exemplis Philo-phorum hortatus ad fragilitatem, ac temperamentum tibi, potiusque fuerat, ita concludit: *Qui pauperatem Apostolorum, & crucis duritiam aut nesciunt, aut contemnant, imitentur saltem Gentilium pauperitatem.*

20. Prosper in epist. ad Demetriad. virginem, quæ apud Ambrosium est epist. 84. colum. 3. *Abstine,* ait, *ab animis fidelium tam irreligiosa persuasio, ut cuiquam Sanctorum, quibus Deus & divitias largitus est, & honores, ad capiendum vere humilitatis meritum, credatur vel opulencia obsuisse, vel dignitas, cum eis ad virtutis profectum evagare præferant. Quamvis enim tam abundantia, quam inopia materia soleant esse peccati, cum vel dives extollitur ad superbiam, vel pauper proficit ad querelam: existerunt tamen in omni tempore, & in nostra quoque ætate non desunt sicut boni pauperes, ita & boni divites.* Perpende primò exemplo quorundam bonorum, qui divitiis, aut paupertate vtuntur ad virtutem, ostendi, sine paupertatem, siue divitiis ex se nihil impedire humilitatis meritum, & virtutis argumentum. Secundò colligi ex libera voluntate hominis, & non ex Deo, divitiarum auctore, provenire impedimentum humilitatis. Tertiò si tam irreligiosa persuasio est, Deum largiendo divitiis impedire humilitatis augmentum, quid diceret Prosper de aliqua physica prædeterminatione ad hoc destinata, ut homo hinc & nunc eliciat materialem actionem arrogantia, qua necessitatè impeditur humilitas, & profectus virtutis?

21. Isidorus lib. 2. sentent. cap. 11. antemed. ait: *Propterea virtutes Sanctolorum exemplum nostrum Deum proposuit, ut quanto de imitatione eorum conferri possint nobis iustitia premia, tanto de perseverantia mali sint graviora tormenta. & post pauca: Dum & nos Deum præceptis suis admonet, & vitam Sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla est iam de reatu excusatio, quia & lex Dei iures*



nostras quotidie pulsant, & Sanctorum documenta bonorum, cordis nostri intima prouocant.

22. Clarius veritatem, quam probare intendimus, docuit Nemesius de natura hominis, & animæ facultatibus c. 40. prope finem, (aliàs Nyssen. lib. 7. Philosophiæ, c. 2.) dicens: Ex his, qui recte suo munere funguntur, cognoscitur eos, qui non recte illud ipsum præstant, peccatum suscipere volumarium: nam in nostris potestate est situm, aut dedere se malis temptationibus, aut reluctari, & vincere.

DISPUTATIO XLIII.

Quomodo ex obligatione præceptorum colligatur sufficientia ita plena, ut nihil desit absolute requisitum.

SECTIO I.

Proponitur primum argumentum, & varia illius solutiones incipiunt refutari.

1. **M**IRABITUR fortasse quispiam, quod præter morem solutiones teneant disputationis exordium; sed ea compulsi ratio, quoniam omnia, quæ sequuntur, testimonia, & argumenta directe & immediate illas oppugnant. Oportuit autem in scopum oculos prius, quam sagittas coniecere.

2. **Ex præcepti obligatione primum argumentum.** Præceptorum obligatio validum argumentum ministrat, ut probemus plenam & integram sufficientiam adiutorij, quoniam si defuisset aliquid simpliciter necessarium ad explenda præcepta, nemo teneretur illorum obligatione, nullusque peccaret illa violando: quin etiam legislator esset iniustus & crudelis, imponere tentans obligationem, & illius expletionem exigens. Huius argumenti vires effugere tentat

**Solutio prima.** Prima solutio, dicens, ad obligationem esse satis, quod homo acceperit auxilium supernaturale, & notitiam diuinæ misericordie inuitantis; hoc enim dato, dicit hominem accipere posse bene operari, licet non accipiat ipsum bene operari, quia non datur illi quoddam speciale auxilium, sine quo est impossibile actualiter operari.

3. **Refutatur.** Genus istud solutionis disputationibus præcedentibus refutatum est, quia non est integrum, & completum posse; nec est simpliciter posse, si deficiat aliquid simpliciter necessarium ad actualiter operandum, & illud acquirere non est in hominis potestate. Nunc verò peculiare institutum disputationis erit ostendere non potentiam bene operandi, quæ in potestate nostra non est, sed operationem ipsam actualem esse nobis præceptam, & illius implenda obligatione nos teneri. Vnde necessariò supponitur actualem ipsam operationem nobis esse possibilem: ac proinde, quando peccamus, nihil deesse nobis, quod simpliciter necessarium sit ad prædictam operationem actualiter exercendam. Non itaque præcipitur nobis posse credere, sed præcipitur nobis actualiter credere. Non præcipitur posse sperare, aut diligere; sed actualiter sperare, diligere. Concedenda verò sunt à gubernatore præcipiente cuncta simpliciter requisita rei præceptæ.

**Non operandi potentia, sed actualis operatio præcipitur.**

Secunda solutio responderet, transgressoribus præceptorum fuisse possibile acquirere illud vltimum & speciale auxilium, quod requiritur ad actualiter implenda præcepta. Quæ solutio satisfaceret absolute, si possibilitatem illam constitueret intra hominem. Propterea tamen non satisfacit, quia solummodo defendit, secundum legem ordinariam esse possibile, ut Deus, cui voluerit, conferat auxilium efficax. Hoc autem non sufficit, ut obligetur homo, cuius obligationi sicut non satisfacit solius Dei operatio, ita neque solius Dei potestas.

4. **Solutio secunda.**

**Refutatur primo.**

Confirmatur, quia operatio, illius obligatio, & possibilitas quidditatiuè respiciunt eandem personam, ita ut implicet obligari subditum ad actionem, quæ fuerit in potestate solius gubernatoris imperantis, non verò in potestate subditi eiusdem, quem obligatio constringit.

5. **Secunda.**

Refutatur secundo, nam auxiliorum sufficientia, qualem requirit obligatio præceptorum, non est satis illa possibilitas, quæ fundatur solummodo in libero arbitrio, & eius potentia passiuâ, nec non in omnipotentia Dei, & antecedenti voluntate, qua dicitur esse paratus omnibus opem ferre, si limitatur hæc voluntas per absolutum decretum negandi præcitis aliquid simpliciter necessarium, ut illis sit possibile actualiter conuerti, & perseuerare: & hoc negatur illis independentem ab eorum libertate, quod probatum est disputationibus præcedentibus.

6. **Tertio. Actiuâ, & passiuâ indifferentia.**

Refutatur tertio, quia hæc solutio non indifferentiam actiuam, sed indifferentiam merè passiuam defendit in peccatore, ad seruanda præcepta, siquidem illi non alia ratione possibile est actualiter seruare præcepta, nisi quatenus Deo possibile est de lege ordinaria conferre adiutorium simpliciter necessarium, si Deus voluerit, quod nullo modo est in libera potestate huius hominis. Quapropter ad hanc impugnationem corroborandam valent omnia, quæ contra indifferentiam merè passiuam diximus tomo de scientia Dei disp. 52. præsertim sect. 1. 4. & 5.

Confirmatur, nam actiuâ indifferentia quidditatiuè includit possibilitatem operandi, & non operandi, vel etiam operandi contrarium. At verò sine prædicto auxilio non est possibile actualiter operari; sed tantum est possibile non operari, & possibile est recipere prædictum auxilium, quod non ad potentiam actiuam, sed ad passiuam pertinet.

7. **Quarto.**

Refutatur quarto, quia saltem non erit leue, facile, atque suaue onus, & obligatio implendi, quod actualiter implere fuerit absolute impossibile, negato prædicto auxilio: ut magis constabit ex sequentibus sectionibus.

**Confirmatur validè.**

Vnde sumitur valida confirmatio, quoniam Scriptura sacra, & Patres, quoties commendant possibilitatem, facilitatem, & suauitatem præceptorum Dei, non agunt de solius Dei potentia, cui luce clarius erat nihil esse difficile; sed agunt de libero arbitrio, sussulto diuinis auxiliis: & huic ipsi dicunt esse possibile, faciles, atque suaues actiones imperatas, quas non propter difficultatem, sed propter ignauiam, & liberam malitiam prætermittit.

8. **Solutio tertia refutatur.**

Ex his refutata manet tertia solutio, quæ tantum in eo differt à præcedentibus, quoniam asserit, absolute loquendo, peccatorem posse habere auxilium efficax; sed huius assertionis quando rationem reddit, recurrit ad potentiam remotam, & incompletam, quæ consistat in naturali flexibilitate

ibilitate arbitrij, & in conditione, & statu viatoris, cui de lege ordinaria Deus potest, si voluerit, conferre auxilium efficax, & per illud à peccatis ad implenda præcepta flectere: quæ tamè possibilitas non est in manu liberi arbitrij, sed in manu solius Dei. Quapropter quantum ad hanc partem non defendit, possibilitatem actualiter operandi, & obediendi conuenire eidem personæ, quam constringit obligatio, aut certè illi non conuenire aliam possibilitatem, nisi passiuam. Idcirco contra hanc solutionis partem instaurari possunt argumenta omnia, quibus præcedentem solutionem refutauimus.

9. **Solutio quarta.** Quarta solutio ait, non esse inconueniens, hominem obligari ad aliquid, quod est factum sibi propriis viribus impossibile ex sua culpa, sicut accidit in proposito; sed bene esset inconueniens, ipsum obligari ad id, quod est absolute impossibile. De quo videndus est, inquit, S. Thomas 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1.

Hæc tamen solutio refutatur, quoniam immediate destruit primam obligationem, & primam culpam; & consequenter mediatè destruit quamlibet obligationem, & quamlibet culpam. Illarum quippe nulla potest esse, nisi aliqua sit prima, quam non præcesserit alia obligatio, & alia culpa. Antecedens verò probatur, quoniam obligatio ad aliquid, quod factum fuerit propriis viribus impossibile ex sua culpa, supponit priorem aliam obligationem vitandi prædictam culpam, quæ sicut est origo imputabilitatis, ita in se habere debet formaliter imputabilitatis rationem, videlicet libertatem, quæ consistit formaliter in vtriusque partis possibilitate. Quapropter veniendum est ad aliquod præceptum, quod actualiter implere sit formaliter & ratione sui possibile, liberum, & imputabile: ac proinde habeat in promptu quæcumque sunt simpliciter necessaria, ut impleatur.

11. **Explicatur exemplis.** Nam si tibi liberum fuit, atque possibile seruare diuitias, quibus restitueres debita creditoribus, & familiam sustentares, tunc ibi deputatur ad culpam, quod ad extremam paupertatem reductus, nec creditoribus debita, nec familia præbeas alimèta. Si verò pirata, naufragium, vel alia quælibet causa, independentem à tua libertate, diuitias omnes eripuit, non imputatur ad culpam, quod prædictis obligationibus minimè satisfacias; quoniam illarum vis refertur solummodo ad tempus, & conditionem possibilitatis; hanc verò retinere non fuit in tua potestate constitutum, de quo plura diximus disp. 40. sect. 5.

12. **Mens S. Thomæ declaratur.** Nec contra præsentem doctrinam docuit S. Thomas 2. 2. quæst. 2. artic. 5. ad 1. Nam licet asserat, homines teneri ad credendum explicitè mysteria fidei, quamuis explicitè credere nequant sine prædicante, & sine auxilio gratiæ, quod negatur quandoque in pœnam peccati, saltem originalis; sed non dicit imputari ad culpam, quod homo non credat explicitè, nec virgere obligationem explicitè credendi pro eo tempore, in quo prædicario, & auxiliu gratiæ negatur in pœnam solius originalis, absque vlla personali culpa: nec huius solutionis authores hoc affirmare audebunt. Quapropter hoc ipsum argumentum retorqueri potest contra suos authores. Nam licet hominibus adultis contingere inuincibilem ignorantiam fidei negauerint eorum aliqui; nihilominus nemo ausus est asserere, ex suppositione quod

*Ratiõ de Prædeterminatione.*

inuincibiliter ignoretur fides, adhuc obligari hominem ad explicitè credendum, & imputari ad culpam, quod non credat explicitè. Porro iuxta solutionem, quam impugnamus, carentia cuiusdam auxiliij simpliciter necessarij cuiuslibet peccanti est inuincibilis, saltem prius natura, quam primum peccatum committat: ergo ex suppositione huius carentiæ non imputatur prima culpa.

SECTIO II.

Præceptorum materia, & forma probatur, arbitrio peccatoris esse absolute possibile actualiter explere præcepta.

1. **Præsentis ratiocinationis caput est hic syllogismus.** Illud ipsum, quod per se, & directe præcipitur, debet esse arbitrio simpliciter possibile; sed diuina lege per se & directe præcipitur volitio, & actio, re ipsa, & actualiter elicienda: ergo volitio, & actio, re ipsa, & actualiter elicienda, debet esse simpliciter possibilis arbitrio cuiusque peccatoris. Nam peccatori etiam præcipitur; alioqui non foret peccator, & transgressor præcepti.

**Quod præcipitur debet esse possibile.**

Vnde præterea infertur, cuiusque peccatori concessam fuisse à Deo talem auxiliorum sufficientiam, cui nihil desit absolute requisitum ad actualiter eliciendam volitionem, & actionem præceptam; proindeque non esse requisitum quod auxilium inducens antecedentem necessitatem obediendi: hoc enim nulli peccatori conceditur ad seruandum præceptum, quod violando peccat.

**Peccatoribus nihil requisitum ad actualiter implendum præcepti desit.**

Confirmatur, quia nullum medium est simpliciter ac totaliter sufficiens; nisi solum sit satis ad finem primariu, & immediatè intentum; sed finis primariu, & immediatè intentus per auxilia est actualis impletio præcepti: ergo nullum auxilium erit sufficiens simpliciter & totaliter, nisi solum sit satis ad actualiter implenda præcepta.

Minor primi syllogismi est euidentis, quia si illud ipsum, quod per se, & directe præcipitur, non foret absolute possibile, sequeretur, Deum per se & directe præcepisse, quod est absolute impossibile: hoc autem foret contrarium diuinæ sapientiæ, bonitati, & iustitiæ. Idque firmius corroborabitur testimoniis Scripturæ sacræ, & sanctorum Patrum in sectionibus sequentibus.

3.

Nunc ratione declaratur, quia Deus quando præcipit operationes, humanis viribus superiores, eo ipso sibi prius imponit obligationem conferendi auxilia omnia, & quascumque supernaturales vires, quibus actualiter impleri queat. Quæ postquam Deus præbuerit, vel obtulerit in promptu, implebitur conditio necessaria, ut præceptum suas vires exerat, & inducat obligationem. Quod si Deus illi obligationi, & conditioni defuerit, negando aliquid simpliciter necessarium ad actualem impletionem præcepti, eo ipso humana fragilitas soluitur ab obligatione præcepti, & materia manet incapax obligationis.

**Deus præcipiens aliquid supra hominũ vires, sibi conferendi auxilia necessaria obligationem imponit.**

Minor primi syllogismi explicatur, & probatur, primo, quia Deus non præcipit nobis per se,

4.



& directè potentiam; quippè quam habere non est in nostra potestate, nisi in quantum illam possumus de congruo mereri, & impetrari per actus. Sola enim actio vitalis, est, quæ subest nostro dominio, & libertati; idcirco sola vitalis actio præcipitur per se, & directè; reliqua verò non præcipiuntur, nisi in quantum per liberos actus acquiri, aut obtineri possunt.

5. **Efficitur probatio.** Probatur secundò, & efficacius, quia si Deus potentiam nobis præcipit, & non actus, re ipsa, & actualiter eliciendos; consequens est, à nulla creata voluntate violari diuinum præceptum, imò neque violari posse. Probo consequentiam, quia vel potest elicere actum, vel non potest. Si non potest, excusatur ratione impotentiae: si autem potest, iam eo ipso satisfacit præcepto; siquidem præceptum non obligat ad actum re ipsa & actualiter eliciendum, sed ad potentiam habendam.

Confirmatur, nam inde præterea sequeretur, ex duobus hominibus, quorum alter potest, v. g. credere, & alter non potest credere propter ignorantiam inuincibilem fidei, eum, qui potest credere, iam satisfecisse præcepto; ac proinde non peccare, etiam si actualiter nunquam credat: sed peccare eum, qui propter inuincibilem ignorantiam non potest credere. Idem argumentum fieri potest in reliquis præceptis.

6. Tertio probatur eadem minor, quia si Deus præcipit nobis potentiam, & non actum, re ipsa & actualiter eliciendum; sequeretur, quodcumque auxilium, eo ipso quòd sit sufficiens, esse etiam efficax ad plenam obseruantiam præceptorum, & nullum auxilium sufficiens carere prædicta efficacia. Probatur sequela, quia omne auxilium sufficiens tribuit potentiam ad actum, vt communi consensu admittimus Doctores vtriusque partis. Quapropter omne auxilium sufficiens re ipsa, actualiter explet totum illud, quod præcipitur, si nobis præcipitur potentia, & non actus.

7. **Id præcipitur cuius implentio est meritum, & cuius violatio est culpa.** Quarto probatur, quia id præcipitur, cuius expletio est meritum, præmio dignum, & cuius violatio est culpa supplicio digna; sed habere potentiam credendi, sperandi, aut diligendi, non est meritum præmio dignum; neque eius violatio est culpa supplicio digna: at verò actu credere, sperare, & diligere est meritum præmio dignum; & eius violatio est culpa supplicio digna; ergo non potentia, sed ipsum actualiter credere, sperare, & diligere præcipitur.

8. **Discursus factus probatur ex Scriptura.** Totus præcedens discursus vrgeri potest plurimis sacræ Scripturæ testimoniis, quorum aliqua exempla subiiciam, vt ad eorū imitationem mille alia colligere sit facile. Marci 1. Christus Dominus ita præcipit: *Panitemini, & credite Evangelio.* Ioan. 12. *Dum lucem habetis, credite in lucem.* & cap. 14. *Credite in Deum, & in me credite.* Ecce non potentiam credendi, sed actum ipsum exercendum præcipit: ergo non ad solam potentiam, sed etiam ad actionem actualiter credendi sufficere debet auxilium, quod tribuit. Eadem argumentandi forma vtire circa reliquas virtutes, veluti circa spem, de qua 1. Petri 1. *Sobry perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam.* Psalm. 36. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & passeris in diuitijs eius.* Itaque ipsum actualiter sperare, & ipsum actualiter bonitatem facere, præcipitur; quemadmodum ipsum etiam actualiter diligere, quando dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, sicut te ipsum.* & rursus: *Diligite inimicos vestros,*

*benefacite his, qui oderunt vos.* Sic etiam de virtute religionis primum præceptum est: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues.* De poenitentia frequenter intimitur: *Agite poenitentiam. Hierusalem conuertere ad Dominum Deum tuum.* De misericordia: *Date elemosynam.* Sic denique discurre per omnium virtutum præcepta, videbisque non potentiam exercendi virtutes, sed ipsos virtutum actus actualiter eliciendos imperari.

9. Confirmatur, quoniam alia plurima testimonia Scripturæ sacræ non ad singulares virtutes pertinent, sed omnes virtutes, & omnia illarum præcepta complectuntur, atque illa etiam imperant actualem operationem: vt Lucæ 4. *Operamini non cibum, qui perit.* Leuitici 18. *Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciunt homo viuere in eis.* Vnde Paulus ad Roman. 10. *Moyse enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea.* Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ioan. 14. *Si diligitis me, mandata mea seruauit.* Iacobi 1. *Estote factores verbi, & non auditores tantum.* Hæc omnes ac cæteræ penè innumerae generales locutiones, sub verbis audiendi, obediendi, vigilandi, seruendi, negotiandi, laborandi, & alijs eiusmodi in Scriptura sacra repertæ, semper ad actus, & non ad potentiam referuntur. Ex Concilijs, & Patribus innumera sunt, quæ ad eandem rem adduci poterant. Sed referemus aliqua in sectionibus sequentibus. Nunc sufficiat quod Fulgentius lib. 2. de remiss. peccat. cap. 9. post medium circa Præcurforis verba Lucæ 3. ait: *Ista cum Dominicus Præcurfor diceret, proculdubio iniquis dicebat, & malis, quos etiam propter imitationem serpentium, hoc est, diabolici operis, viperarum genimina nuncupat. Quibus tamen ostendit, quid in hoc seculo facerent, quid etiam in futuro iudicio formidarent. Præcipiens enim, vt facerent fructus dignos poenitentiae, ostendit, hic mutari posse homines, & à supplicij merito ad meritum regni poenitentis animi conuersione transire.* Præcepto itaque faciendi sceleratissimis hominibus, & maxima ex parte præcisiuissimam actualis conuersionis significat conuenire.

Quæcumque diximus de actione re ipsa & actualiter elicienda, quando præceptum est positum, seruata proportione, intelligenda sunt etiam de actuali omissione actionis, quando præceptum est negatiuum, seu (quod idem est) quando aliqua actio prohibetur. In huiusmodi præceptis negatiuis clarior est modus prohibendi, formalissimè tendens ad ipsam volitionem, vt actualiter omittebam, vel actualiter eliciendam contrariam volitionem; veluti Matth. 6. *Nolite thesaurizare thesauros in terra.* & cap. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Roman. 12. *Noli vinci à malo; sed vince in bono malo.* Psalm. 31. *Nolite fieri sicut equus & mulus.* & alia sexcenta. Hanc verborum formam Deus propterea præceptis adhibet, vt præcipiendo admoneat liberi arbitrij. Quod acutè obseruauit Augustinus de gratia & lib. arb. c. 2. & cap. 4. fusè ponderat illud Rom. 12. *Noli vinci à malo;* atque inde colligit, voluntatem, gratia diuina suffultam, posse actualiter vincere.

Idem animaduertit Ennodius Ticinensis scribens ad Constantium quemdam (cuius verba refert Turrianus lib. 4. pro epist. Pontific. c. 2. prope finem) vbi postquam probauit, supposita Dei vocatione, & gratia duce, ac præcessore, in potestate

potestate voluntatis esse electionem, vt sequamur gratiam, vel resistamus, subdit: *Quid etiam sibi vult vniversa Propheta quasi seruis redimita locutio: Noli amulari malignantes: Nolite considerare in Principibus: Nolite fieri sicut equus, & mulus; & Apostolus: Nolite fieri serui hominum, toties noli in superna admonitione quò respicit, si aliud nolle non licuit?* Pondera postrema verba, quibus inest hæc vis collectionis; si peccatori non fuit possibile non velle illud malum, quod de facto voluit; sed velle contrarium bonum, frustrà, & sine vlla vtilitate adhibetur admonitio toties repetita, noli.

SECTIO III.

*Suauitas legis Euangelicæ confirmat, etiam peccatoribus esse absolute possibile actualiter explere præcepta.*

1. **P**ergimus probare tam plenam esse auxiliorum sufficientiam, vt quantum in Deo est, nihil desit, quominus efficaciter operetur iustificationem cuiusque peccatoris.

Prima ratio est, quoniam actualiter velle, & actualiter operari, est id, quod per se & immediate præcipitur Euangelica lege, vt ostendimus in sectione superioris, sed quod præcipit lex Euangelica, est facile, atque suaue quibuscumque Christianis: ergo actualiter velle, & actualiter operari est facile, atque suaue quibuscumque Christianis, etiam iis, qui de facto negligunt, & refugiunt actualiter velle, & actualiter operari, quod præcipitur.

Minor probatur, quia quod præcipit lex Euangelica, est iugum, & onus Iesu Christi; sed iugum, & onus Iesu Christi est facile, atque suaue: ergo quod præcipitur in Euangelica lege, est facile, atque suaue quibuscumque Christianis. Vnde præterea infertur, etiam iis Christianis, quibus de facto negatur auxilium afferens antecedentem necessitatem explendi præcepta, non solum esse possibilem, sed etiam facilem, & suaue obseruantiam præceptorum: ac subinde prædictum genus auxilij non requiri.

Confirmatur primo, quoniam ipsa etiam impossibilitas secundum quid, quæ in difficultate consistit, procul abest à lege Euangelicæ: ergo longius aberit impossibilitas simpliciter. Adest autem talis impossibilitas, quoties deficit aliquid, simpliciter requisitum ad actualiter operandum, atque deficit independenter ab exercitio libertatis.

Confirmatur secundò, nam inde refutantur omnes solutiones, quas retulimus sect. 1. & peculiariter secunda, quia legis Euangelicæ onus non esset leue, atque suaue omnibus Christianis, si non esset illis omnibus possibile illud actualiter ferre, ita vt hoc ipsum positum esset in eorum potestate per diuinam gratiam; sed solummodo esset possibile Deo de potentia ordinaria conferre talem suauiatatem, & facilitatem quibus ipse voluerit hominibus; cæteris verò negare, independenter ab exercitio libertatis eorum.

4. Explicatur, & confirmatur à simili, quoniam Deus de lege ordinaria potest, & vult, ad statutam puerorum addere cubitum vnnum; atque hoc etiam, sicut & cætera corporis bona, poterit aliquando precibus impetrari; nihilominus, quoniam huius rei facultas non est data, neque oblatæ

libero arbitrio; sed eam Deus penes suam prouidentiam retinuit, propterea verissimum est illud Matth. 6. *Quis vestrum cogitans potest adicere ad statutam suam cubitum vnnum?* Simili ergo ratione, si omnibus Christianis, qui de facto peccant, non alia ratione possibile est actualiter explere præcepta, nisi quatenus de lege ordinaria Deus potest conferre peculiare quoddam auxilium antecedenti necessitate deterrinans, quo negato, iuxta frequentius exercitium legis ordinariæ, sit absolute impossibile, actualiter explere præcepta; poterit de Christianis peccatoribus absolute pronuciari: Nemo vestrum cogitans potest explere præcepta Iesu Christi; nec per gratiam positum fuit in eius manu & arbitrio facilitatem & suauiatatem Euangelicæ legis sentire; sed hæc possibilitas, suauietas, & facilitas solummodo erit comparatione diuinæ voluntatis, & potentia, quæ sola paucis eam communicet, pluribus verò deneget.

Rursus contra quartam solutionem positam in eadem sect. 1. colligitur Euangelicæ legis præceptis actualiter satisfacere, non reddi proprijs viribus impossibile, quotiescumque homo peccat. Si enim vera & absoluta impossibilitas quæcumque præceptorum transgressione acquireretur, non foret iugum leue, atque suaue, quod peccatoribus imponitur, vt ad Deum conuertantur, & cætera præcepta custodiant.

5. **Præsentis discursus fundamentum.** Fundamentum totius præsentis discursus est illud Matth. 11. sine: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Quod exponere oportet, quantum rei præsentis satis erit. Notant igitur communiter Patres, infra citandi, præsertim Chrysostomus, Hieronymus, & Augustinus, Iesu Christi iugum, & onus comparari hoc loco non solum cum onere peccatorum, sed etiam cum onere legis veteris, de qua Actuum 15. Petrus: *Quid tentatis Deum, imponere iugum super cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.*

7. **Quorundam testimonij explicatio.** Hæc autem impossibilitas, quam Petrus Moisaica legi tribuit, non potest intelligi impossibilitas simpliciter. Est enim blasphemum, asserere, Deum vilo tempore aliquid impossibile præcisè, vt ex hac, & sequentibus sectionibus constabit. Intelligit ergo Petrus impossibilitatem secundum quid, hoc est, magnam difficultatem propter numerosam, ponderosam, atque supplicij rigidissimis horrentem præceptorum molem, peculiariter verò propter caeremonialia & iudicialia præcepta. Nam in hoc Concilio Apostoli: *Omnibus legalibus, & typicis rebus, per scriptam epistolam vniversum orbem liberarunt.* Num data illis erat tanta rei auctoritas? Sed fatentur scripto misso: *Visum est Spiritui sancto, & nobis, &c.* vt Cyrillus Hierosolymitan. catechesi 17. inter medium & finem loquitur.

8. **Idem** Oneris istius suauiatatem, & facilitatem nonnulla Scripturæ testimonia, & rationes oppugnare videntur, quibus abundè satisfaciunt Patres. Summa solutionis est, heroicam perfectionem secundum se difficillimam, imò & humanis viribus impossibilem abundantissima Spiritus sancti gratia, & charitate, diffusa in cordibus Christianorum, reddi facilem, atque suaue, aded vt multo magis difficile, durum, & laboriosum sit seruire concupiscentijs; vt eloquenter ostendit Chrysolom. 30. in Matth. à medio. Idemque hom. 22. & hom. 57. in Matth. longè post med.

9. Idem confirmat Augustinus toto serm. 9. de verbis Domini secundum Marth. Præsertim notanda sunt illa verba post medium: *Omnia enim facta, & immensa prorsus facilia, & prope nulla efficiuntur amor. Quanto ergo certius, ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit, cupiditas fecit. Quam facile toleratur quilibet aduersitas temporalis, ut æterna pena vitetur, æterna requies comparetur, & paucis interiectis. Ecce unde illud iugum suauis est, & sarcina leuis. Etsi angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista: Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mire sunt amantibus.*

10. Et serm. 12. de verbis Apostoli ad finem ait: *Vt enim sarcina eius sit tibi leuis, & iugum eius suauis, ille tibi amorem inspirauit. Amanti suauis est, non amanti durum est. Amanti suauis est, Dominus dedit suauitatem.* Alludit ad Psalm. 84. *Dominus dabit suauitatem.* Quod Augustinus, Prosper, & Fulgentius de præueniente gratia intelligunt: ut vidimus tomo de prouidentia disp. 30. sect. 3. & toto sermone. 24. alijs serm. 22. de verbis Apostoli ostendit Augustinus, auaritiæ, & aliarum cupiditatum sarcinas esse multo grauiores onere Christi: *Hæc, inquit, sarcina non est pondus onerati, sed ala volatur.* Idem Bernard. epist. 341.

11. Hieronymus epist. ad Damasum de filio prodigo circa medium ait: *Iugum suum leue, id est, mandatorum suorum facilia præcepta ex gratia magis, quam ex merito super iuniorum filium collocauit.* & in commentario Matth. cap. 11. ad finem: *Eos, ait, qui grauius legis iugo premebantur, ad Euangelij inuitat gratiam.*

12. Nysenus in oratione ad illa verba Matth. 23. *Quatenus fecistis vni ex minimis meis, mihi factis;* inter medium & finem orationis, ait: *Tollite iugum meum, inquit, super vos. Iugum autem dicit cultum & obseruantiam præceptorum. Dicitur audientes semus iubenti: Iumentum Christi efficiamur, dilectionis loris non alligantes: ne excutiamus eiusmodi iugum, commodum est, leue est, non atterit collum subeuntis; sed polit, ac leue reddit.*

13. Prosper in lib. sententiar. ex Augustino, sentent. 222. ait: *Omne præceptum Dei leue est amanti, nec ob aliud intelligitur dictum onus meum leue, nisi quia dat Spiritum sanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut diligendo liberaliter faciamus, quod qui, timendo, seruiliter facit.* Idem Prosper, sen quilibet alius author libri de prouidentia, qui habetur inter opera Prosperi paulo ante medium libri sic cecinit.

*Nec te difficilia nunc obseruantia legis  
Sub duris iubet ire iugum: mens libera sanctum  
Obsequium ratione ferat, quam Spiritus almus  
In tabulis cordis describat sanguine Christi.*

14. Nazianzenus oratione 2. in Pascha, quæ est 24. post medium, ait: *Quod nouum iugum benignum, & suauis est, ut Scriptura loquitur, atque onus leue: id propter spem fit, ac mercedem, huius vita molestis, afflictionibusque longè uberiorem. Alioquin enim quis non legalibus præceptis Euangelium multo laboriosius, atque arduosius esse dixerit.* Ambrosius lib. 3. in Lucam in geneologia Saluatoris explicans allegoricè Phares, & Zaram: *Serviebat, inquit, populus Iudeorum, remotum est seruitutis iugum, quod nostra anima quædam colla reprimebat. Habemus iugum bonum, ac leue, quod habentis pacis, ac gratia vinculis magis erigat, quam deprimat copulatos.*

Hilarius in Psalm. 2. ad illud: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum;* Quia gentes, inquit, peccatorum suorum vinculis colligantur, à quibus absolueri se per infidelitatem non possunt, secundum quod dictum est: *Fascis peccatorum suorum constructus est peccator.* Indat vero iugo legis onerantur, quod à se Apostoli abijciunt, Beato Petro, dicente: *Nunc verò quid tentatis Dominum ponere supra collum discipulorum iugum, quod neque nos, neque Patres nostri, potuimus portare.* & post pauca: *Vt graui isto, & intolerabili abiectione, suauis illi, & leui, ad quod inuitati sunt, Euangelica iustificationis se iugo subderent. Gentium autem vincula per libertatem predicationis abrumperent.*

Pacianus tract. de poenitentia: *Donatam, ait, in nouo Testamento solum delictorum, & remediorum indulgentiam destinatum, quoniam in pauca conclusi sumus, & necessaria, quæ & seruari facillimum sit, & cauere, ut meritisimo tartarum non recuset, quitanta donationi ingratus, ne hæc quidem pauca seruet.* Consonat Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 16. prope med. aduentum Spiritus sancti ita describens: *Primum mansuetus illius aduentus, flagrans progressus, onus leuissimum, ante suum accessum, radius lucis præmittens, & cognitio.*

Rationem à priori suauitatis istius habemus ex 1. Ioannis 5. *Hæc est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius graui non sunt.* Quoniam omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum. Vbi S. Thomas: *Mandata eius graui non sunt, id est, difficilia. Et ideo, ut dicit Glossa, libenter custodienda sunt. Matib. 11. Iugum enim meum suauis est, &c. Glossa. Quia natura sunt dura, & aspera, amor Dei, & spes præmij facit lenia. Si quis graui ea esse dicat, infirmitatem suam accusat, quia forti sunt lenia.*

Perpende primò, Apostolum agere non de potentia obseruandi, sed de actuali obseruantia, videlicet, ut mandata eius custodiamus; & hæc ait non esse graui, nimirum ut custodiantur actu. Secundo. Huius verò suauitatis ratio est diuinæ naturæ participatio, & virtus ex Deo parente recepta, qua omne, quod natum est ex Deo, est viribus superius mundo, & qualibet tentione mundi; & quod est ex vi talis virtutis, vinceret quilibet de facto mundum, nisi liberè pro suo arbitrio contemneret diuinam generationem, ut sequeretur inanitas concupiscentias.

Vnde sic argumentor. Si iustis, quando mortaliter peccant, negatur aliquod auxilium simpliciter necessarium, ut vincant mundum; sequitur, plurimos ex Deo natos nullo modo vincere mundum; nam neque vincunt actu, & re ipsa, siquidem peccant, neque vincunt, quod est ex vi natiuitatis ex Deo, siquidem ea natiuitas denegat aliquid simpliciter necessarium ad actualem victoriam. Imò actualis victoria manet adhuc absolute impossibilis, non obstant diuina generatione. Ergo non omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: falsumque proinde erit, quod Ioannes nuper citatus affirmavit.

Confirmatur, nam similem aliam sententiam ex 1. Ioan. 3. exponens S. Thomas in 4. contra Gent. cap. 70. ad finem ait: *Bona Spiritus sancti, quibus homo adoptatur in filium, quantum est de se, tantam habent virtutem, quod hominem sine peccato conseruare possunt.*

Vnde postremò confirmatur, quia si Christus Dominus, tantam perfectionis celsitudinem præcipiens,

15.

16.

17.

18.

19.

*Ex dicto validum deducitur argumentum.*

20.

cupiēs, negaret aliquid simpliciter requisitum, ut actualiter expleretur: maiori iure retorqueri posset in ipsum, quod Scribarum, & Phariseorum Prælati, & Doctoribus obiecit Matth. 23. *Alligat onera graui, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.* Præsertim cum ne minimi quidem labore digiti opus haberet Christus, ut exhiberet, quidquid est simpliciter necessarium ad actualiter operandum, sed solo suæ voluntatis nutu iuuare posset; ut homines onus sibi impositum moueret. Quòd si Deus, quod ex se est, præbet quæcumque sunt simpliciter necessaria, ut onus actualiter portetur à quibuscumque hominibus, iam Deus, quod ex se est, mouet illud onus, & tanta fortitudine mouet, ut quod homini restat cooperandum, suauis fiat, & leue. Quòd si de facto non mouetur onus, per hominem stat, non per Deum.

21. Eandem suauitatis causam sub typo circumcisionis Euangelicæ legi præcipua intentione promissit Moyses Deuter. 30. *Circumcidat Dominus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis viuere.* Vbi ponderanda sunt ita.

Primum, circumcisionem promissam esse à Deo, non solum, ut possis viuere, sed etiam, ut actu diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo: ergo talis dilectio non est impossibilis in sensu composito, & ex suppositione omnium auxiliorum, quæ Deus ex parte sua tibi concesserit.

22. Secundum est, quæcumque circumcisionem, quæ valuerit, ut toto corde diligas Deum, eo ipso valere, ut de facto impleas omnia præcepta.

Tertium est, hæc circumcisionis voce significari sacrum aliquid, & supernaturale, cor, & animam eleuans ad aliquid, quod sine circumcisione non poterat. Quapropter significatur auxilium supernaturale. Vnde Glossa Interlinealis Deuter. 30. ait: *Euidens promissio gratia. Promittit enim Deus, se facturum, quod solet iuuare, vel inuere, ut fiat.* de hac spirituali circumcisione Paulus loquitur Rom. 2. Philip. 3. Coloss. 2.

23. Quartum, prædictam spirituale, interiorè que circumcisionem, ut plurimum in sacris literis poni, quasi dependentem à nostro libero arbitrio, & in eius manu positam: ut Deuter. 10. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram, ne induretis amplius.* Ierem. 4. *Circumcidimini Domino, & auferite præputium cordium vestrorum, viri Iuda.* Actuum 17. *Dura ceruice, & incircumcisus cordibus vos semper Spiritui sancto resististis.* Consonat Paulus ad Roman. 2. 3. & 4. & ad Coloss. 2.

Quintum ex his sequitur, quando Deus promittit, atque prædicat, fore, ut circumcidat cor omnium fidelium ea ipsa circumcisione, quam nostro libero arbitrio facere tenemur; eo ipso promittit, atque prædicat fore, ut Deus, quod ex se est, omnia requisita præster, ut actualiter circumcisum, & purum maneat nostrum cor, nisi per nostram liberam malitiam steterit.

24. Circumcisionem, quæ sit per gratiam Euangelicam, notauit Augustinus de Spiritu & litera cap. 8. in medio tractans verba Apostoli Roman. 8. *Circumcisionem, inquit, cordis dicit puram, scilicet ab omni illicita concupiscentia voluntatem: quod non sit litera docente, & minante, sed Spiritu adiuuante, atque sanante. Ideo laus talium non ex hominibus,*

*sed ex Deo est, qui per suam gratiam præstat, unde laudentur.* Eandem circumcisionem esse nouæ legis propriam, obseruauit Gregorius in Ezechiel. homil. 16. circa medium, dicens: *Adimplere venerat legem, qui legis iustitia gratiam addidit, ut quod illa iubebat in minimis, ipse perfici adiunaret in summis; & quod illa coercerat ab opere, ipse refeceret à corde.*

Huc pertinent omnia Patrum testimonia, quæ Veteris, & Nouæ legis præcipuum discrimen in eo constituunt, quòd lex vetus iubebat plus, iuuabat minus, idque prævalente timore; sed Noua lex iuuat magis, diffundendo copiam charitatis, & gratiæ, ut Augustinus notat dicto lib. de Spiritu & litera cap. 5. prope initium, & fufius cap. 13. post cuius medium notanda sunt illa verba: *Quid igitur interest, breuiter dicam. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo imperat.* & à cap. 18. vsque ad 21. prædictum discrimen multis Scripturæ testimoniis probat, præsertim in cap. 20. & 21. fine, notandum est, quod explicat ex Ieremiæ 31. & 2. Corinth. 3. *Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Vnde significat eos non forissecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos.*

Rursus serm. 3. de verbis Apostoli eorum. vltima: *Ecce, ait, quid est, litera occidit. Si vis ergo euadere legem minantem, ad spiritum fuge adiuuantem. Quod enim lex imperat, fides sperat. Clama ad Deum tuum, adiuet te. Non remaneas sub litera reus; sed spiritu suo te adiuet Deus.* & paucis interiectis: *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato. Quomodo conclusit? Ne vagaretis, ne præcipitaretis, ne mergeretis. Cancellis tibi fecit lex, ut non inueniendo, qua exires, ad gratiam conuolare.* Vide nunc quomodo difficilia præcipere possit esse facilitatis remedium, si Deus consultò, & data opera præcauer, ut tibi sit absolute impossibile, actualiter ad gratiam conuolare, sperando, clamando, negando aliquid simpliciter necessarium ad illa. Pluribus de hoc disserit lib. de grat. & lib. arbit. toto cap. 4. quod ita claudit: *Homo ergo gratia inuatur, ne sine causa voluntati eius inbeatur.* At sine causa, hoc est, frustra, & sine vtilitatis spe iubetur voluntati, quæ absque sua culpa priuatur aliquo simpliciter requisito, ut obediat.

Ad idem discrimen probandum valet totum cap. 6. & 7. ad Roman. præsertim verò illud capit. 8. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis. Non quòd impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne; ut iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.* Vnde Cyrillus Alexand. lib. 3. contra Iulianum circa medium breuiter colligit, quòd in lege Euangelica supra naturam est, non esse impossibile propter regenerationem gratiæ.

Docet idem fufius Augustinus de Spiritu & litera cap. 13. & Ambrosius de Iacob. & vita beata cap. 3. 4. 5. & 6. Peculiariter obseruandum est, quod in fine cap. 4. ait: *Mibi tamen mors non sit (videlicet lex) cui promptum est ad Christum confugere, per quem solimur omni mortis periculo. Quomodo ad Christum confugere promptum erit, cui absolute, & independenter ab eius libertate negatur aliquid simpliciter requisitum, ut actualiter confugiat? Tractat etiam de eodem*

25. Veteris & Nouæ legis discrimen.

26.

Galat. 3.

27.

28.

discrimine vtriusque legis Ambrosius lib. 3. in Lucam, dum in genealogia Saluatoris exponit allegoricè Phares, & Zaram.

SECTIO IV.

Facilitas, & suauitas Euangelica in præcedentes leges, & qualibet illarum præcepta redundauit.

1. Propter Christi D. meritam in veteri, quam in noua lege omnibus oblata est sufficientium auxiliorum copia.

NE videamur sufficientiæ plenitudinem, nullo vltiori auxilio indigentem, limitare ad legem gratiæ; operæpretium erit ostendere, omnibus retrò sæculis tam in lege naturæ, quam in lege scripta propter Iesum Christum, & illius infinita merita collatam, seu oblatam fuisse omnibus hominibus tãtam auxiliorum copiam, quanta satis erat, non solum vt effet possibile, sed etiam vt effet facilè omnibus præceptis actualiter satisfacere, si velent animum adiuicere. Huius præcipuum argumentum est, quoniam si alicuius legis præcepta explere fuisset impossibile, aut difficile; maxime legis veteris, propter ea, quæ retulimus fact. 3.

2. Veteris legis præcepta obseruata facilitas.

At verò legis veteris præcepta propter fidem, & gratiam Christi, in illis contentam, & oblatam, fuisse non solum possibile, sed etiam obseruari facilia, eiusdem legis conditor, seu minister monuit Deuteron. 30. dicens: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, neque in caelo situm; vt possis dicere: Quis nostrum valet ad caelum conscendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus?

Aduerte primò postrema verba: Vt audiamus per interiorē; scilicet, liberæ voluntatis consensum (quem audiendi verbo significari, constat ex plurimis aliis locis sacre Scripturæ) atque opere compleamus. Igitur non agit de sola potentia, sed de actuali volitione, & executione libera.

Secundò compara illud verbum, valet, cū præcedentibus; Non supra te neq; procul, neque in caelo, & videbis apertè, tractari de virtute, atque possibilitate tanta, vt actualis volitio, & executio sit absolutè possibilis.

3.

Tertiò, hæc omnia destinari ad refecandam excusationis ansam, qua peccatores possent suam actualem inobedientiam excusare; si aliquid simpliciter necessarium ad actualem obedientiam, deficere, colligitur ex sequentibus verbis: Neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: Quis est nobis transfretare mare poterit, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere, quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & corde tuo, vt facias illum. Vbi Glossa Ordinaria: Iuxta est sermo, id est, mandata Dei moderata, & temperata sunt humanis viribus; intellige, diuino auxilio suffultis. Quare propinquitas hæc non est loci, sed facilitatis, neque vt possis, sed vt facias illum actu, & re ipsa.

Quartò post pauca Moyses vrget proteruos auditores, dicens: Testes inuoco hodie caelum, & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum; benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam; vt tu viuas, & semen tuum; & diligas Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, & illi adhaereas.

4. Libertas omni necessitate vinculo soluta.

In benedictione, & maledictione ante oculos posita, & in optione data eligendi, quòd voluerint, contineri libertatem, solutam omni necessitatis, & impossibilitatis vinculo, satis ostendimus

tomo de scientia Dei disp. 39. sect. 7. & 8. Cæterum eadem libertatis indifferentia satis fuerat significata, cum dixerat Moyses esse in corde nostro sermonem, vt faciamus illum. Quod scitè obseruauit Athanasius, cuius verba retulimus supra disp. 39. sect. 13. & confirmant omnia, quæ in eadem sect. 13. notauimus de vsu præpositionis, in, ad significandum libertatis indifferentiam.

Istius propinquitatis, & facilitatis causam fuisse fidem in Dominum nostrum Iesum Christum, interpretatur Apostolus ad Roman. 10. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum? id est, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis renouare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbum fidei, quod predicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.

In huius loci explicatione licet plurima sint, quæ in controuersiam vocari possunt: illud tamen certum videtur, Apostoli verba destinari contra diffidentiam, & contra excusationis prætextus, quæ ex impossibilitate, aut difficultate suboriri poterant. Nam per fidem Iesu Christi, ac subinde per eius auxilia sperari potest vera iustitia, & æterna salus, non solum tanquam hominibus possibilis, sed tanquam expedita, & in promptu posita, atque in nostra libera voluntate, supposito Dei auxilio. Atque ita intelligit hunc locum D. Augustinus de nat. & grat. cap. 69. & de Spiritu, & litera cap. 29. in sequenti sect. referendus. Quòd si existimes hoc loco Apostolum citasse verba Deuteronomij secundum literalem sensum, à Moysè intentum, maius accedit robur præcedenti testimonio. Est autem hæc existimatio multò probabilior, vt ostendunt expositoras Deut. 30. & ad Rom. 10.

Propinquitatem hæc ab Apostolo facilitatem intelligi, nobis oblatam in promptu, quando voluerimus, notat Theophylactus, cuius verba retulimus disp. 39. sect. 13. Vnde Antonius apud Athanasium in eius vita colum. 8. ait: Nolite, quæso, virtutis tanquam impossibile nonnen parere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quòd ex nostro, Dei gratia procedente, pendet arbitrio.

Idem colligitur ex sacra Scriptura, quippe quæ tradit propinquitatem hanc, seu facilitatem ex nostra libertate pendere, à nobisque posse adquiri, vel non adquiri: veluti Iacobi 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Vbi S. Thomas: Appropinquate, inquit, Deo per morum imitationem. Glossa, per bona opera. Augustinus, Deus vbique est, cui non locis, sed moribus appropinquamus. Et appropinquabit vobis, per gratiæ infusionem, & gloriæ præparationem. Matth. 4. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum.

Quapropter & Baptista Matth. 3. prædicat, & discipulis Lucæ 10. primariò præscribitur prædicandum: Appropinquauit in vos regnum Dei. Hoc autem idem valet, ac si diceret, Diuina gratia faciliior, & promptior est, magisque in vestra libera potestate constituta post aduentum Iesu Christi. Laurentius Nouarriensis Episcopus circa annum Domini quingentesimum in homil. de penitentia colum. 4. tomo 2. Biblioth. Post Baptista, inquit, remedium tuum in te ipso statuit, remissionem in arbitrio tuo posuit. & post pauca: Aqua intus est; ablutio

5. Huius facilitatis causa fides in Christum D.

6.

7.

8. Diuina facilitas à nostra pendet libertate.

9.

ablutio in arbitrio est, sanctificatio in solertia est, remissio in rore lachrymarum est. Noli te soluere in signitiam, fons est in homine conseruatus perpetua penitendo Ibi est penitentia ad vocem Baptista, qui sic vociferatur in eremo: Penitentiam agite; appropinquauit enim regnum caelorum.

10.

Vt alia plura Scripturæ testimonia prætermitteremus, illud postremò subiiciam Sapient. 6. Clara est, & qua nunquam marcescit sapientia; & facile videtur ab ijs, qui diligunt eam; & inuenitur ab his, qui quarunt illam. Præoccupat, qui se concupiscunt, vt se illis prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam in foribus suis inueniet. Suppone sapientiam nullam esse sine actuali obseruantia diuinæ legis. Nota illa verba, facile videtur; & illa, non laborabit. Et postremò huius facilitatis causam inuenies esse gratiam præuenientem. Præoccupat enim, qui se concupiscunt, vt se illis prior ostendat, & in foribus assidet, expectans, vt inueniatur. Quod magis explicatum est disp. 41. sect. 6. & 7.

SECTIO V.

Varia rationes, quibus Patres confirmant prædictam possibilitatem, & facilitatem.

1.

SVprà disp. 39. tota sect. 8. ex Augustino, Irenæo, Nazianzeno, Mose Barcephæ, Tertulliano, Clemente Romano, & Alexandrino, atque Damasceno probatum est, præceptis, atque consilijs Deum significare, atque promulgare voluisse concessam hominibus libertatem, qua possint se obseruare illa, vel transilire, si velint. Hoc supposito, clariore sunt vires sequentium autoritatum ad probandum, quòd intendimus.

2.

Prima ex bonitate Dei, & prouidentia suauitate.

Primam rationem ex bonitate Dei, & prouidentia suauitate breuiter attigit Dionysius de diuinis nominibus cap. 10. ante medium: Dicitur, inquit, & omnitenens Thearchia, sicut omnia tenens, & in mixtè gubernatis principans, & sicut omnibus desiderabilis, & interminabilis existens, & supereminens omnibus voluntariis leges, & dulces partus diuini & omnipotentis, & indissolubilis amoris ipsius bonitatis. Vnde colligitur primò, omnes leges Dei, siue naturales, siue supernaturales esse voluntarias: quia lex innixa est vniuscuiusq; rei inclinationi quidditatiuæ, siue quidditas illius fuerit naturalis, siue supernaturalis. Secundò istæ leges non difficiles, ac doloriferi, sed suauissimi partus sunt: quoniam procedunt ab amore indissolubiliter innato singulis rebus, quo secundum suam quidditatem & capacitatem vnaquæque res amat participationem diuinæ bonitatis: quapropter insupernaturalibus legibus dulcedo prouenit ex supernaturali amore charitatis. Tertiò, hoc prouenit ex eo, quòd legislator Deus est omnibus desiderabilis, & interminabilis, ita vt nihil boni extra Deum desiderandum restet, & vnius fructio non impediatur fructu alterius. Quartò hæc est primaria ratio, propter quam diuina Thearchia, & principatus est summa potentia, & efficaciac, quia nimirum prædicta legum suauitate omnia disponit. Hæc, quæ notauimus, sumuntur ex D. Thoma in eius capituli commentario lect. 1. vbi quomuis quòd attinet ad supernaturales actiones non explicet, virtualiter tamen, & implicite includit.

3. Secunda ex valore gratia.

Secunda ratio ex valore gratiæ, illiusque præsertim, quæ per Baptismum datur, virtute cuius sit possibile omnia Dei præcepta explere, colligitur non obscurè ex Mileuitano Concilio can. 3. 4. & 5. & Africano can. 78. 79. & 80. & prima epist. Coelestini ad Episcopos Galliæ à cap. 4. vsque ad finem, peculiariter verò cap. 10. in principio. Quorum vestigijs insistentis Arausicanum I. clarior, quòd tractamus, expressit can. 25. post med. dicens: Hoc secundum fidem Catholicam credimus, quòd, accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante, & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Ergo hoc ipsum implere actualiter est positum in manu, & in arbitrio libero cuiusque baptizati, supposito diuino auxilio; hoc enim significat illa conditionalis, si voluerint, vt sæpe repetiuimus. Eadem verba transcripsit liber de Ecclesiast. dogmat. c. 49. fine.

4.

Sed Tridentinum clarior non solum de potentia nostra, sed etiam de possibilitate actionis, quæ nobis præcipitur, in sess. 6. cap. 11. sic loquitur: Nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce vri debet: Dei præcepta hominibus imposito ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet; & facere quòd possis, & petere quòd non possis, & adiuuat, vt possis. Cuius mandata grauiora non sunt; cuius iugum suauis est, & onus leue. Perpende, ad obseruandum, id est, ad ipsam actualem volitionem, & executionem, per quam implentur diuina præcepta non esse impossibilia, neque grauiora, sed suauia. & can. 18. eiusdem sess. 6. Siquis dixerit, Dei præcepta hominibus etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit.

5.

Augustinus non solum sententiam, sed etiam verba Tridentini tradiderat lib. de nat. & grat. cap. 43. dicens: Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere, quòd possis, & petere, quòd non possis. Et postea per multa capita vsque ad finem libri, & in sequenti libro de grat. & libero arbitrio probat, possibilitatem benè viuendi à gratuito Dei auxilio prouenire. Rursum in eodem lib. de nat. & grat. cap. 68. ait: Non solum ad bonas actiones, verum etiam ad pijs orationes eos exhortari, meminimus, atque hoc instruere sanitate doctrina, vt illi gratias agant, cum instruantur benè viuere; quòd aliquid sine difficultate fecerint; & ubi difficultatem aliquam sentierint, fidelissimis, & perseverantissimis precibus, & misericordiis promptis operibus facilitatem à Domino impetrare persistant.

6.

Et sequenti cap. 69. ait: Eo ipso, quòd firmissimè creditur, Deum iustum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere: hinc admonemur, & in facilibus quid agamus; & in difficultibus quid petamus. Omnia quippe sunt facilia charitati. Quòd postea fusiùs explicat, dicens, posse impetrari affectum charitatis, quo lenia reddantur præcepta, quæ forent alioqui grauissima. Vnde subdit: Quomodo ergo dicitur: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, nisi quia verumque verum est. Dura sunt timoris, leues amoris?

7.

Palastina Synodus.

Fuerat idem iudicium Palastinae Synodis, quòd refert, & approbat Augustinus lib. de gestis Pelagij cap. 6. prope initium, dicens: Pelagius respondens ait: Posse quidem hominem sine peccato esse, & Dei mandata custodire, si velit, diximus; hanc enim possibilitatem Deus illi dedit: non autem diximus, quòd inueniatur aliquis ab infantia vsque ad senectam, qui nunquam peccauerit; sed quoniam à peccatis conuersus



conuersus proprio labore, & Dei gratia possit esse sine peccato. Et cap. 30. versus medium refert, Pelagium interrogatum à Ioanne Episcopo Hierosolymitano familia respondisse: neque aliam ab eo Episcopo obiectam fuisse illi culpam, nisi quodd sine Dei gratia id fieri posse dixisset antea Pelagius, ut quidam susurrabant: nam Ioanni nondum mens Pelagij erat expiorata. Et cap. 25. inter principium & medium sic per epilogum eandem sententiam repetit: Possit autem hominem esse sine peccato, si velit, non sic approbatum est, quomodo ab illo in libro suo positum videbatur, tanquam hoc in sola potestate esse hominis per liberum arbitrium. Hoc quippe arguebatur sensisse, dicendo, si velit, sed quomodo nunc ipse respondit: imò quomodo id breuiter, & ueracius iudices, Episcopi sua interlocutione commemorauerunt, hominem cum adiutorio Dei, & gratia posse esse sine peccato.

8. Per Dei gratiam omnia peccata mortalia uicari possumus.

Itaque per diuinam gratiam esse possibile vitare omnia peccata mortalia, & custodire diuina præcepta, tanquam dogma catholicum admittitur à Synodo Palæstina, necnon à D. Augustino. Qui duos alios articulos refutat, alterum, quem Pelagius asseruerat prius, uidelicet, id possibile esse per liberum arbitrium absque gratia; alterum, quem callidè subiunxit postea, uidelicet, requiri gratiam, & adiutorium Dei; sed his nominibus non intelligendo aliud, nisi naturam, & legem, seu doctrinam exterius adnotentem, & negando necessitatem interioris gratia.

9. Clarius adhuc antiquiorum mentem Synodorum exposuit Moguntina Synodus Prouincialis cap. 9. definiens: Mandatorum Dei obseruantiam renatis, ac iustificatis esse possibilem, non secundum naturam infirmitatem, quam habent cum alijs hominibus communem; sed secundum gratiam Christi, qua imbuti sunt, & secundum opem Spiritus sancti. Vbi notandum est præterea quod subdit: Diuinarum præceptorum obseruatio renatis tantò est possibilior, quanto maiorem gratiam, eodem semper optulante Spiritu, acceptam retinent.

10. Hieronymus in epist. ad Cresiphontem contra Pelag. colum. 4. & tribus dialogis contra Pelagianos à principio usque ad finem operis admittit, Dei præcepta esse possibilem nobis; dummodo hæc possibilitas intelligatur, supposito auxilio gratia, quod ad singula opera necessarium est: atque ita limitetur, ut impossibile sit omnia uenialia collectiue vitare, & absque peccato viuere, scilicet, ueniali. Atque idem Hieronymus in Matth. cap. 5. prope finem: Sciendum, ait, Christum non impossibile præcipere, sed perfecta.

11. Basilius orat. in illud Moscos: Attende tibi ipse, colum. 3. Impium, inquit, est asserere præcepta Spiritus sancti impossibilia esse obseruata. Hilarius in id Psalm. 118. Latum mandatum tuum nimis; Non difficile sit, si uoluntas adsit præcepto. Testatur eandem possibilitatem Origenes homil. 9. in Iosue sub finem.

12. Macarius senior Ægyptius homil. 15. in medio multa differens de indifferentia libertatis ad utramque partem ait: Præcipit enim Deus, quæ sita sunt in tua potestate. Quod idem Clemens Alexand. 2. lib. Stromatum prope medium ita docuit: In nostra certe est potestate parere præceptis. & lib. 4. Stromatum tribus paginis ante finem: Præcepta sunt eiusmodi, ut à nobis possint fieri, & non fieri: quæ consentaneum est, ut consequatur laus, aut vituperatio. Rursus lib. 7. Stromatum uersus medium: Quomodo medicus præbet sanitatem ijs, qui opem ferunt.

ad sanitatem: ita etiam Deus aternam salutem ijs, qui opem illi ferunt, & cum eo cooperantur ad cognitionem, & ad bonas actiones; cum autem simul cum eo quod facimus, in nostra sint potestate ea, quæ præcepta imperant, perficitur quoque promissio, & post pauca: Hæc ergo à nobis exiguntur, quæ sita sunt in nostra potestate.

13. Tertia igitur ratio colligitur ex his, quæ notauimus hæctenus, uidelicet eo consilio Deum præcepisse multa, humanis uiribus graua, dura, & impossibilia, ut imbecillitatis propriae clauior experientia compelleret ad quærendam gratiam, qua facilia redderentur. Unde Augustinus de Spiritu; & litera cap. 19. in medio sic loquitur de mandatis Dei: Que, ut possit homo facere, Deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, id est, per Spiritum incorporatus, factisque membrum eius, potest quisque, illo incrementum inuiscus dante, operari iustitiam, & ad finem eiusdem capituli: Sub quo timore anima laborans, quando concupiscentiam malam non uicerit, per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det, quod iubet, atque inspirata gratia suauitate per Spiritum sanctum, faciat plus delectare, quod præcipit, quam delectat, quod impedit. Idem docet Augustinus de grat. & libero arbit. cap. 15. fine, & toto cap. 16. & 17.

14. Rursus de perfectione iustitia: ratiocinatione 6. Cælestio obiectanti, non posse homini præcipi, nisi quod possibile est, respondet: Consultissime homini præcipi, ut rectis passibus ambulet: ut cum se non posse perspexerit, medicinam requirat, quæ interioris hominis ad sanandam peccati claudicationem, gratia Dei est, per Iesum Christum Dominum nostrum. Et ratiocinatione 11. fine ait: Ad hoc lex ista præcepit, ut cum in his implendis homo defecerit, non se extollat superbia tumidus; sed ad gratiam confugiat fatigatus: ac sic cum lex terrendo, ad Christum diligendum pedagogi perducatur officio.

15. Prosper epist. ad Demetriadem, quæ apud Ambrosium est 84. colum. 8. Nec ob aliud, inquit, datur præceptum, nisi ut queratur præipientis auxilium, uoces enim dicentium, & litera paginarum, quæ ad eruditionem audientium, uel legentium Deo seruiunt, non carent eius uirtute, cui seruiunt. Similiter Leo in serm. 5. de Quadragesima prope initium, ait: Siquid impossibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad inuentum recurrat; qui ideo dat præceptum, ut excitor desiderium, & præstet auxilium, dicente Propheta: Iacta in Deum cogitatum tuum, & ipse te enutriet.

16. Quarta ratio est, quia foret Deus iniustus, si præciperet hominibus aliquid, cuius exequendi potestatem liberam denegaret. Quod Ennodius Ticinensis ad Constantium quemdam pro libero arbitrio disputans, apud Turrianum lib. 4. pro epistolis Pontificum prope finem, ita notauit: Quid enim boni à nobis exigeret Deus, qui appetentiam eius de uoluntate subtraxerat? Sed iuxta Apostolum: Numquid iniquus est Deus? Absit. Inter homines à recti discordat affectu, qui à subiectis exigunt, quod in potestate non tribuit; hoc de Deo qua conscientia sentiatur, aduertite. Postea ostendit, gratia duce, ac præcedente, manere in potestate hominis sectari, aut resistere: ut retulimus alibi. Nunc peculiariter obseruandum occurrit, appetentiã boni de uoluntate subtrahi quibusque peccatoribus, si actualiter appetere est absolute impossibile absque physica prædeterminatione: insuper Deum à subiectis exigere, quod in potestate non tribuit, negando, uidelicet, aliquid simpliciter requisitum.

Propter

17. Propter eandem rationem Leo serm. 16. de passione cap. 6. initio inde colligit, Deum iuste instare præcepto; quoniam prius præbet, & offert auxilium. Illius uerba sunt: Iugiter admonemur, ut dona gratia Dei non negligenter habeamus. Iuste enim nobis instat præcepto, qui præcurrit auxilio.

18. Inde etiam nascitur ratio quinta, quia tanta concessa gratia sufficientia, quanta requiritur ad actualiter operandum, peccantibus præcluditur excusationis uia, qua alioqui patebat aperta. Unde Lactantius lib. 4. diuinarum institut. cap. 24. non procul à principio, dum probat, oportuisse, ut summus præceptor iustitia non solum esset Deus; sed etiam homo fieret, uirtus hoc argumento: Qui dat præcepta uiuendi, amputare debet omnium excusationum uias, ut imponat hominibus parendi necessitatem, non aliqua uia, sed pudore; & ramentum porrigat relinquat, ut & premium sit constitutum parentibus, quia poterant non parere, si uellent. Quomodo ergo poterit amputari excusatio, nisi ut qui docet, faciat, quæ docet, & sit quasi premium, & manum porrigit sequuntur? Ecce Christus Dominus quibuscumque præcipit, & præcurrit exemplo, eisdem etiam manum porrigit auxiliando. Alioqui non amputat excusationes impossibilitatis. Unde post pauca repetit excusationem, ab impossibilitate petitam, dicens: Sentior me etiam ipse peccare, sed necessitas fragilitatis impellit, cui repugnare non possum. Quid ad hoc respondet præceptor ille iustitia? Quomodo refutabit, ac redarguet hominem, nisi & ipse carne fuerit indutus, ut ostendat, & carnem posse capere uirtutem? Et infra sub persona discipuli, ait: Non possum pro iustitia neque dolorem ferre, neque mortem, quia fragilis sum. Et respondet iustitia præceptor eximius: Ecce in me dolor, & mors habent potestatem; & ex ipso uinco, ut uictorem te faciam doloris, & mortis. Tribuit ergo uincendo potestatem; alioqui non refutatur excusatio ab impossibilitate ducta. Ac tandem in fine capituli ait: In passione toleranda, & in morte subeunda, uirtutis officia uersantur: quæ omnia consummatu Doctor perferre debet, ut doceat posse perferri. His similia repetit in sequenti cap. 25.

19. Rectè proinde Paulinus Nolanus epist. 4. ad Secuerum in fine colligit: Nemo se igitur excuset difficultate soluendi. Non sacrificia, non munera sumptuosa, non duri labores exiguntur à nobis. In nobis est, unde soluamus. Res potestatis nostra est noster affectus: hunc Domino impendamus, & soluimus. Et Chrylostomus 1. Corinth. 3. homil. 9. colum. 3. ait: Quamnam igitur habemus excusationem; si tam leuia, tam facilia præcepta non seruauerimus? Nul- lam sanè.

20. Petrus Chryologus serm. 41. de ieiunio, & eleemosyna non procul à fine: Amore pauperis, inquit, Deus suum regnum uendit, & ut emerit illud omnis homo possit, fragmentum panis ponit in pretium: quia uult habere omnes, qui tantum petunt pretij, quantum hominem scit habere. Deus regnum suum fragmento panis uendit: quis excusare poterit non ementem, quem tanta uilitas uenditionis accusat? Et ex serm. 114. ponderans illud Roman. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestra: sicut enim exhibuistis membra uestra, &c. Parua, inquit, aut forte nulla exigit, qui cupit deiecit proprietate concedere, & aliam excusationem, qui possibilia sibi, & uisitata præcipit, ut repensari deberet pro maximis. Da ergo homo Deo tantum, quantum carni, uirtusque tribuisti.

21. Sexta ratio, quia Deum accusant illi tantum, qui præcepta non implent. Quod acutè Chryostomus homil. 8. de penitentia, colum. 4. colligit ex parabola talentorum. Accessit, inquit, ille, cui talenta quinque tradita fuerant, & alia quinque attulit: accessit, qui duo, & alia duo attulit: accessit, cui unum fuit creditum, & quoniam non habuit talentum, quod ferret, pro talento accusationem attulit. Quomodo? Noui, inquit, quoniam austerus sis. O serui proteruiam, non contentus peccato, etiam contra Dominum statuit accusationem: Metens ubi non seminasti, & tollens quod non posuisti, sic etiam præsentia uita, quotquot nihil operantur boni, additamentum malorum faciunt accusationem aduersus Dominum. Nequaquam igitur Dominum incales: haud mandat impossibilia, multi & ipsa superant mandata: ergo se impossibilia fuisse, minus sua sponte superassent. Virginitatem, in bonis, nihil possidere nusquam mandatis, atque à se propriam substantiam multi abijciunt, ipsi operibus reddentes testimonium legibus mandatorum inesse multum facilitatis. Nequaquam ergo superassent ea, nisi facilia approbassent.

21. Sexta, quia qui præcepta non implent, Deum accusant.

22. Septima ratio, quoniam causa difficultatis est libera ignauias, & affectata defraudatio præceptorum, cum tamen rectis corde, atque fortibus sint facilia; Ecclesiastici 31. Qui querit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur ab ea. & Osee postremo cap. fine: Recte uia Domini, & iusti ambulabunt in eis; prauaricatores autem corruent in eis. Ergo qui uolunt esse iusti, ambulabunt actualiter; hoc enim, quantum est ex parte legis, & auxiliij, quod secum affert, est facile, & promptum. Qui uero actualiter corruerint, ad præcepti difficultatem offendentes, non rectitudinem uiarum, sed suam liberam prauaricationem accusent.

22. Septima, quia difficultatis causa est libera ignauias.

23. Ideo Chrylostomus homil. 39. in Matth. post medium, ait: Quod si adhuc iugum, ac onus audiendo formidat nimium, atque perhorrescis; non natura rerum huiusmodi timorem, sed ignauias totum attribuas. Nam si accinctus, & preparatus eris, & nulla desidia effeminatus, cuncta tibi facilia, leuissimaque uidebuntur. Quapropter etiam Christus, ut quantæ cura uigilandum esset, certiores nos redderet, non sinit onera, nec suauia tacuit; sed utrumque complexus, & iugum dixit, & suauem appellauit: onus apposuit, & leue adiecit: ne aut tanquam laboriosa nimium fugeres, aut tanquam nimium facilia contemptu prosequeris. Idem copiosius confirmat exemplis in nuper citata homil. 8. de penitentia propius ad finem, quam ad medium, & 1. Corinth. 4. homil. 14. propius ad medium, quam ad finem, & homil. 18. in Matth. colum. 3. Sunt ualde facilia, inquit, si aduigilemus.

23.

24. Totus denique presentis disputationis discursus confirmatur, quia non licet vim testimoniorum illudere, dicendo prædictam possibilitatem, facilitatem, & suauitatem illis tantum hominibus à Deo concedi, qui de factis præcepta implent; cæteris uero denegari. Hoc enim facile refutatur. Primò, quoniam omnia testimonia loquuntur generaliter, & absque exceptione. Secundò, quoniam quædam peculiariter arguunt peccatores, quod tam facilia non seruent, ut nuper uidimus. Tertio, quia prædicta limitatio magis expressè refutatur à Hieronymo, in explicatione fidei ad Damasum, quem refert & sequitur Magister 2. dist. 36. prope finem, quando ait: Execramus eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum, & præcepta Dei

24. Solutio quædam refutatur.




Dei non à singulis, sed ab omnibus in communi posse seruari. Quid autem sit ab omnibus in communi seruari posse, non video, nisi à quibusdam obseruari posse, videlicet ab his, qui de facto seruant; sed à reliquis seruari non posse. Quartò, nam lex non hominibus in communi, & vage, sed singulis in particulari datur, eòsque obligat: ergo singulis est possibilis illius impletio, & salutis consecutio. Vnde Ambrosius 1. Timoth. 2. *Vtique qui legem omnibus dedit, nullum excipit à salute.* Agebat autem de voluntate, qua Deus vult illos saluari, si & ipsi velint.

DISPVATIO XLIV.

Vtrum theologicæ spei, atque timoris rationes probent sufficientiam reducibilem ad actum.

SECTIO I.

Spei obiectum, certitudo, & fundamentum ad hunc finem expenditur.

**1.**  **V**ONTIAM syllogismorum forma, & consequentiæ bonitas euadit obscurior, quando aliqua extremitatum per circumloquia explicatur, ideo in præsentis disp. vtemur simplicioribus nominibus, & eam sufficientiam, cui nihil defuerit simpliciter necessarium ad actualiter operandum, appellabimus reducibilem ad actum; illam verò sufficientiam, cui deesse putatur aliquid simpliciter necessarium ad actualiter operandum, appellabimus irreducibilem ad actum. Præmoneo tamen de nominibus me nolle contendere. Ideoque si disputanti nomina displicuerint, ponat loco prioris nominis A. & loco posterioris B. dummodo his literis duæ contrariæ sufficientiæ intelligantur, quas nuper explicui, & in cæteris seruentur integri sequentes syllogismi.

**2.** Quorum primarius est. Auxiliorum vera sufficientia est proportionata obiecto, & certitudini spei; sed sufficientia irreducibilis ad actum, non est proportionata obiecto, & certitudini spei: ergo sufficientia irreducibilis ad actum, non est vera auxilij sufficientia. Quapropter restat, vt illa sola sufficientia, quæ quantum ex se est reducibilis ad actum, sit vera & propria sufficientia.

Maior probatur, quia fundamentum, cui spes nititur, debet esse proportionatum obiecto, & certitudini spei; sed fundamentum, cui spes nititur, est diuinum auxilium (vt docet D. Thomas 2. 2. quæst. 17. art. 1. corp. & art. 4. corp. & alibi sæpe, & communiter Theologi.) Ergo diuinum auxilium, cuiusque sufficientia debet esse proportionata obiecto, & certitudini spei.

Confirmatur, quia nisi fundamentum sit proportionatum, spes corruet, vel nutabit: itaque non erit firma, & certa, aut omnino spes non erit.

**3.** Minorem principalis argumenti vt probem, explico, eam præcipue agere de hominibus præscitis, sed fidelibus; maximè verò de iustis, qui

quandiu sunt in gratia, potiori iure, quàm ceteri, sperare tenentur, fore, vt qui *cœpit opus bonum, perficiat usque in diem Christi Iesu;* ac proinde supponitur illis paratum esse, atque offerri à Deo tale auxilium, quod sit fundamentum proportionatum, cui spes illorum nitatur. Nunc igitur sufficientiam irreducibilem ad actum non esse fundamentum proportionatum obiecto, & certitudini spei, probò primò, quoniam obiectum spei est bonum arduum futurum possibile haberi (vt D. Thomas docet 1. 2. quæst. 40. art. 1. corp. & 2. 2. quæst. 17. art. 1. corp. & quæst. 18. art. 3. corp.) Sed data sufficientia auxilij, quæ non sit reducibilis ad actum, est absolute impossibile haberi illud bonum arduum, & non est in potestate hominis vilo modo facere, vt sibi sit possibile: ergo talis sufficientia irreducibilis ad actum est improporcionata obiecto spei.

Secundò, & clariùs ostenditur, eandem auxilij sufficientiam esse improporcionatam certitudini spei; quoniam certitudo spei in eo consistit, quòd ex parte Dei, atque diuini auxilij nihil deerit, quominus beatitudinem actualiter assequamur; quamuis ex defectu nostri liberi arbitrij possimus deficere à consecutione beatitudinis. At verò si Deus nobis tribuit solummodo eam sufficientiam auxilij, quæ non sit reducibilis ad actum, iam ex parte Dei aliquid deficit simpliciter necessarium, vt beatitudinem actualiter assequamur; & deficit independentè à nostro libero arbitrio.

Huius probationis antecedens sumitur ex D. Thoma 2. 2. quæst. 18. art. 4. cuius tertium argumentum sic habet: *Certitudo esse non potest de eo, quod potest deficere; sed multi viatores, habentes spem, desiciunt à consecutione beatitudinis: ergo spes viatorum non habet certitudinem.* & respondet his verbis: *Hoc quòd aliqui, habentes spem, desiciunt à consecutione beatitudinis; contingit ex defectu liberi arbitrij, potentis obstaculum peccati; non autem ex defectu diuinae potentie, vel misericordie, cui spes nititur.* Vnde hoc non præiudicat certitudini spei. Ergo præiudicaret certitudini spei, si Deus independentè à quocumque libero defectu arbitrij obstaculum poneret actuali consecutioni beatitudinis, aut obstaculum poneret quories tale auxilium daret, ex vi cuius impossibile esset actualiter consequi, & necessarium esset à consecutione deficere: huiusmodi autem est auxilij irreducibile ad actum.

Tertia probatio sit, quia licet homo fidelis certò credat, omnipotentiam, bonitatem, & misericordiam Dei esse infinitam; ideoque posse, & velle ad beatitudinem perducere plures homines; insuper infallibilem esse Dei promissionem dandi æternam vitam cuiusque seruanti Dei mandata; adhuc tamen, si existimet, Deum pro suo beneplacito plurimis hominum fidelium denegare auxilia, simpliciter requisita, vt possibile sit actualiter seruare mandata, & salutem consequi; & ea de causa independentè à sua libera electione tales homines esse conclusos sub antecedenti impossibilitate actualis perseuerantiæ, & antecedenti necessitate actualiter peccandi finaliter: hic, inquam, homo iam habet sufficientem rationem dubitandi de sua salute: & dubitandi ratio erit maior ex parte Dei, quàm ex parte hominis, quippe qui prorsus ignorat, vtrum Deus daturus sit auxilium, quo dato in sensu composito sit necessarium actualiter peccare finaliter; vel daturus auxilium, quo dato in sensu composito sit necessa-

Obiectum spei bonum arduum, futurum, & possibile.

4.

5.

6.

necessarium actualiter perseuerare. Quare nihil est, vnde spes fluctuet, prout respicit humanum arbitrium; sed solum prout respicit arbitrium Dei.

**7.** *Spes firma, certa, & infallibilis.* Quarta probatio, quoniam tota superior ratiocinatio quasi in semine laet in Scriptura sacra. Sæpe namque docet, spem esse firmam, certam, infallibilem, prout nititur Deo; & eòstrario nos fluctuare, & vacillare, timendo de nobis ipsis.

Quam ob causam spem nostram Paulus non dixit esse quasi fundamentum ædificij, sed quasi anchoram nauis. Tempestas enim, & multus imber commouet ratem: anchora verò non permittit eam circumferri, vel allidi ad saxa, vel submergi. Animus itaque qua ratione alligatus est ad anchoram spei, quæ in Deum iacta est, inde firmissimus est. Aliunde tamen ex se ipso meritò fluctuat, vacillat, metuítque naufragium.

**8.** Propterea Paulus Hebr. 6. ait: *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui, interposuit insurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animam tutam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis; vbi Præcur for pro nobis introiit Iesus.* Perpende primò, summam solatij fortitudinem, tutamque firmitatem anchoræ procedere ex ea parte, qua spes respicit duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, & quatenus eadem anchora fixa est, & intimè penetrans interiora velaminis, vbi ei infirmitatem tribuit Præcur for pro nobis Iesus, extra maris fluctus constitutus. Obserua deinde, nos adhuc non esse omnino tutos, quia debemus confugere, ad tenendam anchoram, & per liberum arbitrium tenere, & habere debemus. Inde periculum, inde metus; quia liberum arbitrium potest deficere.

**9.** Prædictam rationem discriminis inter fundamentum ædificij, & anchoram nauis notauit clariùs, quàm ceteri, S. Chryl. Hebræorù 6. hom. 1. 1. vnde aliqua verba sumpsisse videtur Ambrosius; consonant OEcum. Anselmus, & D. Thomas ibi, sed non adeò rem explicant. Facit ad eamdem rem Aug. in id Psalm. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion.* Magis autem in præfatione ad Psalm. 123. dicens: *Spes nostra tam certa est, quasi iam res perfecta sit. Neque enim timemus, promittente veritate. Veritas enim neque falli potest, neque fallere. Bonum est, vt hęcamus illi, illa nos liberat; sed si manserimus in verbo eius.* Ergo ex parte Dei nulla est ratio incertitudinis, & periculi; sed totum periculum ex nostra libertate prouenit, quia possumus non manere in verbo eius, etiam si Deus suis promissis non deficiat.

**10.** Confirmatur, nam prædictam firmissimam certitudinem spei, quantum est ex parte Dei, præcipit Paulus Hebræorum 10. dicens: *Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est, qui repromisit.* Vbi non solum præcipitur, vt non declinemus à confessione, sed etiam, vt eam teneamus tãquam ita certam, vt ab ea declinare sit impossibile, quantum est ex parte sui fundamenti, videlicet diuinæ fidelitatis. Propterea rationem subiungit: *Fidelis enim est, qui repromisit.*

**11.** *Deus fidelis est.* Quinta probatio præcedenti proxima est, quia non solum verba Dei promittentis, sed etiam illius opera, videlicet, vocatio inuitans, & pignoris traditio per iustificationem Deum ad fidelitatem seruandam obligant, nihilque fidelibus hominibus, ac præcipue iustis denegadum, quod ad illorum vitam actualiter protegendam sit ab-

Reiz de Prædestinatione.

solutè necessarium. Eset enim veluti proditionis genus vocare, inuitare, ac propè compellere, vt ingrediantur sub umbra culminis sui, cù animo negandi aliquam protectionis, & præsidij partem ex parte sua simpliciter necessariam, independentè à libera culpa eius, qui vocatus accessit. Cuius vitij turpitudinem quantum horruerit iustus Loth, constat ex granitate mali, quod prælegebat quasi leuius, Genes. 19.

Nihil ergo dubitandum est, quin Deus turpissimum ducat à se vocatos deserere, antequam deseratur ab illis; ideo spei rationem ex vocatione reddit Paulus 1. Cor. 1. prope init. dicens: *Expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine in die aduentus Domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu Christi.* Hinc Chryl. hom. 2. à medio fusè probat, ex parte Dei nullum auxilium ad salutem necessarium deesse nobis; sed tantum per nostram liberam culpam stare. Peculiariter notanda sunt illa verba: *Iudæi vocati proposita bona complecti noluerunt; id quod non amplius vocanti, sed eorum stultitia fuit imputandum. Ipse enim largiri voluit; illi autem cum accipere nolent, sibi ipsis repulsa aurores fuerunt. & post pauca: Nemo igitur Deum accuset, cum nulla vocantis culpa persentet incredulità, sed sua, qui resiliunt.*

Quod idè scholastico idiomate S. Th. 1. Cor. 1. lect. 1. sine docuit: *Debetis sperare, quia Deus est fidelis. Non autem videretur esse fidelis, si non vocaret ad societatem Filij, & nobis negaret, quatum in ipso est, ea, per qua peruenire ad eum possemus.* Vnde Iosue 1. dicit: *Non te deseram, neque derelinquã.* Eadem vis est 1. ad Thess. 5. *Fidelis est, qui vocauit vos, qui etiam faciet; ea nimirum, quæ promissit, & quæ præcedenti oratione precatus fuerat Paulus, dicens: Deus pacis sanctificet vos per omnia, &c.* Ita intelligunt Chryl. ibi hom. 1. 1. OEcum. Ambros. Hieron. S. Thom. P. Lombard. ibidem: ex quibus colligitur certum esse Deum ex parte sua non defuturum, quominus actualiter per omnia sanctificet, quos vocauit.

Sperandi rationè ex pignore reddit Apostolus 2. Cor. 1. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est; ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deo, & dedit pignus hereditatis in cordibus nostris.* Vbi Chryl. hom. 3. ponderat quatuor rationes sperandi. Prima, quoniam à Deo, & non ab hominibus promissa sunt. Secunda, quia non à nobis, sed à Deo implenda confirmando nos. Tertia, quoniam hoc spectat ad Dei gloriam. Quarta, quia si in iustis, & fundamentum dedit, si radicem, ac fontem, veluti veram de ipso cognitionem, Spiritus communionem: qui conuenit, vt quæ ex his nascuntur, datum non sit? Nam si illa propter hæc data sunt; multo magis qui hæc dedit, & illa præstaturus est. Et si hæc dedit, cum essemus inimici, multo magis illa reconciliatis, & in amicitiam receptis largietur, eo quòd non simpliciter dixit spiritum, sed pignus appellauit, vt ex hoc de ceteris omnibus fiduciam concipias. Non enim nisi totum daturus erat, voluisset arrabonem exhibere, ac perdere, idque frustra ac sine causa.

Vnde etiam sumitur probatio sexta, quoniam pignus istud quamuis intelligi possit quælibet gratia etiam solius fidei, vel spei; nihilominus maior est vis illius rationis in pignore iustificantis gratiæ, quam necessariò comitatur charitas. Adueniente quippe charitate, spes redditur perfectior, & firmior, quia de amicis maximè speramus, vt S. Th. notat 2. 2. q. 17. art. 8. corp. fine, ita intelligens Ambros. lib. 8. in Lucam, tit. de virtute

T t virtute fidei

12.

13.

14.

15.

Rationes quatuor sperandi.

Charitate spes redditur firmior.

fidei per comparationem ad granum sinapis Lucæ 17. dicentem: *Ex fide est charitas, ex charitate spes.*

16. Confirmatur ex Augustino ad illud Psalm. 36. *Non confundentur in tempore malo.* Vbi cum Paulo Rom. 5. ait: *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes, spes autem non confundit.* Unde spes non confunditur? Quia in Deo posita est. Ideo sequitur: *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Iam datus est nobis Spiritus sanctus, quomodo nos fallit, cuius tale pignus tenemus? Non confundentur in tempore malo.* Ergo quibus diffusa est in cordibus charitas, nihil ex parte Dei simpliciter necessariū subrahendum erit independentem ab exercitio libertatis eorum, vnde sit absolutè necessarium illos in tempore malo actualiter confundi. Iustos etiam, pro Christo persecutionem sustinentes, eodē, quo Paulus, argumento Petrus perseverantiam, & augmentum gratiæ sperare iubet in 1. cap. 5. dicens: *Deus autem omnis gratia, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.*

17. Septima probatio à minori ad maius, videlicet ab infidelibus obstinatis ad fideles, & iustos, traditur Sap. cap. 12. vbi postquam explicuit quanta cum æquitate, suavitate, reverentia, attentione, & circumspeditione in ipsis suppliciis procuraverit Deus, quantum ex parte sua fuit, poenitentiam, & salutem reprobatorum, qui Palæstinam antiquitus habitabant, adiungit: *Bona spei fecisti filios tuos, quoniam indicans dās locum in peccatis poenitentia. Si enim inimicos servorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per quæ possent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta, & conventiones dedisti bonorum promissionum.* Vbi attentione, & diligentia est exaggeratio nova diligentia, quam Deus adhibet, vt sine in prosperis, sine in adversis non impediatur, sed potius, quantum est ex parte Dei, effectum sortiatur poenitentia, & æterna salus etiam obstinatorum. Hoc argumentum ad spem erigendam enervatur; si Deus non solum infideles, sed etiam fideles homines, & iustos, adhibita attentione, & cura prædeterminat, vt materialem actionem peccati committant, & in ea pertinaciter vsque ad mortem hæreant, & nunquam ab illa respiciant, vel si destituit aliquo auxilio simpliciter necessario, vt actualiter respiciant.

18. Octava probatio, spei solatiū iustis plurimum augens comparatione iniquorum. Nam etiam quando peccatoribus iram, providentiæ suæ, atque auxiliorum destitutionem, & orationum impedimenta minatur, ea ipsa significatione prouocat ad sperandum auxilium, & petendum; ostenditque summum salutis eorum desiderium, quantum ad ipsum attinet: ergo à fortiori desiderat, & quantum ex se est, iustis hominibus cõfert quodcumque auxilium simpliciter necessarium ad salutem actualiter retinendam; cum illis non mineatur, sed potius promittat semper auxilia. Antecedens probatur Exodi 32. *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Vbi Theodor. q. 67. *Nam qui ad aliquid agendum irascitur, is etiam indignatur, qui illum admovent. Deus autem dixit: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Atqui nemo expectat monentem, vt irascatur, sed vt mitigetur potius. Hæc igitur verba: Dimitte me, dixit pro eo, quod est, cohibe me. Quia cum eximius*

ille. *Moses ignoraret iniquitatem populi, hanc Deus illis patefecit, atque vt pro eo intercederet, excitauit.*

19. Et Greg. 9. mor. c. 9. aliàs 12. *Quid est sermo dicere: Dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si aperit ei diceretur: Pensa, quantum apud me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris quidquid pro populo exoras.* Vnde Hieron. explicans illud Zachariæ 11. *Et dixi: Non pascam vos; quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent unumquemque carnem proximi sui;* ait: *Quamobrem indignatus dixi ad Moysen: Non pascam vos; dimitte me, & disperdam eos. Quando autem dicit, cum irascitur: Dimitte me, prouocat ad rogandum, & ostendit, se ab eo posse retineri.* Semper ergo postulum Deum auxiliatorum retinere, ne recedat, subrahendo aliquid simpliciter necessarium.

20. Probat non, quoniam ex opposito sequeretur, spem à Deo promissam, subdolum, & infidiosam esse, qualem istius sæculi Magnates venditare solent ad inescandos pauperes. Quæ Ecclesiasticus c. 13. agnoscendam, vitandamque detegit his verbis: *Subridens spem dabit, narrans tibi bona (quæ, nimirum, in te conferre decreuit) & dicit, Quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donec eximiat te bis, & ter, & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te; nimirum subrahendo. Similis ergo, quod absit, erit agendi modus, quando Deus iustum, quem, præscit, non perseveraturum, consolator quasi ardens, & illi narrat bona, quæ in ipsum conferre parat, spem dat subnixam Iesu Christi meritis, & promissionibus, & interrogat: *Quid opus est tibi? Pete, & accipies.* Erit enim potius amicum irridere, quam in spem erigere, si Deus apud de machinatur modum denegandi aliquid simpliciter necessarium, vt actualiter operetur, & consequatur vitam æternam. Quid enim magis opus est tibi, quam huiusmodi auxiliium? Vnde non syncerè dicit: *Quid opus est tibi? Quapropter & in nouissimo deridebit, & postea videns derelinquet te, negando tibi in articulo mortis aliquid simpliciter necessarium, vt actualiter perseueres in gratia, vel illam actualiter recuperes.**

21. Rectè igitur VValdensis lib. 1. doctrinalis fidei c. 29. versus fin. postquam retulit verba S. August. tract. 53. in Ioannem, dicentis, non esse diffidendum de salute, quoniam Deus dedit potestatem filios Dei fieri; inde contra necessitatem antecedentem argumentatur his verbis: *Sed quare non est diffidendum, tibi incumbit necessitas, quam potestas data non tollit? Quia potestas illa est tantum ad vnam partem, vt scilicet illud possim, quod facturus sum: non autem ad vitandum malum, quod tracturus sum. Hanc potestatem irrationabilem dedit Deus hominibus filias Dei fieri, vt fieri nunquam possint? Quasi dicat, minime; sed aliam dedit potestatem antecedenti necessitate solutam, quam eius verbis explicuimus tomo de scientia Dei, disp. 33. sect. 6.*

22. Ne fortè aliquis prædictam spei certitudinem limitare tentet ad solos prædestinatos, vt præscitis, quantumcumque iustis, deesse possit illa certitudo ex parte Dei præbentis quidquid est simpliciter necessarium ad salutem actualiter consequendam: obseruandum est, eiusmodi limitationem multis Theologiæ fundamentis repugnare.

In primis namque si ex parte Dei nutat præscitorum spes, vacillat etiam spes prædestinatorum: quoniam illorum nullus citra specialem reuelationem de sua prædestinatione certus est. Quapropter dubitare meritò poterit, vtrum sit de illorum

illorum numero, quorum spes ex parte diuinorum auxiliorum non habet firmum, & complementum fundamentum. Ideoque nullius hominis spes poterit esse certa, quantum est ex parte Dei.

23. Secundo, quoniam spei Theologiæ præceptum generale est, nullum viatorum excipiens: at verò de quidditate spei Theologiæ est firmissima certitudo, quantum est ex parte Dei.

24. Tertio, quoniam aliàs sequeretur, nullum hominum damnari propter violatum spei Theologiæ præceptum; imò eiusdem præcepti transgressionem contradictionem inuolueret. Nam si homo desperans damnandus erat, non comprehendebatur illius præcepti obligatione, ac proinde non peccat mortaliter cõtra illud. Vnde nec propter tale peccatum erit damnandus. Rursus ex eo, quod non erit damnandus, inferitur, eum obligari præcepto spei: quapropter desperando, peccabit mortaliter, proptereaque iuste damnandus erit. Vnde ex eo quod ille homo sit damnandus, inferitur, non esse damnandum: rursusque ex eo, quod non sit damnandus, inferitur, esse damnandum; similiterque ex eo, quod peccet, colligitur non peccare; & ex eo quod non peccet, colligitur peccare.

25. Quarto eadem limitatio refutatur: quia generalem spei obligationem Concilia tradunt, & Patres, vt Trid. sess. 6. c. 13. dicens: *In Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Oblerua, omnes, & firmissimam, & Moguntina Synodus Provincialis c. 7. circa med. de peccatore ad poenitentiam excitato sic loquitur: Cum alia omnia in Scripturis reuelata, tum hoc præcipue fide firma capit, Deum peccatoribus propter Christum misereri velle, qua subnixus fiducia spem concipit, & timorem animo eicit, ac Deum, quem ad miserandum procliuem, sibi, proprium credit, &c. Quod si non omnibus, sed quibusdam tantum peccatoribus misereri vult Deus, nec ad miserandum omnibus, sed quibusdam tantum procliuis est; merito fluctuaret spes, & fiducia istius peccatoris, non solum ex parte sua, quatenus sui arbitrij debilitatem tenuit, sed etiam ex parte Dei, de quo ignorat, vtrum hanc voluntatem ad ipsum extendit.*

Quinto refutatur ex Patribus, qui communiter peccatores omnes, absque vlla exceptione, aut limitatione, ita sperare iubent: vt Ambros. lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. prope initium, dicens: *Vult te prouocare ad poenitentiam Deus, vult de se sperari indulgentiam, vult demonstrare tua confessione, quod non sit auctor malitia.* & Augustinus in Psalm. 64. ad illum versum: *Spes omnium finium terra, & in mari longè,* explicat fusè cuiuslibet peccatoris spem esse in Deo reponendam.

## SECTIO II.

*Dei timor, præcipue filialis, eiusque obiectum, & leges probant sufficientiam reducibilem ad actum.*

1. **Prima ratio.** Primum argumentum ex obiecto sumitur hoc modo. Deus non est timendus tanquam obiectum malum: nec est timendus tanquam bonum principium, à quo possit nobis imminere malum culpa, quod solum est simpliciter malum: vt ex professo docuit D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 1. corp. & art. 2. Ergo Deus nunquam tribuit talem sufficientiam auxiliorum, ex vi cuius sit necessariū actualiter peccare, & sit impossibile actualiter vitare

*Ruix de Prædestinatione.*

culpam, ita vt hæc necessitas, & impossibilitas posita sit independentem ab humana voluntate. Consequentiam probō, quia si Deus maxima hominum multitudinē afferreret huiusmodi necessitatem, & impossibilitatem independentem ab eorū arbitrio, foret Deus summopere timendus tanquam bonum principium, à quo nobis immineret malum, quod est simpliciter malum.

Hæc cõditionalis præter eam lucem, qua suam veritatem ex terminis ostendit, illustratur auctoritate D. Thomæ 1. 2. q. 42. art. 3. corp. ad quam remittit huius rei explicationem in 2. 2. q. 19. art. 2. corp. Ibi ergo docet, culpam non proprie timeri, in quantum est voluntaria; *Sed quia voluntas ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum, si illud inclinans habeat magnam vim ad inclinandum; secundum hoc poterit esse timor de malo culpæ, in quantum est ab exteriori causa, puta, cum aliquis timet commorari in societate malorum, ne ab eis ad peccandum inducatur.* Sed nulla fingi potest maior vis, quam illa, cui actualiter resistere est simpliciter impossibile, & quam actualiter sequi est simpliciter necessarium. Ergo si huiusmodi vis conuenit auxilio sufficienti, prout est à Deo, consequens est vt secundum hoc possit esse timor de malo culpæ, in quantum est à Deo, vt ab exteriori causa.

2. Respondebit fortè contraria sententia, quod aliis argumentis Deus non intēdit rationem formalem peccati nostri, sed materialem illius entitatem, quam non tenetur vitare: quapropter Deus non est principium illius peccati. Hoc refutatum est tomo de voluntate Dei à disp. 27. vsque ad 31. Nunc quod attinet ad rem præsentem, impugnetur, quia principium, à quo imminet malum, est aptum obiectum timoris, siue illud principium intendat rationem formalem malitiæ, siue non intendat nisi rationem materialem: siue teneatur illam vitare, siue nō teneatur. Quod à priori probō, quia primaria ratio timendi est malum, imminens timenti & periculum probabile incidendi in illud; sed non minus imminet nobis malum, nec minus probabile est periculū illius, siue principium, à quo illud malum prouenit, intēdat primariam rationem mali, siue intendat rationem materialem; siue teneatur vitare, siue non teneatur. Ergo utcumque sit Deus principium, dummodo ab illo imminet nobis malum culpæ, est aptum obiectum timoris sub hac ratione.

3. Confirmatur primò, quia malum pœnæ est à Deo auctore, in quantum habet rationem boni, prout scilicet, est iustum, secundum quod iuste nobis pœnæ infligitur, vt D. Thom. ait 2. 2. q. 19. art. 1. ad 3. & nihilominus in quantum malum pœnæ imminet nobis à Deo auctore, Deus est obiectum timoris feruilis, vt constat ex D. Thomæ in cod. artic. 1. & 2. Ergo quod malum non intendatur à Deo secundum rationem formalem mali, neque Deus teneatur illud vitare, nihil obstat, quominus Deus timeri possit, in quantum est principium, à quo nobis prouenit malum culpæ; si illud secundum rationem materialem prouenit à Deo tanquam à principio physice prædeterminatè cū illationis necessitate.

4. Confirmatur secundo: nam D. Thomas in prædicta solutione ad 3. expressè constituit discrimē inter malum culpæ, & malum pœnæ, quod malum culpæ non sit à Deo auctore; sed malum pœnæ sit à Deo auctore. Et statim subdit, malum pœnæ esse à Deo auctore secundum rationem boni. Ergo supponit malum culpæ neque secundum rationem materialem boni esse à Deo auctore: aliàs nullum esset discrimen.

Responsio refutatio.

4.

5. Mali pœnæ, & culpæ discrimen.

Confirmatur tertio, quoniam primordialiter ex merito nostri peccati contingit, ut Deus sit author pœne, in quantum bona est, ut docet D. Thom. in eadem solutione ad 3. Ergo hoc non prouenit primordialiter à Deo, quatenus præbet talem sufficientiam auxiliij, ex qua necessario sequatur actualiter elicere malam actionem peccati, cum qua necessario coniuncta est formalis ratio peccati.

6. Confirmatur quarto, quoniam fecinarum etiam sanctarum cõtubernium, honores, delitiæ, ac diuitiæ sunt obiectũ, quod à viris sanctis merito timetur, tanquam principium à quo sibi imminet malum culpæ; & tamen hæc obiecta nec intendunt rationem formalem culpæ, neque tenentur illam vitare: ergo quodcumque principium, à quo nobis imminet malum culpæ, est sub hac ratione timendum; quamuis non intendat rationem formalem culpæ, nec teneatur illam vitare.

7. Deit per culpam prouocare valde timendum.

Secundum argumentum sumitur ex legibus timoris, secundum quas nihil prorsus timendum est mali à Deo, non prouocato per liberam culpam; sed valde timendum est Deum prouocare per illam: ergo Deus, antequam prouocetur per liberam culpam, non infert nobis tãtum malum, quantum est subtractio alicuius auxiliij simpliciter necessarij, ex vi cuius necessaria illatione sequatur, nos actualiter peccare, & in æternum perire. Alioqui à Deo, antequam prouocaretur, & independenter à nostra libera culpa, maximum malum sequeretur esse timendum. Antecedens probari potest plurimis testimonijs sacræ Scripturæ, & sanctorum Patrum, ex quibus pauca subiiciam.

Primum Psalm. 26. Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. Vbi Aug. in 2. enarratione ait: Neque ipsa, qua temporaliter accipimus, auferre nobis quisquam potest; nisi solus ille, qui dedit, spiritualia, qua donat, non auferet, nisi tu dimiseris. Ergo nisi nos prius nostra culpa dimiserimus, nullum est timendum periculum, ne nobis Deus auferat auxilia simpliciter necessaria, vt actualiter seruemus præcepta, & perseueremus in gratia.

8. Secundum testimonium est Rom. 11. Propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vbi totam timendi rationem esse liberam culpam incredulitatis, & superbiæ, ostendit totus contextus. Nam propter incredulitatem fracti sunt rami. Ecce causam. Deinde verbum parcendi supponit culpam, & pœnæ debitum, quod remittitur. Tertio timor consulitur, qui sit oppositus superbiæ altum sapienti, ne per superbiam prouocemus Deum. Quæ omnia confirmantur ex sequentibus verbis: Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei. in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem; in te autem bonitatem Dei: si permanseris in bonitate, alioqui & tu excideris. Ecce rationem timendi seueritatem, videlicet si non permanseris in bonitate, quæ conditio nisi prior supponatur, nulla est exercenda seueritas Dei.

9. Vnde August. tomo 6. lib. de sancta virginitate c. 38. sic loquitur: Noli altum sapere, sed time. Ama Dei bonitatem, time seueritatem. Vtrumque te superbiam esse non sinit: anando enim times, ne amatum, & amantem grauitur offendas. Nam que grauior offensa, quam vt superbia illi displicat, qui propter te superbis displicuit. Vide timendi rationem, videlicet, ne libera superbia Deum prouocemus. His consonant quæ ad finem eiusdem capituli scribit Aug. tract. 9.

super Canonicam Ioannis, col. 4. & epist. 120. de gratia Noui Testamenti ad Honoratum c. 20. & 21. vbi adulteræ timorem ita distinguit à timore vxoris castæ: Quia timet illa, ne vir infestus adueniat; ista, ne offensus abscedat. Sic timorem filialem à seruili distinguit. Cuius sententiam referunt, & sequuntur Magister, & communiter Scholastici in 3. dist. 34. c. Non potes. Itaque nihil mali à Deo timendũ est, nisi prius à nobis fuerit offensus.

10. Confirmatur primo ex Bernardo serm. 54. in Cantica, col. vltima, vbi ait: In veritate didici, nihil equè efficax esse ad gratiam promerendam, reinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris, non altum sapere, sed timere. Beatus homo, qui semper est pauidus. Time ergo cum arripserit gratia, time, cum abierit, time, cum denuo reuertetur. & hoc est, semper pauidum esse. Rationes verò subiungens, propter quas his tribus in statibus animæ, ac subinde semper timere debeamus, recurrit ad culpam; præcipue verò superbiam, & omissionem cooperationis liberæ, nec ex vilo alio capite timendi rationem reddit. Sed quoniam longior est contextus, præcipuas illius propositiones colligemus: Cum adest gratia, time, ne non dignè opereris ex ea. Subtracta gratia, time, & contemisce, Deo tibi, vt sentis, irato. Neque dubites, in causa esse superbiæ, etiamsi non appareat. Numquid qui humilibus dat gratiam, humili auferet datam? Iam si gratia repropiat a redierit, multo magis timendum, ne contingat reciduum pati, iuxta illud in Euangelio: Ecce sanus factus es, vade, & amplius iam noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat. Obserua præcipue illud: Numquid qui humilibus dat gratiam, humili auferet datam? Libera ergo humilitatis violatio præcedere debet prius, quam Deus subtrahat ali-quod auxilium gratiæ simpliciter necessarium ad perseuerandum.

11. Confirmatur secundò, Nam Trident. sess. 6. c. vltimo ad fin. ait: Et quia in multis offendimus omnes, vnusquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita seueritatem, & iudicium ante oculos habere debet. Obserua eam esse causam vnicam, ob quam seueritatem & iudicium formidare debemus, nimirum, quia in multis offendimus omnes.

12. Tertium, ac celeberrimum testimonium Philippien. 2. Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. Quem locum tractans Augustinus lib. de natura, & grat. cap. 27. post medium: Quare, inquit, cum timore, & tremore, & non potius cum securitate, si Deum operatur, nisi quia propter voluntatem nostram, sine qua bene non possumus operari, citò potest subreperere animo humano, vt quod bene operatur, suum tantummodo existimet, & dicat in abundantia sua: Non mouebo in æternum? Similia notat in eodem lib. cap. 33. post medium, & in Psalmum 103. col. vltima. Dicis, inquit, o Paule, operamini, dicis, vt operemur. Quare cum timore, & tremore? Deus enim est, inquit, qui operatur in vobis. Ideo ergo citò tremore, quia Deus operatur, quia ipse dedit, non ex te est, quod habes, cum timore, & tremore operaberis: nam si non tremueris eum, auferet quod dedit. Non igitur aliunde prouenit ratio timendi, nisi quoniam propter nostram voluntatem, & ex nobis deficere possumus per arrogantiam, & præsumptionem. Alioqui Deus, quantum est ex parte sua, nostram salutem semper operatur.

13. Similiter ex eodem loco humilitatis necessitatem, & superbiæ periculum colligit Aug. de bono perseuer. c. 13, & serm. 94. de tempore prope init. Magister sententiar. & D. Thomas Philip. 2. Fulgent.

Timor filialis, & seruili.

Fulgent. epist. 6. ad Theod. de conuersione cap. 7. Hoc est, inquit, quod sollicitudinem fidelibus, humilitatemque commendans, præmisit, dicens: Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Et ibi adiecit: Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Vt ad eum quoque veniamus, currimus; & ideo currimus, quia currere volumus. Sed ne vel voluntatem, vel ipsum cursum assignemus viribus nostris, idem nos informat Apostolus, dicens: Non violentis, &c. Vna igitur timendi ratio est libera culpa contra commendatam nobis humilitatem, ac sollicitudinem. Quod idem subsus persequitur lib. 1. de remissione peccatorũ c. 8. 9. & 10. vbi nõ solum ex nuper citatis verbis Pauli Rom. 9. & Philip. 2. sed etia alijs Scripturæ testimonijs ostendit, locum Dei iustitiam esse timendam, ne nostris prouocetur peccatis; quale est illud 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. & Ioan. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat; nimirum, hæc sola ratione timendum erat, si ipse liberè peccaret; alioqui non poterat illi deterius infirmitas contingere; nec supernaturalium virtutum defectus.

14. Prosper in ea epist. quæ apud Ambros. est 84. ad Demetriad. virginem, col. 8. Vigilant, inquit, terretoris insidia, vt vbi proficit deuotio, subrepat elatio; & vt homo de bono opere in se potius, quam in Domino gloriatur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculum monet, dicens: Cum timore, & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis velle, & operari pro bona voluntate. Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto maiores habent causas formidinis, & tremoris, ne de ipsis probitatis argumentis mens sibi bene conscia in superbia rapiatur excessus, &c.

15. Eandem timendi rationem notauit Leo Papa serm. 8. de Epiph. c. 2. sine dicens: Cum timore, & tremore, &c. Hæc est Sanctis causa tremendi, atque metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati deserantur operæ gratiæ, & remaneant in infirmitate naturali. Itaque elatio est causa vt deserantur, & timeant. Similiter ex eodem testimonio diligentiam, & vigilantiam sine remissione adhibendam esse, optimè colligunt Chrysost. Philip. 2. serm. 8. col. 2. Hieronym. & OEcum. ibidem. Paulus igitur, & omnes eius expositores metuendi, atque tremendi rationem desumunt ex operatione nostra, in quantum nostra est, ne forte ex nostra parte deficiat. Nam ex parte Dei nihil est metuendum, quoniam Deus pro sua bona voluntate promptissimus est, atque paratissimus, vt operetur in nobis & velle, & perficere; ita vt in nobis omnibus, & semper actualiter fortiretur effectum, nos liberè ab humilitate, tremore, ac diligentia debita deficientes, eius operationem impediremus.

16. Quartum testimonium Hebræorũ 12. sine: Itaque regnum immobile suscipietes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu, & reuerentia. Etenim Deus noster ignis consumens est. Vnde colligo primo, ex parte Dei, & auxiliatrici gratiæ immobile esse regnum, quod iusti acceperunt per iustificationem. Est autem immobile, quia, vt S. Thomas ibi lect. 5. post med. ait: Sicut natura non deficit in necessarijs, multo minus Deus. Secundò ex hac immobilitate sequitur, vt omnes iusti habeat gratiam, per quam actualiter seruiant, quantum est ex parte gratiæ tribuentis quidquid est necessarium. Alioqui multos de facto non seruire, non ex defectu gratiæ, sed ex sola illorum culpa prouenit. Tertio hinc sequitur, metum consumentis

Ruiz de Prædestinatione.

ignis initium, & rationem accipere ex nostra libera culpa, quia cum acceperimus gratiam, per quam seruiamus; possumus tamen non seruire, atque ob eam causam in consumentum ignem incurrere.

17. Quintum testimonium Psal. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & percutis de via iusta. Alioqui timendum nihil erit, nisi irascatur nobis nostro irritatus contemptu discipline. Vnde diligentiam, curamque infert August. in enarratione eiusdem Psalmi; & humilitatem infert ex eisdem verbis in lib. de nat. & grat. c. 33. & in Psalm. 103. col. pen. & serm. 94. de tempore. Fulgent. lib. 1. de remiss. peccator. c. 8. & Hilarius in Psalm. 2. sic loquitur: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, vt metum seruitutis gaudij exultatio temperaret, cum ipse timor causam latitiæ per conscientiam seruitij fidelis afferret. Quibus verbis, & tota sequenti enarratione probat, hunc terrorem non esse tyrannicum; quoniam causa timendi sola esse potest nostra culpa, & negligentia.

18. Similia cecinit Paulinus in expositione eiusdem Psalmi ad finem suorum operum, tomo 3. bibliothecæ, dicens:

Deseruite Deo trepidi, mistoque fideles Exultate metu: fiat discordia concors, Dissimiles socians affectus pectore in vno. & post pauca:

Et in isto trepidate Deo, gaudete benigno, Ne quando merito Deus irascatur in orbem, Vosque via iusta iuste peccatis abalti. Amodo iam resiliue via propeccatis iniqua.

Hinc itaque timor, si lex humilitatis, & timoris casti violetur. Hinc exultatio tutissima, si seruetur.

19. Ex prædicto versu Psal. 2. mysticam expositionem Greg. desumit ad illud iob 29. Si quando ridebam ad eo, non credebant, dicens in lib. 20. mor. c. 5. post med. Redemptori nostro quasi arri dentis non credimus, dum multis iam eius donis testantibus, & gratiam fauoris eius accipimus; & tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus. Quod vsque ad 7. c. confirmat inter se conferendo multa Scripturæ testimonia, quæ timentes, & humiles spei solatio corroborat, sed terrent de se præsumetes.

20. Sextum Eccli. 2. sine: Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, dicens: Si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Quasi diceret, ab infinita misericordia nihil aliud est timendum, nisi nostra libera negligentia peccandi, & præparandi corda prouocauerit iram. cui consonat totum illud 2. caput. Et de secundo argumento hætenus.

21. Tertium argumentum, quia illud solummodo timendum est, quod lædere potest; sed Deus, à nostra libera culpa minime prouocatus, lædere non potest, saltem de potentia ordinaria: ergo non est timendus, quamdiu non est prouocatus à nostra libera culpa. Vnde tandem infertur, independenter ab illa non afferri nobis læsionẽ summopere formidabilem, quæ in eo consistit, vt ex auxilijs gratiæ per necessariam illationem æternã nobis damnationẽ inferamus, ita vt hanc illationem impedire, vel illius antecedens tollere sit impossibile & incuitabile libero arbitrio, etiam supposita gratia sufficienti; vnde cuiuscumque ho-

T t 3 mini



mini foret minus malum omni profus gratia carere, quam per illam solummodo accipere, vt illi culpa imputetur, non vt actualiter eam cuitare sit possibile.

2.2. Minorem argumenti prebo. i. Petri 3. Declinet a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & sequatur eam; quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? Sed & si quid puiamini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis. Ergo nihil est a creatore, nec a creaturis timendum, nisi nostralibera culpa prae-supposita. De nobis autem nostra culpa timenda est, qui soli sumus illius authores.

Nemo leditur nisi a se-metipso. Confirmatur primò celebri & verissimo axioma te vitorum spiritualium. Nemo leditur nisi a se ipso. Qui titulus est praefixus a Chryl. in homil. 2. de David, & Saule tom. i. vbi circa med. hom. ait: Nisi te ipsum laferis, homo, nec amicus, nec inimicus, ne ipse quidem diabolus poterit te ledere. & post pauca: Si velis philosophari, ne ipse quidem demon poterit nos ad iram concitare.

2.3. Confirmatur secundò Psal. 45. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quae inue-nerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum tur-babitur terra, & transferentur montes in cor maris. Vbi Basilii, Ambrosii, & Augustini explicant, non quia Sancti, quibus Deus est refugium, & virtus, non patiantur temporalia detrimenta; sed quia nullum inde in spiritualibus detrimentum accipiant. Hoc autem quomodo verum erit, si Deus ipse omnibus, qui succumbunt tribulationibus, immittit antecedentem necessitatem ruinæ, saltem secundum eius materialem entitatem.

Confirmari tertid potest iis, quæ Gregor. lib. 25. mor. c. 8. explicans illud Job 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis, scribit, huius causam esse superbiam, atque aliorum despicientiam: supponit itaque, nullum conteri sine culpa præcedenti.

2.4. Confirmatur quartò, quia illud solum timendum est tanquam mali imminenti principium, quod solum est odio prosequendum; sed nos ipsi nobis, nostræque proptia opera solummodo prosequenda sunt odio, & non Deus: ergo solummodo nos timendi sumus nobis tanquam mali principium. Hoc plurimis cõfirmari, & explicari potest, quæ quoniã in promptu erant cuiuslibet Theologo, prætermittuntur. Id tantum moneo, ad dæmonem, hominẽque malos derivari quamdam rationem odij, quatenus nobis possunt esse occasio peccandi; quæ tamen nullo modo derivatur ad Deum: ideòque Deus nulla ratione poterit esse nobis peccandi occasio, neque quoad entitatem materialem peccati.

2.5. Confirmatur quintò, quia Principes, ac Prælati non alia ratione, nisi quasi Dei ministros timere debemus: & tamen nisi nos ipsis iustam vltionis rationem præbeamus per liberam culpam; nihil ab illis timere possumus, in quantum Dei ministri sunt: ergo nec à supremo Principe Deo. Maior, & minor constat Rom. 13. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est, tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.

2.6. Nihil denique à Deo, neque à dæmone timendum est, nisi propter liberam superbiam, tradit Ignat. epist. 2. ad Trallianos paulo ante med. dicẽs;

Si ergo vos deponatis naturalem superbiam inflatilem, possibile erit vobis, inseparabiles esse à Deo. Prope est enim Dominus timentibus eum; & in quem (inquit) respiciam, nisi in humilem, & quietum, & tremẽtem verba mea. Pondera primò, possibile, additum conditionali de nostra actione voluntaria, significare indifferentiam, vt sæpe alijs notavi. Secundò pòdera, inseparabiles esse à Deo humiles, quamdiu sunt humiles: ergo nihil est, vnde timeri possit separatio, nisi liberè retẽta superbia. Quamobrem paulo superius dixerat: Et si saluatus fuero apud Deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos, qui magnificant me. & post pauca: Debeo ergo esse mansuetus, vt dissoluatur princeps sæculi huius diabolus.

DISPUTATIO XLV.

Vtrum à prædicta generalitate sufficientis auxiliij sit excipiendus aliquis status hominum eorum, quibus affulsit aliqua notitia supernaturalium mysteriorum.

SECTIO I.

De prascitis, siue quando sunt in gratia, siue in peccato mortali.

**D**E prædestinatis nulla dubitandi ratio suboriri potest; quibus enim iustificationem, perseverantiã, & gloriam Deus efficaciter tribuit, cuius est omnia concessisse, quæ necessaria sunt ad hunc finem consequendum.

Dubium igitur solummodo poterit esse circa præscitos, quorum duplex status distinguendus est: alter iustificationis, quæ nonnullis aliquando conceditur; alter verò peccati mortalis: & hic status iterum est subdividendus; aut enim est peccati sine speciali obduratione, specialique destitutiõne auxiliõrum, de quo in præsentia, & sequenti sectione disserimus: vel adiunctam habet specialem obdurationem, & destitutiõnem auxiliõrum, de quibus dicemus scct. 3. & sequentibus.

Sit igitur prima conclusio certior. A generalitate sufficientis auxiliij nemo præscitorum excipitur, quamdiu existit in gratia. Hæc conclusio satis probata est supra disp. 37. & sequentibus huc vsque; peculiaris verò titulus amicitia, & filiationis erga iustos, etiam si præficiantur dammandi, ponderatus est tomo de voluntate Dei disp. 34. ferè tota. Eadem colligitur à fortiori ex omnibus fundamentis conclusionum, quæ in hac, & sequentibus sectionibus, & in sequenti disputat. constituendæ sunt.

Secunda conclusio. A generalitate sufficientis auxiliij nemo præscitorum excipitur, etiam quando hæret in peccato mortali, præsertim absque speciali obduratione, & absque speciali destitutiõne auxiliõrum.

Probatur primò testimoniis omnibus Scripturæ, Patrum, & Scholasticorum, quæ continentur in disputationibus nuper citatis, maximè verò disp. 20. de volunt. Dei, scct. 5. & seqq. quoniam ea præcipuè tractant de peccatoribus, qui sua culpa contra Dei desiderium ab æterna salute deficiunt, Dei conatibus & gratiæ resistentes.

Probatur

1.

Duplex re-proborum status.

2.

Reprobo existenti in gratia datur auxilia sufficientia.

3.

Reprobo existenti in peccato mortali datur auxiliũ sufficienti.

Probatur secundò ex Trident. sess. 6. cap. 14. in principio, ita decernente: Qui verò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum, excitante Deo per Pœnitentia sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Quo loco Concilium non solum docet, eos posse pœnitere, & iustificari, qui excitantur à Deo, & accipiunt auxiliũ sufficientem; hoc enim à nemine vnquam dubitari potuit: verum etiam decernit, omnes à iustificatione lapsos, absolutè posse rursus iustificari. Quæ generalitate possibilitatis præsupposita, declarat modum, & vires, quibus iustificatio obtineatur, videlicet, excitante Deo propter merita Christi, & hominibus liberè procurantibus, & cooperantibus.

5. Eadem decisio manifestior continetur in eadem sess. can. 29. Si quis dixerit eum, qui post Baptisimum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, &c. anathema sit. Porro qui dixerit aliquem hominem, qui post Baptisimum est lapsus, carere sufficienti gratia, simpliciter necessaria ad resurgendum à peccato, idem compellitur dicere, eundem hominem non posse per Dei gratiam resurgere.

6. Innocentius III. in Lateran. Concil. cap. firmiter, de summa Trinitate, prope finem, ita decernit: Si post seceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari. Observetur illud semper, quod non verificaretur, si aliquis peccator propter aliquod peccatum, quantumcumque grauissimum, aut propter quamvis aliam rationem careret auxiliõ sufficienti, quo posset reparari.

7. Probatur tertid, nam increata charitatis propensionem ad succurrendum omnibus adultis, præbendo quæ simpliciter necessaria sunt ad salutem, manifestat obligatio charitatis hominibus imposita, vt orent pro quibuscumque peccatoribus, & eorum saluti consulant, quantum in se fuerit. Quod argumentum fusiùs ponderauimus tomo de voluntate Dei, disp. 34. scct. 5.

8. Probatur quartò: nam præscitorum omnium perditissimus, & diuinis auxiliis indignissimus erat Iudas, & tamen illi Christus Dominus non modò sufficientia, sed etiam superabundantia contulit auxilia, vt probatum est tomo de voluntate Dei disp. 20. scct. 9. cum Ambrosio lib. de paradiso, cap. 8. Chryostomo homil. 83. in Matth. sub initium, & post medium, & homil. 69. in Ioan. prope initium, & homil. 80. in Ioannem: Leone Magno serm. 7. de Passione, cap. 2. & serm. 16. de Passione, cap. 3. fine; Gaudentio serm. 13. de Natali Domini prope medium, Cyrillo Alexandrino lib. 9. in Ioan. cap. 7. à medio, & lib. 11. in Ioannem, cap. 21. à medio. Cypriano de bono patientia, inter principium & medium; Augustino, Prospero, Theophylacto, Euthymio, & Beda ibidem citatis. Quibus adde Hieronymum dialogo 3. aduersus Pelag. colum. 5. & Fulgentium epist. 7. ad Venantium cap. 5.

9. Confirmatur ex Clemente Alexand. qui generaliter differens de præscitis lib. 2. Stromat. pag. 6. Diuinum, inquit, Verbum clamauit, omnes simul vocans, eos quidem vel maximè cognoscens, qui non erant parituri: & tamen quoniam est in nostra potestate parere, & non parere, vt nulli possint causari pretextum ignorantia, iustam fecit vocationem. Quod autem præscitare possint, vnusquisque vires exigit, &c.

10. Quintò probatur: nam à generali regula, &

doctrina firmiter constituta, nihil speciale excipiendum est, nisi probetur exceptio tanto pondere authoritatis, aut rationis, quantum præponderare possit fitmitati, & certitudini generalis regulæ, seu doctrinæ. At verò præscitos peccatores excipiendos esse à generalitate sufficientis auxiliij, non probatur, vt constabit sectione sequenti solutione argumentorum, vbi demonstrabitur esse fallacia.

Tertia conclusio sit velut declaratio præcedentis, quæ clariorem ostendit veritatem, quando refertur ad peccatores fideles: tum quia de illis expressè loquitur Tridentinum supra citatum: tum etiam, quia per fidem, quam retinent, de congruo mereri, & impetrare possunt vltiora auxilia ad iustificationem, exercendo actus fidei, & orationis. Insuper quoniam habitus fidei postulat, vt aliquoties pro loco, & tempore excietur per gratiam ad exercendos actus fidei.

Confirmatur primò, nam foret contra legem ordinariam prouidentia negare possibilitatem exercendi suos actus alicui potentia completæ, & negare generalem excitationem, & concursum proportionatum ad illos actus. At verò liberum arbitrium eleuatum habitu fidei, est potentia completa ad eliciendos actus fidei. Antecedens est manifestum in prouidentia naturali, cui proportionatur supernaturalis.

Confirmatur secundò, quia superflue conseruaret Deus habitum fidei in eo, cui denegare decreuisset excitationem, & concursum necessarium ad actus fidei: nam & damnatis ideo subtrahitur habitus, ne maneat otiosus, & carens possibilitate actus.

Quarta conclusio. Prædicta sufficientia verificatur etiam de peccatoribus infidelibus, quibus tamen exterius communicata est aliqua notitia mysteriorũ supernaturalium: nam cum hoc exteriori auxilio communicatur etiam interius, illi correspondens, tanquam anima corpori, vt probauimus supra disp. 42. scct. 4. & 5. Virtute cuius auxiliij possunt elicere aliquos actus inchoatæ fidei, & imperfectæ pietatis affectionis ad credendum, per quos perueniant ad fidem perfectam, & adultam modo explicando disp. sequenti.

SECTIO II.

Contra conclusiones postas in sectione præcedenti quedam argumenta solumur.

**G**eneraliter de omnibus eiusmodi argumentis obseruandum est, euidenter conuinci esse fallacia, & ab omnibus Catholicis necessariò esse soluenda, quoniam si probarent aliquid, eo ipso conuincerent, nemini præscitorum conferri sufficientem auxiliũ ad salutem: quod esset manifestus error, vt constat ex dictis octo disputationibus præcedentibus. Nihilominus oportebit eorum solutiones breuiter attingere, & ad propria loca remittere.

Primum argumentum. Nemo potest aliquid boni velle, aut facere, nisi Deus faciat, vt homo velit, & faciat. Ezechiel. 11. & 36. & Philip. 2. Sed Deus non facit, vt præscitus aliquis velit, & faciat quæ requiruntur ad æternam salutem: ergo nemo præscitorum potest velle, aut facere, quæ requiruntur ad æternam salutem.

A generali regula quid excipiendum.

11.

12.

1.



Respondetur. Deus vult, & facit, quantum ex se est, vt præscitus quilibet incipiat facere, quæ requiruntur ad æternam salutem, & per liberam culpam præsciti ita quod Deus hoc non faciat plene, & vltimatè, prout fufius ostendimus supra disp. 28. sect. 1. 2. & 3.

2. Secundum argumentum Ioannis 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; sed nullum præscitum trahit Pater: ergo nullus præscitus potest venire ad Christum.*

Respondetur. Quemlibet præscitum Pater, quantum in se est, trahit, vt incipiat venire ad Christum, vltimè attracturus, & adiunaturus, si venire incipiat, vt ex eodem testimonio, & aliis similibus probatum est prædicta disp. 28. sect. 8. 9. & 10.

Tertium; *Quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo*, Christus Dominus ait Ioan. 6. Huius argumenti solutio eadem est, quæ præcedentis, vt constat ex eadem disp. 28. sectionibus eisdem. Peculiariter autem disp. 34. sect. 4. & sequentibus probatum est, etiam præscitis Deum, quantum ex se est, dare; sed ipsos sua libera culpa respicere, & non accipere.

3. Quartum argumentum. Nemo potest venire ad Christum, nisi audiat, & discat à Deo; sed nemo præscitorum audiuit, aut didicit à Deo: ergo nemo præscitorum potuit venire ad Christum. Minor probatur, quia *omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me*, Ioan. 6. Ergo quicumque non venit, non audiuit, neque didicit.

Respondetur. Quilibet reprobatorum audire potuit, & discere à Deo Patre, præstante doctrinam, quantum ex se erat, sufficientem, vt præscitus inciperet addiscere, quo facto doceretur vltimè; vt vidimus prædicta disp. 28. sect. 11.

4. Quintum, quia nemo potest salutem, aut iustificationem consequi, nisi Deus eum discernat à reprobis, iuxta illud 1. Corinth. 4. *Quis enim te discernit?* Sed nemo præscitorum habet in sua potestate constitutum, vt Deus eum discernat; ergo nemo præscitorum habet in sua potestate constitutum, vt salutem, & iustificationem consequatur.

Respondetur. Imò quilibet præscitorum habet in sua potestate constitutum per Dei gratiam excitantem, & adiuantem sibi oblatam, vt Deus primariò, & ipse secundariò se ipsum discernat; vt probatum est supra disp. 34. sect. 1. 2. & 3.

5. Sextum argumentum. Quoniam Augustinus epist. 107. ad Vitalem in principio eos impugnat, qui dicunt, Deum operari in nobis, vt velimus, quantum in ipso est: si autem nolimus, nihil in nobis operationem Dei valere facimus.

Respondetur. Non impugnat Augustinus eos, qui dicunt, Deum operari in nobis per interiorem gratiam; sed eos, qui dicebant, Deum operari in nobis per exteriorem gratiam diuinorum eloquiorum, & negabant necessitatem interioris gratiæ, vt manifestè constat ex tota illa epistola, præsertim colum. 1. & vltima.

6. Septimum argumentum accipi posset ex eo, quod quicumque reprobis caret auxilio congruenti, & opportuno, sine quo nemo potest bene operari. Cui simile est

Octauum argumentum: quia quicumque reprobis caret dono perseverantiæ, sine quo nemo potest perseverare. Verumtamen his satisfaciunt infra disp. 55. sect. 11. obiect. 4.

7. Nonum argumentum. Quoniam necessitatem

gratiæ præuenientis ad fidem, ad pœnitentiam, atque iustificationem Augustinus, & alij Patres colligunt ex necessitate orationum, quas Ecclesia fundit tam pro infidelibus, & persecutoribus, quam pro quibuslibet peccatoribus: quæ orationes supernacaneæ forent, si possent infideles, aut peccatores sine præueniente gratia credere, aut pœnitere: vt vidimus tomo de prouidentia disp. 18. sect. 9. At idem absurdum sequi videtur, si admittamus, auxilium sufficiens omnibus dari. Quorsum enim oramus pro illis, si iam accipiunt omnes auxilium, quo possint credere, & pœnitere, si velint?

Respondetur. Non sequitur idem absurdum. Primò, quia licet Deus efficaciter velit, omnibus peccatoribus, siue fidelibus, siue infidelibus conferre auxilia sufficienti nihilominus ea conferre vult propter orationes Ecclesiæ, & singulorum fidelium: quemadmodum & Christus Dominus certissimus de voluntate efficacis, qua Pater volebat sibi, & humano generi multa beneficia conferre; pro illis tamen obtinendis suppliciter orabat. Secundò, quoniam per orationes plures, & feruentiores à Deo fideles obtinent, vt frequentiora & fortiora auxilia peccatoribus tribuantur, & vt pluribus eorum præbeantur congruentia, & opportuna auxilia, quibus efficaciter conuertantur.

Decimum argumentum. Infantes plurimi priuantur auxilio sufficienti, quamuis Deus velit omnes saluos fieri, vt ostendimus disp. 49. Ergo adultorum plurimi priuantur etiam auxilio sufficiente, non obstante eadem voluntate Dei. Si respondeas, prædictam voluntatem Dei referri non ad paruulos, sed tantum ad homines adultos: hanc solutionem Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 8. inter princip. & medium ita redarguit: *Nisi forte dixeris es, ideo paruulos non in eorum numero deputandos, quos Deus omnes vult saluos fieri, quia ea salute, quæ hic intelligenda est, salui sunt ipsi, nihil trahentes omnino peccati. Atque ita te intolerabilior sequetur absurditas. Isto enim modo benevolentior facis Deum omnibus impiissimis, & sceleratissimis hominibus, quam innocentissimis, & purissimis ab omni labe peccati. Quandoquidem illos, quia vult eos omnes saluos fieri, vult etiam intrare in regnum suum, &c.*

Respondetur primò. Hæc absurditas non sequitur ex nostra sententia: quoniam cum Ecclesia Catholica fatemur, nullum infantem nasci innocentem, & purum, sed omnes infectos originali peccato, & filios iræ: quod Iulianus negabat. Quapropter argumentum illud Augustini non absolute, sed ad hominem vires habebat.

Respondetur secundò. Augustinus ibi reprobabat voluntatem absolutam Dei, per quam indifferenter, & æqualiter se habens ad omnes homines, neminem prædestinet, vt saluetur, nisi qui per vires naturæ Deum præuenierit, petendo, quærendo, & pulsando. Hic autem modus prouidentia manifestè conuincitur esse falsus, quantum ad infantes prædestinandos, aut reprobandos. Aliunde de fide certum est, & ab Augustino, Prospero, & aliis Patribus frequenter commendatum, quantum ad tribuenda copiosissima, & congruentissima auxilia, Deum benevolentior esse quibusdam impiissimis, & sceleratissimis hominibus, quam innocentissimis, & purissimis ab omni labe peccati personalis, siue sint adulti, siue paruuli. Constat enim, quosdam impiissimos,

piissimos, & sceleratissimos de facto consequutos fuisse æternam salutem, & ex illis nonnullos in gradu perfectissimo sanctitatis, & gloriæ; velut Paulum, Magdalenam, & latronem; cum tamen ex hominibus iustificatis plerique priuentur oportunitis, & abundantioribus auxiliis, & permittantur in æternum damnari. Verum de inæqualitate auxiliorum diximus supra disp. 18. sect. 1. Quod autem in eo cap. 8. Augustinus contendit, per illam vocem, *omnes*, intelligi eos tantum, qui saluantur, verificatur de voluntate consequente, & efficaci, de qua Iulianus vrgebat, interrogando, cur Deus non conuertit omnium hominum voluntates. Nam antecedente voluntate omnes homines adultos velle Deum saluos fieri, Augustinus idem docuit aliis in locis: vt vidimus supra disp. 39. sect. 2. 3. & 4. & tomo de voluntate Dei disp. 19. sect. 8.

10. Erga paruulos Deus benevolentior.

Respondetur tertio. Erga paruulos Deus absolute benevolentior est, quam erga peccatores adultos; siquidem ad æternam salutem per Baptismum efficaciter prædestinet ferè omnes filios fidelium, qui moriuntur ante usum rationis, & non paucos filios infidelium: attamen ex adultis peccatoribus, siue fidelibus, siue infidelibus multò pauciores sunt ad æternam salutem efficaciter prædestinati, si proportio seruetur vtriusque multitudinis; ita vt ex quolibet milione talium paruulorum saluentur multò plures, quam ex quolibet milione talium adultorum.

11.

Vndecimum argumentum vrgeri potest eorundem infantum comparatione cum adultis, inter quos quippe nulla videtur esse ratio discriminis, propter quam Deus adultis antecedenter velit salutem, & tribuat auxilia sufficientia, quæ tamen non tribuat infantibus, nec antecedenter velit eorum salutem.

Respondetur, & dico primò. Si paritas inter infantes & adultos seruanda foret, validiori argumento probaretur, multò plures infantes, fidelibus parentibus natos, non fuisse prædestinandos ad auxilium efficacis Baptismi; quoniam plurimi fidelium adultorum non prædestinantur ad auxilium efficacis pœnitentiæ, & perseverantiæ: sed illis tantum datur auxilium sufficiens. Quapropter omnes Catholici compelluntur, aliquod discrimen inter adultos, & paruulos concedere quantum ad rationem, & modum auxiliorum.

Dico secundò. Ratio discriminis prima est, quoniam infantibus non est possibile auxilium merè sufficiens comparatione propriæ voluntatis; sed quodcumque auxilium illis de facto applicatur, necessariò debet esse efficax: quoniam iustificationem causat ex opere operato independentè à qualibet dispositione subiecti, velut Baptismus: aut quasi ex opere operato, vt olim circumcisio, & remedia naturali lege præscripta ad remedium paruulorum. Secunda ratio, quoniam adulti damnandi sunt poena sensus, & priuandi beatitudine naturali, nisi saluentur; ideo misericordiæ ratio magis exigebat illis per auxiliorum sufficientiam succurrere: vt vidimus disput. 40. sect. 6.

13. Eorum paritas.

Dico tertio. Paritas reperitur inter paruulos, & adultos quantum ad illud, in quo possibilis est paritas. In primis enim sicut infantibus naturalium causarum cursus, & omnium rerum, quæ non pendent à libera potestate parentum, impedit eorum salutem; veluti quando moriuntur in vtero, vel ad Baptismum non reperitur aqua, vel

abeat minister, qui Baptismum, aut eius formam nouerit, vel ignoratur mors imminens infantis; sic etiam adultis per se naturalium causarum actiuitas, & alia res, quæ non pendent à propria voluntate illorum, frequenter salutem impediunt, velut lethargus, phrenesis, amentia, ebrietas, somnus, distractio merè inuoluntaria propter euentus vehementer rapientes animum, quemadmodum bellum, naufragium, aut similes. Rursum quemadmodum adulti extra prædictos casus inuoluntariorum impedimento conceditur auxilium sufficiens, virtute cuius propria voluntate possint salutem consequi: sic etiam infantibus extra superius dictos casus impedimento, quæ parentibus sunt inuoluntaria, conceditur omnibus auxilium sufficiens, virtute cuius non propria infantum voluntate, sed aliena voluntate parentum possint, si velint, salutem consequi. Quam paritatem primus docuit Prosper 2. de vocat. gent. cap. 23. vt videbimus disput. 49. sect. 1.

Ex eisdem fundamentis deducitur solutio ad 12. argumentum, quod accipi potest ex variis locis Augustini, Prosperi, Fulgentij, & aliorum Patrum. Nam ab infantibus ad varios adultos argumentantur ad probandam necessitatem gratiæ, & summam libertatem diuinæ prædestinationis absque meritis, & ad refellendam voluntatem saluandi homines, quam Semipelagiani ponebant. Quapropter supponere videntur, seruandam esse paritatem inter paruulos, & adultos, quantum ad modum vtriusque prouidendi quæ sunt necessaria ad salutem. Antecedens probatur, nam in lib. 4. contra Iulianum cap. 8. superius citato propius ad med. quàm ad princip. Augustinus ait: *Si dixeris mihi, cur ergo non conuertit omnium nolentium voluntates? Respondebo, cur non omnes morituros ad optat lauacro regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias inuenit voluntates? Et epist. 107. colum. 7. Quomodo dicitur, omnes homines eam fuisse accepturos, si non illi, quibus non donatur, eam sua voluntate respicerent, quoniam Deus vult omnes homines saluos fieri; cum multis non detur paruulis, & sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, &c.* Quibus consonant, quæ scribit in epist. 105. ad Sixtum, colum. penultima, & epist. 157. ad Optatum, & de prædestinat. Sancto. cap. 12. 13. & 14. & de bono perseverantiæ cap. 12. & 13. de corrept. & grat. cap. 8. ad finem, & lib. 2. contra duas epist. Pelagian. toto ferè cap. 7.

Prosper de libero arbit. ad Ruffin. paulo post med. *Si maioribus natu (quod non rectè dicitur) mala opera, qua libero arbitrio commiserant, obseruunt, quasi boni, non reali gratia liberentur: inter saluos paruulos, quæ meritorum potuit esse discretio? Quid istos introduxit in regnum Dei? Quia istos exclusit à Dei regno? Similiter à paruulis ad viros adultos argumentatur, dum respondet ad cap. 4. Gallor. & lib. 2. de vocat. gent. cap. 22. & 24. & lib. de ingratis cap. 30. & 31. Fulgentius de Incarnat. & grat. cap. 30. fine: *Sic autem Deus crudelis non est in infantibus damnandis, quibus Baptismatis beneficium non tribuit, sicut iniustus non est in maioribus, cum bonam non donat voluntatem. Et sicut illos voluntas sua mala, sic istos iure puniri facit origo damnata.* Denique similia notat Hypognost. lib. 6. colum. penultima.*

Respondetur, in his omnibus locis, & in aliis similibus prædictos Patres optimè contra Pelagianos, & Semipelagianos probare, primam gratiam

tiam, & predestinationem eternae vitae, necnon opportuna, & efficacia auxilia adultis non reddi, tanquam debita meritis, sed mere gratis pro libera voluntate Dei, quemadmodum etiam infantibus. Ad quam paritatem ostendendam permittit Deus, plurimos infantium interire sine remedio salutis, propter originalem culpam. Constat hoc legenti superiores, inferiorisque contextus.

Ex his omnibus solutionibus colligitur, ab infantibus nullum argumentum accipi posse, quod probet aliquibus adultis auxilia sufficientia denegari.

SECTIO III.

Obduratos, & derelictos a Deo, sufficientibus auxilijs non destitui.

1. Obduratio est in potestate obdurari.

1. Probatur primò, nam obduratio est in potestate cuiuslibet obdurati, non solum quantum ad introducendam obdurationem, aut meritorum illius, sed etiam quantum ad retinendam, vel abiciendam obdurationem: itaque non solum in fieri, sed etiam in conservari obduratio, & excacatio pendet à libero arbitrio, tanquam à primaria, imò etiam totali causa per se causante obdurationem. Declaratur, quia licet in potestate liberi arbitrij non sit obduratio, & excacatio in actu primo, videlicet quantum ad subtractionem, & priuationem congruentis, & abundantioris auxiliij, quam importat; & consequenter non sit in potestate liberi arbitrij sibi faciem, ac suam reddere difficultatem bonae operationis, nec temperare vehementiam propensionis ad malum, unde sequitur moralis infallibilitas illud committendi, iuxta dicta tomò de providentia disp. 12. sect. 5. & 6. nihilominus quantum ad effectum istius destitutionis, & quantum ad exercitium obdurationis in actu secundo, quod est pertinaciter herere in peccato, & diuinæ gratiæ actualiter resistere, obduratio est semper in potestate liberi arbitrij.

Obduratio in actu primo, & secundo.

2.

Hoc fundamentum probatur, quoniam Scriptura facta non solum præcipit peccatoribus, ne se ipsos obduratione dignos præbeant, nec primariò contrahant obdurationem; sed etiam postquam iam obdurati sunt, præcipit, ne tandiu in obduratione resistant, sed abiciant obdurationem: eosque semper reprehendit, quasi actualiter indurantes se ipsos, etiam postquam priùs indurati erant. Quod præceptum, & reprehensio obdurationis necessariò supponit, semper esse liberum obduratis abjicere obdurationem, & gratiæ consentire. Antecedens probant plurima Scripturæ testimonia, quæ vidimus tomò de voluntate Dei disp. 42. sect. 2. à principio, præsertim illud Deuteron. 10. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & cervicem vestram ne induretis amplius.* Quæ postrema vox amplius supponit priùs indurasse, & adhuc pergere, liberè causando obdurationem. 1. Regum 6. *Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Aegyptus.* 4. Reg. 17. *Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam iuxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.* 2. Paralip. 30. prope initium: *Nolite indurare cervices vestras, sicut patres vestri: tradite manus Domino.* Zachar. 7. versus finem: *Et noluerunt attendere, & verterunt scapulam recedentem: & aures suas aggravaverunt, ne audirent: & cor suum*

posuerunt ut adamantem, ne audirent legem.

3. Confirmatur primò, quoniam in potestate libera obduratorum est quòtidie, quoties audiunt vocem Domini, non obdurare corda sua, secundum illud Psalm. 94. *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

Confirmatur secundò, nam dicitur expellitur novitate cordis. At verò in potestate liberi arbitrij constitui per gratiam, ut etiam obdurati sibi faciant cor novum, validè Augustinus probat verbis Ezechiel. cap. 18. *Facite vobis cor novum.* Unde lib. de grat. & lib. arbit. cap. 15. initio ait: *Ne autem putetur, nihil ibi facere ipsos homines per liberum arbitrium, ideo in Psalmo dicitur: Nolite obdurare corda vestra; & per ipsam Ezechielum: Proiicite à vobis omnes impietates vestras, & facite vobis cor novum, & spiritum novum;* nimirum, proiiciendo cor lapideum, quod idem Propheta dixerat. In eodem cap. 15. Augustini considerandus est totus contextus, & illa potissimum verba: *Semper est autem in nobis voluntas libera;* nimirum ut per opem diuinæ gratiæ proiiciat cor lapideum, & cor novum sibi faciat.

Petrus Chrysologus serm. 3. de Lazaro suscitato, qui est 69. paulò post princip. Christi Domini præceptum ita ponderat, ait Iesus: *Tollite lapidem: inter diuinas virtutes humanum Christus requirit auxilium. Non sufficit amovete lapidem, qui mortem sufficit effugare. Dixerat per Prophetam: Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.* Præcipit ergo, ut Iudæi ex se cor lapideum tollant, sicut dura incredulitatis excludant: quatenus anima per incredulitatem mortua de sepulchro pectoris profiliant. Eandem potestatem etiam obduratis concedit Fulgentius epist. 7. ad Venantiam, c. 5. cuius verba retulimus disp. 39. sect. 5.

Secundò probatur, nam ad obduratos dirigitur reprehensio, & exhortatio Apostoli Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contempsit? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & impatientem cor tuum thesaurizas tibi iram.* Obserua primò, secundum duritiam tuam; ut videas, Apostolo rem esse cum obduratis. Secundò obserua, quòd benignitas Dei, quantum ex parte sua, ad penitentiam adducit etiam obduratum; hoc enim pertinet ad exercendas, & ostendendas diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis. Tertio perpende verbum illud *thesaurizas*, quod significat quotidianum, & perpetuum argumentum culpæ imputabilis ad maiorem iram, grauiorèque punitionem. Supponitur ergo, non semel tantum in principio duritiæ, sed toto tempore, quo persistit, demò imputari noua grauitate culpæ, & pœnæ: ut facile colligitur ex ponderatione Augustini in id Psalm. 102. *Longanimitis, & multum misericors.*

Quod clariùs adnotauit Gregorius in Ezech. homil. 11. propius ad finem, quàm ad med. dicens: *De benigntate Omnipotentis Dei iram sibi in die ira reprobus thesaurizat; quia dum ad penitentiam tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur; ipsam remedium gratiæ veritè in augmentum culpæ; & cetera, quæ tam ex hac homilia, quàm ex lib. 16. moral. cap. 4. retulimus disp. 41. sect. 6. prope finem. Rectè igitur Hieronymus dialogo 3. aduersus Pelagian. colum. 5. ex prædictis verbis Apostoli colligit, Iudæ fuisse datam potestatem conu. sionis, & penitentia.*

Confirmatur primò, quia non solum in die iræ,

3.

4.

5.

6.

7.

iræ, sed etiam in præsentis sæculi thesaurizat sibi iram obduratus; augentur enim & quotidie grauiora supplicia temporalia, quemadmodum Pharaoni. Quod etiam Iudæis prædixit Dominus Leuitici 26. ab illis verbis: *Addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram superbiam duritiæ vestra.* His consonat Ecclesiastici 3. *Cor durum habebit malè in nouissimo;* peius videlicet, quàm alij peccatores. Proverb. 28. *Qui mentis est dura, corruet in malum.* & cap. 29. *Qui corripientem dura cervicè contemnit, repentinus ei superueniet interitus.* Hæc grauiora supplicia necessariò supponunt, grauiorem esse culpam, quæ committitur, quando iam obduratum est cor: ac proinde supponunt, eam culpam euitari potuisse per auxilia sufficientia.

8. Obdurati tenentur præcepto penitentia.

Confirmatur secundò, nam etiam obduratis datur exhortatio, & præceptum penitentia: Isaia 31. *Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israël.* Vbi profunditas recedendi à Deo, significat turpissimam, & execrabilissimam infidelitatis grauitatem, à qua valde difficile sit ascendere, ut obiter attigit Cyrillus ibi. Rursum Isaia 65. *Expandi manus meas tota die, ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.* Ezechiel. 33. *Conuertimini à vobis vestris pessimis.* Possunt igitur obdurati conuerri, & habent auxilium sufficiens ad penitentiam. Alioquin non possent obligari præcepto penitentia, iuxta ea, quæ generaliter præcepta sunt tota disp. 43.

9.

Probatur tertio, nam Apocalypf. 12. inquit, *ad ostium, & pulso;* sed ut constet firmitas istius fundanti, notandum est, in secunda parte illius capituli tertij contineri epistolam suaforiam ad quemlibet tepidum sub nomine Laodicieni Episcopi. Quæcumque tamen sit species peccati, quæ teporis nomine significatur (sive fides sine operibus, sive hypocrisis, & simulatio sanctitatis, sive arrogantia: de quo videri potest Ludouicus ab Alcaçar) illud certum est, valde graue peccatum esse, quod teneret ille, qui miser est, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

10.

Hanc verò grauitatem culpæ dignam esse destitutione auxiliorum, & obduratione, ostendit, quæ subicitur, comminatio. Nam vomitus supponit vehementem nauseam, & conuulsionem stomachi. Causat autem irremediabilem detestationem illius, qui proicitur cibis. Propterea Dei vomitus tepidum peccatorem proiicit extra gremium, diuinæ providentiæ; quo per auxilia gratiæ concoquendus erat, & disponendus, ut Christi corpori vniretur, tanquam viuum illius membrum. Consonat Leuitici cap. 18. ad finem, monens filios Israël, ut caneant ab horrendis facinoribus eorum, quos deleuerunt: *Ne & vos similiter euomat, terra, cum parua feceritis.* Terra verò nauseam, & vomitum nescit, nisi fastidiente Deo, & proiciente.

11.

Huic igitur tepido, & propterea destituto, quantum in hac vita possibile est, & obdurato, nihilominus adfunt exteriores, & interiores miserationes Dei, & impetus gratiæ pulsantis. Propterea subditur: *Suadeo tibi emere à me, & c.* & rursum: *Ego, quos amo, arguo, & castigo. Amulare ergo, & penitentiam age. Ecce sto ad ostium, & pulso.* Vide gratiam excitantem, perpetuò assistentem ad ostium, & in promptu volentibus aperire, non solum iustis, sed etiam peccatoribus, & obduratis. Quòd autem ad omnes eiusmodi peccatores generalis sit prædicta pulsatio, ostendunt verba,

quæ sequuntur: *Si quis audierit vocem meam, quæ conditionalis non solum ex vi sermonis vritati inter homines communiter, sed etiam ex rigore dialectico vim habet distributiæ propositionis, ac si diceret: Quicumque audierit, &c.*

12.

Denique prædictæ pulsationis actualem efficacitatem, & fructum à libero peccatoris arbitrio pendere, planè significant eadem verba: *Siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianua, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Merito igitur prædicto testimonio Apocal. 3. generalitatem sufficientiæ comprobant Concilium Sennon. referendum disp. 47. sect. 1. sub initium, Philo, & Bernardus citati disp. 39. sect. 3. & 4. Bonauent. Altifiodor. Deza, Gabriel, Argentina, & Colonienfè Enchirid. citati disput. 40. sect. 1. 2. & 3.

Probatur quartò. Hoc enim est sæculi præsentis à futuro discrimen, quòd in præsentis sæculo, quando dies est, manet operandi facultas, & ambulandi, dum lucem habemus: necnon iter agendi, & accedendi ad terminum possibilitatis, quando sumus in via. Etenim istud est de ratione viæ, sicut oppositum est propria ratio termini. Semper itaque manet quibuslibet peccatoribus possibilitas penitendi. Quod fusè probatum est supra disp. 39. sect. 12.

13.

Præsentis à futuro sæculo discrimen.

Probatur quintò ex Patribus. Augustinus lib. de prædestinat. & grat. cap. 13. ad finem: *Alios, inquit, derelinquens ad equalitatis iudicium reseruit, nulli tamen agnoscentia veritatis abstulit facultatem.* Quod etiam de obduratis fuisse dictam, constat ex sequenti contextu sub initium capituli 14. *Geme quicumque induratus es, & iustitiam conseruare, &c.* Chrysostomus homil. 67. in Ioan. prope finem tractans illud: *Indurauit, & tradidit,* docet, Deum non solum non tradere, sed ne derelinquere quidem, nisi velimus. & post pauca: *Deus autem nos derelinquere non vult.*

14.

Damascenus lib. 2. fidei cap. 29. inter medium, & finem distinguit duas species derelictionis, aliam dispensatiuam, aliam verò finalem. Finalis, inquit, derelictio, cum Deo cuncta, quæ ad salutem sunt, faciente, incorrigibilis, & immedicabilis, magis autem insanabilis ex proprio proposito permanet homo. Tunc enim traditur in finalem perditionem, ut Iudas. Pondera, sermonem esse de indurato; hic enim aut solus, aut maxime potuit appellari incorrigibilis, insanabilis, & immedicabilis. Hanc igitur impossibilitatem salutis libero suo proposito retiner induratus, quamuis Deus cuncta quæ ad salutem sunt, faciat. Facit ergo Deus etiam induratis omnia auxilia simpliciter necessaria, & sufficientia ad salutem.

15.

Derelictionis species dua.

Clemens Alexandrinus lib. 7. stromat. pag. 2. de Verbo Dei Filio sic loquitur: *Hic est magister, qui mysterijs quidem erudit eum, qui est pradius cognitione, & spe bona eum, qui est fidelis: & corrigente disciplina per sentientem operationem eum, qui est duro corde; hinc est providentia priuatim, publicè, & ubique.* Erudit ergo Deus etiam eum, qui duro corde est, & hanc salutarem providentiam in eum exercet non solum exteriori, & publica admonitione, sed etiam interiori, priuata, & occulta, non semel tantum, sed semper, & ubique. Ideo post pauca probat, *Deum omnium hominum curam gerere,* quantum ad eorum salutem æternam. Fulsius autem lib. 1. Pædagogi probat, obduratis, & obstinatis auxilia præberi per summam misericordiam, & desiderium salutis, etiam quando propter

propter exigentiam morbi remedia duriora adhibentur & acriora, praesertim cap. 9. ab illis verbis: *Maximum autem signum est eius benignitatis, quod licet aperte sciret impudentiam populi, qui recalcitrabat, & resistebat, aperte tamen adhortatur ad poenitentiam, & dicit per Ezechiel. Fili hominis in medio scorpionum tu habitas: verumtamen loquere ipsis, si forte audierint. Quinetiam Moysi dicit: Vade, & dic Pharaoni, ut emittat populum. Ego autem novi, quod non emittet ipsos. Vtrumq; enim aperte ostendit, & Deum praescivisse futurum, & eius benignitatem libera animi arbitrio largiri occasionem poenitentiae.*

16.

Idem colligitur ex Prospero lib. 2. de vocat. gent. cap. 13. ad finem, comparando superiorem contextum cum illis verbis: *Qua beneficia licet obduratis nihil remedi & emendationis attulerint, probant tamen aversionem eorum non divina fuisse constitutionis, sed propria voluntatis.* Postremo ad eiusdem veritatis probationem sufficere possent fundamenta, quae septem disputationibus praecedentibus probant generalitatem sufficientiae ad omnes homines, neminem excipiendo; praesertim quoniam a generali doctrina non licet aliquem excipere, nisi ratione, vel autoritate compellente: ut diximus sect. 1. ad finem. In praesenti vero nulla compellit autoritas, neque ratio, ut videbimus sect. 5. 6. 7. & 8.

17.

Idem Scholasticorum confirmatio auctoritatis.

Confirmatur, nam plurimi ex Scholasticis Doctoribus citatis tota disp. 40. perspicuis verbis ampliant generalitatem auxiliorum etiam ad obduratos, & derelictos, videlicet Antoninus sect. 1. Alexander sect. 2. Maior sect. 3. Abulensis eadem sect. 3. Coloniese Enchirid. sect. 4. Adrianus, Roffensis, Driedo, Ruard. Ioan. & Michael de Medina, Vega, Petrus, & Dominicus Soto, Felic. Capiton. eadem sect. 4. & in sect. 5. Palacios, Cartag. Toletus, Salmir. Zumel, Aragon, Bellar. Molina, Valentia, Trigofus, Suarez, Vazquez, Lorinus.

18.

Reliqui autem Patres, & Scholastici licet expressè derelictos, & obduratos non includant, implicitè tamen comprehendunt, quoniam a generalitate neminem excipiunt. Est autem ponderatione dignum, in adeo numerosa multitudine Theologorum vix unum, aut alterum reperiri, qui obduratos, grauiusque sceleribus obstrictos excipiat: & ille non excipit simpliciter asserendo, sed dubitando: vel non manifestè, sed ambigè explicationem admittendo, vel coactus autoritate Augustini, cuius eam sententiam esse existimabat: vel postea re maturius & diligentius considerata retractando sententiam, ut notaui-mus disp. 39. sect. 1. Vnde magis ostenduntur vires istius veritatis, quae tam constanter & certò pro se retinuerit omnes Scholasticos contra eam sententiam, quam Augustinianam esse putabant; cum tamen alioqui summopere venerarentur Augustinum in omnibus controuersis gratiae, & praedestinationis.

SECTIO IV.

Trium nationum insigniter induratarum exemplis eadem veritas comprobatur.

1. Pharaos & Aegyptii.

Primum sit Aegyptiorum, & maxime Pharaonis, quos, licet obduratos, Deus per Moysen, & Aaron exterius, interius autem per gratiam, exterioribus miraculis, flagellis, & suasionibus proportionatam, sufficienter inuitabat ad correctio-

nem, ita ut potuissent obedire, & veniam obtinere, si vellent. Haec possibilitas probatur primò, quia si eo tempore, quando Pharaos obduratus resistebat, non potuisset obedire, & poenitere; non adderet nouam imputabilitatem, & grauitatem culpae, sed tantum imputaretur illi culpa praeteriti temporis, propter quam se reddidit obduratione dignum. Contrarium autem legimus Exod. 9. fine: *Videns Pharaos, quod cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum, & ingratiuum est cor eius.*

2.

Probatur secundò, nam & ipse Pharaos fatebatur eo etiam tempore denuò peccare (cuius confessionem tacitè veram esse confirmat Scriptura) Exod. 9. *Peccavi etiam nunc. Quasi diceret: non solum antea, sed etiam nunc denuò peccavi. & sequenti cap. 10. Peccavi in Dominum Deum nostrum, & in vos.*

3.

Probatur tertio, quia Pharaoni, postquam obdurato corde fuit, ingeminata sunt Dei praeccepta, atque flagella, quae necessariò supponunt possibilitatem implendi quod praecipitur, ut probatum est supra tota disp. 43. Antecedens probatur. Nam induratum esse cor Pharaonis, legimus Exod. 7. Nihilominus sequenti cap. 8. praeccepta & comminationes adduntur: *Hac dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam, &c. & cap. 9. Dimitte populum meum. Quod si adhuc renuis, & retines eum, ecce manus mea, &c. & cap. 10. Vsq; ego non vis subijci mihi? Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi: si autem resistis, & non vis dimittere eum, ecce ego induram, &c. Ex quibus sumitur confirmatio. Quoniam apposita conditio, si volueris, probat, voluntatis indifferentiam esse expeditam quocumque vinculo antecedentis necessitatis, ut saepe commemoramus alibi probatum.*

Probatur quarto ex lib. de praedestinat. & grat. qui vel est Augustini, vel magna ex parte Augustini sententiam sequitur, & magnam auctoritatem habet apud Theologos, ut constat ex frequenti illius citatione, & praesertim ex c. 15. cuius auctoritate nituntur plurimi Scholastici. Augustinus itaque de praedestinat. & grat. c. 14. postquam generaliter dixerat: *Nec ij, qui indurati, atque damnati sunt, excusationem culpa ex hoc habere se credant, quod nullam, qua conuiterentur, sint misericordiam consecuti;* paucis interiectis de Pharaone ait: *Numquid non potuit, sicut flagellis cadens expulit populum, ita miraculis credens, Deum tanta virtutis agnoscere.* Et sequenti c. 15. Pharaonem comparando cum Nabuchodonosore probat, eum potuisse mutari, & non necessitate, sed libero contra Deum arbitrio repugnasse.

4.

Rursus in lib. de grat. & liber. arb. c. 23. ita praecauit à contraria sententia: *Nec ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium, quia multis in locis dicit Dominus: Ego indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipse Pharaos non ingratiuit cor suum, dicente Scriptura: Et ingratiuit Pharaos cor suum & in isto tempore, & noluit dimittere populum, ac per hoc & Deus indurauit per iustum iudicium, & Pharaos per liberum arbitrium.* Ponderentur illa verba Exodi, *Ingratiuit & in isto tempore*, quibus manifestè ostenditur etiam postquam se ipsum liberè indurauerat ad priora miracula, & flagella, fuisse liberum, ut se ipsum non induraret ad posteriora; ideòque rectè colligit Augustinus, etiam tunc per liberum arbitrium obdurasse se ipsum.

5. Quorundam Theologorum sententia.

Non desunt Theologi, qui tempora distinguant, ut Pharaos induratus potuerit credere, & obedire prius,

prius, & postea non potuerit, iuxta sententiam Augustini. Caeterum eam explicationem citata testimonia non admittunt: nam locus ex 8. cap. Exodi citatus ab Augustino refertur ad tempus, quando iam multa miracula, & flagella praecesserant. Insuper ratio, qua vitur Augustinus, seruandi liberum arbitrium in Pharaone, vim aequalem retinet toto tempore obdurationis. Quòd si aliquod erat tempus, in quo sibi magis possibile fuisset conuerti, erat illud, quando Deus miraculorum verbera crebra denabat, ut ponderat Augustinus in d. c. 14. de praedest. & grat. Rursus si tunc maxime obdurabat se ipsum liberè, consequens est, ut semper liberè se ipsum indurauerit.

6.

Confirmatur primò, nam, ut idem August. in serm. 88. de tempore inter princip. & medium obferuat: *Quoties Pharaonem Dei plaga percussit, afflitus poenituit. At ubi ei remissio diuina indulgentiam dedit, iterum se in superbiam elatus exiit. Quod post medium repetit: Quoties flagella remota sunt, contra Deum se obduratus exiit; quoties vero afflitus est, humiliter supplicauit.* Vnde manifestum est, habuisse Pharaonem interiore gratiam, sufficientem ad poenitendum, & humiliter supplicandum; sine qua gratia poenitere, & supplicare non potuisset, etiam vrgentibus flagellis; ideòque remittentibus illis, non ob defectum auxilij sufficientis, sed ob liberam malitiam recruduisse duritiam. *Quam rem*, inquit Augustinus, *etiam ipse (Pharaos) confitente euidenter agnoscimus. Sic enim ipse cum castigaretur, iustitia compellente, professus est: Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Qua ergo conscientia Christianus Deum iniustum esse conqueritur? Nam & in tantum non eum Deus irruocabiliter obdurauit, ut post decem plagas populum Dei non solum dimitteret, sed etiam exire compelleret. Quod enim decem plagis percussus fecisse legitur, post primam castigationem implere potuisse cognoscitur.* Considera postrema verba, quibus euidenter ostenditur secundum Augustini sententiam illoteriam tempore, quando indurauit cor suum, Pharaonem obedire potuisse.

7.

Confirmatur secundò ex lib. expositionis quarundam propositionum ex epist. ad Rom. proposit. 62. cuius aliqua referemus sect. 7.

Confirmatur tertio, nam, ut Chrysostronus scribit Rom. 9. serm. 16. *Tulit illum, Pharaonem, multa patientia, ad poenitentiam inducere volens. Nisi enim hoc voluisset, tandiu eum vitique non tulisset.* Ergo quandiu Dei patientia tulit Pharaonem, tandiu illi reliquit liberam facultatem poenitendi per auxilia. Alioqui patientiam non comitaretur voluntas inducendi eum ad poenitentiam, siquidem esset impossibilis. Quòd si Pharaos, praestantissimum obdurationis exemplum, habuit oblata sufficientia auxilia, virtute quorum credere potuit, & obtemperare, consequens est à fortiori, reliquos obduratos nunquam destitui sufficientibus auxiliis, & facultate credendi, atque obtemperandi.

8.

Habitatores Palaestina.

Secundum exemplum praebent habitatores Palaestinae, quorum grauius, & horribilia peccata Sap. 12. à principio referuntur; eorum autem obstinatio, obduratio, & excaecatio sic notatur: *Non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat male dictum ab initio.* Non poterat rigidioribus verbis declarari destitutio auxiliorum, & excaecatio.

9.

Nihilominus totum illud cap. 12. impenditur Ruiz de Praedestinatione.

ad ostendendam suauissimam, & iustissimam Dei misericordiam in illis hominibus corripiendis, admonendis, & inuitandis ad fidem, & poenitentiam, tribuendo quaecumque necessaria erant, ut credere, & poenitere foret illis absolute possibile. Notanda sunt praesertim illa verba: *Eos, qui exerrant, paribus corripis: & de quibus peccant, admones, & alloqueris, ut relicta malitia, credant in te Domine.* Admonitio verò, & alloquutio Dei praenitentem gratiam significare solet apud scriptores sacros, qua Deus in intellectum illustrat suasionibus, ac demulcet affectum suauitate colloquij. Post pauca: *Dabas locum poenitentiae.* & rursus: *Veniam dabas peccatis illorum;* videlicet quantum erat ex parte tua, & iterum: *Ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.* Quapropter sicut viatorum nemo subterfugere potest dominium Dei; sic etiam ab hac misericordia nemo excipitur, qua Deus parcat omnibus, quantum ex se est. Ac denique: *Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, dans tempus, & locum, per qua possent mutari à malitia, &c.* Fufius haec singula ponderata sunt tomo de voluntate Dei disp. 21. sect. 2.

10. Populus Israe.

Tertium & luculentius exemplum nobis proponitur in populo Israel secundum tria tempora, videlicet, ante Christi Domini aduentum, & illo adhuc praesente, ac denique post Ascensionem in caelum. In primo tempore ante Christi Domini aduentum 2. Paralip. 36. circa medium, Sedecias indurauit cervicem suam, & cor, ut non reuerteretur ad Dominum Deum Israel. Sed & uniuersi principes Sacerdotum, & populus prauaricati sunt inique, iuxta uniuersas abominaciones gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Tanta peccatorum grauitate, tamque obstinata duritie non obstante, semper illi populo non defuisse sufficientia auxilia, non solum exterius, sed etiam interius admonens, & excitans, continuo subiungitur: *Mittebat autem Dominus Deum patrum suorum ad illos per manus nuntiorum suorum de nocte consurgens, & quotidie commonens.* His similia verba legimus Ierem. 25. sub initium: *Locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens;* ut vigilanter, & perseueranter eorum saluti consuluisse significet: quod rectè obseruat ibi Lyra. Frequentiam autem quotidiani auxilij, sine intermissione dari, clarius adnotauit Hieronymus ibi: *Ut ostendat, inquit, Dei nos semper indigere auxilio, & nunquam posse sufficere quod semel datum est, nisi quotidie Domini admonitione renouetur.*

11.

Vigilantissimum ergo gratiae pulsaticis studium, etiam erga obduratos, significat locus citatus Paralip. De nocte consurgens. Assiduitatem autem sine intermissione notat, addendo: *Quotidie commonens.* Haec autem auxilia fuisse sufficientia, ut illorum viribus obtineretur venia, ostendit finalis ratio, quae subiungitur: *Eo quòd parceret populo, & habitaculo suo.* Iam igitur quantum ex se fuit, actualiter parcebat, qui praestitit omnia, quae necessaria erant, ut parceret. *At illi subsannabant, nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudabantque Prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.* Non quantum ad spirituale salutem, sed quantum ad temporale supplicium (quod statim in eodem cap. subiungitur) impossibilitas curationis est intelligenda.

12.

Confirmatur Ierem. 3. *Si dimiserit vir uxorem suam, &c. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam.*



piam etc. & post atrociora scelera numerata notatur eius obstinata durities: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisse erubescere.* Nihilominus inuitat, & allicit, dicens: *Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginum mea tu es.* & quae sequuntur. Similiter Ezech. 33. *Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostrae, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus; quomodo ergo viuere poterimus? Vbi se ipsos, existimant, necessariis viribus ad vitam aeternam desitutos propter demerita praecedentium peccatorum. Hunc igitur errorem vt refutet, adiungit: *Vino ego, dicit Dominus Deus: Nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius a via sua, & viuat.**

13. Secundo tempore, quando Christi Domini praesentia fruebatur ille populus, eius obduratio, & impossibilitas credendi peruenit ad summum, iuxta vaticinium Isaiae 6. allegatum Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaia: Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, &c.* Nihilominus hoc potissimum tempore inundauit eos diuina gratia, praedicatione, miraculis, exemplo vitae, feruentique sanguine Redemptionis. Quae omnia non fuisse mortua, sed interioribus auxiliis animata, probatum est supra disp. 42. sect. 4. & 5.

14. Confirmatur primo, nam ea de causa praedicto populo praeter ceteris omnibus exprobrari, & expositulari merito potuit Isaiae 5. *Quid est, quod vitam debui facere vinea mea, & non feci?* Significat autem rerum ad vsum, & vtilitatem necessariarum nihil a Deo fuisse praetermissum, vt recte ibi ponderat Cyrillus Alexandr. cuius, & aliorum Patrum ponderationes vidimus praedicta disp. 42. sect. 1.

Secundo, nam idem significauit Christus Dominus Matth. 11. & Luca 7. similitudine puerorum, qui clamantes coequalibus dicunt: *Cecimimus vobis, & non saluastis: lamentauimus, & non planxistis;* & reliqua, quae ponderauimus eadem disp. 42. sect. 2.

15. Confirmatur tertio, quia salutis procurandae suauiora, & valdiora remedia, quasi tenerrimo matris affectu, significauit Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisse.* Vnde non modo sufficientiam, sed etiam abundantiam auxiliorum colligunt Patres, vt Hilarius suo canone 24. sine, Chryostomus homil. 9. de laudib. Pauli, sine, Irenaeus lib. 4. aduersus haereses, cap. 71.

16. Confirmatur quarto, quoniam si Christo Domino praedicante, fuisset simpliciter impossibile credere Iudaeos, praecipue vero Scribas, Phariseos, & Sacerdotum Principes, qui praeter ceteris obdurati, & excacati erant, dicente Christo Domino: *Caci sunt, & duces caecorum;* sequeretur, eos a mortali culpa fuisse excusatos, in atrocissimo facinore machinandi necem, & ignominias Christi Domini. Nam ex suppositione, quod eius diuinitatem, & Messiae dignitatem non poterant credere, tenebantur eum punire quasi blasphematorem, & inuentorem haeresis arrogantissima. At vero tales a culpa excusare repugnat manifestis Euangelij testimoniis: vt Ioan. 9. *Si essetis caeci, videlicet omnino, ita vt simpliciter esset impossibile videre, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis, quia vidimus: peccatum ergo vestrum manet;* nimirum, quia libere claudabant oculos ad lucem, quam videre ceperant in Christi Domini praedicatione, & miraculis. Vnde Ioan. 15. *Si non ve-*

nissim, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Quod Augustinus tract. 89. in Ioan. inter principium, & medium intelligit de peccato non credendi in Christum, quem sequitur S. Thomas 2. 2. q. 10. art. 1. corp. Vnde & Actum 7. Stephanus eos appellat proditores, & homicidas iusti.

Confirmatur quinto, nam August. tract. 53. in Ioan. col. 3. declarans impossibilitatem credendi, & obdurationem citatam Ioan. 12. *Quare, inquit, non poterant (videlicet credere) si a me quaratur, cito respondeo, quia nolent.* Et multis aliis ostendit, impossibilitatem illius excacationis ab ipsis excuti potuisse per liberum arbitrium, supposita gratia, quae illis offerebatur. Et lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 6. tractans eundem locum Isaiae 6. de excacatione Iudaeorum: *Misericordia, inquit, in electione, qua consecuta est misericordiam Dei; iudicium vero in caeceros, qui excacati sunt: & tamen illi, quia voluerunt, crediderunt; illi, quia noluerunt, non crediderunt.* Semper itaque obduratis referuat credendi, & poenitendi liberam facultatem: quam manifestius affirmarunt alij Patres adducti supra disp. 39. sect. 8.

Tertio tempore post Ascensionem Christi Domini non reprehenderentur a Stephano, dicente: *Dura ceruice, & incircumcisus cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto resististis.* Actum 7. nisi potuissent obedire, & non resistere Spiritui sancto. Quod enim vitari non posset, non foret reprehensione dignum. Et quis est fructus correptionis sine vlla spe remissionis? vt Augustinus loquitur serm. 11. de verbis Domini. Confirmatur, nam & pro eisdem orat Stephanus, nec oraret, nisi veniam speraret. Videri possunt, quae de hac re contra Caluinum obseruant ibi Stapletonus & Locus ad eum locum.

Idem efficacius probat Apostolus ad Hebr. 3. ad eos primario referens praecipuum Psalm. 94. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Vnde colligit exhortationem: *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestro cor malum incredulitatis, (sive cor durum, vt exponunt Chryostomus, & Ambrosius) sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis stillacia peccati.* Erat igitur in eorum potestate cauere, ne indurarentur. Quod Basiliius obseruat; & Theodoretus in eum versum Psalm. 94. ita ponderat: *Ostendit mentis liberum arbitrium. Non enim simpliciter dixit: Ne obdurecite, sed, Nolite obdurare corda vestra, edocens ipsos esse architectos huiusmodi duri cordis.*

Quod autem dixit, *donec hodie cognominatur,* significat totum vitae curriculum vsque ad mortem: quemadmodum Basiliius obseruat in extrema ad Chilonem epistola, & Anonymus Graecus ab Agellio citatus in Psalm. 94. & August. lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 12. versus finem, declarans illud orationis Dominicae: *Da nobis hodie, dictum esse, quandiu dicitur hodie, id est, in hac temporali vita.* Probatque, quoniam, vt dictum est: *Hodie si vocem eius audieritis; quod interpretatur Apostolus in epistola, quae est ad Hebraeos, quandiu dicitur hodie: ita & hic accipiendum est, da nobis hodie.* Consequens igitur est, vt tandiu Dei vocem audiamus interiorius vocantis, quandiu tenemur dicere, da nobis hodie. Quibus consonat Chryostomus Hebraeor. 3. homil. 6. propius ad medium, quam ad princip. dicens: *Hodie illud semper est, donec constitit mundus.* Et communiter recentiores

17.

18.

19.

20.

tiores exponunt, quandiu viuistis. Quamobrem merito reprehendunt expositionem Caluini, & Bezae, qui hodie intelligunt, quandiu nos vocat Deus, quasi vsque ad certum vitae tempus tantum vocet nos Deus, quo exacto frustra speretur Dei gratia, & vocatio.

21. Sunt alia plurima in Nouo Testamento, quae demonstrant, Iudaeis impurabilem fuisse culpam non credendi praedicationi Christi Domini, neque poenitentiam agendi. Vnde manifeste deducitur possibilitas credendi, & agendi poenitentiam illis per Dei gratiam concessa. Quod si obduratissimi Aegyptiis, Palaeſtinis, & Iudaeis non defuerunt auxilia sufficientia, consequens est, nemini obduratorum deesse, praesertim quoniam quae de his nationibus scripta sunt, ad nostram, & omnium hominum doctrinam scripta sunt, vt eorum exemplo discamus, Dei erga omnes peccatores liberalissimam esse prouidentiam auxilij sufficientis; hominum vero liberam semper esse in obduratione resistentiam.

22. His demum adiunge Simonem Magum, quo peiorem, ac duriores non facile reperies inter apostatas haeresiarchas: & huic tamen Apostolorum Princeps supponit auxilium sufficiens non deesse, cum praecipit Actor. 8. *Poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hac cogitatio cordis tui.* Addidit, forte, dubitans de libera voluntate Simonis ad veram poenitentiam, nihil dubitans de auxilio diuino.

SECTIO V.

Generalibus solutionibus enumeratis, soluntur argumenta duo ex impossibilitate, & desertione Dei.

1. **G**enetales solutiones, quibus declaratur impossibilitas bene operandi, & obtinendi vitam aeternam, atque necessitas peccandi, & deueniendi in aeternam damnationem, quas aliqua testimonia Scripturae sacrae, & sanctorum Patrum affirmant, tradita sunt ex professo supra disp. 39. sect. 8. & tomo de voluntate Dei disp. 38. sect. 6. 7. & 8. vbi collatis plerisque testimoniis sacrae Scripturae, & sanctorum Patrum, probatae sunt illorum explicationes & ratione theologica confirmatae. Nunc breuius enumerantur, & quantum ad praesens institutum operapretium erit, aliqua magis declarantur, & corroborantur.

2. Prima est necessitas, & impossibilitas consequens, quae videlicet descendit ex electione libera conditionaliter praecognita, quam S. Thomas 1. part. quaest. 23. artic. 3. ad 3. dicit esse impossibilitatem non absolutam, sed conditionatam. De qua plura diximus tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 2. & seqq.

Secunda necessitas, sive impossibilitas est, quam voluntas suo imperio sibi imponit: imperat enim voluntas sibi, & ex suppositione huius imperij necessarium est, vt eliciat volitionem, quam imperat; & consequenter est impossibile volitionem imperatam omittere, vel illius contrariam elicere.

Tertia, & clarior adhuc necessitas, & impossibilitas prouenit ex libero amore alicuius finis, quo amore liberè retento, necessarium est eligere media necessaria ad illum finem consequendum, & impossibile est amplecti ea, qui-

Ruiz de Praedestinatione.

bus eiusdem finis consequuntur, & amor impeditur. Quemadmodum mammona seruientem necessarium est contemnere Dei legem, & impossibile est Deum diligere super omnia, eadem impossibilitate non poterant credere, qui gloriam ab inuicem quarebant, Ioan. 5. & Matth. 19. *Impossibile est diuitem intrare in regnum caelorum.* Quamuis antea dixisset difficile: quoniam diuitiarum affectum deponere erat difficile, sed ex suppositione, quod non deponatur, impossibile intrare in regnum caelorum.

Quarta necessitas, & impossibilitas consistit in caecitate mortis, & infirmitate voluntatis, propter quae vulnera impossibile est bene operari, & salutem consequi; nisi virtute gratiae. Haec autem salutis impossibilitas, & peccandi necessitas completur ex libera culpa dissentientis, & abiiciendi gratiam, sibi oblatam, atque paratam. Quapropter non est absoluta impossibilitas, sed libertati subiecta ex suppositione gratiae.

Quinta impossibilitas, & necessitas est idem, quod difficultas boni, & procliuitas ad malum: quemadmodum S. Thomas 3. part. quaest. 86. artic. 1. ad 2. ait: *Dicitur illud non posse sanari, quod non potest de facili sanari.* & de veritate quaest. 24. art. 1. corp. ad medium ait: *Ita quod non de facili possit cooperari, vt exeat de peccato: & hac esse obstinatio imperfecta.* Hanc solam, & non aliam, S. Thomas ibidem asserit in hac vita contingere. Consonat Aristoteles lib. 1. de caelo cap. 11. *Impossibile, inquit, dupliciter dicitur. Aut enim, quia non verum est dicere, ortum esse posse; aut quia non facile, nec cito, nec bene oriri potest.* & 2. Machab. 4. *Sine regali prouidentia impossibile esse pacem robis dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua.* & cap. 14. *Quandiu superest Iudas, impossibile esse pacem esse negotijs.* Ad hanc reducitur impossibilitas, id est, difficultas proueniens a subtractione abundantioris gratiae, vel à tentationibus, aut vehementibus occasionibus peccandi.

Sexta, & veluti supremus gradus praecedentis est moralis necessitas, hoc est, infallibilitas peccandi, & perueniendi, & consequenter moralis impossibilitas obtinendi salutem, de qua fuis tractauimus tomo de prouidentia tota disp. 12. & 13.

Septima est inferior gradus necessitatis, & impossibilitatis, secundum quam necessarium dicitur quod saepenumero contingit, & impossibile, quod raro: quemadmodum Matth. 5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* & Ioan. 7. *Non potest mundus odisse vos.*

His consequens est octaua, qua dicitur, necessarius esse actus, in quem voluntas vehementer propendet; contra vero impossibilis ille, à quo voluntas vehementer abhorret; vt cum Nazianzeno adnotauimus disput. 39. sect. 8. Vnde prouenit etiam, vt quod valde molestum est, appelletur etiam impossibile; & illud, quod vehementer timetur, dicatur afferre vim, seu necessitatem, cogere, atque compellere voluntatem: quemadmodum ex Anselmo, & Bernardo notauimus tomo de voluntate Dei disp. 38. sect. 6.

Nona veluti pars quaedam praecedentium, est necessitas male operandi, & bene operandi impossibilitas, ex diuturna consuetudine proueniens: nam consuetudo velut in naturam versa, propensionem ad malum vehementiorem reddit, ingeritque fastidium, atque difficultatem boni.

3. *Cecitas mortis, & voluntatis infirmitas.*

4. *Necessitas, seu difficultas.*

5. *Moralis necessitas.*

6. *Quod saepe contingit necessarium dicitur.*

7. *Necessitas ex propensione vehementi.*

8. *Necessitas ex diuturna consuetudine proueniens.*



5. Necessitas ex defectu proxima potest.

Decima appellatur quandoque necessitas, & impossibilitas defectus potentie proxime ad credendum, vel ad poenitendum; quamvis non desit potentia remota, concessa per auxilia supernaturalia, quorum virtute perueniri potest ad potentiam proximam.

Negatio congruentia auxiliij.

Vndecima necessitas, & impossibilitas consistit in negatione congruentis, & opportuni auxiliij; quamvis alioqui non desit auxilium sufficiens. Nec mirandum congruentia defectum appellari quandoque impossibilitatem, cum Apostolus 1. Corinth. 3. dixerit: Non potui vobis loqui quasi spiritibus, &c. & Marci 6. Christus Dominus, Non poterat ibi virtutem ullam facere propter incredulitatem eorum; nec enim congruum erat eis exhibere miracula, cuiusmodi alia testimonia vidimus supra disput. 39. sect. 8. Postremò quandoque verbum non possent, accipitur pro subiunctiuo verbi facio, vt significetur non facerent, sicut notauimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 12. sect. 2.

6.

Hæ omnes explicationes defendunt, iustificationem, & æternam salutem esse cunctis hominibus possibilem, etiam illis, quibus aliquando facta literæ, vel Patres impossibilitatem boni, vel mali necessitatem tribuere videntur solo cortice verborum. Atque ita intelligenda esse similia testimonia, probatur primò, quoniam eandem impossibilitatem nonnunquam affirmat de Deo, aut de Christo Domino; quemadmodum Genes. 18. Num potero celare Abraham, que gesturus sum. & cap. 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illic.

7.

Probatur secundò, quoniam frequentius eadem impossibilitas affirmatur ad cuitandum aliquod peccatum, velut infidelitatis, & contumacis inobedientie. Insuper dicuntur esse quedam peccata ex necessitate; cum tamen aliunde sit euident, impossibile esse peccatum sine libera potestate vitandi.

Obduratorum status.

Probatur tertio, nam obduratorum status est, de quo maxime solet impossibilitas affirmari: nihilominus in eorum potestate constitutum esse obdurare se ipsos, vel non obdurare; & obdurationem abicere, vel retinere, probatum est sect. 3. & 4. & magis constat ex seqq.

8.

Restat supradictas generales solutiones argumentis particularibus applicare in hac, & seqq. sectionibus.

Primum argumentum continet ea testimonia, quæ significant impossibilitatem credendi, aut bene operandi, inter quæ celeberrimum est illud Ioan. 12. Propterea non poterant credere, &c.

Solutio prima.

Respondetur primò. Hæc impossibilitas est consequens ex libera electione conditionaliter præcognita. Ita declarant Augustinus, Chrysostomus, Athanasius, & Theophylactus: quorum testimonia retulimus disp. 39. sect. 8.

9.

Respondetur secundò. Impossibilitas illa proveniebat ex inordinato amore alicuius finis, cuius affectu liberè retento impossibile erat credere: quemadmodum Ioannis 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inimico accipitis, & gloriam, que à solo Deo est, non queritis? Genes. 38. Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. Quoniam ex suppositione interioris odij liberè retenti, non poterant profertre verba charitatis fraternæ. Ad hanc suppositionem respexit Augustinus tractat. 53. in Ioannem, quando dixit:

Quandiu talia sapimus, videlicet superba, non possunt credere. Quamuis præmississet huius impossibilitatis causam non esse, Quia homines mutari in melius non possunt. Similiter Theophylactus Ioan. 12. Impius homo non potest credere, quandiu talis fuerit, mala scilicet eligens, ac volens. Tertio Chrysostomus in Ioannem homil. 67. addit, vehementiam voluntatis, & eximiam difficultatem, & rei asperitatem impossibilitatem appellari. Quibus adiungi possunt alia quedam impossibilitates ex his, quæ nuper enumeratæ sunt, præsertim octaua de voluntate vehementer abhorrente. Prædictæ expositioni contrahere videtur Hugo Victorinus circa epist. ad Roman. quæst. 264. Sed eum minimè dissentire ostendimus sect. 8. ad finem.

10.

Similiter explicanda sunt, quæ sequuntur. Deuteronom. 29. Non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videns, & aures, que possent audire usque ad presentem diem. Isaia 29. Claudet oculos vestros, &c. Dicent: Lege istum. Et respondet: Non possum; signatus est enim, quod dicitur de impossibilitate intelligendi Christum, & credendi: Quò ego vado, vos non potestis venire, Ioan. 7. & 8. Quod exponens Augustinus tractat. 38. colum. 1. dicit: Isti nunquam poterant venire, quibus præscitis dixit: In peccato vestro moriemini. Et longe interius notat eosdem vocatos fuisse in spem, quando Christus Dominus adiunxit suæ prædictionis expositionem, vt non absolutum, sed conditionalem sensum redderet, videlicet: Si non crederitis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Vnde Augustinus infert: Ergo si crederitis, non moriemini. & in eodem Ioan. 8. Sermo meus non capis in vobis. Matth. 26. & Marci 14. Non potestis vna hora vigilare? Matth. 16. Signa temporum non potestis scire. Lucæ 13. Multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt.

11.

Ecclesiastes cap. 6. Nihil deest animo suo ex omnibus, que desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo. Sapient. 13. De his, que videtur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est. Cum tamen statim probet, cognoscibiliter potuisse, vt videbimus sequenti disput. sect. 3. initio. Sapient. 12. Non ignorans, quoniam nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cognitio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio. Vbi notatur præcipuè nona illa impossibilitas, ex diuturna consuetudine proueniens, afferens eximiam difficultatem boni, & vehementem propensionem, & infallibilitatem mali. Quemadmodum & Ierem. 13. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Sed in postremis verbis ex cap. 12. Sapient. citatis notatur præsertim vndecima impossibilitas, consistens in negatione abundantioris, & congruentis auxiliij, quam Deus ab æterno decreuerat: in quo decreto consistit maledictum fuisse ab initio semen illud. Huic impossibilitati similis est illa necessitas Sap. 19. Ducebat enim eos (Ægyptios) ad hunc finem digna necessitas, &c.

12.

Secundum argumentum continet plura testimonia, quibus Deus minatur, atque prædicat derelictionem, destitutionem, & obliuionem in pœnam grauium peccatorum. Ecclesiastes 7. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Isaia 5. Et nunc ostendam vobis, quid

quid ego faciam vineæ meæ. Auferam spem eius, & erit in direptionem: diruam maceriem eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent vepres, & spinæ, & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Quibus metaphoris multiplex auxiliorum genus adimitur, vt exponunt ibi Basiliius, Hieronymus, Cyrillus, & Paulinus epistol. 28. quæ est 2. ad Aprum. Rufus Isaia 5. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Ierem. 7. Proiecit Dominus generationem furoris sui. Ieremie 51. Curauimus Babylonem, & non est sanata: dereliquimus eam. Matth. 13. Marci 4. & Lucæ 8. Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, etiam id, quod videtur habere, auferetur ab eo. Ioan. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palme, & arecet. Matth. 23. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, &c. & cap. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Psalm. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Actuum 14. In præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Osee 1. Voca nomen eius, absque misericordia: quia non addam ultra misereri domui Israël, sed obliuione obliuiscar eorum. & cap. 4. Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. De quibus videri possunt testimonia Patrum adducta supra disput. 41. sect. 4. & 5. Confirmari potest, quoniam quibusdam auxilia subtrahi, colligitur etiam Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus. & Actuum 16. Apostoli prohibiti sunt loqui verbum in Asia.

14.

Respondetur. Eiusmodi Scripturæ non totalem destitutionem significant, sed tantum secundum aliquos effectus gratiæ, quibus peculiariter Deus præfens aderat, & protegebat. In primis enim deserit, auferens gratiæ iustificantis, & charitatis habitus: insuper propter infidelitatis peccatum auferens etiam habitus spei, & fidei. Deinde plurima exteriora auxilia subtrahit, vt prædicatores, Prælatos, increpationes, & flagella, permittitque plurimas occasiones peccandi pro libito: & quod ad rem præsentem est potissimum subtrahit non modò congruum auxilium, sed etiam abundantiora quedam ex interioribus auxiliis, quæ dantur multis peccatoribus etiam præscitis. Vnde tales homines specialiter destituti rediguntur ad tantam penuriam auxiliorum, vt sit moraliter infallibilis eorum obduratio libera, & damnatio: prout explicarum est tomo de prouidentia disp. 12. sect. 6. His autem non obstantibus, neminem Deus ita obliuiscitur, vt destituat auxiliis, quæ simpliciter sufficientiant ad salutem.

SECTIO VI.

Cætera argumenta, ex sacris literis, & ex ratione desumpta.

1.

Primum argumentum continet ea testimonia, quibus dicitur Deus excæcare, indurare, facere, vt homines errent, & traderentur desiderijs. Quæ omnia exponuntur à Patribus communiter secundum permissionem, & destitutionem auxiliorum. Huiusmodi sunt quæ sequuntur. Rur de Prædestinatione.

Roman. 9. Cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat. quod accepit Apostolus ab Exodi 7. 8. & 9. Indurauit Dominus cor Pharaonis. Deuter. 2. Indurauerat Dominus Spiritum Sebon. Iosue 11. Domini sententia fuerat, vt indurarentur. 1. Regum 2. Non audierunt vocem Patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. Psalm. 68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant. Quibus similia sunt alia Isaia 19. & 63. Deuteronom. 28. Ioan. 12. Roman. 1. & 11. & 2. Thessal. 2. Psalm. 43. 68. 104. 118. 140. & alia plurima, quæ retulimus tomo de voluntate Dei disp. 42. sect. 1. 3. & 5.

2.

Quidam vno verbo respondent, his testimonijs significari tantummodo, Deum non dare Quorundam solutio. maiora auxilia, quamuis præuideat, prædictos homines cum talibus auxiliis fore obdurandos, & damnandos. Hoc licet verum sit, atque simpliciter requisitum ad obdurationem verificandam, & componendam cum libertate; ideòque Patres frequenter ad huiusmodi præscientiam recurrant, in exponenda obduratione, vt retulimus sect. 5. num. 8. Nihilominus id non sufficit obdurationi, & excæcationi: quoniam omnibus reprobis, etiam quando sunt in gratia, & abundantibus auxiliis muniti, sed ab illa casuri sunt, Deus præuidet, eos fore damnandos, nisi det auxilia maiora, vel magis congruentia; cum tamen illi non sint obdurati, nec excæcati.

3.

Ideo dicendum est, obdurationem & excæcationem consistere in eximia difficultate boni, & vehementi propensione ad malum, vnde proueniat moralis infallibilitas perpetuæ obstinationis in peccatum, quæ secum compatitur physicam libertatem ad poenitendum, collatam per auxilia sufficientia. Huius autem obdurationis Deus per se non est causa, sed per accidens, permittendo, & subtrahendo non modò congruentia & efficacia, sed etiam abundantiora auxilia tam interiora, quàm exteriora. Insuper interius, & exterius conferendo plurima naturalia beneficia, quibus, nouit; impios abusuros esse, prout fufius explicatum est tomo de voluntate Dei, disput. 44.

4.

Secundum argumentum. Hebr. 6. Impossibile est enim, eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celeste, & participes facti sunt Spiritus sancti, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad poenitentiam. Hoc argumentum breuiter expediemus, quoniam non directè pertinet ad controuersiam inter Catholicos, quam in presenti tractamus de generalitate auxiliorum. Si enim probaret aliquid, errorem confirmaret, quo Cathari, Cataphrygæ, & Nouatiani post Baptismum peccantibus locum poenitentia denegabant. Quapropter ab omnibus Catholicis necessariò soluendum est. Communis igitur antiquorum Patrum, & contextui conuenientior, & longè probabilior expositio est, impossibilem esse poenitentiam, quæ fit in Baptismo: quoniam Baptismum iterare est impossibile. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Sedulius, Haymo. Primasius, S. Thomas ibidem, Ambrosius lib. 2. de poenitent. cap. 2. Augustinus de vera, & falsa poenitentia cap. 3. & in inchoatione epist. ad Roman. Athanas. orat. de blasphem. in Spiritum sanctum non longè à principio, Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. Quam expositionem validis argumentis corroborat

borat Iustinianus in eius loci commentario: eamdemque sequitur Suarez tomo 4. de pœnitent. disp. 8. sect. 1. n. 10.

5. Sed quamvis sequaris aliam non improbabilem expositionem Anselmi, Lyrae, Hugonis, quam cum aliis recentioribus defendit Cornelius in commentario: respondebis argumento, impossibile apud Paulum hoc loco esse idem, quod difficile, & valde rarè contingens. Quapropter Paulus non loquetur de quolibet peccante post Baptismum, sed de Apostatis, & hæreticis, vt limitat Concilium Colonienfe, tit. de pœnitent. maximè verò si post magnam vitæ perfectionem, & abundantiora auxilia peccatur: vt limitat Anselmus ibi. Alioqui Paulum tam in ea epistola, quam in aliis quolibet peccatores ad pœnitentiam inuitare, sapienter obseruauerunt Ambrosius lib. 1. de pœnitent. cap. 2. Theodoretus in loci præsentis commentario, & Hieronymus lib. 2. contra Iouinian.

6. Tertium argumentum, quia Matth. 12. & Marci 3. *Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc saeculo, nec in futuro.* Omnia multiplici explicatione peccati in Spiritum sanctum, & impossibilitatis, quæ hoc loco significatur,

Respondeo. Spiritus blasphemia, siue verbum dictum contra Spiritum sanctum, nullam peccati excusationem habet, quæ illius grauitatem saltem aliqua ex parte possit eleuare: ideòque natura sua, & quantum ex se est, veniam reddit impossibilem plus, quam cetera peccata. Quia manifestissima Spiritus sancti opera dæmoni tribuit. In aliis namque peccatis, aut ignorantia, aut infirmitas excusat aliqua ex parte; misericordiam consecutus est Paulus, quia ignorans fecit, 1. ad Timoth. 1. & Plalm. 6. *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.* Huiusmodi autem peccatum sine ignorantia, & infirmitate ex mera malitia committitur.

7. Huiusmodi peccatum intelligi à Christo Domino, declarant Athanasius oratione speciali de hære, & orat. 2. contra Arianos circa finem, Pacianus epistol. 1. Chrysostomus homil. 42. in Matth. Basilus in quaestione breu. quaest. 273. Anastasius quaest. 68. in Scripturam, Ambrosius lib. 2. de pœnitent. cap. 4. Hieronymus in commentario Matth. & epistol. 149. Huic declarationi non contradicit, sed eam potius complet, singularem, & extremam difficultatem pœnitendi ob tenacissimam adhæsiōnem ad malum, postpositis omnibus rationibus, quæ reuocare possent ab illo; appellari impossibilitatem remissionis, seu irremissibilitatem. Plura videri possunt apud expositores D. Thomæ 3. part. quaest. 86. artic. 1. vbi Franciscus Suarez disp. 8. sect. 1. num. 17. & sequentibus, Bellarmin. lib. 2. de contrit. cap. 16. Maldonatus Matth. 12. Sanctorum Patrum verba de hac re fusiis transcripsit Ioannes de la Haye in Euangelica disposit. cap. 58. notat. 10.

8. Quartum argumentum 1. Ioan. 5. *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt orat quis.* Significat ergo, pœnitentiam, & iustificationem esse impossibilem post eiusmodi peccatum; quandoquidem spem adimit impetrandi veniam.

Respondetur. Nec spem adimit, nec orare prohibet; ceterum non exhortatur ad orationem fundendam pro eiusmodi peccatore tanta fiducia, quanta orare præceperat pro aliis peccatoribus, dicens: *Qui scit fratrem suum peccare non ad mortem, petat, & dabitur ei, &c.* id est, cum fiducia petat, nam impetrabit. Si verò peccatum est ad mortem, id est, grauissimum, & ex illorum genere, quæ difficillimum reddunt veram pœnitentiam (quale est peccatum in Spiritum sanctum) non pro illo dico, vt orat quis; id est, non audeo polliceri, quod quilibet fidelium etiam imperfectus impetrabit; sed necessarium erit, virum aliquem eximie sanctitatis orare, & ille difficulter impetrabit tali peccatori veniam. Sæpe enim Deus Sanctorum preces pro talibus peccatoribus non exaudit, iuxta illud Ierem. 7. *Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te.* quod idem repetitur Ierem. 14. Sumitur hæc expositio ex Ambrosio lib. 1. de pœnitent. cap. 8. & 9. Hieronymo lib. 2. in Iouinian. versus finem. S. Thoma 3. part. quaest. 86. art. 1. ad 2. Plura videri possunt apud Suarez ibi disp. 8. sect. 1. ad finem, & Bellarmin. lib. 2. de pœnitent. cap. 16. ad finem.

Illud tamen obseruatione dignum est, neminem Catholicorum exponere, peccatum ad mortem esse simpliciter irremissibile, nisi, qui hoc nomine intelligit finalem impœnitentiam, & obstinationem in peccatis, vt Hieronymus Isaia 14. ad illud: *Noli orare, &c.* Hæc monuerim propter Ruardum, à quo in artic. 7. contra Lutherum pag. 332. §. *Quod autem Pharaos, sub initium.* Citatur Beda tomo 5. in epistol. Ioan. cap. 5. de peccato ad mortem, quasi dicens, illud peccatum esse simpliciter irremissibile; cum tamen id Beda non asserat manifestè, licet insinuet, non asseuerando, sed quasi dubitando, & explicari possit de peccato finalis impœnitentia.

Eadem, quæ præcedentis argumenti, solutio est alterius, quod Nouariani obieiebant ex 1. Regum 2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?*

Respondetur. Sensus est, peccata in Deum commissa, difficilius explicari, ideòque querendum esse insignem Dei amicum, qui per orationem impetret pœnitentiam, & veniam. Ita ferè Ambrosius lib. 1. de pœnitent. cap. 8. cui consonat Gregorius in lib. 1. Regum cap. 2. suo lib. 2. exponens prædicta verba, vt ex puris hominibus nulla oratio sufficeret ad impetrandam veniam peccati, à Iudæis in Christum Dominum commissi, quoniam ex se nullam habebat excusationis rationem, vt superius diximus de peccato in Spiritum sanctum; sed vni-genitus Dei Filius veniam aliquibus impetrauerit. Itaque Gregorius etiam respexisse videtur ad difficultatem, sine impossibilitate absoluta.

Sextum argumentum Hebræor. 10. *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quadam expectatio iudicij, &c.* Est igitur impossibilis remissio, & consequenter auxilia non sufficiunt ad obtinendam veniam, & iustificationem.

Respondetur. Absoluta impossibilitas erit obtinendi veniam ex suppositione, quòd Iudæi, à

9.

10. Quintum argumentum.

11.

fide Iesu Christi deficientes, non recurrant ad ipsum. Quoniam in tali statu manentibus, neque Christus prodest semel oblatum, nec expectanda est secunda illius immolatio: neque Messias alter falsò expectatus proderit, neque legis sacrificia, vt pote semper infirma, & per Christum abolita, & extra templum Hierosolymitanum prohibita, proficere poterunt. Eadem est mens Ambrosij, Chrysostomi, & Theodoret: cui consonant etiam recentiores ibi, vt Iustinianus, Cornelius; Bellarminus lib. 2. de pœnitentia cap. 16. versus finem. Porrò suppositionem illam auferre licet non esset simpliciter impossibile Iudæis apostatis, erat tamen moraliter impossibile, id est, valde difficile, & nunquam contingens, nisi per abundantissimam gratiam, quæ rarè confertur.

12. Septimum argumentum. Sæpenumero contingit eos, qui peccato mortali sunt obstricti, phrenesi, vel amentia corripiti, quæ perpetuò impediatur, ne in gratiam redire possint. Ergo non erit contra Dei misericordiam, vel ordinariam prouidentiam concedere aliquos peccatores, etiam ratione vtentes destitui sufficientibus auxiliis. Hac enim destitutio eorum salus non impeditur magis, quam impediretur amentia, vel phrenesi, quam Deus de potentia ordinaria eis potuisset inferre.

Confirmatur, quoniam quemlibet peccatorem Deus poterat occidere, siue miraculosa morte, siue per causas naturales, & liberis, secundum ordinariam prouidentiam ad eius occisionem dispositas. Non esset autem durior pœna, nec tigidior modus agendi, eumdem hominem adhuc viuentem destituere auxilio sufficiente.

13. Respondetur negando consequentiam principalis argumenti. Licet enim amentia vel phrenesi auferant possibilitatem salutis, eam tamen auferunt, quoniam quidditatiuè continent incapacitatem subiecti, quam Deus secundum ordinatissimam prouidentiam per naturales, aut liberis causas, vel immediatè per se ipsum inferre potest in pœnam peccati. Et quemadmodum in illo statu homines penitere non possunt, ita nec peccare: ideòque nullis legibus adstringuntur. At verò manente capacitate subiecti, possibilitate peccandi, & obligatione præceptorum, minus decet diuinam misericordiam, atque iustitiam eiusmodi destitutio, vt probatum est disput. 40. sect. 6.

Hinc constat solutio confirmationis; licet enim quantum ad damnum illatum non esset rigidior modus agendi, hominem adhuc viuentem destituere auxilio sufficiente, nihilominus comparatione status hominis viatoris, esset multò rigidior modus agendi. Nam via quidditatiuè postular potestatem accedendi ad terminum: vt vidimus sect. 3. num. 13. hanc autem impediret auxiliorum destitutio. Quapropter occisio non est contra ordinariam prouidentiam erga viatores; contra illam tamen est auxiliorum destitutio.

14. Octauum argumentantur quidam: quoniam in gratia confirmati non possunt peccare. Ergo iuxta debitam proportionem obdurati, & excæcati non poterunt penitere.

Respondetur primò. Antecedens esse falsum, vt ostendimus alibi.

Respondetur secundò. Qui confirmatur in gratia, semper magis, ac magis potest tendere per

viam, donec perueniat ad terminum, & hoc est per se requisitum ad statum viæ; posse autem cadere, seu desistere à via, est per accidens, & ideo nihil obstat, quòd confirmatus in gratia priuaretur potestate peccandi. At verò si homo priuaretur auxiliis sufficientibus simpliciter, priuaretur potestate per se primò requisita ad statum viatoris, videlicet accedendi ad terminum. Et quamuis obduratus possit in peius proficere in ordine ad terminum damnationis, ille tamen terminus non est per se intentus, quasi scopus præfixus viæ: ideòque talis potentia progrediendi non sufficit ad statum viatoris.

## SECTIO VII.

Exponuntur Augustini testimonia, quæ videntur obduratis negare sufficientiam.

1. EX authoribus etiam, qui existimant, obduratis à Deo concedi gratiam excitantem, & auxilia sufficientia, non pauci contendunt, Augustinum fuisse contrariæ sententiæ, idque sequentibus argumentis.

Primum. Augustinus de correptione & grat. cap. 11. inter medium, & finem: *Si hoc adiutorium, inquit, vel Angelo, vel homini, quamprimum facti sunt, desisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere, si vellet: non vitæ sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe desisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus docti tale adiutorium, iam pœna peccati est.* Quod argumentum Gabriel Vazquez tam 1. par. disput. 97. cap. 2. §. penultimo, quàm 1. 2. disput. 193. cap. 4. num. 38. vrget: quoniam hæc verba non possunt intelligi de auxilio congruo, & efficaci, sed de sufficienti. Etenim quicumque peccant, auxilio congruo, & efficaci carent, quibus nihilominus culpa imputatur: illud autem auxilium, de quo loquitur Augustinus, tale est, vt sine eo operantibus culpa non imputeur: hoc autem aliud esse nequit, quàm sufficiens, & necessarium; cum ergo de illo dicat Augustinus: *Nunc autem quibus docti tale adiutorium, pœna peccati est,* planè sentit, aliquibus hominibus nunc denegari; verum quia culpa eorum denegatur, ideo nihilominus imputari illis peccatum: quod tamen primo homini, aut Angelo non imputaretur, si absque vlla ipsorum culpa tale auxilium eis subtraheretur.

Respondetur, supponendo, Augustinum in prædicto testimonio agere de adiutorio ad non peccandum mortaliter, & perseuerandum in gratia: quod euidenter erit legenti superiores, inferiorisque contextus eiusdem & præcedentis, atque sequentis capituli. Quod etiam citata verba manifestè significant: *Adiutorium, sine quo manere non possent.*

2. Vnde colligo primò, prædictis Augustini verbis auxilium sufficiens minimè negari hominibus lapsis. Alioqui negaret Augustinus auxilium sufficiens ad euitandum peccatum mortale, quod implicat contradictionem, propter rationem philosophicam, & theologicam, tomo de voluntate Dei multis disputationibus, præsertim 38. ponderatam: vbi etiam multis Augustini testimoniis ostendimus, esse de quidditate peccati, vt vitari potuerit.

Confirmatur, quoniam Augustinus in prædicto testimonio supponit ad culpam propriæ voluntatis imputari singulis hominibus absentiam talis adiutorij. At verò, quòd resultaret ex originali culpa sine noua possibilitate euitandi, non posset singulis hominibus tanquam personalis culpa imputari.

4. Hanc difficultatem animaduertens prædictus author 1. 2. citata recurrit ad auxilium, negatum ad vitanda omnia peccata collectiue longo tempore; quamuis concedatur ad vitanda singula diuifue.

Cæterum hoc idem est, atque diuturno tempore perseverare sine peccato mortali. Et quidem Augustinus ibi loquitur de perseverantia iustorum. At verò iustis omnibus, quantum est ex parte Dei, semper offerri auxilium, quo possint perseverare, si velint, ita ut hoc sit positum in eorum libero arbitrio, sensit Augustinus variis in locis, quæ ponderauimus tomo de voluntate Dei disput. 34. quatuor prioribus sectionibus. Quam veritatem decreuit Trident. sess. 6. cap. 13. Quapropter non possumus concedere sufficiens auxilium aliquibus hominibus esse negatum in prædicto testimonio, nisi concedamus Augustinum, sibi & Ecclesiæ Catholicæ contrarium, aliquibus iustificatis negasse auxilium sufficiens ad perseverandum, & (quod est magis absurdum) existimasse, subtractionem sufficientis auxiliij pœnam esse quandoque solius originalis peccati.

5. Ex his secundò colligitur, etiamsi concederemus, falsam, & absurdam eam doctrinam ab Augustino fuisse traditam in prædictis verbis; adhuc nihil inferri posse contra generalitatem sufficientis auxiliij, quam in præsentem defendimus. Etenim cum evidens sit, Augustinum ibi non agere de auxilio sufficienti ad credendum, & ad pœnitendum; nihil obstat, quominus Deus omnibus hominibus concedat sufficiens auxilium ad credendum, & pœnitendum. Quod idem August. alibi sæpe docuerat, ut vidimus sect. 4. & disp. 39. sect. 3.

6. Respondetur tertio, legitimum sensum illorum verborum esse. Pœna peccati originalis est, quibus deest adiutorium tale, quale non defuit Angelo; & primo homini, videlicet ut sine vlla difficultate posset perseverare, si vellet. Itaque non est pœna originalis peccati deesse ad perseverandum illud sufficiens adiutorium, quod datur in natura lapsa; hoc enim nunquam negatur.

7. Quòd si obiciat, inde sequi, adiutorium illud perseverandi sine difficultate, quod proprium erat status innocentie, conferri quibusdam iustificatis in natura lapsa; continuò quippe subiungit Augustinus: *Quibus autem datur, secundum gratiam datur.*

Respondet, hinc potius corroborari nostram expositionem, observando quæ sequuntur: *Et tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum, quibus id dare Deo placuit, ut non solum assist, sine quo permanere non possumus, etiamsi velimus; verum etiam tantum, ac tale sit, ut velimus.* Mens igitur Augustini est, in pœnam originalis peccati omnes homines fuisse priuatos illo auxilio sufficienti ad perseverandum, quod proprium erat status innocentie: cæterum quibus per Dei gratiam restituitur auxilium, non illud, sed aliud maius restituit.

Instabis præterea, quoniam hoc amplius auxilium tantum, ac tale, ut velimus, non omnibus hominibus lapsis, sed solis prædestinatis conferatur: ergo auxilium necessarium ad salutem non omnibus datur.

Respondetur. Deus, quod ex se est, propter merita Iesu Christi Domini nostri paratus est omnibus iustificatis conferre prædictum auxilium abundantius, ut ostendimus in locis nuper citatis: quapropter auxilium necessarium ad salutem nemini deficit, quantum est ex parte Dei.

9. Si volueris adhuc Augustini testimonium, initio positum, intelligere de auxilio requisito ad credendum, vel pœnitendum, quòd aliquibus denegetur in pœnam originalis: duæ restant explicationes, in quibus verificabitur eius sententia.

Prima. Non omnibus momentis adesse sufficiens auxilium, sed aliquibus interuallis abesse: ut videbimus disput. 47. sect. 2. & 3. Dixit ergo Augustinus, quòd aliquibus hominibus auxilium sufficiens desit aliquibus temporum interuallis, esse pœnam originalis peccati, sine quo in statu innocentie semper, & in quolibet instanti sufficiens auxilium præstò foret.

Secunda explicatio. Pœna originalis est quòd aliquibus peccatoribus propter amentiam, aut phrenesim desit possibilitas obtinendi salutem.

10. Secundum argumentum. Augustinus in lib. expositionis quarundam propositionum ex epistol. ad Roman. propositione 62. *Non ergo, inquit, hoc illi (Pharaoni) imputatur, quòd tunc non obtemperavit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate.* Ergo tunc Pharaon carebat auxilio sufficienti ad obtemperandum. Consequentia probatur, nam si eo tempore, quando restitit Dei præceptis, potuisset obedire, eo ipso non obedire tunc ei imputaretur ad culpam. Neque potest illius libri autoritas eleuari, quoniam minus accuratè sub initium conuersionis suæ adhuc presbyter eum scripsit Augustinus: nam recognitus est à veterano Magistro, & cum retractauerit multa ex illo libro, & aliqua ex eadem ipsa propositione 62. quæ allegatur in argumento, prædictam propositionem intactam relinquens, tacitè approbavit lib. 1. retract. cap. 23. inter medium, & finem.

11. Respondet. Mens Augustini hæc est. Ex suppositione, quòd Pharaon erat obduratus, liberè retinendo infidelitatem, quam tunc poterat abicere, non imputatur, quòd tunc non obtemperavit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat: imputatur tamen, quòd in eodem ipso tempore, in quo manebat obduratus, dignum se præbebat, cui cor obduraretur priori infidelitate; quæ non tempore, sed causalitate prior erat. Hæc enim infidelitas liberè retenta, erat causa demeritoria obdurationis, & inobedientie causa vel efficiens per necessariam resultantiam. Tres autem modos accipiendi obdurationem, & incompobilitatem obedientie cum illa, declarauimus tomo de prouidentia disput. 12. sect. 8.

12. Hanc verò esse mentem Augustini, non illam, quam argumentum intendit, probatur primò, nam alioqui manifestè sibi contradiceret per absurdas, & inconsequentes illationes, non solum in aliis libris, sed etiam in eadem ipsa propro

propositione 62. veluti cum dicit: *Istam obdurationem tribui præcedenti impietati; cum tamen homini non auferatur liberum voluntatis arbitrium, siue ad credendum Deo, ut consequatur nos misericordia, siue ad impietatem, ut consequatur nos supplicium.* Existimat ergo simul cum obduratione manere tantam libertatis indifferentiam ad bonum, & ad malum, quanta requiritur, ut impietas imputari possit ad culpam, & ad supplicium.

13. Secundò probatur. Etenim, ut ibidem, ad confirmandum, quod dixerat de obduratione Pharaonis, addit: *Impietas inchoat pœna meritum, ut per ipsam pœnam etiam malè operentur; sicut & superius idem dicit Apostolus: Et quoniam non probauerunt Deum in notitia habere, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant, qua non conueniunt.* Vbi tam Apostolus, quam Augustinus opera intelligunt imputabilia ad culpam, & consequenter potuisse vitari. Quod idem colligitur ex reliquo contextu eiusdem loci, & amplius declarauimus prædicta disputat. 12. de prouidentia, sect. 8.

Confirmatur, nam lib. 1. retract. cap. 13. inter principium, & medium confirmat, verissimè dictum fuisse: *Infidelitas, & impietas inchoat pœna meritum, ut per ipsam pœnam etiam malè operentur.* Et consequenter confirmat cætera, quæ in eadem propositione 62. dixerat, præter ea, quæ pertinent ad initium fidei ex gratia.

Tertio idem probari potest omnibus argumentis ex Scriptura, & Augustino, quæ supra sect. 4. probant, Pharaoni datum fuisse sufficiens auxilium, etiam quando non obtemperabat.

14. Exponendum est eodem modo tertium testimonium, quod adduci potest ex Augustino quæst. 18. super Exodum, de eodem Pharaone dicente: *Quod non flexibilitèr consentiebat; sed inflexibilitèr resistebat, dispensationis fuit diuina, qua tali cordi non solum iusta, sed euidenter iusta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigentur.*

Respondetur primò. Inflexibilitas Pharaonis non erat absoluta impossibilitas pœnitendi, & obediendi, sed impossibilitas ex hypothesi infidelitatis, quam liberè retinebat.

Respondetur secundò. Inflexibilitas illa potest intelligi moralis impossibilitas, id est, maxima difficultas vsque ad infallibilitatem non obediendi.

15. Quartum argumentum. Augustinus epist. 107. ad Vitalem, colum. 6. dum proponit duodecim dogmata Catholicorum aduersus Pelagium: *Scimus, inquit, gratiam Dei nec paruulis, nec maioribus secundum merita nostra dari: scimus, maioribus ad singulos actus dari. & post pauca: Scimus, eis, quibus non datur, iusto iudicio Dei non dari.*

Respondetur. Augustinus exponi debet de auxilio congruo, & efficaci, vel de auxilio sufficiente, quod præbeat potentiam proximam ad omnes actus supernaturales fidei, spei, charitatis, & aliarum virtutum, quod non datur omnibus adultis, eo quòd remotè distant ab huiusmodi actibus, & oportet eos prius cooperari auxilijs præbentibus potentiam remotam: vel fortasse negatiuam illam non omnibus de paruulis intellexit. nam de illis agebat simul cum adultis. Poruit etiam intelligere de adultis, qui post personalia peccata rationis vsuum amittunt.

16. Quintum argumentum. Lib. de bono perseue-

rantie cap. 8. inter medium, & finem: *Ex duobus, inquit, etate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur, ut vocentem sequatur; ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocentem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Significat igitur Augustinus, aliquos aduulorum neque congrua, neque incongrua vocatione vocari; alioqui frustra poneretur illa disunctio, aut non vocetur, &c.

Respondetur primò. Augustinus loquitur de vocatione, quæ immediatè tribuit potestatem filios Dei fieri, ut constat ex proximè præcedenti contextu: hæc igitur vocatio aliquibus adultis non datur, ea tamen daretur, si cooperati fuissent vocationi ad desiderium inueniendæ veritatis, & salutis. Inscrutabilitas autem iudiciorum inde nascitur, quoniam aliis hominibus, qui magis culpabiliter restiterunt prioribus vocationibus, datur illa vocatio, immediatè tribuens potestatem filios Dei fieri.

17. Respondetur secundò. Verissimilius est, Augustinum, disputantem aduersus Semipelagianos, vsu fuisse illo disuncto, non quia dubitaret, nec quia existimaret aliquos homines non vocari; sed ut poneret antecedens certum, quod aduersarij nulla possent probabilitate negare. Si enim dixisset tantummodo: *Non ita vocetur, ut vocentem sequatur;* dubitaret aliquis, num omnes præscitos comprehendisset, & vtrum ex præscitis aliqui nunquam vocentur à Deo. Nunc verò quoniam dixit: *Aut non vocetur, aut non ita vocetur;* manifestè comprehendit omnes præscitos, & abstinuit ab ea quæstione, vtrum sint aliqui homines, qui nunquam vocentur. Quod prudentia suadet in reuincendis proteruis, ne quæstio incidens, & ambigua tenebras offundat clarioribus argumentis, & disputationis cursum retardet.

18. Sextum argumentum. In eodem lib. de bono perseverantie cap. 12. sub initium: *Hominibus, inquit, dat, quibus vult, quoniam misericors est. Quod etsi non det, iustus est, & non dat, quibus non vult, ut notas faciat diuitias gloria sua in vasa misericordie. Dando enim quibusdam, quod non merentur, profectò gratiam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur, ostendit.*

Respondetur. Augustinus agit de gratia congrua, efficaci, & propria prædestinatorum, qua fiunt vasa misericordie. quod etiam probat præcedentis, & eiusdem capituli contextus. De gratia verò sufficienti consultò nihil meminit Augustinus ibi, propter rationem nuper allatam in secundæ solutione præcedentis argumenti.

19. Septimum argumentum desumunt aliqui Doctores ex Augustino, lib. de natura, & grat. cap. 26. post medium, dicente: *Cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam, iustitiamque perdu-xerit, non desit, si non desitatur, ut pie semper, iustoque viuatur.* Quibus consonat lib. de bono perseverantia, cap. 6. in medio, & tractat. 2. in Ioan-nem, colum. 4. ad illa verba: *In mundo erat.* Necnon vel Augustinus ad artic. sibi falsò impositos artic. 7. vel potius Prosper ad obiectiones Vincentianas obiect. 7. & 16. & ad cap. 7. Gallorum, & lib. 2. de vocat. gentium cap. 12. initio. Atque idem sumitur ex Cypriano lib. de orat. Domini-ca circa medium, Bernardo in meditationibus, seu lib. de anima cap. 7. Horum vestigijs insistens Trident. sess. 6. cap. 11. *Deum, inquit, sua gratia se-*  
mel

mel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Ex quibus inferitur, aliquos homines esse, qui destituantur Dei auxilio, quoniam ipsi priores Deum deseruerunt.

20. Confirmatur primò, quoniam prædictæ sententiæ non agunt de sola spoliatione gratiæ habitualiter iustificantis, sed agunt præcipuè de subtractione gratiæ auxiliariæ, ut probatum est tomo de voluntate Dei disp. 34. sect. 2.

Confirmatur secundò, nam idem supponere videtur Prosper ad obiectiones Vincentianas responsione 15. dicens: *Nemini autem Deus correctionis admittit viam, neque quemquam boni possibilitate despoliat: quia qui se à Deo diuertit, ipse, & vellet, quod bonum est, & posse sibi abstulit.* Aliquis ergo propter peccatum manet priuatus possibilitate boni, & consequenter caret auxilio sufficienti ad bonum.

21. Confirmatur tertio, quia respondere non licet, prædictos Patres de auxilio efficaci, & congrua vocatione fuisse loquutos. Hanc enim expositionem non quadrare, probatur primò, quoniam qui sibi abstulit auxilium efficacem, retento auxilio sufficienti, quamuis sibi abstulerit actualiter velle, non tamen abstulit sibi posse: hoc enim est effectus formalis auxilij sufficientis. Secundò, quoniam non dicitur à Deo deseri homo, cui Deus confert auxilium sufficiens, licet non conferat congruum, & efficacem: alioqui ad primum peccatum, quod post iustificationem committitur, diceretur homo desertus à Deo prius, quam desereret Deum, quod est contra prædicta testimonia Patrum.

22. Ad principale argumentum respondetur. Tridentinum, Augustinus, & ceteri Patres non loquuntur de vocatione, seu gratia præueniente, nec de gratia adiuuante, seu cooperante, prout est principium in actu primo paratum independentem ab exercitio libertatis; sed desertionem Dei appellant subtractionem actualis concursus, & cooperationis gratiæ adiuuantis, & concomitantis: & hanc desertionem dicunt esse velut effectum consequentem non ex eo quod homo in præterito tempore deseruerit Deum, sed ex eo, quod in præterito deserat. Ac si dicerent, quod peccator hic, & nunc liberè & culpabiliter resistat gratiæ, & nolit cum ea cooperari, hoc prius est, & causa, propter quam Deus hic, & nunc non adiuuat, actualiter cooperando ad supernaturalem volitionem; cum tamen Deus semper sit paratus adiuuare, & cooperari, quantum in se est. Cui simile est, quod Augustinus, & multi alij Patres asserunt, Deum, quantum est ex parte sui, dare bonum, sed causam non recipiendi esse, quia homo non vult accipere, quos vidimus supra disp. 34. sect. 4. 5. & 6.

23. Hanc solutionem necessariò admittendam esse, probatur, quoniam sine illa prædicti Patres sibi ipsis contradicerent. Nam & Augustinus, & Tridentinum aperte loquuntur de hominibus iustificatis, quandiu iustificati manent. Quapropter non supponitur, quod illi deseruerint Deum desertione mortali, quæ adhuc imputetur, propter quam sint à Deo deserendi vsque ad destitutionem auxilij sufficientis.

Confirmatur, quia tam Augustinus, quam Tridentinum iustificatis omnibus decernunt auxilia sufficientia, quibus perseverare possint.

Notandum tamen est, Augustinum in sermone 88. de tempore prope initium de alia deser-

tionem tractare, videlicet illa, quæ propria est obduratorum, quando ait: *Hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam prius Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur.* Hæc enim desertio induratiua supponit grauiam criminis præcessisse, ut probat Augustinus, toto illo sermone.

Hinc constat solutio ad primam confirmationem.

Ad secundam respondetur. Qui se à Deo diuertit, actualiter recusando cooperari, ipse sibi abstulit posse pro tunc, & in sensu composito, quandiu durat illa libera resistentia diuertendi à Deo; quoniam ex suppositione illius Deus non cooperabitur actualiter, & consequenter ipse non poterit.

Ad tertiam confirmationem respondetur. Patres citati non loquuntur de auxilio sufficienti in actu primo, sed tantum de auxilio sufficienti in actu secundo. Et quamuis auxilij sufficientis in actu primo formalis effectus sit posse, quandiu non supponitur impedimentum liberè, & actualiter positum à libero arbitrio; nihilominus, supposito impedimento liberæ resistentiæ, iam non intelligitur posse. Vnde constat etiam, quomodo ad primum peccatum iustificatus Deum deserat prius natura, licet non prius tempore, quam deseratur.

Octauum argumentum. Augustinus enim lib. 1. retract. cap. 15. prope medium: *Qui vero, inquit, cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, ideo facit contra præcepta iustitiæ, iam hoc ira peccatum est, ut sit etiam poena peccati.* At verò qui cogenti cupiditati resistere non potest, caret auxilio sufficienti ad resistendum tentationi, atque vitandum peccatum. Respondetur. Consequentis euidentiissima falsitas, fidei, & Augustino multis in locis contraria, demonstrat adhibendam esse explicationem alteram è duabus. Prima sit. Cogenti cupiditati aliquis resistere non potest ex suppositione, quod liberè foueat, & amerillam cupiditatem. Quod significat paulo inferius, concedens: *Cupiditatem nihil esse aliud, quam voluntatem, sed vitiosam peccati que seruientem.* Alioqui non solum in aliis locis, quos citauimus tomo de voluntate Dei tota disp. 38. sed etiam in prædicto cap. 15. retract. frequenter repetit libertatis indifferentiam requisitam ad peccandum: ideoque paulo post medium illius capituli tanquam verum retinet, quod dixerat in lib. de duabus animabus cap. 12. *Si libero ad faciendum, & non ad faciendum motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccato earum teneri non possumus.*

Secunda expositio sit. Qui cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, & ideo facit contra præcepta iustitiæ: iam hoc peccatum dicitur non formaliter, & ratione sui, sed materialiter & per attributionem ad alia peccata. Materialiter quidem, quoniam actus est diuina lege prohibitus, cui sola imputabilitas deficit, ut paulo superius Augustinus dixerat de illo, qui, non quia voluit, peccauit, nesciens peccatum esse, quod fecit: *ira nec tale peccatum sine voluntate esse non potuit, sed voluntate facti, non voluntate peccati. Quod tamen factum peccatum fuit: hoc enim factum est, quod fieri non debuit.* Vbi manifestè distinguit inter materiale actum peccati, non imputabilis ad culpam, & ad formalem imputationem peccati. Deinde per attributionem ad alia peccata dicitur peccatum illud necessariò resultans

24. Ad primam & secundam confirmationem.

28. De qua impossibilitate prædicta & similia loca sint intelligenda.

25.

ex concupiscentia, quemadmodum Apostolus Rom. 6.7. & 8. concupiscentiam appellat peccatum, & Tridentina Synodus sess. 5. can. 5. de peccato originali sub finem, declarat, *Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vere & propriè in venatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur.* Atque hoc factis significant non solum verba, quæ declaramus, sed etiam alia multa eiusdem capituli.

27. Nonum argumentum, quoniam Augustinus non raro significat, aliqua peccata necessitate committi, & vitari non posse: *Sunt, inquit, necessitate facta improbanda, ubi vult homo rectè facere, & non potest.* Hæc Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. quæ postea repetit lib. de natura & grat. cap. 67. prope med. & confirmat lib. 1. retract. cap. 9. inter med. & fin. His, & similibus satisfecimus tomo de voluntate Dei disput. 38. sect. 6. 7. & 8. ubi plurimis aliis Augustini testimoniis confirmauimus, peccatum non esse, nisi quod vitari potest.

Nunc dico primò. In his, & similibus locis nomine impossibilitatis appellatur eximia difficultas ex ignorantia, & concupiscentia proueniens. Quemadmodum lib. 3. de libero arbitrio in prædicto cap. 18. versus finem, cum dixisset, iustam penam esse, *ut qui rectè facere cum posset, noluit, amittat posse, cum velit;* continuò declarat impossibilitatem esse difficultatem. *Nam sunt res vera omni anima peccanti duo ista pericula, ignorantia, & difficultas.* Similiter lib. 1. retract. dicto cap. 9. versus finem difficultatem appellat eam, quam prius appellauerat impossibilitatem. Et lib. 2. de peccat. meritis, & remis. cap. 19. appellat similiter difficultatem.

Dico secundò. Hanc etiam impossibilitatem secundum quid Augustinus intelligit sine gratia. Nam per gratiam liberari voluntatem à necessitate, & impossibilitate & accipere potestatem fugiendi malum, & sequendi bonum, docet non solum in prædictis locis, sed etiam in aliis quamplurimis, præsertim toto lib. de perfectione iustitiæ. Nullus igitur est locus, vnde probari possit, auxilium sufficiens aliquibus adultis ab Augustino fuisse negatum.

## SECTIO VIII.

### Alios Patres non dissimili sensu fuisse locutos.

1. Gregorius in 1. libro Reg. suo lib. 2. cap. 2. discutens illa verba: *Quia voluit Dominus occidere eos, ait: Tanta fuit magnitudo culpa, ut & conuersionis monimenta suscipere, & à mortis sua fouea surgere nequaquam possent.* Vbi cum ait, conuersionis monimenta suscipere, non intelligit mortua, sed interioribus auxiliis animata, iuxta regulam sæpiùs à nobis repetitam. Afferit ergo, eos accepisse auxilium sufficiens. Impossibilitatem itaque non intellexit absolutè dictam; sed maximam difficultatem surgendi appellauit impossibilitatem: ideo statim illam ipsam applicat cæcitate Iudæorum, supponens illos credere potuisse.

2. Non aliter lib. 11. moral. cap. 5. *Cain & diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit: quia, exigente culpa malitia, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat.* Vbi non potest intelligi omnimoda destitutio interioris

auxilij, per quam profus inutilis, & Deo indigna redderetur exterior reprehensio, quam adhibuit; sed intelligenda est derelictio propria obduratorum, quæ tamen non excludit auxilia sufficientia, ut probatum est sect. 3. & sequentibus. Idem est sensus sententiæ, quam in eodem cap. 5. subiicit: *Sæpe nonnulli à prauis actibus exire cupiunt; sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in mala consuetudinis carcere inclusi, à seipsum exire non possunt;* videlicet, possibilitate morali, quam excludit eximia difficultas.

Huc etiam pertinet illud conari & non posse, ex negligentia, & praua consuetudine proueniens. Quod notat Basilius in regulis breuior. quæst. 16. & quæ de necessitate peccandi, & succumbendi tentationibus, notant alij Patres, quos retulimus præcedenti tomo de prouidentia, disp. 12. sect. 5.

Isidorus lib. 2. sentent. cap. 15. initio: *Nonnulli, ait, ita desipiunt à Deo, ut deplorare sua mala non possunt, etiam si velint.* & infra: *Ingenescendum est ingiter, & postposita securitate lugendum, ne Dei serero, & iusto iudicio deseratur homo, & perendus in potestate demonis relinquatur.* Vbi derelictionem intelligit eam, quæ propria est obduratorum, & non repugnans statui viatorum, qui deplorare mala sua non possunt morali possibilitate, licet physicè possint. Eodem intellectu in sequenti lib. 3. sentent. cap. 2. versus finem repetit: *In tanto demergi quosdam desperationis profundo, ut neque per flagella valeant emendari.*

Anselmus in comment. ad cap. 12. Matth. *Quidam recognoscunt veritatem, & tamen ex inuidia, & prauitate animi contra conscientiam suam bonitati Dei resistunt.* & paulo post: *Isti tales in diabolum peccatum cadunt, & Deus deserit eos, sicut Iudam, ita quod non possunt penitere, & humiliare se, sed per obstinationem deventi sunt.* Hæc desertio non est omnimoda: nam & Iudas etiam inter supremam demeritiam, & malitiam excitabatur sufficientibus auxiliis, ut probatum est tomo de voluntate Dei, disput. 20. sect. 9. Est ergo desertio, quæ cadere potest in viatores obduratos; ideoque penitendi & humiliandi se impossibilitas non est simpliciter, sed tantum secundum quid impossibilitas, ut probatum est sect. 3. & sequentibus.

Hugo Victorinus quæstionibus circa epistolam ad Roman. quæst. 264. docet, obduratos, præsertim Iudæos non potuisse credere, & non aliter imputat illis culpam non credendi, nisi quia ad illam impossibilitatem ex vitio propriae voluntatis peruenerunt: & ideo talis impossibilitas non habet excusationem. Sed quoniam hanc doctrinam hausit ex Augustino, eodem modo explicanda est, sicut testimonia Augustini in sectione præcedenti. Et illud præsertim intendit Hugo, eam impossibilitatem secundum quid, hoc est, eximiam difficultatem, quam vitio propriae voluntatis contrahunt obdurati, nihil excusare, sed potius augere grauitatem culpæ, potissimum ea ratione; quoniam non solum ex præterito, sed etiam ex præterito affectu arrogantiae, auaritiæ, & inuidiæ prouenibat, quem eo ipso tempore deponere poterant: sicut præcedentibus sectionibus probatum est.

Certitudinis gradus talis colligitur ex disputationibus septem præcedentibus; ut absque temeritate, & periculo non possit affirmari, aliquos viatores, habentes notitiam rerum supernaturalium,



lium, siue fideles fuerint, siue infideles, etiam obduratos, excæcatos, & traditos desiderii, aliquando peruenire ad statum, in quo nunquam excirentur, & vocentur sufficientibus auxiliis, ut absolute non possint obtinere salutem. Ab omni tamen culpa liberis fuisse, suppono, paucos illos authores, citatos disput. 31. sect. 1. qui de hac re dubitauerunt, vel aliquando senserunt oppositum, respicientes ad pauca testimonia Augustini, nec reliqua eiusdem & aliorum Patrum inter se conferentes, nec ex professo rem examinantibus.

## DISPUTATIO XLVI.

Utrum omnibus barbaris, ad quos nulla prorsus rerum supernaturalium fama penetrauit, dentur auxilia sufficientia.

## SECTIO I.

## Rationes dubitandi.

1. **R**EMONEO, me tota presentis disput. barbarorum nomine intelligere eos tantum homines, qui vel ab infantia separati ab hominum confortio nutriuntur in syluis, vel inter infideles, ita ut nihil unquam audierint de lege Euangelica, neque de aliquo mysterio supernaturali non solum ad illud asserendum, & credendum; sed neque ad illud impugandum, blasphemandum, aut contemnendum. Vnde mens illorum comparatione supernaturalium rerum ita se habeat, ac si nihil supernaturale foret possibile, neque imaginabile, nec unquam hominum aliquis de illo cogitasset. Hoc ideo memorie retinendum est tota disput. presenti, ne conclusiones singulas, argumenta, & solutiones onerate cogamur, & obscurare longa circuituione verborum ad explicandum supremum gradum ignorantie personarum, quibus presentis disputatio sufficientiam auxiliorum concedendam esse contendit.
2. Sunt autem circa presentem articulum rationes dubitandi grauiiores, quam in præcedentibus disputationibus.
- Prima Actor. 14. *Deum in præteritis generationibus dimisit gentes ingredi vias suas.*
- Confirmatur eiusdem libri cap. 17. *Et tempora quidem huius ignorantie despiciens Deus. Despicere autem in sacris literis est auxilio destituere; ideoque frequenter in Psalmis oramus, ne despiciamur.*
3. Secundum argumentum, Matth. 11. legitur Tyrios, & Sidonios fuisse penitentiam acturos, si Dominus apud eos prædicasset, aut miracula facere voluisset; & tamen hoc auxilio destituti sunt.
- Confirmatur, nam Actor. 16. Paulus, & Timotheus verati sunt à Spiritu sancto loqui verbum in Asia. *Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit Spiritus Iesu.*
4. Tertium argumentum. Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. in princip. recognoscens quæ dixerat in lib. sex quæstion. contra

Paganos, quæst. 2. ait: *Quod dixi, salutem religionis huius nulli unquam defuisse, qui dignus fuit, & dignum non fuisse, cui defuit; si discutatur, & queratur, unde quisquis sit dignus, non defuit qui dicant, voluntate humana: nos autem dicimus gratia, vel prædestinatione diuina.* Ex quo testimonio recentiores aliqui colligunt aliquibus hominibus non dari supernaturale auxilium illustrationis, & inspirationis in ipsis receptum.

5. Quartum argumentum. Prosper lib. 1. de vocatione gentium cap. 13. initio: *Quod si aliquos, inquit, (sicut videmus accidere) saluantis gratia præterierit, & pro eis oratio Ecclesia recepta non fuerit, &c. Præteriri autem sicut in electione magistratum & in testamentis; sic etiam in auxiliis est repulsam pati, aut nihil accipere. Et in eodem cap. post medium: Cur scilicet anterioribus sæculis dimissa essent omnes gentes ingredi vias suas, &c. & prope finem: Quomodo ipsarum gentium (quarum prius non est facta vocatio) dicatur ingredi plenitudo.* At verò sine vocatione nullum est auxilium sufficiens: ergo quibusdam gentibus non est datum auxilium sufficiens.

6. Confirmatur primò, nam lib. 2. cap. 3. ante medium: *Volentes Apostoli euangelizare, & disponeres ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab Spiritu Iesu, non utique negata illis populis gratia, sed quantum apparuit retardata.* Ergo illo tempore, quo retardata est prædicatio Euangelica, gentes illæ caruerunt gratia sufficiente. Vnde post pauca: *Has autem incognoscibiles illuminationum dilaciones, inter quas utique multi in infidelitate deficiunt, non solum in populis remotioribus impiorum, sed etiam in ciuitatibus fidelium per plurimas domos, ac familias nominis fieri.*

Confirmatur secundò, nam ad cap. Gallor. obiect. 4. probat ex professo, *fuisse homines, qui ab hac vita sine Euangelij cognitione transferunt: de quibus dici possit, quod vocati non sint.* Vnde infert, *Asianos non fuisse vocatos, quando Apostoli uenturi sunt à Spiritu sancto, loqui verbum Dei in Asia.*

7. Quintum argumentum. D. Thomas 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1. *Ad multa, inquit, tenetur homo, ad qua non potest sine gratia preparante, sicut ad diligendum Deum, & proximum, & similiter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc potest cum auxilio gratie, quod quidem auxilium quibuscumque diuinitus datur, misericorditer datur: quibus autem non datur, ex infirmitate non datur in penam præcedentis peccati, & salutem originalis peccati, ut Augustinus dicit lib. de corrept. & gratia. (id autem collegisse dicitur ex c. 5. & 6. sed non collegit nisi ex 11.) Vbi S. Thomas manifestè videtur agere non solum de auxilio efficaci, sed etiam de auxilio simpliciter necessario ad credendum, & diligendum Deum, & proximum. Existimat igitur sufficiens auxilium quibusdam hominibus non dari, & hanc esse penam peccatorum personalium, vel originalis.*

8. Sextum argumentum. Salutem consequi est impossibile sine fide; fides autem est impossibilis sine prædicatione, secundum illud Roman. 10. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Ergo barbari, qui nunquam audire potuerunt supernaturalia, nunquam ea potuerunt credere, ac subinde caruerunt auxilio simpliciter necessario ad salutem.

9. Septimum argumentum, quia si omnes barbari recipiunt in se sufficiens auxilium; sequitur, quod omnes, qui non conuertitur, resistit Deo supernaturaliter vocanti ad fidem, vel ad penitentiam;

tiam; ac per consequens omnis ille, qui non conuertitur ad fidem, peccat speciale peccatum infidelitatis, vel impenitentia. Sequela probatur, quia omnis homo absque exceptione tenetur ex diuino præcepto recipere fidem; sed omnis, qui recipit auxilium supernaturale preparantis, & disponens gratiæ Dei, non excusatur ignorantia, vel impotentia: ergo omnis, qui non conuertitur ad fidem, peccat speciale peccatum infidelitatis. Falsitas autem consequentis communitur à Theologis agnoscitur, secundum illud Ioan. 15. *Si non uenisset, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent.* quod exponens Augustinus tract. 89. in Ioan. inter princ. & med. dicit, *quod loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum.* Hæc D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 1. corp. ut probet, infidelitatem non habere rationem peccati, sed puram negationem fidei in iis, qui nihil audierunt de fide.

10. Octauum argumentum: generalis enim prouidentia disponit omnia suauiter, Sapient. 8. Quapropter sicut causarum naturalium ordinem non inuenit generalis prouidentia, interponens frequenter miracula, sed tantum rarò: sic etiam credendum est supernaturalium auxiliorum ordinem suauiter disponere, non interponendo communitur, vel vltimum miracula; sed tantum rarò. Ergo auxilium sufficiens ad credendum non datur omnibus barbaris, sed tantum aliquibus, & rarò. Consequentia probatur, quoniam ut omnibus daretur auxilium sufficiens ad credendum, necessarium erat inuertere, aut quotidianis miraculis immutare ordinem causarum naturalium, liberarum, & supernaturalium: externa quippe fidei prædicatio pendet à multarum causarum concursu partim naturali, partim libero, quarum multas impediri contingit secundum ordinariam prouidentiam: quemadmodum aliquibus annorum millibus immensi maris vastitas, & navigationis ignoratio impediunt, ne veram religionem aliquis ad Indos Occidentales inueheret, & apud eos prædicaret. Aliunde verò interiorum reuelationem fidei unicuique barbarorum inspirare, videtur esse alienum à communi ordine prouidentia supernaturalis, quæ sic disposuit Ecclesiam, ut omnia illius membra doctrinae influxum reciperent ab vno capite per Episcopos, & Prædicatores ab eo destinatos.

Confirmatur: quoniam gratia, excitans ad fidem, de lege ordinaria supponit, mysterium aliquod esse propositum cum sufficientibus rationibus credibilitatis. Hæc propositio deficit omnibus barbaris, de quibus loquimur. Ergo de lege ordinaria non est possibile illos excitari ad fidem: & consequenter non est illis possibile auxilium sufficiens ad credendum.

11. Nonum argumentum sumitur ex proportione seruanda inter sufficientiam auxiliorum naturalium, & supernaturalium: quoniam ad perfectionem prouidentia supernaturalis satis est omnibus hominibus præbuisse auxilia necessaria ad salutem supernaturalem eo generalitatis modo, quo præbet omnibus viuentibus auxilia necessaria ad viuendum, videlicet, cibum, antrum, aut nidum, operimentum, medicinam, arma offensiuam, & defensiuam; sed hæc auxilia prouidentia naturalis ita præstat omnibus viuentibus, ut tamen illorum aliqua prorsus impedita sint ab obtinendo cibo, potu, protectione tecti, operi-

mento, respiratione, armis sufficientibus ad superandum inimicum, ac denique in ipso vitæ aditu plurima viuentia compelluntur naturaliter interire: ergo simili proportione supernaturalis prouidentia ita præstat omnibus adultis sufficientiam auxiliorum supernaturalium, & parata omnibus offeret, ut nihilominus permittat, plerosque homines impediri à recipienda auxiliorum sufficientia, propter ignorantiam mysteriorum, & propter impossibilitatem perueniendi ad notitiam illorum, eo quod valde remotè distent, qui docere possint.

Confirmatur primò, quoniam Deus, in quantum author auxiliorum sufficientium, in sacra Scriptura à Patribus comparatur causis vniuersalibus mundi corporei, ut Soli, pluuiæ, & mari: ut vidimus disput. 39. sect. 3. sed homines non pauci manent longo tempore impediti, ne unquam sole, vel pluuiæ fruatur: ergo Deus, in quantum author auxiliorum gratiæ, permittet aliquos homines impediti, ne unquam ad eos perueniant auxilia gratiæ.

Confirmatur secundò, quoniam Deus internum concursum generalem omnibus viuentibus offert ad suas operationes, quoties extrinseca materia adest remotis impedimentis. Sic ad videndum, currendum, comedendum quilibet equus paratum habet internum concursum generalem Dei; cum tamen nihil videre possit, deficiente luce, nihil comedere, deficiente cibo, nec currere, deficiente tibiis, aut ligatis. Ergo eodem ordine Deus tribuet omnibus hominibus sufficientiam gratiæ, offerendo cunctis concursum internum, preparatum, ut excitet, & præueniat ad credendum, si ad sit obiectum sufficienter propositum, videlicet mysteria fidei per magistrum aliquem exposita. Ceterum, hac materia deficiente, permittet plurimos homines impediri à recipienda auxiliatrice gratia, quæ præueniat, & excitet ad credendum.

Decimum argumentum. Gratia præueniens simpliciter necessaria ad salutem hominibus etià fidelibus, & multo magis infidelibus habentibus copiam doctrinae, deficit per quædam interualla temporis; quando videlicet illius excitationis opportunitas deficit, ut ostendimus disp. sequenti: sed barbaris inuincibiliter ignorantibus omnia supernaturalia semper deficit opportunitas gratiæ præuenientis, quæ excitet ad credendum aliquid supernaturale: ergo his hominibus semper deerit gratia præueniens, & excitans ad salutem.

Confirmatur, quoniam, ut in eadem disput. sequenti videbimus, licet antiquiores, & recentiores Theologi affirmauerint, vniuersaliter auxiliorum, & eorum sufficientiam adeste toto tempore vitæ, singulisque momentis; nihilominus hæc vniuersalitas intelligenda est excipiendo quædam temporis interualla, quibus deerit opportunitas excitantis gratiæ. Similiter ergo quamuis iidem Theologi affirmant, sufficientiam auxiliorum esse generalem omnibus adultis; nihilominus hæc vniuersalitas intelligenda erit, excipiendo eos omnes, quibus opportunitas deficit. In quo numero primarij sunt barbari, de quibus tractamus.

Vndecimum argumentum. Si gratia sufficiens daretur omnibus barbaris, aliquis ex tam innumerabili multitudine cooperaretur, & consentiret, ac proinde perueniret ad fidem, & salutem æternam. Videtur quippe incredibile ex penè infinita multitudine hominum, qui

12. Deus causis naturalibus comparatur.

13.

14.

possent, si vellent, obtinere salutem, reperiri neminem, qui de facto velit, & obtineat salutem. At verò experientia docere videtur, neminem ex illis barbaris obtinuisse fidem, & salutē æternam. Ergo auxilium sufficiens non datur illis omnibus.

15. Duodecimum argumentum sumitur ab exemplo paruulorum, quorum plurimi permittuntur interire sine remedio salutis, quando suffocantur in vtero, idque conueniens est ordinarię prouidentię, ne semper immutetur cursus causarum naturalium, quę poterant infantem in vtero suffocare, nec semper interponantur miracula, per quę moriturus infans producat in lucem ad recipiendum Baptismum. Sed magis miraculosum erit, magisque superabit communem cursum causarum mittere Angelum, aut hominem, qui mysteria fidei exponat homini constituto inter innumerabiles Ethnicos in regione vastissima; rursumque magis miraculosum erit interius reuelare mysteria fidei. Ergo conueniens erit ordinarię prouidentię permittere, vt barbari semper careant notitia mysteriorum supernaturalium, ac subinde careant auxilio simpliciter necessario ad salutem.

16. Confirmatur primò, quoniam sicut Baptismus paruulorum impeditur à causis naturalibus suę naturę relictis: sic etiam instructio barbarorum impediti poterit à causis naturalibus suę naturę relictis.

Confirmatur secundò, quoniam non raro parentes, etiam si possint filios baptizare, nolunt: & tamen eorum voluntates Deus non mutat, cum possit, sed permittit impedire Baptismum. Ergo simili ratione Deus aliquos infideles non excitabit, vt suę salutis prospiciant. Et sicut illud, quod permittit in paruulis, non est contra voluntatem antecedentem, quę vult omnes homines saluos fieri, sic etiam contra eandem non erit aliquos adultos relinquere.

Confirmatur tertio, quoniam adulti peculiari aliquo fauore supra communem ordinem prouidentię sunt indigniores, quàm paruuli; nam originali peccato personalia plura, & grauiora semper accumulatur.

17. Decimum tertium, & cæteris difficilius argumentum. Omne auxilium sufficiens præbet initium iustificationis, vel supponit illam inchoatam; sed barbaris nullum iustificationis initium est possibile: ergo non est possibile auxilium sufficiens. Minor probatur, quia primum iustificationis initium nec est possibile per actus moraliter bonos, & merè naturalis entitatis; quoniam isti nihil valent ad obtinendam gratiam auxilioricem: nec est possibile per actus entitatiuè supernaturalis, quoniam isti versari debent circa obiectum supernaturale, quod illi homines penitus ignorant. Sed hoc urgebimus magis sect. 5. Alia argumenta, quę magis immediate oppugnant consecutionem vltioris auxilij ex consensu & cooperatione cum prioribus, discutientur sect. 7.

SECTIO II.

Quibuslibet barbaris auxilia sufficientia præberi, probatur ab inexcusabilitate Gentilium, Rom. I.

1. Conclusio, quę continetur in titulo, sic exponitur. Omnibus barbaris, quantumcum-

que inuincibiliter ignorantibus omnia mysteria fidei, nullamque illorum famam audientibus, Deus confert auxilia sufficientia non solum in generalibus causis quatenus redemptionem, doctrinam, præcepta, Sacramenta, & reliqua omnia remedia proposuit omnibus hominibus communia, omnes ad illa inuitando, & legibus compellendo; sed etiam magis in particulari singulis barbarorum inherentes illustrationes, & inspirationes infundendo, quibus excitentur ad initium suę salutis liberè præbendum.

Prima, & efficax probatio sumitur ex Apostolo Roman. 1. *Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea, quę facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles.* Vnde sic conficitur argumentum. Philosophi, & omnes Gentiles vel dicuntur inexcusabiles à culpa violandi legem supernaturalem; vel inexcusabiles à culpa violandi solummodo legem naturalem. At vtroque modo conuincitur, illos habuisse sufficiens auxilium gratiæ.

Nam si loquitur Paulus de culpa violandi legem supernaturalem, manifestum est, supponere possibilitatem implendi legem supernaturalem: ac proinde supponit, eis fuisse datum auxilium supernaturale, sufficiens ad implendam legem supernaturalem, obtinendamque salutem. Atque ita intelligit Anselmus in eius loci commentario, dicens: *Dominus manifestauit, id est, non solum naturalis ratio profuit, sed Deus quotidie adiuit, ne sola natura sufficere videretur.* (hęc verba Augustino tribuuntur à Glossa ordinaria, falsò tamen.) Longè inferius Anselmus asserit, *Deum eorum cordibus notitiam sui dignam infundere.* Supernaturalem quoque reuelationem Hugo Victorinus in summa sentent. tract. 1. cap. 3. ita colligit ex verbis Pauli, *Cum subiungit, Deus illis reuelauit, ostendit, quod ratio humana per se insufficientes esset, nisi reuelatio diuina illi in adiutorium adesset.* Eadem explicatio tribuitur Haymon. Consonat D. Thomas in commentario lect. 6. propius ad med. quàm ad finem: *Sic ergo, inquit, Deus illis manifestauit, vel interius infundendo lumen, vel exterius proponendo visibiles creaturas, in quibus sicut in quodam libro Dei cognitio legeretur.*

Hęc expositio, iuxta quam Apostolus accusat violationem supernaturalis legis credendi in Iesum Christum, probatur primò, quoniam Paulus in contextu proximè præcedenti differabat de Euangelio, quod *virtus Dei est in salutem omni credenti, & de iustitia Dei, quę in Euangelio reuelatur ex fide in fidem.* Quibus statim atrexit rationem, propter quam *reuelatur ira Dei de caelo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Vnde efficaciter colligitur, Paulum accusare peccatum resistendi fidei Euangelicę, illam quasi incarceratam tenendo. Cum igitur Euangelicę veritati non resistere, sed consentire sit impossibile sine gratia sufficienti; consequens est, eam gratiam in hac Apostoli accusatione, & redargutione supponi.

Confirmatur primò, quia si Philosophi non haberent

2.

3. Primum d. lemmatis m. brum.

4. Probatur ex positio primò.

5.

haberent in promptu sufficiens auxilium, quod ad recipiendum Euangelicam veritatem necessarium est, forent excusabiles, licet ex eo quod notum est Dei, & manifestum est illis, non inferrent credendum esse Euangelio. At verò secundum Apostolum inexcusabiles sunt; ea præsertim ratione, quia cum ex creaturis perueniri possit ad cognitionem creatoris, & Deus illis manifestauerit, quod notum est Dei; nihilominus illi veritatem Euangelicam in iniustitia detineant. Ergo habebant in promptu sufficiens auxilium, quod ad recipiendam Euangelicam veritatem necessarium est.

6. Confirmatur secundò, nam secundum hanc explicationem rectè coheret, quę Athanasius frequenter diserit aduersus Arium, ex præsentis testimonio Pauli colligens, Philosophos fuisse inexcusabiles, eo quod Verbi diuinitatem non agnouerunt. Quapropter supponit, illis collatum fuisse gratuitum auxilium sufficiens; siquidem abque supernaturali auxilio manifestum est, eam cognitionem fuisse impossibilem, iuxta Catholicum dogma, quod etiam Athanasius docuit variis in locis, quę reuimus tomo de prouidentia disp. 28. sect. 3.

7. Athanasius itaque in disputat. contra Arium habita in Niceno Concilio, colum. 5. ad probandam Filij diuinitatem: *Adsit nobis, ait, ille celeberrimus Paulus, & veritati testimonium perhibebit. Inuisibilia eius, inquit, ex creatione mundi, operibusque intellecta perspiciuntur, & æterna eius potestas, & Deitas, quo fit, vt illi sint inexcusabiles, quod vbi cognouissent Deum, non vt Deum honorauerunt, & gratias egerunt. Cùmque Arius tentaret effugere, dicens: Id de Patre ex Scriptura loquitur; Athanasius ita redarguit: Nōne Beatus Paulus accusat eos, qui in corpore apparente Deo, Dei filio, non agnouerunt æternam eius Deitatem, omnia gubernantem? Ex magnitudine enim, & pulchritudine rerum conditarum, congruenter oportet artificem asseruari, & gratias illi haberi: certum autem est, omnia creata per Verbum, suam naturam accepisse, & sine eo factum esse nihil.*

8. Eodem argumento urget oratione 2. contra Arianos multo propius ad princ. quàm ad medium, dicens: *Iure Paulus inculcat Grecos, quod congruentiam inter se partium, ordinemque rerum natura contemplant, nihil cogitauerint de natura ratione, sine Verbo. Res enim condita conditorem ostendunt, vt per eam verum Deum intelligant. Adiditque est ab eodem Paulo: Æterna quoque eius potentia, & diuinitas, vt Filium significaret. & oratione 3. multo propius ad finem, quàm ad medium: In operibus, inquit, indita est sapientia effigies, vt mundus per eam agnosceret suum artificem, rationem, videlicet, sine Verbum, & per Verbum Patrem. Et illud ipsum est, quod Paulus ait: Id, quod intelligibile est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestauit; siquidem inuisibilia eius ex creatione mundi operibus animaduersa perspiciuntur. Similiter diserit Athanasius lib. 5. de vnita, ac sempiterna substantia Trinitatis, non valde à principio.*

9. Confirmatur tertio, nam & Presbyteri Alexandrini in epist. ad Alexandrum (quę habetur inter opera Athanasij de Synodo Arimini, & Seleucię) Asterium Arianum accusant inter alia, quod negaret prædictam Athanasij collectionem ex verbis Apostoli ad Roman. 1.

Ruiz de Prædestinatione.

Confirmatur quartò, nam auxiliorum supernaturalium sufficientiæ niti debuit Athanasius in oratione contra idola post medium, vbi longa ratiocinatione ex ordine, & pulchritudine rerum creaturarum primò colligens quę naturaliter cognoscuntur de Deo, paulatim assurgit ad asserenda etiam mysteria supernaturalia.

Eadem expositio probatur secundò ex illis verbis Apostoli: *Deus illis manifestauit*, siue (vt alij codices legebant olim) *reuelauit*. Eadem quippe est vtriusque verbi significatio. Significat autem in Scriptura sacra, & maximè in epistolis Pauli supernaturalem reuelationem, vt constat in verbis proximè præcedentibus: *Iustitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.* & rursus: *Reuelatur ira Dei de caelo.* Idem constat cap. 8. & 1. Cor. 2. & 2. Corinth. 3. Galat. 1. & 3. Ephes. 3. Philip. 3. 2. ad Thessal. 2. & alibi sæpe in nouo Testamento. Ideoque Hugo Victorinus supra citatus collegit, rationem humanam insufficientem esse, nisi ad sit reuelatio diuina.

10. Probatur tertio, quoniam manifestum est illis, qui modus loquendi licet exponi possit de lumine rationis, quod hominibus est congenitum: congruentius tamen exponitur de manifestatione illa, quam Deus in nobis sine nobis operatur per illustrationes, & inspirationes gratiæ præuenientis. Quemadmodum Galat. 1. *Vt reuelaret Filium suum in me.* Quod Hieronymus in commentario sic ponderat: *Non est autem ipsum, vt reuelaret Filium suum in me, quod si diceret, vt reuelaret Filium suum mihi.* Vnde postea colligit: *Ex quo perspicuum fit, natura omnibus Dei inesse notitiam: nec quemquam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientia, & iustitia, reliquarumque virtutum.* & post pauca deducit, *magis iudicio obnoxios fieri, eo quod habentes in se principia virtutum, & Dei semina, non credunt in eo, sine quo esse non possunt.* Quę omnia intelligit Hieronymus, quoniam principiis speculatiuis, & practicis, quę nobis sunt naturaliter nota, Deus inserit gratiam præuenientem supernaturalis illustrationis, prout fusiùs declarauimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 25. sect. 2. Præsentis instituti proprium est ponderare generalitatem illarum dictionum, *omnibus, nec quemquam*, quas notauimus supra disp. 59. sect. 3.

12. Clarissimè præsentem expositionem ad eiusdem dogmatis confirmationem tradit Coloniense Enchirid. Christianæ institutionis de sacramento Pœnitentię fol. 92. pag. 1. cap. Prior gratia, à medio, dicens: *Quod autem Act. 14. legimus, dicente Paulo ad viros Lystrios, Deum in præteritis generationibus dimisisse omnes gentes ingredi vias suas; non sic intelligendum, quasi Deus gentibus sua gratia desuerit. Quinimò ipse Paulus statim subiicit: Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de caelo, dans pluias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda eorum.* & post pauca: *Verum cum gentes id, quod de Deo cognosci potest, manifestum habuerint, quod Deus illis per gratiam præuenientem manifesta- uerit, nec tamen cum cognouissent Deum, sicut Deum glorificauerunt: factum est, vt gentes Dei gratiam contemnerent, ac repudiantes, dimissa sint ingredi vias suas. Atque eadem omnino ratio sit, vt non omnes illos motus gratia specialis omnibus peccatoribus Deus imperiat.* Ex quibus omnibus deducitur, cunctis hominibus, quantumcumque barbaris, & ignorantibus ab instante vsus rationis inferi

X x 2 velut

velut congenitas illustrationes, & inspirationes supernaturales, quibus præbeatur initium veræ religionis, atque salutis.

13. Secundum dilemmatis membrum.

Communis expositio Patrum.

14.

Hæc tamen expositio tantum abest, ut sit contraria præcedenti (sicut à quibusdam existimatur) ut potius implicite, & virtualiter contineatur, quod præcedens clarius expressit; ideoque illam inferat necessaria consequentia, qua eadem instaurat vim præsentis argumenti, probando, quibuslibet barbaris quantumcumque ignorantibus concedi sufficiens auxilium gratiæ.

Summa verò argumenti hæc est. Ethnici sunt inexcusabiles, & æterno supplicio digni, quoniam vnicum, inuisibilem, & æternum Deum non cognouerunt ex creaturis, sed potius creaturas adorauerunt; sed crimen istud sine gratiæ sufficiente vitare non poterant, nec implere naturale præceptum, quod primum est in Decalogo: ergo habebant in promptu sufficientem gratiam. Alioquin obligarentur ad impossibile, & puniretur culpa, quæ vitari non posset.

15. Vires naturæ sine auxilio gratiæ non valent implere difficiliora præcepta.

Præcepta naturalia colendi Deum difficultiora maxime.

16.

Rectè igitur Augustinus, qui frequentius prædictam expositionem tradidit locis supra citatis, quam ibi retinuerat mente declarationem adhibuit alibi, nempe lib. 10. confess. cap. 6. in principio: *Cælum, inquit, & terra, & omnia, quæ in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Alius tamen tu misereberis, cui miseris eris, & misericordiam præstabis cui misericors fueris. Alioquin cælum, & terra surdis loquuntur laudes tuas.* Perpende primò generalitatem auxilij dati omnibus, vnde consequens est, ut omnes sint inexcusabiles. Deinde nullum esse hu-

ius auxilij fructum; sed surdis exhortationem dari, nisi Deus altiùs misertus fuerit, videlicet per auxilium gratiæ.

Idem Augustinus lib. 2. de ferm. Domini in monte cap. 15. sub initium docet, *Nullam esse animam, quamvis peruersam, qua tamen ullo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus. Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem, nisi Deus? De qua lege Apostolus ait: Cum enim gentes, qua legem non habent, &c. Ex quo testimonio infert: Quapropter si hominis animarationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cum cogitat, & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione verum est, non ei tribuendum est, sed ipsi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut verum aliquid in ratiocinando sentiat.*

Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone paulo post initium, vehemens desiderium inueniendæ veritatis, & cognoscendi Deum Angeli reuelatione, vel hominis à Deo missi manu ductione didicit expleri non posse sine auxilio supernaturali. *Tu verò, inquit, ante omnia precare, ut tibi aperiatur lucis ianua; non sunt enim hæc cuius perspicua, sed solis, quibus intellectum dat Deus, & Christus ipse mihi continuo quidam ignis accensus in anima, &c.*

Clemens Alexandrinus Stromat. roto lib. 6. id præcipue agit, ut ostendat, philosophiam, & rerum naturalium cognitionem à Deo fuisse profectam, & ante Christi Domini aduentum eo sine fuisse hominibus datam, ut viam aperiret ad salutem omnibus hominibus, qui voluissent ea rectè vti: verumtamen huius philosophiæ consecutionem fuisse impossibilem sine diuina gratiæ. Vnde eiusdem lib. 6. fòl. penultimo ad finem: *Providentia, inquit, vnicuique distribuit pro meritis ea, qua conueniunt. Meritò ergo Iudæis quidem lex, Græcis autem data est Philosophia usque ad aduentum; (videlicet Christi Domini,) hinc autem est vniuersa, ac generalis vocatio, ad peculiarem populum iustitia, per eam, quæ est ex fide, doctrinam, per vnicuique cogente Dominum eo, qui est vnus solus Deus amborum, Græcorum scilicet, & barbarorum, vel potius totius humani generis.* Græcis ergo, atque barbaris, & toti humano generi generalis vocatio ad fidem, & iustificationem fit per eam cognitionem, quæ accipi potest ex rebus naturalibus.

Et prope finem eiusdem libri probat, cognitionem de Deo ex creaturis non potuisse acquiri humanis viribus sine gratiæ. *Neque enim qui homo est, potest pro dignitate de Deo vera dicere: imbecillus, & morti obnoxius, de ingenito, & eo, in quem non cadit interitus, & opus de eo, qui fecit. Deinde qui non potest de se ipso vera dicere, an non multo magis ne de Deo quidem ei credendum est. Quantum enim abest homo à Dei potestate, tantum est etiam eius ratio imbecilla. & post pauca: Quamquam qui Deum sibi adscribunt magistrum, vix perueniunt ad Dei notitiam, opem eis ferente gratiæ ad quantumcumque cognitionem, ut pote voluntate voluntatem, & sancto Spiritu sanctum Spiritum contemplari assuefacientes, quoniam spiritus scrutatur Dei profunda. Animalis autem homo non capit ea, quæ sunt spiritus.*

Plures alia difficultates, immediatè pertinentes ad affectum, efficiebant, ut humanis viribus sine supernaturali auxilio foret simpliciter impossibile, Deum vnicum, & inuisibilem colere,

17.

18.

19.

20.

21.

Alia difficultates idè impossibile reddunt.

22. Sunt omnium maxima.

23.

24. Reijciunt quædam solutio.

SECTIO III.

Opus legis, scriptum in cordibus, & ordinatissima rerum visibilium gubernatio similes alias probationes subministrant.

Eiusdem conclusionis positæ in principio præcedentis sectionis altera probatio vires accipit ex præcedenti. Nam Sapient. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, qua videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, nec operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex.* & post pauca: *A magnitudine enim speciei, & creatura cognoscibiliter poterit creator horum videri; sed tamen adhuc in his minor est querela.* & rursus: *Iterum autem nec his debet ignoscere. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare saculum; quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?*

Perpende primò, cum ait: *Minor est querela,* supponit, esse querelam de barbaris hominibus etiam idiotis, quamuis maior sit de Philosophis. Quam imputabilitatem culpæ declarat, cum addit: *Neque his debet ignosci.* Quod idem ipsum est inexcusabiles esse, ut Paulus dixit in præcedenti testimonio. Rursus hæc inexcusabilis culpa in eo sita est, quòd ex creaturis non inuestigauerunt creatorem ad fugiendam idololatriam. Quo supposito, recurrit idem argumentum nuper factum ex verbis Pauli Rom. 1. Denique notandum est illud *cognoscibiliter*, id est, per analogiam, & proportionem ad creaturas poterit creator harum videri. Habent igitur omnes auxilium sufficiens, quo possint. Vnde quod in principio dixerat Sapient: *Non potuerunt intelligere*, significat noluisse, vel illis fuisse difficile; quemadmodum de multis similibus locutionibus dictum est disput. præcedenti sect. 5. post med.

Secunda probatio, eodem fundamento subnixæ, reperitur Rom. 2. *Factores legis iustificabuntur.* Cum enim gentes, qua legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Hic manifestè Paulus loquitur de legis obseruatione, quæ sufficit ad veram iustificationem; ait enim: *Factores legis iustificabuntur.* nec dubium, quin apud Deum; quemadmodum in præcedenti membro eiusdem versus dixerat, auditores legis non esse iustos apud Deum.

Rursus cum adiungit: *Gentes, qua legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, facere,* loqueretur inconsequenter, nisi eodem modo intelligeret facere legis opera, sicut oportet ad iustificationem. Consequens igitur est, illud *naturaliter* non esse per solas vires naturæ, sed eleuatas auxilio gratiæ, quamuis absque lege scripta, & absque prædicatione Euangelica. Itaque natura sanata munere gratiæ, scribentis legem in cordibus, intelligitur ea voce *naturaliter*; ut exponunt Augustinus lib. 4. contra Iulianum c. 3. longè post med. & de spiritu, & litera cap. 26. & 27. Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. Iesu Christi toto cap. 25. Prosper contra Collat. cap. 2. Beda, & Anselmus Rom. 2. vbi S. Thomas lect. 3. & 1. 2. q. 109. art. 4. ad 1.



- 5. Rectè igitur Cyrillus Alexandrin. lib. 3. contra Iulianum propius ad finem, quàm ad med. præfenti testimonio ad Roman. 2. vitur, vt prober, Deum in omni etate mundi omnium gentium saluti prouidisse sufficienter auxilia: *Gentium quippe Deus est, & per infra leges benè demonstratur, quas omnium cordibus insculpsit opifex. & post pauca: Iam si quid est Iudeorum duntaxat, & non etiam gentium fuit Deus, & conditor, quomodo legem non habentes sibi ipsi sunt lex? Instis ad hoc instructionibus peruenientes, natura enim per se ipsam discendo subire annuente, recipit omni boni scientiam. Quod ait, per se ipsam, intelligit sine doctrina legis, aut magistri docentis exterioris: nam in istis instructionibus, id est, interioribus, & à Deo infusus ab ineunte etate, iam dixerat opus esse.*
- 6. Consumatur primò. Quod enim Apostolus ait, *scriptum in cordibus*, significat operationem gratiæ: quemadmodum Ieremiæ 31. *In corde eorum scribam eam.* & Hebr. 8. & 2. Corinth. 3. *Quibus in verbis Augustinus, & Fulgentius gratiam intelligunt, vt vidimus tomo de prouidentia disp. 18. sect. 5.* Confirmatur secundò. Nam *cogitationibus acusatibus, aut etiam defendentibus*, significantur conscientiæ remorsus, & cogitationes vtilis ad salutem. Has autem pertinere ad gratiam præuenientem & excitantem, Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alij Patres colligunt ex 2. Corinth. 3. *Non quod sufficientes simus cogitare, &c. vt ostendimus in eadem disputat. & sectione de prouidentia.* Consequens igitur est, etiam hominibus destitutis exteriori doctrina non deesse sufficientes auxilium gratiæ, quod assidue naturam comitetur, ita vt videatur esse cum natura congenitum.
- 7. Hoc eodem sensu Basilius in regulis fusiùs disputatis, interrogazione 2. paulo post initium, tanquam certum præsupponit, *ad omnia nos, quæ descripti nobis à Deo præcepta sunt consequenda, naturales etiam ab ipso facultates accepisse.* & post pauca: *Sanèque facultates hæc eiusmodi sunt, vt si his rectè, & vt par est, vsi fuerimus, egregiè pietatem tenentes, ei, quæ cum virtute coniuncta est, vira satisficere possimus.* quod ibi fusiùs confirmat.
- 8. Macarius senior homil. 8. prope initium: *Gratia, inquit, continenter adest radicata, & permixta ab ineunte etate, & tanquam naturale, & concretum quidpiam, quod inest homini velut vna substantia: sed varijs modis pro arbitrio, quatenus expedit, hominem gubernat; quandoque enim vehementius ardet, & accenditur ignis: interdum remissus, & mollior, &c.* Rectè igitur explicat rationem connaturalitatis, quæ conuenit gratiæ sufficienti ex eo, quod naturali dictamini syndereis, & conscientiæ, permixta est ab ineunte etate supernaturalis illustratio, & inspiratio, continenter atque perpetuò assistens tanquam naturale, & concretum quidpiam, perinde, ac si esset vna substantia. Vnde necessariò inferitur generalitas non solum ad omnia tempora, sed etiam ad omnes homines adultos, quantumcumque barbaros; iis enim quemadmodum naturalis substantia deest nunquam: ita non deest gratia, quæ tanquam naturale, & concretum quidpiam inest velut vna substantia.
- 9. In eodem sensu Irenæus lib. 4. aduersus hæreses capit. 27. initio dixit: *Naturalia legis, per quæ bono iustificatur.* Sic etiam intelligendus est

Tertullianus lib. contra Iudæos, dicens: *Antè legem Moysi scriptam in tabulis lapideis, legem contendo fuisse non scriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à Patribus custodiebatur. Nam videt Noè iustus inuentus, si non illum naturalis legis iustitia præcebat? Vnde Abraham amicus Dei deputatus, si non de aquirare, & iustitia legis naturalis? Vnde Melchisedech sacerdos summi Dei nuncupatus, si non ante Levitica legis sacerdotium fuerunt, qui sacrificia Deo offerebant? Quibus consonat Iulianus in dialogo cum Tryphone multo propius ad principium, quàm ad medium.*

Chrysofomus in Marth. homil. 37. colum. penultim. *Qui ante Christum, inquit, obierunt, atque ideo ipsam non cognouerunt, se ab idololorum cultu recesserunt, ac Deum solum adorarunt: si præterea honestè vitam peregerunt, æterna bona, & beatitudinem adipiscuntur.* Paulum rursus audi: *Gloria, inquit, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudeo primùm, & Gentili.* Loquitur autem de gentibus aded ignorantibus, qui nunquam genitæ, aut resurrectionis nomen audierunt, vt constat ex sequenti contextu. Cum igitur illi potuerunt æterna bona, & beatitudinem adipisci, Deum solum adorando, & honestè vitam peragendo; consequens est, illis adfuisse sufficientem gratiam, sine qua impossibile est beatitudinem adipisci. Idem apertè deducitur ex D. Bonauent. 3. sentent. distinct. 25. artic. 1. quæst. 2. prope finem, respondente ad penultimum argumentum, quod acceperat ex prædicto testimonio Roman. 2. verba referemus sectione 6. initio.

Quarta probatio Act. 14. Nam etiam apud gentes, quas priùs Paulus dixerat, fuisse dimissas, vt ingrederentur vias suas, Deus non sine testimonio semetipsum reliquit, *benefaciens de celo; dans pluias, & tempora fructifera, impletis cibo, & lætitia corda nostra.* Vbi testimonium, quod interius monet, veritatem, atque obligationem confirmans, est naturalis ratio minimè nuda & inermis, sed munita, & corroborata supernaturali illustratione, & inspiratione. Idem sumitur Actuum 17. *Desinens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, querere Deum, si forte atrectent eum, aut inueniant.*

Vtriusque loci commentarius est caput 4. Prosperi in lib. 2. de vocat. gent. dicentis: *Secundum in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia (quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem ubique diffusa est, & de qua scriptum est: Illuxerunt conspersiones tuae orbi terra,) desuit mundo. Quamuis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israëliticum constet electum, omnesque aliæ nationes suas vias ingredi, hoc est, secundum propriam permissæ sint viuere voluntatem; non ita se tamen æterna creatoris bonitas ab illis hominibus auertit, vt eos ad cognoscendum se, atque metuendum, nullis significationibus admoneret.* Significationes admonentes sunt illustrationes, & inspirationes eiusdem gratiæ, quæ post Domini nostri Iesu Christi resurrectionem ubique diffusa est. Illæ igitur datæ sunt omnibus Gentilibus. Quod etiam ex alijs verbis eiusdem capituli collegimus disp. 39. sect. 5.

Post medium autem eiusdem capituli recitata exhortatione Apostoli ad Lyconios c. 14. *Quod est autem hoc testimonium, inquit, quod semper Domino deseruiuit, & nunquam de eius bonitate ac potestate contempsit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo*

10.

14.

Denique rationem, quam reddit Apostolus Act. 17. *Non longe sit ab vniuersaque nostrum, significare verbum diuinum ex se efficax esse, & presens ad illuminandum.* S. Thomas notauit Ioan. 1. lect. 5. in medio, vt vidimus disp. 39. sect. 3.

SECTIO IV.

*Eandem conclusionem probat Angelorum custodia, & gratiæ communicatio independens ab operibus merè naturalibus.*

11.

1. Angeli omnibus prouincijs præfunt.

Quinta probatio: omnibus quippe prouincijs Gentilium, quantumcumque barbarorum, Deus præfecit Angelos custodes, vt Dionysius citandus num. 5. colligit ex Cantico Deuter. 32. *Constituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei.* Nam vbi Vulgata legit, *iuxta numerum filiorum Israël*, Septuaginta legunt, *iuxta numerum Angelorum Dei.* Quam lectionem sequitur Nouatianus in lib. de Trinitate, Rufinus in expositione Symboli, necnon Gregorius in homil. 34. in Euangelia, in medio; & Chrysofomus Coloss. 1. homil. 3. colum. 4. *Primum, inquit, iuxta numerum gentium erant Angeli, nunc verò non secundum numerum gentium, sed secundum numerum fidelium.* quod probat Matth. 18. *Angeli eorum, &c.*

2.

Hieronymus Mich. 6. prope initium: *Adontes, inquit, non alios significari puto, quàm Angelos, quibus rerum humanarum commissa est procuratio, Deuteronomij Cantico in idipsum congruente: Cum diuideret Excelsus gentes, cum disseminaret filios Adams, constituit terminos terra secundum numerum Angelorum Dei. Hi sunt administratores spiritus, missi in ministerium propter eos, qui hereditatem salutis possessuri sunt.* Gregor. lib. 17. moral. cap. 8. ante medium docet, *certa Angelorum ministeria dispensandi singulis quibusque gentibus esse prelatas.* Idem colligitur ex cap. 10. Danielis, vbi non solum populi fidelis, sed etiam Perlarum princeps, atque præfectus Angelus legitur.

3.

Angeli ad salutem hominum prouidendam mittuntur.

Cum autem Angeli custodes non ad alium finem mittantur, nisi ad æternam salutem hominibus procurandam (vt concors Patrum, & Scholasticorum sententia fert) consequens est Gentilibus nationibus Angelos fuisse datos, vt eas ad cultum Dei verum & vtilem reducerent. Hunc

13.

verò fructum obtinere non poterant, nisi Deus simul adhiberet gratiam sufficientem. Ergo Deus sufficientem gratiam tribuebat omnibus nationibus Gentilium. Alioqui frustra illorum cultodiam demandaret, præcipereque litus arate, oleumque, & operam perdere: quod indignum est credere de diuina prouidentia.

Confirmatur primò, quia grauissima quæque scelera idololatriæ, & contumeliosa naturæ, quæ maximè in suis clientibus detestabantur Angeli custodes, non poterant impedire, nec ad contrarias virtutes inducere, nisi cooperando gratiæ.

Confirmatur secundò, nam licet Angeli dentur etiam ad naturalem gubernationem prouinciarum, sed non tantum ad illam, sed potissimum in ordine ad iustificationem.

Omnia præsentis ratiocinationis membra Dionysius de cœlesti Hierarchia cap. 9. ante medium partim supposuit, & partim expressit, cum ait: *Theologia hierarchiam nostram, (id est, subordinationem, atque gubernationem hominum) Angelis attribuit, eum populi Iudeorum principem Michaëlem appellat, aliisque aliarum nationum. Statuit enim Altissimus terminos Gentium secundum numerum Angelorum Dei.* Vides igitur, Angelos omnibus Gentilium nationibus fuisse præfectos. Quod autem illi omnes grauius suum munus fuerint executi, deducendi nationes ad salutem, quantum in ipsis Angelis erat, ostendit continuò. *Quod si querat aliquis, cur populus Iudeorum ad diuinas illustrationes solus efferretur, & excitate-tur? Respondendum est, errorem, quo alia nationes in eos, qui di non sunt, deflexerint, rectis Angelorum præfecturis non esse tribuendum, sed illis ipsis, qui prouincitate sua de recta ad Deum ferente via deflexerint amore sui contumacia, &c.*

Non possent autem Angeli ab idololatria deducere ad rectam viam, nisi cum eorum custodia principaliter concurreret gratia; cuius post pauca mentionem exprimit, dicens: *Nec eorum, quæ prouidentur libertate diuini vady illustrationis, quæ à prouidentia manat, vel obruuntur, vel obscurantur, sed oculorum mentis dissimilitudo facit, vt estuens patetne benignitatis lucis largitio, vel omnino communicari, capig, non possit, &c.* Docet igitur, dissimilitudinem, id est, peccatum, libertate hominum inductum, impediri, ne recipiatur supernaturalis illustratio.

Post pauca verò sufficientiam auxiliorum, per Angelorum ministerium Gentilibus communicatam, ita confirmat: *Præsertim cum alijs Gentibus, ex quibus nos quoque ad immensum, copiosumque diuinae lucis profundum, quod omnibus vltro se communicandum offert, emerimus, non alieni di præferunt, sed vnum principium omnium, & ad illud Angeli, qui vnicuique nationi præfecti erant, sequaces deducerent.* Considerandus est Melchisedech, &c.

Rursus prope finem eiusdem capituli declarat finalem causam Angelicæ protectionis: *Vna quidem de omnibus Altissimi prouidentia omnes homines salutis causa Angelis suis ad se deducendos distribuerit.* Et in fine capituli concludit: *Omnes Angelos, qui singulis Gentibus præfunt, ad illud ipsum principium, vt proprium; eos, qui vltro ac sponte sequuntur, deducere.* Ex his colligitur, etiam si quispiam temerè cum Caluino iregaret, singulis hominibus, præsertim Ethnicis, singulos Angelos fuisse ad illorum salutem deputatos; nihilominus ex eo solum, quod cuilibet nationi, aut regno vel vnicuique Angelus præfesset, inde sufficienter probari



conclusionem nostram : tum quia Dei prouidentia non imponeret Angelis prouinciam viribus impari : tum etiam , quoniam Angelus vnum, aut alterum sacerdotem bene instructum & exercitatum destinare poterat ad vniuersæ prouinciæ directionem, atque doctrinam, vt in eodem capite probat Dionysius exemplo Melchisedech.

9. *Singulis hominibus deputatur Angelus.* Confirmatur tertio, quia non solum singulis regnis, sed etiam hominibus singulis, non modò fidelibus, sed etiam infidelibus, & barbaris deputantur Angeli custodes, qui eos nunquam destituunt, quandiu viatores sunt, etiam si monitis eorum, & diuinæ gratiæ resistent, & grauissima scelera committant ; sed eos conscientiæ stimulis pungunt, & bonis cogitationibus supra cuiusque caput erigunt, & ad viam reducere conantur. Ita Hieronymus Matth. 18. *Magna est dignitas animarum, vt vnusquisque habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui Angelum delegatum.* Quod idem recipit communis sententia Patrum, & Scholasticorum, vt videre licet apud expositores D. Thomæ r. p. quæst. 113. Quapropter quod Chrysostrum supra citatus, & homil. 60. in Matth. & Basiliius concione 9. in Psalm. 33. & alibi sæpè limitatè loquuntur de singulis fidelibus, ita intelligendum est, vt de singulis fidelibus sit clariùs expressum in sacra Scriptura, sicut etiam de singulis nationibus infidelium.

10. *Gratia præueniens sine ulla dispositione per vires naturæ habitam, tribuitur.* Sexta probatio. Gratia præueniens, & excitans, quibuscumque tribuenda est, tribuitur independentè ab eo, quod ipsi per solas vires naturæ sine gratia, quod in se est, faciant. Vnde quamuis non fecerint, quod in se est, per solas vires naturæ, imò quamuis grauissima scelera commiserint, tribuitur gratia præueniens, & excitans, eo quòd nudæ vires naturæ præbere non possunt vllam dispositionem, meritum, impetrationem, causam, rationem, aut aliquid aliud, cui subiungenda sit auxiliatrix gratia : quemadmodum probatum est tomo de prouidentia, disp. 22. & aliis multis. Quo supposito, nulla reperitur sufficiens ratio excipiendi barbaros supernaturalium rerum notitia carentes, ne illis conferatur excitans, & præueniens gratia sufficiens.

11. *Non obstat demeritum.* In primis enim demeritum non obstat, siquidem multò maius est demeritum obduratorum inter abundantissimam copiam doctrinæ, & miraculorum : & tamen illis datur gratia sufficiens, vt demonstratum est disp. præcedenti sect. 3. & sequentibus. Gentilium autem, qui nunquam gehennæ, aut resurrectionis nomen audierunt, longè leuiora sunt crimina, vt ostendit Chrysostrum homil. 37. in Matth. colum. penult. Non obstat defectus opportunitatis ad excitandum ; quin potius plurimæ suppetunt opportunitates, vt ostendimus sect. 5. 6. & 8. Neque obstat necessitas perturbandi suauitatem prouidentie per crebra miracula, vt dicemus in eadem sect. 8. Neque obstat ignorantia : quoniam initium præberi potest per illustrationes dubitatas, & pro-uocantes ad inquirendum, vt videbimus sect. 5. & 6.

12. *Homini in pura natura auxilia naturalia sufficientia dantur.* Confirmatur primò, quia licet illi homines crearentur in puris naturalibus sine gratia Redemptoris, recta ratio diuinæ prouidentie postulari, vt illis præberentur auxilia sufficientia naturalia, virtute quorum vitare possent idololatricam, & alia turpissima crimina. Nunc verò quoniam Mediatoris gratia naturam altiori modo reparauit, non præbentur eiusmodi auxilia natu-

ralia, quæ sufficientia. Ergo tribuuntur auxilia gratiæ, quæ sufficientia ab his criminibus altiori modo continere.

Confirmatur secundò, nam licet Deus solummodò naturalem prouidentiam exerceret in homines, adhuc necessarium erat, aliquid illis de immortalitate animæ, & futuro præmio, & pena proponere. Quòd ergo barbaris omnibus, ratione naturalis prouidentie, foret necessariò proponendum, hoc ipsum altiori modo proponens supernaturalis prouidentia præbet sufficiens initium, vt paulatim cooperentur ad iustificationem.

13. *Vnitatis & æqualitatis diuinæ prouidentie.* Septimò probatur, quia nisi quibuslibet adultis, quantumcumque barbaris, præbeantur saltem auxilia sufficientia ad salutem, non poterit defendi vnitatis, & æqualitatis diuinæ prouidentie erga omnes homines, quam ex aliquibus Scripturæ testimoniis deductam communiter Patres affirmant, vt vidimus supra disp. 18. sect. 2. & 3. Denique omnia testimonia Patrum, & Scholasticorum adducta præcedentibus octo disputationibus confirmant eandem conclusionem. Quoniam generaliter loquuntur de omnibus hominibus, à quibus excipiendus est nemo, nisi probetur exceptio ; quæ tamen nulla probatur, vt constat ex solutionibus obiectionum infra sect. 7. & 8. Insuper ex illis Theologis plurimi apertè respuunt exceptionem, aut explicationem ; & illi potissimum, qui disertis verbis auxilium sufficiens concedunt omnibus barbaris carentibus notitia veræ religionis, qui citabuntur sect. 6. Ex quibus non pauci concedunt auxilium sufficiens ad iustificationem protinus obtinendam in primo instanti vsu rationis, quod est multò durius, ac difficilium.

SECTIO V.

Rerum supernaturalium notitia carentibus quomodo possint supernaturales illustrationes, & inspirationes infundi.

1. **N**E barbaris auxilia sufficientia concederent, plurimos Theologos maximepore deteruit duplex impossibilitas : altera inchoandi iustificationem per vires naturæ sine gratia ; altera impossibilitas concipiendi supernaturales illustrationes, & inspirationes absque vlla notitia mysteriorum supernaturalium. quam difficultatem virgere cepimus sect. 1. argum. 13. & vltimo.

2. *Dua difficultatis rationes.* Accedunt præsertim duæ difficultatis rationes. Prima, quoniam, (vt ostendimus tomo de prouident. disp. 19. sect. 3. & 4.) fides est initium salutis, & iustificationis, atque primum fundamentum & radix meriti, dispositionis, & impetrationis. Sed fides est impossibilis sine notitia mysteriorum supernaturalium (ipsa quippe fides est notitia quidditatiua illorum.) Ergo sine notitia mysteriorum supernaturalium est impossibile initium salutis, & iustificationis : ac subinde est impossibile sufficiens auxilium, quantumcumque remotum ac distans ad iustificationem, virtute cuius auxiliij barbarus de congruo mereatur, aut impetret, aut alia quauis ratione consequatur vltiora auxilia. Respondetur distinguendo minorem, Fides perfecta, & adulta, explicita, & certa, quæ proprie, & simpliciter meretur appellationem

nem fidei, est impossibilis sine notitia mysteriorum fidei. At verò possibilis est fides inchoata, imperfecta, & valdè implicita, sufficiensque ad præbendum initium iustificationis, vt ostendimus dicta disp. 19. de prouid. sect. 5. & disp. 25. sect. 6.

3. *Iustificationis initium præberi nequit nisi eliciatur actio supernaturalis.* Secunda grauior difficultatis ratio. Quia iustificationis initium præberi non potest, nisi eliciendo aliquam actionem quidditatiuè supernaturalem (ita probatum est eodem tomo de prouident. disp. 23. præsertim sect. 5. vbi ostendimus, ad initium iustificationis non sufficere actiones quoad intrinsecam realitatem naturales, quamuis elici non possint sine supernaturali auxilio.) Rursus actio quidditatiuè supernaturalis est impossibilis, nisi versetur circa obiectum quidditatiuè supernaturale. Ergo hominibus, qui penitus ignorant omnia supernaturalia, penitus erit impossibile suæ iustificationis exordium.

4. *Confirmatur primò.* Quoniam actio quidditatiuè supernaturalis est impossibilis, nisi propter motuum, & rationem formalem obiecti supernaturalis : hanc autem prædicti barbari penitus ignorant.

Confirmatur secundò, nam plurimi barbarorum inuincibiliter ignorant etiam illa, quæ naturaliter cognosci possunt de Deo, velut esse vnum, incorporeum, impassibilem, vbique præsentem. Imò & Deum esse nonnulli inuincibiliter ignorant : tantum distans à cognitione supernaturalium.

Confirmatur tertio. Quia si omnes barbari excitarentur supernaturali cognitione, omnes essent Prophetae. Ita virget Vega lib. 6. in Trident. cap. 20.

5. *Gratia præueniens barbaris concedatur.* Respondeo, & dico primò. Secundum ordinariam prouidentiam barbaris non datur præueniens, & excitans gratia talis, per quam immediate cognoscant obiectum supernaturale expressè, formaliter, certò, & in particulari ; sed per illam gratiam solummodò proponitur illis formaliter, & expressè tale obiectum, quod per vires naturæ sine gratia cognosci potuisset. In hoc tamen obiecto virtualiter, implicitè, obscurè, sub dubio, in vniuersali, rudè, & crasso modo continetur obiectum supernaturale.

6. *Gratia præueniens quidditatiuè supernaturalium.* Dico secundò. Prædictus modus proponendi obiectum supernaturale, quando proportionato modo tendit ad illius supernaturalitatem, satis est, vt gratia præueniens sit quidditatiuè supernaturalis, & virtute illius elici possint aliquæ actiones liberæ quidditatiuè supernaturales, quibus homines diuinæ gratiæ consentiant, & cooperentur, & ea ratione consequantur auxilia vltiora, & perfectiora. Est autem infimus gradus supernaturalitatis in huiusmodi gratia præueniente, & excitante.

7. *Dista assertiones colliguntur ex Scriptura.* Prædictæ assertiones colliguntur ex testimoniis Scripturæ, & sanctorum Patrum, adductis in præcedentibus sectionibus 2. & 3. Cum enim pro certo doceant, Gentiles ex creaturis potuisse colligere non modò cognitionem Creatoris, sed etiam amorem, & desiderium veræ religionis, cumque aliunde certum sit, hæc esse impossibilia sine supernaturalibus illustrationibus, & inspirationibus ; consequens est, supernaturales illustrationes, & inspirationes inferi cognitioni, & amori rerum visibilium. Quod fufius declarauimus, & probauimus tomo de prouident. disp. 25. sect. 2. & 3. Neque potest aliter ad veram Theologiam re-

uocari, quod ex Chrysostr. homil. 37. in Matth. retulimus sect. 3. num. 10. eos Gentiles, qui Deum solum adorauerunt, & honestè vitam peregerunt, adepturos fuisse beatitudinem : & quod Paulus Orosius in Apolog. pro arbitrij libertate ante med. docuit, *Adiuuoriam Dei ministrari per singula etiam Gentibus, vt manifestum nobis esset, quem vsque in finem cauere, & quem sine cessatione invocare debeamus.* Hanc itaque notitiam generalem boni & mali sufficere iustificationis exordio iudicabat.

8. *Fides implicita.* Hugo Victorinus lib. 1. de Sacramentis tract. 1. cap. 3. ad finem docet, Gentiles licet explicitè nihil crederent, nisi quod humana ratione poterat comprobari, veluti Deum esse, & remuneratorem esse ; nihilominus olim satis ad salutem fuisse confusè credere, quod alij fideles Dei cultores credebant. Et quamuis statim notet, ad iustificationem in tempore legis Euangelicæ requiri magis explicitam fidem ; nihilominus rectè colligitur, hoc etiam tempore ad præbendum iustificationis exordium satis esse cognitionem explicitam eorum, quæ naturaliter cognoscuntur de Deo cum implicita, & confusa supernaturalium notitia.

9. *Fides implicita.* Eandem doctrinam de fide implicita, credendo quòd alij sapientiores credunt, sequitur Magister in 3. dist. 25. cap. 2. & communiter ibi Scholastici : necnon D. Thomas, & eius expositores 2. 2. quæst. 2. art. 6. sine, & art. 7. sine. Vbi præsertim obseruandus est modus virtualiter, & implicitè credendi supernaturalia, contentus in fide naturalis prouidentie, cum ait : *Si qui tamen saluari fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt saluari absque fide Mediatoris ; quia est non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia, credentes Deum esse liberatorem hominum secundum modos sibi placitos, & secundum quod aliquibus veritatem cognoscentibus spiritus reuelasset.* Clariùs autem id probabitur ex communi doctrina Scholasticorum in sect. sequenti. Rei difficultatem mitigant, quæ sequuntur, exempla.

10. *Ignorantissimus homo excitari potest ad ea, quæ implicitè continent supernaturales beatitudinæ.* Quilibet homo, quantumcumque ignorantissimus, dummodo rationis vsu non careat, potest excitari ad ea, quæ sequuntur : vt desideret cognoscere, & obtinere beatitudinem, & felicitatem in communi, & animi quietem, absque dolore, solitudine, & anxietate. In hoc virtualiter, implicitè, & in vniuersali continetur beatitudo supernaturalis, siue qua non potest hominibus illa felicitas contingere. Potest etiam excitari, vt desideret veritatem cognoscere, & virtutem amplecti. In hoc autem obiecto virtualiter, in communi, & confusè continetur desiderium veræ religionis, & fidei, siue qua nec veritas cognoscitur, nec solida virtus exercetur.

11. *Ignorantissimus homo excitari potest ad ea, quæ implicitè continent supernaturales beatitudinæ.* Potest excitari, vt cognoscat, difficultatem virtutis superiorem suis viribus esse, & illius viam sibi valdè ignotam, vt ea ratione dubitare incipiat, vtrum sit aliquis illius viæ dux, & magister, aut aliquod numen, quod vires, & robur præbeat ad virtutem. Potest excitari, vt apud se dubitans, inquiret suæ mentis originem, aut finem, & vtrum anima sit immortalis, & quem statum sit habitura post mortem, si fuerit immortalis. In quo obiecto confusè, atque sub dubio continetur supernaturale præmium, & pœna. Potest excitari, vt dubitet de multitudine deorum, vtque propendere animo incipiat in vnitatem potentissimi, & optimi gubernatoris hominum.

Rursus

12. Ex humana- rum perturbatione in diuina prouidentia considerationem affert.

Rursus ex perturbatione rerum humanarum, & improborum tyrannide aduersus meliores excitabitur, vt assurgat in considerationem diuinæ prouidentia, dubitans, vtrum in futuro saeculo maneant sceleratis supplicia; virtutis autem studiosis præmia reddantur. In hoc obiecto virtualiter, sub dubio, & in generali cognoscitur Deus, quia est, & quia remunerator est, non solum naturali, sed etiam supernaturali remuneratione. Vnde potest ulterius excitari ad inquirendum aliquid certius de hoc præmio, vel supplicio, & petendam à Deo lucem.

13. Stimulus conscientia pun- gitur.

Tandem quilibet quantumcumque barbarus post crimina, præsertim atrocita, naturaliter pun- gitur stimulus conscientia. Tunc igitur excitari potest, vt dubitet, & apud se discuriat, vtrum Deus decreuerit aliquid remedium ad impetrandam veniam peccatorum. Quæ inuestigatio velut stimulus acuitur temporalibus calamitatibus, ex quibus colligere solent homines infensum sibi esse diuinum numen. In illo igitur remedio peccatorum in vniuersali, & virtualiter, ac confusè continentur Christi Domini merita, & Sacramenta.

14. Naturalis cognitio obiecto super- naturali im- proportiona- ta.

Obiiciet aliquis primò, eiusmodi omnes dubitationes, & obiecta omnia per solas vires natura potuisse cognosci: ergo non sunt obiecta sufficientia & proportionata supernaturalibus illustrationibus, & inspirationibus. Respondetur. Licet omnia illa obiecta sub dubio agnosci possent per solas vires natura; nihilominus cognitio merè naturalis proportionata foret obiecto explicito, & naturali tantum; sed tamen improporcionata obiecto supernaturali, quod implicitè, & virtualiter continetur in illo: foret etiam magis ambigua, & errori exposita. Cæterum illustratio supernaturalis esset proportionata obiecto supernaturali, quod virtualiter & implicitè continetur in illo obiecto naturali, essetque ab intrinseco tuta ab omni periculo falsitatis, & mentem impelleret ad probabilem assensum veri pondere maiori, quam naturalis discursus. Hac ratione illa obiecta superiora sunt viribus natura; & proportionata supernaturalibus illustrationibus, & inspirationibus.

15. Angeli pala- logi, & mag- gillri.

Secundò alter obiiciet è contrario. Plurimi barbarorum non solum propter ingenij tarditatem, & hebetudinem, sed etiam propter voluntatis deprauatæ negligentiam, & affectum ad infima, non poterunt de prædictis rebus superioribus, & honestis cogitare, nec apud se disquirere, & dubitare: illis ergo non erit possibilis ille modus excitantis gratia præbentis initium ad fidem. Respondetur. Si propria ignauia, & hebetudini relinquerentur, fortasse multi illorum numquam aliquid tale cogitarent. Veruntamen propterea diuina prouidentia singulis illorum magistris, & pedagogos adhibuit Angelos, vt ingenium acuerent, & paulatim discurrendo velut manu ducerent illum, quod soli peruenire non possent: insuper vt voluntatem aliquando spontaneam, aliquando etiam inuitam & reluctantem stimulis agerent, vt cogitationem, curam, & sollicitudinem de huiusmodi rebus quandoque deponere non possint, etiam si velint.

16. Motus obiecti formale supernaturalis uisualiter cognoscitur.

Ex his constat solutio ad argumentum principale. Ad primam confirmationem responderetur. Supernaturale, qua ratione differt à naturali, formaliter, & expressè barbari non cognoscunt. Nihilominus ad prædictos actus mouentur propter rationem formalem obiecti supernaturalis implicitè & virtualiter cognitam, quatenus terminorum quidditas, & vniò quodam altiori modo illis immediatè representatur, vt ex terminis videatur illis verum, & bonum esse, quod illis proponitur existimandum, & amandum, prout fusiùs declarauimus tomo de prouidentia disput. 25. sect. 5.

Ad secundam confirmationem solutio constat ex supradictis exemplis; nam ille, qui Deum inuincibiliter ignorat, potest nihilominus excitari, vt dubitet, & inuenire desideret felicitatem, virtutem, gubernatorem rerum, & alia, quæ nuper explicauimus. Neque te moueat defectus, & culpa, quam committunt, qui dubitant de rebus fidei. Nam sicut intrinsecè malum est dubium, quo deficiat à vero, & bono, cui antea firmiter adhaerebas: sic propter eandem rationem, proportionaliter acceptam, intrinsecè bonum est dubium, quo recedis à falso & malo, cui antea pertinaciter adhaerebas, vt fusiùs explicatum est tomo de prouidentia disput. 19. sect. 5. & disput. 25. sect. 6.

Ad tertiam confirmationem responderetur negando sequelam: quoniam propheta nec patitur dubium, nec sibi dissentiri permittit. At verò supernaturalis cognitio, qua præueniuntur, & excitantur barbari, dubia est, atque vltimum illi dissentiri contingit: vt vidimus prædicta disput. 25. de prouidentia, sect. 5.

Ad quartam confirmationem responderetur negando sequelam: quoniam propheta nec patitur dubium, nec sibi dissentiri permittit. At verò supernaturalis cognitio, qua præueniuntur, & excitantur barbari, dubia est, atque vltimum illi dissentiri contingit: vt vidimus prædicta disput. 25. de prouidentia, sect. 5.

SECTIO VI.

Communior sententia Scholasticorum aperuit supradictam viam excitandi barbaros ad supernaturalia.

Quem præcedenti sectione declarauimus modum auxilij supernaturalis, primò præuenientis, & excitantis barbaros ad eorum considerationem, quæ naturaliter possunt inuestigari de Deo, præ cæteris Scholasticis adnotauit S. Bonauent. in 3. sentent. dist. 25. art. 10. quæst. 2. prope finem. Nam in penultimo argumento opposuerat: In lege natura qui implebat, quæ erant de dictamine legis natura, ad salutem perueniebant, secundum quod inuitit Apostolus Roman. 2. Cui postea respondet: Lex natura, prout est adiuta per gratiam, dum sentiebat infirmitatem suam, & miseriam, & aduertebat Dei iustitiam, & misericordiam, satis dictare poterat, quod homo reparatore indigebat, & quod diuina bonitas dare disponebat.

Et ad vltimum argumentum de Gentilibus tractans, ait: Diuina gratia omnibus præsto erat, & natura ad hoc manducere poterat ex consideratione sua miseria, & curuitatis, & ex eruditione quadam generali, quam accipere poterant à viris, qui erant in cultu Dei famosi, & post pauca: Indubitanter verum est, quod eis præsto erat notitia Mediatoris, quanta opportuna erat secundum exigentiam temporis, tum ex dictamine natura, tum ex aliena instructione, tum etiam ex Dei inspiratione, qui se offert omnibus, qui eum requirunt humiliter.

Secundò ad initium salutis non esse necessariam magis explicitam, distinctam, ac determinatam, magisque particularem tendentiam in obiectum supernaturale, probatur à fortiori ex comuni

17.

Dubium deficiens à vero, & dubium recedens à malo, & falso.

Propheta nec patitur dubium.

Lex natura quid possit si adiutor à gratia.

2. Dei gratia omnibus præsto adest.

3.

muni doctrina Scholasticorum etiam grauissimorum, quos temperare oportet, & explicare, ne solis natura viribus sine gratia iustificationis ali- quod exordium concedere videantur. Sic enim D. Thomas ad Roman. 10. lect. 3. prope medium de barbaris, qui nutriuntur in syluis, & propter inuincibilem ignorantiam excusantur à peccato infidelitatis: Si qui tamen eorum, inquit, fecissent, quod in se est, Dominus eis secundum suam misericordiam prouidisset, mittendo eis prædicatorem fidei, sicut Petrum Cornelio, Actor. 10. & Paulum Macedonibus, Actor. 16. Sed tamen hoc ipsum, quod aliqui faciunt, quod in se est, conuertendo se, scilicet, ad Deum, ex Deo est, mouente corda ipsorum ad bonum.

4. Faciunt quod in se est Deus non denegat gratiam.

Rursus de veritate quæst. 14. art. 1. ad 1. Si aliquis, ait, nutritus in syluis, ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali: certissime tenendum est, quod ei Deus vel per internam inspirationem reuelaret ea, quæ sunt credenda; vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium, Act. 10. Et in sequenti solutione ad 2. Si nos, inquit, fecerimus, quod in nobis est, vt scilicet ductum rationis naturalis sequamur, Deus non deficiet nobis ab eo, quod nobis necessarium est. Quibus similia tradit de veritate quæst. 24. quæ est de libero arbit. art. 1. ad 2. & clarius in 2. sentent. dist. 28. quæst. vnica art. 4. ad 4. cuius, & aliorum locorum multa verba retulimus tomo de prouidentia disput. 21. sect. 2. à principio. Quibus consequenter de puero perueniente ad vsum rationis, se se ipsum ordinauerit ad debitum finem, loquitur 1. 2. quæst. 89. artic. 6. corp. Vide supra disput. 40. sect. 1.

5. Sequi ratio- nis naturalis ductum dupli- citer ad fidei notitiam recipiendam conserit.

Ductum verò rationis naturalis sequi in appetitu boni, & fuga mali, duplici ratione confert ad recipiendam notitiam fidei, & reliqua necessaria ad salutem.

Prima ratio est, quoniam in eo appetitu boni & fuga mali virtualiter, in vniuersali, & confusè clauditur obiectum supernaturale, ad quod amplectendum per gratiam præuenientem excitatur arbitrium, prout explicatum est in sectione præcedenti.

Secunda ratio est, quoniam sequendo rationis naturalis ductum, evitantur multa crimina, quæ saltem eo tempore, quando committuntur, impediunt illustrationes, & inspirationes, aut saltem impediunt arbitrium, ne cooperetur cum illis. Sed de horum explicatione plura diximus prædicta disput. 21. de prouidentia sect. 1. His consonant, quæ ex D. Thoma 2. 2. q. 2. art. 7. sine retulimus sect. 5. num. 9.

6. Scholasticorum doctrina.

Eadem ratione declarati, nostram sententiam confirmant plurimi Scholastici, tradentes doctrinam similem ei, quam nuper ex D. Thoma retulimus, vt Albert. in 2. dist. 28. art. 1. ad 4. Alexand. 3. p. quæst. 69. memb. 3. art. 3. prope finem, & mēb. 5. art. 2. §. 1. corp. & ad 1. & art. 3. corp. sed præcipuè in solut. ad 6. argument. & 2. p. quæst. 129. memb. 8. §. 1. (cuius verba posuimus eadem disput. 21. de prouid. sect. 2. & supra disput. 40. sect. 2.) Egidius in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 3. sine, Raynerius variis in locis repetens sententias D. Thomæ supra positas, Paludanus in 3. dist. 25. quæst. 1. in med. Capreol. in 2. dist. 40. art. 3. versus finem, Caietanus 1. 2. quæst. 109. art. 6. §. neque obstat. Conrad. ibidem, Durandus in 3. dist. 25. quæst. 1. num. 9. & lib. 1. dist. 39. quæst. 3. sine, Ricard. in 3. dist. 25. art. 3. quæst. 2. ad 2. & 3. & alius multis in locis (quorum verba retulimus disput. 21. de prouidentia

sect. 4. & supra disput. 40. sect. 3.) Henricus quodlib. 5. quæst. 20. post med. cuius verba posuimus eadem disput. 21. sect. 4. de prouidentia, Gabriel in 1. dist. 41. quæst. vnica art. 3. dub. 1. & 3. num. 7. & in 2. dist. 22. quæst. 2. art. 3. & dist. 27. quæst. vnica, art. 2. conclus. 4. Dionysius Carthus. in 2. dist. 28. quæst. 2. post med. Argent. in 2. dist. 27. quæst. vnica art. 3. post med. Marfilius in 1. quæst. 20. sine, & aliis in locis, quæ citauimus supra disput. 40. sect. 3. Gerson p. 1. alphabero 24. in regula moral. litera M. & alfab. 61. litera G. tract. de vita spiritua- li, lect. 1. Maior in 2. dist. 28. quæst. 1. ad 17. obiect. §. ad formam argumenti. Abulens. in Matth. c. 19. quæst. 181. ad 3. & ad 4. & Matth. cap. 21. quæst. 211. Michaël de Bononia in 2. dist. 29. quæst. vnica sine. Alter Conradus tract. 7. de contractibus quæst. 100. conclus. 2. post med. & in 4. argum. Adrian. quodlib. 4. quæst. 1. paulo post med. §. sciendum autem, & quodlib. 3. quæst. 1. ante med. & quodlib. 7. quæst. 1. Roffensis art. 36. contra Lutherum inter princip. & med. articuli, §. verbosus, post med. Driedo lib. de concordia liberi arbit. cum prædestin. parte 2. cap. 3. prope medium, §. verum hic sciendum, defendens communem sententiam vt piam, & probabilem. Similiter Ruardus art. 7. de libero arbitrio circa med. §. Doctores autem, fol. 348. & sequenti. Sed asseuerando ex propria sententia loquuntur Castro de lege pœn- nali lib. 2. cap. 14. colum. 5. & 6. Ioannes de Medina Codice de pœnitentia tract. 1. quæst. 11. §. nunc ad motum. Vega lib. 6. in Trident. cap. 17. & 20. & lib. 13. cap. 12. colum. vltima (quamuis in dicto cap. 20. plusquam cæteri authores, excedat, refutans supernaturalitatem auxilij præuenientis barbaros.) Victoria relectione vltima de peruenientibus ad vsum rationis prope finem part. 3. post propos. 3. num. 14. Cano relect. de Sacramen- tis in genere, parte 2. versùs med. Soro lib. 1. de natura & gratia cap. 21. prope init. & lib. 2. cap. 12. sine, & 4. sentent. dist. 1. quæst. 2. art. 3. circa medium, & dist. 5. quæst. vnica art. 2. post med. §. hic primum omnium, & in epistolam Roman. cap. 1. ad illud, ita vt sint inexcusabiles, & cap. 10. ad illud: Numquid non audierunt. Corduba in quæstionario lib. 2. de ignorant. quæst. 4. præsertim à columna 9. §. Secundo dico, quando committuntur, impediunt illustrationes, & inspirationes, aut saltem impediunt arbitrium, ne cooperetur cum illis. Sed de horum explicatione plura diximus prædicta disput. 21. de prouidentia sect. 1. His consonant, quæ ex D. Thoma 2. 2. q. 2. art. 7. sine retulimus sect. 5. num. 9.

Magis exactè iuxta regulam Theologiae de iusti

7.

Deum esse per creaturas cognosci posse à barbaris.

8. Modus excitandi per supernaturales inspirationes.

9. Barbaros motione gratiæ ad vitæ emendationem induci.

10. Barbaris violentibus legem naturæ quædam ex se est dat supernaturales inspirationes.

11. Scholastici declarantur.

12. Quo sensu inspirationes sint naturales quo ad substantiã, & supernaturales quo ad modum.

iustificacionis initio loquuti sunt aliqui presentis ætatis auctores, vt Bellarm. lib. 2. de grat. & libero arbit. cap. 8. ad 3. dicens, eiusmodi barbaros posse per creaturas cognoscere Deum esse; & proinde posse per gratiã præuenientem excitari ad credendum de Deo, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit; & ex tali fide excitari possunt, eodem dirigente, & adiuuante Deo, ad orandum, & elemosynas faciendas, & eo modo impetrandum maius lumen fidei.

Quibus consonat etiam modus excitandi per supernaturales inspirationes ad bonum, quem tradit Valentia 1. 2. disp. 8. quæst. 3. puncto 4. ad 6. & quantum ad confusam cognitionem rei supernaturalis in vniuersali, magis explicat 2. 2. disp. 1. quæst. 2. puncto 2. ad 5. sine, & puncto 4. ad 2. obiect. Salmeron ad Roman. 1. disput. 13. sine, Gabriel Vazquez 1. p. disp. 97. cap. 5. ad finem, & Tolerus ad Roman. 2. in commentario, & in annotatione ad illa verba: Naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt.

Non dissimiliter Franciscus Suarez in 3. partem tomo 4. de penitentia disp. 8. sect. 2. num. 22. asserit, motione gratiæ barbaros induci ad vitæ emendationem, & abiiciendos errores, cui gratiæ si cooperentur, accipient maiorem notitiam, & gratiam. Idemque consonat 1. p. lib. 4. de prouident. circa reprobos cap. 3. num. 19. & 20. dicens per prouidentiam gratiæ excitari, vt non violent legem naturæ, quod si faciant, non impediunt illustrationes supernaturales, quibus Deus semper paratus est vocare, & illuminare omnes homines.

Addendum tamen est, Deum omnibus barbaris, etiam si legem naturæ sapienter violent, & gratiam impediunt, quantum ex se est, frequenter dare inspirationes quidditatiuè supernaturales, quoad suam intrinsecam entitatem, sine quibus impossibile est iustificacionis initium per actiones entitatiuè naturales, etiam si propter difficultatem requirant auxilium gratiæ: vt probatum est tomo de prouidentia tota disp. 23. præsertim sect. 5. & 6. & disp. tota 40. Itaque actiones moraliter bonæ, & entitatiuè naturales, siue fiant ex auxilio supernaturali, siue per solas vires naturæ, solummodo deseruiunt ad remouenda graviora impedimenta gratiæ, & præbendam maiorem opportunitatem illius, vt disp. 22. de prouid. sect. 2. 3. & 4.

Omnes igitur Scholastici, sect. præsentis citati, tam antiqui, quam neoterici, declarandi sunt, aliqua ex parte limitando, & corrigendo multorum testimonia. Ex illis enim aliqui concedunt solis naturæ viribus absque gratia remotam dispositionem, aut impetrationem auxiliorum supernaturalium. Alij actionibus moraliter honestis, eo quod fiant auxilio gratiæ, tribuunt eundem valorem remotæ dispositionis, aut impetrationem eorumdem auxiliorum. Alij dicunt, ita remouere impedimenta, vt ex actionibus moraliter honestis sequatur infallibiliter iustificatio, aut etiam ex illis consequantur auxilia supernaturalia ex lege diuina, prout fusiùs retulimus disp. 21. de prouidentia, & ex parte supra toto disput. 40.

Ex his colligitur primò, quod ait Lessius in tract. de prædestinat. & reprobat. sect. 6. assert. 2. num. 68. inspirationes, quæ sufficientem fidei propositionem antecedunt, esse ferè ordinis naturalis quoad substantiam; etsi quoad modum, &

directionem Dei supernaturales censerentur debeant. Hoc, inquam, verum erit, si naturalitas solummodo referatur ad substantiam obiecti, quod explicite proponitur per illas. Nam entitas, & substantia quidditatiua illarum inspirationum debet esse supernaturalis: & obiectum, per illas virtualiter, & implicite cognitum, & amatum, debet esse supernaturale, vt probatum est sect. præcedenti.

Secundò colligitur quod plerique ex citatis etiam recentioribus asserunt, si puer infidelis ex auxilio speciali se conuertat ad Deum, vt est author naturæ, non vt est author gratiæ, procius illuminandum esse de mysteriis fidei. Hoc, inquam, intelligendum est, ita vt excludatur solummodo explicita cognitio mysteriorum fidei. Verumtamen sine illorum cognitione, saltem implicita, virtuali, atque dubia, non est possibile initium iustificacionis, nec vltioris auxilij consequutio, prout in præcedente sectione dicebamus.

Sequitur tertio, de lege ordinaria primam vocationem, & excitationem barbarorum non esse talem, vt ex vi illius immediatè credere possint per fidem, quæ sufficiat ad iustificacionem, cum experientia constet, apud Indos etiam nunc reperiri plurimos homines, qui nullum vestigium ostendunt eiusmodi vocationis: siquidem eis talia mysteria videntur penitus noua, quæ nunquam in eorum mentem inciderint.

Confirmatur, quia licet illi homines ignorare potuissent, illam cogitationem, & vocationem esse supernaturalem; attamen obiecta, per illam proposita, & apprehensa recordantur sibi venisse in mentem aliquando, licet illis eo tempore non adhibuissent fidem. Et priori iure sentiendum est, primam vocationem eorumdem hominum non esse sufficientem, vt aliqui statim in eodem instanti iustificetur, de que fusiùs diximus 1. 2. q. 89. art. 6.

Colligitur quartò, primum auxilium sufficiens, quod tribuitur barbaris, quando nulli præcedenti auxilio cooperati sunt, à iustificacione distare multò longius, quam auxilium sufficiens, quod tribuitur peccatoribus fidelibus, aut etiam infidelibus habentibus notitiam mysteriorum supernaturalium.

SECTIO VII.

Licet infideles cooperentur prioribus auxilijs, nonnumquam vlterioribus priuari, quedam argumenta contendunt.

Radicitus conuellitur auxiliorum sufficientia, barbaris omnibus hucusque concessa; si probatum fuerit, aliquibus illorum de facto negari vltiora auxilia tam interiora, quam exteriora, præsertim verò notitiam explicitam supernaturalium mysteriorum, etiam si fecerint, quod in se est, cooperando primæ gratiæ excitanti, desiderando, quærendo, & petendo lucem, & instructionem requisitam ad salutem, atque viuendo secundum dictamen rectæ rationis. Hoc autem probare contendunt argumenta sequentia.

Primum argumentum Amos 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audienti verbum

13.

14.

15.

1.

Verbum Domini quod Amos prædicat desiderandū, & non inueniendum.

Penuria prædicationis abundantioris.

Qualis sit prima Barbarorum excitatio, & inspiratio.

Sufficiens barbarorum auxilium quantum distat à fidelium auxilio.

3. Verbum Domini quod Amos prædicat desiderandū, & non inueniendum.

Penuria prædicationis abundantioris.

4.

5.

Dirigitur eminatio ad obstinatos in inferno.

6. Quo pacto intelligenda si ad viatores dirigatur.

bum Domini. Et commonebuntur à mari usque ad mare, & ab Aquilone usque ad Orientem; circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. In die illa deficiunt virgines pulchre, & adolescentes in stit. Ergo licet homines faciant, quod in se est, auidissimè cupientes prædicationem rerum supernaturalium, & magno labore, atque diligentia quærentes, adhuc illis negabitur aliquando, ac proinde non poterunt ad iustificacionem peruenire.

Respondetur primò. Verbum Domini, quod Amos prædicat desiderandū, & quærendū, non tamen inueniendum, non est prædicatio simpliciter necessaria ad salutem æternam; sed est prophætia offensus remedium ad placandum Deum, vt Iudæos liberaret à captiuitate, & oppressione Babylonica. Hæc est expositio Cyriilli Alex. in eius loci commentario.

Respondetur secundò. Possumus etiam tropologicè intelligere penuriam prædicationis abundantioris, inducentis ad salutem æternam, dummodo prædicatio simpliciter necessaria ad salutem non denegatur desiderantibus, & quærentibus, sicut oportet.

Respondetur tertio. Rectè etiam intelligemus, Iudæis esse denegatam prophætiam, & prædicationem, quam ipsi quærent obliquis itineribus. Itaque propterea non inueniunt, quia quærent Prophetam, qui adhuc prædicet Christum venturum, & eorum legem adhuc esse vtilem ad salutem, idque pertinaciter quærent ex odio Christi Domini. quæ expositio est ex mente Cyriilli, & Hieronymi in eum locum. Denique licet aliquando desideret, & inquirent veram prædicationem fidei; eam tamen impediunt peccato infidelitatis liberè retento; quemadmodum homil. 12. Greg. in Ezechielem col. 2. declarat illud Ezechielis 3. Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum. Et linguam tuam adharere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir oburgans; quia domus excasperans est. Idemque hom. 17. in Euangelia col. 1.

Secundum argumentum desumi potest ex Proverb. c. 1. Tunc invocabunt me, & non exaudiam: manū confurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, &c.

Respondetur. Prædicta comminatio dirigitur ad obstinatos in inferno, inutilem penitentiam agentes, & frustra remedium quærentes. Qui etiam Matth. 25. & Lucæ 13. introducuntur foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, aperi nobis, &c. & Lucæ 16. diues introducitur, Abrahamum implorans, & nihil impetrans. Sermonem autem esse de damnatis, facile colligitur ex superiori contextu, præsertim illis verbis: Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi temporas ingruerit.

Quòd si ea verba placuerit etiam ad viatores obduratos referre, erunt sine dubio intelligenda de inuocantibus, & quærentibus Deum, non sicut oportet, sed vt suis cupiditatibus satisfaciant, vel vt à temporali calamitate tantummodo liberentur. Hæc eadem ratio redditur Isaiæ 54. Me etenim de die in diem quarunt, & scire vias meas volunt, &c. Quare ieiunauimus, & non assestisti; humiliuimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitorum vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Sic etiam Ioan. 8. Ego, inquit, vado, & queritis me, & in peccato vestro moriemini, nimirum, quia quæ-

rebant more malo, corde peruerso; vt obseruat ibi August. tract. 38. sub init.

Eodem modo soluendum erit argumentum tertium, quod accipi potest Ierem. 14. post medium: Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocausta, & victimas, non suscipiam eas. Vbi Hieronymus: Ieiunia, inquit, preces, victima, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus à vijs, & stenuis antiqua peccata. Si autem in sceleribus permanentes, putauerimus votis atque sacrificijs redimere nos, uehementer erramus, iniquum arbitrantur Deum. Eodem modo Augustinus illud Psalm. 17. Clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudivit eos, exponit: Nec exauditione dignos iudicauit non recedentes à malitia. Nam inuocantes, & quærentes, sicut oportet, non potest fallere Dei promissio, Ioëlis 2. sine, & Rom. 10. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Quartum argumentum Hebræorum 12. Esau non inuenit penitentia locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam.

Respondeo, & dico primò. Apostolus immediatè non agit de penitentia Esau, nec de penitentia peccati; sed de penitentia prioris facti, & retractatione, rescissione, atque irritatione illius, quam ab Isaac impetrare conabatur Esau. Et est sensus. Nec importunis precibus, nec lachrymis Esau potuit adducere patrem suum Isaac, vt reuocaret benedictionem Iacobo datam, & eam transferret in Esau. Ita Theophylactus, & Anselmus in eum locum, & eodem ferè modo Caietanus, & Toftatus Genesis 27. & communiter recentiores, vt Pererius Gen. 27. Iustinianus, & Cornelius Hebræorum 12. Bellar. tomo 2. lib. 2. de pen. c. 16. ad obiectiorem 3. Franciscus Suar. tomo 4. de penit. disp. 8. sect. 2. n. 18.

Dico secundò. Nihilominus ex eo exemplo Paulus colligit, quanta diligentia vitanda sint peccata; quoniam aliqua illorum detrimeta sunt irreparabilia in hac vita, sicut amissio virginitatis, & omnia sunt irreparabilia post mortem, & quæ reparantur in hac vita, non sine labore, & lachrymis, atque vera penitentia recuperantur. Hoc intendisse Paulum, constat ex superiori contextu: Ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau, &c. Præcipuè tamen Paulum tenuisse penitentia impossibilitate, quæ mortem consequitur, notat ibi Anselmus.

Dico tertio. Esau etiam coram Deo non inuenit penitentia locum, & remissionem peccati, quoniam non dolebat se offendisse Deum; sed amississe diuitias, & dignitatem primogenituræ, vnde malitiam auxit statim comminatus eadem fratris: vt obseruauit Chrysostomus, Theodoretus, S. Thomas in eum locum, & idem S. Thomas 3. p. q. 86. artic. 1. ad 1. & aliqui etiam ex recentioribus citatis.

Quintum argumentum 2. Machab. 9. Orabat hic sceleratus Deum, à quo non esset misericordiam consecuturus.

Respondetur. Antiochus ibi non orabat, petendo peccatorum veniam, vel implorando gratiam, & auxilium ad spiritualem salutem; sed solum corporis mortem, & viscerum dolorem auertere cupiebat precibus, ac votis, vt constat ex illis verbis: Non desperans memetipsum, sed spem multam habens fugiendi infirmitatem. Ideo mirum non est, iustificacionem non impetrasse, sicut nec corporis sanitatem. Ita S. Thomas 3. p. q. 86. Y y q. 86.

7.

8.

9. Quanta diligentia vitanda sint peccata.

Cur Esau non inuenit penitentia locum.

10.

Antiochus non petebat peccatorum veniam.



q. 86. art. 1. ad 1. & communiter eius expositores ibi, Suarez, & Bellarm. nuper citati, Molina in concord. ad art. 13. disp. 10. prope finem, Serarius in cum locum.

SECTIO VIII.

Soluntur argumenta proposita in sect. 1.

1. Deus permittit gentes ingredi vici suos.

AD primum responderetur. Deus dimisit gentes ingredi vias suas, subtrahendo auxilium non solum efficax, sed etiam abundans, tam interius, quam exterius, & ea ratione permittendo, vt proprio impetu suos perditos mores sequerentur. Quemadmodum etiam de antiquis fidelibus Israelitici populi Psalm. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiuuentionibus suis. Alioqui Paulus in sequenti versu notat, Deum non sine testimonio semetipsum reliquisse: vt vidimus sect. 3. n. 1. & sequentibus.

Despectio accipitur pro destitutione auxilij.

Ad confirmationem responderetur. Despicere in eo loco, si accipitur pro destitutione auxilij, intelligendum est de auxilio congruenti, & abundanti, eo quod diuina gratia generationibus illis non concesserit Patriarchas, Prophetas, legem scriptam, nec aliud abundans auxilium interius, & exterius. Congruè tamen accipitur illa despectio pro dissimulatione Dei, non statim punientis, & magna ex parte excusantis propter ignorantiam, licet culpabilem. Ita ferè Chrysof. O Eumen. in commentario, & Nyssenus orat. de Natiuitate.

Accipitur pro dissimulatione Dei.

2.

Ad secundum cum confirmatione responderetur. Tantum probat, Deum pro sua libera voluntate congruum, & abundans auxilium negare quibus vult: inde tamen non colligitur, Tyrios, Sidonios, Arianos, & Bythinios destitutos fuisse auxilio sufficiente. Rationes autem, quas Beda ibi, & Greg. hom. 12. in Ezechiel. & hom. 4. in Evangelia reddunt, vt iis negata fuerit Apostolorum prædicatio, quos Deus sciebat contemptruros, iam in simili de Tyriis, & Sidoniis tractatæ sunt supra disp. 42. sect. 5. & 6.

3. Agit Augustinus de ætuali consecutione salutis.

Ad tertium responderetur. Manifestum est Augustinum ibi non agere de auxilio, sed de actuali consecutione salutis, & religionis. Quapropter licet inde sumi posset argumentum ad negandum auxilium efficax, & opportunum, non tamen ad negandum auxilium sufficiens.

Confirmatur, nam sequenti contextu id Augustinus agit, vt sua prædestinatione Deus cauet quæcumque bona opera nostra: prædestinatione autem causat, conferendo auxilium congruum, & efficax ad salutem veræ religionis; ideo hoc solum auxilium infertur, negasse Deum his, qui digni non fuerunt.

4. Explicatur Prosper.

Ad quartum cum confirmationibus responderetur. Prosper solummodo dicit negatam fuisse gratiam congruam, efficacem, & abundantiorum. Tenuem tamen & pauperem, quamuis sufficientem gratiam auxiliatricem omnibus hominibus fuisse concessam, aliis in capitibus manifestè concedit Prosper, vt vidimus sect. 3. & disputat. 39. sect. 5. Atque id manifestè constat ex locis in argumento citatis. Nam absentiam gratiæ sufficientis, non videmus, accidere: at verò absentiam gratiæ efficacis, per sepe videmus accidere, quando, videlicet, videmus obstinationem in peccatis vsque ad mortem. Insuper quo-

niam huiusmodi absentiam gratiæ nouimus etiam in ciuitatibus fidelium, in quibus cognoscere non possumus absentiam gratiæ sufficientis. Denique in illa obiectione 4. qua citatur in confirmatione 2. Prosper, agit non de quacumque vocatione, simpliciter necessaria ad salutem, sed tantum de vocatione Euangelica per explicitam, & publicam prædicationem illius, quam hominibus plurimis constat esse negatam.

5. Exponitur S. Thomas.

Ad quintum responderetur. Loquitur D. Thomas de auxilio, præbente facultatem proximam, & immediatam ad credendum, & diligendum Deum; cuiusmodi potentiam præberet auxilium dandum statui innocentie, & iustitiæ originalis: hoc enim auxilium in penam solius originalis peccati negatur multis hominibus, licet plurimis aliis altiori, & perfectiori modo conferatur. Sic optimè consonat doctrina D. Thomæ cum Augustino cap. 11. de corrept. & grat. cuius sententiam explicuimus disp. 45. sect. 7. à principio vsque ad num. 9. Id tamen nihil obstat, quominus Deus omnibus hominibus tribuat illustrationes, & inspirationes aliquas ad eliciendos actus supernaturales imperfectos, quibus obtineant vteriora auxilia tendendi ad fidem, & dilectionem Dei, modo explicato in sect. 5. & 6. Vnde neque obstat, quominus Dominus, quod ex se est, ad ostium stet, ac pulset, paratus, atque desiderans, tribuere auxilia proxima, & immediata ad fidem, si homo cooperetur prioribus auxiliis.

6. Aliorum probabilis solutio.

Respondent alij Doctores non improbabiler, sensum esse, aliquibus temporum interuallis non dari auxilium sufficiens in penam originalis peccati: vt videbimus disp. sequente, sect. 2. probatione 4. Idem etiam dictum verificari potest de his hominibus, qui post actualia peccata, carent rationis vsu, quibus & ille morbus, siue defectus, & quæ consequitur impossibilitas obtinendi salutem æternam, est pena peccati originalis, vt supra disp. 45. sect. 7.

7. Quibusdam deest auxiliū, quo possunt immediate credere.

Ad sextum responderetur. Rectè probat, quibusdam hominibus auxilium deesse, quo possint immediatè credere, & salutem consequi. Sed non probat, deesse auxilium sufficiens absolutè; quoniam datur illis auxilium sufficiens remotum, cui si cooperentur, Deus tribuet vteriora auxilia, quibus cooperantes vel interius instruentur à Deo, vel ab Angelo, vel Deus prædicatorum vias ita diriget, vt aliquis ad eos instruendos perueniat; quemadmodum sect. 5. & 6. declaratum est, & amplius constabit ex sequentibus solutionibus. Accedit, non improbabiler à quibusdam Theologis ita exponi Paulum Rom. 10. vt probet potius, omnes Gentiles audiuisse, quantum satis erat exterius, aut interius per supernaturale gratiam excitarentur ad cognitionem supernaturale veri Dei, qua pateret aditus ad salutem, cum ait: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum, videlicet celorum, qui enarrant gloriā Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Quibus consonant, quæ ex eodem Apostolo Roman. 1. & 2. & Actuum 14. & 17. ponderauimus sect. 2. & 3.

8.

Ad septimum sequela negatur, & ad probationem responderetur distinguendo minorem. Omnis, qui recipit auxilium supernaturale preparantis, & disponentis gratiæ, non excusatur ignorantia & impotentia illius actus, ad quem immediatè disponit, & præparat tale auxilium. Nihilominus excusatur

Barbari per ignorantiam inuincibilem excusantur ab infidelitate peccato.

excusatur ignorantia, & impotentia alterius perfectioris & vterioris actus, ad quem tale auxilium remotè, atque mediatè præparat, ac disponit. Hac ratione barbari non committunt speciale peccatum infidelitatis, sed ab eo excusantur per ignorantiam inuincibilem: quoniam illustrationes, & inspirationes, quas accipiunt, non excitant immediatè ad credenda mysteria supernaturalia, neque immediatè, & proximè conferunt potentiam sciendi atque credendi supernaturalia. Eam tamen tribuunt remotè, quatenus illis cooperari tenebantur, ne impedirent suam salutem: quo facto Deus conferret vteriora auxilia, quousque peruenirent ad fidem.

9.

Si vrgeas, in eo saltem peccare contra fidem, quia non adhibent medium, requisitum ad illam obtinendam, videlicet, cooperari prædictis illustrationibus, & inspirationibus.

10.

Respondeo. Etiam in hac omissione cooperationis excusantur ab ea culpa, quæ formaliter & specialiter violat præceptum fidei supernaturalis; quoniam sicut huius præcepti obligationem inuincibiliter ignorant, sic etiam inuincibiliter ignorant obligationem adhibendi hoc medium ad consequendam impletionem illius præcepti. Ignorant enim illustrationibus, & inspirationibus assentiri, medium esse necessarium ad obtinendam fidem supernaturalem. Cæterum eorundem infidelium nemo excusatur à generali quadam, & remota culpa infidelitatis, & ignorantie: quoniam quicumque resistit prædictis illustrationibus & inspirationibus, negligit quære- re suum vltimum finem, quem si debita æstimatione quæreret, quantum illarum auxilio potest, perueniret ad fidem. Ideo illorum ignorantia poterit appellari remotè, atque mediatè vincibilis; quamuis immediatè, & proximè sit inuincibilis: & hæc potest esse concordia contradicentium opinionum.

11.

Ad octauum responderetur primò. Retento communi ordine generalis prouidentie absque vilo miraculo, Deus cuiusque barbaro cõfert primas illas illustrationes, & inspirationes, quas exposuimus sect. 5. & 6. Restat ergo solummodo difficultas circa modum præbendi auxilium proximè, & immediatè sufficiens ad fidem, ad quod necessarium videbatur esse miraculum, mittendo Angelum, vel prædicatorem, qui mysteria exponeret. Cæterum à necessitate frequentant tales modos prouidentie Deum liberat culpabilis resistentia barbarorum, qui ferè omnes liberè resistunt prioribus illustrationibus, & inspirationibus.

12. Deserit Deus causas naturales ita disponere vt sine frequenti miraculo communiaretur fidei notitiam.

Respondetur secundò. Dato casu, quod maximus illorum numerus cooperaretur prioribus illustrationibus, & inspirationibus, ideoque foret instruendus de præcipuis articulis fidei: tunc infinita sapientiæ atque potentiæ Dei non esset difficile, causas naturales, & liberas suauiter ita disponere, vt sine frequenti miraculo communicaret notitiam fidei. Quod sapienter obseruant aliqui recentiores. Quin potius etiam tenuissimo nostro, & ignorantissimo ingenio modus occurrit facilis, vt Deus sine frequenti miraculo nationes plurimas instruat de rebus fidei; siquidem extraordinaria prouidentia circa paucissimos homines sufficiebat, bene instruendo vnum, aut alterum hominem, per Angelum, aut aliam reuelationem diuinitus missam: quoniam vnus, aut alter homo benè instructus poterat plurimos

Ruiz de Prædestinatione.

discipulos docere, & singuli plures alios; atque ita poterat ad plurimas nationes sacra doctrina permanere.

12. Deus instruit sufficientem numerum hominum.

Vnde responderetur tertio. Deus de facto supernaturaliter, & per extraordinariam prouidentiam instruit sufficientem numerum hominum, à quibus reliqui potuissent veram religionem ad discere, si voluissent. Rectè enim S. Bonauent. 3. sent. dist. 2. 5. art. 1. q. 2. prope fin. (cuius verba posuimus in sect. 6. in principio:) Semper, inquit, fuerunt aliqui sancti Dei cultores ab initio mundi, qui hoc profitebantur suis oblationibus, ad quorum aspectum, & exemplum alij poterant erudiri. Quod ita potest de singulis ætatibus mundi probari, nam vniuersa ætate ante diluuium sufficenter addiscere poterant, qui voluissent, ab Adamo, & eius filiis, & nepotibus, præsertim verò ab Enoch, & Noë, qui tot annis arcam ædificans, prædicationem, & exhortationem etiam nolentibus obtrudebat.

13. Post diluuium.

Post diluuium recens illius memoria plurimis annis potuit excitare ad quærendam viam, & rationem habendi Deum propitiū. Ad quod etiam non multo post excitabat turris Babylonica, linguarum confusio, & prouinciarum diuisio. In eodem sæculo Sem post diluuium viuens trecentis quinquaginta annis, & Melchisedech, (siue fuerit idem, siue diuersus à Sem) Abraham, Isaac, & Iacob erant in promptu, à Deo destinati, vt cæteros illius ætatis homines docerent, præsertim cum ad eum finem Deus eos frequenter peregrinari compulerit, honorans variis miraculis, & protectionibus, vt eorum verbo, & exemplo plures nationes & regna verum Deum possent agnoscere, sicut ex Genesi constat aliquos Principes, & magnates agnouisse. Verissimè Chrysof. hom. 3. 2. in Genes. prope med. tractans illud c. 22. Præualuerat fames, &c. Dispensabat, inquit, Dominus, vt non solum Palestinam incolentibus esset Doctor, sed & ipsi, qui in Aegypto erant. Quasi enim luminare quoddam, cum, qui in Chaldaeorum delirerant terra, illinc emicarat, vt eos, qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret. Tunc etiam conflagratio quinque ciuitatum non potuit non esse notissima omnibus ferè hominibus, quos sui admiratione, & terrore poterat ad refricandam memoriam diluuij, & ad penitentiam excitare.

14. Captiuitas Israelitarum in Aegypto.

Captiuitas Israelitarum in Aegypto, & Iosephi sapientia, & autoritas ad cum finem præcipuè destinata est, vt totius orbis homines ad eum conuenirent supplices, & supernaturalis prouidentie admiratione captis credibilior redderetur fides atque religio Iosephi; ideo facilius ab eo, & ab omnibus Hebræis possent veram religionem edoceri. Nā Gen. 41. fine: In vniuerso, inquit, orbe fames præualuit, & iterum: Crescebat quotidie fames in vniuersa terra, omnesque prouincia veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopia temperarent. Hic erat finis à venientibus intentus. Cæterum à Deo potissimum intendebatur superior finis, vt spirituales cibum doctrina de vero, & vnicò Deo, tanto miraculo comprobata, non solum qui venerant, acciperent, sed etiam ad suas singuli prouincias reportarent, à quibus promptum erat interrogare causam, ob quam Aegyptus abundaret frumeto, quando fames premeret vniuersum orbem. Hanc potissimum ob causam de captiuis Israelitis Sap. 18. dicitur: Per quos incipiebat incorrupta legis lumen sæculo dari. Sæculo, inquit, id est, vniuersis hominibus.

Y y 2 Mira



15. Mitacula per Moysen in Aegypto patrata, maris apertio, peregrinatio quadraginta annorum, cum caelesti cibo, & columna nubis, & ignis, expugnatio terrae Palaestinae, & plurima eiusmodi mirabilia fuerunt destinata, non solum ut Iudaei in vniuersi Dei cultu retinerentur, sed etiam ut omnes nationes Ethnicorum, praecipueque finitimae, docerentur, verum, & vnicum Deum colere. Nam illorum omnium fama fuit in orbe toto celeberrima. Quod promiserat Dominus Deuter. 2. post medium, dicens: *Hodie incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni caelo.* Pense generalitatem summam. Crescente prouinciarum numero, illarum distantia, Deus speciali prouidentia & protectione multiplicauit numerum Hebraeorum, permittitque plurimos eorum etiam culpabiliter propter incredulitatem manere apud Aegyptios, aut alios Ethnicos. Plurimos etiam occasione famis, aut mercaturae fecit peregrinari, & adire remotissimas regiones. Alios quamplurimos in poena idololatriae captiuos transtulit, & dispersit per vniuersum orbem, ut constat ex lib. 3. & 4. Reg. ut vbiq; gentium suae liberitatis amicos, & hospitibus, siue captiuus cum dominis assidue, & familiariter agentes, aliquando narrarent de sua patria, religione, templo, & causa captiuitatis, & de miraculis per suos Prophetas editis. Quemadmodum 4. Reg. 5. puella paruula captiua, *Viriam*, inquit, *fuisse Dominus meus ad Prophetam, qui est in Samaria; profecto curasset eum a lepra, quam habet.* Qua occasione, Naaman verum Deum colere cepit. Quemadmodum propter miracula Danielis a Dario constitutum decretum, et in vniuerso imperio, & regno meo tremiscant, ut paucant Deum Danielis: ipse enim est Deus viuens, &c. Quoniam Darij imperium ea tempestate potentissimum erat; edicti fama poterat alias prouincias excitare, ut rationem illius inuestigarent. Sapienter itaque Theodoricus serm. 8. de prouidentia ad finem ostendit, eo fructu Deum permisisse, iustos aliquos simul cum peccatoribus captiuos in Babylonem deportari, ut non solum concaptiuus salutis causa fuerit, sed etiam alienigenas Dei cognitione illuminauerit.

16. Diuitiae, gloria, sapientia, & summa felicitas regni Salomonis, cui finitimi Reges tributa pendebant, destinata fuit, ut a finitimis ad remotas nationes fama transfret, quae inuitaret ad quaerendum, & diligendum authorem illius felicitatis: quemadmodum 3. Reg. 10. Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in enigmatibus. & Matth. 12. *Venit a finibus terra audire sapientiam Salomonis.* Haec autem in patriam rediens, non solum in ea, sed etiam toto itinere poterat in varias nationes eiusdem sapientiae, atque sacrae doctrinae famam spargere.

17. Non dissimilem occasionem disseminandi notitiam veri Dei habuerunt plures homines ex omnibus ferè nationibus totius orbis, quando confluebant in copiosissimos exercitus ad inferendum bellum Iudaeis, vel ad illos progredendos; siue Dei populus victor euaderet, siue vinceretur. Semper enim eis denunciabatur, eum populum esse inuincibilem, quamdiu Deum suum non desereret. Exempla de multis pauca sufficiant 4. Regum 19. ad finem: *Quando Angelus Domini percussit in castris Assyriorum*

Moyse in Aegypto facies miracula.

Hebraei per varias mundi partes dispersi.

Darij imperium & eius edictum.

Captiuitas Babylonica.

Regnum Salomonis.

Occasiones alia disseminandi notitiam veri Dei.

Angelus Assyrios interficiens.

centum octogintaquinque millia, non poterat illius miraculi notitia praeterire quamplurimos diuersarum nationum, praecipue parentes, filios, aut vxores occisorum. Nec minor potuit esse fama facinoris Iudith, ut tot essent illius praedicatores, quot milites fugientes & sparsi per varias regiones. Praesens autem omnibus centum vigintiseptem prouinciis ab India vsque ad Aethiopiam fuit clades omnium inimicorum, & quod illa praebuit testimonium veri Dei, suos cultores protegentis, & vindicantis, Esther 14. Vnde rem gestam ceterae mundi prouinciae non potuerunt ignorare.

Sumptuosissimi, & pulcherrimi templi structura, & ordinatissima ratio psallendi, & sacrificandi, simul cum fama miraculorum omnes ferè nationes, & earum Principes adduxit, ut instaurandi aedificij, & sacrificiorum sumptus suppeditarent. Sicut Darius Eldrae 1. cap. 7. Artaxerxes 2. Eldrae 2. Demetrius 1. Machab. 10. Vnde 2. Machab. 3. initio: *Fiebat, ut & ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent: ita ut Seleucus Asia Rex de redditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.* & infra summus sacerdos ait, templum illud per vniuersum mundum honorari pro sui ueneratione, & sanctitate. Quibus consequentia sunt, quae de Antiocho referuntur in eodem lib. 2. cap. 9. Denique Alexander Magnus, & Pompeius non sunt ausi profanare templum. Quapropter non solum exercitus numerosi, sed etiam omnes nationes, illis Regibus, & Imperatoribus subiectae, poterant a multis edoceri aliquid pertinens ad cultum veri Dei. Quod si prioribus auxiliis cooperati fuissent, ab eisdem transmitterentur ad alios, qui plenior notitiam communicarent.

Praeterea Dei populus propter bellicam fortitudinem cum remotissimis nationibus foederata, & amicitias copulauit, semper admonens suam fiduciam in vniuersi Dei adiutorio esse collocatam, ut constat 1. Mach. 10. 12. & 14. Quae communicatio viam aperiebat, ut quaerent, & inuenirent remedium salutis. Alia plurima, quae ex historiis constant, praeterrmittuntur causa breuitatis; sed praetereundum non est, à quolibet pio, & prudente indicandum esse, plurimas alias praedictis similes prouidentias à Deo semper fuisse exhibitas, ut homines haberent in promptu, à quibus doceri possent, si vellet; cum certum sit, plurimas ex sacris historiis temporis iniuria peritisse, & facta fuisse multo plura, quam scripta. Maxime verò quoniam semper apud quoslibet homines, etiam idololatrias, ut minimum viget ratio coniecturae, quam duxit Chrysostomus homil. 32. in Genesum prope medium ad illud cap. 12. *Pranauerat famem, &c.* Nam postquam dixit, Abrahamum euocatum fuisse ex Chaldaeis, ut Aegyptios illuminaret (quod vidimus num. 13.) proponit quaestionem: *Et quare non potius eos, qui in Chaldaea erant, sua pietate conuertit? & inter alia respondet: Verisimile quidem est, illorum salutem per aliorum prouidentiam procuratam.*

Veniamus iam ad tempus gratiae Christo Domino in cruce pendente, tenebrae factae sunt super vniuersam terram, Math. 27. ut in qualibet regione, & prouincia vniuersae terrae saltem aliqui homines reperirentur, qui, obseruato prodigio, desideraret, illius rationem edoceri, à quibus ceteri

Facinus Iudith.

Iudaeorum inimici interficiuntur.

18. Templi structura.

Alexander & Pompeius non sunt ausi profanare templum.

19. Dei populus cum remotissimis nationibus foederata copulauit.

Abrahami peregrinatio.

20. Tenebrae factae sunt super vniuersam terram.

ceteri poterant excitari. Nec minori prouidentia in die Pentecostes, Erant in Ierusalem habitantes Iudaei, viri religiosi ex omni natione, quae sub caelo est, ut vel scribere, vel nuncium deferre possent ad omnem nationem, quae sub caelo est. De reliquo tempore post Pentecostem satis manifestum est in Ecclesiasticis historiis, Apostolos, vel eorum discipulos per vniuersum orbem fuisse dispersos: & acerrima persecutio illorum in celeberrimis theatris vniuersi faciliorem praebant omnibus notitiam verae religionis. Ex vniuerso praecedenti discursu satis est manifestum, ita Deum disposuisse supernaturalium rerum notitiam, ut infideles ignorantiae & barbari, si prioribus inspirationibus cooperarentur, possent sine miraculis frequentibus per ordinariam ferè prouidentiam instrui de rebus fidei.

Dicit aliquis, omnia supradicta pertinere tantummodo ad habitatores orbis antiqui, nec peruenire potuisse ad habitatores Noui orbis, videlicet, Indos Occidentales, quibus propter interiacentem Oceani vastitatem nulla erat communicatio cum habitatoribus orbis antiqui.

Respondetur. Cum de fide sit, primos Occidentalis orbis habitatores ab antiquo orbe migrasse, inde poterant religionis notitiam afferre, & posteris tradere. Rursus ab ea prouidentia, quae tot regionibus antiqui orbis consuluit, coniectura ducitur, non defuisse regionibus Occidentalium aliquos illorum instrudum, quemadmodum dicemus n. 27. & sequentibus.

Respondetur quartò eidem octauo argumentò. Quamuis solus Deus interiori illustrando intellectum, praerberet notitiam mysteriorum supernaturalium, vel ad hoc vteretur ministerio Angelorum; non foret proprie miraculò. Quemadmodum creatio animae rationalis, momentis singulis iterata, & peccatoris iustificatio, proprie loquendo, miracula non dicuntur; quia non sunt nata fieri per alias causas, & ita non contingunt praeter ordinem naturae, cum hac ad facultatem naturae non pertineant, ut loquitur D. Thomas 1. p. q. 105. art. 7. ad 1. Adde quòd quidditas miraculi requirit effectum manifestari, at verò potest praedicta reuelatio esse occulta.

Confirmatur, quoniam illud quod fuerit simpliciter necessarium ad obtinendum finem prouidentiae supernaturalis, non est censendum miraculum, sed ordinaria prouidentia. Quod sumitur ex Augustino lib. 1. ad Simplic. q. 2. prope initium ab illis verbis: *Sed interest quibus articulis temporum, vel celebratione Sacramentorum gratia plenior, & euidentior infundatur.* Non enim Catechumeni non credunt, aut verò Cornelius non crederet Deo, cum eleemosynis, & orationibus dignum se praerberet, cui Angelus mitteretur, &c. Quibus consonat lib. 4. de Trinitate cap. 17. à medio, dicens: Philosophos ex creaturis Deum cognoscentes, quia propter arrogantiam stulti facti sunt, ideo nullo modo idoneos fuisse, nec dignos habitos, ut eis mysteria fidei per sanctos Angelos nunciarentur, siue visus per sensus corporis, siue interioribus reuelationibus in spiritu expressis, sicut patribus nostris vera pietate praeditis hac demonstrata sunt. Rectè igitur praedictum modum communicandi notitiam fidei non esse miraculum, obseruant Franciscus Suar. lib. 4. de prouident. circa reprobos c. 3. n. 19. Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. puncto 2. ad 5. Aragon. 2. 2. q. 2. art. 5. versus finem ad 1. argum. Quibus consonat Vazq. 1. p. disp. 97. c. 5. n. 32.

Ruiz de Prædestinatione.

Ad confirmationem octauo argumenti respondetur. Gratia proximè, & immediatè excitans ad fidem, supponit esse propositas sufficientes rationes credibilitatis. Hoc tamen non supponit gratia, mediatè atque remotè excitans ad fidem: haec autem sola est, quae datur omnibus barbaris. nam ab alia gratia proximè excitante ipsi se liberè impediunt.

Ad nonum cum confirmationibus respondetur, paritatem in eis non esse assignatam debita proportione. Quoniam causae, & effectus naturales naturaliter impediunt, & impediuntur. Hoc modo ram paruulos, quam maiores natu Deus à sufficetibus auxiliis impediendi non solum permittit, sed etiam directè vult per causas naturales afferentes immaturam mortem, amentiam, phrenesim, lethargum, ebrietatem, somnum, aut vehementissimas distractiones omnino inuoluntarias. Ea verò impedimenta sunt poena peccatorum personalium, aut etiam originalis: ut fusiùs infra disp. 49. sect. 3. & 4. Contrà verò propter meram libertatem Dei hominibus non impeditis ab vsu rationis, negari auxilium simpliciter necessarium ad actiones liberas, & ad consequendam honestatem, & vltimum finem illarum, hoc repugnat generali prouidentiae naturali, & supernaturali, ynde vtriusque suauitati repugnat. Quapropter alia ratione debita proportio seruatur inter sufficientiam auxiliorum supernaturalium, & naturalium; quia sicut prouidentia merè naturalis sine controuersia suae dignitati atque perfectioni deberet omnibus adultis conferre auxilia naturalia sufficientia, ut elicerent actiones moraliter bonas, & naturalem beatitudinem consequerentur, si vellet; sic etiam prouidentia supernaturalis suae dignitati atque perfectioni debet omnibus adultis conferre auxilia sufficientia, ut eliciant actiones supernaturales, & ad supernaturalem beatitudinem perueniant.


Ad decimum respondetur, negando minorem. Licet enim barbaris, quamdiu ignorant inuincibiliter mysteria supernaturalia, semper deficiat opportunitas gratiae, quae immediatè excitet ad credendum formaliter, & explicitè aliquid supernaturale; nihilominus non semper deficit opportunitas gratiae, quae immediatè excitet ad credendum, & amandum aliquod bonum, quod explicitè sit naturale, virtualiter tamen, & implicitè contineat aliquid supernaturale; quemadmodum explicatum est sect. 5. & 6. Praecipua opportunitas iuxta communem doctrinam Theologorum est primum instas vsus rationis, in quo pueri per Dei gratiam excitantur, ut cognoscant, & ament bonum rationis. Sunt insuper quotidianae opportunitates, nam praesens cadauer hominis oppobtunitatem praestat cogitandi, quid post mortem futurum sit: synderesis, & recta ratio dictans bonum, conscientia remordens, & increpans malum, iniquorum scelera, quae displicent, quaedam bonorum operum exempla, quae naturaliter placent, consilia parentum, & seniorum, supplicia sceleratorum, imò caelum, & omnia astra, videntia, & quaecumque Deus gubernat in vniuerso, praebet opportunitatem, ut Dei illustratio & inspiratio excitet ad aliquid altius cogitandum, & inquirendum saltem sub dubio, ut explicatum est in quinta sect. citata. Inde constat solutio confirmationis, quoniam, ut vidimus, nullus reperiri potest inter adultos, cui semper deficiat opportunitas excitantis gratiae.

24. Gratia excitans ad fidem supponit propositas rationes credibilitatis.

25. Causa effectus naturales naturaliter impediuntur.

Proportio naturalium, & supernaturalium auxiliorum.

26. Gratia opportunitates vtriusque.



27. *Auxilium tenuitatem quae posita infallibile est non confensurum.*

28. *Quibusdam barbaris clariore infunduntur illustrationes.*

29. *Tobi, & amicorum eius exemplo idem confirmatur.*

*Sibyllis reuelata sunt supernaturalia mysteria.*

30. *Barbaris sine miraculo potest Deus fieri dei notitiam praeberet.*

Ad vndecimum respondetur primò, minorem esse dubiam. Illud enim certum est, aliquam esse tenuitatem auxiliorum, & incongruitatem circumstantiarum, qua posita, est moraliter infallibile; neminem de facto consensurum, & cooperaturum, etiam si physicè & absolute possit consentire, & cooperari, vt probatum est præcedenti tomo de proud. disp. 13. Talem autem infallibilitatem verisimile est reperiri in ea tenuitate auxiliorum, & incongruitate circumstantiarum, quæ tribuitur barbaris. Vnde consequens est, neminem illorum esse de facto conuertendum, licet absolute possit conuerti.

Respondetur secundò, verisimilius esse, quibusdam barbaris, specialiter à Deo dilectis, clariore illustrationes, & fortiores inspirationes infundi cum circumstantiis opportunis, vt assensum præbeant, & perueniatur ad salutem æternam. Hos autem nunquam fuisse, non probatur ex eo, quòd à nobis ignorentur. Quoniam in regionibus vastissimis, & obrutis vitiorum caligine, latere poterunt quicumque virtutis studiosi, præsertim apud eos, qui carent literarum monumentis, & ferarum more vagantes obliuioni tradiderunt suarum prouinciarum habitatores, atque gubernatores. Potuit etiam inuidia, & odium, ab idololatriæ conceptum aduersus bonos, illorum virtutes obscurare, atque tradere nomine impietatis; præsertim cum probabiles coniecturæ fudeant aliquos eorum, qui nutritur inter Ethnicos, de facto consecutos fuisse salutem. Nam & Dionysius de cœlesti hierar. c. 9. post med. de Gentilibus omnibus ita differit: *Ad illud unum principium omnium Angelis, qui unicuique nationi præfati erant, sequaces deducere.* Præmiserat autem, *immentem, copiosamque diuinae lucis profundum omnibus se communicandum offerre, vt vidimus scilicet. 4. n. 5. & sequentibus.*

Confirmatur primò; sicut enim Iobus, & eius amici, mediam inter barbariam Ethnicorum agentes etiam ante legem Moysi Christiano penè more, vixerunt; sine dubio potuit, & quotidie potest inter alias nationes accidere.

Confirmatur secundò, nam Sibyllis reuelata fuisse supernaturalia mysteria manifestum est omnibus. & Romanus quidam in sepulchro reliquit scriptum, ex Virgine nasciturum esse Christum, vt refert Augustinus lib. 13. contra Faustum c. 15. Quibus testimoniis S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. probat, multis Gentilibus factam fuisse reuelationem de Christo. Quibus similia notat S. Bonauent. in 3. dist. 25. art. 1. q. 2. ad penultimum, & vltimum.

Confirmatur tertio, nam & recèntes historiarum nostrorum apud Indos prædicantium, referunt aliqua vestigia mysteriorum supernaturalium, quorum notitia quondam peruenit ad eos. Vnde satis verisimile est, quosdam olim credidisse, & consecutos fuisse salutem.

Ad duodecimum respondetur negando minorem, quoniam absque miraculo multiplici modo Deus potest notitiam fidè præbere cuilibet barbaro, qui rectè cooperatus fuerit prioribus auxiliis excitantibus, vt ostendimus num. 10. & sequentibus.

Ad primam confirmationem respondetur. Licet aliquis modus instruendi barbaros à causis naturalibus impediri valeat; semper tamen Deo possibilis est aliquis modus, quem non impediatur causæ naturales; & alius etiam modus, quem im-

pedire non possint; qualis est per interiores illustrationes solito clariore, & vehementiores, aut per Angelum custodem docere, quæ sunt simpliciter necessaria ad salutem.

Ad secundam confirmationem respondetur, dissimilem esse rationem, quantum ad duo. Primum est, quia Deus licet omnes homines exciteret ad aliquod initium suæ salutis; nihilominus non omnes homines excitat immediatè, & proximè ad credendum, vel recipiendū Baptismum, atque ita neque ad conferendum voluntas, qua Deus vult omnes homines saluos fieri, in adultis verificatur potiori modo, quam in paruulis: vt ostendimus disp. 45. sect. 2. versus fin.

Ad tertiam confirmationem solutio constat ex eodem loco: nam auxiliorum sufficientia non comitatur dignitatem personæ, sed illius capacitatem, propter vsum rationis, & alioqui auxilia efficaciam Deus paruulis contulit multo pluribus, quam adultis: vt in eadem solutione notauimus.

Decim tertij, & vltimi argumenti difficultas expedita fuit sect. 5. & 6.

Certitudo conclusionis, posita sect. 2. in principio, ex tota præsentis simul cum præcedentibus disputationibus colligitur. Attentis enim omnibus testimoniis Scripturæ, Patrum, & Scholasticorum, atque Theologicis rationibus, non probabile tantum, sed certum esse debet, sufficientem auxiliium supernaturale, singulis inherens, & singulis vocans, & excitans, conferri omnibus adultis quantumcumque barbaris, & carentibus omni notitia rerum supernaturalium; præsertim quoniam Prosper citatus supra disputat. 39. sect. 5. *Nulla, inquit, est ambiguitas; & iterum dicit, fieri manifestum; & iterum appellat saluberrimam diffinitionem.* quibus concordant, quæ in præsentis disputat. sect. 3. versus finem retulimus. S. Thomas disputat. 40. sect. 1. asserit esse communem doctrinam Sanctorum, & oppositum erroris damnare videtur. S. Bonauent. in 3. sentent. distinct. 25. art. 1. quæst. 2. sine: *Indubitanter, inquit, verum est; prout retulimus sectione 6. prope initium.* quæ verba S. Bonauenturæ recipiunt nonnulli Scholastici. Albertus ait, *profanum esse dicere, nisi quòd gratia semper prauent, & erigit, &c.* vt vidimus disputat. 40. sect. 2. à principio. Paulus Orosius dixit, *indubitata sententia;* quem retulimus disp. 39. sect. 5. Delphinus lib. 4. de libero arbitrio circa medium pag. 161. in quadam conclus. 1. dixit, *certissimè tenendum est.* Soto lib. 1. de natura, & grat. cap. 18. dixit, *esse certo certius, & contra oppositum quasi contra errorem differit in 4. dist. 15. quæst. 1. artic. 1. à §. est autem opinio.* Barthol. Medina 1. 2. quæst. 109. art. 10. in q. incident. conclus. 1. dicit, *oppositum esse temerarium, & hæreticum.* Vazquez 1. p. disputat. 97. cap. 3. sine dicit, *temere affirmabimus,* aliquibus adultis sufficientem auxiliium denegari. Plures alij Doctores citati in sect. 6. quali rem certam & exploratam statuunt.

Non me lateat, aliquos auctores egregiæ pietatis, & doctrinæ de hac redubitalse, & iudicasse oppositum nulla censura dignum esse. Sed eorum, ego dubitare non possum, aliam futuram fuisse sententiam, si per alias grauissimas, & subtili-

31. *Rationis dissimilitudo.*

32.

33. *Quam certum sit omnibus quantumvis barbaris dari auxiliium sufficientem.*

34.

subtilissimas disputationes vacasset, omnia, quæ supra citauimus, videre testimonia, & per otium ponderare. Nam postquam explorata fuisse per diligentiam eiusmodi mens Patrum, & omnium ferè Scholasticorum, non video, quæ probabilitas posset in opposito manere, nec quomodo posset à temerariis nota liberari.

DISPUTATIO XLVII.

Vtrum omnibus momentis, & ad omnes actiones auxilia sufficientia tribuantur.

SECTIO I.

Partem affirmatiuam suadere poterant sequentia fundamenta.

I. *Primum ex Concilijs, & Patribus.*



PRIMò Concilia, & Patres sicut auxiliorum sufficientiam omnibus adultis concedunt, sic etiam omni tempore: ergo sicut nullus adultorum est excipiendus, ita non est excipienda pars aliqua temporis. Antecedens probatur, quia Lateranense Concilium cap. firmiter, de Summa Trinit. prope finem: *Per veram, inquit, potest semper penitentiam reparari, vt vidimus disp. 45. sect. 1. Concilium Sennon. can. 15. asserit: Neque tamen tanta gratia necessitas libero preiudicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu, neque momentum quidem prætereat, in quo Deus non stet ad ostium, & pulsè; cui si quis aperuerit ianuam, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo.* Dionysius de cœlesti hierar. cap. 9. *Immensum, inquit, & infinitum diuini luminis pelagus semper paratum est, & patet omnibus ad participandum.* Nunquam defuisse, nunquamve fuisse subtrahendam, aut negatam auxiliatricem gratiam hominibus, non semel asserit Prosper, vt lib. 1. de vocatione gent. cap. 5. sine, & lib. 2. cap. 4. in med. & cap. 13. ad finem. Idem lib. 2. de vocat. cap. 29. circa medium: *Vniuersitati hominum ita multiplex, atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper, & consiliis.* Fulgentius epist. 7. ad Venantiam cap. 8. *Nec in aliquo, inquit, vulnere, nec in aliquo tempore, caelestis potest deficere medicina.* Paulus Orosius in Apologia pro arbitrij libertate, longè ante med. *Speciatim, inquit, quotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos, & cunctis, & singulis ministrare, videlicet auxilia gratia. Et paulo inferius repetit, adesse adiutorium Dei, & per singula (videlicet opera atque momenta) & per singulos (videlicet homines.) quorum Patrum testimonia plenius retulimus disput. 39. sect. 5.*

2.

Marcus Eremita lib. de lege spirit. in capitulis de his, qui putant ex operibus se iustificari, num. 56. *Occulte gratia nobis auxiliari non desinit.* Ephrem Syrus serm. in mulierem peccatricem, prope initium: *Quomodo modum, inquit, fons sine intermissione scaturiens, atque effundens plura fluenta, nunquam aliquem impedit, ex suis vndis rescit, ac quidem gratis cupientem: sic & diuina gratia omnibus exposita est, ac patet semper ea frui volumibus, & unicuique quantum voluerit.* Idem serm. 1. de compunct. cordis: *Diuinam, inquit, prouidentiam, & in nos munificen-*

tiam, quantum nobis quotidie largiatur, consideremus vniuersi. Semper eius gratia corda nostra visitat, &c. Macarius senior homil. 8. prope initium: *Gratia, inquit, continenter adest radicata, & permixta ab ineunte ætate; vt plenius retulimus præcedenti disp. sect. 3. num. 8. Laurentius Iustinianus lib. de triumphali Christi agone cap. 25. paulo post initium: *Quandiu vita indulget spatium, Deus facile miseretur. Nulli plane in hac peregrinatione, quantumvis scelerato & infideli, suam funditus misericordiam denegat.**

Vnde sumitur secundum principale argumentum ex generali doctrina, quam Patres communiter accipiunt ex Scriptura sacra, videlicet in præsentis sæculo, quandiu dies est, & viatores sumus, manere semper facultatem iter agendi, & cedendi ad terminum, & operandi, vt fuscè probatum est disp. 39. sect. 12.

Confirmatur. Etenim Clemens Alexand. orat. exhortator. ad Gentes, postquam expressè docuit, etiam incredulos, & aberrantes excitari diuina exhortatione, atque admonitione, monet cum Propheta, dicens: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* & subdit: *Illud autem hodie, augetur in vnoquoque, eius die, donec nominatur hodie usque ad consummationem, & hodie doctrina permanet, & tunc que verè est hodie, qua non deficit dies Dei, vna cum sæculo extenditur. Semper ergo audiamus vocem verbi Domini.*

Tertium argumentum. Nam Scriptura hortatur homines, vt quam celerrimè conuertantur, eosque reprehendit, qui moras neunt. Quòd si deesset auxiliium aliquibus momentis, per illa necessarium esset differre conuersionem, ac proinde non obligaret præceptum. Antecedens constat Ezechiel. 33. instante, & urgente, *Conuertimini, conuertimini.* Ecclesiasticis 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum.*

Quartum argumentum. Si præueniens gratia peccatoribus deficit aliquibus momentis; consequens erit, in aliquo tempore viatoribus iam non esse possibilem salutem. Quòd absurdum refutare conati sumus disp. 45. sect. 3. probatione 4. Sequela probatur. Nam aliqua gratia præueniens & excitans erit vltima: (liquidem omnes sunt numero finitæ) post vltimam autem in temporis interuallo, quod restat ante mortem, iam erit peccator extra viam, & in termino.

Quintum argumentum. Nam Concilia, & Patres decernunt, gratiam per singula opera nostra dari. Quo dogmate non solum constituunt gratiam auxiliatricem esse necessariam ad singula opera bona; sed etiam asserere videntur, gratiam offerri paratam ad singula opera: ergo auxiliium sufficientem est generale non solum ad omnes personas, sed etiam ad omnes pietatis actiones, quas homo voluerit elicere.

Confirmatur. Nam vt minimum certum est, auxiliatricem gratiam ad singula opera requiri. Quòd si requiritur, à Deo tribuitur: alioqui Deus negaret aliquod auxiliium simpliciter necessarium. Vnde recurrerent inconuenientia refutata in præcedentibus disputationibus. Vnde præterea consequens erit, in omnibus momentis & instantibus, quandiu vigilat adultus, & ratione vtitur, concedi auxiliium sufficientem, quoniam in omnibus illis homo concipit aliquam operationem liberam. Ad quamlibet autem operationem, vt sit bona, requiritur, & tribuitur auxiliium sufficientem.

3. *Secundum principale argumentum.*

4. *Scriptura hortatur vt quam celerrimè faceretur conuersio.*

5.

6. *Gratia datur per singula opera.*

7. Antecedens probatur, & corroboratur discursus argumenti, eo quod Palæstinum Concilium Pelagium compulit retractare septimam propositionem, qua dicebat, adiutorium non ad singulos actus dari; & fateri, adiutorium etiam ad singulos actus dari. Quam assertionem esse de fide eiusdem Synodi autoritate confirmat Augustinus in lib. de gestis Pelagij cap. 14. & in epist. 107. ad Vitalem colum. 6. proponens duodecim dogmata Catholicorum aduersus Pelagium: Scimus, inquit, gratiam Dei nec paruulis, nec maioribus secundum meritum nostrum dari: scimus, maioribus ad singulos actus dari.

8. Ambrosius epist. 84. vel potius Prosper in epist. ad Demetriadem inter princip. & medium: *Extra gratiam, inquit, efficitur qui aliquid de plenitudine eius distinetur, quasi homo auxilio Dei in quadam actionum suarum parte egeat, in quadam autem parte non egeat: sitq; illum tempus, vltimæ momentum, quo perniciosum illi esse non possit, si ab eo Spiritus sanctus defuerit.* Vbi Prosper auxilij generalitatem ad omne tempus, omnèque momentum merito subintulit ex generalitate ad omnes actiones, & omnem partem illarum; sunt enim necessariò copulate duæ istæ generalitates. Idem lib. contra Collator. c. 24. ex collatione 13. Cassiani colligit, & tanquam errorem refutat nos *gratiam Dei non ad singulos actus accipere.*

9. Celestinus Papa epist. 1. ad Episcopos Galliarum cap. 9. *Ad hanc, inquit, nos professionem idem Doctor (Zosimus Papa) instituit, qui cum ad totum orbis Episcopos de diuine gratia opitulatione loqueretur: Quod ergo tempus, ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus est.* Verque itaque Pontifex nullum tempus, sicut & nullam actionem excipiendam putant ab indigentia diuini auxilij. Quibus concinit Innocentius I. epist. 25. ad Concilium Carthag. probans eandem gratia necessitatem ad singula opera. Et post medium epistolæ docet, Deum *quodiuina prestare remedia, quibus nisi freti, consisti, nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores.* Quotidianis remedia dicuntur, eo quod nullo tempore desint.

10. Hieronymus Ierem. 25. sub initium colligit, *Dei nos semper indigere auxilio, & nunquam posse sufficere quod semel datum est; nisi quotidie Domini admonitione renouetur.* Idem in epist. ad Cyprian. explicans Psalm. 89. colum. 3. ad illa verba: *Domine, refugium factus es nobis; ait: Nihil boni agere potest absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret.* Vbi manifestè profiteretur, non solum requiri, sed etiam à Deo præberi gratiam ad singula opera. Idem plane supponit in epist. ad Cresiphont. prope med. *Semper, inquit, largitor, semperq; donator est. Non mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Peto, ut accipiam, & cum accipero, rursus peto. Auarus sum ad accipienda beneficia Dei. Neque ille deficit in dando, neque ego satior in accipiendo.* Vbi manifestè tradit, quolibet tempore diuinam gratiam non solum esse necessariam, sed etiam offerri paratam. Quod idem colligitur ex tribus dialogis Hieronymi aduersus Pelagianos, præsertim 1. & 3. in quibus Critobulus Catholici personam gerens defendit, *Dei gratia esse, quod tales conditi sumus, & per singula opera illius adminiculo fulciamur.* Hæc in primo dialogo colum. 2. Vincentius Lyrensis in lib. aduersus hæreses multò propius

ad medium, quàm ad finem: *Quis unquam, ait, ante profectum illum Pelagium tantam virtutem liberi præsumpsit arbitrij, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos adiuvandum, necessariam Dei gratiam non putaret?*

Sextum argumentum: quoniam plures Scholastici dicunt, auxilium sufficiens adultis semper offerri, & nunquam negari. Sic S. Thomas ait: *Quandiu manet homini usus rationis in hac vita; ut vidimus disput. 40. sect. 1. Albert. Alexander, & Rayner. sect. 2. Abulensis, sect. 3. Colon. Enchir. Roffensis, Petrus de Soto, Viguerius, Delphinus, & Felicianus Capiton. sect. 4.*

SECTIO II.

*Non omnibus momentis adesse gratiam, quæ sufficienter excitet ad salutem.*

**A**liqui sunt effectus, ad quos obtinendos semper adest omnibus adultis auxilium sufficiens, siue naturale, siue supernaturale pro rerum exigentia. Nam in primis nullo temporis momento, nec instanti deficit adultis; sed in quolibet etiam minima temporis morula, & in quolibet instanti conceditur auxilium ad euitanda peccata singula diuisiue: ad hoc autem supponitur, semper adesse sufficiens auxilium ad resistendum tentationibus quibuslibet diuisiue. Cuius euidentis ratio est, quoniam alioqui in aliquo instanti, vel in aliquo temporis momento foret impossibile vitare peccatum. Quapropter in eodem tempore, vel instanti adultus in peccato peccaret, & non peccaret. quod implicat contradictionem: ut probatum fuit multis disputationibus, præcipuè disp. 37. & 38.

Inde sequitur primò, in omnibus instantibus, atque momentis quandiu ratione utimur, adesse nobis auxilium sufficiens, saltem vt bene moraliter operemur. Ratio est, nam quandiu ratione utimur, semper in quolibet instanti, & quolibet temporis momento voluntas denuò concipit, vel continuat aliquam volitionem liberam, vt probatum est tomo de prouidentia. disput. 42. sect. 5. Quæ peccatum erit veniale saltem, nisi fuerit honesta saltem honestate morali, vt probatum est 1. 2. quæst. 18. art. 8. & 9. Sed adultus in quolibet instanti, & quolibet momento temporis absolute potest euitare peccatum etiam veniale quodlibet diuisiue (alioqui non imputaretur.) Ergo in quolibet instanti, & quolibet momento temporis habet in promptu sufficiens auxilium, (siue naturale, siue supernaturale, pro rerum exigentia) virtute cuius possit euitare peccatum etiam veniale quodlibet diuisiue, ac subinde possit semper elicere volitionem bonam saltem honestate morali. Hoc igitur vt minimum probat quintum argumentum positum in sect. 1. & testimonia Patrum ad illius confirmationem adducta.

Secundò colligitur, ad explenda præcepta negatiua semper omnibus momentis & instantibus adesse auxilium sufficiens; quoniam eorum obligatio semper vrget omnibus momentis, & instantibus. Quod si in aliquo momento vel instanti deesset auxilium sufficiens simpliciter necessarium ad explendum aliquod præceptum negatiuum; eo ipso deesset auxilium sufficiens simpliciter

11. Auxilium sufficiens semper offerri docent Scholastici.

1. Auxilium ad euitanda peccata singulis instantibus offertur.

2. Etiam vt bene moraliter operemur.

3. Ad explenda præcepta negatiua.

eiter necessarium ad euitandum peccatum, quod implicat, vt vidimus num. 1.

Ad affirmatiua quando vrget obligatio.

Colligitur tertio ad affirmatiua præcepta, saltem quando vrget eorum obligatio, necessariò concedendum esse auxilium sufficiens. Hoc enim si negaretur, adultus excusaretur à culpa transgressionis, propter impotentiam implendi præceptum: ac proinde tunc non vrgeret obligatio, vel imputaretur ad culpam transgressio, quam euitare non potest: quod implicat, vt vidimus num. 1.

4. Facta declaratione fidei tribuitur præueniens gratia.

Quartò colligitur, facta sufficienti declaratione fidei cum rationibus, quæ sufficienter ad euidenciam credibilitatis, in eodem tempore tribui præuenientem gratiam, quæ sufficienter excitet, & offerri parata cætera auxilia, quæ requiruntur ad credendum. Ratio est, quoniam eodem ipso tempore fidei recipiendæ præceptum incumbit. Propter eandem rationem quocumque instanti, vel momento temporis peccatori proponitur pœnitentia, vt obligans quàm celerrimè propter imminens mortis periculum, vel propter Eucharistiam proximè recipiendam, vel propter aliam causam: eodem instanti, vel temporis momento peccatori conceditur præueniens gratia, quæ sufficienter excitet, cæteraque auxilia sufficienter exposita, & parata offeruntur, vt si voluerit, pœnitentiam agat. Idem proportione seruata collige de cæteris omnibus præceptis affirmatiuis, discurrendo per circumstantias, & occasiones, in quibus vrget obligatio singulorum.

5. Qua ratione intelligendū non omnibus momentis adesse supernaturale auxilium.

Quintò & principaliter colligitur, qua limitatio atque mensura debeat accipi conclusio, quæ fuit præsentis sectionis inscriptio: videlicet non omnibus momentis adesse supernaturale auxilium, quod sufficienter excitet ad iustificationem acquirendam, vel augendam, vel ad eliciendum aliquem actum supernaturalem; quando nulla vrget obligatio supernaturaliter operandi: vel quando inuincibilis ignorantia, vel obliuio excusat ab obligatione. Deus itaque licet frequenter excitet, & tribuat sufficiens auxilium ad supernaturaliter operandum, etiam si obligatio non vrgeat, nec aliqua opportunitas præbeat occasionem: nihilominus non semper in talibus momentis tribuit auxilium sufficiens. Lex ergo tribuendi quibuslibet adultis auxilium sufficiens, limitata est ad tempora, & occasiones, in quibus vrget necessitas, vel opportunitas iuuat, quam opportunitatem, si bona est, adducit prouidentia, & prædestinatio diuina; si verò mala est opportunitas, permittit eo sine, vt sibi seruiat ad tribuendum auxilium: prout vidimus tota disput. 24.

6. Experientia probatur.

Prima conclusionis probatio ducitur ab experientia. Non enim sentimus, omnibus momentis assidue nos à Deo illuminari, & excitari rerum supernaturalium cognitionibus, suauitatibus, & desiderijs. Sed præueniens auxilium consistit in eiusmodi cogitationibus, illustrationibus, suauitatibus, & desiderijs, vt constat ex multis disputationibus tomo de prouidentia. Ergo experientia testatur non semper omnibus momentis concedi sufficiens auxilium ad supernaturaliter operandum. Quapropter neque infidelibus ad credendum, neque peccatoribus ad pœnitendum semper omnibus momentis conceditur auxilium sufficiens.

7.

Confirmatur primò. Sæpenumero namque peccatores totam animi contentionem impen-

dunt ad transgenda negotia, creandas, & agendas lites, inferenda bella, vitanda pericula, captanda lucre, & se totos effundunt in epulas, & voluptates, in spectacula, & ludos, in concertationes, siue disputationes, aut in forenses strepitum; iis verò temporibus iuxta communem prouidentiam est impossibile de rebus supernaturalibus aliquid cogitare: tum quia cogitandi capacitatis temporalibus rebus non solum plena, sed etiam suffocata, non capit vltiorem aliam cogitationem: tum etiam propter repugnantiam cogitationis supernaturalis cum prauis cogitationibus, ita effusis, & intentis.

Confirmatur secundò, nam etiam eximie sanctitatis viri cum Ambrosio, & Augustino de bono perseuer. cap. 13. post medium verissimè fatebuntur: *Non est in potestate nostra cor nostrum, & nostra cogitationes. Quis autem tam beatus, qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine diuino auxilio qui fieri potest? Nullo profectò modo. Hoc etique vt diceret, non solum in literis sacris legebat, sed, sicut de illo viro sine dubitatione credendum est, etiam in corde suo sentiebat Ambrosius.* Quòd si experientia testis est, neminem esse tam beatum, qui corde suo semper ascendere possit: eadem etiam teste probatur, neminem esse tam beatum, qui semper excitetur auxilio sufficienti ad supernaturaliter operandum. Hoc enim quando excutitur, potest ascendere: nam supernaturaliter operari est supra naturam ascendere.

Confirmatur tertio: quia non solum quando ignorant, vel obliuiscuntur peccatores, nihil cogitantes de rationibus æternis, sed etiam quando de illis cogitant, humana tantum ratione, vel discursu, diuina prouidentia disponit, vt suorum virium imbecillitatem, & indigentiam auxilij supernaturalis aliquibus temporibus experiantur: siquidem aliquando vident suorum actuum turpitudinem, cogitant Deum esse iudicem ac vindicem, optant à peccato recedere, neque possunt à se ipsis obtinere, vt sibi satis displiceat antea facta vita, & obseruantia diuinæ legis placeat. Quod etiam experiantur spiritaliter viri circa quorundam venialium peccatorum diuturnam emendationem, & quarundam virtutum operationes: vt fusius ostendimus tomo de prouidentia disp. 10. sect. 9.

Vnde Augustinus lib. 2. de peccator. merit. & remiss. cap. 17. *Ideo, inquit, quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt nouerit non sua facultatis, sed diuini muneris esse vel quod scit, vel quod delectatur.* & cap. 19. in principio: *Intelligamus, inquit, Dominum Deum bonum ideo etiam Sanctis suis alicuius operis iustitiam aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel vtilitatem delectationem, vt cognoscant non à se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, &c. & post pauca: Hoc ab illo esse deprecandum, eius gratia didicimus, dum antea lateret: eius gratia dileximus, dum antea non delectaret.* Agnoscit igitur Augustinus esse interualla temporum, in quibus illustratio, & inspiratio, suauitasque gratuita deficit. Quod etiam ad Sanctos extendit inferius, cum ait: *Idcirco etiam Sanctos, & fideles suos in aliquibus vitijs tardius sanat, &c.* Idem etià intelligi potest August. voluisse in lib. contra epist. Fundamenti, cap. 37. prope finem, cum ita naturam humanam alloquitur: *Neque tamen sine misericordiâ derelicta es, qua certis rerum temporumque mensuris vacatis, vt redcas.* Supponit ergo non omnibus

8.

9.



omnibus momentis temporis adesse vocationem.

Basilii in regnl. breuior. interrogat. 16. concedit, quod animus interdum aded languidus est, ut cum maxime conetur, compungi non possit. Additque impotentiam rationem esse, quoniam talis compunctio Dei donum est. Supponit ergo interdum non tribui gratiam excitantem, quae sufficiat, ut pecciteri possis. Consonat Gregorius lib. 11. moral. cap. 6. ad illa verba Iob 12. Si continueris aquas, omnia siccabuntur.

11. Quaedam praedictorum testimoniorum explicatio reuocatur.

Respondet aliquis fortasse. Primum praedicta testimonia Patrum solummodo asserere, quod interdum subtrahatur abundantior gratia, per quam non solum physicè, sed etiam moraliter sit possibile, atque facile pietatis actiones elicere. Vnde non infertur, aliquibus temporis intervallis deesse gratiam sufficientem, virtute cuius sit absolutè, physicèque possibile tales actiones elicere. Haec tamen explicatio minime quadraret in testimonia supra citata, praesertim Augustini; quoniam eam experientiam infirmitatis propriae dirigunt ad probandum, esse simpliciter necessarium gratiae praeuientis auxilium: hoc autem non probarent, nisi experientia eadem testaretur, aliquando nobis esse simpliciter impossibiles aliquas actiones supernaturales, ad quas optamus, atque conamur assurgere, quousque diuina gratia succurrat.

12.

Secundò ad principalem probationem aliqui respondent, perpetuò Deum pulsare ad ostium cordis, vocando peccatores; eos tamen aliis rebus intentos non percipere vocationem. Hanc tamen alij refutant, quoniam vocatione Dei, pulsans, excitans, & trahens, est actio vitalis effectiue producta ab intellectu, & voluntate, quamuis sine deliberatione producatur: vt probatum est tomo de prouidentia disp. 33. Est enim intellectio elatior, & desiderium rerum aeternarum repente ac diuinitus immissum. At verò fieri non potest, vt aliquis non sentiat, & experiat intellectiorem, quam suo intellectu producit, & desiderium, quod sua voluntate, quamuis non vt libera, sed vt est natura, concipit.

13. Diuinas illas strationes aliquando homo non sentit ad alia intentus.

Huic refutationi responderi posset, contingente non raro, vt homo non sentiat qualem intellectiorem, ac desideria valde remissa; quoniam haec sentire, est, actu reflexo cognoscere: ab hoc autem actu reflexo frequenter impedit aliarum rerum attentio vehementior. Id quod experientia confirmat; scribimus enim nonnumquam, alio dictante, plurima, quae postea minime recordamur, perinde ac si nunquam talia excepissemus. Ea tamen scribi non potuissent, nisi auditu, & cogitatione sentirentur. Quemadmodum ergo cogitationis huius vel nulla fuit cognitio reflexa, vel ea protinus excidit à memoria: ita potuit in obliuionem abire remissa vocatione, & excitatio Dei. Adhuc tamen quantum satis est virium, praedicta refutatio retinet: nam probat silem Dei vocationem, & excitationem non fuisse talem, cui respondere fuerit positum in nostra potestate; siquidem ad eam aduertere non potuimus. Vnde tamen efficitur, non fuisse sufficientem auxilium.

14.

Deus non semper vocat, est tamen semper paratus ad auxilium praestandum.

Tertiò respondent alij, Deum quidem non semper vocare peccatores; semper autem esse paratum ad hoc auxilium praestandum, nisi liberum arbitrium apponat impedimentum. Haec solutio in primis concedit fere totum, quod assertio non

stra constituit. Concedit enim, Deum non perpetuò, nec omni temporis momento excitare liberum arbitrium ad penitentiam, & ad procurandam salutem; sed hoc auxilium sufficiens subtrahere quibusdam temporis intervallis. Quòd autem istius subtractionis ratio sumatur ex culpabili impedimento liberi arbitrij, nihil minuit assertionis veritatem.

Secundò refutatur eadem solutio magis à priori. Quoniam illius auctores vel existimant, omnibus momentis esse in potestate peccatoris gratiam praeuientem, & sufficienter excitantem ad penitentiam obtinere per solas vires liberi arbitrij sine gratia praeuiente, ex eo quòd in praesenti non apponat nouum impedimentum peccando: hoc autem erit, diuinam gratiam subiungere conatibus humanis. Quòd licet non contineat primarium articulum erroris Scipielagiani, ceterum aliquid participat illius; vt fusiùs probatum est disp. 22. de prouidentia. Si autem existimant, aliquibus momentis, & intervallis temporum non fuisse in potestate peccatoris gratiam praeuientem & sufficienter excitantem ad penitentiam obtinere, licet quantum potest, fecisset, per vires liberi arbitrij, iam plenè, & absolute concedunt, aliquibus temporis intervallis deesse sufficientem auxilium.

Secunda probatio conclusionis. Quoniam Dei suavis prouidentia gratiam contemperat naturae singulorum. Hoc autem interest inter Angelicam, humanamque naturam, quòd Angelus siue per intellectum, siue per voluntatem apprehendit immobiliter, ideòque nunquam recedit à cognitione & amore finis, quem liberè sibi proposuit obtinendum. Homo tamen quoniam mobiliter apprehendit, facile recedit à cognitione, & amore boni, quod priùs elegerat liberè. Quòd discrimen obseruauit S. Thomas 1. p. q. 64. art. 2. corp. Vnde consequens est, humanae naturae consentaneam esse prouidentiam, qua permittatur, aliquibus intervallis temporis non cogitare, nec desiderare res supernaturales, etiam per inconsideratos actus. Hoc autem ipsum est, in eisdem intervallis carere gratia sufficienter excitante.

Confirmatur primò ex discrimine, quod inter charitatem viae, & charitatem patriae constituit D. Thom. 2. 2. quaest. 24. art. 11. corp. post med. & ad 3. Nam charitas patriae semper actu fertur in Deum; at verò charitas viae non semper actu fertur in Deum. Ergo non semper excitat & inclinat ad exercendum aliquem actum supernaturalem. Consequenter probatur, quoniam quolibet actu supernaturali voluntas fertur in Deum. Vnde praeterea colligitur, in peccatore quantumuis fidei supernaturales habitus, qui remanent, non semper excitare ad suos actus: quoniam illi habitus ad perpetuam continuationem suorum actuum, non sunt fortiores, quam habitus charitatis. Insuper ordinaria prouidentia Dei non praestabit propter illos inimicis frequentior, aut perpetuam excitationem, quam amicis non praestat propter habitum charitatis.

Confirmatur secundò. Sic enim pulsatrix gratia melius se accommodat humano modo standi ad ostium, & pulsandi non sine intermissione, quam si nunquam interponeret: stomachum aliquando moueret peccatoribus, qui vocantur, vnde occasionem arripent tacendi, & serò, aut nunquam respondendi, vel aperiendi; praesertim cum difficilior sit reuocare consilium, quam diu actua

15.

19. Ars demoni in tentationibus intermittenda.

Confirmatur tertiò: nam tentationis inducias per intervalla praebere, tentatoris ars est, vt fortius bellum, & periculosius instaret intermisso proposito resistendi.

Confirmatur quartò, quoniam haec videtur esse ratio, propter quam Psalm. 94. non absolute, sed adhibita conditione monet: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; quasi supponens non semper, ac sine intermissione vocem eius audiri: vt sapienter obseruauit Bellarminus lib. 2. de grat. cap. 6. Quòd non obstat explanationi eiusdem versus, quam dedimus supra disp. 45. sect. 4. vt magis constabit ex dicendis infra probat. 6. n. 24.

20.

Probatur tertiò, nam satis erit perpetuitatem supernaturalis excitationis ad aeternam salutem esse continentem sine intermissione non minus, quam perpetuitatem naturalis excitationis ad temporalem salutem procurandam. At verò naturalis excitatio ad naturalem salutem procurandam non semper actualiter suas vires exercit, sed per intervalla temporis, & opportunitate data.

Confirmatur primò, quoniam naturalissimi atque vehementissimi appetitus vitae, salutis, diuitiarum, honoris, & voluptatis licet fuerint ab infantia congeniti, non semper tamen animum actualiter pulsant; sed aliquibus momentis intermittunt.

Confirmatur secundò, quia quando peccator inuincibiliter ignorat suae damnationis statum, & existimat, se esse in gratia, non semper stimulat eum animus, vt protinus eliciat actum penitentiae: sicut non semper stimulat, quando ignorat inuincibiliter subitam mortem imminentem, ad praecauendum mortis periculum.

21.

Subiti motus sensualitatis in originali peccato.

Probatur quartò, nam originalis peccati poena est, vt in hominibus insurgant subiti motus sensualitatis, & subiti motus rationis, nec ratio sibi suisque viribus perfecte dominetur: sicut in statu innocentiae dominabatur, vt cum Augustino lib. 13. de ciuit. cap. 13. & lib. 14. cap. 10. S. Thomas notat 1. p. quaest. 95. art. 1. & 1. 2. quaest. 89. art. 3. Hanc autem poenam consequitur, vel potius illius pars est, quòd non sit in potestate nostra nostrum, quoniam non semper à Deo excitatur, vt sibi ipsi dominetur, quemadmodum supra n. 7. dicebamus cum Ambrosio, & Augustino.

Confirmatur primò. Sic enim rectè intelligitur quòd S. Thomas praecedenti disp. sect. 1. argument. 5. cum Augustino dicebat in poenam originalis peccati aliquos carere Dei auxilio, quod in eadem disp. sect. 8. diximus intelligi posse de quibusdam temporis intervallis.

Confirmatur secundò: etenim eodem modo probabiliter explicari possunt Augustinus, & alij Patres, & Scholastici, cum dicunt, excæcatis, & obduratis negati auxilium sufficiens, nimirum quoniam longioribus intervallis, & frequentioribus, quam alij homines, priuentur eodè auxilio.

Carità auxiliij aliquòdo ex originali.

Quinta probatio: nam si aliqua ratio compelleret, omnibus momentis, & instantibus concedere auxilium sufficiens, ea maximè foret, vt in quolibet instanti, & momento temporis quilibet homo posset obtinere salutem. Hic autem finis nequaquam obtineretur, etiam si momentis omnibus, & instantibus auxilium sufficiens tribuatur. Cuius euidentis ratio Theologica sumitur ex ordinaria prouidentia Dei iuxta humanum, & ordinarium modum deliberandi, discurrendi, & eliciendi varios virtutum actus, gradatim ab inferioribus ad superiores ascendendo. Nam in primis actus penitentiae, vltimò disponens ad iustificationem, debet esse liber: at verò libertas operationis secundum communem modum operandi requirit aliquod tempus, defectu cuius subiti motus euadunt indeliberati. Haec autem indigentia temporis maior est in hominibus ingenio tardioribus, & in rerum temporalium amore submersis.

Rursus vt peccatores conuertantur, maximè verò infideles, multa per discursum discutienda sunt, videlicet, rationes credibilitatis, & singula mysteria, & praeccepta principalia cogitanda. Insuper postquam aliquis crediderit, erigendus est animus in spem salutis, & conuertendus ad peccatorum detestationem: cogitandum est de remedio Baptismi, aut penitentiae, vt constat ex Tridentino sess. 6. cap. 6. & 7. Et inter hos alij actus vltimum intercurrunt, in quibus iuxta communem prouidentiam est impossibile non consumi spatium aliquod temporis. De quo videri potest Driedo de captiu. & redempt. tract. 4. cap. 2. parte 5. §. septimò ex superioribus, & parte 8. memb. 1. §. sed hic sciendum. Quapropter non raro contingit, quòd hominis praeparationes tempore praecedant iustificationem, quoniam Deus paulatim, & successiue mouet hominem ad dispositionem sufficientem; vt S. Thomas docet 1. 2. quaest. 112. art. 2. ad 2. & quaest. 113. art. 7. corp. & ad 1. & cum eo Caeteranus, Conradus, & communiter expositores ibi. Quemadmodum igitur secundum potentiam ordinariam etiam accepta gratia excitante in breuioribus quibusdam temporis intervallis est impossibile quibusdam peccatoribus subitò iustificari, nec id reputari inconueniens: sic etiam non erit inconueniens, aliquibus temporis intervallis carere gratia sufficienter excitante ad conuersionem.

Probatur sextò, quoniam nihil obstant testimonia Patrum, & Scholasticorum, asserentium, quòd diuina gratia semper pulsatur, & vocat, & homines semper possunt conuerti; qualia retulimus in argumentis sect. 1. Nam aduerbium semper tam in communi modo loquendi, quam in sacris literis refertur ad tempora, singulis actionibus conuenientia, & opportuna. Quemadmodum Matth. 2. sine semper aquam bibere non dicitur homo, qui nunquam cesserat à potando, sed qui temporibus bibendi, non vinum, aut alium liquorem, sed aquam bibit. Barabbas sine dubio preces intermittebat aliquando; & tamen semper rogasse dicitur, Marci 15. Capis rogare, sicut semper faciebat illis. Quòd si tunc cepit, iam antea intermisserat, alioqui non cepisset, sed profectus fuisset. Christus Dominus Ioan. 18. Semper, inquit, docui in Synagoga, videlicet, opportunis docendi temporibus. Discipuli erant semper in templo, in fine Euangelij Lucae. Paulus semper gratias agit, Act. 24. & 1. Corinth. 1. 1. Regum 27. David tulit baculum

22.

Homo in operationibus virtutum gradatim procedit.

23.

Vi infidelis iustificatur quam varijs actibus requiruntur.

24.

Explicatur Patres qui contrarium asserere videntur.



lum suum, quem semper habebat in manibus. cuiusmodi plura occurrunt in factis literis.

25. Ex locis sacrae Scripturae dilucidior solutio fit. Confirmatur primò, quia clariorem vniuersalitatem temporis continent aliæ voces, vt quoridie; aut tota die. nihilominus admittunt exceptionem alicuius interualli: vt Psalm. 31. Cum clamarem tota die. & Psalm. 34. Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. Psalm. 36. Tota die miseretur, & commodat; cum tamen certum sit quemlibet viatorem aliquibus momentis intermittere.

26. Confirmatur secundò, nam si quando Scriptura sacra, & Patres significant, auxiliatricem gratiam ab hominibus nunquam recedere; hæc etiam generalitas non excludit breues intermissiones: vt quando Exod. 33. Iesue puer non recedebat de tabernaculo. & Anna non discedebat de templo, Luca 2. & 2. Reg. 12. Non recedet, inquit, gladius de domo tua.

Scholastici in idem conspiciunt. Probatur septimò suffragiis Scholasticorum. S. Bonauentura citatus disp. 40. sect. 1. dixit: Vix, aut nunquam destituitur, & Egidius dixit, Continè, vel quasi continè, semper, aut quasi semper. supra disp. 40. sect. 2. & in eadem sect. 2. sine Ferrarius dixit quandoque. Henricus citatus disp. 40. sect. 3. ait, pluries vifitat. Vbi Gabriel inquit, vix aut nunquam, &c. Idem Carthusian. Marfilus: Sæpius mouetur. Maior creberrimè, communissimè dari; sed interdum, subtrahi ad tempus. Barthol. Medina sect. 5. dicit, vicissitudines; vbi Stapleton, pro loco, & tempore.

27. Frequentius tamen, & clarius id adnotauit Driedo de captiuit. & redempt. tract. 5. cap. 3. con. 8. & cap. 4. in principio solutionis ad 4. & in fine solutionis, & in epilogo corollar. 3. & in tract. 4. cap. 2. parte 5. §. septimo ex superioribus. & parte 8. memb. 1. §. sed hic sciendum. Ruardus Taper citatus disp. 40. sect. 4. qui addit, sibi certissimum esse, non omnibus & singulis semper adesse huiusmodi auxilium, quo opus est, vt conuertatur, aut conuerti possit peccator. Magis ex professo sufficientis auxiliij breues intermissiones probauit Bellarm. tomo 3. lib. 2. de grat. & libero arb. cap. 6. Valentia 1. 2. disp. 8. quæst. 3. puncto 4. sub tit. de gratia sufficiente ad quoddam argum. 5. Gabriel Vazquez 1. p. disp. 97. cap. 5. à principio. Franciscus Suarez 1. p. lib. 4. de reprob. cap. 3. num. 9. & opusculo de auxiliis lib. 3. c. 3. n. 6. & alij recentiores.

SECTIO III.

Ad operationes gratiæ gratis datæ, nec non ad Euangelicam perfectionem sufficientis auxilium quomodo conferatur.

1. Prima & magis ambigua dubitatio potest incidere circa gratias gratis datas, & earum operationes.

Auxilium sufficientis non datur ad omnes operationes gratiæ gratis datæ. Dico primò. Ad omnes operationes gratiæ gratis datæ non omnibus hominibus, imò nec omnibus fidelibus, nec omnibus iustis atque perfectis auxilium sufficientis tribuitur: imò plurimis eorum nunquam tribuitur auxilium sufficientis ad vllam operationem gratiæ gratis datæ. Hoc experientia, & testimonis Gregorij Magni, Hilarij, Chryostomi, & Augustini probatum est supra disp. 39. tota sect. 9. Quod explicatur, & confirmatur. nam etiam hominibus, qui præditi sunt

aliquibus eiusmodi gratiis, veluti prophetia, dono linguarum, ac miraculorum, non semper præstò sunt, sed quandoque illas exercere nequeunt, etiamsi velint. Ergo non semper habent auxilium sufficientis ad illas operationes.

Antecedens simul cū discrimine inter operationes gratiæ gratis datæ, atque operationes gratiæ gratiæ facientis, vltra testimonia Patrū dicta disp. 39. sect. 9. producta, magis accuratè tradit Greg. lib. 2. moral. qui priùs c. 29. post medium ostendit, solum Christum Dominum fuisse, super què Spiritus sanctus descendit, & mansit perpetuò, & permanentè, Ioan. 10. Nam fideles, ait, qui hunc accipiunt, cum signorum dona semper habere, vt volunt, non possunt, hunc se accepisse quasi in transitu ostensione testantur. Deinde verò c. 28. quod est vltimum, ait: In illis donis, quibus per ostensionem Spiritus, non nostra vita seruetur, sed aliorum queritur, nequaquam semper in prædicatoribus permanet, quia semper quidam eorum cordis ad bene viuendum præsidet, nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit; sed aliquando se eis à signorum ostensionibus subtrahit, vt eo humilium virtutes eius habeantur, quo habitus teneri non possunt. & post pauca: Dona, quibus vita sanctitas demonstratur, plerumq; vt dictum est, sine dispendio subtrahuntur.

Arque idem Gregorius homil. 5. in Ezechiel, in medio ait: Spiritus in Sanctorum cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet; iuxta quasdam verò recessurus venit, & venturus recedit. In fide enim, spe, atque charitate, & in bonis alijs, sine quibus ad celestem patriam non potest veniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetia verò virtute, doctrina, facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. & post pauca: In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minimè peruenitur, sanctum Spiritum in electorum suorum cordibus permanet; in his verò, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præstò est, aliquando misericorditer recedit.

Peculiariter autem prophetiam de lege ordinaria non communicari per modum habitus permanentis, qui ad nutum sit præstò volentibus prophetare; sed per modum passionis, seu impressionis transeuntis: sicut Solis lumen communicatur aëri, fusè probat S. Thomas 2. 2. quæst. 171. art. 2. & ante illum Gregorius homil. 1. in Ezechiel, inter med. & finem, dicens: Aliquando prophetia spiritus prophetis desit: nec semper eorum mentibus præstò est, quatenus cum hunc non habent, se hunc cognoscant ex dono habere, cum habent. & probat 4. Reg. 4. vbi Elisæus ait: Anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. & lib. 4. Reg. cap. 3. Vt per Dei laudes absentem spiritum prophetiæ reuocaret, ait: Adducite mihi psalter. Alia Scripturæ exempla subiicit Gregorius ibidem. Nihilominus excellentioribus quibusdam Sanctis aliquas gratias per modum habitus fuisse concessas, alibi probauimus.

Dico secundò. Omnibus hominibus, quibus ex officio incumbit Ecclesiam administrare, & illius spirituale salutem procurare, Deus, quantum ex se est, confert auxilium sufficientis ad operationes gratiæ gratis datæ, quæ necessariæ sunt ad communem vtilitatem Ecclesiæ secundum mensuram, & dispositionem à diuina prouidentia constitutam.

Probatur primò, quoniam omnibus eiusmodi personis

personis promissum esse Scripturarum bonus interpretes debet existimare; quod Iosue cap. 1. dictum est: Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. Non dimittam te, neque derelinquam te. Si enim Apostolus ad omnes confessores, fidei causa rapinam passos, pertinere notat Hebr. 13. cum ait: Ipse dixit: Non te dereram, neque derelinquam, ita vt fidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo; potiori iure debet omnibus Ecclesiæ Prælati, & pastoribus applicari: in iis enim ratio diuina assistentia, & auxiliij, desumpta ex bono communi, similior est Moyse & Iosue per desertum ducenti, & in terram promissam introducenti populum. Nec obstat hæc ab Apostolo referti ad temporalium rerum iacturam vel impediendam, vel resarciendam. Certum est enim, non propter seruanda temporalia bona potissimum, sed propter spirituales salutem vsque ad constantem confessionem in martyrio, illius promissi memoriam fuisse refrenatam.

6. Secundò probatur, quia Concilium Africanum in epist. ad Cælestinum I. cap. 105. post medium (quod habetur tomo 1. Concil. ante decreta Cælestini I.) docet, Vnicuique prouidentia gratiam sancti Spiritus non desuturam, qua equitas à Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissimè reuincatur.

Probatur tertio, nam, vt rectè S. Thomas 2. 2. quæst. 177. art. 1. corp. Spiritus sanctus non deficit in aliquo, quod pertinet ad Ecclesiam vtilitatem, etiam prouidet membris Ecclesiæ in locutione, &c. & in sequenti quæst. 178. art. 1. corp. Spiritus sanctus, inquit, sufficienter prouidet Ecclesiam, in his, qua sunt vtilia ad salutem, ad quod ordinantur gratiæ gratis datæ. Vnde colligit, à Deo sufficienter Ecclesiæ prouideri de gratia miraculorum.

7. Quarto probatur à priori, quoniam Dei amor aduersus vniuersalem Ecclesiam maior est, atque vehementior, quam erga singulos fideles, aut iustos in particulari: atque idcirco prouidentia diligentior, atque plenior. Sed singulis fidelibus in particulari, maxime verò iustis auxilium sufficientis tribuitur semper, vt prolatum est octo disputationibus præcedentibus. Ergo vniuersali Ecclesiæ sufficientis auxilium tribuitur semper ad ea opera exercenda, quæ per se diriguntur ad vtilitatem vniuersalem: huiusmodi autem sunt opera gratiæ gratis datæ.

Probatur quinto, nam præditi homines diuino & humano præcepto ratione muneris iniuncti tenentur quandoque sub mortali exercere aliqua opera gratiæ gratis datæ, veluti docere, gubernare, aut fortasse vrgente necessitate miracula edere (vt probatum est supra disp. 39. sect. 9.) sed Deus omnibus hominibus semper concedit auxilium sufficientis, vt satisfaciant suis obligationibus, & euitent illarum transgressiones, præcipuè mortales: ergo, &c.

8. Probatur sexto, huiusmodi namque ministris, aut Prælati Ecclesiæ vrgente necessitate præcipuè facta est illa promissio. Marci vltimo: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo demonia eiciet, &c. & Marci 11. Amen dico vobis, qui a quocumque dixerit huic monti: Tollerere, & mittere in mare, & non habuerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei.

Septimò probari posset Ecclesiasticis historiis ab exordio nascentis Ecclesiæ vsque ad præsentia tempora, in quibus etiam, præsertim apud Indos recenter conuersos ad fidem, cernuntur prouidentia de Prædestinatione.

phetiæ, sanitates, miracula, & occulta quædam participatio doni linguarum; de quibus non est dicendum in præsentia. Sed ad maiorem rei explicationem obicio primò. Videtur eiusmodi auxilium sufficientis ad opera gratiæ gratis datæ, pertinentia ad communem aliorum vtilitatem, non esse concedendum hominibus, qui per ambitionem, aut auaritiā introducuntur in munera Ecclesiastica; sed illi tantum, qui vocatur à Deo tanquam Aaron, Hebr. 4. præsertim verò, quando se cum diuina gratia disposuerit ad eiusmodi auxilium recipiendum.

Respondetur. Huiusmodi Ecclesiæ ministris certior, copiosior, & efficacior gratia gratis data concedetur vltimum, nisi plebium demerita impediant: vt statim dicemus. Nihilominus etiam hominibus, qui sinistris affectibus, & absque Dei vocatione ad huiusmodi honores, aut dignitates conuolarunt, dabitur auxiliij tantum, quantum fuerit absolute sufficientis, vt possint satisfacere obligationibus vrgentibus. Verumtamen aliquando non dabitur auxilium proximè, & immediatè sufficientis ad opera gratiæ gratis datæ, sed tantum remotè atque mediatè sufficientis, quatenus datur illis auxilium sufficientis, vt poenitentiam agentes, seruenter orantes, & diligenter addiscentes, se ipsos præparent, & impetrent auxilium proximè, & immediatè sufficientis ad opera gratiæ gratis datæ.

Obiicies secundò, ex variis testimoniis Scripturæ sacræ constare, nonnunquam Sacerdotibus, Principibus, & concionatoribus denegari auxilium ad exercenda ministeria, quæ pertinent ad communem vtilitatem.

Respondetur. Semper relinquitur auxilium aliquod tenue saltem, & remotè sufficientis. Nihilominus propter demerita populi subtrahitur plerumque auxilium proximè sufficientis, abundans, & validum. Sicut enim abundans auxilium, & proximè sufficientis ad credendum, sperandum, & diligendum, quoniam ad priuatam vniuscuiusque salutem per se dirigitur, aliquando subtrahitur propter demerita particularis personæ: sic etiam abundans auxilium, & proximè sufficientis ad opera gratiæ gratis datæ, quoniam ad communem vtilitatem per se dirigitur, quandoque subtrahitur propter demerita populi.

Quod probant verba Amos 8. & Ezechiel. 3. quæ tractauimus disput. præcedenti sect. 7. in argumento primo, & eius solutione: & illud Isaia 29. Prophetas, & Principes vestros, qui vident visiones, operiet. Ezechiel. 14. Propheta cum errauerit, ego Dominus decepi Prophetam illum. & post pauca: Secundum iniquitatem interrogantis, iniquitatus Propheta erit. Isaia 3. Auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem, & prudentem eloquij mystici, &c. Quibus in poenam minatur gubernatores destitutos ea gratia, quæ requiritur ad gubernandum. Similia legimus Iob cap. 12. ab illis verbis: Commutat labium veracium. & cap. 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Simile est illud Osee 13. Dabo eis Regem in furore meo. Quod cum Augustino, Hieronymo & Gregorio ponderauimus tomo de prouidentia disp. 12. sect. 3.

Propterea verissimum est illud axioma Gregorij 25. moral. cap. 20. aliàs 14. Pro qualitibus

Discrimen inter operationes gratiæ gratis facientis, & gratiæ gratis datæ.

9. Prima obiectio.

Quomodo Prælati ambiciose habeant auxilium sufficientis ad sua munera.

10. Secunda.

Populi peccata quantum damnum asferant.

11.

12. Z z subdit

Summa p-  
tibus habet  
obvius au-  
xilium.

13.

Ad opera co-  
silij transi-  
tia ad prae-  
ceptum, auxili-  
suffi iis nun-  
quam deest.

14.

15.  
Explicatur  
amplius Sy-  
nodus Trid.

16.

Ad martyri-  
datur suffi-  
cians auxili-  
urgente per-  
secutione.

17.

Aliquando  
datur auxi-  
lii sufficiens  
ad opera ne-  
ra consilij.

subditorum disponuntur acta regentium. Quod idem confirmat homil. 12. in Ezechiel. colum. 2. & homil. 17. in Euangel. colum. 1. Verumtamen illud non est praetereundum Ecclesiae Romanae, & illius Episcopo, quoniam totius Ecclesiae pastor est, nunquam defuturum esse auxilium, non modo sufficiens, sed etiam efficax ad doctrinam, & opera, quae requiruntur ad communem utilitatem Ecclesiae.

Secunda difficultas est de operationibus perfectionis Evangelicae, quae non praecipuntur a Christo Domino, sed manent solummodo sub consilio. Et in primis quando eiusmodi operatione voti, aut ratione status a consilio transeunt ad praecipuum, dubitare non licet, quin Deus omnibus hominibus conferat auxilium saltem remotè sufficiens. Ideoposito quoddam elegeris matrimonium, coelibatum, aut religionem, Deus auxilia necessaria suppeditat, singulis statibus necessaria. Quod ex 1. Corinth. 7. Ambrosius in commentario colligit his verbis: Sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Hoc est, unusquisque iuxta votum suum donum Dei habet, ut si velit, ipsius nutu Dei possibilitatem consequatur.

Probatum secundò. Tridentinū quippe sess. 24. can. 9. decernit: Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos, vel Regulares, castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contra-ctumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium, postea omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam voverint, habere donum, anathema sit; cum Deus id rectè petentibus non denegat, nec patitur nos supra id, quod possumus gerari. Quae Concilij ratio nihil probaret, nisi supponeret, omnibus etiam Apostatis à religione concedi auxilium sufficiens, vt rectè petant ieiunando, lectioni, meditationi, & perpetuae occupationi vacando. Quibus medijs tale auxilium impetrabunt.

Videbitur alicui praecedenti definitioni contrarium, quod in eadem Synodo sess. 23. cap. 13. praecipitur, delictos esse ad ordines sacros; Qui sperent, Deo auctore, se continere posse. Quapropter supponit, non omnes, Deo auctore, id posse, etiam si ordinentur: alioqui frustra praeciperetur iste delectus.

Respondetur. Tridentinum hoc loco moralem, proximam, facilem, & expeditam potentiam, quantum patitur humana fragilitas, intelligit. At verò in praedicto canone sessionis 24. intelligit quancumque potentiam, quae simpliciter potentiae nomine digna sit, etiam si fuerit remota, & difficultatibus implicata.

Probatum tertio. Nam summa perfectio charitatis est subire martyrium Ioan. 15. num. 13. Ad hanc verò perfectionem exercendam quando fideles obligantur, urgente persecutione, tunc sine dubio sufficiens auxilium accipient, vt rectè adnotavit Alfisiodorensis citatus supra disput. 40. sect. 2.

Ex his colligo, & dico secundò. Antequam opera consilij transcant in obligationem praecipui, Deus paratum offert auxilium sufficiens ad illa, tunc praesertim, quando praeviente gratia liberum arbitrium excitat ad illorum exercitium, vel ad emittendum votum illorum.

Probatum, quoniam alienum esset à divina sapientia & bonitate, hominem supernaturaliter

interius instigare, vt se praecipitaret in obligationem rei impossibilis.

Dico tertio. Ad opera perfectionis, praesertim altiora, veluti ad statum religionis, aut paupertatis Evangelicae plurimis hominibus Deus nunquam confert auxilium sufficiens.

Probatum, nam initium sufficientis auxilij est interior impulsus, & inspiratio excitans. Hanc verò plurimi homines nunquam experiuntur ad sequendam huiusmodi perfectionem.

Dico quartò. Nihilominus adultis omnibus etiam infidelibus, & remoris à notitia fidei, datur auxilium remotè sufficiens ad perfectionem charitatis, quatenus datur illis auxilium remotè sufficiens ad credendum, sperandum, penitendum, & recipienda sacramenta, per quae iustificentur: & post iustificationem datur semper auxilium sufficiens, vt in charitate crescant, semperque proficiendo ad perfectionem tendant: vt probabitur sequenti disp. 48.

SECTIO IV.

Diluantur fundamenta, quae suadere poterant oppositum supra sect. 1.

Ad primum consequentia negatur propter duas rationes disparitatis.

Prima est, quia nullus adultus excipi potest defectu opportunitatis; at verò momentum aliquod temporis excipi potest defectu opportunitatis, vt diximus disp. praeced. sect. 8. ad 10. cum confirmatione.

Secunda, quoniam ratio misericordiae, & providentiae congruentis humanae naturae, non ita postulat, omnibus momentis succurrere, sicut postulat personis omnibus auxiliari, vt colligi potest ex rationibus adductis sect. 2. conferendo illas cum rationibus adductis supra disp. 40. sect. 6. & disp. praeced. sect. 4.

Respondetur secundò. Propriè loquendo non excipitur pars temporis, sed verba accipiuntur sicut in rigore debent accipi in communi modo loquendi de hominibus, iuxta ea, quae probata sunt sect. 2. num. 24. sic intelligendum est vniuersalitas temporis, quae continetur in his vocibus semper, nunquam, aut similibus apud Patres citatos in argumento, videlicet Lateranense Concilium, & Sennonense, Dionysium, Prosperum, Ephrem & alios.

Peculiariter autem quod Sennonense dicit: Neque momentum praetereat, intelligendum est opportunum, & congruum ad exhibendam gratiam praevientem. Vel momentum accipitur ibi pro temporis parte maiori, quam quae praeterit sine gratia excitante: quae pars temporis, quoniam brevis est, appellari potest momentum. Quod Prosper dixit, nunquam defuisse, nunquamve fuisse subtraham, &c. declaratur sicut sect. 2. n. 25. Sacra Scriptura dicit aliquos sanctos nunquam recessisse à tabernaculo, vel templo. Et propter eandem rationem intelligendum est eodem modo quod dixit Fulgentius, nec in aliquo tempore deficere.

Paulus Orosius vel agit de auxilio necessario ad vitanda peccata & explenda praecipua, quod nullo momento, vel instanti deficit, supra sect. 2. in principio. Vel omnes illae dictiones per momenta, per atomas, non amplius valent, quam si diceret semper.

Tertio

18.

Plurimi non habent auxili-  
lii sufficiens  
ad opera ma-  
gnae perfectio-  
nis.

Quod auxi-  
lii datur in-  
fidelibus ad  
charitatem.

1.

Quando &  
quomodo ur-  
geat praecipui  
conversionis.

6.  
In primo &  
ultimo infan-  
ti usus ra-  
tionis datur  
excitans gra-  
tiam.

2.

Quid Patres  
per momen-  
tū intelligat.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Tertio denique per momenta, & per atomas intelligi potest quandiu durat actus vtilis ad salutem, ita vt nullo instanti, nec temporis parte minima possit existere praedictus actus, nisi Deo ministrante auxilium.

Ad Marcum Eremitam respondetur. Non desinere dicitur etiam, qui intermittit, vt statis temporibus operetur. Quemadmodum Act. 20. Per triennium nocte & die non cessavi cum lacrymis, monens unumquemque vestrum. Quod Ephrem, & Marcarius dixerunt sine intermissione, & continenter, valet idem, quod semper.

Quod peculiariter continet testimonium Iustitiani, & argumentum secundum, nihil amplius probat, quam semper in hac vita concedi sufficiens auxilium, intelligendo temporis generalitatem, vt haecenus est declarata. Eadem est solutio confirmationis, quae magis constabit ex sequenti solutione, & ponderatione illius versus: Hodie si vocem eius audieritis, quam vidimus sect. 2. num. 19.

Ad tertium. Quoties illa exhortatio Scripturae legitur, vel auditur, vel semel audita reuocatur in mentem; pulsatur etiam interius liberum arbitrium praevientem gratia, & convenitur, vt doleat. Insuper quandiu gratia praeviens non adest, praecipuum conversionis pro eo tempore non urget immediatè ad conversionem, sed urget mediatè, videlicet, ad remouenda, & distractiones nimias, quae impediunt, ne celerius, & fortius praebatur gratia praeviens. Illud igitur praecipuum non differendi conversionem, formaliter & immediatè obligat, vt homo, quando vocatur, & excitatur, non resistat Spiritui sancto, iuxta illud Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; vt diximus sect. 2. num. 19.

Ad quartum respondetur. Verisimile est, vltimam gratiam praevientem dari in postrema morula vsus rationis. Quemadmodum communior Theologorum sententia in primo instanti vsus rationis primam excitationem praebere existimat supra disp. 46. sect. 6.

Confirmatur, nam in vltimo articulo vsus rationis peccatorem semper urget obligatio praevientis, si mortem imminentem aduertat. At verò quando urget obligatio, semper datur auxilium sufficiens, supra sect. 2. n. 4.

Franciscus Suarez 1. part. lib. 4. de reprob. cap. 3. num. 10. concedit aliquod tempus post vltimam excitationem, in quo viator non possit conuerti; sed addit, ob hanc causam reprobos non posse conueniri de insufficientia auxilij, nam interdum ac saepe habent sufficiens, sibi que imputent, si illi resistunt; cum ad providentiam Dei solum spectet dare huiusmodi vocationem temporibus opportunis.

Confirmatur, quia sicut in discursu vitae contingit, vt inter primam, & secundam excitationem nulla occurrat oportunitas: ita in fine vitae ab eo instanti, in quo datur vltima excitatione vsque ad instantem mortis, potest non occurrere opportuna occasio vocandi. Et fortè, quia Deus hoc praevidit, ideo non statuit dare aliam vocationem, cum alioqui ex se sit paratus ad vocandum in omni occasione opportuna; & hinc est, quod illa excitatione fuerit vltima.

Confirmatur secundò Gabriel Vazquez 1. part. disp. 97. cap. 5. §. 2. nam experimento didicimus, contingere, hominem, timore correptum, de Ruiz de Prædeterminatione.

penitentia antea vita ferid cogitare; ad eam tamen nihil moueri, atque paulatim à tali consideratione cessare, & ad alia attendere, eaque distractione animi perseverante vel occidi, vel confecta morbi periodo subito interire.

Confirmatur tertio, quoniam nonnulli, subito mortis periculo immediatè perterriti, solum cogitant de fugiendo periculo, & vita tuenda, atque in ea sollicitudine mors eos opprimit.

Hæc probabiliter dicta sunt de illo tempore, quando peccator inuincibiliter ignorat, aut inuincibiliter obliuiscitur, ita vt tunc non possit scire, aut non possit in memoriam reuocare suum statum peccati mortalis, aut imminentem mortem, aut obligationem urgentem penitentiae. Quod probant praesertim confirmatio 2. & 3. Nam si hæc scire possit, ac recordari, iam eo tempore conversionis obligatio premit. Propterea dabitur auxilium sufficiens, iuxta ea, quae diximus in 1. solutione praesentis argumenti. Et in hoc casu ad tribuendam excitationem non requiritur alia oportunitas, nisi potestas cognoscendi mortem imminentem. Huius namque periculi cogitatio, per gratiam excitata, sollicitabit animum timore iudicij, & status futuri post mortem: vnde facile impelletur animus ad procurandum remedium penitentiae.

Ad quintum cum confirmatione respondetur. Ex illo dogmate rectè colligitur,

Primò, nullam operationem supernaturalem fieri sine auxilio gratiae; sed eam requiri ad quodlibet opus pietatis.

Secundò colligitur, gratiam offerri paratam ad singula opera pietatis, quando urget eorum obligatio. Tunc enim solummodo dici potest gratiam esse necessariam ad salutem. At verò non urgente obligatione licet Deus auxiliari gratiam denegat, non denegat auxilium simpliciter necessarium ad salutem. Et quamuis adultus quandiu vigilat, & ratione utitur, teneatur honestas actiones elicere, & saltem moraliter bonas: nihilominus non semper tenetur elicere actiones supernaturales. Quapropter aliquibus momentis illi deesse potest auxilium supernaturale, licet deesse non possit auxilium generale, & naturale, requisitum ad bene moraliter operandum: vt dictum est sect. 2. in principio. Tangitur autem in hoc argumento quaestio de necessitate gratiae ad opera moraliter bona. Sed hæc est alterius negotij, & eius resolutio colligi potest ex dictis tomo de provident. disput. 23. & 40.

Ex his constat declaratio Patrum, qui citantur in argumento, quatenus asserunt, gratiam per singula opera nostra dari, & ad singulos actus esse necessarium Dei adiutorium.

Peculiariter notandum est, vt sonat, verum esse, quod Prosper ibi citatus asserit, nullum esse tempus, nullumve momentum, quo perniciosum homini esse non possit, si ab eo Spiritus sanctus defuerit; saltem paratus ad praebendum auxilium supernaturale, si tentationis grauitas, & occasionis periculum egerit auxilio supernaturali. Itaque Prosper non asserit, semper illam absentiam esse perniciosam, sed esse posse perniciosam propter simile periculum, quod potest contingere. Vnde intelligit, Spiritus sancti absentiam quolibet momento esse perniciosam, quatenus peccator eo momento non potest in gratiam redire, & iu-

9.  
Aliquando  
non datur in  
ultima mo-  
rula propter  
ignorantiam  
inuincibilem

10.  
Ad opera su-  
pernaturalia  
requiritur  
auxilium  
gratia.

Datur ad  
opera praece-  
pti.

11.  
Periculum  
hominis ab-  
sente gratia  
supernatura-  
li.

flus non potest meritum, & charitatem augere.

12. Quod Coelestinus, & Zozimus dicunt, nullum interuenire tempus, quo Dei non egeamus auxilio, & Hieronymus ait, semper nos indigere, intelligendum est iuxta ea, quae diximus supra n. 1. & 2. & sect. 2. num. 24. Inde constat etiam solutio ad 6. & vltimum argum. eodem modo intelligendos esse Scholasticos, praesertim cum eorum plurimi se ipsos explicent: vt vidimus sect. 2. num. 26. & 27.

DISPVATIO XLVIII.

Vtrum incrementa perfectionis actualiter acquirere sit omnibus iustis absolute possibile virtute sufficientis auxiliij.

SECTIO I.

Affirmatiua partis rationes defenduntur.

1. Ad actualiter proficiendi Deus datur nobis semper auxiliij sufficientis.



1. D maiorem gloriam eximia liberalitatis, & benevolentiae, quam Deus exhibet omnibus hominibus, etiam praecitatis, atque maiorem ostensionem libertatis, & possibilitatis obtinendi salutem, omnibus concessit, statuo conclusionem vnicam, ad quam probandam, & huius sectionis rationes, & sequentium omnium sectionum testimonia diriguntur: videlicet, ad augendam charitatem, proficiendumque quotidie in perfectione, Deus nobis concedit auxilia ita sufficientia, vt ex vi illorum sit nobis absolute possibile actualiter proficere, & actualiter augere charitatem, etiam quando de facto non proficimus, nec augemus: praeterea quando de facto parum proficimus; sit nobis absolute possibile actualiter proficere incremento maiori.

2. Praedestinati possunt consequi alio modo gradum gratiae & gloriae.

2. Ex hac vnica conclusione tria corollaria deducuntur, quae virtualiter, & implicitè probantur omnibus rationibus, & testimoniis in hac & sequentibus sectionibus destinatis ad probandam praedictam conclusionem. Primum corollarium est, praedestinati esse absolute possibile consequi gradum altiore gratiae, & gloriae, quam de facto consequuntur, quae possibilitas praescindit à praescientia diuina, & solum respicit Dei causalitatem & vires ab eo datas, vt statim dicemus.

3. Et praecitii quando sunt in gratia.

3. Secundum est, etiam praescitatis, quando sunt in gratia, esse absolute possibile gradum altiore gratiae, ac beatitudinis actualiter obtinere, quantum est ex viribus à Deo sibi collatis.

4. Tertium corollarium pertinet ad corroborandam magis doctrinam praecedentium disputationum. Nam à fortiori colligitur. Vt gratiam de nudo acquiramus, atque obseruemus omnia praeccepta, talis datur auxiliorum sufficientia, per quam in nostra potestate sit, illis auxiliis actualiter cooperando, actualiter acquirere gratiam, & actualiter obseruare omnia praeccepta. Hanc autem illationem esse à fortiori, probo, nam auxi-

liorum sufficientia, vt ad Deum conuertamur, & obseruemus omnia praeccepta, sicut est magis necessaria nobis ad salutem, ita magis conformis diuinæ voluntati, magisque digna eius benignitate erga homines, clariorque in sacris literis explicata, quam auxiliorum sufficientia, vt acquiratur charitatis augmentum.

5. Primaria igitur conclusio probatur, quia semper possumus amplius in gratia proficere, quando sumus in hac vita; & tamen non semper proficimus: ergo saepe quando non proficimus, possumus proficere, si velimus. Quod non semper proficiamus, quotidiana experientia constat, & perfectionis studiosi acerbè dolent quotidie: vt videbimus infra. Quod autem semper, quando in vita praesenti sumus, proficere possumus, probatur primò ex Clementina *Ad nostrum*, de haereticis, approbante Concilio Viennensi, vbi damnantur varij errores Beguardorum, & Biguinarum, quorum primus notatur his verbis: *Quod homo in vita praesenti tantum, & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddatur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non possit. Nam (vt dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.* Huius erroris secundo membro directè contradicit hæc propositio, quae proinde certissima debet esse: *Homo in vita praesenti semper potest amplius in gratia proficere.*

6. Hoc autem semper intelligo sicut temporis vniuersalitatem, in quo peccator potest conuerti, videlicet, quando ratione vitur, atque interiorius pulsatur animus ad profectum per temporum opportunitates: ac praesertim quando concurrunt exteriora obiecta, quae ad profectum prouocant, vel materiam ministrant: sicut de peccatoris conuersione diximus disput. praecedenti sect. 2. & 4.

7. Duæ mihi solutiones occurrunt, quas praecipue opus sit. Prima, Homo in hac vita semper potest amplius in gratia proficere, quatenus Deus semper potest augere illius charitatem, immittendo peculiaria adiutoria ad proficiendum: quod de potentiam ordinaria est possibile in vita praesenti, non verò in patria.

8. Sed refutatur primò, quia hoc non sufficit, vt verificetur hæc propositio: *Quilibet homo in hac vita semper potest amplius proficere.* Significat enim potentiam, quae ipse homo possit. At verò illa altera potentia, quae in hac solutione assertur, non est, quia ipse homo potest; sed quia Deus potest hominem adiuuare ad profectum. Quamobrem ad huius solutionis refutationem valent multa, quae diximus in simili disp. 43. sect. 1.

9. Refutatur secundò, quoniam si non alia ratione posset homo proficere, nisi quatenus Deus potest illum adiuuare: sequeretur nulla reprehensione dignam esse tepiditatem in proficiendo, nec imputandam esse proficiendi negligentiam, cuius oppositum ostendimus sect. 4.

10. Altera solutio quorundam authorum est. Homo semper in hac vita potest in gratia proficere in sensu diuino, praescindendo à diuina praedestinatione; sed non in sensu composito cum illa, quia nemo crescere potest supra terminum Dei praedestinatione praefixum. Hæc solutio veram doctrinam continet, cæterum nihil debilitat nostrum argumentum (quod eius auctores intendunt.) Nam sicut in sensu composito cum reprobatione Iudas non potuit in gratia perse-

3. Videntes licet semper possumus, non semper proficimus.

4. Quomodo intelligatur aduerbiu semper.

5. Euaiones duæ aperiantur & ocluduntur.

6.

7.

uerare; sed tamen in sensu composito cum gratia excitante, atque ex se praeparata ad cooperandum, & praescindendo à reprobatione Iudas simpliciter, & absolute potuit perseverare in gratia: sic etiam in sensu composito cum praedestinatione ad gradum gratiae vt mille, Petrus non potest proficere ultra illum gradum millesimum: at verò praescindendo à praedestinatione, & praescientia, & in sensu composito cum gratia sufficienti ad proficiendum, & cum tempore, & opportunitatibus, Petrus ipse licet non proficiat de facto ob suam liberam negligentiam, verè tamen potest re ipsa, & actualiter proficere.

8. Confirmatur, quia dato homine iusto, qui vno, aut altero anno nihil proficiat in gratia, quamuis neque desit illi rationis vsus, nec externæ opportunitates ad proficiendum, & praescindendo omnem praescientiam, & praedestinationem Dei, hæc propositio est simpliciter falsa, *Talis homo in vita praesenti non potest amplius in gratia proficere;* vt constat ex praedicta Clementina. Ergo hæc propositio est simpliciter vera: *Talis homo in vita praesenti semper potest amplius in gratia proficere.* Sed non potest proficere nisi per gratiam, & virtute illius: ergo in sensu composito cum gratia sufficienti potest proficere.

9. Confirmatur, quia aliàs sequeretur, hominem hunc posse proficere sine gratia, aut posse proficere per eam gratiam, quam Deus decreuit illi denegare independentem ab eius libertate: quod vtrumque est inconueniens.

SECTIO II.

Ex Apostolo ad Philippens. 3. eiusdem possibilitatis proficiendi probatio secunda.

1. Perfectio victoriae se agnoscere imperfectum & conari ad maiorem perfectionem.

1. AD probandam eandem conclusionem, quam initio praecedentis sectionis statuimus, secundum fundamentum est, quoniam praesentis vitae perfectio in eo consistit, vt quicumque, quamuis plurimum profecerit, agnoscat, se esse imperfectum, & conetur, vltius ad perfectionem progredi. Qui autem se existimat esse perfectum, aut non curat amplius proficere, eo ipso vituperatione dignus est, atque in periculo deficientis constitutus. Ergo quibuscumque iustis, quando sunt in vita praesenti, possibile est amplius proficere virtute auxiliorum, etiam si sua negligentia non proficiant.

2. Probatur consequentia, quia nisi hoc esset possibile per diuinam gratiam, & in nostra potestate positum obtinere gratiam ad proficiendum, & oblata gratia rectè vti, nihil esset, vnde vituperaretur, qui nunquam proficit: sicut nullus vituperaretur, quia non peruenit ad perfectionem Beatissimæ Virginis, aut S. Petri, quia non est in eius potestate obtinere tantam gratiam.

3. Hoc fundamentum traditur à Paulo Philip. 3. his verbis: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehensisse.* Sinceram hanc, & veram propriae imperfectionis confessionem sublequitur contentio animi, vt amplius proficiat: *Unum autem, ait, (qua quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quae priora sunt, extendens me ipsum) ad destinatum persequor brauium superna vocationis Dei in Christo Iesu.* Quod idem prius dixerat: *Sequor autem, si quomodo comprehendam.* Vt autem constet omnibus hominibus, maximè verò perfectis, hanc esse perfectionis regulam, vt agnoscant se imperfectos esse: quod si alter sentiant, eo ipso esse imperfectos, subiungit: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.*

4. Hæc verba explicans Augustinus serm. 49. de tempore, qui est secundus in Dominicam sanctam post Epiphaniam, post medium, ait: *Iam dudum Paulus dixerat se imperfectum; nunc autem perfectum. Quare, nisi quia ipsa perfectio hominis, inuenisse se non esse perfectum? Et tam hoc loco, quàm in Psalm. 69. versu vltimo ad illa verba: Adiuuor & praecitor meus es tu, Pauli exemplo excitat omnes ad currendum, dicens: Quantumcumque profecerimus, nemo dicat, sufficit mihi, in istius sum. Qui dixerit, remansit in via, non nouit peruenire. & infra: Ille ergo (scilicet Apostolus) currit, tu habesisti? Ille dicit, nondum se esse perfectum, tu de perfectione gloriaris?*

5. Fuius in eandem sententiam Apostoli exhortationem ponderat Augustinus in serm. 15. de verbis Apostoli ad finem: cuius aliqua verba referemus sect. 4. num. 7. & lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 7. colum. 2. sic loquitur: *Ex quo factum est, virtutem, qua nunc est in homine iusto, perfectum habentem nominari, vt ad eius perfectionem pertineat, etiam ipsas imperfectiones & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modico perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi desit, intelligit. Ideoque Apostolus & imperfectum, & perfectum se dicit, imperfectum, scilicet, cogitando, quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit, ac sitit: perfectum autem, quod & suam imperfectionem confiteri non erubescit, & vt perueniat, bene procedit; nimirum se extendens, & persequens ad brauium.*

6. Chrysostomus Philippens. 3. sermone 12. prope initium, ait: *Qui ergo se iam perfectum esse, & nihil ad virtutis assecutionem deesse sibi putat, à cursu cessabit. Qui verò nondum se metam attingisse putat, nunquam à cursu desistet. Hoc verò nobis semper reputandum est, etiam si innumera bona exequuti fuerimus. Si enim Paulus post mille mortes, post tanta pericula istud arbitratum est de se, multo magis nos. & infra contra illa verba Pauli: *Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus,* obiicit: *Quomodo perfectos inbes sentire, quod tu sentis, cum nondum perfectus sis?* & responder: *Hoc enim, inquit Paulus, perfectio est; nimirum ita sentite de tua imperfectione ad vltiorem perfectionem anhelando. Similiter Oecumenius: Quotquot, inquit, perfecti sumus, hoc sentiamus. Quidnam? quod oportet ea quidem, quae à tergo sunt, obliuisci; ad ea verò, quae à fronte sunt, extendi. Nam hoc perfectos reddat cogitare quod absint à palma. Idem ferè Theodoretus ibidem.**

7. Vnde Ambrosius Philippens. 3. ita ratiocinatur: *Si hic, qui tanta praeditus dignitate est, adhuc semper proficere sibi ad perfectionem conuertitur, quanto magis coram virtutibus intelligere, elaborandum sibi esse, vt iustificationum merita adipiscerentur. & infra: Ideo laborare se significat, vt quotidie in melius proficiat, semper extendens se ad posteriora, vt illa, quae retrò acta sunt, obliuiscens, meliora sectetur, non quia mala sunt, sed quia parua sunt ad meritum collocandum. Nota quotidie, & semper. Quapropter etiam, quando non proficimus, prouocat nos consilium,*

Z z 3 &

3. Humilitas Pauli.

4. Pignora & elatio humani.

5. Humilitas de se.

6. Quod debemus.



& exhortatio ad proficiendum: ac proinde possibile tunc erat actualiter proficere.

7. Sic & Basilii in epist. ad Chilonem discipulum prope initium hortatur: Quocirca necesse sit, ut in percurrendo ultra istius singularis stadio, quod semel tanta cum alacritate ingressus es, alacrioris tibi quotidie atque acrioris addas aculeos, constanter tibi hevens officio. Et sic te suo exemplo imitat Paulus, inter vitam spirituales athletas Agonistes longe excimius; qui cum acquiescere nollet tot alioqui officijs vitam retroacta, sed ulteriori, & quotidiana virtutum accessione progredi, ad hunc loquitur modum: Eorum, que retro sunt, oblitiscens, &c.

8. Gregorius Nyllenus lib. de vita Moscos prope initium: In virtute, ait, hunc ab Apostolo perfectionis terminum esse dicimus, quod nullus sit in ipsa terminus. Quippe cum ille ipse Paulus, vir diuinus, & mente altissimus, semper ac iugiter per virtutem suam cursum intenderet, nec unquam ad maiora consendere neglexeret: non enim videbat statum sibi cursum perfectionem, ac finem. Cur ita? Quoniam omne bonum ipsa natura, qua bonum est, non habet terminum, sed contrarij comparatione terminatur: ut vita morte, lux tenebris, & omnino bonum omne in eo desinit, quod ipsi contrarium esse intelligitur. Quare quemadmodum vita finis mortis initium est, sic cursus ipsius finis, qui secundum virtutem est, virtuosus cursus initium inuenitur. Vnde collige proficiendi obligationem, sine qua studio cursus finis non foret virtuosus cursus initium. Et postquam ostendit, nullum esse perfectionis terminum, sicut nec Dei, currendi possibilitatem demonstrat, dicens: Omne igitur studium, omnem curam, diligentiam denique omnem adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam peruenire possibile sit: tantumque ipsius possideamus, quantum capere possumus.

9. Hieronymus Philippenf. 3. Se humiliando, inquit, omnibus gloriam tollis, & vniuersos prouocat ad perfectionem. & infra: Oetera scilicet oblitiscendo, & nona sectando, quia perfecti debent esse discipuli Christi. Rursus in dialogo 1. aduersus Pelagianos inter principium, & medium producit supra citatum testimonium Philippenf. 3. vt probet in hac vita neminem esse perfectum; id eoque semper debere in studium perfectionis incumbere. Vnde prope medium eiusdem dialogi interrogante Pelagiano: Quomodo ad perfectionem diuinus sermo prouocat? Nimirum, si nullus esse potest simpliciter perfectus. Respondet Catholicus: Hac ratione, qua dixi, vt secundum vires nostras vnusquisque nostrum, quantum valuerit, extendatur: si quomodo possit peruenire, & comprehendere brauium supernae vocationis.

10. Gregorius eodem testimonio Pauli confirmat, quod 2. 2. moral. cap. 5. dixerat: Si verè electi sunt, ab eo, in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt, omnem in se de peractis bonis latitiam deprimunt: & de his, que se minus egisse intelligunt, tristitiam requirunt, indignos se estimant.

11. Bernardus in Purificatione B. Mariæ serm. 2. sine: Profectus, inquit, noster in eo consistit (vt sapius me dixisse memini) vt nunquam arbitremur nos approbasse; sed semper extendamur ad anteriora, incessanter conemur in melius; vt imperfectum nostrum diuina misericordia obtinuit iurgiter exponamus. His consentanea scribit multa in epist. 253. ad Garinum Alpensem prope medium, alludens ad eundem locum Philipp. 3. & epist. 341. ad Monachos S. Bertini.

Clarius verò, quàm ceteri Patres non tam antecedens, quàm consequens nostri argumenti, videlicet auxilia, quibus omnes animas semel illuminatas, Deus, quantum in se est, ad anteriora extendit, vt magis proficiant, maiusque lumen desiderant, & participent. Sed ex earum libero desiderio, eo quod remissius sit, prouenire, quod minus proficiant, docet Dionysius de diuin. nominib. cap. 4. non longè à principio. allusione facta ad verba Pauli ad Philip. dicens: Et tradit quidem prius mensuram claritatem, postea illis sicut gustantibus lumen, & magis desiderantibus, magis se ipsum immittit, & abundantius semper fulget, quoniam dilexerunt multum, & semper extendit ipsas ad anteriora secundum ipsarum ad respectum proportionem. Vbi S. Thomas lect. 2. sic explicat: Quadam enim diligentius respiciunt ad lumen immisissimum, quia magis desiderant, & magis proficiunt. Placet igitur D. Thomæ hoc loco per auxilia gratiæ omnibus animabus semel illuminatis esse possibile amplius desiderare profectum, & amplius proficere.

Ignatius denique non tam verba, quàm sensum exhortationis Apostolicæ frequenter vlturpans, tradit manifestè diuinum auxilium esse paratum, vt si velimus, ad perfectionem curramus. Sic epist. 2. ad Traianos, non procul à principio, ait: Hæc ego cognosces, non omnino perfectus sum, aut discipulus esse possum, qualis Paulus, aut Petrus. Multum enim mihi restat, ne à Deo derelinquar. Et ep. 6. ad Philadelphienfes ante medium postquam dixerat, se vincum esse in Christo Iesu. Adhuc magis timeo, inquit, quia nondum perfectus sum, sed oratio vestra faciet me perfectum apud Deum, vt eum, in quo vocatus sum, merear adipisci.

Idem Ignatius epist. 7. ad Philadelphienf. prope finem ait: Quum sitis perfecti, perfecta cogitate, sentite, sapite. Volentibus enim vobis bene agere, etiam Deus paratus est vobis prestare. Recole ablatiuum absolutum vim habere conditionalis non raro pro exigentia rei, vt ostendimus alibi. Propterea valet idem ac si dixisset Ignatius: Si volueritis, Deus paratus est vobis prestare, vt perfecta cogitetis, sentiat, sapiat actualiter, & perfecti sitis. Rursus epist. 8. ad Polycarpum, initio: Rogo te, inquit, gratia Dei, qua inductus es, aduocare ad cursum tuum, & rogare omnes, vt saluentur in Christo. & prope finem: Plurimum adde ad festinationem, continuenter curre, tempora cognosce, vt in ipsis semper vincas. Insuper in epist. 10. ad Heronem initio: Rogo te in Domino, aduocare ad cursum tuum. & post medium: Ergo adde ad cursum tuum. & epist. 11. ante medium: Vnusquisque vestrum perfectus sit in Christo Iesu, qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium.

SECTIO III.

Varie rationes ex Scriptura, & Patribus ad eandem possibilitatem proficiendi.

PRIMA ratio proficitur ex primatio sine intento per aduentum Christi Domini Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant; nimirum, vt oves sanæ, vegetæ, & pingues sint. Hoc enim sonat Græca vox. Deus ergo, quantum ex se est, vitam abundantiam, & incrementa desiderat: subindeque ministrat auxilia, per quæ sit nobis absolute possibile vitam actualiter augere.

12. Auxilia ad proficiendum magis ac magis.

13. Auxilium semper paratum.

14.

1. Aduentus Christi vt in virtute crescamus.

gere. Simili namque argumento in alio tomo de voluntate Dei disp. 20. sect. 6. & 7. probauimus præberi nobis omnia auxilia, quæ ad vitam necessariam sunt, quoniam ad hunc finem Christus Dominus venit in mundum.

2. Secunda ratio est fidelitas Dei; esset enim doli atque fictionis genus, si Deus non solum exterioribus verbis generalibus Scripturæ, & Conciliorum, sed etiam interioribus inspirationibus, quæ per indicia non obscura manifestant, eum esse illarum authorem, incitaret plurimos ad statum continentiæ, ad religionem, & ad alia genera vitæ perfectæ per obseruantiam consiliorum, erigendo eos in spem supernaturalis auxiliij, & illud interius veluti promittendo; cum tamen subtraheret aliquod simpliciter requisitum, vt sit absolute possibile actualiter explere illud ipsum, ad quod interius, & exterius hortatur. Aliter sanè diuina prouidentia suæ dignitati, & nostræ vtilitati consuluit. Voces enim docentium, & litera paginarum, quæ ad eruditionem audientium, vel legentium Deo seruiunt, non carent eiu virtute, cui seruiunt. Quod ex Prospero epistol. ad Demetriadem colum. 8. ponderauimus suprâ disp. 42. sect. 4.

3. Hæc ratio virtute continetur in illo versu Psalm. 83. Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensionem in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem possit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem. Benedictio hic copiosam gratiam significat auxiliatricem, & illam præteritam, qua perfectionis obseruantia dulcescit viro, quem Deus præuenit in benedictionibus dulcedinis. Nec sine magno consilio hic potius, quàm alibi Deo tribuitur legislatoris nomen: in illo namque virtute continetur hæc ratio. Quicumque fortia, perfectaque præcipit, consulte debilibus, eos acriter impellens, & incitans, tenetur auxilia præbere, quibus sit absolute possibile, quæ præcipit, aut consulit actualiter explere. Hæc igitur est ratio, propter quam hominibus est auxilium abs te, vt ascensionem in corde suo disponant, eundo de virtute in virtutem. In cuius commentario Hieronymus: Quicumque, inquit, sanctus est, quotidie in priora extenditur. & infra: Semper procedit, & proficit, & ascendit ad sublimiora. Theodoretus ibidem: Augent, inquit, quotidie robur, incrementisque virtutis magnam vim sibi parant.

4. Meritò proinde vt auxilium obtineat, hanc ipsam rationem allegat Iacob Genes. 32. Domine, qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum nativitatis tue, & benedicam tibi. Eadem quoque ratione Deus Abrahami fiduciam confirmat Genes. 15. Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldaorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. Propterea qualibet exhortationes, quibus iusti ad frequentiam, perseuerantiâque bonorum operum inuitantur, & accenduntur, proposita spe æterni præmij, vel exemplo Christi & Sanctorum, aliòve multiplici motiui, probant eandem possibilitatem augendi perfectionem gratiæ. Illæ autem exhortationes plurimæ sunt in facris literis, sed in Patrum commentariis innumeræ. Qualis est illa 1. Thessal. 4. Rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. In postremis verbis obserua perfectionis studium augenda.

Exhortationes ad bene operandum & perseueranter.

Valido igitur argumento facultatem ascendendi ad potiora largiri, quoties ad ea mentem Deus prouocat, obseruauit Gregorius Nyllenus orat. 5. in Cantic. inter medium, & finem, dicens: Propterea rursus ait ad excitatam: Surge; & ad venientem: Veni. Nec enim illi, qui hoc moso surgit, unquam surgere desinet: neque à currente ad Dominum amplissimum illud diuino cursu destinatum statim conficietur. Semper minimum excitari nos oportet, nec unquam est quiescendum, utiamsi cursu propius ad scopum perueniamus. Quoties ad id verbum hoc, surge, tum alterum illud, veni, proferit; toties facultatem ascendendi ad potiora largitur. Sic & illa, quæ sequuntur, intellige. Nam cum hortatur, vt ex formosa fiat etiam formosior: prorsus idem vult quod Apostolus, præcipiens, vt eadem imago ex gloria in gloriam transformetur: ita vt semper id, quod accedit per appellationem gloria, intelligamus: & quod à nobis perpetuo inuenitur, vt vel maxime sit amplum, ac sublimius quiddam, minus esse illo, quod se complectimur, credamus. Hoc igitur modo eam, quæ in præclare præstitis hætenus columba est, nihilominus hortatur, vt rursus per transformationem in meliorem columba fiat. Id si contingat, rursus quiddam excellentius deinceps ostendetur.

5. Tertia ratio est dici tempus ad operandum, & spatium vitæ ad progrediendum, de quo Christus Dominus Ioan. 9. Ate oportet operari operam, qui misit me, quando dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Vbi nox idem est, quod mors. Tertia ratio est dici tempus ad operandum, & spatium vitæ ad progrediendum, de quo Christus Dominus Ioan. 9. Ate oportet operari operam, qui misit me, quando dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Vbi nox idem est, quod mors. Tertia ratio est dici tempus ad operandum, & spatium vitæ ad progrediendum, de quo Christus Dominus Ioan. 9. Ate oportet operari operam, qui misit me, quando dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Vbi nox idem est, quod mors. Tertia ratio est dici tempus ad operandum, & spatium vitæ ad progrediendum, de quo Christus Dominus Ioan. 9. Ate oportet operari operam, qui misit me, quando dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Vbi nox idem est, quod mors.

6. Videbitur alicui enervati hoc argumentum, quoniam nonnulli Patres diei nomine hoc loco intelligunt non diem nostræ vitæ, sed Christi Domini totum tempus, quo nostram salutem operatur vsque ad diem iudicij: vt Augustinus, & Cyrillus citati interpretantur. Sed quidquid sit de hoc, neque ij Patres dubitant, neque vllus alius dubitare potest, quin nox illa vniuersaliter intelligenda sit de omnibus hominibus. A singulari enim ad vniuersalem, & ab hypothesi ad thesim gradum faciens Christus Dominus postquam dixit: Ate oportet operari, quando dies est, subiunxit: Venit nox, quando nemo potest operari. Vbi vox nemo ad omnes homines refertur. Vnde bona est Apostoli collectio Galat. 6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Augmentum verò meritum & gratiæ clarius traditur Prouerb. 4. Iustorum semitas, quasi lux splens, procedit & creascit usque ad perfectam diem.

7. Clarius hoc dogma traditur Ecclesiasticis 9. Quodcumque potest agere manus tua, instanter operare; quia neque opus, neque ratio, neque sapientia est apud inferos, quod in properas. Vbi non loquitur de inferno.

5. Quoties prouocamur ad bonum, toties facultatem dat Deus.

6. Spatium vite ad bene operandum.

7. Dies apud aliquos tempus usque ad iudicium.

8. Post mortem merita non dantur ad gloriam.



inferno inferiori; sed de inferno in genere, vt completitur omnia loca, quibus omnes animae ante Christi Domini resurrectionem detinebantur inclusa: vt Hieronymus ibi exponit. Semper itaque ante hoc tempus operari licebat. Quamobrem Ecclesiastici 14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum. & cap. 18. Ne vercaris usque ad mortem iustificari.

9. Idem colligitur ex Apocal. 2. Qui iustus est, iustificetur adhuc; & sanctus sanctificetur adhuc. Quae verba praecipue destinata ad significandam liberam potestatem augendi iustitiam, & sanctitatem, quandiu sumus in vita praesenti, colligo ex verbis proximè praecedentibus, & subsequen- tibus, quae non possunt significare praecipuum, aut consilium, sed solummodo integram & liberam potestatem peccandi, aut bene agendi relin- qui libero arbitrio, quandiu non imponitur finis praesenti tempori per extremum diem retribu- tionis aeternae; ait enim: Ne signaueris verba prophetiae libri huius. Tempus enim propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc; & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, &c.

10. Ex historia diuitis & Lazari Lucae 16. idem colligit Iustinus Martyr in quaest. 60. ad Ortho- doxos, dicens: Est autem haec de Lazaro, & diuite narratio illustris, & euidentis sermo, quo docetur, non posse post animae à corpore exitum homines vlla prouidentia, aut studio assequi vllam utilitatem. Supponit ergo, ante hunc exitum utilitatem assequi semper esse possibile.

11. Ratione desumpta ex quidditate viae, proficiendi potestatem, consilium, & auxilium probat Fulgentius episc. 4. ad Probam prope initium, dicens: Praesens vita nobis semper est via, in qua semper habemus, vbi possumus proficere. & post pauca: Magna ergo beatitudinis est sic in praesenti viuere saeculo, vt profectui spirituali omnis fidelis operam det: nec tamen hoc suis aliquando viribus superbus assignet; sed humili corde à Deo postulat ingem custodiam accepti muneris totius bona non tantum principium, sed etiam perfectio voluntatis. Hac ratio confirmatur ex testimoniis, quae de praesentis saeculi discrimine à futuro, retulimus supra disp. 39. sect. 12.

12. Quarta ratio est, quoniam quocumque perfe- ctionis augmento augetur capacitas maioris augmenti: quae ratio completitur alias, ex parte Dei, ex parte rationalis naturae, & ex parte dispo- sitionis, quas sapienter completitur Gregorius Nyssenus disput. de anima & resurrectione, post medium, pag. circiter 4. dicens: Idcirco ratione praedicta natura prouenit in verum naturam, vt esset ali- quod vas, & conceptaculum capax bonorum, quod semper accessione eius, quod infunderetur, maius efficeretur. Huiusmodi enim est diuini boni participatio, vt maio- rem, atque capaciore faciat eum, in quo existit, dum ad potentiam, & magnitudinis incrementum sumitur ab recipiente, vt semper crescat is, qui alitur, & nunquam crescere desinat. Nam fonte bonorum continenter, & indesinenter scaturiente, atque manante, natura parti- cipantis, quia nihil ex eo, quod sumitur, excremento- sum, & inutile est, dum quidquid insuit, sua magnitu- dini adicit, simul & ad erigendum, quod melius est, aptior, & ad id capiendum spatiosior fit, vtroque inui- cem altero vna cum altero crescente, tum virtute, quo alitur, propter copiam & abundantiam bonorum in

maius proficiente, tum vi alimentorum suppeditatrice vna cum incremento, atque profectu crescentium abun- dante.

Istius rationis fundamentum, videlicet, cre- scente virtute & bonis operibus crescere poten- tiam, & capacitatem maioris perfectionis, pro- bari potest Ioan. 15. Omnem, qui fert fructum, pur- gabit eum, vt fructum plus afferat. Nulla magnitudo fructus excipitur; sed cuiusque promittitur purgatio, destinata ad abundantiores fructus. Nam hoc loco purgare comprehendit omnem culturam palmitibus necessariam, vt feraciores reddantur: ac proinde significat, omnia auxilia, quae ex parte Dei requiruntur, & statim assequuti sunt ea, quae sunt perfecta virtutis: vt Anto- nius, Benedictus, Franciscus, Dominicus, quod rectè obseruat Caietanus ibi, & Martinus Magis- tri in tract. de fortitudine post medium de prae- sumptione agens quaest. 1. Idcirco scitè Raynerius verbo charitas, cap. 18. in medio, ait: Per receptio- nem charitatis in mente capacitas mentis augetur, & cor dilatatur. Unde dicit Apostolus 2. Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum est. Cuius ratio est, quia semper, charitate praesente, supercrevit habitus ad vltierius, vel maius charitatis augmentum.

Eandem rationem explicat, & confirmat lu- minis, & palmae similitudo, ac praecipue liberali- tatis Dei, offerentis auxilium. Quae Prosper epi- grammate 27. sic cecinit: Semper enim sanctis superest, quo crescere possint, Et perfectorum gloria, principium est. Virtutem virtus pariat, de lumine lumen Procedat, atque omnis palma gradum faciat. Nam cur non cupide mens quærat, que Deus offert, Cui, danda vt rectè posceret, ipse dedit?

Pondera extremos versus; ex quibus constat, Deum offerre tale auxilium, quo dato, nulla pos- sit assignari ex parte Dei causa, cur mens non cupide quærat actualiter, & rectè poscat ea ipsa perfe- ctionis dona, quae Deus offert.

Sexta capacitatis augenda ratio est, quoniam crescente perfectione gratiae, crescit etiam pra- ctica diuinæ perfectionis, & propria ignorantiae, atque imperfectionis cognitio, demonstrans, nihil esse, quod didicist comparatione infinita veritatis, & bonitatis, quae sibi addiscenda restat. Vnde 1. Corinth. 8. Qui se putat aliquid scire, nondum scit, quomodo oportet, eum scire. Vera proinde sapientia dicitur, vt quicumque quasi ignorans, studeat semper addiscere, atque profi- cere. Ad hanc conclusionem confirmandam ad- ducitur hoc testimonium ab Augustino ferm. 15. de verbis Apostoli prope finem; & in id Psal. 69. Adiutor, & protector meus es tu. Gregorio Nysseno orat. 11. in Cantica pag. 2. Ea igitur causa fuit, ob quam Iob cap. vit. Audim, inquit, auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ego me reprehendo, & ago poenitentiam in faniilla & cinere. Vbi Gregorius lib. 33. cap. 5. ait: Quanto enim quisque se minus videt, tanto sibi minus displicet; & quanto maioris gratiae lumen percipit, tanto magis re- prehensibilem se esse cognoscit. Cum enim intrinsecus subleuatur per omne, quod est, ad eam, quam super se conspicit regulam, congruere nititur. Eisdem verbis Iobi vtitur D. Thomas ad Philip. 3. lect. 3. initio, vt prober hanc sententiam: Quanto quisque perse- ctior est, tanto se imperfectum agnoscit.

Septimè perfectionis augenda possibilitatem ex indifferentia libertatis humanæ, cui Deus coaptat auxilia non solum excitantis, sed etiam cooperantis gratiae, probant plerique Patres. Damascenus 2. fidei cap. 12. ante medium, ait: Potestatem habet & manendi, & proficiendi in bono diuinæ cooperato gratiae, identidem & mutari ex bo- no, & in malum prolabi, Deo id permittente, propter

13. Auxilia agriculturæ significauerunt. 14. Tribulationes ad nostrum profectum. 15. Venialia mundauntur à sola Deo. 16. Valle assequi perfectionem per saltum praesumptuosum. 17. Magis profecti melius vident suas imperfectiones. 18. Possibilitas proficiendi ex libertate. 19. Possibilitas proficiendi, & unde proueniat. 20. Possibilitas proficiendi, & unde proueniat. 21. Possibilitas proficiendi, & unde proueniat. 22. Possibilitas proficiendi, & unde proueniat. 23. Gratia ex se semper proueniat. 24. Ex nostra negligentia desectum abundantiæ gratiæ.

17. Ex quibus collige, omnibus hominibus gene- rale auxilium concedi, per quod tendant ad hoc, vt proficiant in virtutem perfectam. De hoc enim auxilio generali agebat ibi S. Thomas: alio- qui foret salum, quod ait, esse praesumptuosum, quod aliquis in actu imperfectæ virtutis exi- stens, attentaret statim assequi ea, quae sunt per- fectæ virtutis. Nam plurimi speciali Dei auxi- lio prouocati, attentarunt, & statim assequuti sunt ea, quae sunt perfecta virtutis: vt Anto- nius, Benedictus, Franciscus, Dominicus, quod rectè obseruat Caietanus ibi, & Martinus Magis- tri in tract. de fortitudine post medium de prae- sumptione agens quaest. 1. Idcirco scitè Raynerius verbo charitas, cap. 18. in medio, ait: Per receptio- nem charitatis in mente capacitas mentis augetur, & cor dilatatur. Unde dicit Apostolus 2. Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum est. Cuius ratio est, quia semper, charitate praesente, supercrevit habitus ad vltierius, vel maius charitatis augmentum.

Eandem rationem explicat, & confirmat lu- minis, & palmae similitudo, ac praecipue liberali- tatis Dei, offerentis auxilium. Quae Prosper epi- grammate 27. sic cecinit: Semper enim sanctis superest, quo crescere possint, Et perfectorum gloria, principium est. Virtutem virtus pariat, de lumine lumen Procedat, atque omnis palma gradum faciat. Nam cur non cupide mens quærat, que Deus offert, Cui, danda vt rectè posceret, ipse dedit?

Pondera extremos versus; ex quibus constat, Deum offerre tale auxilium, quo dato, nulla pos- sit assignari ex parte Dei causa, cur mens non cupide quærat actualiter, & rectè poscat ea ipsa perfe- ctionis dona, quae Deus offert.

Sexta capacitatis augenda ratio est, quoniam crescente perfectione gratiae, crescit etiam pra- ctica diuinæ perfectionis, & propria ignorantiae, atque imperfectionis cognitio, demonstrans, nihil esse, quod didicist comparatione infinita veritatis, & bonitatis, quae sibi addiscenda restat. Vnde 1. Corinth. 8. Qui se putat aliquid scire, nondum scit, quomodo oportet, eum scire. Vera proinde sapientia dicitur, vt quicumque quasi ignorans, studeat semper addiscere, atque profi- cere. Ad hanc conclusionem confirmandam ad- ducitur hoc testimonium ab Augustino ferm. 15. de verbis Apostoli prope finem; & in id Psal. 69. Adiutor, & protector meus es tu. Gregorio Nysseno orat. 11. in Cantica pag. 2. Ea igitur causa fuit, ob quam Iob cap. vit. Audim, inquit, auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ego me reprehendo, & ago poenitentiam in faniilla & cinere. Vbi Gregorius lib. 33. cap. 5. ait: Quanto enim quisque se minus videt, tanto sibi minus displicet; & quanto maioris gratiae lumen percipit, tanto magis re- prehensibilem se esse cognoscit. Cum enim intrinsecus subleuatur per omne, quod est, ad eam, quam super se conspicit regulam, congruere nititur. Eisdem verbis Iobi vtitur D. Thomas ad Philip. 3. lect. 3. initio, vt prober hanc sententiam: Quanto quisque perse- ctior est, tanto se imperfectum agnoscit.

Septimè perfectionis augenda possibilitatem ex indifferentia libertatis humanæ, cui Deus coaptat auxilia non solum excitantis, sed etiam cooperantis gratiae, probant plerique Patres. Damascenus 2. fidei cap. 12. ante medium, ait: Potestatem habet & manendi, & proficiendi in bono diuinæ cooperato gratiae, identidem & mutari ex bo- no, & in malum prolabi, Deo id permittente, propter

liberam potestatem ipsius, scilicet, hominis, vt con- stat ex praecedenti, & sequenti contextu.

Clemens Alexandr. lib. 1. pedagogi cap. 8. sine, de verbo diuino sic loquitur: In pedagogia autem eius magna est sapientia, & varia est eius administra- tionis ratio ad salutem. Bonis enim fert testinoniam pedagogus. Vocatos autem ad meliora euocat. Nota remedium non minus efficax, quam suauis, quo Deus vires auget, & studium perfectionis accen- dit, nimirum inspirando illam, de qua Paulus ait: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Nihil enim est, quod magis languentè, aut fractū corroboret animum, quam inspiratum desuper testimonium, quod eius labores Deo sint grati.

Rursum lib. 7. stromat. pag. 3. docet, lege diuina sancitum esse, vt qui velit, virtutem eligat, & as- siduo profectu euadat melior. Et infra sic loqui- tur: Est ergo officium iustitiae salutaris (hoc est, sal- uatoris Iesu Christi) vnumquodque semper deduce- re ad id, quod est melius, prout contingit, & conceditur, & paucis interpositis: Ecce enim quidquid est vir- tute praeditum, mutatur in melius, habens propriam causam mutationis, electionem cognitionis, quam ha- bet anima in sua potestate. Tria igitur docet. Secun- dum, hoc prouenire praecipue à motione Dei, de- ducentis in melius. Tertium huius profectus electionem positam esse in nostra potestate. Et versùs medium eiusdem lib. 7. subinfert: Non ergo eis abstulerit ea, quae sunt propter virtutem, propter quos sunt, quae facta sunt. Clarum est enim, quod bo- nam ipsorum naturam, & sanctum institutum hono- rans, & qui bene viuere constituerunt, vires inspirat ad reliquam salutem, alios quidem solum adhortan; alijs vero, qui ex se digni euaserunt, opem ferens. Quod ait, ex se digni, intelligit per electionem liberam, sed non sine diuino auxilio: vt ostendimus tomo de prouident. disp. 28. sect. 5. Caetera verba Cle- mentis tradunt auxiliorum sufficientiam, quam probamus.

Prosper episc. ad Demetriad. col. 8. supponit, gratiam, quantum ex se est, semper nos ad spiri- tualem profectum prouehere, & solummodo re- stare, vt nos eius ductum subsequamur. Ait enim: Cooperatores nos esse oportet gratiae Dei, vt illam exci- tantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie proueben- tem vigilanter & sobria subsequamur, non cessantes ab actione gratiarum. Subsequi verò gratiam sunt propriae liberi arbitrij partes in iustificatione: vt vidimus saepe tom. de prouid. praesertim disp. 9.

Perfectionis statum sub indifferente hominis potestate relinqui Matth. 19. illis verbis: Si vis perfectus esse, notant Hieronymus ibi, & in episc. ad Demetriad. & lib. 2. aduersus Iouinianum, Chryostomus homil. 8. de poenitentia, & Pau- linus episc. 2. ad Sulpic. quorum verba retulimus tomo de scientia Dei disput. 45. sect. 6. Propter- ca non ex auxiliorum penuria, sed ex nostra libe- ra negligentia prouenire; quod abundantiore gratiam non assequamur, tradit Chryostomus 1. Corinth. 12. postrema illa verba: Emulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstrato, ita exponens: Innuit Paulus, quod mi- nores sint, per ipsos stare: posse, si velint, aliora consequi. Cum enim, imitemini, dicit, sed aliter illorum deside- rat, ac studium circa spiritualia. Sic Theophylactus ibidem ait: Tacite innuit Paulus, quod ipsi sibi sint causa, quod minora dona accipiam. & Oecumenius ibidem: Vos ipsi in causa estis, quod magna non acce- pistis dona, propter vestram socordiam.

25. Quin etiam in nostra potestate cum diuina gratia positam esse imitationem Apostolicæ vitæ, multis in locis notat Chrysostomus, quorum tria referemus. De compunctione cordis lib. 1. col. antepen. *Possibile, inquit, esse, ut sit aliquis, sicut Paulus & vitæ ratione, & conuersationis diligentia. Præsto est volenti imitari illum. Quod quia non fit, voluntas in culpa est.* & homil. 22. in Matth. ad illa verba cap. 6. *Quis vestrum cogitans potest adiacere ad statutam suam, &c.* & ait: *Ne opinemur, impossibilia esse præcepta: plurimi quippe sunt, qui etiam nunc ista perficiant. Si vero istud ignoras, nihil omnino mirandum est. Nam & Helias se solum esse putabat, sed audiuit à Domino: Quoniam reliqui mihi septem millia virorum. Ex quo perspicuum est, quod nunc quoque multi sint Apostolicam vitam tenentes.*

26. Rursus idem Chrysostomus homil. 4. de laudibus Pauli, prope finem, ait: *Studeamus & nos eius similes inueniri. Neque verò istud impossibile putemus.* & post pauca: *Nemo igitur dissilat, nemo desperet: si intendas animam, & præpares, nihil est, quod te ab eiusdem gratia possit prohibere muneribus.* Non ergo prohibebit carentia alicuius auxiliij simpliciter necessarij ad ea munera actualiter capeffenda. Videtur hæc sententia desumpta ex verbis Pauli: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, Philip. 3.*

27. Postrema ratio ex dignitate charitatis, & illius viua & operatiua fecunditate continetur in duobus sequentibus testimoniis. Alterum est Prosperi lib. 2. de vocatione gentium, post medium, vbi de charitatis dono sic loquitur: *Chim itaque in hoc inenarrabili dono Dei omnium summa bonorum, & quadam sic cunctarum vita virtutum, ad hoc cetera conferuntur, ut habeat anima fidelis intentio, per quam ad perfectam charitatem possit eniti.* Alterum est Moguntinæ Synodi Prouincialis cap. 8. dicentis: *Charitatem bonis operibus grandam esse, nec otiosam manere in verè iustificatis; quin oblata occasione, & facultate permessa, promat de se opus bonum, & quotidiana faciat iustitiæ incrementa, secundum Scripturam: Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Semper itaque homini, charitatem habenti, offeruntur auxilia, per quæ, data occasione, possit charitas, vires suas exerendo, incrementa facere, nisi per liberam arbitrij negligentiam illius impediatur actiuitas.

28. Est denique conueniens similitudo ignis, quam Laurentius Iustinianus lib. de casto conuubio cap. 11. prope finem ita proponit: *Cum igni supponuntur ligna, lignorum sit magis capax. Nec aliter de vera charitate intelligendum est.*

SECTIO IV.

Obligatio proficiendi probat eandem auxiliorum sufficientiam, cui ex requisitis deficiat nihil.

1. **L**Atè obligationem accipimus, vt comprehendit non solum eam, quæ præcipue obligatio dicitur, nec violatur sine peccato, sed etiam eam, quæ congruitatis, & decencie cuiusdam est, quamuis sine peccato violetur. Vtraque namque obligatio quoslibet iustos ad perfectionem adstringit: & vtraque præsupponit sufficientiam auxiliorum, cui nihil desit absolute requisitum ad actualiter proficiendum. Nulla

quippe obligatio adstringere potest, vt facias aliquid impossibile: quamuis eius impossibilitatis proueniat non ex defectu operatiuæ potentie, sed ex defectu alicuius complementi requisiti, vt potentia operetur actualiter. Quod fundamentum satis probatum fuit tota disput. 43. præsertim sect. 1. Vnde conficitur huiusmodi ratio prima. Omnes iusti obligati sunt ad ambulandum in via iustitiæ, debentque semper querere, quod eos ad maiora diuinitatis munera perducatur, & quasi incipientes augere semper, quod ceperint; sed plurimi iusti huic obligationi non satisfaciunt: ergo illis ipsis, qui negligunt ad perfectionem tendere, simpliciter possibile est virtute auxiliorum actualiter ad perfectionem tendere, si velint.

Obligationem probo in primis ex 2. Canonica Petri, sine: *Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi.* Quod esse præceptum non solum indicat tenor verborum, sed etiam aliud, cui continuò subiungitur, de adhibenda custodia, ne quis excidat à fidei firmitate. Propterea quasi præceptum exponit S. Thomas ibi, cum ait: *Et quia ad firmitatem non sufficit fundamentum, nisi supra sit adificium, sequitur, Crescite.* Probatæ secundo Matth. 5. *Beati, qui esurunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* vbi Hieronymus, & Beda dicunt: *Apertissime nos instruit, nunquam nos satis iustos estimare debere, sed quotidianum iustitiæ semper amare profectum.*

Tertiò probatur ex parabola talentorum, de qua Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum vno folio ante finem ait: *Quod autem Dominus non his contentus sit, quæ habemus; sed semper maiora desideret, ipse monstrat, dicens: Quare non dedisti pecuniam meam ad irapezitas, & ego veniens cum usura exegissem. Quod quidem & Apostolus sciens, præteritorum obliuiscitur, & ad ea, quæ in ante sunt, se extendit, id est, quotidie proficit, nec seruat in sudario delicatè gratiam, quam accepit; sed anarui negotiator renouatur de die in diem, & decretere se putat, nisi semper creuerit.* Hæc omnia culpam significant, supponuntque proinde quam violet obligationem. Cui consonant Hieronymi verba, quæ retulimus sect. 2. num. 9.

Quartò probatur ex Conciliis, & Patribus, & in primis ex Tridentino sess. 6. cap. 11. ante medium, dicente: *Quis sit, vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in iustitiæ via sentire debeant, quo liberati à peccato, serui autem facti Deo, sobriè, & iuste, & piè viuentes proficere possint per Christum Iesum.* Dionysius in lib. de Ecclesiastica hierarch. cap. 3. inter medium, & finem, ait: *Non enim solum ab omni vitio abhorretere, verum etiam virili animo semper duri, & interriti ad perniciosam, exitiosamque omnem in illud procliuatam esse debemus, & nunquam à sacro veritatis amore deseri, sed dare operam quam maximam possumus, vt ad eam continenter ac semper nitamur, querentes semper, quod nos ad maiora diuinitatis munera perducatur.* Nota primò verbum debemus, apertè referri non solum ad præcedentia, sed etiam ad sequentia, vt ipsa constitutionis ratio probat. Nota secundo, debere querere quod nos ad maiora diuinitatis munera perducatur. Tertiò, hoc debere continenter & semper. Quartò, debere dare operam quam maximam possumus: vnde supponitur dari quandoque minorem, quam possumus, operam.

Anto

6. Antonius Magnus, vt in eius vita refert Athanasius colum. 7. ita suos discipulos hortatur: *Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere; sed quasi incipientem, debere semper augere quod ceperit.* Obseruandum est, peculiarem Dei lucem Antonio fuisse concessam, vt literatos multos excefferit. Quod Athanasius monet in eius vita inter medium, & finem. Hoc autem, quod nuper retulimus mandatum, cum prophetica fiducia, exaltando vocem, fuisse traditum notat loco superius citato. Cui & eiusdem Athanasij approbatio maiorem auctoritatem conciliat, & communis sensus spiritualium virorum, non solum qui tunc præsentibus ab Antonio petebant institutoria præcepta, sed etiam qui postea sequuti sunt.

Augustinus serm. 15. de verbis Apostoli ad finem: *Dicitis, ait: Quid est ambulare? Breuiter dico, proficere, ne forte non intelligatis, & pigrius ambuletis.* Proficite, fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intrus tecum, cui erubescas, & iactes te: est ibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba & te ipsum tu ipse. Semper tibi discipulus, quod es, seruis peruenire ad id, quod nondum es. Nam vbi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris, sufficit, & peristi: semper aude, semper ambula, semper proficere, noli in via remanere, noli retro redire, noli denariare. Remanet, qui non proficit, retro redit, qui ad ea deuoluitur, vnde iam abscesserat, deniat, qui apostatat. Melius it claudius in via, quam cursor præter viam.

Idem Augustinus epist. 29. ad Hieron. inter medium, & finem, de charitate perfecta ita scribit: *Plenissima verò, quæ iam non possit augeri, quando huc homo viuat, est in nemine. Quando autem augeri potest, profectò illud, quod minus est, quam debet, ex vitio est: ex quo vitio non est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* In vtroque loco Augustinus acculat non proficiendi culpam, quæ necessarîo supponit proficiendi obligationem, & possibilitatem, quam etiam testatur Augustinus in Psalm. 69. cuius verba retulimus sect. 2. num. 3. & Gregor. Nyss. cuius verba retulimus ibid. n. 8.

Leo Magnus serm. 10. in Quadages. prope finem, ait: *Si enim dilectio Deus est, nullum debet habere terminum charitas; quia nullo potest claudi sine diuinitas.* Vbi non loqui solummodo de charitate, secundum se considerata, sed prout à nobis augenda est per merita, ostendit apertè exhortatio ad opera charitatis, quam ex eo principio intulit. Manifestior est sententia Cassiani, collat. 6. Abbatis Theodori cap. 14. dicentis: *Debemus ad virtutum studia irremissa cura, ac sollicitudine nosmetipsos extendere, ipsiq; nos iugiter exercitjs occupare.* Consonat Lactantius lib. 6. cap. 13. prope initium, dicens: *Tum magis debet iustitiam operari, cum factus est iustus, vt quod ante in medelam vulnerum fecerat, postea faciat in gloriam, laudèque virtutis.*

Gregorius denique homil. 3. in Ezechiel. prope finem: *Sunt, inquit, nonnulli, qui bona agunt, quæ ceperant; sed à melioribus, quæ deliberant, succumbunt.* Ij nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere; sed ante Omnipotentis Dei oculos ceciderunt in deliberatione. & subdit: *Eos accusari cogitationis inconstantia: & perfectorum esse incessanter perserare, & communis consensu spiritualium virorum celebratur, vt certa.*

Tertia ratio ex præcedentibus oritur, quia sancti, & spirituales viri cum gemitu & pudore, dolere, & se ipsos accusare solent, quod in Dei obsequium non fecerint tantum boni, nec diuinæ gratiæ fuerint cooperati tantum, quantum se debuisse,

Secunda ratio prioris appendix est, quoniam ex negligentia proficiendi in spiritali vita, imminet magnum periculum ruinæ. Vnde duplex argumentum sumitur. Alterum huiusmodi. Illis etiam sanctis, qui de facto non cauent, possibile est per diuinam gratiam caucere ruinam: ergo feruenter conari ad perfectionem possibile est etiam illis sanctis, qui de facto non conantur. Alterum argumentum ex eodem principio desumptum est, quia ruina est in poenam teporis, & negligentie, quam Deus non infligeret, nisi vitari potuisset.

De periculo ruinæ, ex tepiditate, & negligentia proueniente, fufius scribit Gregorius pastoralis curæ, part. 3. cap. 1. admonit. 35. à medio, illis præsertim verbis: *Monendi sunt, qui inchoata bona minime consummant, vt cauta circumspectione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerunt cepta, conuellant. Si enim quod videtur gerendum, sollicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum, decrescit.* In hoc quippe mundo humana anima quasi more nauis est contra itum fluminis conscendentis, vno in loco nequam stare permittitur; quia ad ima relabitur, nisi ad summam conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc, quod operatum est, pugnat. Hinc etiam, quod per Salomonem dicitur: *Qui mollis, & dissolutus in opere suo fuerit, frater erit sua opera dissipatio.* Eodem spectant, quæ scribit in lib. 25. moral. cap. 6. & 7.

In eodem periculo demonstrando copiosior cæteris, & frequentior est Bernardus epist. 253. ad Garinum Alpensem post medium, epist. 341. ad Monachos S. Bertini, epist. 91. ad Abbates Suiffone congregatos, & sermone 2. de Purificatione Beatæ Mariæ ad finem. Cassianus collat. 4. cap. 12. & fufius collat. 6. cap. 14. Bonauentura in pharetra diuini amoris lib. 3. cap. 11. Tractatus ad Fratres de Monte Dei colum. 4. qui habetur inter opera Bernardi, Thomas de Kempis sermone 7. de nouem Ascensionis gradibus.

Apud practicos rerum spiritualium Magistros celebris est illa sententia ex epist. ad Demetriadem: *Tandiu non relabimur retro, quandiu ad priora contendimus: at vbi ceperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi iam reuertit est. Cesser omnia ignauia, & inutilis de præterito labore securitas. Si volumus non redire, currendum est.* Hæc sententia tribuitur quandoque Hieronymo, quoniam ille aliam scripsit epistolam ad Demetriadem, quæ ordine est octaua. Quandoque verò tribuitur Augustino, quoniam inter eius opera habetur post epistolam 204. Sed constat non esse Augustini, quoniam integras huius epistolæ sententias, quæ Pelagianam hæresim sapiunt, refellendas desumpsit Augustinus in epist. 143. ad Iulianam Demetriadis matrem. Quapropter prædicta sententia inde præsertim auctoritatem habet, quia perexigua verborum mutatione, eodemque sensu retento, traditur ab Augustino, Hieronymo, Gregorio, & Bernardo sæpe locis citatis, & communi consensu spiritualium virorum celebratur, vt certa.

Tertia ratio ex præcedentibus oritur, quia sancti, & spirituales viri cum gemitu & pudore, dolere, & se ipsos accusare solent, quod in Dei obsequium non fecerint tantum boni, nec diuinæ gratiæ fuerint cooperati tantum, quantum se debuisse,

11. Magna ruina periculi negligentia.

12. Anima cum nauis comparatio.

13. In via spiritali non progredi, regredi.

14. Ausbar huius sententia quæ.

15. Virorum spiritalium communis accusatio de tepiditate sua.

25. Imitatio vitæ Apostolicæ nobis possibilis.

2. Reg. 19.

27. Charitas valde operatiua.

Apostol. 22.

28. Charitas comparatur igni.

1. Duplex obligatio in iustis.

Antonio Magno sapientia diuinitatis concessa.

7. Ambulare in perfectione quia.

8. Culpa non proficiendi.

9. Cur charitas sine termino.

Nunquam remittendum.

10. In virtute constantia.

Iusti obligati ad proficiendum.

2.

3. Parabola talentorum.

Deum à nobis semper maiora expectari.

4. Iusti ad proficiendum magis obligati.





suo Augustino, sed etiam sibi contrarius esse videtur. Nam lib. 2. de vocat. gent. cap. 23. Non irreligiosè (inquit) arbitror credi, nec inconuenienter intelligi, quòd isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratia partem, qua semper vniuersis est impensa nationibus: qua vtiq; si bene eorum vterentur parentes, etiam ipsi per eosdem imarentur. Omnium namque exordia paruulorum, totaque illa principia necdum rationalis infantia, sub arbitrio iacent voluntatis aliena, nec vilo modo eis nisi per alios consili potest: & consequens est, illos ad eorum pertinere confortium, quorum vel recto, vel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt; ita ex aliena infidelitate, aut dissimulatione non credunt. Et eiam ipsi nec presentis vita desiderium habuerunt, nec futura, quam ipsorum factum est nasci, tam ipsorum efficiunt non renasci. & post pauca: Electio nec illis, qui renati non sunt, in parentibus defuit, &c.

2. Plurimi sine Baptismo absque culpa paruum.

Nihilominus idem Prosper lib. de ingratis manifestè concedit, plurimos paruulos interire, quibus parentes nulla ratione potuerunt applicare remedium salutis. Nam cap. 30. in medio ait:

Nulla tibi arbitrij respondent signa, nec ullis Dissociare pares meritis potes. Et tamen ex istis miserarix gratia quosdam Eligit, & rursum genitos baptisinate transfert.

& cap. 31.

Nec meritò istud poteris aptare parentum: Cum videas, multos sanctis genitoribus ortos, Nullo saluari studio potuisse suorum: Expositisque alijs ob turpia crimina matrum Missam exterorum curam.

Idem colligitur ex Prospero lib. 1. de vocat. gent. c. 16. & 22. & lib. 2. c. 20. & 21.

3.

Fuit autem hæc ipsa sententia Augustini variis in locis. Nam lib. de natura & grat. cap. 8. docet: Paruulum natum in eo loco, ubi ei non potuit per Christi Baptisum subueniri, morte praeventum, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis exisse; quia esse aliud non potuit. & lib. de dono perseverantiae cap. 12. ad finem: Aut res humana, inquit, in paruulis non diuina providentia, sed fortunis agi casibus opinabimur, cum rationales vel dammandæ, vel liberandæ sint anima: quandoquidem nec passer cadit in terram sine voluntate Patris nostri, qui in caelis est: aut parentum negligentia sic tribuendum est, quòd paruuli sine Baptismo moriuntur, ut nihil agant superna iudicia: tanquam ipsi, qui hoc modo male moriuntur, parentes sibi negligentes voluntate propria, de quibus nascerentur, elegerint. Quid dicam, quòd paruulus aliquando antequam illi per ministerium baptizantis succurri possit, expirat? Plerumque enim festinantibus parentibus, & paratis ministris, ut Baptismus paruulo datur, Deo tamen nolente non datur, qui cum paruulum in hac vita non tenuit, ut daretur. Quid etiam, quòd aliquando paruulis infidelium filijs potuit, ne irent in perditionem, & filijs fidelium non potuit Baptisinate subueniri?

4.

Rursus in lib. de corrept. & grat. cap. 8. in med. dicit esse manifestum; Quòd filios quosdam amicorum suorum, hoc est, regeneratorum, bonorumque fidelium, sine Baptismo hinc paruulos exeuntes, quibus vtiq; si vellet, huius lauacri gratiam procuraret, in cuius potestate sunt omnia, alienat à regno suo, quòd parentes mittit illorum: & quosdam filios inimicorum suorum facit in manus Christianorum venire, & per hoc lauacrum introduci in regnum, à quo eorum parentes alieni sunt, cum & illis malum, & istis bo-

norum meritum nullum sit paruulis, ex eorum propria voluntate.

Et epist. 107. colum. 7. Quomodo, inquit, dicitur, omnes homines eam fuisse accepturos, si non illi, quibus non donatur, eam sua voluntate respuerent, quoniam Deus vult omnes homines saluos fieri; cum multis non datur paruulis, & sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus, festinantibusque parentibus, ministris quoque volentibus, ac paratis, Deo nolente, non datur, cum repente, antequam datur, expirat, pro qua, ut acciperet, currebatur? Similia scribit Augustinus epist. 105. colum. 9. cuius verba referemus sect. 3. num. 5. 10. & 11. Præterea lib. de grat. & libero arbit. cap. 22. non longè à principio: Aliquando filijs infidelium præstatur hæc gratia, cum occulta Dei providentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando fidelium filij non eam consequuntur, aliquo impedimento existente, ne possit periclitantibus subueniri. Fiant verò ista per occultam Dei providentiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viae, consonat lib. 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 21. circa medium.

Providentia Dei occulta in Baptismo teapplicando.

6.

Ex his locis perspicuum est, Augustinum aperte concedere, quibusdam pueris esse absolute impossibile applicare remedium salutis; & eam impossibilitatem esse diuina providentia dispositam: tertio eandem impossibilitatem non provenire ex demerito, vel culpa parentum quorundam infantium, sed ex inscrutabilibus Dei iudiciis. Quæ omnia confirmantur, quoniam apud Augustinum, & Prosperum non tantum locis citatis, sed etiam lib. de prædestin. Sanctior. toto cap. 12. 13. & 14. dogma celebratissimum est, ex sola voluntate libera Dei provenire discrimen inter paruulos, ut quidam per Baptisum regenerentur; alij propter originale sine Baptismo dammentur, ut fufius ostendimus supra disp. 12. sect. 2. sub initium, & disp. 45. sect. 2. prope finem. Quod verificari non possit, aut certe non ita proprie, si rota ratio discriminis reuocanda esset in causas secundas, seu liberas, seu naturales, nec Deus decreuisset, ut causæ naturales, aut liberas, sine peccato operantes quorundam infantium Baptisum impedirent; aliorum verò iuarent.

Ex voluntate Dei discrimen inter paruulos.

7.

Augustini sententiam verbis mutatis accepit Paulus Orosius in Apologia pro libertate, post medium; quemadmodum & Gregorius 27. Moral. cap. 2. dicens: Duo ad hanc lucem paruuli veniunt, sed vni datur, ut ad redemptionem per Baptisma redeat; alter ante subtrahitur, quam hunc regenerans unda profundat. Et sepe fidelium filius sine fide rapitur, sepe infidelium concessio fidei sacramento renouatur. Et postquam exclusit omnia merita, quæ fuerint huius causæ discriminis, colligit: Occulta itaque sunt eius iudicia, & quanta obscuritate nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari. Quapropter supponit, huius discriminis rationem nõ sumi ex meritis, aut diligentia parentum, nec ex eorum demeritis, aut negligentia, nec ex ordinario cursu causarum naturalium, & secundarum: nam istæ rationes non pertinerent ad inscrutabilia iudicia Dei.

Dei iudicia.

8.

Propter hæc & alia, quæ ex his consequuntur fundamenta, prima sententia absolute docet, pueris ante Baptisum siue in vteris matrum, siue egressis ex vtero morientibus, nõ dari sufficientia antecedentia, quibus consequi possint salutem. Et inde colligit, de talibus non esse dictum, Deus vult omnes homines saluos fieri, etiam voluntate antea

antecedente. Ita expressè Gregor. Arimin. in 1. dist. 46. q. vnica, dum respondet ad 3. 9. sed nec iste. Tributur Ricardo in eadem dist. & quæst. art. 7. sed nec ibi, nec alibi inuenitur. Tributur etiam D. Thomæ in 4. dist. 6. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. ad 1. Sed ibi tantummodo asserit, non esse defectum diuinæ misericordiæ, quòd in maternis vteris existentes infantes non possint habere salutis remedium. Propter quam rationem non modò S. Thom. ibi, & 3. p. q. 68. art. 1. ad 1. & 2. arg. sed etiam communiter Scholastici tractantes de Baptismo paruulorum fauent prædictæ sententiæ, ut videbimus sect. 2. n. 10. clariùs autem fauet Soto lib. 2. de nat. & grat. c. 10. ad fin.

Misericordia Dei.

9.

Secunda sententia quantum ad modum loquendi contraria videtur esse primæ; sed tamen quantum ad rem ipsam non multum distat ab illa. Nam de re constat apud authores vtriusque sententiæ, quibusdam infantibus esse simpliciter impossibile applicationem Baptismi, & meritorij Christi Domini, eamque nullo modo positam esse in voluntate alicuius adulti, siue parentis, siue ministri, siue cuiusque alterius. Nihilominus istius sententiæ authores absolute pronunciant, Deum ex parte sua his infantibus voluisse salutem æternam, ac proinde prouidisse illis omnibus absque vlla exceptione media de se aliquomodo sufficientia ad salutem æternam, & paratum esse, quantum est ex se, ad danda illa. Explicant autem hanc Dei antecedentem voluntatem esse conditione affectam, nisi ordinarius cursus causarum naturalium impediat. Itaque impedimentum applicationis Baptismi, quatenus tale est, semper est ex permissione diuina, non ex directa ordinatione. Nam Deus, quantum est de se, cuperet talia media sine impedimento applicari.

10.

Hanc sententiam fufius defendit Franciscus Suarez 1. p. lib. 4. de reprob. c. 4. præsertim n. 4. 8. 15. & 16. eadem scripserat Trigofus 1. p. q. 18. art. 8. dub. 5. in dubitatione circa 1. argum. eiusdem esse videtur Valent. 1. 2. disp. 8. q. 3. puncto 4. sub titulo de gratia sufficiente, versus finem, dum respondet ad 8. argum. Fauet Vega in Trident. lib. 5. in fine totius libri, videlicet cap. 16. sine dicens, paruulos non esse destitutos omni remedio. Cæterum morituris in vtero nullum aliud remedium assignat, nisi martyrium, vel parentum preces ad obtinendam eorum natiuitatem, & Baptisum. Fauet Bellarm. lib. 2. de grat. & lib. arb. c. 5. sine dicens, etiam paruulis auxilium ad salutem non deesse, probansque testimonio Prosperi, quod in principio posuimus; ideo declarandus videtur, sicut postea explicabuntur verba Prosperi: nam alioqui plurimos paruulos perire sine possibilitate remedij, supponere videtur tanquam certum in tomo 2. lib. 1. de Baptismo cap. 4. sine.

Martyrii remedium pueri.

11.

Inter has sententias tertia est media, distinguens paruulos. Nam illis, qui sunt in lucem editi, vel qui negligentia parentum moriuntur in vtero materno, dicit prouisa fuisse remedia sufficientia, quæ applicari illis possent, licet adultorum negligentia non fuerint applicata; at verò quibusdam paruulis non fuisse à Deo vilo modo concessum posse humana diligentia applicari sufficientia remedia, siue quoniam virtute causarum naturalium absque concursu vel effectu alicuius causæ liberæ moriuntur in vtero, siue quoniam editis in lucem non potest applicari Baptismus defectu aquæ, vel absætia ministri, vel quauis alia

Ruiz de Prædestinatione.

de causa. Ita distinxit Gabriel Vazq. 1. p. disp. 96. cap. 2. Cui distinctioni videtur esse valde similis doctrina Driedonis de captiu. & redempt. gen. hum. tract. 5. c. 3. concl. 8. longè post med. videlicet versus finem eiusdem capituli.

SECTIO II.

Deciso, directè respondens titulo disputationis.

Dico primò. Auxilium plenè atque proprie sufficiens est impossibile omnibus paruulis ante vsum rationis.

1. Auxiliu plenè sufficiens infantibus impossibile.

Probatur primò, nam auxilium plenè & proprie sufficiens est, virtute cuius redditur absolute possibile salutem actualiter consequi, ita vt salus non amittatur propter defectum alicuius causæ, aut conditionis, siue applicationis, quæ requiratur ex parte Dei, & non sit in potestate liberi arbitrij; sed tota causa non obtinendi salutem sit ex parte liberi arbitrij: quemadmodum probatum est disp. 39. & sequentibus.

Confirmatur, quia si deficiat aliqua conditio, vel applicatio, quam acquirere non sit in hominis potestate, illa deficiet ad plenitudinem sufficientiæ: quapropter non erit plenè, atque proprie sufficiens. At verò paruulis ante vsum rationis manifestum est non concedi possibilitatem obtinendi salutem, si velint; sed illis aut efficaciter cõceditur salus per Baptisum re ipsa collatum; aut manet illis simpliciter impossibilis consecutio salutis per cooperationem propriij arbitrij, quandiu carent illius vfu. Quapropter in paruulis impossibile est verificare quam descripsimus quidditatem auxilij plenè, & proprie sufficientis.

Auxiliu sufficiens quid.

Probatur secundò, quoniam auxilium proprie dictum refertur ad cooperationem alterius. Neque enim adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte conatur, vt August. ait lib. 2. de peccat. merit. & remiss. c. 5. versus finem; sumiturque ex sacris literis, & aliis Patribus, vt vidimus supra disp. 27. sect. 4. At verò paruuli nihil possunt sponte conari. Propter hanc fortasse causam Scholastici magis exacti non differunt de auxilio sufficienti paruulorum, sed de remedio sufficienti.

2. Ad cooperationem referuntur alterius.

Dico secundò. Minus proprie per analogiam ad auxilium sufficiens adultorum datum est auxilium sufficiens paruulis, sed non omnibus eodem gradu, neque eadè plenitudine sufficientiæ: quia quibusdam tantum secundum quid, & remotè; aliis verò simpliciter, & proximè. Declaratur, & probatur analogia in eo consistens, vt quemadmodum auxilium proprie sufficiens, quod adultis conceditur, continet omnia, quæ requiruntur ad salutem, ex parte Dei exposita, & oblata; nihilque aliud deficit, nisi personalis & libera voluntas adultorum, quæ cooperetur, vt sibi applicet prædictum auxilium: sic etiam auxilium analogicè sufficiens, quod paruulis tribuitur, continet omnia, quæ requiruntur ad salutem, ex parte Dei exposita, & oblata, nihilque aliud deficit, nisi voluntas adultorum gubernantium paruulos, quæ quodammodo reputatur voluntas illorum.

3. Minus proprie auxiliu paruulis.

Non eodem gradu.

Inde proficiuntur varij gradus in huiusmodi sufficientia secundum varios gradus, quibus alicuius adulti voluntas reputatur esse voluntas infantis, & secundum varios gradus, in quibus tribuitur remedium.

4. Varij gradus sufficientia paruulis.



Primus gradus est, quando aliquis adultus propriè constituitur caput aliorum hominum, etiam infantium, ita ut in eius libera voluntate constituantur eorū nomine retinere, atque transmittere gratiam, vel amittere. Hoc modo non absurdè Driedo de captiuit. & redempt. gen. hum. tract. 5. cap. 3. prope finem, asseruit, omnes paruulos in primo parente Adam habuisse sufficientes sua salutis auxilium, quo ipse Adam non bene usus perdidit omnibus suis posteris vitam æternam. Cæterum quamuis hoc fuerit maximum beneficium vniuersis hominibus collatum, & verè fuerit auxilium sufficientis pro illo tempore, in quo omnes homines continebantur in Adamo velut in capite, antequam existerent; nihilominus nullo modo est sufficientis ad reliquum omne tempus, quod fluxit à peccato Adami; ideòque toto tempore suæ vitæ paruuli carent huius auxilij sufficientia.

5. Omnium hominum voluntates continentur in voluntate Christi.

6. Voluntates paruulorum continentur in voluntate parentum.

Inter voluntatem Adami & aliorum quod dicitur discrimen.

7. Auxilium non propriè infantibus.

8. Dependunt paruulorum & eorumque alij.

Secundus & altior gradus est, quatenus omnium hominum voluntates velut in capite continentur in voluntate Christi Domini, à cuius meritis possunt participare salutem. Verumtamen hæc auxilij sufficientia præcisè considerata est valde remota: quia licet contineat totam vim causalitatis efficientis, meritoria, & exemplaris, quæ requiritur ad salutem; nihilominus non continet possibilitatem applicationis istius causalitatis: præsertim cum Deus disposuerit, ut aliquibus paruulis sit impossibile remedium salutis applicare, ut videbimus assert. 3. & 4.

Tertius gradus, atque proximior est, quo paruulorum voluntates continentur in voluntate parentum, aut suscipientium, vel totius Ecclesiæ; infra sect. 3. num. 3. Ideòque quando baptizantur, censentur credere eadem fide, quam parentes, aut suscipientes eorum nomine, vel salutem Ecclesiæ profitentur. Nihilominus hæc representatio voluntatis paruulorum refertur solummodo ad actum conferendi Baptismum. Quapropter ad illos paruulos, qui nunquam baptizantur, nullo modo referri potest ista representatio voluntatis alienæ. Quod explicatur discrimine inter voluntatem Adami, & aliorum hominum voluntates. Nam Adamus nomine omnium hominum potuit amittere iustitiam originalem. Sed nullus hominum potest nomine paruulorum amittere fidem, vel gratiam, vel Baptismum, propriè loquendo.

Vnde colligitur primò, infantes ante Baptismum, nec in voluntate propria, nec in aliena voluntate capitis alicuius, quod propriè representent eorum voluntates, accipere sufficientes auxilium, aut possibilitatem obtinendi salutem. Colligitur secundò, quod Prosper dixit sect. 1. sub initium, huiusmodi paruulos ex aliena infidelitate, aut dissimulatione non credere, intelligendum esse merè negatiuè. quasi diceret, nec ipsi proprio arbitrio credunt, nec alius aliquis eorum nomine credit: quamuis nullus sit, qui eorum nemine resistat fidei. Itaque nec credere, nec ipsum non credere sit nomine paruulorum, qui non baptizantur.

Quartus gradus atque minus proprius est, quo paruulorum voluntates pendunt à voluntate illorum, à quibus iure, vel iniuria gubernantur: & iure quidem à parentibus, vel dominis, & reipublicæ administratoribus, atque propriis Episcopis, & sacerdotibus; iniuria verò

à tyrannis, & latronibus rapientibus. Secundum hunc gradum sufficientiæ tribuitur ut minimum omnibus paruulis, qui nascuntur, auxilium sufficientis dependenter ab aliena voluntate, ut magis constabit ex assertionibus sequentibus.

Dico tertio. Paruulis, qui moriuntur in vtero materno, non tribuitur auxilium plenè & proximè sufficientis, etiam in aliena voluntate. Excipiuntur tamen aliqui, quos humana prudentia parentum, vel alterius adulti potuisset à morte liberare, quorum culpa, vel negligentia factum est, ut in lucem prodire non possent. Conclusio probatur, quia licet merita Christi Domini sufficientia sint ad omnium paruulorum iustificationem, & sacramentum Baptismi, quantum ex se est, nullum paruulum excludat à iustificatione: nihilominus hæc appellari potest sufficientia solius communitatis, siquidem auxilium, aut remedium non applicat particulare personis, nec tollit impedimenta applicationis, nec ponit omnia requisita ad suum effectum. Deficit itaque plena & immediata sufficientia singularium personarum virtute, cuius aut ipsi paruuli, vel adulti, quocumque modo gerentes curam illorum, possint eorum salutem obtinere.

Confirmatur primò, nam de lege ordinaria, & ex institutione Dei propter quidditatem rationem Baptismi, quæ est ablatio paruuli, quandiu manent in maternis vteris, sunt incapaces Baptismi. Quemadmodum docent communiter Scholastici. Alexand. 4. p. q. 17. membr. 2. S. Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 1. quæstiunc. 1. S. Bonauent. eadem dist. 6. art. 1. q. 1. Scotus 4. dist. 4. q. 3. §. de secundo, Durand. 4. dist. 6. q. 1. art. 1. n. 5. Palud. dist. 6. art. 1. Ricard. dist. 6. art. 2. q. 1. Argentina dist. 6. q. 1. art. 4. concl. 3. Gabriel in 4. dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. Cart. huf. dist. 6. q. 1. & alij Theologi communiter.

Confirmatur secundò, quoniam in lege gratiæ quidditas Baptismi tam ex natura sua, quam ex institutione Dei, non potest suæ actiuitatis spheram extendere ad paruulos, quandiu continentur in maternis vteris, quia tandiu non potest eorum corpus abluui elementali: ut notant omnes Scholastici citati. Et multo minus poterat olim circumcisio succurrere paruulis, antequam nascerentur.

Confirmatur tertio, quia nullum aliud remedium restat, quod de lege ordinaria, citra specialissimum priuilegium, possit paruulis subuenire, priusquam nascantur. Certum est enim non sufficere parentum fidem illis applicare solo signo crucis, aut inuocatione Trinitatis, aut alio modo. Cuius oppositum contra communem Theologorum sententiam docuerat Caietanus 3. p. q. 68. art. 2. & 11. Sed iussu Pij V. Pontificis Maximi expurgatus est ille commentarius in noua impressione. Contra quam sententiam fusiùs scripsit VValdens. & Sacramentis cap. 99. Sotus lib. 2. de natuiuit. & grat. toto cap. 10. Vega in Tridentinum, cap. 16. Bellarm. lib. 1. de Baptism. cap. 4. sine.

Propter eadem rationem tenendum est quod Gabriel nuper citatus Ioannem Gerfonem secutus consulit, ut parentes deuotis orationibus, ac bonis operibus paruulis suis gratiam impetrare nitantur. Potens est enim Dominus in vtero sanctificare, quos nonit ad natuuitatis ortum non peruenimus. Quam doctrinam licet idem author temperet, dicens,

9. Paruulis in vtero morientibus quod auxilium.

Merita Christi Domini sufficientia.

10. Quidditas Baptismi.

Baptismi quidditas non extenditur ad nonnati.

11. De lege ordinaria Baptismus unicum remediū paruulorum.

12.

dicens, non esse legem communem, sed specialia priuilegia; loquitur tamen de illis, quasi de priuilegiis, quæ multis à Deo concedantur. Ideòque Gabrielis sententia meritò refutatur tanquam improbabilis à Scholasticis communiter. Vnde parentum orationes, & pia opera dirigi debent solummodo ad imperandam natuuitatem infantis, ut sit capax Baptismi, non verò ad imperandam illi iustificationem in vtero.

13. Nulli remedium nisi per fidem.

14. Infantibus in vtero nullum remediū sufficienter.

15. Auxilium in voluntate aliena plenè sufficientis non datur paruulis.

16. Auxilium adultorū & paruulorum.

Confirmatur quartò, quia nulli hominum est possibile remedium salutis, nisi per fidem propriam, aut fidem Ecclesiæ, illi applicatam. At verò paruulis est impossibilis fides propria, ut constat. Insuper est impossibile applicatio fidei Ecclesiæ, quamdiu manent in vtero matris: quoniam eo tempore non subiiciuntur Ecclesiæ, nec actioni ministrorum eius, ut docent Alex. S. Thom. S. Bonauent. & alij Scholastici citati. Qua de causa factum est, ut nulla lege, siue Evangelica, siue scripta, siue naturali, fuerit aliquod remedium ad salutem paruulorū, qui moriuntur in vtero matris.

Vnde sumitur confirmatio quinta, quia nullum remedium sufficienter datur illi personæ, cui prodesse non potest, sed paruulis in vtero matris nec Baptismus modò, nec olim circumcisio, vel aliud remedium prodesse potuit: ergo remedium non fuit illis sufficienter datum.

Confirmatur sextò, quoniam Baptismus non est remedium sufficientis, nisi quibus applicatur: ergo quibus est impossibile applicatio, est impossibile, ut Baptismus sit illis remedium sufficientis.

Ex his colligo, & dico quartò. Paruulis quibusdam, postquam in lucem prodierunt, non tribuitur auxilium plenè & proximè sufficientis etiam in aliena voluntate, videlicet, quando in ea occasione & dispositione nascuntur, ut priusquæ possit inueniri aqua, vel minister, qui nouerit formam, & ritum Baptismi, vel antequam eorum periculū animaduertatur, moriuntur, aut existimantur esse validè baptizati, cum tamen aut nunquæ, aut inualidè baptizati fuerint. Probat, quia licet in his paruulis nõ vigeat primaria ratio præcedentis assertionis; siquidem sunt capaces Baptismi post natuuitatem, & subiiciuntur Ecclesiæ, & actioni ministrorum, at tamen est simpliciter impossibile illis applicari, seu prodesse remediū; quia nec est possibile propria voluntate, siquidem illius non sunt capaces, neque voluntate parentū, aut alterius cuiusque hominis adulti. Hoc enim præserti casu supponimus, videlicet, nullius adulti culpam, aut negligentiam obstasse Baptismo, sed tantum intercessisse vel ignorantiam profusus inuincibilem mortis imminens, aut Baptismi, vel meram impossibilitatem inueniendi, aut quærendi aquam, aut illam validè applicandi.

Confirmantur primò quæ dicta sunt in 3. & 4. assertionem, quoniam efficaciter colliguntur ex testimoniis Augustini, Prosperi, Gregorij, & Pauli Orosij, quæ ponderauimus sect. 1.

Confirmantur secundò; auxilium quippe sufficientis paruulorum non dicitur, nisi per analogiam ad sufficientes adultorum, cum discrimine propriæ voluntatis, & alienæ, ut vidimus assertionem 1. & 2. Sed adulto non diceretur esse concessum auxilium sufficientis; si non ponenti liberè impedimentum, & absque vlla illius culpa negaretur possibilitas applicandi, & vendi remedio. Ergo paruulis non diceretur esse concessum auxilium sufficientis, quibus parentes, nullum impedimentum liberè ponentes, absque

vlla culpa, & negligentia non possunt applicare Baptismum. Idem intellige de circumcisione, aut remedio legis naturalis ante legem Euangelicam.

Confirmantur tertio, quia paruuli nec per voluntatem propriam, nec per voluntatem parentum, vel aliorum adultorum negligunt suam salutem, vel illius impedimentum apponunt. Restat ergo, ut non humanæ voluntati, sed tantum diuinæ tribui possit, quòd remedio priuentur.

Colligo tandem, ac dico quinto. Soli paruuli, quibus parentes vel alij adulti possunt conferre Baptismum, & liberè nolunt, dicuntur habere remedium plenè, & proximè sufficientis in voluntate aliena: præsertim, quoniam verisimile est, Deum & custodes Angelos excitare adultos, ut suis paruulis succurrant. Hoc igitur tantum intendit, & rectè probat Prosper citatus in principio sectionis primæ, ut colligi potest ex illis verbis: *Quæ vtrique si bene eorum vterentur parentes, &c.*

Paruuli nulli sua salutis impedimentū apponunt.

17. Qui paruuli habeant remediū in voluntate aliena.

SECTIO III.

Utrum Deus velit omnes paruulos saluos fieri.

1. Vthores, qui supra sect. 1. n. 9. & 10. continent, omnibus paruulis absque vlla exceptione sufficientes auxilium esse concessum, vident præcipuè testimonio Pauli 1. ad Tim. 2. *Vult omnes homines saluos fieri*, colligentes, voluntate antecedenti Deum velle, omnes paruulos saluos fieri absque vlla exceptione.

Respondent auctores citati in eadem sect. 1. n. 11. eam Pauli sententiam de adultis tantum intelligi. Quod probant coniectura duplici. Prima, quoniam eam voluntatem Dei 2. Reg. 14. Sunamitis Dauidi proposuit ad obtinendam misericordiam, & indulgentiam Absaloni. Secunda, quoniam Paulus ex eo loco sententiam accipiens addidit, *et ad agnitionem veritatis venire*; quo indicat, de adultis se loqui. Hortatur enim Timotheum, ut pro omnibus oret, siue Regibus, siue in dignitate constitutis.

Hanc tamen expositionem, siue limitationem non immeritò refutant priores auctores. Primò, quoniam Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 8. paulo post initium sæpiùs repetit, paruulos, qui cum Baptismo decedunt, venire in regnum Dei, ubi est certa veritatis agnitione, & ad eos etiam pertinere verbum Apostoli, *vult omnes homines saluos fieri*. Ait enim: *Infantes accipiunt, et inueniunt, pulsant, et aperitur eis, et irrant in regnū Dei, ubi sit eis æternitatis salus, et agnitione veritatis, longè pluribus infantibus in istam gratiam non adoptatis ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri, et in agnitionem veritatis venire*. & post pauca docet, de omnibus paruulis accipiendū esse illud, *vult omnes homines saluos fieri*, eodem modo, quo accipitur illud Rom. 5. *Per vniuersi iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ*. *Hos enim omnes vult Deus saluos fieri, et in agnitionem veritatis venire, in quos omnes per vniuersi iustificationem gratia peruenit ad iustificationem vitæ*. Quod iterum confirmat, dicens: *Nunquid aut homines non sunt, ut non pertineant ad id, quod dictum est, omnes homines?*

Confirmatur primò; frequens enim loquendi modus Augustini, & Theologorum est, infantes baptizatos habitū credere, vel credere fide modo credēs.

1.

2. Voluntas Dei de saluandis paruulis.

3. Infantes quomodo credēs.

Ecclesia, vel fide parentum, vt fuse probat Bellarm. lib. 1. de Baptismo, cap. 11. proposit. 3. 4. & 5. quod sufficit, vt paruuli dicantur in agnitionem veritatis venire, non propria cognitione, atque voluntate, sed aliena.

Pro paruulis orandis.

Confirmatur secundò, quia sine dubio Deus, & Apostolus præcipit, etiam pro paruulis orare, vt perueniant ad Baptismum. Vnde colligitur Deum velle, illos etiam saluos fieri, quemadmodum velle adultos saluos fieri colligitur ex eo, quòd præceptum est orandi pro illis: vt ostendimus tomo de voluntate Dei, disp. 19. sect. 7.

4. Duplex voluntas antecedens.

Pro declaratione dico primò. Distinguenda est duplex voluntas antecedens; alia enim est plena, & quantum ex se est, efficax: quoniam præstat omnia, quæ requiruntur ex parte Dei, vt fortietur effectum, & solum deficit cooperatio voluntatis humanæ. Huiusmodi plenitudo voluntatis antecedentis comparatione adultorum probata est tomo prædicto de voluntate Dei disp. 19. 20. & 21. Et secundum aliquam proportionem eadem plenitudo diuinæ voluntatis, quantum ex se est, efficacis, verificatur de paruulis in lucem editis, quos parentes, aut alij homines possunt baptizare, si velint. Eadem tamen plenitudo voluntatis antecedentis verificari non potest de quibuscumque paruulis, quibus nullius hominis industria subuenire potuit, vt nascantur: nec vt nati susciperent Baptismum.

5. Discrimen paruulorum ab adultis.

Hoc discrimen paruulorum ab adultis ratione vtentibus, quantum ad antecedentem Dei voluntatem, adnotauit Augustinus lib. 4. contra Iulianum cap. 8. dum inter ea verba, quæ nuper retulimus, ait: *Quibus (infantibus) dicere non potest (Deus) volui, & noluitis, quia si voluisset, quis eorum qui nondum habent voluntatis sue arbitrium, voluntati eius omnipotentissime resistisset.* Hoc autem adultis dicere posse Deum, supponit Augustinus alludens ad illud Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos, &c. & noluitis.* Vnde inferius addit: *Nunquid aliquis poterit dicere, Deus quidem vult, sed ipsi nolunt, qui nondum velle, seu nolle ista nouerunt?* &c. Eodem igitur modo dicet Augustinus, neminem posse dicere: Deus quidem vult, sed nolunt paruulorum parentes, aut domini; siquidem aliqui parentes, aut domini non potuerunt nolle Baptismum paruulorum. Alij verò magna contentione animi voluerunt, & procurauerunt eorum Baptismum, sed tamen obtinere non potuerunt.

6. Voluntas Dei antecedens, sed non plena.

Dico secundò. Alia est etiam ex parte sui neque plena, nec efficax voluntas Dei antecedens. Hæc declarari potest exemplo Imperatoris iusti atque misericordis, efficaciter volentis ignem admouere turri, vt latrones, aut tyrannos interimat, volensque infantes eorum filios interficere in poenam parentum, nisi eos ad Imperatorem maturè transmiserint, & eo fine non omnibus omnia tribuens, quæ necessaria sunt, vt saluetur, sed aliqua denegans, quo grauior, & certior de sceleratis vindicta sumatur. Talis est modus antecedentis voluntatis saluandi paruulos, qui virtute naturalium causarum interficiuntur in vtero, vel quibus post natiuitatem impossibile est Baptismum.

7. Voluntas saluandi amenos perpetuos.

Huius voluntati aliquomodo similis est voluntas, qua Deus vult saluos fieri plurimos adultos, qui post lethalia peccata incidunt in amentiam perpetuam. Iis namque certissimum est etiam plurimis annis superuiuant, absolutè

impossibile esse salutem, tam propria, quam aliorum voluntate procurandam. Ideoque licet Deus illos pro aliquo tempore vel vnus mensis, in quo habuerunt rationis vsum, plena, & quantum ex se est, efficaci voluntate antecedenti voluerit saluos fieri, conferens quidquid erat simpliciter necessarium, vt si vellet, consequerentur salutem: nihilominus pro reliquo tempore plurimum annorum totius vitæ non voluit, eos saluos fieri antecedenti voluntate plena, & quantum ex se est, efficaci; siquidem pro illis omnibus annis decreuit, vt illis esset salus impossibilis. Nec instituit aliquod Sacramentum, aut remedium, quod peccatoribus omnibus posset iustificationem conferre: nec aliud remedium, quod eos posset ad mentis sanitatem reuocare. Quapropter quantum ad voluntatem Dei antecedentem in hoc etiam paruuli sunt similes adultis.

8. Circa plurimos paruulos non datur remedium proximè sufficientem.

Dico tertio. Circa plurimos paruulorum, quibus est impossibilis Baptismus, Deus non est paratus, quantum ex se est, ad danda omnia media proximè sufficientia ad salutem, nec vult illorum salutem sub ea conditione; si naturalis causarum cursus non impediatur. Quapropter voluntas saluandi tales paruulos, non ita refertur ad media, quæ pendent à causis secundis (qualis est conseruatio vitæ per medicinas humano modo possibiles, aut collatio Baptismi) vt ex vi illius voluntatis non possit peculiari, aut directè prouidentia impedire illam applicationem, seu executionem talium mediorum. Quin potius non rarè Deus de facto directè voluntate, atque prouidentia prædefinit impedimenta plurima, quæ non sunt intrinsecè mala, & peccata: & quæ potuisset remouere absque vilo miraculo, & seruato ordine communis prouidentia. Itaque impedimenta illa non sunt tantum ex permissione diuina, sed ex directè ordinatione.

Aliquando Deus apponit & ordinat directè impedimenta, & quæ.

Probatum primò, quoniam omnes actiones cuiuscumque causæ liberæ, vel naturalis (excipiendo solimodo illas, quæ sunt intrinsecè turpes) Deus prædefinit directè voluntate, atque prouidentia; nec tantum permittit, vt fiant; quemadmodum probatum est præcedenti tomo de prouid. disp. 9.

9.

Confirmatur primò; etenim circa paruulos obseruare licet indicia non obscura prouidentia directæ ad impediendum Baptismum quorundam paruulorum. Tam principale argumentum, quàm illius confirmationem ad paruulos applicuit Aug. epist. 107. ad Vitalem col. 7. dicens, plurimos eorum saluos non fieri, non quia ipsi, sed quia Deus non vult. & epist. 105. col. 9. *Quam, quæso, allaturi sunt causam, quòd alius sic gubernatur, vt baptizatus hinc exeat; alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium, priusquam ab eis baptizandus offeratur, expiret? An hoc fato, vel fortuna datur? & post pauca: Quid dicam de inopinatis, & repentinis innumerabilibus moribus, quibus sæpe etiam religiosorum Christianorum proueniuntur, & Baptismo præripiuntur infantes; cum e contrario sacrilegorum, & inimicorum Christi aliquomodo in Christianorum manus venientes, ex hac vita non sine Sacramento regenerationis emigrent?*

10.

Hæc autem omnia diuina prouidentia gubernari, & directè causari quæcumque capacia sunt diuinæ causalitatis, & voluntatis, ostendit, quando subiungit: *Et cur prouidentia Dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non*

11. Dei prouidentia.

non cadit passer in terram, qua nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec vlla iniquitate corrumpitur, vt renascantur ad hereditatem coelestem, non consilium omnibus paruulis filiorum suorum, & nonnullis consilium etiam paruulis impiorum? Perpende argumentum à minori ad maius. Si enim temporalis vita passeris non habet finem, nisi quem diuina prouidentia directè vult, & disponit: mors infantis, à qua pender illius æterna poena damni, & non augeri numerum prædestinatorum, potiori iure disponetur directè voluntate, & prouidentia Dei.

12. Exempla prouidentia Dei.

Confirmatur secundò descendendo ad exempla magis particularia, nam sine vilo miraculo, nihilve immutando communem ordinem prouidentia; potuisset Deus immittere cogitationem matri, vel nutrici, vt maiorem diligentiam adhiberet, ne per somnolentiam suffocaret infantem ante Baptismum. Potuit adducere medicum, aut obstericem, & facere, vt animaduertiret imminentem mortem infantis. Potuit impedire, ne talis cibus offerretur matri, aut ne currum, aut equum, aut nauim ascenderet, aut ne repentinum audiret nuncium, vnde secutus est abortus. Denique plurima sunt alia impedimenta natiuitatis, aut Baptismi, quæ Deus retento communis prouidentia ordine remouere potuisset, & tamen non remouet, sed potius causat directè, & positiuè.

Confirmatur tertio, quia quæcumque non sunt mala culpæ, si conducunt ad finem reprobationis, sunt effectus illius; effectus autem directè voliti sunt, & causati ab ea prouidentia, cuius sunt effectus: vt ostendimus supra disp. 38. sect. 1. sed prædicta impedimenta conducunt ad finem reprobationis paruulorum: ergo sunt directè volita, & causata per diuinam prouidentiam.

13. Quod Deus præcipit directè vult.

Probatum secundò, quia quidquid præcipit Deus, & facit, vt executioni mandetur, id totum directè voluntate, & prouidentia vult, disponit, & causat; sed præcipit Deus, interfici innumerabilem multitudinem infantium, manentium adhuc in vtero materno, vel lactentium, quibus nullum erat applicatum salutis remedium, & hoc fecit executioni mandari: ergo Deus directè voluntate, & prouidentia voluit, disposuit, & causauit, vt isti paruuli morerentur absque remedio salutis, atque vt illorum remedio apponeretur impedimentum mortis. Minor probatur, quia præcepit Deus olim ex quibusdam nationibus interfici omnes mulieres, inter quas sine dubio aliqua reperiebantur pregnantes. Præcepit etiam interfici omnem paruulum, atque lactentem; quemadmodum Numer. 31. *Ergo cum cunctos interficite, quidquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate.* Deuteron. 7. sub initio: *Percuties eas usque ad interfectionem.* Quod executioni mandauit Iosue cum suo exercitu cap. 6. *Et interfecerunt omnia, quæ erant in ea à viro usque ad mulierem, ab infante, usque ad senem.* 1. Reg. 15. *Interfice à viro usque ad mulierem, & paruulum atque lactentem.*

14. Quo pacto vult Deus impedimenta Baptismi infantium.

Respondet aliquis, horum infantium mortem non fuisse à Deo volitam directè sub ea ratione, quatenus est impedimentum remedij sufficientis ad æternam salutem. Hæc tamen solutio non satisfaciet: quia licet ratio impedimenti non sit bonum primariò mouens voluntatem diuinam, est tamen aliquod bonum directè volitum, & ordinatum ad puniendum peccatum ori-

ginale, & grauissima scelera progenitorum illius nationis, & ad alios fines dicendos infra sect. 4. n. 11. Atq; sub hac ratione volitum esse illud impedimentum salutis, non obscurè colligitur ex Prospero cap. 20. 21. & 24.

Vnde colligo, & dico quartò. Ex vi talis voluntatis, seu affectus ad eiusmodi paruulos, non cogitur Deus ad offerendum, quantum in se est, ordinarium auxilium, vel concursum ad talem applicationem ex parte sua necessarium. Quamuis enim fortasse Deus generalem concursum primæ causæ ad applicationem Baptismi, vel ad natiuitatem pueri nunquam subtrahat; nihilominus aliquando per causas liberæ mutat ordinarium auxilium causarum naturalium, & facit, vt ordinarium auxilium teneat diuersum cursum, manens tamen intra rationem auxilij ordinarij.

15. Aliquando Deus per causas liberæ mutat ordinariū auxilium causarum naturalium.

Colligo præterea, & dico quinto. Non est antecedens, sed consequens voluntas, & prouidentia Dei, qua parte directè vult atq; decernit, vt quidam paruuli moriantur in vtero, & alijs paruulis sine vlla culpa parentum, aut ministrorum non possit applicari Baptismus. Ratio est non solum, quoniam est voluntas efficax, sed illud præcipit, quoniam hæc voluntas ex suo modo tendendi supponit originalem culpam, in cuius poenam decernitur mors, & impedimenta Baptismi, sicut & negatiua reprobatio, & omnes eius effectus: vt satis colligitur ex omnibus testimonijs Augustini supra citatis, & fusius probauimus differentes de causa negatiua reprobationis. Pro cuius confirmatione recolenda est quidditas voluntatis consequentis, in eo consistens, quòd supponat aliquam culpam, vt probatum est tomo de voluntate Dei disput. 19. sect. 2. & multis sequentibus.

16. Dei volitum consequens circa paruulos.

Vnde tandem colligitur, quidquid est in Deo voluntatis antecedentis, quam habeat ex mero pondere propriæ voluntatis circa bonum ex se amabile, non supponendo culpam, hoc totum dirigi ad salutem illorum, & ad conferenda media salutis, videlicet in Adam iustitiam originalem, & in Christo Domino Redemptionem, & sacramenta. Nam voluntas apponendi impedimenta applicationis eorumdem mediorum versatur circa obiectum, quod Deo non esset amabile, nisi præsupposita culpa.

17. Voluntas Dei antecedens quomodo ad salutem hominum dirigitur.

Inde soluuntur argumenta, quæ contendunt, Deum, quantum ex se est, voluntate antecedenti voluisse paruulis omnibus concedere omnia media necessaria ad salutem, non solum quæ à solo Deo pendent, sed etiam quæ dependent à causis secundis, qualis est natiuitas & applicatio Baptismi.

18.

Primum argumentum est. Nam qui vult finem, si prudenter agat, vult etiam media sufficientia ad finem, saltem eo modo, quo vult finem: alioqui vel formaliter, vel virtute simul vellet, & nollet idem obiectum.

Qui vult finem, vult & media.

Confirmatur, quoniam omnes Theologi existimant, ex antecedenti voluntate finis rectè inferri voluntatem conferendi media.

19.

Respondetur, totum hoc fundamentum esse verum; nihilominus rectè illius applicatio potius confirmat nostras assertiones. Sicut enim probatum est, per Dei prouidentiam non esse directè volita, sed potius directè negata quædam media salutis, dependentia à causis secundis. Sic etiam Deus voluntate antecedenti non plenè, &

Quomodo Deus vult media ad paruulorum salutem.

quantum ex se erat, efficaciter voluit finem salutis. Vnde voluntas finis, & voluntas conferendi media, & eorum actualis collatio sibi correspondent optima proportione.

20. Secundum argumentum: nam si voluntas, quam Deus habet de salute horum paruulorum, non infert ex se collationem, vel oblationem sufficientium mediolorum, non magis Deus vult hos paruulos post originale peccatum saluos fieri, quam voluerit angelos malos post lapsum in peccatum saluare: quia etiam in illo obiecto, scilicet sanctificatione, & glorificatione illorum angelorum simpliciter complacere potest, quia per se spectatum optimum est.

21. Qua collatio mediolorum omnibus hominibus generalis.

Respondetur. Argumentum recte probat, quod voluntas, quam Deus habet de salute horum paruulorum, infert ex se collationem, vel oblationem aliquorum mediolorum, sufficientium ad salutem, videlicet, quae generalissima sunt vniuersae communitati hominum, vt Redemptio, & merita Christi Domini, sacramenta, & praecipuum adhibendi remedium infantibus, quod impositum est parentibus, & ministris Ecclesiae; a quibus remediis nec propter eorum quidditatem, nec propter institutionem Christi Domini excluditur aliquis infans. Nihilominus excluduntur omnes demones, tanquam omnino ex natura illorum & ex quidditate sacramentorum omnino incapaces. Itaque licet paruulus in vtero non sit capax remedij, tamen illi manere in vtero, aut in eo mori non conuenit ex natura sua semper, & in omni statu; & ideo ex natura sua, & ex genere capax est remedij, & applicationis meritorum Christi Domini.

Remedia generalia non profunt demominibus.

SECTIO IV.

Alia argumenta de Redemptione Christi Domini, de martyrio, & parentum orationibus, vel alijs actionibus.

1. PRIMUM argumentum, desumptum ex antecedenti Dei voluntate i. Timoth. 2. vrgent auctores secundae sententiae; quoniam Apostolus illius voluntatis antecedentis rationem reddit: Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit in redemptionem semetipsum pro omnibus nobis; ac si diceret: ideo se dedit in redemptionem pro omnibus, quia omnes saluare vult; sed Christus redemit etiam paruulos morituros in vtero: ergo pro eis obtulit mortem suam, & per illam eis meruit, quantum in ipso est, reliqua sufficientia media, per quae salus applicari solet.

2. Respondent tertiae sententiae auctores, Christum pro omnibus mortuum esse, non quia omnibus etiam paruulis desiderauerit applicari remedia, quae eis applicari possent; sed quia communis erat causa paruulorum, & omnium hominum adultorum, ob quam venerat Christus Dominus, & pro qua orauit, & quoniam pretij magnitudo omnibus efficaciter redimendis sufficiens erat.

3. Sed vltterius instant auctores secundae sententiae, dicentes, quod in hac solutione conceditur, non esse satis, vt Christus Dominus verè & proprie dicatur Redemptor talium hominum. Quod probant, quia non satis est, pretium esse sufficiens, nisi offeratur pro redemptione alicuius.

Confirmatur primò, quoniam etiam pro demoniis erat sufficiens valor in Passione Christi, & non propterea Christus fuit Redemptor eorum etiam quoad sufficientiam.

Confirmatur secundò: parum quippe referret, causam esse communem, si oblatio pretij non fuisset pro omnibus communis: vt si mille homines essent captiui ob eandem causam, & Princeps locupletissimus licet posset omnes redimere, solum pro quingentis pretium offerret, & alios nullo modo liberare vellet, non diceretur redemptor eorum, etiam quoad sufficientiam.

Confirmatur tertio, quia non minus Deus voluntate diuina, quam Christus humana voluit salutem, & redemptionem totius mundi, & omnium hominum, iuxta illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. & i. Timoth. 4. Deus est Saluator omnium. & i. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi; & alia quae reuulimus supra disp. 39. sect. 4.

Respondetur. Haec argumenta recte probant, Christum Dominum non solum humana voluntate, sed etiam diuina & communi cum Patre aliquomodo voluisse, atque desiderasse sufficientia remedia applicari omnibus paruulis, etiam illis, qui virtute naturalium causarum morituri sunt ante natiuitatem. Nihilominus voluntas haec, atque desiderium antecedens non fuit plenum, nec efficax, quantum erat ex parte sui, sed aliqua tantum ex parte efficacis, videlicet in causalitate communi, & in generali, quatenus Christus Dominus obtulit, & Pater acceptauit illud infinitum pretium pro quibuslibet hominibus, qui baptizarentur: & omnes paruulos voluit, quantum est ex natura sua, capaces esse Baptismi, prout amplius declarauimus in praecedenti sectione.

Christus D. voluit paruulis sufficientia remedia etiam voluisse diuina, sed non plena.

Ad primam confirmationem solutio constat ex dictis in fine praecedentis sectionis de discrimine inter homines, & demones.

Ad secundam confirmationem respondetur. Christus Dominus non modò pro paruulis, quibus adulti possunt applicare Baptismum, sed etiam pro illis omnibus, quibus impossibilis est Baptismus, pretium obtulit, omnes illos liberare volens, sed non plena, & quantum ex se erat, efficaci voluntate; sed tantum voluntate concedente media generaliter sufficientia.

Ad tertiam confirmationem solutio constat ex dictis.

Predictus modus constituendi generalitatem redemptionis colligitur ex Prospero ad i. obiect. Vincent. dicente, Quod ad magnitudinem, & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc saeculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranscunt, redemptionis alieni sunt. & post pauca: Cuius mors non ita impensa est humano generi, vt ad redemptionem eius, etiam qui regenerandi non erant, pertinerent; sed ita vt quod per vnicum exemplum gestum est pro vniuersis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Concedit igitur Prosper, eos, qui baptizandi non sunt, aliquomodo in aliquo sensu esse redemptionis alienos, & ad redemptionem non pertinere, nisi ea tantum ratione, quoniam Deus pro vna generali causa totius generis humani mortuus, praecipit omnibus hominibus eius passionem applicari per Baptismum. Quibus familia scribit in sententia super 9. cap. Gallorum.

Pretium Christi pro omnibus paruulis.

7. Generalitas redemptionis, & qui & quomodo ab ea alieni.

Vrgebit

8. Vrgebit secundò quispiam; quoniam si ex antecedente Dei voluntate saluandi omnes, & ex generalitate Redemptionis Christi Domini non colligitur, omnibus paruulis fuisse collata auxilia sufficientia, debilitabuntur argumenta, quibus supra disput. 39. sect. 4. & fusiùs in tomo de voluntate Dei disput. 19. & 20. probatum est, omnibus adultis concedi talem sufficientiam auxiliorum, virtute cuius sit omnibus absolute possibile conuerti, & saluos fieri. Nam illarum disputationum argumenta nituntur in generalitate voluntatis antecedentis, & sufficientia Redemptionis Christi Domini.

9. Respondetur negando sequelam. Quoniam inter adultos & paruulos seruat proportionem quanta possibilis est circa sufficientiam auxiliorum, vt diximus disput. 45. sect. 2. Nam paruuli cum adultis in eo conueniunt, quod eorum omnium salus impossibilis persæpe redditur per causas naturales, minimè subiectas libertati, aut etiam per causas liberas, vt quando peccatores dormientes opprimuntur morte sine violenta, siue naturali, vel corripuntur amentia, phrenesi, aut alia causa impediens rationis vsum, vel inuincibiliter ignorant modum impetrandi veniam, vel habentes solum attritionis actum carent copia sacerdotis. Quemadmodum igitur antecedenti Dei voluntati saluandi, & generali Redemptioni non repugnat, in his casibus impossibile esse salutem peccatoribus adultis, nec institutum esse aliquod remedium sufficiens pro illo statu: sic etiam eidem voluntati Dei, & Redemptioni non repugnat, paruulis morituris in vtero nec propria, nec aliena voluntate posse succurri, & quibusdam baptisio post natiuitatem deesse possibilitatem Baptismi.

10. Rursus quemadmodum adulti pares sunt infantibus quantum ad impossibilitatem salutis in aliquo statu: sic etiam infantes adultis pares sunt quantum ad possibilitatem salutis, & remedia sufficientia pro eo statu, & eo modo, quo sunt capaces auxilij sufficientis. Nam postquam in lucem prodierint, per alienam adultorum voluntatem baptizari possunt. Quòd si non nunquam properantibus adultis ad baptizandum, mors praecipit infantem: sic etiam properante confessario, mors non rarò praecipit poenitentem, etiam antequam propter turbationem vrgentis periculi valeat contritionis actum elicere.

11. Si petas, quare Deus non prouidit aliquod remedium, quod applicari posset infantibus in vtero morituris, aut certè non omnia pericula moriturorum submoueat. Rationes adhibet Prospero libro 2. de vocat. gent. cap. 21. & 22. in primis recurrens ad inscrutabilia iudicia Dei: deinde tam in dictis capitibus, quam precipue in cap. 24. fines aliquos exponit: primò ad puniendum originale peccatum, & ostendendam illius grauitatem: secundò vt clarius constet, Baptismi gratiam paruulis non secundum merita parentum, sed ex mera gratia concedi: tertio ad sollicitandam diligentiam adultorum, vt infantibus procurare subuenire per Baptismum. Possimus addere finem quartum, ad puniendam quorundam parentum crimina: & rationem quintam, quia quando paruuli sunt in vtero matris, non subiiciuntur Ecclesiae visibili, nec actioni ministrorum, vt possit per aliquam actionem sensibilem illis applicari fides Ecclesiae.

Baptismus ex mera gratia.

quam & alias rationes similes colligere poteris ex Alexandro, S. Thoma, S. Bonau. & alijs Scholasticis citatis supra sect. 2. n. 10.

Argumentum tertium: nam paruulis etiam in vtero morituris remedium sufficiens erit martyrium, siue tyranni intentio feratur ad occidendam tantum matrem, siue feratur etiam expressè ad interficiendum foetum, dummodò mortem inferat in odium fidei. Sic enim infantes Baptismo sanguinis salutem obtinere, docent communiter Scholastici: Scotus 4. dist. 4. q. 3. §. de secundo, vbi Paludanus dist. 6. quaest. 1. art. 3. Ricardus eadem dist. 6. art. 2. quaest. 1. Arg. dist. 6. quaest. 1. art. 4. conclus. 2. Gabriel in 4. dist. 4. quaest. 2. art. 3. dub. 2. Carthus. dist. 6. quaest. 1. Vega lib. 5. in Trident. ad finem totius libri, videlicet cap. 16. sine. Nec scimus ab aliquo Theologorum hoc negari.

12.

Respondetur. Paruulis in vtero morituris siue dubio prodesse Baptismus sanguinis. Hoc tamen non sufficit, vt Deus omnibus illis concesserit remedium proximè sufficiens: tum, quoniam Deus prohibet inferre martyrium: tum etiam, quoniam infantibus existentibus inter fideles vltimum est impossibile martyrium.

Baptismus sanguinis.

Quartum argumentum: quoniam etiam morituris in vtero parentes, & sacerdotes per orationes & pia opera poterunt obtinere, vt in lucem prodeant, antequam moriantur.

13.

Respondetur, licet hoc sit absolute possibile; nihilominus non est aliqua certa lex concedendi, quòd eiusmodi orationibus petitur, sed potius vltimum negatur: ac proinde tunc saltem negatur auxilium proximè sufficiens, vel potius negatur ablatio impedimenti.

Orationes infantibus quomodo profunt.

Quintum argumentum: etenim aliquibus paruulis non applicari remedia, siue vt nascantur, siue vt baptizentur, pender semper ex aliquo opere voluntario parentum, vel aliorum adultorum, etiam si fiat absque illorum culpa. Veluti quòd mulier domo exeat, vel talem cibum capiat, vel aliquid simile voluntarie faciat; quod si non faceret, possibile foret remediis naturalibus obtinere natiuitatem prolis.

14.

Respondetur primò. Quandoque causas naturales concurrentes ad generationem filij contingit esse tam debiles, vt non possint communicare virtutem in vtero viuendi, nisi per paucos menses, aut dies: tunc autem infans moritur in vtero, quidquid faciat mater siue culpabiliter, siue inculpabiliter.

Respondetur secundò. Quando mater aliquid facit inculpabiliter & citra vllam humanam imprudentiam, si mors infantis inde sequatur, non dicitur Deus in eo casu remedia, proximè sufficientia, filio contulisse in voluntate matris: quoniam remedium euitandi talem actionem nulla humana prouidentia fuit matri possibile, vt supponimus in casu. Generaliter enim non est in alicuius potestate,

aut voluntate quòd per nullam humanam prudentiam potuit prouidere, aut gubernare.



DISPUTATIO L.

Vtrum Angeli propter opera praeuifa fuerint praedestinati, vel reprobati.

SECTIO I.

Vtrum Angeli fuerint praedestinati.

1. Angelorum electio.



ERTA est conclusio affirmatiua; quoniam omnes electi sunt praedestinati: Angelos autem fuisse electos, Paulus tradit 1. ad Timoth. 5. Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis. Porro Angelos praedestinos esse ad gratiam, & ad gloriam, supponit aperte Augustinus 12. de ciuit. cap. 9. & de corrept. & grat. c. 10. 11. & 12. & in Enchiridio cap. 100. Probatum ratione, quia praedestinatio est praeparatio gratiae, & gloriae: vtraque autem parata, & donata fuit Angelis bonis.

2. Praedestinatio ordinatio ad gloriam.

Confirmatur, quia praedestinatio est ordinatio creaturae intellectualis ad gloriam: quod totum Angelis conuenit.

Primò obiciunt Scholastici, quoniam praedestinatio est propositum miserendi, vt colligitur ex Paulo ad Roman. 9. Cuius vult, miseretur; misereri autem respicit miseros; sed Angeli nunquam fuerunt miseri: ergo respectu illorum non habuit Deus propositum miserendi, ac proinde neque praedestinationem.

3. Quae ratio praedestinare sic misereri.

Respondetur primò. Praedestinare est misereri ratione termini ad quem, qui est gratia, & liberalis misericordia, & non praexigit necessariò terminum à quo, scilicet miseriam, à qua liberet.

4. Angeli misericordiam.

Respondetur secundò. Angeli fuerunt miseri negatiuè, quatenus quod ex se est, gratia carerent, & adhuc accepta gratia carerent supernaturali beatitudine, nisi Dei liberalitate eam acciperent. Vtramque solutionem tradunt D. Thomas quaest. 23. art. 1. ad 3. Albertus 1. p. quaest. 63. memb. 2. particula 4. Alexand. 1. p. quaest. 28. memb. 2. art. 4. Ricard. 1. dist. 40. art. 1. quaest. 3. Cui consonat generalis doctrina Scholasticorum in omni opere Dei, etiam in opere creationis, interuenire Dei misericordiam, iuxta Psalm. 24. Omnes via Domini misericordia, & veritas; vt fusiùs ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 61. sect. 3. Praeterea notandum est praedictam definitionem praedestinationis nullibi traditam esse ab Augustino; licet illi tribuatur, fortè quoniam ex illius doctrina colligitur.

5. Angeli à peccato non redempti.

Secunda obiectio sumitur ex definitione Augustini de bono perseverantiae cap. 14. propius ad princip. quam ad medium, quem sequitur Magister, & communiter Scholastici 1. dist. 40. Praedestinatio est praescientia, & praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur; sed boni Angeli non liberantur, quoniam nunquam fuere captiui: ergo Angeli boni non sunt praedestinati. Confirmari potest, quoniam Angeli, propriè loquendo, non sunt redempti: quoniam, vt ex Sozimo Papa refert Augustinus epist. 157. ad Opratum multò propius ad finem, quam ad med. Nullus, nisi qui peccati seruus est, liber efficitur: nec redemptus dici potest, nisi qui verè

per peccatum fuerit ante captiuus. Sed Angeli per peccatum non fuerunt ante captiui: ergo Angeli non sunt liberati, ac proinde nec praedestinati.

5. Angeli praesentis ne peccarent.

Respondetur primò. Angeli quamuis non fuerint redempti à seruitute peccati iam commissi; nihilominus praesentis sunt, ne peccarent, ac defensi à peccato: vt loquitur Fulgentius lib. 2. ad Trasimundum cap. 2. prope finem, & cap. 3. initio, & eodem sensu liberati sunt. Dicimus enim multos ab imminente periculo liberatos; quamuis illis nullum contigerit malum. Adde quod Dionysius cap. 8. de diuinis nominib. cap. 8. sine: Redemptionem, inquit, eam Theologi appellant, quatenus ea, qua verè sunt, in nihilum recidere non patiuntur: & quatenus si quid in errorem lapsum sit, & ab ordine deflexerit, deminutionemque cumuli bonorum suorum senserit: id etiam à detrimento, ab imbecillitate, à priuatione redimit, id, quod deest, supplet, &c. Duplex hæc redemptionis significatio magis vniuersalis est, quam vt praesupponat peccatum. Et prima quidem peculiari ratione conuenit Angelis praedestinis, quod Deus non patitur recidere in nihilum entitatis, nec in nihilum gratiae, & ordinis, quod est peccatum. Secunda quoque significatio conuenit aliqua ex parte, quatenus Deus per gratiam, & gloriam suppleuit, quod deerat illis ad cumulum felicitatis.

Redemptio secundum Dionysium, quid.

Hoc eodem sensu Bernardus serm. 1. de Circumcisione à medio: Iesus, inquit, idem & Angeli Saluator, & hominis. Durius autem loquitur serm. 22. in Cantica prope medium: Qui exierit, ait, hominem lapsum, dedit stanti Angelo, ne laberetur, illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens: & hac ratione fuit aequè vtrique Redemptio, soluens illum, & seruans istum. Hæc tamen locutio impropria est, & cauenda, ne faueat Originis errori, putantis, Angelos peccauisse, & à peccato fuisse redemptos, aduersus quem scribit Suarez 3. p. tomo 1. disp. 42. sect. 2. Sed de redemptione propriè dicta S. Thomas 3. p. quaest. 48. art. 4. & 5.

6. Angeli quos saluandi.

Tertia obiectio praecedenti similis, ex Magistro 1. dist. 35. cap. 1. & 2. vbi aliquoties repetit, praedestinationem esse saluandorum: & dum saluandos explicat, nominat homines, non Angelos.

Angeli quos saluandi.

Respondetur. Etiam Angeli boni saluandi fuerunt eodem sensu, quo fuerunt liberandi, quoniam salui, & incolumes à periculis peccandi, & inferni seruandi fuerunt. Quòd autem homines Augustinus nominauerit, & non Angelos, propterea factum est, quoniam praesertim de hominum praedestinatione disputabat.

8. Tres praecedentes obiectioes, quamuis valde probabiliter solutae sunt, negari tamen non potest, quin ex illis relinquatur non tenuis probabilitas, quòd Augustinus, Magister, & antiqui Scholastici de praedestinatione hominum disputauerint, omitta praedestinatione Angelorum: qua notatione nobis erit opus sect. 3. & seq.

SECTIO II.

Vtrum opera, per solas vires naturae elicitae, fuerint ratio praedestinandis Angelos.

Conclusio negatiua certa debet esse. Ratio est. Quamuis enim Ecclesia nihil expressè decreuerit

1. Ratio est.

Ab operibus per vires naturae independens praedestinatio.

decreuerit de causa praedestinandis Angelos; expressè tamen decreuit, opera, per solas vires naturae elicitae, ex se esse omnino insufficientia, & improporcionata, vt ab illis quocumque modo pendat praedestinatio, siue ad gratiam, siue ad gloriam. Quamuis autem loquantur Pontifices, & Concilia de hominibus; eadem tamen est ratio de Angelis. Quamobrem omnia, quae de hominum praedestinatione ad gratiam, & ad gloriam, independenter ab operibus moraliter bonis, dicta sunt huc vsque, seruata debita proportione de Angelis debent intelligi.

2.

Placuit autem paucis propositioibus comprehendere quae praecipua sunt in hac re.

Prima propositio. Ratio praedestinandis Angelos, siue ad gratiam solam, siue ad gratiam, & gloriam simul, non potuit esse actio elicitae per solas vires naturae: sicut de Angelis probatum fuit tomo praecedenti de prouidentia disp. 43. sect. 3. & 4. & in simili de hominibus supra tota disp. 5.

3.

Quod adiutorium ad perseverantiam Angelis necessarium.

Secunda propositio. Iustificatio Angeli debuit incipere à Dei gratia praeueniente. Hæc necessariò sequitur ex praecedenti.

Tertia propositio. Angelis, vt tentationi resisterent, & cauendo peccatum in gratia perseverarent, fuit necessarium praeueniens, & operans adiutorium; sed non fuit necessarium nouum, & speciale adiutorium, sufficiebat enim primum de lege communi datum omnibus Angelis. Hæc, & praecedens propositio probata fuit dicta disp. 43. de prouid. sect. 3. & 4.

4.

Prima gratia.

Quarta propositio, quae sequitur ex praecedenti. Primum auxilium gratiae praeueniens, & excitans nullo modo mereri, aut impetrare potuerunt Angeli, nihilque potuerunt efficere, quod esset causa, aut ratio, aut conditio sine qua non, ad obtinendum auxilium gratiae.

Quinta propositio. Nihilominus primam gratiam iustificantem potuerunt Angeli mereri de congruo per auxilia gratiae excitantis & adiuantis ad credendum, sperandum, & diligendum Deum.

Sexta propositio. Ad gratiam & gloriam requirebatur effectiuus concursus Angeli per intellectum, & voluntatem, quandoque sine libertate, vt in gratia excitante, quandoque libera, vt in actionibus supernaturalibus, quibus disponebatur ad gratiam.

Septima propositio. Hæc & reliqua pertinentia ad gratiam & praedestinationem eodem modo dicenda sunt de Angelis, sicut de hominibus, duobus exceptis. Primum est auxilium ad perseverandum, quod naturae lapsae aliter necessarium est, quam Angelis, & naturae integrae: sicut inferitur ex praecedenti propositione tertia, & probatum est loco in ea citato. Secundum est modus & causa praedestinationis, ac reprobationis: de quibus dicendum est sectionibus sequentibus.

SECTIO III.

Vtrum praesentia boni usus gratiae fuerit ratio praedestinandis Angelos, iuxta varias sententias Scholasticorum.

1.

Hæc quaestio eodem modo intelligenda est, sicut illa, quae fuit disp. 7. de hominum pra-

destinatione: videlicet, vtrum Deus independenter à praesentia perseverantia in gratia, & bonis operibus supernaturalibus decreuerit efficaciter, Angelis conferre gloriam, & ex ea intentione eos impulerit, vt efficaciter & infallibiliter perseverarent in accepta gratia, & illa benè vterentur: vel potius è contrario Dei voluntas, & benevolentia, quod ex se est, æqualis fuerit erga omnes Angelos, & ratio discriminis, ob quam Michaëlem praedestinavit ad gloriam, & Luciferum ad supplicium, fuerit, quoniam prauidit, Michaëlem perseveraturum in gratia, liberè vtendo auxilio; Luciferum verò liberè abusu- rum accepta gratia, & peccaturum. Itaque non solum de causa praedestinationis, sed etiam de causa reprobationis dicendum est in praesenti.

2.

Antiquiores Scholastici expressè de controuersia praesenti dixere nihil. Quamuis enim fusiùs tractauerint causam praedestinationis, aut reprobationis ex parte hominum; ab ea tamen decisione nec Angelos excludendos, nec in ea includendos, neque dissimiliter de illis philosophandum esse meminere. Hoc argumento quibusdam recentioribus probatur, antiquiores Scholasticos de Angelis idem sensisse, quod de hominibus; quoniam si aliter sentirent, dicere debuissent.

3.

Coniecturam istam esse valde leuem existimo. Primò, quoniam facilius erat notare idem sentiendum esse de Angelis, quod dictum erat de praedestinatione nostra. Quare si Doctores ita sentiebant, minùs excusabilis negligentia foret tacuisse.

Secundò impugnatur, quoniam Magistri sententiarum definitiones non sine aliqua difficultate extenduntur ad Angelos, vt vidimus sect. 1.

Infalibilitas vaga operis liberi longo tempore in homine, & non in Angelo.

Tertiò, quoniam D. Thomas vt libertatem concilieret cum praedestinatione, ac reprobatione, constituta ante praesentia opera recurrit ad infalibilitatem vagam alicuius operis liberè exercendi longo tempore, vt constat ex quaest. 6. de veritate, art. 3. corp. sine. Quod etiam breuiter annotauit extremis verbis articuli 3. in 1. p. quaest. 23. ad componendam libertatem cum reprobatione: vt nos fusiùs explicabimus infra disp. 55. sect. 7. At verò in Angelis non poterat assignari hæc infalibilitas vaga; quoniam eorum via durauit vniò instanti angelico, vnica videlicet operatione, ac deliberatione, quae breui tempori nostro responderet.

4.

Quarò impugnatur eadem illatio, quia S. Thomas, & quidam alij Scholastici ex mente Augustini, Prosperi, Fulgentij, Bedae, & Anselmi sentiunt, communem causam negatiuae reprobationis hominum, fuisse peccatum originale; licet non fuerit causa discriminis: vt vidimus disp. 14. sect. 3. sed hanc reprobationis causam impossibile fuit in Angelis reperiri.

Quintò antiquiores Scholastici cum Augustino potissimum tractant de praedestinatione ad primam gratiam: in hoc autem primariò illorum instituto manifestum est aliter sentire de praedestinatione Angelorum. Omnes enim Angeli praedestinati sunt ad primam gratiam iustificantem infallibiliter obtinendam: homines tamen non omnes, sed pauci sunt ad primam gratiam iustificantem praedestinati. Quapropter existimo, Scholasticos antiquos de causa praedestinationis Angelorum consultò tacuisse, propter nimiam

Angeli conueniens ad primam gratiam praedestinati.



nimiam dissimilitudinem à prædestinatione hominum, & propter rei difficultatem in sacris literis minus indicatam.

5. Ratio bonos Angelos prædestinandi.

Sit igitur prima sententia, quæ asserit, præscientiam boni vñs gratiæ fuisse rationem prædestinandi bonos Angelos; sicut reprobandi demones rationem fuisse præscientiam futuri peccati. Hanc sententiam sine dubio tenerent à ferriori Scholastici, existimantes homines fuisse prædestinatos, aut reprobatos propter præuisa opera: videlicet Othomas, Gabriel, Rubione, Ioannes à Bononia, Camerac. Catherin. Turrianus, Lessius, Ioannes Mariana citati disp. 7. sect. 1. Dixi, à ferriori, quoniam omnia discrimina, quibus Angeli differunt ab hominibus, quantum ad prædestinationem, ac reprobationem, multò fortius suadere videntur, nullis Angelis fuisse negatam prædestinationem ad gloriam, nisi post præuisa peccata: & consequenter nullis fuisse concessam prædestinationem ad gloriam, nisi post præuisam perseverantiam in gratia.

6. Prædestinatio ad primam gratiam qua aequalitate Angelis concessa.

Potiori iure tenentur ita sentire de causa prædestinationis, & reprobationis Angelorum, qui putant, præuisa merita fuisse rationem prædestinandi homines ad gloriam, licet non ad gratiam. Ratio maioris obligationis est, quoniam omnibus Angelis aequalitate proportionis est concessa prædestinatio ad primam gratiam: quocirca nulla ratio discriminis esse potuit, nisi tantum circa prædestinationem ad perseverantiam, & gloriam, aut negationem huius prædestinationis. Ideo Angelos ad gloriam fuisse prædestinatos propter præuisa merita (sicut & homines) perspicue docet Vazquez 1. p. disp. 90. cap. 2. Ceterum ut demonibus negata fuerit prædestinatio ad gloriam, fuisse rationem præscientiam futuri peccati, docet disp. 95. cap. 5. num. 24. & 29. quamvis fateatur, nullam fuisse rationem ex parte demonum, propter quam illis fuerit negata prædestinatio ad gratiam perseverantiæ, & ad vocationem congruam, & opportunam, ut perseverarent.

7. Sequuntur eandem sententiam Pennottus lib. 5. propugnaculi cap. 12. colum. vltima, tractans de Angelis; sed generalem doctrinam tradens lib. 6. cap. 11. & sequentibus, & cap. 21. & sequentibus: similiter Herice de Angelis tractans disp. 22. num. 66. generalem verò doctrinam tradens disp. 23. cap. 9. & sequentibus, & disp. 28. & 29. Verumtamen ista separatio prædestinationis ad gratiam, & perseverantiam ante præuisa merita, & prædestinationis ad gloriam propter præuisa merita, sicut impugnata fuit generaliter supra disp. 12. sect. 3. & 4. sic etiam refutanda est peculiariter circa Angelos.

8. Ex illis autem autoribus, qui docent, homines fuisse prædestinatos, ac reprobatos ante præuisa opera tam ad gloriam, quam ad gratiam, neminem reperio, qui dixerit Angelos ad gloriam, vel ad perseverantiam fuisse prædestinatos propter præuisa opera; demones autem reprobatos propter præuisa peccata, nisi solum Cartagenam discursu 6. de prædestin. prope med. pag. 131. & sequentibus.

9. Hanc sententiam errorem esse censet Zumel in præsentii quaest. 23. art. 4. sua quaest. 1. conclus. 4. Nihilominus non tantum ab hac, sed etiam à qualibet alia nota periculi, temeritatis, aut improbabilitatis hanc opinionem esse tutam, colligitur primò, quoniam ille liber Cartagenæ fuit

approbatus nostris temporibus à Magistro Sacri Palatii, & Romæ typis datus. Secundo ac præcipue, nam in Scriptura, & Patribus nihil invenitur de prædestinatione Angelorum ante præuisa opera; cum tamen inveniantur esse dicta plurima de prædestinatione hominum: nihilominus affirmare prædestinationem hominum fuisse constitutam propter opera supernaturalia est opinio profusè tuta, & probabilis: ut ostendimus supra disp. 7. sect. 2. & disp. 10. sect. 1. Ergo tutius, & probabilius erit hoc affirmare de Angelis. Tertiò, quamvis enim certa foret hominum prædestinatio constituta independentè à præuisis operibus, & causans infallibiliter opera: nihilominus evidentes rationes discriminis satis probabiliter ostenderent, aliter esse ratiocinandum in Angelis.

Nihil de prædestinatione Angelorum ante opera præuisa invenitur in Scriptura.

Secunda sententia dicit Angelos quosdam electos fuisse ante præuisa opera, alios verò post opera præuisa. Refertur hanc tenuisse quidam recentiores, suppresso nomine. Similis est hæc opinio sententiæ Ocam, Gabrielis, & Catherini de insigniter prædestinatis hominibus, quam retulimus supra disp. 7. sect. 1. Propterea huius sententiæ argumenta sunt illis similia, quibus supra disp. 12. sect. 5. & sequentibus, & disp. 15. & 16. retulimus oppugnari prædestinationem, ac reprobationem ante præuisa opera. quæ omnia sunt ibidem soluta.

10. 11. 12. 13.

Vtitur autem eadem sententia alio duplici argumento, quorum primum est, quia nisi Angelorum aliqui fuissent prædestinati ante præuisa opera; periculum immineret, ne tota natura Angelica rueret in peccatum, ac reprobaretur.

Secundum argumentum est, ut Angelica natura, nec minori providentia, nec efficacia minore destinaretur ad beatitudinem, quam natura inferior humana.

Verumtamen hæc argumenta non efficiunt probabilitatem sufficientem.

Ad primum quippe respondetur, nullum fuisse periculum, eo quòd ex numerosissima multitudine Angelorum, propter supernaturalia dona propendente ad meliora consilia, & naturali ingenio ad bonum facile mobili, non defuturos esse, qui constantiam atque virtutem retinerent, erat infallibilitas vaga, similis infallibilitatibus hominum, quas probauimus tomo præcedenti de providentia Dei disp. 8. Quamvis autem defuisset illa infallibilitas, sola scientia conditionalium futurorum erat satis, ut Deus certò sciret, quinam forent perseveraturi, si crearentur in tali instanti cum tali vocatione, &c.

11. 12. 13. Infalibilitas vaga.

Ad secundum verò argumentum respondetur, quantum ad prædestinationem primæ gratiæ, multò plus efficacitatis, & benevolentia fuisse collatum omnibus, & singulis Angelis: unde recompensari potuisset excessus alter circa homines insigniter prædestinatos. Adde insuper esse manifestum excessum favoris naturæ humanæ quantum ad Incarnationem, ac Beatissimam Virginem, ac multa, quæ sequuntur ex istis. Quocirca Dei amorem circa nonnullos homines, etiam præscindendo à Christo Domino, & Beatissima Virgine, fuisse maiorem, quam circa Angelos, probabiliter ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 53. sect. 8.

13. 14. Amor Dei maior erga aliquos homines, quam erga Angelos.

Refutatur itaque prædicta sententia. Primò, quoniam leuibus nititur fundamentis, sicut ex dictis constat. Secundo refutatur, quoniam omnes Angeli

Angeli quantum modo uniformes in merito.

Angeli quantum ad modum operandi, perseuerandi, & merendi sunt vniformes per quamdam aequalitatem proportionalem correspondentem naturæ singulorum. Quamobrem ex parte illorum non potest reddi ratio discriminis, propter quam ij potius Angeli, quam alij fuerint insigniter prædestinati.

Ex omnibus ordinibus ceteris demones.

Confirmatur, nam aliàs omnes Seraphini debuissent propter eandem rationem, insigniter prædestinari. Consequens autem esse falsum, inde constat, quoniam ex omnibus ordinibus, etiam ex supremo promiscuè cecidisse demones, probabilius est, ut ostendimus in materia de Angelis.

15.

Rursus licet Deus pro mera libertate sua potuerit quosdam Angelos ante præuisa opera prædestinare, alios verò post præuisa; nobis ea voluntas nullo indicio reuelata est in Scriptura, & Patribus, nec habet rationem congruentiam, præsertim cum nec inter homines, in quibus maximas inæqualitates exercuit gratia, constituaatur illa inæqualitas, ut aliqui non fuerint prædestinati, nisi propter opera præuisa. Vnde refutatur tertiò, quia rationes omnes, quæ infra sect. 6. & sequentibus probant Angelos ante præuisa fuisse prædestinatos, aequaliter militant in omnibus Angelis absque ratione discriminis.

16.

Tertia sententia dicit Angelos fuisse prædestinatos ante præuisa opera; demones autem non fuisse reprobatos, nisi post præuisa peccata. Sic existimat Zumel in præsentii q. 23. art. 4. sua q. 1. conclus. 3. & 4. & art. 5. sua q. 3. conclus. 3. iuncta concl. 6. vbi de qualibet reprobatione loqui videtur, non tantum de punitiva, sed etiam de negatiua. Repugnantiam igitur implicat ista sententia, quoniam omnium Angelorum electione, ac prædestinatione constituta prius ratione, quam eorum operibus præuideantur ut absolutè futura, necessariò sequitur ceteris Angelis fuisse negatam similem prædestinationem ante præuisa opera.

17.

Vnde præterea sequitur alterum è duobus. Aut enim omnibus illis est simpliciter negata prædestinatio, quod ipsum est fuisse reprobatos negatiua reprobatione; aut illis concessum est, ut possent esse prædestinati propter præuisa opera: quod recidit in ea inconuenientia, propter quæ refusauimus sententiam præcedentem. Atque insuper addit aliquid magis incredibile, videlicet ex tanta multitudine relicta sub communi, & indifferente providentia supernaturali, neminem fuisse, qui cooperaretur diuinæ gratiæ; quamvis omnibus esset data potestas, ut propter præuisa merita consequerentur gloriam. Consecutionem verò reprobationis ante præuisa peccata, ex prædestinatione ante præuisa merita, vidimus disp. 15. sect. 2. Denique repugnat prædictæ sententiæ, quod idem author asserit, eandem esse rationem in reprobatione hominum & Angelorum; & permissionem peccati esse reprobationis effectum, ut videre est in art. 5. q. 4.

18. Angeli prædestinati ante merita præuisa.

Probabilior est igitur quarta sententia, dicens, Angelos fuisse prædestinatos, ut homines ante præuisa merita, quatenus Deus voluit eis præbere congruentem, & opportunam vocationem, atque voluit eos creare sub circumstantiis, sub quibus sciebat illos fore cooperaturos diuinæ gratiæ, atque perseveraturos: ceteros autem fuisse reprobatos ante præuisa peccata, quatenus illis negatum est illud speciale bene-

ficiam congruæ vocationis, & circumstantiarum; licet illis sufficientissimum, & superabundans auxilium fuerit concessum. Ita docent Belarmin. lib. 2. de grat. & libero arbit. cap. 17. quòd est vltimum, & breuiter Molina in præsentii q. 23. art. 5. disp. 1. memb. 7. §. Quare in primis, fuisit Suarez lib. 1. de prædestin. cap. 9. Estius lib. 1. sentent. dist. 41. §. 13. & 14. Hæc igitur sententia declarabitur, & probabitur sectionibus sequentibus.

SECTIO IV.

Quantum ad media prædestinationis ac reprobationis maior fuit aequalitas diuina benevolentia erga cunctos Angelos, etiam præscitos, quam erga cunctos homines.

1. Discrimen inter prædestinationem Angelorum & hominum.

Dico primò. Generale discrimen est, quòd Angelorum prædestinatio, & reprobatio magis aequalis est electis, & præscitis Angelis, quantum ad causalitatem gratiæ datæ, vel oblatae in actu primo, præscindendo ab actu secundo, & à scientia conditionata; contra verò multo magis inæqualis causalitatis est prædestinatio, & reprobatio hominum. quod ex sequenti discursu, & tota præsentii disput. constabit.

2. In creatione Angelorum que aequalitas seruata.

Dico secundò. Maxima aequalitas seruata fuit inter omnes Angelos, tam præscitos, quam prædestinatos, in primo suæ creationis instanti. Nam omnibus, nullo excepto, fuit infusa iustificans gratia habitualis: & omnes excitati sunt ad actus fidei, spei, & charitatis, quibus disponebantur, & eam de congruo mererentur. Quamobrem diuina prædestinatio discernens Michaëlem à Lucifero, nihil discriminis executi fuit in primo instanti; sed tantum in secundo causans perseverantem obedientiam in Michaële, non autem in Lucifero. Idem intellige de reliquis Angelis, & demonibus.

3. Qui homines prædestinati.

Dico tertiò. In secundo instanti via Angelorum, quantum ad eorum perseverantiam inter electos, & præscitos multo maior aequalitas diuinæ gratiæ dispensata fuit, quam inter homines electos, & præscitos. Probat, quoniam homines indeclinabiliter & inseparabiliter aguntur ad perseverantiam; & gloriam, & illis datur non tantum, ut possint perseverare, si velint, sed etiam, ut velint. Hoc autem Angelis electis non est concessum. Ita docet Augustinus locis statim citandis, quæ quoniam difficilia sunt, ita debent exponi, & conciliari cum aliis sententiis eiusdem Doctòris.

4. Qui homines prædestinati.

Notandum igitur est primò, non omnes homines prædestinatos, sed illos tantum, qui diuturno tempore perseverant in gratia inter varias tentationes, difficultates, ac pericula, recipere donum illud Spiritus sancti, quo inseparabiliter, & indeclinabiliter aguntur ab illo. Ita significat ipse contextus Augustini, & persuadet ratio, atque communis doctrina de speciali dono perseverantiæ. Nam paruuli prædestinati per Baptismum, aut martyrium, vel adulti, paulo post Baptismum, aut poenitentiam morientes, aut amittentes vsum rationis, eiusmodi dono non indigent.

5. Primum

Nota secundò, discrimen istud Angelorum ab hominibus duobus membris constare.

Inter perseverantiam hominis & Angelis quod differunt.

Primum est. Angeli non indigebant nova gratia excitante, ut perseverarent, & pervenirent ad gloriam; sufficiebat enim excitans gratia, quae fuerat illis infusa in primo creationis instanti, sicut probatum fuit tomo de provident. disp. 43. sect. 3. & 4. & commemoratum fuit sect. 2. Sed homines ut diuturno tempore perseverarent inter tentationes, & difficultates, indigent singulis momentis nouo semper adiutorio excitante, ac protegente, per quod Deus nunquam discedat, nec declinet ab homine: quod postulamus Psalm. 26. Ne auertas faciem tuam a me, neque declines in ira a seruo tuo. Adiuutor meus esto, ne derelinquas me. & Psalm. 37. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris a me. Quod idem petitur Psalm. 21. vers. 11. & Psalm. 34. vers. 22. Sic igitur Deus homines agit inseparabiliter, & indeclinabiliter, quatenus nec Deus declinat, aut separatur ab illis; sed adest perpetuo praesens, ut adiuuet, & protegat; unde fit, ut homo nunquam ab adiutorio separetur, nec ab eo declinet.

6. Indifferentia libertatis maior Angelis quam hominibus.

Alterum membrum istius discriminis est indifferentia libertatis maior Angelis relicta, quam hominibus, quoniam ita decebat eorum naturalem perfectionem, ut dicemus sect. 5. post conclusionem primam. Ideo datum est illis, ut possint perseverare, si velint, sed hominibus datum est etiam, ut velint perseverare, per fortius adiutorium, magis libertatis indifferentiam inclinans ad perseverandum; licet non afferat necessitatem antecedentem, imò nec infallibilitatem moralem; quoniam hanc concedere in omnibus hominibus diu perseverantibus, nulla ratio compellit; quamvis sine dubio concedenda sit in aliquibus, maxime verò confirmatis in gratia; quemadmodum alibi probatum est.

Moralis necessitas non omnibus hominibus ad perseverandum.

7.

Tertio notandum est, hoc discrimen ex professo doceri ab Augustino lib. de corrept. & gratia c. 11. 12. & 13. Pro cuius intelligentia supponendum est auxilium requisitum ad perseverandum in Angelis, & in statu innocentiae eodem modo, eodemque gradu poni ab Aug. in c. 11. de corrept. & grat. vers. fin. ut constat ex illis verbis: Sed quia noluit permanere (scilicet Adamus in statu innocentiae) profecto eius culpa fuit, cuius meritum fuisset, si permanere voluisset, sicut fecerunt sancti Angeli, qui, caderibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi. Quod magis explicat, & probat Augustinus ibi, quoniam neque Angeli, neque Adamus in statu innocentiae laborabant difficultate boni, & propensione ad malum, quae sequitur ex concupiscentia, infirmitate, & tentationibus naturae lapsae. Denique apud Augustinum in dictis tribus capitibus de corrept. & grat. evidens est quidquid discriminis constituit inter statum innocentiae, & statum naturae lapsae, quod attinet ad auxilium perseverantiae, idem sentire, atque dictum velle de Angelis. Ad hanc paritatem Adami, & Angelorum notentur etiam illa verba praedicti capituli 11. Si autem hoc adiutorium vel Angelo, vel homini defuisset, non vitio sua culpa cecidisset, & quae sequuntur in textu.

Status innocentiae sine labore.

8.

Auxilium perseverandi.

Nunc igitur praedictum discrimen Angelorum ab hominibus in natura lapsa probatur, quia perseverandi auxilium, datum Angelis, eodem discrimine differt ab auxilio naturae lapsae, quo discrimine differt auxilium datum Adamo in statu innocentiae; sed auxilium datum Adamo in statu innocentiae eo differt ab auxilio naturae

lapsae, quod natura lapsa indiget auxilio inseparabiliter, & indeclinabiliter inclinante ad perseverandum; sed hoc non est datum Adamo in statu innocentiae, neque illo indigebat: ergo idem sensit Augustinus de bonis Angelis. Minorem huius syllogismi tradit Augustinus à fine capituli 11. de corrept. & grat. vique ad initium cap. 14. nam in c. 11. ait, hoc esse proprium gratiae, hominibus datae per redemptionem, ut accipiant non solum posse, quod voluerint, sed etiam velle, quod possunt, quod velle non accepit Adamus. Et toto cap. 12. probat, naturam lapsam propter tot, ac tanta pericula, tentationes, infirmitates, ac concupiscentias indigere nouo & speciali auxilio ad perseverandum, quo non indigebat natura integra; & illud auxilium debere esse eiusmodi, ut infallibiliter inclinet ad volendum. Legatur Augustinus ab illis verbis: Tantum quippe Spiritu sancto accenditur, voluntas eorum, ut ideo possint, quia sic volunt; ideo sic velint, quia Deum operatur, ut velint. & ab illis verbis: Subuentum est infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia inseparabiliter, & indeclinabiliter ageretur, & quae sequuntur in eodem capite; observando quod notat Augustinus in principio capituli 13. hoc genus auxilij proprium esse hominum praedestinatorum, quod ex alijs locis superius citatis manifestum est, veluti lib. de bono perseverant. praefertim cap. 8. 14. 16. & 17. & de praedestinat. Sanctorum cap. 12. 13. & 14. & de corrept. & grat. cap. 6. 7. & 14.

Qua gratia data per redemptionem.

Proprium auxilium praedestinatorum.

9. Angelorum liberum arbitrium.

Confirmatur primò ex modo loquendi, frequenter repetito ab Augustino. Nam de Angelis ait, quosdam per liberum arbitrium stertisse, alios per liberum arbitrium cecidisse, & eodem modo stare potuisse Adamum; sed de natura lapsa ait Augustinus, nunquam stare per liberum arbitrium, nisi Deus tribuat liberè velle, & faciat Deus, ut homo indeclinabiliter faciat. Porro cum ex eodem lib. & reliquis D. Augustini constet, homines reprobos liberè amittere perseverantiam, & praedestinos liberè perseverare, colligitur apertè, quod Augustinus hoc discrimen libertatis, quam toties repetit in Angelis beatis, & in Adamo, & supprimit, mutato modo loquendi, quando agit de hominibus praedestinis, esse libertatem omnimodam non solum physicam, sed etiam moralem, sub qua contingit de facto operari utroque modo contradietionis. Etenim quòd primi hominis, & Angelorum arbitrio Deus commiserit, ut liberè perseverarent, si vellet, dicit Augustinus in lib. de corrept. & grat. cap. 10. 11. & 12. fauèrque lib. 12. de ciuit. cap. 9. versùs finem.

Omnimoda libertas in hominibus praestinata.

10. Necessitas adiutorij Dei ad perseverandum.

Quod autem hoc modo non committatur perseverantia arbitrio hominis praedestinati, constat ex illis verbis c. 12. de corrept. & grat. versùs finem: Nam si in tanta infirmitate vita huius, ipsi relinquerent voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent, si vellet: inter tot, & tamas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate neque vellet, aut non ita vellet infirmitate voluntatis, ut possent. Retento fideliter sensu, resecata sunt aliqua verba. Quae & similia multa scribit Augustinus ibi, ad ostendendum discrimen naturae lapsae à natura integra, & ab Angelis circa auxilium perseverantiae.

Confit

11.

Quod auxilium Angelis bonis & malis datum.

Confirmatur secundò, quia si bonorum Angelorum perseverantia fuisset indeclinabiliter, & inseparabiliter praedestinata: sequeretur, ante peccatum minorem gratiam accepisse daemones, quibus non est datum auxilium, ex vi cuius inseparabiliter & indeclinabiliter praedestinata fuerit eorum perseverantia. Consequens autem apud Augustinum est falsum, vel ambiguum, quoniam sub disunctione ponit vtramque sententiam, scilicet quòd daemones ante peccatum acceperint gratiam minorem, vel acceperint gratiam aequalem, & hanc sententiam videtur sequi, quoniam eam extremam ponit in lib. 12. de ciuit. c. 9. versùs finem, illis verbis, alijs resecatis ob claritatem: Isti aut (scilicet Angeli) qui cum boni creati essent, tamen mali sunt: aut minorem acceperunt amoris divini gratiam, quam illi, qui in eadem perseverant: aut si utriusque boni aequaliter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adiuti, ad illam beatitudinis plenitudinem pervenerunt. Vbi notandum est, hoc maius adiutorium bonorum Angelorum illis esse datum actualiter, quoniam actualiter voluerunt perseverare, sed daemones oblatum, & paratum fuisse, quantum erat ex parte Dei: Quod nisi hoc modo intelligatur, secundum membrum istius sententiae, coincidit cum primo.

12.

Confirmatur tertio. Adamus enim in statu innocentiae de facto non perseveravit: ergo non agebatur inseparabiliter & indeclinabiliter ad perseverandum; sed omnes Angeli non magis inseparabiliter & indeclinabiliter agebantur ad perseverandum, quam Adamus in statu innocentiae (sicut Augustinus citatus docet.) nullus igitur Angelus accepit adiutorium, quo inseparabiliter, & indeclinabiliter ageretur ad perseverandum.

13.

Homini imperfectiori aliquando minus auxilium, non tamen Angelo.

Ad praedictam aequalitatem servatam inter Angelos electos, atque praescitos, pertinent alia discrimina, quibus differunt à praedestinatione hominum.

Primum est, homines non perfectiores in natura, quam alij homines, & sceleratiores, ac indigniores, accipiunt abundantius, & fortius auxilium ad poenitentiam, & perseverantiam. Angelis verò servata fuit aequalitas proportionalis, ita ut praesciti, qui perfectiores erant naturae, quàm alij quidam praedestinati, iuxta proportionem naturalium acceperint perfectiorè vocationem, & gratiam excitantem, & oblatum, ac paratum sibi adiutorium perfectius, si voluissent illo uti.

14.

Alia discrimina praedestinationis hominum & Angelorum.

Secundum, ex hominibus multi praedestinantur sine proprio actu libero, velut infantes; alij per proprios actus. Angeli tamen omnes praedestinati sunt per proprios actus liberos.

15.

Angeli ab externis rebus independentes.

Tertium discrimen aequalitatis est; homines enim praedestinantur per dissimillimas, & inaequales circumstantias naturales corporis & animi, quae possunt difficultatem, aut facilitatem afferre perseverantiae, quas Deus hominibus pro libito dispensat. Hac tamen inaequalitas in Angelis fuit impossibilis; quia non pendet à rebus externis, nec à dispositionibus corporis; sed omnes eodem instanti, eodemque loco producti sunt, iuxta cuiusque dignitatem.

Quartum. Homines insigniter praedestinati confirmati fuerunt in gratia, dum adhuc essent victores: sicut Beatissima Virgo, & Apostoli. Caeterum omnes Angeli tam praedestinati, quam praesciti pares in eo fuerunt, quòd nullus illorum

fuit in gratia confirmatus prius, quam perveniret ad terminum.

Quintum. Ex hominibus non pauci per infallibilitatem moralem, vagam, aut determinatam, aguntur ad opera pietatis, quibus consequuntur aeternam vitam. Hac autem infallibilitas alijs hominibus negatur non modò reprobis, sed etiam electis. Angeli tamen omnes tam electi, quam praesciti pares in eo fuerunt, quòd nullus illorum per moralem infallibilitatè agebatur; sed omnibus relicta est libertas aequalis, ut videbimus sect. sequenti versis finem.

Nullus Angelus habuit infallibilitatem moralem.

16.

Periodus viae in hominibus & Angelis qualis.

Sextum aequalitatis discrimen est, quoniam hominum quorundam via longissimo tempore producit, & per plurimas ac dissimilimas operationes probatur; aliorum autem hominum via contrahitur brevissima periodo, & per actiones paucissimas. Sed e contrario cunctis Angelis tam electis, quam praescitis aequalis fuit spatium viae, & eiusdem generis operationes exigebantur ab illis. Qua ratione facilius erat omnibus Angelis obtinere beatitudinem; difficilius autem hominibus lapsis.

Vnde sequitur septimum. Homines quippe facilius intelliguntur praedestinati ante praevia opera, quoniam Deus potest decernere non inferre mortem illis, quousque videat eos diuinae gratiae cooperari, quòd discrimen mortis inter Angelos non erat possibile. Cui connectitur illud etiam discrimen, quòd homines, postquam certis, aut millies amiserint brauium iuxta praescriptas leges certaminis, admittuntur ad cursum, & primum toties, quoties voluerint poenitere. Angelis tamen semel tantum data fuit certandi facultas.

17.

Angeli sine distractione voluntatis.

Octavum aequalitatis discrimen est, omnes Angelos tam praedestinos, quam praescitos, fuisse praeditos plenissima, & perspicacissima cognitione boni & mali, nunquam intermittente per distractiones inuoluntarias, & ea ratione voluntatibus eorum fuisse promptissimam, & facillimam deliberationem eligendi bonum, ad quod propendebant magis. quae perfectionis aequalitas longè distat ab hominibus.

18.

Nonum aequalitatis discrimen in eo consistit, quòd hominibus lapsis maior gratia, maiorque misericordia, magisque gratuita concessa fuit, quam Angelis. Quod probatur, quoniam, ut vidimus post assertionem tertiam, Augustinus Adami gratiam in statu innocentiae comparat cum gratia, & adiutorio, dato Angelis omnibus in via; porro minorem, ac minus potentem fuisse gratiam in statu innocentiae, quam post lapsum, ita docet Augustinus in Enchiridio cap. 106. in cuius initio tractans de immortalitate gloriae: Hanc, inquit, est acceptura per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum; quamvis sine gratia, nec tunc illud meritum esse potuisset. & post medium: Sed post illam ruinam maior est misericordia Dei, quando & ipsum liberum arbitrium liberandum est à servitute, &c.

In statu innocentiae gratia minor.

19.

Idem lib. de corrept. & grat. cap. 11. de lapsis hominibus ait: Potentiori gratia indigent isti. & circa medium: Haec est prima gratia, quae data est primo Adam; sed haec potentior est in secundo Adam. Quod magis explicat inter med. & finem, dicens: Tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum quibus id dare Deo placuit, ut non solum assit, sine quo permanere non possumus, etiam si velimus, &c.

velimus, verum etiam tantum ac tale sit, ut velimus. Est quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo, & perseveranter tenendo, non solum posse, quod volumus, verum etiam velle, quod possumus. Quod non fuit in homine primo. Quod idem discrimen respectu Angelorum ex Augustino vidimus post assertionem tertiam.

In eo tamen Angeli magis gratuita providentia fruuntur, quam homines: quoniam ex genere Angelorum pluribus est concessa vocatio congrua, & opportuna, virtute cuius prescibat Deus fuisse perseveraturos, & perventuros ad gloriam, siquidem ex Angelis pauciores ceciderunt: ut expressè docet Cyrillus Alex. lib. 1. in Genes. col. 3. & communiter Scholastici 2. dist. 6. & 1. p. q. 63. art. 9. vbi coniecturas istius opinionis expendimus. At verò ex hominum genere multò plures sunt reprobi, pauciores autem predestinati, congrua, & opportuna vocationis gratiam accipientes, ut videbimus disp. 54.

SECTIO V.

Quantum ad media negandi predestinationem, multò mitior est Angelorum reprobatio, minorèque rigorem exercet, quam reprobatio hominum.

1. Qualitates illæ præscitorum cum prædestinatis in benevolentia gratuita cunctis Angelis communi, quas enumeravimus sect. præcedenti, non leue momentum habent, ut movere potuissent ad oppugnandam supremam inæqualitatem ex parte Dei, qua prædestinaverit quosdam ante prævisa merita, cæteris verò negaverit prædestinationem ante prævisa peccata. Sed multò maiores rationes difficultatis nascuntur ex reprobatione, & ex illa transeunt ad prædestinationem.

2. Ratio prima est, quia si prædestinationem ac reprobationem Angelorum, ad instar hominum constituamus ante prævisa opera: sequitur, neminem Angelorum fuisse reprobatum, antequam prævideretur aliquod peccatum inhærens ei, quo foret inimicus Deo, quia nullus hominum fuit reprobatus prius, quam prævideretur contraxisse peccatum originale: sicut probatum fuit tota ferè disp. 14. Quocirca cum Angeli nullum peccatum originale contrahere potuerint; non aliter potuerunt reprobari propter prævisum peccatum, nisi reprobarentur propter peccatum personale prævisum. Vnde præterea sequitur, aut omnes Angelos, aut aliquos non fuisse prædestinatos, nisi post prævisam perseverantiam in bono: quam illationem probavimus sect. 3. contra tertiam sententiam, & fusius disp. 15. sect. 2.

3. Inde proceditur ulterius. Supposito namque, quòd supernaturalis Dei providentia non potuit eundem modum, aut valde similem servare in Angelorum, & hominum reprobatione, vel prædestinatione, recta ratio dictare videtur, similitudinem Angelorum cum hominibus, in eo esse ponendam, quòd Deum magis decet, magis laudat, & magis congruit diuinæ propensionis, & iugentio. Huiusmodi autem est decretum, nemini negandi prædestinationem, nisi propter aliquod peccatum, ratione cuius supponatur esse inimicus, & dignus æterno supplicio.

4. Confirmatur primò, nam etiam originali pec-

cato præsupposito, verè inimicis hominibus negare prædestinationem ante prævisa peccata personalia, difficilè creditur de diuina suavitare, & à plurimis Theologis impugnatur; ut ostendimus disp. 15. Minus ergo credendum erit, Angelos in gratia creatos, & amicos Dei constitutos, fuisse reprobatos ante prævisum personale peccatum.

Confirmatur secundò, nam reprobare aliquem ante prævisum omne peccatum, tam personale, quam originale, quamvis possibile sit de potentia absoluta, sicut probatum est disp. 14. sect. 1. nihilominus ex sacra Scriptura, & Patribus, & ex convenienti ratione providendi colligitur, de facto Deum non reprobasse, nisi supposita inimicitia & culpa, vt constat ex eadem disp. 14. sect. 3. & sequentibus.

5. Secunda ratio difficultatis consistit in multiplici discrimine, quo Deus rigidius agit erga præscitos homines, quam erga præscitos Angelos.

Primum, quia nemini Angelorum negata est prædestinatio ad primam gratiam, quæ tamen plurimis hominibus negatur, ut vidimus sect. 4. assertionem 2.

Secundum discrimen, quoniam homines plerique privantur auxilio diuino in penam peccati originalis tali destitutionis gradu, quo non privaretur Adamus in statu innocentie, neque privaretur Angeli, quousque peccarent. Multis enim hominibus adultis subtrahitur auxilium immediatè, & proximè sufficiens; insuper indurantur multi, & excæcantur, aliis verò propter auxiliorum tenuitatem erat infallibile mortale peccatum, & infallibilis impenitentia. Quæ omnia locum non habuerunt in reprobatione Angelorum, nam omnibus, durante secundo instanti viâ datum est auxilium immediatè, & proximè sufficiens, & abundans, virtute cuius non tantum physicè, sed etiam moraliter possibile fuit in gratia perseverare; ut videbimus statim post conclusionem primam.

6. Notat hoc August. de corrept. & grat. c. 11. ferè inter med. & fin. illis præcipue verbis: *Si autem hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, quam primum facti sunt, desisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine diuino adiutorio posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe desisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam penam peccati est.* Considera postrema verba. Poteris etiam de auxilio proximo, & immediato non concessò, & de induratione propter peccata, recollere multa, quæ diximus disp. 39. & sequentibus, præsertim verò tota disp. 45.

7. Siue ergo sufficiens adiutorium sit aliquibus hominibus impeditum tota vitæ periodo, siue per aliqua tantum intervalla temporis, siue quolibet instanti paratum omnibus adsit sufficiens adiutorium proximum, aut remotum (quibus controversiis satisfacimus in locis nuper citatis); illud tamen certum est, gradum illum & mensuram sufficientiæ, quæ dabatur Angelis, & Adamo in statu innocentie, iam multis hominibus negari, quibusdam quidem propter solam originale peccatum, aliis verò propter personalia peccata. Vnde sequitur, modò providentiæ circa reprobationem hominum congruere magis, & faciliorem esse negationem prædestinationis ante prævisa peccata personalia, subtrahèdo proximè & immediatum auxilium quocumque modo ex supradictis, quæ congruitas, & facilitas non reperitur in Angelis.

Sequentia

8. Sequentia discrimina confirmant eandem rationem difficultatis.

Tertium enim est, nam homines etiam iusti, & amici Dei propter venialia frequentiora & grauiora, & propter negligentiam petendi, pulsandi; & quærendi bonis operibus, merentur priuari singulari dono perseverantiæ: quòd genus demeriti non erat Angelis possibile.

9. Quartum discrimen: hominibus quippe negatio prædestinationis & gratiæ facillimè disponitur per suavem providentiam ordinariam adducendo circumstantias corporis, & animi, naturales & ex se bonas, quibus præsciuntur esse ab usuri ad peccandum. Hæc autem suavitatis non erat possibilis in Angelis, creatis in eodem instanti, eademque felicitate.

Confirmatur, quia postquam Lucifer in secundo instanti Angelico perseverasset in gratia, non poterat expectari aliud tempus, in quo foret casurus: quoniâ est inflexibilis arbitrij, sed postquam homines aliqui dururno tempore perseverant in gratia, longior illis vita conceditur, licet præsciantur esse casuri, & antequam penitentiam, morte corripiantur.

10. Quintò denique multis infantibus negatur absoluta possibilitas obtinendi remedium Baptismi, & reprobandur absque villo peccato personali, quòd Angelis evenire non potuit.

Verumtamen ex eisdem rationibus difficultatis eruitur earum solutio, & veritatis explicatio, consistens in duplici conclusione. Prima est, Angelorum reprobatio nõ est ita rigida, & inæqualis, sicut reprobatio hominum; sed est mitior, & æquabilioris casualitatis. Cuius ratio duplex est, altera, quæ sumitur ex statu, quem supponit vtraque reprobatio; altera, quæ procedit ex natura hominum, & Angelorum.

Prima igitur ratio est, quia cum inimicis, & æterna penâ dignis potest rigidius agi, quam cum amicis, & gloria dignis secundum præsentem iustitiam. Omnes autem homines supponebantur ante reprobationem inimici, propter originale peccatum, & rei æternæ penæ damni. Sed Angelos etiam præscitos decreverat Deus in gratia creare, & consequenter amicos, & dignos æterna gloria, nisi voluntariè deficerent. Inde procedunt præcipua discrimina supra dicta, quibus probatur, Deum largius & æqualius gratiam, & auxilia communicasse præscitis Angelis, quam hominibus.

11. Secunda ratio, quia naturalibus conditionibus hominum, & Angelorum congruebat magis talis modus negandi prædestinationem, qui foret mitior comparatione Angelorum. Etenim propter excellentiam naturæ, perspicacitatem intellectus, & voluntatis propensionem ad bonum, in promptu habent omnes rationes ad deliberandum cum libertate æquabili. Ex qua proneniunt aliqua discrimina nuper enumerata. Quæ obrem præscitis Angelis non minus possibile, nec minus facillè fuit à superbia, & casu seipso continere, quam bonis Angelis. Quæ ratio sufficiens fuit, ut absque vlla specie crudelitatis, aut inimicitie Deus potuerit illis tribuere circumstantias, & vocationis modum, quem de facto tribuit, quamvis præsciret eos esse casuros; quòd ipsum fuit negare illis prædestinationem ad aliam vocationem magis congruam, & opportunam, & eo ipso negare prædestinationem ad gloriam.

Ruix de Prædestinatione.

12. Æquabilis autem libertas Angelorum, in hæc, & in præcedentibus sectionibus repetita, fuit expressè probata tomo de scientia Dei disp. 74. sect. 2. & tomo de vol. Dei disput. 38. sect. 5. Summa verò probationis hæc est, quia supremus Angelus eorum, qui ceciderunt, nihil habuit, quòd illum ad malum inclinaret magis, quam inclinabantur plures inferiores Angeli; qui perseveraverunt in gratia; quin potius iuxta doctrinam Dionysij de cælesti hierarch. c. 6. & Basilij lib. de Spiritu sancto, prope med. & Damasceni lib. 2. fidei inter princip. & med. receptam à Theologis communiter) quilibet superior Angelus iuxta proportionem naturalis perfectionis abundantior gratiam, & auxiliorum copiam accepit ad evitandum peccatum.

13. Confirmatur primò, quia nulla difficultate laborabant ad bonum, sed potius ad malum egredimobiles erant, ut loquitur Nazianzen. orat. 38. de Christi Natiuitate, versus med. Basilij autem lib. de Spiritu sancto prope med. ait: *Virtutes invisibiles sui arbitrij æque ad virtutem, atque ad vitium vertibiles esse.* Anselmus item lib. de casu diaboli cap. 18. sub init. *A Deo parem, inquit, eos habere gratiam, quantum ad bonitatem ipsius; sed diabolum abstulisse sibi, quòd Deus dedit, & noluisse accipere, quòd Deus obtulit.*

14. Confirmatur secundò, nam hominibus iustis & amicis Dei nunquam permittuntur circumstantiæ, quibus per moralem infallibilitatem imminet peccatum, nisi præcedentibus multis peccatis venialibus, & negligentia petendi, quærendi, & pulsandi per orationes & alia pietatis opera, (sicut probatum fuit tomo præced. de provid. Dei, disp. 13. sect. 3. & 4.) Quapropter de vera, & fidelissima Dei amicitia non potest credi, quòd Angelicis amicis nullo veniali præcedente peccato, nullave negligentia, permiserit moralem infallibilitatem peccandi.

15. Accedat confirmatio postrema, quia si non essent æquabiliter liberi, sed infallibilitate morali propenderent ad peccandum, Angeli prius, quam cecidissent, certò præcognovissent suam ruinam; vnde fuissent infelices ante peccatum. Quòd refutant Augustinus, Anselmus, Hugo, Magister, & Scholastici, ut fusius vidimus loco citato de scientia Dei.

16. Secunda conclusio. Licet Angelis positivæ reprobationis causa fuerit peccatum prævisum, vel absolute futurum (quemadmodum de hominibus probatum est disp. 15. sect. 3.) nihilominus negatiuæ reprobationis causa non fuit peccatum, sed priusquam prævideretur ut absolute futurum, Deus illis negavit prædestinationem. Probatur, quoniam perseverantia prævisa tanquam absolute futura non fuit causa prædestinandi bonos Angelos, sed ante prævisionem illius prædestinati fuerunt; ut ostendimus sect. sequenti. Conclusio verò negare prædestinationis ex prædestinatione concessa fuit iterum atque iterum repetita in hac, & præcedenti sectione.

SECTIO VI.

Predestinati sunt Angeli prius, quam prævideretur eorum perseverantia.

1. Præcipua disputationis presentis conclusio hæc est. Ut Angeli prædestinarentur, ratio, vel causa non fuit præscientia futuræ perseverantiæ.

B B b 3 rantia,



rantia, sed ante prauisionem illius praeordinati sunt, vt perseverando, gloriam de condigno mererentur, & statim ea donarentur. Primum & apud me potissimum fundamentum est. nam antequam Deus veller Angelos creare sub talibus circumstantiis, & talem vocationem, talenque gratiam illis infundere, certò praesciuit tanquam conditionaliter futuram eorum perseverantiam, & gloriam, si crearentur cum talibus circumstantiis, & tribueretur illis talis vocatio, talisque gratia; sed Deus absoluto decreto voluit eos creare sub talibus circumstantiis, & talem illis vocationem, & gratiam infundere. Voluit igitur Deus eorum perseverantiam & gloriam causare, & haec voluntas fuit prior, quam praevideret Deus eorum futuram perseverantiam vt absolute futuram; vel saltem illa voluntas est independens à prauisione; quod ipsum est praedestinare ante prauisa merita.

2. Confirmatur primò, quamuis enim de potentia absoluta potuisset Deus expectare prauisionem perseverantiae tanquam absolute futurae, vt ex ea rationem acciperet praedestinati (sicut expectauit prauisionem peccatorum vt absolute futurorum, à quibus rationem accepit reprobatio punitiua) nihilominus illa expectatio foret minus digna diuina sapientia & bonitate, quoniam maioris benevolentiae & gratiae, maiorisque propensionis ad obiecta meliora causanda, voluntas exercetur, non expectando prauisionem, vt magis constabit infra.

3. Confirmatur secundò, & occurritur difficultati, quae proposita fuit sect. 4. licet enim Angelis non fuerit possibilis, de potentia ordinaria, varietas circumstantiarum tanta, quanta contingit hominibus; attamen nulla sufficiens ratio persuadet, vnicum tantum vocandi modum fuisse possibilem de potentia ordinaria. Cum igitur Deus Michaëlem alio & alio modo vocare potuerit, quibus sciebat conditionaliter non esse perseveraturum, & illis vocationibus reiectis, elegerit eum modum vocandi, cui praesciebat conditionaliter obediturum & perseveraturum esse Michaëlem; haec electio secundum modum volendi sapientissimum, & ordinatissimum prouenire debuit ex efficaci decreto perducendi Michaëlem ad perseverantiam, & ad gloriam.

4. Inde confurgit secunda probatio, quia quicumque certa scientia praesciens aliquod medium esse consecuturum effectum maximè desiderabilem ipsi, volensque per absolutum decretum illud medium adhibere, frustra & sine ratione maioris boni suam voluntatem contineret, ne medium vellet formaliter vt medium propter obtinendum illum finem maximè desiderabilem volenti. Porro certissimum medium est vocatio congrua, & opportuna: finis autem Deo maximè desiderabilis est aeterna salus, & gloria illius, qui vocatur. Frustrà igitur ac sine ratione maioris boni suam voluntatem contineret Deus, ne vocationem congruam, & opportunam, quae Gabrieli dare decernit, vellet formaliter vt est medium certissimum obtinendi perseverantiam, & propter illam aeternam salutem & gloriam Gabrielis.

Confirmatur, nam quilibet sapiens Imperator ad victoriam prius volitum destinat bellum, gubernator ad pacem & iustitiam prius volitam ordinat leges, praemia, & poenas; nauclerus ad salutem nauis, & ad portum ordinat vela & gubernacula. Sicque discurrete poteris per omnes ar-

2. Maior Dei benevolentia in praedestinando ante prauisionem meritomm.

3. Varietas circumstantiarum qualis Angelis.

4. Ad perseverantiam quod medium.

Qui finit.

tifices factibilium, vel negotiatores agibilium.

Tertio probatur conclusio, quia Deum omnia bona futura praedestinasse multo probabilius est, siue illa facienda fuerint à Deo independentem à creatura libertate, siue concurrentem libertate creatura. Quod ex professio probatur est praecedenti tomo de prouident. disp. 9. ergo praedestinuit futuram perseverantiam Michaëlis, & futuram gloriam; hoc autem ipsum est Michaëlem praedestinare prius, quam prouideat eius perseverantiam vt absolute futuram.

Confirmatur primò, quia licet Deus aliorum futurorum praedestinationem contemneret, & omitteret, vt potest; attamen istius rei praedestinationem omittere non expediret, quoniam pertineret ad supremum opus intentum à Deo, nimirum, ad caeleste regnum, construendum ex Angelis, & hominibus, cuius honorificentissima membra sunt Angeli.

Confirmatur secundò, quoniam aliter impossibile fuit, ordines, gradus, & proportiones Angelorum in gloria fuisse disposita per Dei ordinationem ex omni parte. nam maxima ex parte prouenirent ex libera voluntate Angelorum, quibus commissum fuisset vt ab illo ordine deficerent.

Quarto probatur, quoniam in bonis Angelis opportuna vocatio, & omnia auxilia, & ipsa quodque actualis perseverantia fuit effectus praedestinationis: igitur illius prauisio non potuit esse causa praedestinationis. Consequentia est manifesta, si praedestinationis effectus accipiatur proprie; quomodo accipiendum esse suadent illa, quibus in simili disp. 22. probatum fuit, eiusmodi gratias, & ipsam humanam cooperationem esse praedestinationis effectus. Videri possunt etiam, quae diximus in simili disput. 12. sect. 1. ratione prima.

Quinto probatur, quia magis commendatur diuina misericordia, dilectio, & valde gratuita liberalitas erga praedestinos Angelos; si data opera procurauerit eis opportunam & congruam vocationem ea intentione, vt eos faceret certissime perseverare, & aeterna praemia consequi. Cuius rationis alias confirmationes expendimus dicta disp. 12. sect. 1. ratione 3. quae nihilo debiliores sunt in Angelis, quam in hominibus. Quamuis enim multiplicem aequalitatem gratiae Deus circa praescitos, & praedestinos Angelos seruauerit, quam non seruauit erga homines (vt vidimus sect. 4.) ceterum eisdem omnibus Angelis aequalem omnino fuisse benevolentiam Dei prius, quam praevideret eorum liberam electionem, ita vt Deus, quod ex se fuit, non magis voluerit aeternam salutem Michaëlis, quam Luciferi, hoc videtur esse minus conueniens ad gloriam diuinam gratiae, & ad gratitudinem, quam Michaël reddere teneret.

Sexto probatur, ad eandem quippe fines, diuina praedestinatione intentos fuit conuenientius, vt Deus in illis operaretur velle, & perficere pro bona voluntate sua, sicut de hominibus docet Apostolus Philip. 2. Quamuis autem Augustinus aliquando posuerit discrimen Angelorum ab hominibus, quod non fuerit necessarium in Angelis Deum operari velle; sed fuerit satis eis tribuere posse (vt vidimus sect. 4. circa medium) illud tamen intelligendum est de peculiari modo faciendi, vt homines velint inter tentationes ac difficultates per abundantiora auxilia

5.

6.

7.

8.

Quomodo intelligendum quod Deus operatur velle.

Qui praedestinationis effectus.

Dei liberalitas commendatur.

auxilia & nunquam intermittentem protectionem, vt ibidem explicuimus. Aliis autem in locis Augustinus intelligit facere, vt velimus per congruam & opportunam vocationem eo sine tributam: vt vidimus disp. 28. sect. 2. & 3. Quamobrem etiam Angelis adaptari debent caetera testimonia disputationis eiusdem, vt Ezech. 11. & 26. Deum facere, vt in praecipis eius ambulemus, & faciamus ea. De quo in ea disp. 28. sect. 1. & Philip. 1. *Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet.* & 2. Thessal. 1. *Impleat omnem voluntatem bonitatis sua.* 1. Corinth. 12. *Operatur omnia in omnibus.* aliaque quamplurima, quae ponderauimus eadem disp. 28. sect. 3. Nunc verò notandum est, nullam personam & nullam operationem excipi à praedictis signis distributiuis, & vniuersalibus.

9. Probatur septimò, quia si Michaël non fuisset praedestinatus, nisi post prauisiam eius perseverantiam, sequeretur eius discrimen à Luciferò, non prouenire à Deo tanquam à discernente; quia Deus, quantum erat ex parte sua, nihil inter eos discreuisset. Proptereaque non posset etiam sibi dictum putare illud 1. Corinth. 4. *Quis enim me discernit? Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* quod ponderauimus disp. 8. sect. 6. & disput. 34. & 35.

10. Probatur octauò Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Illa verò dictio, *nemo*, comprehendere potest etiam Angelum, quantum est ex vi sermonis. Aliunde verò tractionem Patris praedestinando fieri ante prauisa merita, probauimus disp. 8. sect. 7.

Nonò, quod est apud Patres celeberrimum, *Preparatur voluntas à Domino*, Prouerb. 8. iuxta Septuaginta nihil prohibet etiam de Angelis intelligi. Significat autem praecipue causalitatem praedestinationis, quam probauimus, vt ostendimus disp. 8. sect. 11. post medium.

Decimò, torum bonum esse Dei, & nihil sibi tribuendum esse, verius agnoscent Angeli, si Deus egit eos, vt agerent, praedestinando, vt perseverarent, iuxta ea, quae fufius tractata sunt tota ferè disp. 27. & disp. 28. sect. 7. & 8.

11. Denique poteris ad instar istarum rationum alias colligere ex illis, quae traditae sunt disp. 8. sect. 12. Quibus ad stipulantur plurimae disputationes praecedentes. Quibus accedat postrema ratio, quia conuenientius fuit, Christum Dominum exemplarem causam esse non tantum praedestinationis hominum, sed etiam praedestinationis Angelorum. Fuit autem Christus Dominus praedestinatus ante prauisa merita, vt vidimus tomo de prouident. disp. 18. sect. 10. Ponderauimus similem rationem supra disp. 12. sect. 2. versus finem.

12. Veritas eadem colligitur ex Augustino, aliisque Patribus. Quamuis enim Augustinus circa perseverantiam donum posuerit discrimen Angelorum ab hominibus in natura lapsa: nihilominus hoc discrimen non pertinet ad modum praedestinati prauisa perseverantia; sed tantum pertinet ad nouum & potentius auxilium ingiter & sine intermissione requisitum in natura lapsa, sicut vidimus sect. 4. Alibi tamen Augustinus eodem modo loquitur de praedestinatione Angelorum, sicut de praedestinatione hominum. Etenim lib. 12. de ciuitate cap. 9. post medium, de illis Angelis, *qui cum boni creati essent, tamen mali*

Totum bonum Deo tribuendum.

11.

Christus D. causa exemplaris praedestinationis.

Inter perseverantiam hominum & Angelorum quod discrimen.

sunt, ita loquitur: *Aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam, quam illi, qui in eadem persistuerunt: aut si vtrique boni aequaliter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adiuti ad illam beatitudinis plenitudinem peruenierunt. Confundendum est igitur etiam de sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei diffusa sit in eis per Spiritum sanctum.*

Ponderandum est igitur in primis Augustinum permittere vt existimemus Deum praescitis Angelis ante lapsum dedisse minorem gratiam, quam dedit praedestinis. Quod discrimen aliunde prouenire non est verisimile nisi ex intentione praedestinati Angelos, quibus maiorem gratiam contulit, & reprobandi caeteros, quibus contulit minorem. Deinde ponderandum est illud, *illi amplius adiuti*; quod significat maius aliquod auxilium praedestinis fuisse collatum. Hoc autem licet non fuerit maius quantum ad potestatem cooperandi, & perseverandi, & quantum ad realem entitatem (propter fundamenta, quae vidimus sect. 4.) caeterum quantum ad opportunitatem & congruentiam auxilij, fuit sine dubio maius, quemadmodum sub init. praesentis sectionis dictum est.

Postremò ponderandum est illud, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Quod Augustinus ita solet exponere, vt inde colligat Dei operationem merè gratuitam. quemadmodum lib. de spiritu, & litera cap. 32. versus finem, & ferm. 15. de verbis Apostoli columna penultima.

Rursus idem Augustinus lib. de corrept. & grat. versus medium, quaestionem proponit, vtrum Adamus in statu innocentiae perseverantiam acceperit: cui post med. responder, eodem modo locutus de Angelis, & de hominibus etiam lapsis, Deum sic ordinasse Angelorum, & hominum vitam, vt in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset sua gratia beneficium, iustitiae, iudicium. Hoc autem in hominibus ostendit, praedestinando, & reprobando ante prauisa opera; idem ergo videtur Augustinus existimare de Angelis. Deinde cum hoc dixerit respondens ad propositam quaestionem, eo ipso significat, gratiae beneficio perseverantiam accepisse tam Angelos, quam homines, qui perseverant.

Sequitur ex dictis, esse verisimilius Augustinum etiam de Angelis fuisse accepturum reliqua testimonia Scripturae, quae de hominibus dicuntur expressè, quantum ad gratiam, & praedestinationem: sicut in citato lib. de ciuit. notat etiam de sanctis Angelis posse dici, charitatem Dei esse diffusam, &c. Vnde si rogaretur, concessisset, etiam Angelos fuisse vocatos secundum propositum, & non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, vt maior Angelus seruiret minori, dum hoc etiam destinatur ad perseverantiam, & laudem illius, & non fuisse volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, & reliqua, quae pro nostra praedestinatione ponderata sunt tota disp. 8.

Sequitur praeterea, Prosperum, Fulgentium, & alios Patres Augustinianos fuisse non aliter existimatos de praedestinatione Angelorum, quam de praedestinatione nostra, dum eam colligunt ex sacris literis, & hauriunt ex Augustino. Denique verisimilius videretur, aliquos Patres, si rogarentur, an illa omnia Scripturae testimonia, quibus Dei gratuita praedestinatio commendatur,

13. Quae gratia collata Angelis ante lapsum.

Quae praedestinatio.

14.

Dei gratuita operatio.

15.

16. Perseuerantia gratiae beneficium etiam in Angelis.

17.



possent etiam de sanctis Angelis verificari: re-  
spondens fuisse affirmatiue.  
18. Denique S. Thomas principia docet, ex qui-  
bus eadem veritas potest inferri: nam in presentia  
quæst. 23. art. 4. ex intrinseca quidditate diuina  
prædestinationis, & electionis collegit quod  
præsupponant dilectionem, qua Deus voluerit  
ea bona conferre prius ratione, quam prævide-  
rit futura merita, prout magis explicat in art. 5.  
Iam verò quod prædestinari conuenit Angelis, sicut  
& hominibus, docuerat in art. 1. ad 3.

Quomodo  
prædestinatio  
supponat di-  
lectionem Dei.

SECTIO VII.

Appendix de prædestinatione in statu  
innocentiæ.

1. Circa statum Innocentiæ, si duraret in poste-  
ris Adami, quomodo forent prædestinandi,  
decisio colligitur ex dictis circa prædestinatio-  
nem Angelorum. Maior enim ratio conuincit,  
homines in statu innocentie fuisse prædestinan-  
dos ante præuisam perseverantiam, quam Ange-  
los. Nec enim hominibus via periodus clauderet  
vnico instanti, vel vnica electione libera, nec  
vnus tentationis resistentia; sed duraret diutur-  
no tempore quousque sine morte transferrentur  
ad Dei visionem, & gloriam: in hac igitur diu-  
turnitate via quamplurimæ circumstantiarum  
combinationes disponerentur à Deo: potuissent  
etiam infundi multiplices vocationes opportu-  
næ, & congruæ, vel illæ potuissent prætermitti  
pro libera Dei voluntate, relicto generali auxi-  
lio, quod illi statui debitum erat, & omnimodam  
facilitatem perseverandi tribuebat; hoc enim  
permanere poterat, quamvis negaretur adiuto-  
rium congruum, & opportunum, sicut Adamo  
negatum fuit.

In statu in-  
nocentiæ præ-  
destinatio  
ante perseve-  
rantiam præ-  
uisam.

2. Prædicta verò duratio via probatur primò,  
quoniam homines in statu innocentie non con-  
firmarentur in gratia, licet vnam, aut plures ten-  
tationes vicissent: sicut probatum fuit supra  
disp. 13. sect. 2. post medium.

In tali statu  
faciliter po-  
tuerunt.

3. Prædestina-  
tio in statu  
innocentiæ  
similis An-  
gelicæ, & in  
quibus.

Secundò probatur. nam etiam in illo statu  
postquam peccauissent, concederetur hominibus  
facultas penitendi, & obtinendi gloriam, quæ  
non fuit concessa peccantibus Angelis.

De cætero prædestinationem hominis in statu  
innocentiæ futuram fuisse similem prædestina-  
tioni Angelorum, præcipue quantum ad perse-  
uerantiæ adiutorium, iam sect. 4. vidimus ex Au-  
gustino lib. de corrept. & grat. cap. 10. 11. & 12.  
consisteret autem in istis præcipue similitudo.

Primò, nam omnes homines tam prædestina-  
ti, quam præsciti, fuissent ad primam gratiam  
prædestinati.

Secundò causa reprobationis negatiuæ non  
fuisse illis præuisum peccatum: sicut de Ange-  
lis diximus præcedenti sect. 5.

4. Tertio modus auxilij, quod daretur ad perse-  
uerandum in eo, foret similis auxilio Ange-  
lorum, quoniam tribueret libertatem moralem &  
æquabilem, exclusa qualibet difficultate: quem-  
admodum colligitur ex Augustino locis nuper  
citatis, & lib. 8. quæstionum, quæst. 4. & lib. de  
Incarnat. & grat. Iesu Christi, cap. 6. initio, & lib.  
1. retractat. cap. 15. longè post med. & lib. 14. de  
ciuit. cap. 15. à principio. Fulgentio lib. de Incar-  
nat. & grat. Iesu Christi cap. 12. Quæ doctrina re-

cipitur à Magistro, & communiter Scholasticis  
in 2. dist. 24. & 25. & D. Thoma 1. 2. q. 109. art. 8.  
corp. & ad 3. & art. 10. ad 3.

Quartò sequitur ex dictis alia similitudo ho-  
minum in statu innocentie cum Angelis. Nemo  
quippe fuisse obduratus, nec tentatus supra id,  
quod facile posset: nec infallibilitate morali  
propensus ad peccandum, nec destitutus auxilio  
proximè sufficienti ad perseverandum, & multo  
minus in vtero mortuus. priuaretur potestate  
consequendi salutem æternam.

Felicitas  
status inno-  
centie.

DISPUTATIO LI.

Quinam sint effectus prædestinationis  
ac reprobationis Angelorum.



OLIAM gloriam fuisse prædesti-  
nationis effectum, proprie di-  
ctum, existimare tenentur, qui  
præcedenti disp. sect. 3. dixerunt,  
Angelis, ut prædestinarentur, ra-  
tionem & causam fuisse præuisam perseveran-  
tiam. Vera tamen sententia dicens, Angelos ante  
præuisam perseverantiam, fuisse prædestinatos  
ad perseverantiam, & ad gloriam, debet conse-  
quenter effectus prædestinationis Angelis assi-  
gnare, sicut hominibus, paucis quibusdam excep-  
tis, quæ notabimus statim.

1. Qui effectus  
prædestina-  
tionis Ange-  
lorum.

Dicendum est igitur primò. Quidquid quo-  
modolibet conduxit, ut Gabriel obtineret æter-  
nam gloriam, & ipsa quoque gloria fuit effectus  
prædestinationis Gabrielis: quemadmodum de  
hominibus probatum fuit, disp. 21.

2. Gloria &  
merita ad  
illam.

Secundò, Prima gratia, & omnes dispositiones  
ad illam, vocatio & præparatio Dei, ut concur-  
reret cum Gabriele, quælibet actiones superna-  
turales, etiam ut procedebant ab eius libero ar-  
bitrio, cuncti supernaturales habitus, & ipsa perse-  
uerantia fuerunt prædestinationis effectus; sicut  
de hominibus probatum fuit tota disp. 22. &  
breuiter diximus præcedenti disp. 30. sect. 6.  
probatione 4.

Prima gra-  
tia & dispo-  
sitiones.

Habitus su-  
pernaturales,  
& perseve-  
rantia.

Dico tertio. Effectus prædestinationis erant  
quælibet naturalia beneficia, perfectio intelle-  
ctus & voluntatis, intellectiones, & volitiones  
moraliter honestæ, via breuitas, vnico instanti  
Angelico terminanda, ipsa substantia Gabrielis,  
& illius creatio, & conseruatio: quemadmo-  
dum de hominibus probatum fuit tota disp. 24.

3. Naturalia  
beneficia.

Quartò. Bona quorumlibet Angelorum, &  
præcipue superiorum erant effectus prædestina-  
tionis Gabrielis, tum quoniam exemplo inua-  
bant ad perseverandum, & impediabant inclin-  
ationem ad malum, quam afferre poterat Lucife-  
ri, & sequacium persuasio, & exemplum: deinde  
quoniam ad Gabrielis accidentalem gloriam au-  
gendum pertinet aliorum consortium. Qua ra-  
tione qualibet quoque bona opera prædestina-  
torum hominum, sunt effectus prædestinationis  
Gabrielis ad eam gloriam accidentalem, quæ illi  
accreuit: quemadmodum de hominibus est di-  
ctum disp. 25.

Bona supe-  
riorum.

Dico quinto. Permissio superbiæ, atque ruinæ  
Luciferi, atque sequacium, fuit effectus prædesti-  
nationis Gabrielis: alieno namque periculo,  
supplicioque cautiore ad perseverandum in  
obedientia facti sunt Angeli prædestinati. Sic  
enim

4. Permissio  
ruinæ malo-  
rum.

DISPUTATIO LII.

Verum reprobatio Angelorum sit prior  
prædestinatione hominum.



X tomo de voluntate Dei disp.  
22. recole, inter diuinas actiones  
fictitiam esse aliam prioritatem,  
præter connexionem, & quasi de-  
pendentiam, ob quam vna actio  
ex suo modo tendendi in obiectum non possit  
esse sine alia. Querimus ergo, vtrum ex vi præ-  
sentis decreti futurum esset, ut nullus hominum  
prædestinaretur, si nullus Angelus reprobatus  
fuisset: an verò independenter à ruina Angelo-  
rum, prædestinati fuerint homines.

1.

Duæ sunt rationes dubitandi. Prima, quoniam  
homines prædestinati sunt ad reparandas sedes  
Angelorum, ut docet D. Augustinus 22. de ciuit.  
cap. 1. post medium, & in Enchirid. cap. 28. & 29.  
& 61. & 62. D. Bernard. serm. 68. in Cantica, post  
med. & serm. 78. initio, & serm. 1. de Aduentu,  
propius ad med. quam ad princip. Isidorus sen-  
tentiarum de summo bono lib. 1. cap. 10. circa  
med. Author libri de diligendo Deo, qui inscri-  
bitur liber meditationum, cap. 3. S. Thomas de  
veritate quæst. 6. art. 3. ad 1. fine, D. Anselmus lib.  
1. Cur Deus homo, cap. 16. & 18. Magister 2. dist. 21.  
prope finem, Alexand. I. I. relatus de consecrat.  
dist. 1. cap. hi duo, quod est 55.

2.

Prædestinatio  
hominum ad  
reparandas  
Angelorum  
sedes à qui-  
bus & qui-  
bus rationi-  
bus probetur.

Hæc autem intentio Dei colligitur primò ex  
cap. 1. ad Ephesios: Instaurare omnia in Christo,  
quæ in caelis, & quæ in terra. Quæ autem in caelis  
sunt, instaurantur in Christo, quatenus resti-  
tuuntur ex hominibus ciues, qui Angelorum ci-  
uitati defecerant. Ita exponit Augustinus in En-  
chirid. cap. 62. Gregorius 31. in moralium cap. 35.  
aliàs cap. 19. fine, in ea verba Iob 30. In petris ma-  
ner, & præruptis silicibus. Beda & Anselmus,  
Ephes. 1. vbi ex Augustino eodem modo exponit  
Glossa ordinaria, & Interlinealis, & Lyræ: quam-  
uis alij Patres aliter exponant. Chrysostronus  
enim, Oecumenius, & Athanasius Ephes. 1. expli-  
cant, ut summam instauraret, hoc est, naturam  
humanam & Angelicam vniam in Christo capite,  
quæ erant discissa. Addit Chrysostronus & Atha-  
nasius restaurare in eo loco esse recapitulare, col-  
ligendo in vnum breui compendio, & exhiben-  
do quod lex, & Prophetæ tot sæculis non potue-  
runt. Non multum ab hoc diffidet Hieronymus  
referens hoc ad recapitulationem in Christo  
omnium, quæ gesta sunt in caelis, & in terra. Ferè  
idem Tertul. lib. 5. contra Marcion. cap. 17. & lib.  
de monogamia cap. 5. Cyrillus lib. 1. in Genesim  
initio explicat noua omnia facere in Christo.  
Ambrosius Ephes. 1. præberet Angelis, & homini-  
bus fidem Christi, & ab erroribus purgare dicit  
esse instaurare omnia in Christo.

3.

Instaurare  
idem ac re-  
capitulare.

Colligitur secundò ex cap. 4. ad Ephes. Ascen-  
dit super omnes caelos, ut impleteret omnia. Vbi Ansel-  
mus aperte declarat, implendas fuisse ruinas An-  
gelorum ex hominibus, per Christum Dominum  
in gloriam adductis. Idem subobscure significat  
Chrysostronus illis verbis. Nam hæc quoque omnia  
olim impleta fuerant, scilicet caeli. Sed probabilis  
est significari Christi descensu, & ascensu legem  
& Prophetas esse adimpletos, iuxta illud Matth.  
5. Non veni soluere, sed adimplere. simul etiam  
omnibus

4.

Per Christi  
prophetia  
impleta.

enim de diabolo sub nomine Leuiathan Iob 41.  
dicitur: Cum sublatu fuerit, timebunt Angeli, &  
territi turbabuntur. Vbi Gregorius lib. 34. moral.  
cap. 7. sub initium: Vt cum istum, inquit, ex illo-  
rum numero superbia lapsus eiceret, illos ad robustius  
standum timor ipse solidaret. & post pauca: Huius  
lapsus eos terruit, ne Conditorum suum superbo despi-  
cerent. Et postquam aliis verbis eandem senten-  
tiam explicuit, adiungit: Vnde fit, Authore  
omnium cuncta mirabiliter ordinante, ut illi electo-  
rum spirituum parua etiam ruina sua damno profi-  
ciant, dum inde firmius constructa sit, vnde fuerat ex  
parte destructa. Pondera præsertim extrema ver-  
ba. Anselmus etiam in Elucidario circa me-  
dium ait: Cum mali Angeli ceciderunt, boni firmius  
steterunt; videlicet, occasione casus, ut ex contex-  
tu constat.

5. Dico sextò. Plurima sunt alia comparatione  
hominum effectus prædestinationis, quæ non  
possunt electis Angelis adaptari, qualia sunt  
omnia, quæ supponunt corpus, aut peccatum.  
Ideo neque opportuna mors, nec diuturnitas vi-  
tæ, nec indoles, nec valetudo, nec prospera nec  
aduersa fortuna, nec parentes, magistri, vel ami-  
ci, vel Prælati, nec difficultas, & tentatio carnis,  
nec proprii peccati permissio, nec penitentia,  
nec reuulsiuita merita potuerunt esse præde-  
stinationis effectus comparatione Angelorum.

6. Dico septimò. Reprobationis effectus in An-  
gelis non fuit peccatum, nec materialis illius  
actio. Reatus autem peccati, quantum ad nega-  
tionem gratiæ, præcisam ab ordine ad actuale  
peccatum, fuit effectus reprobationis. Imò quòd  
in ipsa formali ratione malitiæ contineatur ali-  
qua ratio pœnæ, reprobationis effectus est:  
quemadmodum de hominibus probatum est  
disp. 38. tribus prioribus sectionibus. Peculiariter  
autem perseverantiæ negationem in Angelis,  
non fuisse effectum diuinæ prouidentie repro-  
bantis, sed tantum propriæ malitiæ, vidimus disp.  
41. sect. 2. post medium. Permissioem verò pec-  
cati fuisse negatiuæ reprobationis effectum, vidi-  
mus disp. 38. sect. 7. ad 6.

6. Qui effectus  
reprobationis  
Angelorum.

7. Dico octauò. Negatiuæ reprobationis effectus  
in Angelis fuit priuatio congruæ, & opportune  
vocationis, cui Deus sciebat assensum fuisse ad-  
hibendum, & aliarum circumstantiarum priua-  
tio, si quæ sunt, quibus positus, esset perseveratu-  
rus Lucifer, aut alter daemon. Consequenter  
autem negatiuæ reprobationis effectus fuit ex-  
cellentia cognitionis, & volitionis, & si quæ  
sunt alia dotes naturales, quibus ad superbiam  
abusurus erat, sicut colligitur ex dictis disp. 38.  
sect. 9. Cæterum positiuæ reprobationis nullus  
effectus fuit in via; sed tantum in termino pœna  
damni, & sensus: sicut colligitur ex dictis eadem  
disp. 38. sect. 6.

7. Qui effectus  
negatiuæ re-  
probationis.

8. Dico nonò. Non fuit reprobationis effectus  
creatio substantiæ Angeli, prout vidimus in præ-  
dicta sect. 9. nec concessio primæ gratiæ iustifi-  
cantis, & abundantium auxiliorum; hæc enim  
à benevolentia Dei proueniebant, & à volunta-  
te antecedente salutis, sicut de hominibus proba-  
tum est disp. 38. sect. 8. Deinde non fuit effectus  
reprobationis in Angelis induratio, quæ nulla  
fuit in via, nec priuatio auxilij proximi, &  
immediati; nunquam enim defuit in  
via: nec impenitentia, quia  
nunquam fuit possibilis  
penitentia.

8. Excluduntur  
aliqua ab  
effectu repro-  
bationis.

omnibus tam Angelis, quam hominibus eximiam utilitatem, & gaudium esse cumulata.

5. Colligitur tertio ex Matth. 22. ubi dicitur, homines beatos futuros esse sicut Angelos Dei. Ita Augustinus in Enchiridio, & Magister supra citati. Sed leuis coniectura ducitur ex hoc textu, cuius præcipuus scopus est, homines beatos futuros esse alienos à coniugiis, sicut Angelos.

6. Colligitur quartò ex Psalm. 109. Implevit ruinas, quas Lyra in expositione moralis intelligit, Angelorum, quæ implentur ex hominibus. Quam expositionem sequitur Hugo, Cardin. Dionys. Carthus. Raynerius, Panigarola, Ianfenius, & est expositio satis vulgaris. Cæterum literalis sensus illius loci pertinere videtur ad vindictam summendam de impiis in die Iudicij, vt contextus indicat, & Græca vox, quam bene perpendit Lorinus. Itaque potius argumentum ruinarum, quam earum restitutio significatur.

Vindicta ab impijs in iudicij die.

7. Hinc ergo sumitur argumentum. Homines prædestinati sunt, vt instaurarent numerum Angelorum, qui ceciderunt; sed hic finis non intenditur à Deo, nisi Angeli cecidissent: ergo nisi Angeli cecidissent, homines non prædestinarentur, ac proinde dependenter ab Angelorum ruina præuisa, prædestinati sunt homines.

Confirmatur, quia neque numerus prædestinatorum hominum, neque gradus gratiæ assignatur à Deo, nisi pro ratione numeri, & gradus gratiæ & gloriæ, quo potirentur dæmones, si pericenerassent in gratia. Quod eò vsque verum existimat Paludan. 4. dist. 4. quæst. 1. post medium, vt ea de causa dicat, paruulos, post Baptismum mortuos, accipere inæqualem gratiam per Baptismum, vt eorum inæqualitas respondeat inæqualitati Angelorum, qui ceciderunt: qui omnes sicut inæquales sunt in natura, ita fuissent in gratia, & gloria inæquales.

8. Reprobatio Angelorum non prior hominum prædestinatione.

Nihilominus sit prima conclusio. Reprobatio Angelorum non fuit prior prædestinatione hominum in communi: quin potius homines prædestinati sunt ad gloriam intentione non minus primaria, quam Angelis, ita vt ex vi præsentis decreti, quamuis nullus Angelorum cecidisset, prædestinarentur homines. Probatur primò autoritate. Anselmus enim lib. 1. Cur Deus homo, cap. 18. parum à principio: Ex his rationibus, inquit, potius mihi videtur, quia in Angelis non fuit ille perfectus numerus, quo ciuitas illa cælestis perfecteretur. Quia si homo simul cum Angelis factus non est, sicut possibile est esse, & si simul facti sunt, quod magis putant multi, quoniam legitur: Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul, videtur necesse esse. Sed est perfectio mundana creatura non tantum est intelligenda in numero indiuiduorum, quantum in numero naturarum; necesse est humanam naturam aut ad complementum eiusdem perfectionis esse factam, aut illi superabundare: quod de minimi vermiculi natura dicere non audeamus. Quare pro se ipsa ibi facta est, & non solum pro restaurandis indiuiduis alterius nature. Vnde palam est, quia si etiam Angelus nullus perisset, homines tamen in cælesti ciuitate suum locum habuissent.

9. Probat hoc idem ex professio Rupertus lib. 3. de gloria Trinitatis, & processione Spiritus sancti cap. 20. & 21. Notetur illa potissimum verba cap. 20. Cauendum est, ne ita pueri simus, vt existimemus, Deum ante ruinam Angelorum, nullum de homine creando habuisse propositum, sed postquam casus ille contigit, tunc demum illi uenisse in mentem confi-

lium huiusmodi, scilicet facere genus nostrum ob recuperandam multitudinem domus, seu familiae suae, qua cecidit. Restius ergo dicitur, quia non homo propter Angelos, imò & propter hominem quemdam Angelique quoque facti sunt, sicut cætera omnia, testante Apostolo, cum dicit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & confirmat Prouerb. 8. Antequam quidquam faceret à principio. Vnde cap. 21. initio dedit: Igitur probabilius hoc dicimus, quòd non tam homo propter supplendum Angelorum numerum, quam Angeli, & homines propter unum hominem Iesum Christum facti sunt.

Angeli facti per unum hominem, scilicet Christum.

Reparationem ruinæ Angelorum non fuisse principalem finem producendi homines, sed fuisse finem vtilem, & secundario intentum, docet D. Thomas de malo. quæst. 16. art. 4. ad 16. & lib. 2. sentent. dist. 1. quæst. 1. art. 3. corp. & dist. 3. q. 1. art. vnico ad 3. Colligitur idem ex Augustino in toto tractatu de ciuit. Dei; hanc enim ciuitatem ex Angelis, & hominibus prædestinatis constare tanquam ex partibus, & communem & vnam esse vtriusque, quamuis in Angelis nata fuerit, docet lib. 11. cap. 9. & lib. 12. cap. 9. & lib. 15. cap. 1. & lib. 22. cap. 29. Quapropter supponit fundatorem istius ciuitatis ex primaria intentione non minus voluisse partem hominum, quam partem Angelorum: nec ideo voluisse partem ciuitatis ex hominibus constanter, quia defecerant multi ex parte Angelorum.

10. Reparatio ruinae Angelicae intentio secundario à Deo.

Cælestis ciuitas & hominibus vna est communis.

Denique primam conclusionem expressè docent Suarez 1. p. lib. 1. de prædestinat. cap. 12. n. 5. 6. 7. 9. & 10. & 3. p. tomo 3. disp. 28. sect. 3. col. 2. Valent. 1. p. disp. 4. de Angelis, q. 13. punct. 3. fine. Cartagena in præfatione ad discursum 6. longè post med. pag. 119. Fauent etiam Molina 1. parte quæst. 2. 3. art. 7. post medium, & q. 50. art. 3. disp. 2. circa medium, Vazquez 1. p. tomo 2. disp. 180. c. 3.

11.

Secundò probatur, quia cum intentio libera Dei non possit colligi, nisi ex diuina reuelatione, aut ex congruenti ratione; diuina Scriptura de prædestinatione hominum ita loquitur, vt apud Deum maximo in pretio fuerit non minus, quam prædestinatio Angelorum: ergo ex vi presentis decreti non penderet hominum prædestinatio ex defectu partis Angelorum. Confirmatur, quia humanum genus, secundum se totum acceptum, quamuis secundum naturam inferius sit Angelis; gratia tamen & gloria longè superius esse constat, non solum in Christo Domino, sed etiam in Beatissima Virgine, & quibusdam alijs Sanctorum eximijs, supra disp. 50. sect. 3. ad finem. Vnde in tomo de voluntate Dei disp. 53. sect. 8. probabilius iudicauimus homines à Deo magis diligi, quam Angelos: erga congruentius rationi fuit primariò experere hominum prædestinationem independenter à defectu contingente in prædestinatione Angelorum.

Humanum genus in gratia & gloria Angelico superius.

Homines magis à Deo dilecti quam Angeli.

Probatur tertio, nam si primariò intentio creandi homines, fuisset, vt Angelorum sedes replerentur; sequeretur inde, non plures homines prædestinatos fuisse, quam Angeli ceciderunt. Id quod hac ratione sibi persuaserunt aliqui, quos referunt Anselmus lib. 1. Cur Deus homo, cap. 18. & D. Thomas 1. p. q. 23. art. 7. Consequens autem minus probabile esse, constat ex Patribus, qui quamuis sub dubio, inclinant tamen in hoc, vt copiosior sit numerus hominum, qui redditur cælo, quam numerus inde sublatus Angelorum.

13.

14. Major numerus hominum saluandorum, quam sunt Angeli qui ceciderunt.

Ita Augustinus lib. 22. de ciuit. cap. 1. post med. Instaurat, inquit, partem, qua lapsa est, Angelorum;

14.

ne sit superna ciuitas non fraudatur suorum numero ciuium, quin etiam fortassis vberiori latatur. & in Enchiridio cap. 29. Superna ciuitas nulla ciuium numerositate fraudabitur; sed vberiore etiam copia fortasse regnabit. Gregorius lib. 31. moral. cap. 35. aliàs c. 19. ad finem: Hanc, inquit, præruptionem restituere Mediator uenit, vt redemptio humano genere, illa angelica damnata seruiret, & mensuram cælestis patriæ locupletius fortasse cumularet. Idem verò homil. 34. in Euangelia in med. Superna ciuitas ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse, sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum, iuxta Septuaginta Deuteronom. 32. & post pauca: Tanta ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit Angelorum. Quam Gregorij sententiam recepit Magister lib. 2. sentent. dist. 9. cap. penultimo.

15.

Anselmus autem lib. 1. Cur Deus homo, toto ferè cap. 18. magis ex professio probat homines ad cælestem gloriam assumendos esse plures, quam fuerint Angeli desertores: post cuius capitis medium refert, & non reprobatur, nec approbat prædictum intellectum verborum Deuteronom. 32. sicut refert, & non reprobatur Athanasius in quæstionibus ad Antiochum quæst. 6. Fauet autem congrua ratio, quia si genus humanum excedit totam collectionem Angelorum dignitate, & intensione gratiæ, & gloriæ (sicut attingimus probatione 2.) par est etiam numero non esse inferiorum.

16. Homo Deus caput Angelorum & hominum.

Probatur quartò, quia Deus naturam humanam potius, quam Angelicam euexit ad vniouem hypostaticam, & voluit vt homo Deus idem esset caput Angelorum, & hominum, ad cuius gloriam etiam Angeli ordinarentur: ergo Deus homines tanquam Christi Domini fratres elegit per se primò non minus, quam Angelos, nec in minori numero.

Confirmatur, quia naturalis imperfectio generis humani, generalisque corruptio per originalem culpam, maiorem, & magis opportunam occasione ministrat, vt Deus in eius prædestinatione magis gratuitam misericordiam exercent, quam perfectio naturalis Angelorum.

17.

18. Numerus hominum prædestinatorum soli Deo notus.

Quintò probatur, quia certum est apud omnes Theologos, Angelorum ruinas ex hominibus restitui: & aliunde dicunt, soli Deo notum esse, vtrum numerus prædestinatorum hominum æqualis sit numero Angelorum, qui ceciderunt: ergo existimant hominum prædestinationem non fuisse ex primaria intentione restituendi Angelorum lapsum. Quòd autem numerus hominum, & illius æqualitas cum numero dæmonum, sit soli Deo notus, docent Augustinus in Enchirid. cap. 29. fine, Isidorus de summo bono, siue sententiarum lib. 1. cap. 10. num. 13. Magister 2. dist. 9. fine, S. Thomas 1. p. quæst. 23. art. 7. corp. & cum eo communiter expositores. Fauetque illa oratio Quadragesimæ: Deus, cui soli cognitum est numerus electorum, &c. Denique Angelorum numerum à nobis ignorari, dicit Augustinus lib. 19. de ciuit. cap. 1. prope medium. Idem docet Guiliel. Parisiens. in 2. parte principali de vniuerso 1. parte illius, cap. 64. in medio, licet addat, non improbabiler dici, numerum hominum glorificandorum fore eundem, qui beatorum Angelorum.

18.

Ad primam igitur rationem dubitandi respon-

deo, concedendo, vnam ex utilitatibus, quas Deus intendit ex hominum prædestinatione, esse instaurationem ruinæ Angelorum: nihilominus præcipue intentam esse prædestinationem hominum, ita vt quamuis nullus Angelus corruisset, adhuc ex vi presentis decreti homines prædestinarentur. Ad confirmationem respondetur, falsam esse illius doctrinam. Quin potius quibuslibet infantibus per Baptismum gratia datur profus æqualis; vt ostendunt Theologi de Baptismo tractantes. Quinetiam ex adultis plurimi reperitur æquales in gloria, per martyrium, aut per Sacramentum confessionis solummodo comparata supposita æquali dispositione, nihilque prohibet alios quosdam æquales alijs per diuturnam perseverantiam euadere.

Prædestinatio hominum independens à lapsu Angelorum ex vi presentis decreti.

In gratia & gloria plurimi ex hominibus æquales.

Secunda ratio dubitandi est, quoniam homines non sunt de facto prædestinati, nisi dependenter à præcognito futuro peccato Adami: sicut probatum est disp. 13. sect. 4. & 5. sed peccatum Adami non fuit præuisum, nisi dependenter à præuiso peccato Euæ, & tentatione serpentis, & malitia diaboli (effectus enim non potest præuideri, nisi præuisa simul causa,) ergo homines non sunt prædestinati, nisi dependenter à malitia, & reprobatione dæmonum. Neque soluitur difficultas, si confugas ad vagam infallibilitatem, ratione cuius infallibile fuisset, aliquem Angelorum peccaturum, & ex inuidia prouocatum esse homines ad peccandum. Quamuis enim hoc verum esse demus, adhuc non potuit præuideri peccatum Adami vt absolute futurum, nisi præuisa simul eius origine, quæ fuit inuidia diaboli.

19.

Respondeo, & sit secunda conclusio, explicans conclusionem primam. Homines in particulari omnes, aut ferè omnes prædestinati sunt dependenter à præcognito futuro casu, & reprobatione Angelorum, ita vt si Angeli non cecidissent, non prædestinarentur illi homines, sed alij. Probat, quoniam hominum in particulari prædestinatio penderet à præuiso peccato Adami, à quo tamen non dependet prædestinatio hominum in communi, & vagè: vt vidimus tota disp. 13. Quare præcedens argumentum probat conclusionem secundam, & nihil probat contra primam conclusionem.

20. Homines in particulari prædestinati dependenter à reprobatione Angelorum.

Ex præcedenti conclusione sequitur tertia conclusio. Hominum in particulari prædestinatio determinata, fuit posterior præcognitione peccati Angelorum, ac reprobatione eorum. Probat: posterior est enim actus Dei, qui penderet ab alio.

21.

Quarta conclusio. Sicut probabilius est, Christum Dominum ex vi presentis decreti prædestinatum esse independenter à futuro peccato Adami, ita vt prædestinaretur, quamuis Adamus non peccaret; sic etiam probabilius est, prædestinatum esse Christum Dominum independenter à peccato & reprobatione Angelorum. Cæterum de modo, quo prædestinatio Angelorum penderet à prædestinatione Christi Domini, vt à causa meritoria, vel exemplari, dicendum erit disp. 67. sect. 1.

22.

Dubitabis postremò, vtrum in alio genere Angelorum prædestinatio penderet à prædestinatione hominum, ita vt ea ratione sit posterior, quamuis sit prior alia ratione iam dicta.

Christi D. prædestinatio independens à reprobatione Angelorum.

Respondeo, & sit quinta conclusio. Valde probabile est Angelorum prædestinationem pende-

23. Angelorum prædestinatio dependens à prædestinatione Christi Domini.

re à predestinatione Christi sui capitis, ita vt ex vi presentis decreti Angeli non predestinarentur, nisi Christus Dominus predestinaretur, predestinatione abstrahente à Redemptione, & carne passibili. At verò predestinatio Christi Domini necessariò coniuncta fuit cum predestinatione multorum ex suo genere; sic enim decebat ex vi presentis decreti Deum hominem in gloria non esse sine aliorum hominum consortio, & famulatu, & fecunda prole filiorum.

24. Predestinatio Angelorum independens à predestinatione puri hominis.

25.

Homines & Angeli nullo modo predestinati in eodem rationis signo.

26.

Christi D. predestinatio hominum absolute prior.

27.

Sexta conclusio. Predestinatio Angelorum siue in communi, siue in particulari non pendet à predestinatione determinata alicuius puri hominis, ita vt quamuis Petrus non predestinaretur, nihilominus predestinaretur Gabriel ex vi presentis decreti: & sic de reliquis Angelis, & hominibus. Probatur: nulla quippe ratio, nec autoritas suadet hanc dependentiam.

Ex dictis colligitur, esse minus probabile, quod docet Zúmel in art. 4. sua quæst. 1. colum. antepenult. simul in eodem signo rationis predestinatos esse homines & Angelos. Hoc enim aut intelligit de hominibus & Angelis in singulari, & determinatè; sicque falsum est, quoniam hominum in singulari predestinatio pendet à reprobatione Angelorum præuisa, supra conclus. 2. Si autem intelligat de Angelis, & hominibus in communi, falsum est, quoniam homines in communi, & vagè cum Christo Domino predestinati sunt prius, quàm Angeli; quoniam Angelorum predestinatio pendet à predestinatione hominum vagè, supra conclus. quinta. Sed tamen predestinatio Christi, & hominum vagè non pendet à predestinatione Angelorum.

Zúmelis argumenta sunt duo. Primum. Tam homines, quàm Angeli predestinati sunt ante præuisionem operum: ergo simul in eodem signo rationis predestinati sunt.

Respondetur, consequentiam esse nullam; licet enim Christus Dominus, & reliqui homines predestinati fuerint ante præuisa opera; nihilominus predestinatio Christi Domini est absolute prior predestinatione reliquorum hominum in particulari: sicque inter homines vnus predestinatio pendet non rarò à predestinatione alterius.

Secundum argumentum est, quoniam totus ordo naturæ præsupponitur ordini gratiæ: ergo antequam predestinarentur Angeli, præsupponebantur creandi homines, & Angeli; consequenter autem qui simul præuidebantur, simul predestinandi erant.

Respondetur primò, antecedens esse falsum, vt contra Caietanum ostendimus tomo de voluntate Dei disp. 22. sect. 3.

Respondetur secundò, non esse bonam illationem. Quamuis enim homines in esse naturæ præuiderentur prius, quàm Angeli predestinarentur; adhuc poterat ordo dependentiæ, & prioritatis esse in eorum predestinationibus ex libera Dei voluntate; ordinantis vnus predestinationem ad aliam, & non volentis vnam, nisi dependenter ab alia predestinatione.

ARTIC. VI. Vtrum predestinatio sit certa.

ARTIC. VII. Vtrum numerus predestinatorum sit certus.

DISPUTATIO LIII.

Qualis, & quanta sit certitudo predestinationis, ac reprobationis.

SECTIO I.

Certam esse predestinationem, ac reprobationem.



PLICEM significationem habet certitudo predestinationis, ac reprobationis: altera significatione refertur ad nostram cognitionem: altera ad Deum, & illius efficacitatem. Predestinatio, aut reprobatio erit certa apud nos, si nos certò cognoscimus nostram, vel aliorum hominum predestinationem, aut reprobationem. Quo sensu predestinationem, ac reprobationem esse omnibus viatoribus incertam ostendimus disp. 56. Quapropter in presenti non disputamus, nisi de certitudine predestinationis, qua Deus redditur certus, & qua certa & inuitabilis est illius efficacitatem.

Duos tantum errores inuenio, qui directè pugnant cum certitudine predestinationis: nam alij errores pugnant cum libertate, illius coactionem inferentes ex certitudine diuinæ predestinationis, aut reprobationis, (quos retulimus disp. 5. sect. 1. & eorum refutatio constabit ex tota disp. 55.)

Error primus est, orationibus mutari diuinam predestinationem. Hic error tribuitur Aegyptiis, quoniam diuinam ordinationem, quam fatum appellabant, aliquibus sacrificiis, & orationibus impediri posse dicebant. Idem tribuitur Stoicis, apud quos placatis deorum animis mutabantur eorum decreta predestinata. Neque valde dissimilis est error Auicennæ in fine Metaph. quos refert D. Thomas de veritate, q. 6. art. vltimo, corp. & hac q. 23. art. 8.

Secundus error fuit Massiliensium Semipelagianorum, qui contendebant non esse certum predestinatorum, aut reprobatorum numerum, sed augeri posse, vel minui, ne libertati necessitas inferatur. Ita refert Prosper in epist. ad Augustinum post medium, & Hilarius in alia epist. ad Augustinum colum. 3. Quamuis non satis inde constet, an concesserint certitudinem præscientiæ, solùm negantes certitudinem prædestinationis, de qua infra sect. 2. 3. & 4. Calderinus autem in expositione ad Psal. 50. Misere, &c. lect. 23. asserit, nullum gregem predestinatorum, nec reprobatorum fuisse determinatum ab æterno, sed ex utroque posse transiri ad alterum, atque predestinatum posse damnari.

Nihilominus sit indubitabilis conclusio. Predestinatio & reprobatio certa est, & ab omni ambiguitate, & incertitudine profus aliena. Sub hac

I. Duplex certitudo predestinationis.

2. Contra certitudinem predestinationis qui errores.

3.

4. Predestinatio certissima.

hac conclusione multa continentur membra, quæ distinguere cepit S. Thomas de veritate quæst. 6. artic. 3. corp. dicens duplicem esse in predestinatione certitudinem; alia enim est certitudo cognitionis, alia ordinis. Quam doctrinam sequuntur Caietanus 1. part. quæst. 23. art. 6. & alij expositores. Sed vt distinctio plenius explicet omnem ambitum conclusionis, recolendum est, in predestinatione reperiri actum diuinæ voluntatis, & actum diuini intellectus. Quamuis autem in actu intellectus formaliter consistat predestinatio, vt probatum est disput. 1. sect. 6. cæterum quoniam idem actus intellectus vim recipit à decreto voluntatis, sit inde, vt genus ali-quod certitudinis, & firmitatis participet ex eo; ac proinde opus est in presenti explicare non solum certitudinem, quæ est ex parte scientiæ, sed etiam certitudinem, quæ est ex parte diuinæ voluntatis.

Voluntas & intellectus actus reperiuntur in predestinatione.

5. Imperium & decretum diuini dupliciter certa.

Tres alij modi certitudinis.

6. Quis sit certitudo diuini decreti.

7. Non potest Deus reuocare quod predestinauerit.

8. Nec ipsa predestinatio.

pies autem hoc discrimen facilius, quoniam secundus modus certitudinis est in omni cognitione, & volitione creata: quamuis à quibusdam Doctoribus Deo negatus sit. Sed tertius modus certitudinis proprius est diuinæ immutabilitatis, tractat de hoc D. Thomas hic quæst. 23. art. 6. ad 3. Hi sunt tres modi certitudinis, formaliter & expressè non dicentes causalitatem, quamuis eam virtute, & implicite contineant.

Quartus igitur modus certitudinis tantam vim & efficacitatem dicit in diuina predestinatione, vt ex illa effectus consequatur tanta infallibilitate, vt impossibile sit frustrari voluntatem, aut scientiam falli.

Nullus ex his quatuor modis certitudinis poterit sine errore negari de predestinatione, vel reprobatione. Quod vt clarius constet, notandum est, illos omnes gradus se inuicem inferre circa presentem materiam; quia si foret possibile, diuinam predestinationem, aut reprobationem falli, vel frustrari, Deus non esset certus de salute predestinatorum, nec de supplicio reprobatorum; sed dubitare de illis, vel cum formidine opinaretur: aut temerè iudicaret, si firmiter adhæreret iudicium alicui parti, & temerè decerneret tanquam infallibiliter implendum, quod impediri posset, atque frustrari.

Rursus si Deus posset mutare decretum, vel posset efficere, vt nunquam voluisset, quod aliquando voluit, aut efficere, vt nunquam sciuisset, quod aliquando sciuit: sequeretur inde, nunquam tutò ac sine periculo deceptionis iudicare, certam esse futuritionem salutis predestinatorum, & futuritionem supplicij reprobatorum, quia nesciret, vtrum postea facturus esset, vt nunquam hæc ipsa præsciuisset, & nunquam decreuisset. Econtrariò quoque si non esset omnino certum Dei iudicium & decretum de predestinatorum gloria, & pœna reprobatorum: sequeretur, diuinam predestinationem, & reprobationem posse falli, atque frustrari, quantum est ex parte sui. Nam incertitudo non posset aliunde prouenire, nisi quoniam Dei scientia posset falli, & diuinæ voluntatis effectus impediri, atque frustrari. Hæc omnia præmonere fuit expediens, vt propterea non sit mirandum, si tractauerint antiqui Doctores, sine discrimine per modum vnus, omnes prædictos modos certitudinis, retulerintque similiter absque discrimine testimonia sacre Scripturæ, & sanctorum Patrum, quæ vnam, aut alteram partem certitudinis expressè docent, quoniam eo ipso virtualiter, & implicite testantur omnes supradictas certitudines.

Propterea certitudo predestinationis, & reprobationis probari potest primò quibuslibet testimoniis asserentibus immutabilitatem diuinæ voluntatis, & veracitatem Dei. Cuiusmodi sunt, quæ sequuntur. Numer. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur; nec vt Filius hominis, vt muretur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus est, & non implebit? 1. Regum 15. Triumphator in Israël non parceret, & penitentiam non slectetur. Nec enim homo est, vt agat penitentiam. Malach. 3. Ego Dominus, & non mutor. Vos autem mutamini prauis moribus, & ideo supplicium vobis, & iram prouocatis, absque mutatione diuinæ voluntatis. Isaia 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.

Confirmatur. Hebr. 6. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem

9. Quanta sit infirmitudo, & quomodo vnus gradus illius inferatur ex alio.

10.

11. Certitudo predestinationis ex Scriptura.

12.



Consilium & iuramentum Dei immobili.

litatem consilij sui interposuit insurandum: et per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, &c. Duæ res immobiles sunt, consilium Dei, & iuramentum, & ex illis sequitur, Deum non fallere, nec mentiri. Vnde Hieronymus Isaia 14. ad illud: Iuravit Dominus exercituum; Hoc autem, inquit, humano loquitur affectu, quod scilicet non fallatur, qui falli non potest. Significatur autem iuramento Dei consilium & voluntatem esse absolutam, & è nulla pendente conditione, quantum ad effectum. Quale est illud Psal. 109. Iuravit Dominus, & non penitebit eam. & Psal. 131. Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam. In cuius commentario notant hoc Augustinus & Prosper, nec non Athanasius serm. de Passione, & Cruce Domini, col. 4. S. Thomas Hebr. 6. lect. 4. post medium. Quorum verba retulimus tomo de voluntate Dei disp. 55. sect. 5. simul cum aliis Patribus, observantibus, Dei iuramentum non proprie, sed metaphorice dici ad significandam immutabilitatem. decreti: quæ maximè conuenit decreto prædestinationis.

13. Secundò probatur, quia peculiariter certitudo prædestinationis traditur ab Apostolo Rom. 11. quando de illa vocatione, quæ sola simpliciter, & antonomasticè vocatio dicitur, & de donis, quæ sunt antonomasticè talia, dicit: Sine penitentia sunt dona, & vocatio Dei, id est, sine mutatione stabiliter fixa, vt exponit Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum, cap. 16. ad finem. Sic ex eodem loco firmitatem, & certitudinem prædestinationis, probat lib. de bono perseverantiæ, cap. 17. sub initium, & de correptione & gratia, cap. 12. non procul à principio, Prosper ad obiect. Vincent. respons. 12. initio. S. Thomas in præfenti quæst. 23. art. 8. corp. & in commentario Roman. 11.

Pœnitentia repugnat Deo.

Confirmatur, quia pœnitentia Deo repugnat, & quoties in Scriptura tribuitur Deo metaphoricè, significatur operis tantum, & non decreti mutatio, sicut Patres communiter docent, citati tomo de voluntate Dei disp. 16. sect. 3. & 4.

14. Tertio Concilium Valent. sub Leone Papa IV. cap. 3. post medium, sic probat: Apud Deum, vt S. Augustinus ait, de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa præscientia. Ad hoc siquidem facit Sapientis dictum: Parata sunt deorsibus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. De hac immobilitate præscientiæ, & prædestinationis Dei, per quam, apud eum futura iam facta sunt, apud Ecclesiam bene intelligitur dictum: Cognouit quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum, &c.

15. Futura prædicuntur quasi facta.

Probat quarto, nam sicut alia futura, sic etiam potiori ratione quæ pertinent ad prædestinationem, aut reprobationem, prædicuntur quasi iam facta verbis præteriti temporis, quibus significetur, prædestinationis, aut reprobationis decreta non minus esse immutabilia & certa, quam est certum & immutabile præteritum iam fuisse factum. Ideo Apostolus Roman. 8. prædestinationem iustificationem, & glorificationem quasi iam factam significavit, sicut observat Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 12. sub init. Dicens igitur Paulus, quia: Quos Deus iustificavit, illos & glorificavit; non utrumque præteriti viti deputat, sed ea fide quod futurum est, velut factum firmat, qua fide Propheta dicit: Qui facit, quæ futura sunt. Eodem modo prædicta verba ponderat Anselmus lib. de concordia lib. arbitr. cum prædestinat. col. 5. & 6. & in commentario ad illud Rom. 8. Quos præsci-

uit, & prædestinavit, &c. nec non Hieron. Ephef. 2. illud: Confessus est, & confedere fecit in caelestibus. & Theophylactus illud Osee 5. In die redargutionis monstravi tibi. Leo Magnus serm. 16. de Passione cap. 2. quorum verba posui disput. 31. de scientia Dei sect. 4.

Ad huius confirmationem vtuntur Patres verbis Isaia 45. iuxta Septuaginta: Fecit, quæ futura sunt. Prosper enim ad 12. obiect. Vincent. initio: Prædestinatio, inquit, etsi apud nos, dum in præsentis vite periculis versamur, incerta est; apud illum tamen, qui fecit venturam, incommutabilis permanet. Isidorus lib. 1. sentent. siue de summo bono cap. 18. in medio: Cur, inquit, futura quasi præterita scribuntur, nisi quia ea, quæ adhuc faciendæ sunt in opere, iam facta sunt in diuina prædestinatione.

Eapropter ad probandam certitudinem prædestinationis prædictis Isaia verbis vtuntur August. lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & de corrept. & grat. cap. 14. ante med. & tractat. 68. in Ioannem sub initium, Hilarius lib. 12. de Trinit. multo propius ad medium, quam ad finem, Fulgentius, & Concil. Valent. nuper citati, Cyrillus in Isaia lib. 4. orat. 2. multo propius ad finem, quam ad medium, Gregorius lib. 1. Regum cap. 13. suo lib. 2. cap. 3. propius ad medium, quam ad finem, Bernardus serm. 68. in Cantica paulo post med. quos audiimus supra disp. 8. sect. 10. Ambrosius denique lib. 5. de fide ad Gratian. cap. 8. inter principium, & medium interrogat, qua ratione Paulus Hebræorum 1. dixerit: Per quem facta sunt sæcula, siquidem aliqua restant futura sæcula. Respondet autem: Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt; sic & fecit, quæ futura sunt, tanquam sunt, quia non contingit, vt non sint, sed necessario sunt futura, quæ ipse præcepit. Obserua necessitatem, id est, certitudinem profus infallibilem.

Quinto probatur celeberrimis definitionibus prædestinationis: quarum alteram Augustinus tradit lib. de bono persever. cap. 14. Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. De qua diximus disp. 1. sect. 7. sub initium. Alteram tradit eodem lib. cap. 17. parum à princip. In sua, quæ falli, mutarique non potest præscientia, opera futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam est, nisi prædestinare.

Multo plures probationes adduci possent ex illis, quibus in tomo de scientia Dei disput. 31. demonstratum fuit, iam esse simpliciter necessarium, Deum sciuisse & prædestinasse, quæcumque scit, & prædestinat: insuper ex illis, quibus in tomo de voluntate Dei disput. 16. ostendimus esse profus immutabilia decreta diuinæ voluntatis, atque etiam ex illis, quibus in eodem tomo disp. 18. præfertim sect. 5. & sequentibus probatum fuit, absolutam Dei voluntatem semper, & irrefragabiliter impleri, nec ab aliquo posse frustrari, vel impediri, neminemque illi posse resistere: præterea ex illis, quibus in tomo de prouidentia disput. 1. sect. 7. & 8. probatum est, nihil esse casuale, vel fortuitum comparatione Dei. Posset autem ei casuale vel fortuitum euenire, si posset eius decretum frustrari, vel scientia falli, nec certissimum esset nihil ei euenire posse præter opinionem. Omnia tandem, quæ sequentibus sectionibus afferenda sunt, valent ad probandum certitudinem prædestinationis.

16.

17.

18.

19.

Prædestinationis definitio.

SECTIO II.

Certum esse Deo prædestinatorum numerum tam formalem, quam materiale, ex vi non tantum præscientiæ, sed etiam prædefinitionis.

1. Prædestinatorum numerus certus ex fide.

Dico primò. Certitudo numeri prædestinatorum est de fide. Hanc conclusionem in primis docuit Nazianzenus orat. 33. quæ est prima de Theolog. col. penult. num. 28. dicens: Multa ne apud Deum mansiones sunt, quemadmodum Scriptura docet, an una tantum? Multæ, inquit, non una. Rectè. Age verò, eas ne omnes impleri, an quasdam quidem impleri, ceteras autem minime, vt inanes & frustra paratas? Vtique omnes. Nec enim à Deo quidquam temere, atque incassum factum est. An porò hoc quoque dicere queas, quid tandem sit hac mansio? Num requies & gloria, quæ beatis in celo recondita est, an quid aliud? Nihil aliud, quam hoc, inquit. De hoc igitur quando inter nos constat, illud insuper expendamus, est ne aliquid, quod nobis mansiones has concillet, vt mea est sententia, an omnino nihil? Est sane, inquit. Quidnam hoc? Hoc nimirum, quod diuersa sunt viuendi genera, & instituta, quodque pro fidei proportionem alia vita aliò ducat, quas nos vias appellamus.

2. Augustinus epist. 106. ad Bonif. col. 9. Certus est, inquit, Dei præscientia definitus numerus, & multitudo Sanctorum; & reliqua referenda pro concl. 4. & lib. de corrept. & grat. cap. 13. initio: Hac de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, vt nec addatur ei quicquam, nec minuat ex eis: non de his, qui cum annuiciasset, & locutus esset, multiplicati sunt super numerum. & lib. de bono persever. cap. 8. circa med. appellat certum numerum Sanctorum suorum.

3. Prosper epist. de libero arbitr. ad Rufin. paulo post med. Cum certus, inquit, apud Deum, definitusque sit numerus prædestinati in vitam æternam populi, & secundum propositum Dei vocantis electi. Quod quidem tam impium est negare, quam ipsi gratiæ contraire. & lib. 2. de vocat. gent. cap. 29. post med. Semper, ait, præcognitum habuit, quantum piorum numerus per opem gratiæ, & per seruitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret.

4. Prædestinatorum numerus formalis & materialis diuina præscientia certissimus.

Dico secundò. Diuina præscientiæ certissimus est prædestinatorum numerus formalis, id est, tot esse prædestinatos, & non pauciores, nec plures, nec eum numerum augeri posse, nec minui. Nec minus certus est eidem præscientiæ numerus materialis, personas in singulari, & indiuiduo determinans, vt isti homines omnes, & non alij peruenturi sint ad gloriam æternam. Numerum formalem Alexander & Albert. infra citandi vocant numerum numeratum; materiale autem vocant numerum numeratum.

5. De hac conclusione nullus Catholicus dubitare potest. Quamobrem inter illos nullum est dissidium, nisi tantum de prædefinitione, virtute cuius determinetur numerus. Et illi quidem auctores, qui prædestinationis causam esse dicunt opera præuisa tanquam absolute futura, non possunt admittere numerum materiale, siue numerum numeratum ex vi prædefinitionis esse certum. Nihilominus iidem possunt admittere certum ex vi prædefinitionis esse numerum formalem: ceterum non tenentur hoc concedere, sed Ratiõ de Prædestinatione.

possunt pro libito negare, quantum attinet ad coherentiam cum sua sententia de causâ prædestinationis. Inter hos auctores sunt S. Bonauent. lib. 1. dist. 40. dubio literali 4. cui consonat art. 1. q. 1. ad argumenta, & dist. 41. q. 1. & 2. & magis apertè Alexand. 1. p. q. 28. membr. 2. art. 2. & 3. Ochamus, Gabriel, & alij plures, quos citauimus disp. 7. sect. 1.

Singularis in hac re, nec satis est tutus loquendi potius, quam sentiendi modus, quem vnus inuenit Catherinus lib. 1. de prædestin. cap. vlt. in summaria explicatione de doctrina prædestinationis, asserens ex vi prædefinitionis, aut prædestinationis certum esse numerum prædestinatorum, sed non esse certum numerum saluandorum; imò potius augeri posse, vel minui, & mutari personas à numero prædestinatorum ad contrariam multitudinem reprobatorum, & ab hac transire ad prædestinatos, quantum est ex vi diuinæ prædefinitionis, præciscendo à præscientia. Catherinus igitur neque materialiter, neque formaliter certum esse putauit numerum ex vi solius prædefinitionis.

Aduersus eum dico tertio. Prædestinatorum numerus eos omnes & solos complectitur, qui salui futuri sunt, nec vllus saluus erit, qui non sit prædestinatus. Periculosusque loquendi modus est inter ordinem prædestinatorum, & ordinem reprobatorum, tertium quemdam ordinem constituere hominum, ex quo nonnulli, quamuis non sint prædestinati, saluantur; & alij damnantur, icet non sint reprobat.

Probat: in sacris enim literis, & Patribus, & in ceteris omnibus Theologis duos tantum ordines legimus, oues, scilicet, & hædos, benedictos, quibus à Patre paratum est regnum à constitutione mundi, & maledictos, quibus non est paratum regnum, vasa misericordiæ; & vasa iræ: vasa in honorem, & vasa in contumeliam, quorum Deus miseretur, & quos indurat: Moysen cum suis Israëlitis, & Pharaonem cum suis Ægyptiis; Iacob à Deo dilectum, & Esau odio habitum; quorum nomina sunt scripta in libro vitæ, & quorum nomina non sunt scripta: familiam Noë vocatam, vt ingrediatur in arcam, & ceteros diluuiio permittit, nec reseruat in arca: illos qui erant ex nobis, & illos, qui non erant ex nobis: quos nemo potest rapere de manu Patris, & quos permittente Patre rapit diabolus. Eiusmodi plures binarios inuenies in Scriptura, & Patribus, nunquam verò tertium illum ordinem, quem Catherinus adauxit.

Præterea præsentem assertionem probant, quæ sect. seq. persuadent materiale numerum; id est, singulas personas prædestinatas esse Deo certas ex vi prædefinitionis. Tandem aduersus prædictam doctrinam Catherini Valentia 1. p. q. 23. puncto 6. rigidior est: at econtrariò Vazquez disp. 101. cap. 1. plus æquo mitigat expositionem.

Dico quarto. Non solum formaliter, sed etiam materialiter est certus Deo numerus prædestinatorum, non solum ratione cognitionis, sed etiam ratione electionis, & diffinitionis cuiusdam. Ita docet expressè S. Thomas in præfenti art. 7. corp. cui concordat aliis in locis, præcipuè de veritate quæst. 6. art. 1. & lib. 1. sent. dist. 40. q. 3. art. vnico corp. Altifiodor. lib. 1. Summæ, cap. 10. col. vlt. ad 1. Albert. 1. part. quæst. 63. membr. 2. corp. & particula 3. ad argumenta, Durand. 1. dist. 40. q. 1. art. 3. iuncta dist. 41. quæst. 7. n. 8.

6. Certum esse numerum prædestinatorum, sed non saluandorum ex vi prædefinitionis non tutum loquendi modum.

7. Nullus saluus nabitur nisi prædestinatus.

8. Duo tantum ordines prædestinatorum.

9.

10. Prædestinatorum numerus etiam materialiter certus Deo.

SECTIO



& quaest. 2. art. 2. num. 14. Gregor. distinct. 40. quaest. vnica, art. 3. à medio, Maior distinct. 41. quaest. 2. post medium, iunctis his, quae docuerat praecedenti quaest. 1. & distinct. 40. Marfil. 1. sent. quaest. 41. sub init. in 2. argum. contra suppositum, & in eius solutione, quam tradit art. 2. column. penult. Carthuf. 1. distinct. 40. quaest. 2. recipiens doctrinam Alberti, & S. Thomae, praecipue verò propius ad medium, quam ad finem quaestionis, §. in his verbis, explicans propriam sententiam. Ab hac sententia solo modo loquendi Ricardus differt 1. dist. 40. art. 2. q. 3. iuncta dist. 41. art. 2. quaest. 2.

11. Magis expressè conclusionem eandem docent cum S. Thoma Capreolus 1. dist. 40. quaest. vnica, art. 3. conclus. 8. Caietanus, & ceteri expositores communiter ad praesentem art. 7. Cartagena discursu 10. de praedestinat. prope finem, Valentia 1. part. quaest. 23. punct. 6. Suarez lib. 1. de praedestinat. cap. 10. num. 4. & lib. 6. cap. 2. n. 6. & seqq. à quibus solo modo loquendi Molina differt artic. 4. disput. 1. membr. 11. & art. 7. Vazquez autem disp. 101. cap. 2. Consequenter ad suam sententiam de praedestinatione ad gloriam, dicit, non esse certum numerum ex vi praedefinitionis gloriae: licet eorum numerus, qui sunt in gratia perseueraturi, sit certus ex vi praedefinitionis gratiae, & auxiliorum.

12. Tandem ex vi praedefinitionis certum esse praedestinatorum numerum formalem, & materialem, si minus expressè, saltem implicitè ac virtualiter docuerunt complures alij Doctores, apud quos omnes praedestinati sunt electi ante prauias opera, vt Deus eos infallibiliter impellat ad opera. quos omnes citauimus disp. 7. sect. 4.

13. Probatur autem primò testimonijs Patrum. Augustinus epist. 106. ad Bonif. propius ad med. quam ad finem: *Certus est, inquit, Dei praescientia definitus numerus, & multitudo Sanctorum, quibus diligenter Deum, quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum Spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt, quos ante praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Subiungit autem hos esse vocatos secundum propositum, & electos, qui per electionem gratiae salui sunt. Multa sunt in his verbis, quae continent certitudinem singulorum praedestinatorum ex vi praedefinitionis, quae lectori ponderanda relinquo.

14. Prosper lib. 2. de vocatione gentium cap. 33. inter med. & finem: *In qua electione, inquit, quid quid hominum in Christo praecognitum non est, nulla eadem ratione sociabitur. Omnes enim, qui in regnum Dei de cuiuslibet temporis vocatione venturi sunt, in ipsa, quae secula cuncta praecessit, adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratur; ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. De plenitudine quippe membrorum Christi praescientia Dei, quae falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa praecognita, atque in Christo ante saecula aeterna praelecta.*

15. Eadem certitudo formalis, & materialis numeri manifestè colligitur ex epist. Prosperi ad Augustinum post medium, & epist. Hilarij Arelatensis ad August. col. 3. Nam apud illos constat, Massilienses minimè negasse certitudinem numeri praedestinatorum ex vi praescientiae; consequens igitur est, tantummodo negasse certitudinem numeri singulorum ex vi praedefinitionis,

Quid negauerint Massilienses circa certitudinem numeri praedestinatorum.

contra quod eorum argumenta directè pugnat. Quamobrem Prosper, & Hilarius postulantem vt Augustinus defenderet suam doctrinam, eo ipso supponunt, affirmatam esse certitudinem numeri materialis ex vi praedefinitionis.

Hugo Victorinus in annot. quaest. circa epist. ad Rom. q. 220. quaerit: *An numerus praedestinatorum possit augeri, vel minui. Idem queritur de numero reproborum.* Respondet autem, *esse impossibile secundum causas superiores.* Subiungit autem: *Causae superiores dicuntur diuina potentia, voluntas, dispositio, & praedestinatio, quae quandoque cum inferioribus, quandoque sine ipsis operantur: quae semper habent effectum.* Valent ad idem probandum omnia testimonia Patrum, quae supra disp. 10. & 11. tradunt praedestinationem ante prauias merita, necnon rationes adductae disp. 12.

SECTIO III.

Praedicta certitudo materialis numeri probatur ex sacris literis.

1. Frequentiùs in ore Doctorem istius opinionis argumentum accipitur ex 2. Timoth. 2. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit Dominus, qui sunt eius.* Huius argumenti vires extenuant aliqui recentiores, dicentes, se nescire, ex quo verbo Pauli deducatur ista certitudo, cum solum dicat certum esse numerum in praescientia. Ceterum signaculum est praecipuum quiddam, & maximum, quod firmitatem confert, ne res ab alieno domino possit occupari: hanc autem firmitatem electio, praedestinatiòque confert. Et ista Dei notitia non est speculatiua, sed practica, & factiua, quam explicuimus magis tomo de prouidentia disp. 3. sect. 3. & seqq. & supra disp. 11. sect. 6.

2. Ita praesentem locum ponderat Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 7. versus finem, vbi tractans de his, qui electi sunt ad regnandum cum Christo, quòsque à charitate Christi nulla separabit aduersitas, ait: *Isti significati sunt ad Timoth. vbi eum dictum fuisse: Hymenaeum, & Phileum fidem quorundam subuertere; mox additum est: Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, sicut Dominus, qui sunt eius. Horum fides, quae per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficit, aut si qui sunt, quorum deficit, reparatur, antequam vita ista finiatur, & deleta, quae intercurrerat, iniquitate, usque in finem perseuerantia deputatur. Qui verò sic lapsuri sunt, vt tales vitae huius finis inueniant, proculdubio nec illo tempore, quo bene, pieque viuunt, in isto numero computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis praescientia Dei, & praedestinatione discreti. Electionem igitur, & praedestinationem, Augustinus existimat, esse causam, vt in numero praedestinatorum computandi sint, & à ceteris discernendi quicumque praedestinati sunt.*

3. Idem tract. 48. in Ioan. ante med. *Quid potest, inquit, fur, & latro? Non perdunt, nisi in interitum praedestinos. De illis autem omnibus, de quibus dicit Apostolus: Nonuit Dominus, qui sunt eius: & quos praesciuit, ipsos & praedestinavit, &c. De omnibus istis nec lupus rapit, nec latro interficit. Securitas est de numero eorum, qui pro eis nouit quod dedit.* Vide, vnde securus sit de numero isto: ex potentia diuina manus, à qua nemo poterit rapere, & ex praedestinatione, ratione cuius nouit, qui sunt eius.

Signaculum confert firmitatem.

Notitia Dei qualis.

2.

3.

Securitas praedestinatorum quanta.

Rursus

4. Rursus lib. 5. de Baptismo contra Donatistas cap. 27. Numerus, inquit, *ille iustorum, qui secundum propositum vocati sunt, de quibus dictum est: Nouit Dominus, qui sunt eius, ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uivae, paradysus cum fructu pomorum.* Omnes istae metaphorae significant diuinam gratiae protectionem, & influxum.

5. Generaliter autem Augustinus de bono perseuerantiae cap. 18. initio notat, *Praedestinationem aliquando significari nomine praescientiae, sicut ait Apostolus: Non repulit Dominus plebem suam, quam praesciuit. Hoc, quod ait, praesciuit, non rectè intelligitur, nisi praedestinavit, quod circumstantia ipsius locutionis ostendit: loquebatur enim de reliquijs Iudeorum, quae salua factae sunt.* Omnes igitur, qui salui fiunt, eodem modo praesciuntur, quatenus non repelluntur à Deo, sed praedestinantur. His consonant, quae de praedictis verbis ad Timoth. scribit August. lib. 20. de ciuit. cap. 27. sub initium, & tract. 45. in Ioan. col. 2.

6. Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 29. sub init. ait: *Quod Pater Filio dedit, Filius non amittit, nec quisquam potest de manu eius rapere, quod accepit. Firmum fundamentum Dei stat, & mansuri in aeternum templi aedificatio non vacillat.* Et post pauca hoc refert ad numerum praedestinatorum, vt sectione praecedenti vidimus.

7. Secunda probatio confurgit ex praetacto testimonio Pauli Rom. 11. *Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curruauerunt genua ante Baal.* Vide numerum determinatum ad certas personas, quae relinquebantur, ne permitterentur à dæmone rapi ad idolatriam. Numerum autem ceterorum praedestinatorum eodem modo fuisse praescriptum à Deo per electionem merè gratuitam, ostendit Paulus continuò subiiciens: *Sic ergo & in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.* Cuius argumenti robur Patrum autoritate munitum, vidimus disp. 8. sect. 8. à principio.

8. Tertio probatur, quia Ioan. 10. *Bonus pastor proprias oues vocat nominatim.* Quod autem haec vocatio sit secundum propositum adducendi eas in vitam aeternam, constat ex verbis sequentibus: *Et educit eas, & cum proprias oues emisserit, ante eas vadit. Clarius autem longè inferius: Oves meae vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam aeternam do eis, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* Quod argumentum collatis alijs Scripturae locis autoritate Patrum ponderauimus disp. 8. sect. 8. post medium. Sunt autem istius loci propria verba Augustini tract. 45. in Ioannem, colum. vltim. *Quis alius oues proprias vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitam aeternam, nisi qui nouit nomina praedestinatorum? Unde ait discipulis: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in caelo; hinc enim vocat eas nominatim. Et quis eas emittit, nisi qui earum peccata dimittit, vt eum sequi duris liberatae vinculis possint.*

9. Quarto probatur, quia nisi Deus sua praedestinatione deligeret singulos homines in particulari, pertinentes ad numerum electorum; sequeretur, aliquos saltem homines se ipsos discernere transeuntes à numero reproborum ad numerum in caelis descriptum; transirent enim absque Dei electione praedefiniende discretionem illorum, atque inde gloriam possent. Hoc autem est contrarium Apostolo 1. Corinth. 4. *Quis enim te discernit? &c.* Quod argumentum Ruz de Praedestinatione.

quàm efficax sit, constat ex dictis disput. 8. sect. 6. versus finem, & disp. 34. & 35.

10. Quintò, nam Ioan. 5. *Filius quos vult, viuificat.* Quod non solum de vita gratiae, sed etiam de resurrectione ad gloriam esse dictum, constat ex sequenti cap. 6. *Qui credit in eum, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Quibus, & alijs verbis Scripturae, & Patrum disp. 8. sect. 9. à principio probatum est eos omnes, & solos saluari, quibus Deus vult aeternam salutem.

11. Sextò. Deus enim creare non posset, nisi sua voluntate decerneret singulas res in particulari, quae forent creandae. Quapropter etiam noua creatura, siue factura, debuit in singulari & determinate decerni à Deo illam create: quemadmodum ex verbis Apostoli Ephes. 2. & 4. & 2. Corinth. 5. & Galat. 6. deduximus in eadem disput. 8. sect. 9. à medio.

12. Probatum septimò: sigulus quippe sua voluntate determinat quamlibet luti partem in singulari, quam eligit, vt faciat vas in honorem. Quapropter praedicta certitudo numeri formaliter & materialiter, colligitur ex Apost. Roman. 9. dicente: *An non habet potestatem sigulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam.* Quod ponderauimus disput. 8. sect. 4. & 5. Rei verò praesentis proprium est, quod decernit Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 35. *Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnes quos vasa misericordiae gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei praedestinos à Deo: neque perire posse aliquem eorum, quos Deus praedestinavit ad regnum caelorum; nec quemquam eorum, quos non praedestinavit ad vitam vlla posse ratione saluari.* Quapropter nec minui potest, nec augeri numerus eorum, quos Deus gratuita bonitate fecit vasa misericordiae.

13. Octauò probatur: numerus enim praedestinatorum eos omnes & solos complectitur, qui secundum propositum vocati sunt sancti; sed non possunt esse vocati secundum propositum, nisi soli, & omnes homines singulares, & determinati, quibus Deus aeterno proposito decrenit talem vocationem, quae sciebat fore saluandos: ergo numerus praedestinatorum eos omnes & solos amplectitur, quibus Deus aeterno proposito voluit aeternam salutem infallibiliter conferre. Praesentis argumenti robur quantum sit, constabit recolenti, quae diximus disp. 8. sect. 11. de verbis Apostoli Roman. 8.

14. Nonò. Potest similis etiam syllogismus formari de numero illorum hominum, quorum voluntas praeparatur à Domino vsque ad finem vitae, iuxta verba Prouerb. 8. *Preparatur voluntas à Domino; quae satis ponderata reperies in eadem sect. 11. disp. 8.*

Decimò. Qui temperat sortes, ille sua praedefinitione disponit, vt istis hominibus potius, quam illis, aeterna felicitas sorte contingat. Cuius argumenti fundamentum, ex sacris literis acceptum, recole supra disp. 8. sect. 5.

Vndecimò tandem Iacob, & Esau proponuntur in exemplum omnium praedestinatorum Roman. 9. ex quibus Iacob dilectus est, prius quam aliquid boni egisset, aut mali, propterea quae non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior Esau seruiet minori Iacob. Similiter igitur omnes electi nominatim, & in singulari dilecti sunt, & ante prauias merita praedestinati. Quae

11. Singula quae creantur à Deo decernuntur.

12. Praedestinos non posse perire.

13. Quos praedestinatorum numerus amplectatur.

14. Temperator sortium quid agat.

Iacob & Esau in praedestinatorum exemplum.

consecutio probata fuit disput. 8. sect. 1. 2. & 3. Quoniam hæc sufficiunt, omittuntur multo plura, quæ potuissent ex literis sacris adduci.

SECTIO IV.

Predicta certitudinis origo, discriminemque tam in modo, quam in prioritate.

1. Certitudo ex præscientia conditionata potissimum.

AD explicandam magis certitudinem predictam, obseruanda sunt tria.

Primum est, eam certitudinem non provenire ex essentia & potentia mediorum, præscindendo à scientia conditionata (quinimò mediis non obstantibus, evenire potuit, vt non saluaretur iste, qui de facto saluatur, & saluaretur alter, qui de facto perit, & perditur); sed provenit potissimum ex præscientia conditionata, qua Deus certò prænouit, quibus mediis adhibitis, vnusquisque foret liberè cooperaturus ad salutem. Notat hoc Molina in præsentî q. 23. art. 4. membr. 1. i. concl. 2. & 3. Suarez lib. de prædestin. cap. 2. n. 5. & seqq.

2. Certitudo numeri prædestinatorum quantum ad excludendum augmentum, vel diminutionem diuersa, & in quo.

Secundò notandum est, non eadem ratione certum ac definitum esse numerum prædestinatorum, quantum ad excludendum augmentum, & quantum ad excludendum illius diminutionem. Absoluta quippe necessitas, & inexcusabilis certitudo, prohibens diminutionem numeri prædestinatorum directè, per se, & propriè per intentionem Dei decreta, nec causata. Quin potius Deus, quod ex se est, vellet omnes homines saluos fieri: per ipsos autem præscitos, qui liberè resistunt gratiæ, stat quominus iustificentur, perseuerent, & saluentur. Quapropter per ipsos stat, quòd prædestinatorum numerus non sit maior, quàm de facto definitus est.

3. Quis ordo prioritaris inter prædefinitionem numeri formalis, & numeri materialis. Prædefinitio namque formalis numeri prior est, quàm numeri materialis: quoniam prædefinitio numeri materialis pendet à prædefinitione numeri formalis, & non e contrario.

Tertiò notandus occurrit ordo prioritatis inter prædefinitionem numeri formalis, & numeri materialis. Prædefinitio namque formalis numeri prior est, quàm numeri materialis: quoniam prædefinitio numeri materialis pendet à prædefinitione numeri formalis, & non e contrario.

Confirmatur; in eo quippe quòd definita sit tanta multitudo cinium, & non maior, nec minor, & quòd in templo, vel ædificio tor mansiones assignentur extruendæ, nec plures, nec pauciores, fundatoris, & architecti sapientia, prudentiæque cernitur. Quòd autem isti potius, quàm illi homines eligantur, vt eam ciuitatem, aut illas mansiones impleant, hoc nihil omnino confert ad magis, vel minus ostendendam sapientiam, & prudentiam architecti, vel fundatoris, si omnes homines ex se nullam habent aptitudinem, nisi quam voluerit fundator illis conferre. Consequens igitur est, illud sit antiquius Deo, & tanquam præstantius definitum prius, ac certius; istud autem posterius sit definitum propter illud, & dependenter ab illo.

4.

Prioritatem istam Alcazar in Apocalypf. cap. 3. versu 11. rectè collegit ex illis verbis: Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quasi non esset intraturus hic homo numerum prædestinatorum, nisi alter ab eo numero defe-

cisset. Quod significare videtur Gregor. lib. 25. moral. cap. 8. aliàs cap. 10. circa illud Iob 34. Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis, dicens: Dum alij cadentibus, ad standum alij solidari perhibentur, electorum numerus certus, ac definitus ostenditur. Unde etiam dicitur: Tene quod habes, &c.

Idem colligit Augustinus simul ex dictis verbis Apocalypf. & verbis Baptistæ Matth. 3. lib. de corrept. & gratia cap. 13. parum à principio, dicens: Facite ergo dignum fructum penitentia, & nolite dicere apud vosmetipsos: Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Vt ostendat, sic istos esse amputandos, si non fecerint fructum, vt non destr. numerus, qui promissus est Abraham. Tamen aperit in Apocalypf. dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus, nisi iste perdidit, certus est numerus. Postremam collectionem ex Apocalypf. recipit Magister in 1. dist. 40. sub init. & communiter Scholastici, & S. Thomas in præsentî quæst. 23. art. 6. ad 1. confirmat: Non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat, vt in locum Angelorum substituti sunt homines, & in locum Iudæorum Gentiles. Referuntur autem idem obseruasse Primasius, Beda, Rupertus, Haymo, Lyræ, & alij expositores Apocalypf. 3.

Ex hac doctrina confurgit efficax argumentum ad probandam supradictam prioritatem numeri formalis, hac ratione. Alius non est accepturus coronam, nisi iste perdidit, ne prædestinatorum multitudo crescat ultra certum numerum prædefinitum: igitur illius hominis prædefinitio pendet ex eo, quòd certus numerus prædestinatorum fuerit prædefinitus, & ab eo numero defecerit alter. Vnde præterea sequitur illius certi numeri prædefinitioem nullo modo pendere à determinata prædestinatione huius singularis hominis: quoniam hoc homine deficiente, substituendus est alius ad eum numerum explendum. Eandem prioritatem significauit Nazianzenus relatus sect. 2. initio, prius dicens, apud Deum esse mansiones multas, & subiciens eas omnes impleri.

Indiget autem condimento salis quorundam expositorum generalitas, dicentium, hoc loco Apocalypf. significari, nunquam permitti à Deo, vt iustus aliquis cadat, & condemnetur, quin alium ipsius loco substituat. Quo significatur singulis quibusque cadentibus toridem alios prædestinatos subrogari. Vnde consequens erit, multitudinem cadentium à gratia, & damnatorum, non esse maiorem, quàm sit multitudo peccatorum hominum, qui per penitentiam respiscunt, & perseuerant. Consequens autem esse falsum probatur; nam in lege naturæ post remedium infantibus datum, aut post contritionem peccatorum, & in lege Moyfi post circumcissionem, aut post contritionem, & in lege gratiæ post Baptismum, aut post Sacramentum penitentia multum corruerunt in idololatriam, aut hæresim, aut Mahumetanam superstitionem, & in alia peccata finalia, propter quæ damnantur, & ij sunt multo plures, quàm illi, qui saluantur: vt facilè constabit legenti sacras, & Ecclesiasticas historias, & ostendetur sequenti disp. 54.

Cautior ea de causa fuit S. Thomas in numero plurali dicens, non permittere Deum aliquos cadere, quin alios eligat, vt intelligas fieri posse, vt multis

5.

6.

7.

8.

Nemo accipit coronam nisi alter perdidit.

Non singulis cadentibus toridem prædestinati respondent.

Intellectus Apoc. loci.

multis cadentibus erigantur pauci. Propterea Iob 34. cum dixisset: Conteret multos, & innumerabiles, non dixit, stare faciet pro eis alios innumerabiles, sed tantum, stare faciet alios pro eis. Quod discrimen obseruauit etiam Gregorius loco supra citato.

SECTIO V.

Determinata media prædestinationis & mensura gratiæ, & gloriæ sunt Dei prædefinitione præscripta.

1. Conclusio prima.

Dico primò. Media prædestinationis omnia non vagè, & in communi, sed determinatè, & in particulari certa sunt ex vi prædefinitionis diuinæ. Probatio prima sit: omnia quippe media prædestinationis determinatè & in particulari sumpta, sunt effectus prædestinationis; sed omnis effectus prædestinationis est certus ex vi diuinæ prædefinitionis: ergo omnia media prædestinationis determinatè & in particulari certa sunt ex vi prædefinitionis diuinæ. Maior, & minor istius syllogismi constat ex dictis disp. 21. sect. 1. & 2. quibus probatum est, omne, quod provenit in salutem, esse prædestinationis effectum, & eo ipso causari determinatè diuina prædestinatione, ac prædefinitione; aliundè verò manifestum est in salutem provenire omnia media prædestinationis in particulari.

2. Media præcipua prædestinationis quæ.

Confirmatur primò, quia præcipua media prædestinationis sunt vocatio, gratia auxiliatrix, & preparatio Dei ad concurrentium nobiscum, actiones supernaturales, etiam vt procedunt à libero arbitrio, iustificatio, & habitus supernaturales, atque merita reuiuifcentia per penitentiam: hæc autem omnia esse prædestinationis effectus, probatum fuit tota disp. 22. cuius potissimum est obseruanda sect. 4. & eius probationes ex autoritate, & ratione.

3.

Confirmatur secundò, nam & bona, quæ Deus colligit ex peccatis prædestinatorum, aut præscitorum, & naturalia bona, sunt effectus prædestinationis, vt probatum est disp. 23. & 24. Sunt autem eadem media prædestinationis. Igitur hæc media Dei prædefinitione, seu prædestinatione causantur.

Effectus & medium prædestinationis quomodo distinguantur.

4.

Confirmatur tertio, quoniam effectus, & medium prædestinationis sola ratione formali distinguitur: eadem quippe res prout à prædestinatione causatur, est effectus, sed est medium prout ad gloriæ finem ordinatur eadem prædestinatione. Secundò probatur, generaliter enim omnia futura (solis peccatis exceptis) à Deo prædefinita fuisse determinatè, & in particulari, nominatim verò liberæ actiones supernaturales, & omnes illarum circumstantias fuisse prædefinitas, ex professo probatum fuit tom. de prouid. disp. 9. septem prioribus sectionibus, & in sect. 11. redita est ratio maioris perfectionis ex parte obiecti diuinæ gubernationis. Omnia verò prædictæ disputationis fundamenta, tam quæ nituntur autoritate, quàm quæ sola ratione nituntur, ad probandam prædefinitionem omnium mediorum prædestinationis, multò maiorem vim habent, quàm ad probandam prædefinitionem aliorum futurorum; eo quòd finis prædestinationis, & illius media sunt potissimum obiectum à Deo volitum,

& procuratum in rota creaturarum gubernatione.

Propterea mediorum omnium prædefinitio probari potest autoritate S. Thomæ, ac plurimorum Scholasticorum, qui supra disp. 22. sect. 4. versùs finem citati sunt, pro effectibus prædestinationis, & tomo de prouid. disp. 9. sect. 2. citati sunt ad probandam prædefinitionem quarumlibet operationum bonarum. Ex quibus magis expresse tangunt media prædestinationis prædefinita Henricus quodlib. 4. q. 18. prope initium, Scotus 1. dist. 41. §. sed contra istud arguitur. Ricardus 1. dist. 41. art. 2. q. 1. ad finem corporis, Durandus 1. dist. 41. q. 2. ad finem, & q. 3. in medio, & dist. 47. q. 1. num. 6. Carthus. dist. 41. q. 1. versùs finem. Gregorius Ariminenf. 1. dist. 40. q. vnica, art. 2. col. 3. §. secundò probatur idem antecedens.

Dico secundò. Determinatus gradus, & mensura gratiæ & gloriæ Deo certa est ex vi prædefinitionis.

Probatum primò, quoniam Christus suo toti corpori, suisque membris omnibus præscribit debitam mensuram; hoc enim quilibet sapiens faceret, si posset, in membris, ad corporalem integritatem, & pulchritudinem pertinentibus. Idcirco Paulus Ephes. 4. cum dixisset: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. post pauca subiungit: Qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrat, secundum operationem in mensuram vnusquisque membri, augmentum corporis facit in adificationem sui in charitate.

Confirmatur primò, quia rectè Patres expouunt æqualitatem quamdam arithmeticam incrementi, quod singulis membris à Deo distribuitur, iuxta cuiusque capacitatem, & indigentiam: sicut crescentibus brachiis crescit etiam oculus, non æqualitate geometrica, sed arithmetica, iuxta captum, & exigentiam oculi. Hoc breuius indicarunt Chrysostr. Ephes. 4. serm. 11. paulo ante morale, Theodoretus, & Ambrosius ad eundem locum; sed magis apertè tradiderunt Hieronymus, Beda, & Anselmus in commentario eiusdem loci, & Augustinus tract. 14. in Ioan. ad illud cap. 3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, quorum testimonia posuimus tomo de prouid. disp. 9. sect. 9.

Confirmatur secundò, quoniam argumentum à materialibus membris ad mystica ductum, frequens est Apost. 1. Corinth. 6. & 12. & Ephes. 4. & 5. Deus autem non exerceret perfectè munus creatoris, nisi mensuram, locum, & ordinem vnusquisque membro præscriberet.

Confirmatur tertio, nam & vasis, quæ facta sunt in honorem, sigulus, & columnis omnibus, atque lapidibus singulis in ædificio magnificentissimo, & artificiosissimo collocandis architectus mensuram, & ordinem præscribit.

Secundò probatur: quod enim generaliter dicitur de præscripta mensura gratiæ cuiuslibet, id potiori ratione verificandum est de gratia prædestinatorum, quippe quæ per se primò intenditur à Deo, tanquam sui corporis pars in æternum duratura. Quapropter de gratia prædestinatorum præcipuè debet intelligi Paulus Roman. 12. dicens: Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. & 1. Corinth. 12. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuisens singulis prout vult. Quæ bene ponderant Augustinus de prædestin. Sanct. cap. 2. Prosper lib. 1. de vocatione gent. cap. 23. & lib. 2. cap. 7.

5.

6.

7.

8.

9.

Conclusio secunda.

Mensura membrorum Christi ab ipso præscripta.

Qualis sit ista mensura.

Gratia prædestinatorum primò à Deo intenta.

*Etiam operationibus naturalibus mensura.*

10. *Quid diversitate mansionum significatur.*

11.

12. *Mansionum multitudo a Deo preparata.*

13.

*Non Deum nos, sed Deum nos elegit.*

14. *Secundum laborem merces.*

15.

Confirmatur, nam Deus omnibus operationibus honestis non modò supernaturalibus, sed etiam naturalibus mensuram præcibit: sicut probatum est dicta disputat. 9. de providentia sect. 9.

Tertio probatur, quia multitudo, diversitasque mansionum in domo Patris, est inæqualitas meritorum, atque præmiorum; sed hæc multitudo mansionum parata est diuina prædestinatione: ergo meritorum, ac præmiorum inæqualitas parata est diuina prædestinatione, quod ipsum est fuisse paratam inæqualem mensuram, & gradum illorum. Maior traditur ab Augustino tractat. 67. in Ioan. in med. dicente: *Multa mansiones diversis meritorum in una vita æterna significant dignitates. Alia est enim gloria Solis, alia gloria Luna, alia gloria stellarum.* 1. Corinth. 15. & sequenti tract. 68. prope finem: *Quamvis quisque fuerit particeps Dei, alius minus, alius amplius, hæc erit diversitas præmiorum, pro diversitate meritorum: hæc erit multitudo mansionum, pro disparitate mansorum; id est, eorum, qui mansuri sunt in illis mansionibus.*

Gregorius item lib. 35. moral. cap. 14. post medium, tractans illud Iob 42. *Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Apud Patrem, inquit, mansiones multe sunt, quia in illa beatitudinis vita non dispart, unusquisque iuxta dispar meritum, locum dispartem percipit.* Quod idem satis significat Nazianzenus relatus supra sect. 2. sub initium, quatenus ad implendam multitudinem mansionum dicit esse plures, & inæquales vias.

Maior autem, videlicet, multitudinem mansionum fuisse præparatam prædestinatione Patris, traditur Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multe sunt; si quominus, dixisset vobis, quia vado parare vobis locum.* Vbi satis ostendit, ideo se hoc illis dixisse, quia iam ibi paratæ fuissent mansiones, vt obseruat August. dicto tract. 68. in Ioannem, sub initium, fuse declarans, æterna Dei prædestinatione fuisse paratas. Satis erit ea verba referre, versus medium illius tractatus posita: *Mansiones, quas preparavit, has preparat, qui fecit, que futura sunt: quas preparavit prædestinando, preparat operando. iam ergo sunt in prædestinatione: si quominus, dixisset: Ibo, & prædestinabo, &c.*

Bernardus ferm. 23. in Cantica paulo post medium: *Non omnibus, inquit, vno in loco frui datur gratia, & secreta sponsi presentia, sed vt cuique paratum est a Patre ipsius. Non enim nos eum elegimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos, & vbi quisque positus est, ibi est. & post pauca: Quis nostrum dignè distinguere sufficiat has varietates meritorum, vel potius meritorum, & iterum: Sic ergo apud sponsum mansiones multe sunt, & sue Regina, siue concubina, suo etiam de numero adolescentularum, congruum quaque pro meritis accipit ibi locum, terminumque.*

Anselmus in Elucidario multo propius ad med. quam ad princip. ait: *Vnusquisque obtinebit mansionem secundum proprium laborem, qui plus laboravit, digniorem, qui minus, inferiorem possidebit. Nullus tamen plus laborare poterit, quam cum diuina gratia iuuerit. Nec aliam mansionem quis habiturus erit, quam eam, ad quam ante mundi constitutionem præordinatus fuit. Quia non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*

Quarto probatur ex aliis Patribus. Chrysostomus enim Roman. cap. 12. ferm. 20. prope morale sic ponderat illud Apostoli: *Quemadmodum unicuique Deus mensuram sibi partitus est; fidem hic*

*donum vocans. Dicens verò, partitus est Deus, & eum, qui minus acceperat, consolatur, & eum, qui pluribus potiebatur, deprimat. Si enim partitus est Deus, & quod habes, non ex tua virtute est, quid superbis? & post pauca: Quemadmodum, quod tribuit, per illius factum est benignitatem, ita & quod tantum, vel tantum tribuit. Gregorius lib. 12. moral. cap. 2. ad fin. Nemo est, ait, qui tantum virtutis apprehendat, quantum desiderat. Quia Omnipotens Deus, interiora discernens, ipsis spiritalibus profectibus modum ponit.*

Quinto probatur ex Scholasticis. S. Thomas Philippenf. 3. lect. 2. sic ponderat illa verba: *Sequitur autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Non omnes habent æqualem beatitudinem: quia quidam clariùs vident; sicut quidam ardentius amabunt, & magis gaudebunt. Unde quilibet habebit certam mensuram, & hoc à prædestinatione diuina. Et ideo dicit: In quo & comprehensus sum; quasi diceret, in tali mensura intendo comprehendere, secundum quod mihi dispositum est à Christo.*

Consonat Aggidius in 2. dist. 29. quæst. 2. art. 1. dubio literali 1. versus finem, & sequenti dub. 2. initio. Docet enim, meritorum inæqualitatem à Dei voluntate provenire, tanquam à prima causa, mouente ad hoc ipsum causas secundas. Cæterum huius ætatis Theologi perspicuis verbis docent, à Deo fuisse prædestinatum gradum gratiæ, & gloriæ, quemadmodum Bellarminus lib. 2. de gratia, & libero arbitrio cap. 15. obiect. 3. Suarez lib. 1. de prædestina. cap. 10. num. 4. & sequentibus, Cartagena discursu 10. de prædestin. sub initium.

Ratio est, hic enim modus electionis ad determinatum gradum gratiæ, & gloriæ, consentaneus est perfectioni diuinæ voluntatis, propensæ ad optimum modum providendi, & gubernandi præcipue præstantissimis partibus totius vniuersi, videlicet prædestinatis. Quemadmodum in generali dicebamus disp. 12. sect. 1.

Confirmatur primò, quia sine dubio Beatissimæ semper Virgini prædestinitus fuit totus cumulus gratiæ, & gloriæ, quem habet. idemque suo modo sentiendum videtur de Apostolis, aliisque Sanctis eminentioribus: nullaque ratio prohibet, quominus Deus eodem modo prædestinauerit gradum omnium prædestinatorum.

Confirmatur secundò, quia Deus intendit hanc inæqualitatem gloriæ, non modò tanquam priuatum bonum istius, vel illius electi, sed tanquam vniuersale bonum totius reipublicæ cælestis, quam varietas suis ordinibus distincta maxime pulchram, & ornatum reddit: præter eam rationem, quam attingit probatio prima.

SECTIO VI.

*Prædestinatio gradus ampliatur, & explicatur magis.*

Dico primò. Gradus, & mensura gloriæ non tantum essentialis, sed etiam accidentalis est certus ex vi diuinæ prædefinitionis. Etenim rationes præcedenti sectione probantes assercionem secundam, eadem vires habent ad hanc assercionem probandam, licet minus fortiter, propter minorem dignitatem istius obiecti.

Dico secundò. Non est ab hac prædefinitione excipiendum augmentum meritorum, & gloriæ, quod supposuit necessariò peccatum, quale est, quod

16.

17.

18.

*Modus eligendi ad determinatum gradum gratiæ, & gloriæ optimus.*

quod à penitentia provenit. Probatur, quia non minus istud, quam augmenta cætera, potuit à Deo prædefiniri; quamuis Deus non prædefiniret peccatum, sed solam permissionem illius, vt vidimus disp. 23. sect. 3.

Dico tertio. Non eadem ratione prædestinitus est gradus & mensura gratiæ & gloriæ, quantum ad magnitudinis terminum, & quantum ad terminum paruitatis. Etenim terminus paruitatis, prohibens, ne sit minor, & efficiens, vt perueniat ad tantam intensiorem gratiæ, & gloriæ, præfixus, ac prædestinitus fuit directè, per se, & propriissime per antecedentem intentionem, quam Deus habet à se ipso. Contra verò terminus magnitudinis, prohibens, ne gloria sit maior, non ita per se, directè, vt proprièque prædestinatur: propterea que permissionem impedimentorum, retardantium, ne gratia, & gloria crescat amplius, quam de facto crescit, propriè non est effectus prædestinationis: vt probatum est disp. 23. sect. 4. Quin potius Deus, quod ex se est, vellet iustos omnes in charitate crescere multa, & ad hoc præbere auxilia, & multa consilia. Sed non vult eis præbere vocationem illam congruam & opportunam, qua data Deus præsciuit futurum fuisse, vt crescerent magis, quam de facto crescent. Confirmantur hæc ex dictis circa numerum supra sect. 4. sub initium.

Hinc occurrit quorundam obiectio, qui propterea negant, prædefinitionem Dei certum fuisse gradum gratiæ, & gloriæ; quoniam inde sequeretur, hominem in hac vita peruenire posse ad statum, in quo nullis meritis possit augere gratiam, & gloriam, imò nec possit implere præcepta occurrentia, quoniam ea implendo metas excederet meritorum. Respondemus enim, hanc illationem non esse bonam. Quia Deus præscribens mensuram & gradum, disponit ad eum finem omnia media, quibus positus, Deus præscit, fore, vt homo de facto non augeat amplius merita, licet possit. Cuiusmodi media sunt vitæ periodus, & quandoque amentia, vel somnolentia, vel distractio. Præcipuum autem medium est mensura, & numerus auxiliorum, quibus distributis per totum vitæ curriculum, Deus præsciuit, futurum fuisse, vt iste homo nec velociùs curreret, nec fortius in agone decertaret, nec assignatos meritorum terminos superaret.

Dico quartò. Gradus gratiæ, & gloriæ prædestinatorum hominum non est commensuratus, & æqualis gratiæ, & gloriæ, quam amiserunt angeli rebelles; sed potius in multis hominibus est altior, & intensior: sicut probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 53. sect. 9.

SECTIO VII.

*Soluuntur argumenta, quæ contendunt incertam esse prædestinationem.*

Contra certitudinem prædestinationis, ac præcipue contra certitudinem numeri materialis, & omnium mediorum, ac graduum gratiæ, & gloriæ, militant omnia argumenta, quæ solent adduci contra prædestinationis causam ex merè gratuito Dei beneplacito, nullis præuisis operibus, tanquam absolute futuris. Hæc autem omnia soluta sunt propriis in locis, quæ sumuntur ex sacris literis disp. 9. sect. 4. & 5. quæ ex Augustino disp. 10. sect. 3. 4. & 5. quæ ex aliis Patribus

disp. 11. sect. 2. 6. 7. & 8. quæ ex ratione disp. 12. sect. 4. & seqq. præter alia multa, quæ resultant ex negatiua reprobatione, facta ante præuisa opera, quæ sparsim soluta sunt disp. 15. & trib. seqq.

Peculiariter autem ad rem præsentem adducuntur hæc argumenta.

Primum, quia qui prædestinatus est, potest suam coronam amittere, quam potest alius accipere; nec eam acciperet, si teneret alter quam habebat coronam: igitur nec illius prædestinatio certa fuit, nec istius reprobatio, sed à multitudine non prædestinatorum contingit transire ad ordinem prædestinatorum. Antecedens probatur Apocal. 3. *Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.*

Respondetur negando consequentiam. Nemo quippe potest amittere coronam, quam habet vt suam ex vi prædestinationis in sensu composito cum ipsa prædestinatione, supponente præscienciam conditionalem omnium operum humanorum. Verumtamen hæc ipsa prædestinatio iuuatur salutari metu amittendi coronam, quam quilibet iustus, etiam si prædestinatus sit, potest amittere, quantum est ex humana fragilitate, nisi cum timore, & tremore salutem suam operetur, & qui stat, videat, ne cadat. Ad quem timorem excitandum de facto Deus permittit, plurimos iustorum amittere coronam, quam habebant suam, & sibi debitam merito gratiæ, & permittit eos damnari. Huius terroris vtilitatem in his verbis Apocal. rectè ponderat Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 13. Plura tamen ad istius loci expositionem diximus sect. 4. colligentes ex eo certitudinem numeri formalis.

Secundum argumentum, quia certitudo numeri materialis & mediorum in particulari cum omnibus circumstantiis, & certitudo graduum gratiæ, & gloriæ, si proveniant ex Dei prædefinitione ante præuisa opera libertati repugnant.

Respondetur non repugnare propter rationem concordie tradendam disp. seq.

Tertium argumentum in eadem disp. tractabitur, inde proveniens, quia Petrus potest peccare, & tunc occidi, quamuis sit prædestinatus: & alter homo, licet sit reprobus, potest penitere, & post penitentiam occidi. Quo possibili dato saluabitur iste, sed ille reprobanditur.

Quartum argumentum. Nec enim certus est numerus, cui potest additio fieri; sed numero prædestinatorum potest additio fieri, iuxta illud Deuter. 1. *Addat Dominus ad hunc numerum multa millia,* vbi glossa exponit: *Ad hunc numerum definitum apud Deum, qui nouit qui sunt eius.*

Respondet S. Thomas in præfenti art. 7. ad 1. illud esse intelligendum de hominibus, quos Deus nouit esse suos per gratiam, & secundum præsentem iustitiam. Horum enim numerus augetur, quando peccatores conuertuntur; sicut minuitur, quando iusti mortaliter peccant. Eadem solutionem tradunt Alexand. 1. part. q. 28. membr. 2. art. 7. & Alber. 1. p. q. 63. membr. 2. versus finem.

Quintum argumentum, quia S. Thomas in præfenti q. 23. art. 6. corp. probat certitudinem prædestinationis ex infallibilitate providentiæ, cuius pars est prædestinatio; sed providentia non semper assequitur quemlibet finem intentum, sicut probatum fuit tomo de provident. disp. 4. sect. 2. 3. & 4. ergo prædestinatio non semper assequitur finem suum, ideòque non erit certa.

Respon

3. *Qua ratione gratia & gloria mensura prædestinatur.*

4. *Homo non potest peruenire in hac vita ad statum in quo non possit mereri.*

5. *Mensura hominum non est æqualis Angelis mensura.*

2.

3. *Metus amittendi coronam salutari.*

4.

5. *Certitudo prædicta libertati non repugnat.*

6.

7.



Providentia divina infallibilis.

Respondetur, S. Thomae probationem ita conualescere, Providentia divina consequitur infallibiliter quemlibet finem, quem absoluta & plena volitione intendit; sed predestinatione intenditur aeterna gloria per absolutam & plenam volitionem Dei: igitur infallibilis & certissima est istius finis assecutio.

Predestinatio permittit peccata committi.

Confirmatur, quia sicut providentia, sic etiam predestinatio permittit peccata committi, permittitque quorundam suorum mediorem effectum impediri per liberam omissionem humanae cooperationis, ut maiora bona colligat in predestinato: verumtamen certitudinem habet comparatione primarij, & ultimi finis, videlicet, gloriae.

8.

Sextum argumentum. Si Deus reuocauerit voluntatem predestinandi Petrum, non erit predestinatus Petrus: ergo si Deus potest reuocare voluntatem predestinandi Petrum, potest efficere, ut Petrus non sit predestinatus. Potest autem Deus reuocare voluntatem predestinandi Petrum: ergo Deus potest efficere, ut Petrus non sit predestinatus; ex hac vero possibilitate manifeste sequitur, non esse certam Petri predestinationem, siquidem adhuc incertum est, utrum Deus illam reuocaturus sit. Quod autem Deus reuocare possit voluntatem predestinandi Petrum, probari potest, nam diuinae voluntatis irrevocabilitas comparatione huius obiecti, non est maior, quam comparatione aliorum obiectorum; sed comparatione aliorum obiectorum Deus reuocare potest voluntatem suam, iuxta illud Ierem. 18. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Quod expletum legimus Ionae 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. & Isaiae 38. Dispone domui tuae, quia morieris, & non vines, quod utrumque non fuit expletum.

9.

Poenitentiam non agit Deus. Quomodo reuocet poenitentiam comminatam.

Respondetur. Poenitentiam proprie Deus non agit, nec reuocat absolutum decretum; reuocat autem punitionem comminatam, quoniam ab aeterno decreuerat illam eo sine praedicere, ut homines audientes confugerent ad poenitentiam, & orationem, quibus impetrarent remissionem illius poenae: quae omnia Deus ab aeterno praedestinaverat absoluta, & plena voluntate. Praedictiones autem illae propterea simpliciter verae sunt, quoniam mors, aut subversio futura est, quantum est ex vi praesentium causarum, & meritorum, nisi mutantur homines. Quam rationem fusiuse exposuimus tomo de voluntate Dei, disp. 16. sect. 4.

10.

Septimum argumentum. Quod est in potestate nostra facere, vel non facere certum, id non est simpliciter certum; sed in nostra potestate est nostram electionem facere certam: igitur electio nostra non est simpliciter certa. Maior probatur, quia possibile est, & contingens, nos omittere opera, quibus faciamus certum aliquid pendens ab illis. Minor vero probatur 2. Petri 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.

11.

Respondetur primo, distinguendo maiorem. Quod enim est in nostra potestate facere, vel non facere certum, id non est simpliciter certum, si non habet infallibilem praescientiam, & omnipotentiam faciendi, ut nos infallibiliter, & certo velimus, & faciamus. Si tamen habet omnipotentiam, & scientiam infallibilem, esse potest simpliciter certum. Ideo electio ad gloriam, & praedestinatio nostra potest esse simpliciter certa; quamvis in nostra potestate sit positum, eam

Quaeritur certum sit quod est in nostra potestate facere certum.

facere certam, utendo supernaturalibus auxiliis, vel impedire certitudinem illius per nostrum liberum arbitrium. Quoniam electio ipsa, & praedestinatio nostra certissime nonit, quibus mediis adhibitis, nos cooperabimur ad illius certitudinem; & per omnipotentiam potest illa media opportunè adhibere, & omnia impedimenta remouere.

Notandum autem est, liberum hominis arbitrium, supernaturalibus adiutorijs eleuatum, licet nulla ratione possit concurrere ad intrinsecam, increatam, & immanentem certitudinem electionis, & praedestinationis: efficienter tamen concurrere ad obiectum, & effectum illius, qui nisi produceretur, concurrente libero arbitrio, sequeretur non esse certam electionem, & praedestinationem. Etenim actus ipsi fidei, spei, poenitentiae, aut charitatis, etiam qua ratione procedunt efficienter à libero arbitrio, sunt effectus praedestinationis (ut vidimus disp. 22. sect. 4. & 5.) hos autem effectus omittere potuit liberum arbitrium. Quos si omitteret, sequeretur, aut non esse certam praedestinationem huius hominis, aut nullam esse praedestinationem illius. Hoc igitur sensu S. Thomas in sequenti art. 8. corp. sine dicit: Praedestinatis conandum est ad bene operandum, & orandum: quia per huiusmodi praedestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur 2. Petri 1. Satagite, ut, &c.

12. Concursum liberi arbitrij quomodo inueniatur in praedestinationis obiecto & effectu.

Praedestinatio orandis & bene operandis.

Respondetur secundo. Possumus etiam intelligere non electionem ad gloriam, sed electionem ad fidem, spem, aut poenitentiam, vel charitatem. Sic enim Iudas electus fuit, dicente Domino Ioan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus est. & de cunctis fidelibus Apostolus 1. Corinth. 1. Quae stulta sunt mundi elegit Deus. 1. Thessal. 1. Scientes fratres electionem vestram. & 2. Thessal. c. 2. Quod elegerit vos Deus primitias in salutem. & 1. Petri 1. Electis aduentus dispersionis. Quoties autem interponitur aliquid in contextu, quod repugnare videatur certitudini electionis ad gloriam, toties congruentius accipitur electio ad fidem, vel ad alios actus supernaturales.

13. Ad virtutes electio.

Tunc autem certa redditur electio ad fidem, vel ad alias virtutes vitae praesentis, quando sic exercentur à nobis, ut obtineant finem, & colliment scopum, ad quem destinantur. Quemadmodum ille cecinit:

14. Quando videtur certa electio ad virtutes.

O quam certa fuit librato dextera telo. & alter: Certam quatit improbus hastam. & alibi: Certo contorquens dirigit ictu. & alius: Fides certa segetis.

Mart. lib. 1. epigr. 13. Virg. Aen. 11. lib. 12. Horat. lib. 3. ode 16.

Respondetur tertio, non improbabiler ab aliquibus explicari Petrum, non ut simpliciter certam vocationem faciamus, sed ut eam faciamus magis certam per opera supererogationis. Cui fauet illud: Magis satagite ut per bona opera, &c. & quod sequens versus adiungit: Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in aeternum regnum, &c. Hac maior certitudo non accrescit increatae praedestinationi, sed nostrae securitati, & fiduciae.

Opera supererogationis vocationem magis certam faciunt, & quomodo.

Quarto graues expositores intelligunt certitudinem, ratione cuius alij possint habere competentem electionem nostram operum indicio, quod est maximum in hac vita possibile: sicut ostendemus disp. 56. sect. 3.

Certitudo secundum alios quos indicium salutis.

Octauum

16. Paulus de sua praedestinatione certus.

17. Germana expositio Pauli optantis anathema esse.

18.

2.

Ex vi praedestinationis certus numerus formalis & materialis. Decretum praedestinationum in particulari.

Octauum argumentum. Paulus certus erat se predestinatum esse: nihilominus optabat careere praedestinationis effectu, qui est perfectissima unio cum Deo per visionem, & amorem: ergo Pauli praedestinatio poterat effectu suo frustrari, ac subinde non erat certa. Minor probatur Roman. 9. Optabam ego ipse anathema esse in Christo pro fratribus meis.

Respondetur distinguendo minorem: optantis enim Apostoli non erat desiderium absolutum, nec plena volitio; sed tantum velleitas quadam, & conditionatum desiderium: quod potest appetere bonum, praescindendo illud ab aliquo malo, quod habet adiunctum, & praescindendo ab aliqua suppositione, per quam redditur impossibile. Propterea vox Graeca significat idem, quod isti casus verbi, optauerim, optassem, optarem, qui non significant plenam, & absolutam voluntatem. Quemadmodum igitur Paulus velleitatis huius obiectum praescindebat à coniunctione cum peccato, sine quo de lege ordinaria nemo separatur à Christo: sic etiam praescindebat à praesupposita praedestinatione, & eius certitudine. Ideo Chrysolomus serm. 16. ad Roman. column. 3. conditionem adhibet: Si quo pacto fieri possit. Nazianzenus Orat. 26. de moderat. in disput. colum. vltima. Quam eandem conditionem adhibet Theophylactus, & Oecumenius, Cassianus collat. 23. cap. 6. S. Thomas in commentario, ubi etiam Petrus Lombard.

Dicta sunt haec, supponendo, Paulum desiderasse spirituales separationem à Christo; quam expositionem simul cum aliis tractabimus ex professo disp. 60. sect. 7. & 8. Vnde constabit eodem modo soluendum esse postremum argumentum, quod accipitur ex precibus Moysi, Exod. 32. Aut remitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo. Cuius loci varias expositiones videbimus in eadem disp. 60. sect. 7. & 8.

SECTIO VIII.

Certa sunt ex vi praedestinationis reprobatorum numerus, poenae grauitas, & media reprobationis.

1.

DE certitudine horum obiectorum ex vi praescientiae diuinae dubitare nemo Catholicorum potest. Attamen certitudinem ex vi praedestinationis, negat Cartagena discursu 10. fol. vlt. & Suarez lib. 6. de praedestin. cap. 2. §. vlt. dicit non esse proprie ex praedestinatione certum numerum reprobatorum. Fundamentum est, quia Deus non praedefinit malitiam, nec est author illius; sine malitia vero nemo reprobatur.

Nihilominus sit prima conclusio. Ex vi praedestinationis certus est reprobatorum numerus, non modò formalis, sed etiam materialis. Praecipua ratio est, quia Deus ante prauiſa opera, solo prauiſo peccato originali, decreuit praedestinationem non concedere omnibus, & singulis hominibus in particulari, quibus eam non concessit, & non aliis hominibus, nec pluribus, nec paucioribus. Hoc autem decretum est non minus posituum, nec minus formale, quam decretum praedestinationis: & propterea decreuit etiam eisdem hominibus non praebere collectionem illam vocationis, auxiliorum, & circumstantiarum, sub quibus sciebat illos fuisse perseveraturos in obe-

dientia diuinae legis. Praedictum autem decretum satis constat ex disp. 7. sect. 4. multisque sequentibus disputationibus, maxime disp. 14. sect. 6. & sequentibus, atque disp. 15. sect. 2.

Confirmatur, quia Deus ante prauiſa opera per absolutum, & posituum decretum praedefinit, quot & quibus hominibus permittendum sit finale peccatum, quam remissionem reprobato comitatur. Etenim nulla malitia continetur in hoc obiecto, quòd Deus his hominibus, & non pluribus, nec paucioribus decreuerit permittere, ut liberè peccent, & in peccato moriantur. Colligitur eadem conclusio ex Hugone Victorino in annot. ad epist. ad Roman. q. 20. quia de certitudine numeri reprobatorum eadem docet, quae de numero praedestinatorum ex illo retulimus sect. 2. versus finem; fortius autem colligitur ex S. Thoma statim referendo.

Secunda conclusio. Discrimen reprobatorum à praedestinatatis, quod ad praesens artinet, est, quoniam reprobatorum numerus non est certus per modum cuiusdam principalis praesentis. Ita S. Thomas in praesenti q. 23. art. 7. corp. manifestè supponens, & virtualiter concedens, esse minus principaliter, secundariò, & quasi per accidens praedefinitum numerum reprobatorum, qui praedestinatorum in bonum praedestinatorum.

Confirmatur primò, nam S. Thomas hoc explicat exemplo corruptibilium indiuiduorum irrationabilium, quorum omnium numerus etiam materialis est praedefinitus à Deo, sed non propter ipsamet indiuidua, sed propter conseruationem specierum, & vniuersale bonum totius mundi. Quam ob causam illa indiuidua sunt minus principaliter, secundariò, & quasi per accidens praedefinita: quod implicite, ac virtualiter concedit S. Thomas.

Confirmatur secundo, quia saltem virtualiter S. Thomas concedit, reprobos nec esse plures, nec pauciores, quam qui requiruntur ad vtilitatem praedestinatorum, Dei praedestinatione praescriptam: qua vtilitate cessante, nulla est ratio sufficiens, quae Dei voluntatem inclinet ad producendos plures reprobos.

Pro cuius maiori declaratione distinguenda sunt ea, quorum praedefinitio facilius ostenditur. Etenim omnes homines tam praesciti, quam praedestinati, sub diuinam praedefinitionem cadunt, & ab illa decernuntur, quantum ad substantiam, potentias, & omnia accidentia naturalia, nec non quantum ad omnes actus tam naturales, quam liberos, quos non vitiat essentialis repugnantia cum ratione rectae, praecipue vero quantum ad actus supernaturales, quos multi reprobi concipiunt: sicut probatum fuit praecedenti tomo de prouidentia disp. 9. sect. 10. Proptereaque Caietanus in praesenti art. 7. prope finem dixit: Considerando reprobationem subtili, certus est eorum numerus etiam praedefinitus.

Videtur autem contra supradicta sentire, quando subiungit: Considerando eos, quatenus reprobi sunt, non esse in certo numero praedefinitum. Cui consonat S. Thomas 1. sentent. dist. 40. q. 4. art. 1. corp. collato cum praecedenti q. 3. art. vnic. corp. imò etiam in praesenti art. 7. Difficultas igitur est, utrum reprobatorum numerus, in quantum reprobi sunt, fuerit praedefinitus.

Cui respondeo, distinguendo reprobationem, & sit conclusio tertia. Prout negatiue tantum reprobati sunt, per posituum voluntatem non praedesti-

3. Quo pacto praedestinerit Deus poenitentiam peccati finalis.

4. Discrimen reprobatorum à praedestinatatis in quo consistat in praesenti.

5.

6. Facilis ostensio praedefinitionis.

7.

Quomodo predestinatus numerus reproborum.

destinandi, predestinatus est eorum numerus; sed prout reprobati sunt positiva voluntate puniendi, vt sic, non est predestinatus eorum numerus, nec certus ex vi predestinationis puniendi hos homines in particulari: quia Deus neminem positivè reprobatur, decernendo punitionem illius, nisi post præsumptum finale peccatum, vt vidimus disp. 15. sect. 7.

9. Mensura peccatorum & poenarum predestinata quantum ad terminum magnitudinis & quomodo.

Ex præcedenti sequitur quarta conclusio. Mensura peccatorum, & poenarum quantum ad terminum magnitudinis fuit à Deo predestinata: quia simpliciter bonum est, nullam inuoluens malitiam, impedire, ne plura, neque grauiora peccata committantur, nec contrahatur reatus maioris poenæ (sicut probatum fuit præcedenti tomo de prouidentia disput. 12. sect. 4.) nihilominus ipsa substantia poenæ, vel eius magnitudo non est predestinata prius, quam præuideatur finale peccatum absolute futurum: ea tamen præuisione supposita, predestinatur à Deo certa, determinataque quantitas poenæ.

10. Quanta poenarum & peccatorum determinata deo certissima.

Quinta conclusio. Mediata ex vi solius predestinationis permittendi peccata singula cum omnibus circumstantiis, diuinæ scientiæ certissima est determinata quantitas poenarum: sicut etiam est certa quantitas determinata peccatorum ex vi prædictæ predestinationis, quam probauimus præcedenti tomo de prouidentia, tota disp. 12. & 13.

Reprobationis media quomodo certa.

Sexta denique conclusio. Omnia media reprobationis sunt certa ex vi predestinationis. Probatur, omnes enim & soli reprobationis effectus sunt media reprobationis, sola ratione formali differentia. Nam effectus dicuntur in ordine ad causalitatem effectiuam; media verò in ordine ad finem, ad quem destinantur ex intentione operantis: sicut etiam de mediis predestinationis est dictum sect. 5. Qui verò sint reprobationis effectus, & consequenter quæ media, vidimus tota disp. 38.

DISPUTATIO LIV.

Vtrum predestinatorum numerus sit minor multitudine reproborum.

SECTIO I.

Premissis aliquibus, quæ certa sunt, referuntur tres sententiæ, & conclusiones proponuntur.

1. Multitudo predestinatorum copiosissima secundum se.

PRIMO certum est, absolute considerando multitudinem predestinatorum, absque comparatione cum reprobis, esse copiosissimam; constat enim ex sacris literis. nam Apocal. 7. post centum quadraginta quatuor milia signatos, Ioannes vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Quod bene ponderat August. serm. 32. de verbis Domini, conferens cum illo Matth. 8. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno colorum, dicens: Multi certe, & pauci, ipsi pauci, qui multi, pauci in comparatione multorum per-

ditorum, multi in societate Angelorum. Idem scribit contra Crescon. Grammaticum lib. 3. cap. 66. post medium, & lib. 4. cap. 53. à medio.

Psal. 138. Nihilominus honorati sunt amici tui Deus, &c. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Vbi Augustinus, & Prosper obseruant multitudinem esse tantam, quantum solus Deus numerare possit. Ierem. 33. Sicut dinumerari non possunt stelle caeli, & metiri arena maris, sic multiplicabo semen David serui mei, & Leuitas ministros meos. Agitur autem de multiplicatione fidelium post Redemptionem Iesu Christi, & videtur intelligendum de his, qui perseueranter, & in æternum Deo ministrant.

Secundò certum est, incomparabiliter plures esse reprobos, quam predestinatos, si computentur omnes homines totius mundi. Nam & ante Euangelium, & post Euangelium promulgatum perexigua est multitudo fidelium comparatione barbarorum, Atheistarum, Ethnicorum, hæreticorum, Maurorum, & Iudeorum, quod oculis cernimus: hoc igitur vt minimum certissime probant testimonia Scripturæ, & Patrum, proferenda sectionibus sequentibus; quamuis etiam valde probabiliter probent secundam conclusionem statuendam in fine præsentis sectionis.

Tertiò si petas rationem istius prouidentia, qua Deus permittit tantam multitudinem interire, reperies iam esse traditam supra disp. 16. sect. 9. Deinde cum naturæ bonum inueniatur in pluribus indiuiduis, malum autem, atque defectus in paucioribus; quare reprobatio permittatur in pluribus, rationem reddit S. Thomas in præsentis art. 7. ad 3. quia bonum predestinationis excedit facultatem naturæ. Quæ ratio non potest in Angelis verificari, quorum maior numerus fuit predestinatus: vt vidimus disp. 50. sect. 4. fine. Quapropter adhibenda est limitatio, quam ad finem solutionis eiusdem attigit S. Thomas, vt in natura corrupta per peccatum, & plurimis difficultatibus impedita, bonum excedens facultatem naturæ contingat paucioribus indiuiduis.

Quartò. Restat ex dictis, præsentis quæstionis difficultatem denolui ad solos fideles, qui moriuntur intra Ecclesiam. Quòd si connumeremus etiam infantes, aut pueros baptizatos, qui moriuntur prius, quam sint doli capaces, de quibus propterea certum est saluari, facile adducatur, vt credam, multò plures ex filiis Ecclesiæ predestinatos esse: quoniam illorum paruulorum multitudo tanta est, vt fortassis adæquet numerum omnium fidelium adultorum, vel vt minimum requirat exiguam partem adultorum sibi copulari, qua superaddita, superet multitudinem fidelium, qui damnantur. Etenim, exempli causa, si multitudo baptizatorum morientium ante rationis usum, perueniat saltem ad tres miliones: adultorum autem fidelium multitudo non multum excedat quatuor miliones; numerus verò fidelium adultorum, qui saluantur, expleat, vt minimum millionem vnum: hic adultorum millio superadditus pueris, explebit miliones quatuor; in adultis autem, qui damnantur, manebunt tantum miliones tres: quapropter numerus predestinatorum quarta sui parte superabit numerum damnatorum.

Deductis igitur paruulis, & solos adultos conferendo, constituendus est à nobis status quæstionis præsentis: quamuis auctores Scholastici generalius disputauerint, etiã paruulos includendo. Quorum

3. Plures reprobi quam predestinati incomparabiliter ex sola hominum collectione.

4. Rationes pro tali prouidentia.

5. Ex fidelibus multo plures predestinati sanamur infantes baptizati.

Multitudo paruulorum quam maximam.

6. De adultis quid sentiamur.

Prima sententia deo indicium relinquit.

Quorum opinio prima rem ita dubiam esse putat, vt propterea soli Deo iudicium relinquat. Ita Vazquez 1. p. disp. 101. cap. 4.

7. Secunda sententia plures predestinatos affirmat esse.

Secunda sententia probabilis esse putat, ex fidelibus predestinatos esse plures, quam reprobos. Ita Syluester in rosa atrea tract. 2. super Euangelium Septuagesimæ, Cartagena discursu 10. de prædest. dub. penultim. Suarez lib. 6. de prædestin. cap. 3. Lorinus in Psalm. 138. vers. 14. Dinumerabo eos, &c. Verumtamen ij duo auctores expresse comprehendunt multitudinem paruulorum, qui baptizati moriuntur ante rationis usum. Refertur etiam Franciscus à Christo lib. 1. sentent. dist. 40. & 41. quæst. 5. de reprobatione, concl. 1. dixisse plures esse predestinatos.

8. Opinio magis optabilis quam probabilis.

Hæc opinio magis optabilis, quam probabilis, suos auctores inuitauit affectu voluntatis, non traxit rationis & auctoritatis pondere; sicut ostendimus sectionibus sequentibus. Eius autem fundamenta sunt, quæ sequuntur.

Argumenta.

9.

Primum, quoniam, hoc significare, dicunt, Damascenum orat. de his, qui in fide migrarunt, versus finem. Secundum argumentum, quoniam ex adultis fidelibus, licet maior pars sæpius mortaliter peccet, attamen sæpius resurgit, & ita cadendo, & resurgendo vitam agit; in cuius fine pauci sunt, qui per poenitentiam non præparentur ad mortem, & de peccatis doleant saltem per attritionem, quæ cum Sacramento sufficit ad iustificationem. Illo verò tempore, quod vsque ad mortem restat, facile est in accepta gratia perseuerare sine nouo peccato mortali.

10.

Confirmatur primò, est enim admiratione dignum, quantum emoliantur corda quorumdam sceleratissimorum imminente mortis articulo, & in lachrymas etiam, & affectuosas preces erumpant.

11.

Confirmatur secundò, nam ad infinitam Dei pietatem pertinet, fortia auxilia tribuere in extrema necessitate, vnde pendet æterna vita. Tertium, quoniam ante præuifa quæcumque merita Deus predestinavit, quocumque predestinavit; igitur in eo priori nulla ratio Deum mouere potuit, vt tam exiguos ex suis fidelibus eligeret, tanra multitudine reprobata.

12.

Quartum argumentum. Angelis enim substituantur homines ad reparandas eorum ruinas; ceciderunt autem Angeli penè infiniti, quorum multitudini non æquabitur hominum predestinatorum numerus, nisi plures predestinentur, quam reprobentur ex fidelibus.

13.

Quintum argumentum, quia Matth. 22. ex tanta multitudine vocatorum ad nuptias, vnus tantum fuit eiectus. Confirmatur, nam ex Virginibus non erant plures fatuæ, quam prudentes; ex Apostolis duodecim vnus tantum interit. Significabant autem Apostoli vniuersam Ecclesiam.

His addere possumus argumentum sextum ab vtilitate doctrinæ, quoniam hæc sententia consolatur pusillanimes, de sua salute sollicitos, & erigit spem moribundis, & dilatat animos timementium Deum, quos nimium contrahit opposita sententia.

Tertia sententia dicit, pauciores ex fidelibus esse predestinatos, reprobos autem esse plures. Ita existimauit Caietanus in parabola de Virginibus, quam referemus sectione 3. fine. Carthusianus in Matth. cap. 20. & 22. ad Ruiz de Predestinatione.

illud, Pauci verò electi; & ibidem videtur hoc ipsum sentire Lyranus, Arboreus in Theosophia lib. 14. capit. 20. Maldonatus Marth. 22. vers. 14. magis aperte Molina in præsentis q. 23. art. 7. concl. 3.

Duæ posteriores sententiæ conciliantur maiori ex parte, ac veritas aperitur duabus conclusionibus.

Prima conclusio. Si paruulos morientes ante rationis usum computemus cum adultis; absolute maior est numerus predestinatorum, quam reproborum ex hominibus baptizatis. Quantum ad hanc conclusionem est vera prior sententia; nec ab ea dissident Doctores posterioris sententiæ, si proponeretur illis; maxime verò si nosset, quanta sit multitudo paruulorum morientium ante rationis usum. Adhibita quippe quanta potui diligentia, consultisque parochis, & medicis, exploratisque libris infantium, & adultorum, qui sepulti iacent in primaria numerosissimaque parocia Hispanensis ciuitatis, & in quibusdam aliis parochialibus templis, subducta ratione decem annorum, aut octo, supplendoque non paucos paruulorum, quorum sanus parentes occultant variis de causis; vel licet in Ecclesiam adducatur, non inscribitur in libro defunctorum, aliquando resultat maior numerus infantium, quam adultorum morientium; aliquando verò minor: semper inæqualitas est exigua.

Vnde probatur conclusio, quoniam vt minimum certò constat exiguam multitudinem fidelium adultorum, verbi gratia, quartam, aut quintam partem, detractam ex reliqua multitudine adultorum fidelium, & adiunctam infantium numerositati, satis esse, vt iste cumulus excedat multitudinem reliquorum omnium fidelium adultorum, vt magis explicuimus notabili quarto. Videtur autem certum saltem quintam, aut etiam quartam partem fidelium adultorum saluari; considerando plures, qui paulo post annos discretionis moriuntur, & multo plures martyrio coronatos, multos degentes in religionibus obseruantibus, plures etiam confessores Christi, qui olim, & nunc inter acerbissimos, & immanes fidei persecutores, fidem retinent, & alios plures, qui corriguntur ante mortem occasione morborum, aut ætatis maturæ, vel saltem in articulo mortis edunt clariora indicia veræ poenitentia.

Secunda conclusio. Considerandos solos adultos baptizatos, & intra Ecclesiam morientes, probabilis est, multo plures esse reprobos, pauciores autem predestinatos. Hanc conclusionem potissimum intendunt auctores, citati pro tertia sententia; nec ab illa dissident Suarez, & Lorinus citati pro secunda sententia. Ceteri dissidere videntur, quamuis id non satis expresserint. Hæc igitur conclusio probanda erit tribus sectionibus sequentibus non tantum Scripturæ testimoniis, & sanctorum Patrum expositionibus, sed etiam experientia quotidiana, comparata cum fide Catholica, præscribente quæ necessaria sunt ad salutem. Vnde tandem collige, maiorem segetem in horrea coelestia reconditam ex paruulis esse collectam, præcipue in lege naturæ & scripta, vbi pauciores adulti salutem consequebantur, quam in lege gratiæ.

14. Multo plures sunt predestinati paruuli computati morientibus ante rationis usum.

Quanta sit multitudo paruulorum morientium ante rationis usum.

15.

Quinta saltem, aut etiam quarta pars fidelium adultorum saluantur.

16. Ex adultis fidelibus pauciores esse predestinatos probabilis est.

Maior paruulorum ex paruulis.

SECTIO II.

Euangeliorum testimonia precipua pro paucitate predestinatorum.

I. EX adultis, qui, postquam sunt doli capaces, intra Ecclesiam moriuntur, pauciores esse predestinatos, probatur primo, nam Luca 13. At autem quidam: Domine, si pauci sunt, qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis, quarent intrare, & non poterunt. Vbi quamuis Cyrillus apud S. Thomam in Catena, putauerit, non satisfacere Dominum querenti, verum pauci sunt, qui saluantur. Melius tamen Augustinus serm. 32. de verbis Domini parum à principio dicit: Quando audis, ergo pauci sunt, qui saluantur? Confirmavit Dominus, quod audiuit, & inquit: Per angustam portam pauci intrant. Alio loco ipse hoc ait: Arcta via est, & angusta, que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui ingredientur per illam. Lata autem & spaciola via est, que ducit ad interitum, & multi sunt, qui ambulant per eam. Quid gaudemus ad multitudines? Audite me pauci. Scio, quia multi auditis, & pauci obauditis. id est, pauci obeditis; hoc enim obaudire significat apud Latinos authores. Loquitur autem ad fideles audientes ipsum, ex quibus, planè significat, pauciores saluari. Quod statim Euangelicis parabolis confirmat, de quibus infra dicemus.

2. Eadem verba pendens August. lib. 3. contra Crescon. Grammar. c. 66. post med. ait: Ipsi boni, verique Christiani, qui per se ipsos multi sunt, comparatione malorum, falsorumque pauci sunt. Sic multa grana, quibus horrea complentur, pauca dicimus, comparatione palearum.

3. Sed redeamus ad ponderanda verba Christi Domini, tam Matth. 7. quam Luca 13. Notandum est enim primò, verba dirigere Christum Dominum ad audientes tunc fideles. Secundò expressè dicere, paucos esse, qui intrant per angustam portam; & multos, qui non intrant. Tertio dicit, contendite; quia nisi mentis contentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quam anima semper ad ima reuocatur, vt Gregorius ponderat lib. 11. moral. cap. 26. Similiter verbum contendite ponderat Laurentius Iustinianus lib. de contemptu mundi cap. 14. prope finem. Quarto, quod dicitur: Multi quarent intrare, & non poterunt, non videtur aptè referti ad futurum sæculum, quando nemo procurabit, nec vllam diligentiam adhibebit ad querendum ingressum; est igitur intelligendum de presenti sæculo.

4. Vnde colligo, mentem redemptoris fuisse significare, viatores multos, qui sine contentione mentis, & intenso conatu, quem requirit angusta porta, quarunt intrare per illam, ideo non posse, quia liberè nolunt adhibere maiorem diligentiam, inferendo vim affectibus propriis, & deponendo fastum, & amorem rerum temporalium, quem non capit angusta porta. Nunc igitur vide, quàm pauci fidelium contendant, se ipsos ad istam arctitudinem redigere.

5. Nazianzenus oratione 33. quæ est prima de Theologia, colum. penultim. docet, virtutis viam angustam esse propter sudores, & quia non à multis veritur; siquidem multitudinem eorum cogi-

tes, qui contrario itinere per vitium gradiuntur. Anselmus in Elucidario paulo post medium: Vt videtur, ait, pauci sunt, qui saluantur. Arcta est via, que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui ambulant per eam. Si de cunctis hominibus etiam infidelibus agerem, nihil de paucitate prædicta dubitaret; dubitat autem, siquidem ait: Vt videtur; ergo loquitur de solis fidelibus. Fauent alij Patres eundem locum Matth. ponderantes: vt Hieronymus epist. 14. ad Celantiam, quæ fortassis est Paulini Nolani inter principium & medium, & in commentario Matthæi, & Hilarius canone 6. in Matth.

Probatur secundo, Matth. 19. Marci 10. & Luca 10. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum caelorum. Quàmuis autem Christus Dominus hæc dixerit occasione adolescentis, qui propter amorem diuitiarum recusatit Euangelicæ consilia; nihilominus arrepta occasione differuit etiam de his, quos à præceptis diuinis auocat auaritia. Quod euidenter contextus sequens ostendit, nam, Auditis his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse. Quam conclusionem merito conferebant, quia, Omnes auaritia student, à minimo vsque ad maximum, Isaia 56. & Ierem. 6. & Omnes, que sua sunt, quarunt, hilippenf. 2.

Neque contraxit Christus Dominus, sed confirmavit eam impossibilitatem, respondens: Apud homines hoc impossibile est; apud Deum autem omnia possible sunt; videlicet quatenus inspirat paupertatis affectum, etiam aliquibus, qui diuitias possident, parati tamen eas contemnere propter diuinæ præcepta. Propterea Petrus continuò paupertatem discipulorum allegauit, dicens: Ecce nos reliquimus omnia, &c.

Cùm ergo fidelium maximam partem irretitam teneat auaritia; consequens est maximam illorum partem sub hac impossibilitate salutis contineri ex suppositione talis affectus liberi. Nam etiam illi, qui morientes diuitias contemnunt, hoc faciunt, quando illas retinere nequeunt. Propterea Hieronymus moribundus in exhortatione ad suos de diuitibus & potentibus ait: Si Christus verax est, huiusmodi hominum vix vnus apud regno Dei inuenitur de mille; vt refert Eusebius epist. ad Damasum de morte Hieronymi propius ad medium, quàm ad principium; ponitur autem inter aliena Hieronymi.

Tertio probatur conclusione duarum parabolarum de vocatis operariis, & de nuptiis Matth. 20. & 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Nam hoc dicitur non de illis, qui vocati venire noluerunt ad nuptias; sed de his, inter quos, iam discumbentes, rex vidit hominem non vestitum veste nuptiali. De quo Augustinus lib. contra Donatistas post collationem cap. 20. non procul à principio: In illo ipso vno multam societatem malorum esse intelligendam, inter quos pauciores boni in conuiuium Dominico viuunt, significare non distulit. Nam posteaquam dixit: Ligatis manibus, & pedibus projicite, &c. continuo subiicit: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quomodo hoc verum est, nisi quia in illo vno grande corpus figurabatur omnium malorum ante Domini iudicium conuiuium Dominico permixtorum? A quibus se boni corde

6. Introitus caeli diuitibus difficili.

7.

8. Maxima fidelium pars irretitur auaritia.

9. Parabola de inuitatis ad nuptias.

SECTIO III.

corde interim & moribus separant, simul manducantes & bibentes corpus, & sanguinem Domini. Manifestum est igitur, & parabolam agere de fidelibus Ecclesie Euangelicæ; & Augustinum, ex istis pauciores indutos esse veste nuptiali, plures autem in tenebras exteriores esse mittendos. Eandem expositionem breuioribus verbis tradit Anselmus ad prædicta verba Matth. 22.

10. Iterum Augustinus de ciuit. lib. 18. cap. 48. fine: De illis, qui vocati sic venerunt, vt de conuiuium proijcerentur, qui nunc replent Ecclesias, quos tanquam in area ventilatio separabit, intelligit verba Christi Domini: Multi sunt vocati, pauci vero electi. & lib. de predestinat. & grat. cap. 11. initio, & sequenti contextu similiter videtur intelligere de his, qui per fidem iam venerunt, sed non peruenerunt ad rectè viuendum. Eundem intellectum supponit Athanasius in disceptatione aduersus eos, qui in veritate iudicanda, solius multitudinis iudicio feruntur, circa medium.

11. Gregorius autem solita perspicuitate homil. 19. in Euangelia paulo post medium, ait: Terribile est valde, quod sequitur. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Quia & ad fidem plures veniunt, & ad caeleste regnum pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festiuitatem quàm multi conuertimus, Ecclesia parietes implemus. Sed tamen quis sciat, quam pauci sunt, qui in illo electorum Dei grege numerantur. multaque subiungit ad eandem veritatem confirmandum.

12. Qui verè putant, multos esse vocatos, sed paucos electos, ea tantum ratione dicunt, quia licet omnes saluentur credentes, illi tamen sunt pauci comparatione gentium, & Iudaorum, hos esse deceptos, admonet Augustinus lib. de vera, & falsa penitentia cap. 6. Origenes in cap. 22. Matth. tract. 20. fine: Si quis consideret, ait, multitudinem hominum, que in Ecclesiis congregatur, & discesserit, quanti sunt, qui conuersantur disciplinate, & reformantur nouitate sensus sui; quanti autem negligentissimè conuersantes, conseruantur sæculo huic; videbit, quod verus est sermo Domini: Multi vocati, pauci autem electi.

13. Idem colligitur ex Hieronymo, quoniam in commentario Matth. 22. vnum illum, expulsum è nuptiis, dicit esse omnes, qui sociati sunt in malitia, & alia, quæ subiungit collata cum illis, quæ moribundis explicuit magis (quæ referemus sect. sequenti) manifestè probant, ex fidelibus adultis esse pauciores electos. Colligitur etiam ex Chrysostomo homil. 65. in Matth. propius ad medium, quàm ad finem, ex qua referemus aliquid sect. 4.

Quoniam ex peccatoribus pauciores sunt, qui veram penitentiam agant, probatur eadem conclusio.

1. P Otissima probatio sit hic syllogismus. Quilibet peccator moriens sine vera penitentia, reprobatur; sed ex fidelibus Christianis multo plures sunt peccatores, morientes sine vera penitentia; igitur ex fidelibus Christianis multo plures reprobantur, quàm saluantur. Maior est de fide. Minor verò probatur per singulas partes. In primis enim experientia testatur, esse raros, qui diu retineant innocentiam baptismaliter de Prædestinatione.

lem, & paucos esse, qui non inhæreant peccatis mortalibus, vel in illa frequenter incidant propter varia vitia, quæ licet aliquoties confiteantur, non emendant, nec fugiunt occasiones peccandi.

Quod autem peccatores morientes sine vera penitentia plures sint, quàm peccatores verè penitentes, & quàm innocentes omnes simul sumpti, probatur in primis, quia plurimis illorum non conceditur penitentia tempus in articulo mortis, quos præcedenti tempore constat irretitos fuisse peccatis. Multos enim opprimat inopinatus casus subitæ, & improuise mortis, propter morbum oculum, aut propter venenum propinatum, aut propter vulnus inflatum in corde, vel in alia parte, quæ læsa subitò rationis vsum eripit, vel propter naufragium, aut alium euentum marantibus, aut transeuntibus flumina frequentem, vel propter irruens fulmen, aut eius scintillam, vel propter ruinam domus, aut parietis, sua sponte vitium facientis.

Quanta porrò sit hominum multitudo, quos obruunt terremotus, conicere possumus ex Apulia prouincia regni Neapolitani. Nam hoc anno 1627. mensè Augusto per ducenta milliaria referuntur interfecti terramotu septemdecim millia, qui verò minus, duodecim millia numerant. Sanctus quoque Gregorius homil. 1. in Euangelia: Quod terramotus, inquit, urbes innumeris obruant, ex alijs mundi partibus scimus, quàm frequenter audiuimus. Omitto bonam partem Cantanzoijs ciuitatis in Calabria, obruta anno 1625. & repentinas strages, quas Bethis inundans attulit anno superiori tam in agris, quàm intra ciuitatem Hispalensem commorantibus. Sicut etiam Salmantica multas domos, vicinas flumini, nocturna, & repentinèque ruina deiecit, suffocans plurimos habitatores. Hæc te poterunt excitare, vt recolas multo plura, quæ legeris, vel audieris.

Adde quamplurimos in bello morientes, quando nihil aliud cogitare possunt, nisi quomodo sequantur sua vexilla, necem afferentes hostibus, & se ab illis protegentes. Qui si farentur ante bellum, quàm ficta sit eorum penitentia, ostendit eorum, qui superstites sunt, in peccatis pertinacia vsque ad bellum immediatè præcedens, & continuè secuta post bellum. Plurimi quoque decumbentes in lecto præoccupantur phrenesi, aut lethargo prius, quàm velint expiare conscientiam. Qui se viderant aliquando præoccupatos extremis periculis suffocationis, vel præcipitij, vel larronum, vel alio simili, narrant (quod ipse quoque sum expertus) absorberi mentem, & memoriam sola cogitatione, & formidine mortis imminenti. Quapropter nihil tunc de vera penitentia cogitatur vt plurimum.

Sed veniamus ad eos fideles, qui Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ recipiunt moribundis. Plurimi propter varios dolores, aut debilitatem capitis, aut propter anxietatem animi, motisque metum, impediuntur, ne possint super omnia dolere de peccatis etiam propter sola motiua attritionis, sine contritione. Multique similibus dispositionibus impediti, quando conualescunt ex illis, ingenue fatentur, se nihil animaduertisse, quando ministrabantur illis Sacramenta, vel quando testamentum ab illis extorquebatur.

Frequens lapsus in mortale.

2. Plurimi non habent penitentiam loquentem propter subitam mortem.

3. Quàm maxima hominum multitudo in terramotibus pereuntium.

4. Periculum multorum in bello morientium.

Phrenesi præoccupati.

Quàm extrema pericula mentē absorbeant.

5. Quàm difficile sit moribundo dicere etiam attritionem.



Quin etiam spirituales viri, affucti celestium contemplationibus experiuntur, se vix posse cogitare aliud, quam dolorem vehementem, aut somnolentiam opprimentem.

6. Indiciis sicut penitentia multorum periclitantium.

Multi præterea cum primum euaserint ex illo periculo morbi, quo penitentia signa dederunt, non minus quam antea præcipites, & effrenati redeunt ad vomitum, vt violentam suspicionem ingerant, præteritam penitentiam eatenus tantum fuisse conceptam, quatenus sublata, credebatur esse peccandi potestas. Id quod frequentius cernitur in nauigantibus postquam sedata tempestate blasphemant, periuriant, irascuntur, & rarus inuenitur, qui melior euadat à tempestate.

7. Impedimenta circa dispositionem rei familiaris.

Multi positi in extremis, nimia cura filiorum, vxoris, ac diuitiarum, importunis precibus familiarum, & mancipiorum, dubilique deliberationibus de modo disponendi testamentum, occurrendo periculis, quæ solent frustrare voluntatem vltimam testatorum, ita impediunt, vt moraliter sit illis impossibile mentem colligere tantum, quantum requiritur de lege ordinaria, vt veram penitentiam concipiat, qui penitentiam ad illud tempus distulit.

8. Multi discerunt in statu peccati.

Non pauci moriuntur, retentis concubinis domi, vel etiam ad lectuli caput. Non pauci præmittunt in articulo mortis restitutionem honoris, aut diuitiarum, aut reconciliationem cum inimicis. Alioqui numeram mihi, quoniam gubernatores, aut senatores ante mortem restituunt, quantum damnum reipublicæ intulerunt iniquis suffragiis, quibus propter suam priuatum utilitatem, ceteris, aut millies maius damnum popularibus intulerunt. Idem peto de iudicibus iniuste iudicantibus, & de tabellionibus, aliisque similibus.

9. Relinquentes filijs occasionem peccandi.

Ex illis non pauci relinquunt filiis eadem occasiones peccandi proximas, quas iam experti testari debuissent, videlicet, quædam munera, seu negotiationis genera, quæ vix sine peccatis exerceri possunt, nisi cum magno dispendio diuitiarum. Iidemque consulto, & dedita opera reculant confiteri sacerdotibus doctis, & exactis, quos facile possent vocare, vel oblatos admittere; quarunt autem Confessarios ignorantes, & nihil curantes de propria, nec de aliena salute.

10. Sed veniamus ad testimonia Patrum, & ex illis etenim aperte deduci, pauciores esse peccatores, qui veram penitentiam agant, & multo plures, qui nullam, aut insufficientem, probatur sic. Quod vix, vel raro contingit, paucioribus contingit; sed vera penitentia vix, vel raro conringit hominibus, qui penitentiam differunt vsque ad mortis periculum: paucioribus igitur hominibus eiusmodi contingit vera penitentia. Maior ex terminis est nota.

Vera penitentia vix aut raro contingit eam differuntibus vsque ad mortem.

11.

Minorem verò tradit Augustinus toto ferè cap. 17. lib. de vera & falsa penitentia. Cuius præcipue notanda sunt illa verba post medium: *Quæ conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam iusta conuersio, iudicandum est de penitente serò. Quem enim morbus urget, poena terret, ad veram vix veniet satisfactionem, maxime cum filij, quos illicitè dilexerit, sint præsentis, vxor, & munus ad se vocent. Multos enim solet serotina penitentia decipere. & post pauca: Periculosissimum est, & interitum viciniam ad mortem protrahere pœ-*

nitentia remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat, si quis est, penitentia remedium. Nota conditionalem, si quis est; dubitat enim, an aliquis. Rationem verò reddiderat sub initium eiusdem capituli: *Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quam ipsa relinquit, ea non liberè, sed quasi ex necessitate condemnat.*

Peccator in morte non relinquit, sed relinquitur à peccatis.

12.

Consequenter igitur Augustinus libro quinquaginta homiliarum homil. 41. post medium ait: *Si quis positus in vltima necessitate aegritudinis sua voluerit accipere penitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Et postquam explicuit rationes dubitandi de salute talium, ad finem homiliae addit: Si vis agere penitentiam, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Non saluatur autem, qui non dimittit peccata. Loquitur Augustinus, quantum ex coniecturis potest præsumi, vt constat ex superiori, & inferiori contextu. Eadem tribuuntur Beato Cæsario Arelateni inter eius homilias homil. 43. & 44. in bibliotheca SS. Patrum tomo 2. aliàs tom. 7. Hæc & plura reperies in decreto de penitentia, tota dist. 7. aliàs causa 33. tota q. 3.*

13.

Quamuis autem Dei misericordia possit quibuslibet peccatoribus donare penitentiam, nihilominus percutitur etiam hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Quam sententiam recipit etiam Iustinianus infra referendus ex Augustino serm. 10. de Sanctis, prope med.

14.

Cyprianus lib. 4. epist. 2. ad Antonianum propius ad med. quam ad fin. *Penitentiam, inquit, non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, manifesta lamentationis sua professione testantes, prohibendos omnino censimus à spe communicationis, & pacis, si in infirmitate, atque periculo cæperint deprecari; quia rogare illos non delicti penitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.* Mitigandus est rigor huius sententia, & quod ad præsens attinet tantummodo colligendum, quam iuste Patres præsumant, esse falsam penitentiam, quæ differtur ad illud tempus.

15.

Tremenda nimis sunt plurima verba Hieronymi, suos adhortantis, quando decumbebat morti vicinus, quæ refert Eusebius in epistol. ad Damasum, multo propius ad medium, quam ad principium. Ponitur autem in extremo tomo operum Hieronymi: *Vix, inquit, de centum millibus hominum, quorum mala fuit semper vita, meretur à Deo habere indulgentiam vnus.* Loquitur autem de illis, qui penitentiam accipiunt in mortis articulo. Et post enumerata impedimenta veræ penitentia, subinfert: *Quæ est penitentia, quam solim quis accipit, quia se viuere non posse amplius cernit; qui si ex infirmitate conualesceret, peior quam prius fieret? Scio non modicos pecuniosorum, accepta in mortis articulo penitentia, conualuisse corpore, & peierasse vitam. Hoc teneo, hoc multiplici experientia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala semper fuit vita.*

16.

Hugo Victorinus de Sacramentis lib. 2. par. 14. capit. 5. circa medium: *Valde difficile est, inquit, vt tunc vera sit penitentia, quando tam serua venit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vix homo aliud cogitare potest. Ergo si vis securus esse, penitentiam age, dum sanus es. Valde suspecta debet*

Penitentia in morte valde suspecta.

debet esse penitentia, quæ coacta videtur esse. Facile est, vt homo se nolle putet, quod posse non datur. Si non facis, dum potes, manifestè ostendis, quod non vis. Consonat Ildorus lib. 2. sentent. de summo bono c. 13. post med. dicens: *Qui autem præuè viuendo, penitentiam in mortis agit periculo, sicut eius damnatio incerta est, sic remissio dubia.*

17.

Innumeri decepti penitentiam ad mortem differunt.

Laurentius Iustinianus lib. de contemptu mundi c. 14. prope fin. exclamat: *O quam innumeri quotidie decipiuntur, differentes de die in diem conuerti ad Dominum, arbitantes, ad libitum penitentiam posse capere remedia. In mortis deprehensi articulo, atque languoris nimietate afflicti, penè nihil aliud, quam de se cogitare sufficiunt, reuolentes animo sedulo, quibus remedijs suis valeant mederi doloribus, &c. Fit autem per sepe, vt circa talia occupati, interitus salutis propria minime recordentur, & absque vlla vera compunctionis dispositione deficiant. Nam aquisimè percutitur hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui viuens oblitus est Dei.*

18.

Scholasticorum placitum.

Eadem est sententia Scholasticorum communiter. Magister enim 4. sentent. dist. 20. sub init. eadem refert, & recipit, quæ supra retulimus ex Augustino lib. de vera penitent. capit. 17. & lib. quinquaginta homiliarum homil. 41. Concludit autem Magister esse periculosum, & difficile penitentiam veram in mortis articulo concipere peccatorem. Cuius sententia nemo Scholasticorum, quem sciam, contradicit, idè quæ tacite probare videntur; peculiariter autem S. Bonauent. in dubiis literalibus, & S. Thomas eadem dist. 20. q. 1. art. 1. & Carthusian. ibidem q. 1. sub init. Sed fufius, & strictius hoc probat Scotus in eadem dist. 20. q. 1. concl. 2. Sotus autem dist. 19. q. 2. art. 6.

19.

Quam pauci ex fidelibus saluentur.

Eandem veritatem confirmant plerique Patres, dicentes paucitatem eorum, qui saluantur, comparatione fidelium peccantium. Chrysol. enim homil. 40. ad populum Antioch. propius ad med. quam ad princip. *Quot, inquit, esse putatis in ciuitate nostra, qui salui fiant? Infestum est, quod disturus sum, dicam tamen, non possunt in tot millibus centum inueniri, qui saluentur; quin & de his dubito. Quanta enim in inuenibus malitia? Quamuis in senibus torpor? &c. Peculiariter autem homil. 34. ad Hebræos col. 2. & 3. *Miror, ait, si potest saluari aliquis rectorum.* & in Acta Apost. c. 1. hom. 3. *Non arbitror inter sacerdotes multos esse, qui salui fiant, sed multo plures, qui pereant.**

20.

Doctrinales propositiones quomodo in Scriptura intelligenda.

Et 1. Corinth. 7. homil. 13. in morali, & conuersione 3. de Lazaro post med. exaggerat nimiam difficultatem obtinendi salutem eorum hominum, qui viuunt in delictis. Cui concinit Bernardus serm. de quadruplici debito, initio. Valde fauet etiam pons ille, & angusta valde semita, de quibus scribit Gregor. lib. 4. dialogor. cap. 36. inter princip. & med.

21.

Doctrinales propositiones quomodo in Scriptura intelligenda.

Confirmatur secundo, quia doctrinales propositiones in sacris literis, licet indefinitè sine distributio signo scribantur, æquipollent vniuersalibus, includèdo tacitam limitationem iuxta prouidentiam ordinariam, & regularem, quæ patitur exceptionem extraordinaria prouidentia, raro contingentis. Quo supposito, peccatoribus, differentibus penitentiam vsque ad articulum mortis, ferè semper non tribui veram penitentiam, quæ sufficiat ad salutem, legimus Proverb. 29. initio: *Vro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.* Repentinus interitus erit Ruiz de Prædestinatione.

etiam mors præuisa, & à medicis denunciata, si non inuenit sufficentem preparationem ad æternam salutem. Ecclesiastici 3. *Cor durum habebit malè in nouissimo, & qui amat periculum, peribit in illo.* Nullum autem maius est periculum, quam vsque ad mortis articulum in peccatis pertinaciter inharere. Tales igitur in hoc periculo peribunt, regulariter loquendo, secundum ordinariam prouidentiam.

Periculi est damnationis differentibus mortem ex Scriptura.

22.

Confirmatur tertio, quoniam vt plurimum à Deo non exauditi preces, & penitentiam eorum, qui viuentes Dei vocationem & præcepta neglexerunt, significatur multis locis Scriptura. Prouerb. 1. *Quia vocauit, & remisistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, &c. cum intruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè consurgent, &c. Quia, videlicet, permittam, vt non inuocent, sicut oportet ex vera penitentia peccatorum. Quod enim sapientia comminatur hoc loco, non est limitandum ad sæculum futurum, quando nullus damnatorum Deum inuocat nec vera, nec falsa penitentia, nec potest de illo verificari. *Manè consurgent, & non inuenient me.* Nam de illo sæculo Christus Dominus Ioan. 9. *Veni nox, inquit, quando nemo potest operari.**

Preces malè viuentium à Deo vt plurimum non exaudita in morte.

23.

Quapropter eodem modo possunt intelligi, quæ scribit Gregorius lib. 18. moral. cap. 7. à medio, exponens illud Iob 27. *Numquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia? Confirmat autem prædicta comminatione Prouerbiorum, & parabola Virginum, de qua infra confirmatione 4. quibus concinit Psal. 17. *Clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiam preces eorum, & si obtulerint holocausta, & victimas, non suscipiam ea; quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.**

24.

Cuius exempla sunt rex Antiochus, de quo lib. 2. Machab. cap. 9. *Orabat hic sceleratus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* & Esau, de quo Paulus Hebr. 12. *Non inuenit penitentia locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam.* Figura verò fuit penitentia Semei 2. Reg. 19. deprecantis Dauidem post victoriam: *Agnosce seruus tuus peccatum meum, &c.* Nihilominus 3. Reg. 2. vers. 8. & 9. Salomoni præcepit, vt eum mortis poena puniret.

25.

Confirmatur quarto, quia valde consonat contextui, & expositioni sanctorum Patrum, quod Caicranus exponit Matth. 25. ad illud: *Quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, &c. darnari dimidiam partem eorum fidelium, quorum lucent opera bona, & studium tendendi ad patriam. Multi namque Patres intelligunt Virgines fatuas esse, quæ virginitatem seruantes, præceptum elemosynæ, vel intentionis rectæ, vel aliud præceptum violant. Cùm igitur periculo sit status aliorum, qui nullum studium perfectionis, & bonorum operum ostendunt, multo maior eorum pars peribit in æternum.*

Parabola Virginum.

26.

His consonat Ecclesiastes c. 8. dicens: *Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum.* Quid igitur erit de illis, qui propter manifesta crimina vitæ perantur. Consonat etiam illud Matth. 7. *Multi dicunt mihi in illa die, Domine, nonne in nomine tuo, &c. Quid erit de illis, per quos scandala frequentia veniunt, nec eiiciunt demonia, nec virtutem villam faciunt?*

SECTIO IV.

Plura loca Scripturae confirmant, quam asserimus paucitatem predestinatorum.

- 1. Ex his, qui sunt intra Ecclesiam per fidem, & Baptismum, perire plures, Augustinus colligit ex arca Noe, de qua 1. Petri. 3. legimus: In qua pauci, id est, octo animae saluae factae sunt per aquam. Quod & vos nunc simili forma saluos facit Baptisma, non carnis depositio sordium, sed bona conscientia interrogatio in Deum. Quapropter sicut apparet, homines in unitate Catholica baptizati, qui saeculo solis verbis, non factis, renunciant, quomodo pertinent ad huius arcae mysterium, in quibus non est conscientia bona interrogatio? Haec Augustinus lib. 5. de Baptismo contra Donatistas, cap. 18. initio.
2. In eodem autem lib. c. 17. numerum predestinatorum intelligit esse illum, super quem multiplicantur reprobi. Psalm. 39. Multiplicati sunt super numerum. Quod etiam notat Augustinus Psalm. 146. Qui numerat multitudinem stellarum. & lib. de corrept. & grat. cap. 13. quem imitatur Gregorius lib. 15. moral. cap. 8. post medium, ad illud Iob 34. Conseret multos, & innumerabiles, & homil. 19. in Euangelia, post medium, ubi magis aperte docet quod intendimus.
3. Exod. 12. versu 37. Sexcenta fere millia peditum virorum absque parvulis, sed & vulgus promissum innumerabile, profecti sunt ex Aegypto. Sed illorum nemo promissionis terram ingressus est, praeter duos Caleb, & Iosue, Num. 14. Quam historiam tangens Apostolus 1. Corinth. 10. dicit: Non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto. Haec autem in figura facta sunt nostri, ut non sumus concupiscentes malorum, &c. Quem Apostoli locum bene ponderat Irenaeus lib. 4. cap. 46. parum a principio, & toto sequenti contextu satis ostendit, sermonem esse de iis, qui sunt intra Ecclesiam.
4. Chrysostomus autem in Matth. homil. 65. propius ad medium, quam ad finem, exponens, multos vocatos, & paucos electos: Nisi enim, ait, fidei viuendi congruat disciplina, vltima pendemus supplicia. Quod B. Paulus a superioribus ostendit, dicens, spirituales potum omnes bibisse, & spirituales cibum omnes comedisse, nec tamen omnes saluos fuisse, sed multos eorum in eremo procidisse. Christus quoque id ipsum declarat, cum aliquos, qui eiecerunt demonia, ac etiam prophetarunt, in Gehennam intrudat.
5. Paucitas hominum, ita viuentium, vt saluentur, significatur Ierem. 5. initio: Circuite vias mentium vestro. Hierusalem, & aspice, & considerate, & quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem, & propitius ero ei, Isa. 10. & Rom. 9. Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arenae maris, reliqua saluae sunt, & quae sequuntur. Isaia 24. Quomodo si pauca oliuae, quae remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt. Quod Hieronymus in comment. confert cum parabola conclusionem. Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Michae 7. initio. Vae mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiae, non est botrus ad comedendum, &c.
6. Lucae 8. quarta tantum pars feminis fructum

attulit in patientia. Expositio vero, quam dedit author parabola, de folis credentibus agit. Praeterea Matth. 3. Cuius ventilabrum, ait, in manu sua, & perundabit arcam suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Plures autem sunt paleae, quam grana frumentij: homines igitur nati ex eadem radice fidei, & Baptismi, & per eam in Ecclesiae area cum electis copulari, plures sunt damnandi, pauci glorificandi. Quamobrem Augustinus serm. 32. de verbis Domini prope medium: Arcam, inquit, video, grana quero. Et vix videntur grana, quando arca trivituratur, sed venturum est, vt ventiletur. Pauci ergo, qui saluantur in comparatione multorum periturorum. Loquitur autem de folis fidelibus, vt ex contextu retulimus sect. 2. Eodem modo paleas cum granis comparat lib. 3. contra Crescon. Grammat. capite 66. & lib. 4. cap. 53.
1. Corinth. 9. prope finem: Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Electorum gregem pusillum, etiam ob numeri paucitatem, appellat Dominus Lucae 12. Apocalyp. 20. prope finem: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita; & indicati sunt mortui ex his, quae scriptae erant in libris. Plures itaque sunt libri reproborum, sed vnicus predestinatorum. Ezechiel. 9. quatuor erant interfectores Angeli: sufficebat autem vnicus, vt rau saluandis imprimeret.
Denique liber quartus Esdrae, licet non sit canonicus, magnam tamen auctoritatem habet. In cuius cap. 8. initio: Hoc saeculum, inquit, fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. & post pauca: Dabit tibi terram multam, vnde fiat sibi, paruum autem puluerem, vnde aurum fit; sic & actus praesentis saeculi. Multi quidem creati sunt; pauci autem saluabuntur. & in eodem lib. 4. c. 4. Et dixi, ait Esdras: Melius erat nos non esse, quam adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

SECTIO V.

Contraria opinionis argumenta soluuntur.

Argumenta posita in sect. 1. versus finem respondetur. Ad primum. Damascenus in illa oratione propius ad med. quam ad finem, aliquomodo secundae sententiae fauere videtur, quatenus asserit, per suffragia fidelium, oblata pro mortuis, saluari eos, qui viuentes habuerunt aliquid virtutis, etiam si parum fuerit inter vitam negligentem, & fragilem. Significat autem, neminem alium esse defunctorum, qui nequeat per suffragia liberari, nisi qui totam vitam in peccatis duxerit, nullam omnino conscientiae curam gerens. Hoc mihi vehementer suspectam reddit orationem illam, vt adhaeream eorum sententiae, qui putant esse supposititiam, vel deprauatam.
Cuiusque tamen sit ea doctrina, debet ita temperari, vt suffragia viuorum nihil omnino valeant ad salutem aeternam peccatoris, qui sine vera poenitentia decesserit, etiam post vnicum peccatum mortale, quamuis ante illud habuerit aliquid virtutis, aut multum. Praeterea paulo inferius fateatur Damascenus, Christum Dominum admirando dixisse, paucos saluari. Quae

- 1. Expositio Damasc.
2. Morientis in peccato pro sunt minime suffragia viuorum.

Quae sententia nostrae potius, quam contrariae fauere videtur. Verè tamen pro neutra solidum argumentum accipi potest ex Damasceno.
Ad secundum respondetur. Quam pauci fidelium, dum sani sunt, verè poenitent, & resurgant à peccatis, licet Sacramenta recipiant confessionis, & communionis, indicat vehementer reciduum ita proximè post sacramenta secutum (praeter eos, qui concubinae, vel adultero tempus absentiae praescribunt, in quo tenentur Sacramenta recipere.) Rursus in fine vitae paucorum esse veram poenitentiam, abundè probatum fuit sect. 3. & 4.
Ad primam confirmationem respondetur. Pauci sunt, quorum similes pietatis affectus experimur in morte, post vitam dissolutam: & ambiguum est, quinam illorum ex vera poenitentia diuinitus inspirata doleant. Videtur autem certum, ex illis plures commoueri potius horrore mortis, & timore iudicij, non perueniente ad absolutam detestationem omnium peccatorum, sicut in eisdem sectionibus probatum fuit.
Ad secundam confirmationem respondetur. Ad infinitam Dei pietatem pertinet, in tempore necessitatis extremae fortiora auxilia regulariter mittere his, qui Deum vocantem in vita non neglexerunt, & aliquando, licet raro, mittere etiam iis, qui fuerunt sceleratissimi. Sed ad iustitiam Dei pertinet fortiora auxilia regulariter & vltimum negare peccatoribus, differentibus poenitentiam vsque ad mortis articulum: sicut probatum est sectionibus praecedentibus.
Ad tertium respondetur. Quamuis Deus predestinauerit homines ante praesentia merita personalia; non predestinauit, nisi post praesentium originale peccatum, tanquam absolute futurum, & praesentium redemptionem Christi Domini: sicut probatum fuit disp. 13. sect. 1. Praeterea non predestinauit, nisi praecognita sicut conditionaliter futura pernicacia, duritie, ac caecitate, quam homines vltimum haberent culpabiliter ad resistendum ordinariis vocationibus, inspirationibus, & illustrationibus, & ad committenda peccata. Haec igitur, vel alia quaecumque ratio, quae diuinam voluntatem impulit, vt permitteret, ante suum aduentum in carne, totum ferè mundum perire, charissimis exceptis, vtque post Euangelium permitteret, millies esse plures homines infideles, quam fideles; eadem impellere potuit, vt paucos ex adultis fidelibus predestinaret.
Ad quartum argumentum respondetur. Licet ex adultis fidelibus pauciores saluentur, adhuc homines predestinati plures erunt, quam ceciderunt Angeli, praeterim cum ad eorum sedes occupandas etiam paruuli pertineant, quorum erit in caelo maxima multitudo, longè maior, quam adultorum, vt vidimus sect. 1. Sed numerum predestinatorum hominum esse maiorem numero cadentium Angelorum, vidimus supra disp. 52.
Ad quintum solutio constat ex dictis sect. 2. probat. 3. Nam vnus ille typus fuit omnium, qui moriuntur sine charitate, & gratia, quorum multitudinem esse maiorem demonstrat conclusio illius parabola.
Ad confirmationem respondetur. Parabola decem virginum eas tantum personas tangit, quae salutis curam gerunt per opera pietatis, & perfectionis (vt vidimus sect. 3. fine.) ex quibus, facile

- 3. Reciduum est simile in peccatum & alia indicia non vera poenitentia.
4. De tenentis affectibus in morte quid sentiendum.
5. Quomodo predestinatio ante praesentia merita intelligenda.
6. Plures homines predestinati quam Angeli lapsi.
7. Parabola decem virginum quid significet.

concedam, dimidiam partem saluari. Apostoli verò non significabant vniuersam Ecclesiam, prout comprehendit bonos, & malos, sed tantum eo modo, quo Principes, & Senatores representant vniuersam rempublicam, constantem ex innumeris plebeis, & sordidis hominibus.
Ad sextum respondetur. Absolutè, generalitèrque loquendo praedicare, quam probauimus, paucitatem eorum, qui saluantur, est simpliciter vtilius: quia pestis, quae magis depopulatur Ecclesiam, non est pusillanimitas, & timor damnationis; sed potius falsa securitas, & praesumptio de diuina misericordia. Propterea sicut medici grassantem epidemiam attendunt in generalibus remedijs, quàm particulares aliquorum morbos: ita Doctores, & concionatores, eo vel maximè, quoniam Christus Dominus, Apostoli, & Ecclesiae Doctores vehementer oppugnant falsam illam securitatem, aperientes verum periculum eorum, qui non vigilauerint, & orauerint, nihil vnquam insinuantes, quod negligentes & peccatores possit aliquomodo reddere securos.
Haec viuentibus & sanis praedicanda sunt; sed moribundis melius erit ea suggerere tantum, quae possint spem erigere, dummodo conatus stimuletur, ne de salutis negotio negligenter agant, sed tarditatem aliquomodo compensent feruore conatus. Denique sollicitis de sua praedestinatione solidum solatium erit, ex illa sollicitudine sibi met ipsis calcaria, & stimulos acutere, vt feruentius Deo seruiant; quoniam ex talibus plures saluantur.

- Quid Apostolorum col-legium.
8. Quid de diuina predestinatione, & quomodo concionatores praedicaturi.
9. Quid moribundis suggerendum.

SECTIO VI.

Paucitatem esse predestinatum maiorem numerum, quam virorum.

In caelo futurum esse parem numerum virorum, ac foeminarum, existimauit Marsilius lib. 2. sentent. quaest. 13. dub. 4. In eadem sententiam inclinare videtur S. Thomas quodlib. 3. quaest. 11. art. 25. Alij quaestionem tangunt, & nihil decernunt, vt Alexander 2. parte, quaest. 95. memb. 4. versus finem, dicens, licet foemineus sexus sit facilius ad deuotionem, attamen viris esse constantiores in bono. Attingunt eandem quaestionem, & nihil decernunt Scotus 2. sentent. dist. 20. q. 2. fine, vbi Gabriel art. 3. dub. 1. Caeteri nullam illius mentionem faciunt.
Probat autem Marsilius paritatem, quia nunc de facto post originale peccatum predestinati sunt iidem omnino, qui fuissent predestinati, perseverante statu innocentiae; sed innocentia perseverante fuisset predestinatus par numerus virorum, & foeminarum: quia par numerus virorum, & foeminarum nasceretur (vt vidimus supra disp. 13. sect. 4.) omnes autem, qui nascerentur, essent predestinati; nullus enim reprobareretur.
Addere possumus secundum argumentum, quia vitilis sexus perfectior est, & similior Christo Domino: igitur ex viris non debet esse numerus minor, quam ex foeminis.
Mihì verò probabilius esse videtur, foeminas esse predestinatas plures, quam viros.
Prima quidem, quoniam ex viris multo plures moriuntur sine Sacramentis in bello, vel naufragijs,

- 1.
2.
3.
4. Plures viri quam foeminae sine Sacramentis moriuntur.

fragiis, aut itineribus, occasione fluminum, vel latronum, vel etiam in sua patria inter apertas rixas, vel occultas infidias ferro, seu veneno.

5. Potestas virorum in feminis.

Multi illarum corruptiores.

Quasi virorum Martyres.

6.

Plus virtuti dedita quam viri.

7. Cur illarum peccata minus demerentur misericordiam.

Feminarum numerus maior communitate quam virorum.

8.

Dei fauores in viros.

9.

Secundò, quoniam potestas virorum supra feminas, comprimit earum vitia, ne crescant ita effrenatè, sicut vitia virorum. Fœminæ quippe plures non tantùm à parentibus, & maritis, sed etiam à fratribus, & consanguineis corripuntur, ne defint honori familiæ: congenitûque pudor plures fœminas seruat, quàm viros.

Tertiò, quia plures fœminæ sunt veluti martyres virorum, qui se præbent erga illas tyrannos.

Quartò plures fœminæ, quàm viri, frequentant Sacramenta, conciones, & sacrificia cum utilitate manifesta, eadèmq; domi reconditæ, remotiores degunt ab occasione peccandi, quàm viri.

Quintò plures fœminæ propensiores sunt ad ieiunia, eleemosynas, pias meditationes & preces.

Sextò postquam peccauerint, faciliùs adducuntur, vt doleant, & futuri sæculi pœnas timeant, & Confessionis, ac Communionis Sacramenta recipiant in morbis.

Septimò fœminarum peccata, regulariter loquendo, cæteris paribus, minus demerentur veniam & misericordiam propter maiorem earum ignorantiam, & infirmitatem: aliunde quoque sunt obiectum magis prouocans diuinam misericordiam, quoniam miserabiliores sunt propter dolores ac labores perperuos circa prolem, ac propter ærumnas, & vexationes, quas patiuntur.

Ostendit denique, quoniam in republica communiter est fœminarum omnium multitudo, maior quàm virorum, & aliquando subducta ratione in hac ciuitate Hispalensi reperta fuit multitudo fœminarum sexies maior, quàm virorum.

Ad argumentum Marfilij respondetur. Si nec Adamus, nec eius posteri peccarent, par numerus fœminarum, & virorum esset prædestinatus, propter rationem in argumento positam. Et ita supponunt esse probabilis omnes authores supra citati. Cæterum de facto nunc alij homines & plures prædestinantur, quàm prædestinantur in statu innocentie, vt vidimus disp. 13. sect. 1. post med. & sect. 4. & 5.

Ad secundum argumentum respondeo. Propter maiorem perfectionem, quæ naturalis est viris, congruentius fuit, virilem naturam à Verbo fuisse assumptam, & Apostolicum, & Sacerdotale munus solis viris fuisse commissum. Vnde conicio viros fuisse regulariter ad altiorem gradum virtutis, & gloriæ prædestinatos (infra Beatissimam Dei Genitricem;) fœminarum verò maiorem multitudinem fuisse electam, propter rationes supra dictas.

DISPUTATIO LV.

Vtrum arbitrij libertas rectè cum diuina prædestinatione, ac reprobatione consentiat.

SECTIO I.

Vtrum prædestinatio sit in potestate prædestinati.



ARIO errores hæreticorum, dicentium, absolutam necessitatem imponi prædestinatione, atque reprobatione;

proptereaque libertatem hominibus eripi, retulimus disp. 5. sect. 1. Nec est instituti præsentis eos impugnare: satis fuit tomo de scientia Dei fusè, & ex professo probauisse libertatem. Veniamus igitur ad Catholicos.

Ad conciliandam libertatem cum prædestinatione, Doctores, qui supra disp. 7. sect. 1. dixerunt, ex parte nostra dari causam prædestinationis, consequenter affirmabunt, in potestate cuiusque prædestinati suam prædestinationem esse, quatenus in eius est potestate causam prædestinationis per opera liberè facta. Rursus ex eisdem authoribus alij magis, alij verò minus prædestinationem constituent in potestate prædestinati: nam asserentes prædestinationis causam ex operibus moraliter bonis, elicitis per solas vires naturæ, totalem potestatem in genere causæ particularis, attribuant libero arbitrio, vt præbeat causam prædestinationis; alij verò prædestinationis causam asserentes ex operibus supernaturalibus, non nisi partialiter, & minus principaliter in potestate hominis prædestinati constituunt prædestinationem.

Tandem authores quicunque constituentem liberum actum diuinæ voluntatis & intellectus per creaturas in obliquo, vel per ordinem ad illas, vel per denominationem extrinsecam ab illis, ita vt nihil increatum, & æternum sit intra Deum, nisi sola scientia necessaria, & amor necessarius: ij, inquam, authores eo ipso tenentur fateri prædestinationem esse in potestate prædestinati eo modo, quo est in potestate prædestinati concipere, vel non concipere actum fidei, spei, charitatis, pœnitentiæ, vel alios, & in illis perseuerare, supposita diuina gratia. Nam eo ipso præscientia Dei, & libera volitio Dei, vel imperiam constitueretur per illos eisdem actus in obliquo, vel per ordinem ad illos, seu per denominationem ab illis: & consequenter tota prædestinatio ad gratiam & perseuerantiam erit posita in potestate prædestinati, vnde necessariò sequetur prædestinatio ad gloriam.

Argumenta verò, quæ probare videntur, prædestinationem esse in potestate prædestinati, sunt, quæ sequuntur.

Primum ex 2. Petri 2. Quapropter, ait, fratres magis satagate, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Vnde constat, in electorum potestate situm esse cum diuina gratia, certam facere suam electionem, quod quicumque fecerit, eo ipso prædestinatus erit.

Secundum argumentum accipi potest ex vulgari proloquio: Si non es prædestinatus, fac, vt prædestineris. Quod falsò tribuitur Augustino, licet illius occasio desumpta fuerit ex doctrina Augustini. Quam magno studio imitatus Author Hypognosticon lib. 6. sine dicit: Pro inuicem oremus, in conspectu Dei nos humiliemus, dicentes: Fiat voluntas tua. Ipsius erit potestatis, iudicium de nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædestinationis indebitam prerogare.

Tertium. Quæcumque causa habet sua in potestate rem vnã, eo ipso habet in sua potestate rem alteram, necessariò coherentem cum illa; sed prædestinatio adulatorum necessariò coheret cum perseuerantia in gratia, ita vt posita perseuerantia, ponatur prædestinatio, & sublata perseuerantia, auferatur prædestinatio: igitur qui habet in sua potestate perseuerantiam, habet etiam in sua potestate prædestinationem. Porro per

2.

Variis opinandi modis iuxta varias sententias.

3.

4.

5.

6.

Coherentia prædestinationis cum perseuerantia.

perseuerantiam esse in hominis potestate supposita diuina gratia, constat in primis ex præceptis, consiliis, & exhortationibus perseuerantia. Talia quippe non dantur nisi de rebus, quæ sitæ sunt in libera potestate. Ioan. 15. Manete in me, & ego in vobis. & iterum: Manete in dilectione mea. Vbi Chryostomus homil. 75. in Ioan. colum. 3. Hoc, inquit, in vestra est potestate. Quomodo autem hoc erit? Si præcepta mea seraueritis, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui.

Ex eisdem verbis possibilitatem & periculum non perseuerandi, quod prædestinatis etiam imminet, deducit Cyrillus in Ioan. lib. 10. c. 16. sub init. & cap. 20. inter med. & finem. Confirmat autem 1. Corinth. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Quo testimonio idem probat Tridentinum sess. 6. c. 13.

Quartum argumentum. Nemo quippe fuerit prædestinatus, nisi Deo vocati consenserit; sed in potestate hominis est consentire, vel dissentire Deo vocanti: ergo in potestate hominis est, vt sit prædestinatus. Minor decernitur in Tridentino sess. 6. cap. 5. quando decernit, hominem ipsum aliquid agere, quando tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem recipit inspirationem illam, quippe qui illam abicere potest. & can. 4. decernit: Liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum aliquid cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, & posse dissentire, si velit.

Confirmatur primò, quia sublatis effectibus prædestinationis, auferuntur prædestinatio, & positus effectibus prædestinationis, ponitur prædestinatio; sed in hominis potestate, supposita diuina gratia, sunt plurimi prædestinationis effectus, videlicet omnia pietatis opera præcedentia, vel sequentia iustificationem (sicut probatum fuit disp. 27. & nouem sequentibus.) ergo in potestate hominis, supposita diuina gratia est ipsa quoque prædestinatio.

Confirmatur secundò, nam prima quoque vocatio, quæ nullo modo pender ab hominis potestate, quantum ad suam existentiam; pender ab hominis potestate, quantum ad eam formalitatem, qua constituitur effectus prædestinationis. Etenim si vocationi dissentias, illa non erit prædestinationis effectus; si verò consentias, erit vocatio prædestinationis effectus. Quamobrem omnes effectus prædestinationis, nullo excepto, sunt in potestate hominis, quantum ad eam formalitatem, vt sint effectus prædestinationis.

Confirmatur tertiò, nam inde sequitur, esse positum in potestate prædestinati, vt vocatio sit congrua, & opportuna: talis enim fuerit, si prædestinatus obtemperauerit. Vnde sequitur, ipsam quoque prædestinationem esse in eius potestate.

Quintum argumentum. Omnis, & solus homo, qui saluatur, est prædestinatus; sed quilibet baptizatus habet in sua potestate saluari: ergo quilibet baptizatus habet in sua potestate vt sit prædestinatus.

SECTIO II.

Simpliciter non est in potestate prædestinati sua prædestinatio, sed tantum secundum quid.

Conclusio prima sit. Absolutè loquendo, dicendum est, prædestinationem non esse in

potestate prædestinati. Probatur primò, nam illud tantum est in hominis potestate, quod potest agere, & potest non agere, si velit. Sed prædestinatus non potest se ipsum prædestinare, vel non prædestinare. Ergo prædestinatio non est in potestate prædestinati. Maior constat ex Aristotele lib. 3. Ethicor. cap. 5. initio dicente: Nostra igitur in potestate virtutes, & identidem vicia collantur. Quibus enim in rebus nostra in potestate situm est agere, in his & non agere: & in quibus non agere, in his & agere. Augustinus autem de Spiritu & littera cap. 31. in medio: Hanc, inquit, dicimus potestatem, ubi voluntati adiacet facultas faciendi. Vnde de hoc quique in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, si non vult, non facit. quam eandem potestatis explicationem tradit lib. 1. retract. cap. 22. ad finem.

Minor verò probatur, quoniam immanentem, increatum & æternum Dei actum, qui est prædestinatio libera, nullum creatum arbitrium potest facere, vel non facere; sola diuina voluntas potest ad illum se determinare, vel non determinare sine reali productione. Rursus nec in potestate voluntatis creatæ fuit aliquid facere, ex quo tanquam ex obiecto proposito, vel motiuo, seu ratione, sequeretur in Deo prædestinatio ad eum modum, quo prædestinationis increatæ dari causam ex parte prædestinati, fuit possibile de potentia absoluta (vt probatum est disp. 3. sect. 3. & sequentibus.) vel ad eum modum, quo potest homo peccare, vel non peccare: si peccauerit, sequetur, Deum præsciuisse futurum peccatum; si verò non peccauerit, sequetur, Deum præsciuisse negationem illius peccati. Ratio est, quoniam non est in hominis potestate situm impedire quominus Deus faciat, vt homo liberè, & infallibiliter velit, & operetur, quidquid ad prædestinationem requiritur: de facto autem ita Deus prædestinationem disposuit, qua Deus faciat, vt homo velit, & operetur, quidquid ad prædestinationem requiritur.

Sic Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. post med. Non potest, inquit, effectus misericordie Dei esse in hominis potestate, vt frustrè ille miseretur, si homo nolit; quia si vellet etiam ipsorum miserari, posset iravocare: quomodo illis aprum esset, vt mouerentur, & intelligerent, & sequerentur.

Confirmatur primò, nam in definitione potestatis contineri non modò rem, quæ est possibilis, sed etiam tempus, locum, modum, instrumenta, & quæcumque alia, quæ necesse fuerit adesse, docet Aristoteles lib. 9. Metaph. cap. 5. textu 10. dicens: Quod potest, aliquid potest, & aliquando, & aliquo modo, & quacumque alia necesse est adesse in definitione. Quod optimè ad rem præsentem exponit S. Thomas dicto cap. 5. lect. 4. §. 2. Quamobrem vt prædestinatus in sua potestate situm haberet prædestinare se ipsum, opus erat in sua potestate habere vocationem, cogitationem intellectus, delectationem voluntatis, & tempus, locum, & modum adhibendi hæc & alia diuina auxilia. Cum igitur hæc omnia non sint in potestate hominis, sed solius Dei; consequens est, absolute loquendo, prædestinationem non esse in potestate prædestinati.

Sapienter enim Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. colum. penult. Quis potest, inquit, credere, nisi aliqua vocatione, hoc est, aliqua verum testificatione tangatur? Quis habet in potestate tali viso attingi mentem suam, quo eius voluntas moueatur ad

Quid in hominis potestate sit.

2. Prædestinationis actus increatus à quo determinatur.

Prædestinationis dispositio.

3.

4. Quæ requiruntur vt aliquid in potestate aliquid sit.

5.

7. In hominis potestate consentire.

8. Prima vocatio.

1.



ad fidem? Quis autem animo complectitur aliquid, quod eum non delectat? Aut quis habet potestatem, ut vel occurrat, quod eum delectare possit, vel delectet, cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant, quibus proficimus ad Deum, inspiratur hoc, & praebeatur gratia Dei, &c. Idem lib. de bono perseverantiae cap. 11. sub initium de adultis hominibus ait: *Maioribus etiam his, quos praevidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus non vult subvenire, non subvenit: de quibus in sua praedestinatione occulti quidem, sed iuste aliud indicavit.*

6. Denique lib. 1. contra duas epistolas Pelagian. cap. 2. & 3. hoc probat testimonio Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Vnde in medio cap. 3. concludit: *Datur ergo potestas, ut filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, ut credant in eum: qua potestas nisi datur a Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio.* Quibus similia scribit lib. 1. retract. cap. 22. ad finem, & lib. 2. cap. 1. & lib. de bono persever. cap. 8. dicens: *Non itaque in hominum, sed in Dei potestate est, ut habeant homines potestatem, filios Dei fieri.* Ab ipso quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes piis. Quod ex Ambrosio confirmat in lib. de fuga saeculi cap. 1. dicente, non esse in nostra potestate cor nostrum. Vnde

Confirmatur secundò, nam uniuersaliter à Deo in nobis fieri sine nobis, id est, sine libera cooperatione nostra, vocationem, seu gratiam cooperantem, praeuenientem, aut excitantem, ex sacra Scriptura, & Patribus abundè probatum fuit tomo praecedenti de prouidentia disp. 29. 30. & 31.

7. Secunda probatio fit, quia quod est simpliciter in potestate Dei, non est simpliciter in potestate liberi arbitrij; sed praedestinatio est simpliciter in potestate Dei: ergo praedestinatio non est in potestate liberi arbitrij. Maior constat, quia quodd simpliciter esset in potestate liberi arbitrij, posset impediti à libero arbitrio; proptereaque non esset simpliciter in potestate Dei ponere illud: quemadmodum è contrario non esset simpliciter in potestate Dei tollere, quodd arbitrium posuisset.

8. Minor verò probatur Roman. 9. *An non habet potestatem figulus lutu ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud autem in contumeliam.* Marth. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.* 2. Corinuth. 9. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* Roman. 14. *Potens est enim Deus statuere illum.* & in fine Canonicae epist. Iuda: *Potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos.* Denique Deum posse quilibet voluntates, quantumcunque auersas, ad bonum conuertere, & saluare, videbimus sect. 3. parum à principio.

9. Tertia probatio supponit, quod Scholastici plures asserunt, idem esse quærrere causam praedestinationis, atque quærrere causam omnium effectuum praedestinationis: verificatur autem de sola praedestinatione creata, si formaliter loquamur, non autem de praedestinatione increata: vt constat ex dictis disp. 3. sect. 3. & tota disp. 6. Quo supposito, praedestinatio creata non est in eius potestate, in cuius potestate non sunt omnes effectus praedestinationis; sed in potestate praedestinati non esse omnes effectus praedestinationis, probatur, quoniam effectus praedestinationis sunt praeparatio Dei, vt nobiscum concurrat, vo-

Prædestinatio simpliciter in potestate Dei.

Prædestinatio creata.

Effectus omnes praedestinationis non in potestate praedestinati.

catio, seu gratia praeueniens, substantia hominis, & vitae breuitas, aut longitudo, congruitas indolis, ingenij, & aliarum multarum circumstantiarum, quæ producuntur à solo Deo per causas merè naturales: vt vidimus disp. 2. sect. 2. & 3. & tota ferè disp. 24. Hæc autem omnia non sunt in potestate praedestinati.

Postremò quæcumque tota disp. 8. & quatuor sequentibus probant, ex parte praedestinati nullam fuisse praedestinationis causam; sed Deum ad gloriam, & ad illius merita, per gratiam acquirenda, elegisse, quos voluit pro mero beneplacito: eadem probant praedestinationem non esse in potestate praedestinati.

Secunda conclusio. Nec praedestinatio ad gratiam, nec praedestinatio ad gloriam est in potestate praedestinati. Praecedentes quippe rationes æqualiter probant, vttramque praedestinationis partem non esse in potestate hominis, sed solius Dei. Quapropter inconsequenter authores aliqui solam praedestinationem ad gratiam dicunt non esse in potestate praedestinati. Similem autem inconsequentiam refutauimus supra disp. 12. sect. 3. & 4.

Tertia conclusio. Secundum quid, & improprie loquendo, dici potest, praedestinationem esse in potestate praedestinati, quatenus praedestinatus, supposita diuina gratia, situm habet in sua potestate implere diuina praecepta, se disponere ad iustificationem, & in gratia perseverare, vel hæc omnia prætermittendo, peccare. Quapropter in hoc genere secundum quid praedestinationem in sua potestate praedestinus habet, non vt causa per accidens, sed vt causa per se, licet partialis, & minus principalis, & subordinata diuinæ gubernationi: quemadmodum probatum est supra disp. 29. & tribus sequentibus.

Hanc conclusionem probant tertium & quartum argumentum positum in sect. 1. Sed præterea probatur primò, quoniam Scriptura & Patres dicunt æternam vitam esse in nostra potestate supposita diuina gratia, iuxta illud Ecclesiastici 15. prope fin. *Apposuit tibi aquam, & ignem; ad quod volueris, porriges manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.* Vnde rectè Patres inferunt liberam potestatem obrinendi salutem æternam: quos retulimus tomo de Scientia Dei tota disp. 39. Nunc sufficiat Anastasius Nicænus quaestionibus, in Scriptur. q. 16. prope med. dicens: *Est in nostra potestate, & libero arbitrio salus nostra, & inuicem, vt scriptum est: Deus ab initio fecit hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij sui: & ante hominem vita, & mors, &c.*

Clemens Romanus epist. 3. de officio Sacerdotum colum. 5. scribit: *Ab initio duo regna statuit Deus, & potestatem dedit unicuique hominum, vt illius regni fiat portio, cui si ad obediendum ipse subiecerit.* Quapropter à Deo potestatem habet vnusquisque, vt fiat portio regni Dei, & consequenter in æternum regnet in eo Deus. Cyprianus lib. de opere, & elemos. in fine, *salutarem operationem, videlicet eam, per quam æterna salus acquiritur, appellat rem positam in potestate facientis.* Hieronymus epist. ad Cresiphon. colum. 4. docet, nos debere orare quotidie, vt accipiamus, quod semel acceptum sit in nostra potestate.

Chrysolomus homil. 19. in Genes. prope initium: *Necessitatem, inquit, non imponit, sed congruis remedijs appositis, totum in agrotantis sententia fitum*

10.

11.

12.

13.

14.

15.

Prædestinatio ad gratiam & gloriam.

Prædestinatio in potestate praedestinati fecit aliquid quid.

Procuranda perseverantia.

SECTIO III.

Magis explicatur, quantum deficiat, ne praedestinatio simpliciter, & proprie sit in potestate praedestinati.

fitum esse permittit. Salus igitur est sita in agrotantis sententia, suppositis remedijs per Deum appositis. Eodem sensu homil. 22. in Genes. colum. 2. docet, *in nostra potestate totum post gratiam Dei esse relictum.* Iustinus Martyr quaestionibus, quæ fuerant à Gentilibus propositæ, quaest. 9. *In nostra, inquit, potestate est esse castos aut scortatores, & post pauca: Ad agendum dedit nobis Deus vires, sed eas subiicit potestati propositi.*

16.

17.

18.

19.

Didymus lib. contra Manichæos (apud Turrianum in dogmatico de electione propius ad finem, quam ad medium) ait, *Inseruit Deus homini virtutis & vitij capiendi potestatem, vt virtutis quidem potestatem ad energiam, & actum traduceremus; vitij verò potestatem ad energiam & actu remoueremus.* Prosper in sententijs ex Augustino, sentent. 205. *Potest, inquit, homo inuitus amittere temporalia, nunquam vero, nisi volens, perdit æterna.*

Eadem conclusio tertia probatur secundò, quia perseverantia sic recipiatur cum praedestinatione, vt posita perseverantia, ponatur praedestinatio, & oblata perseverantia, praedestinatio auferatur: igitur si fuerit in potestate praedestinati perseverare, vel non perseverare, secundum illam partem in eiusdem potestate positum erit esse, vel non esse praedestinarum. Porro libera potestas perseverandi, vel non perseverandi, praedestinati concessa per gratiam, quæ sect. 1. argum. 3. probata fuit, amplius confirmatur Roman. 11. *Tu autem fide stas: noli alium sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei; in eos, qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.* Vnde merito Augustinus intulit, *in nostra potestate esse, vt vel inferi bonitati ipsius, vel excidat severitate mereamur.* Ita scripsit lib. contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 27. defendit autem & exponit lib. retract. cap. 22. sequuntur autem Magister, & communiter Scholastici 1. dist. 28. post medium.

Præterea confirmatur frequenti præcepto Christi Domini suos discipulos licet iustos, excitantis ad vigilandum & orandum, ne intrent in tentationem, quod ipsum esse hortari ad postulandam, & procurandam perseverantiam; sicut Augustinus admonet lib. de bono perseverant. cap. 6. cuius prope medium docet homines multos posse habere perseverantiam, & posse illam suppliciter emereri: licet semel habita non possit amitti, quoniam post finem vitæ non amittitur perseverantia.

Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 28. initio: *Ad obediendum sibi, ait, ipsum velle sic donat, vt etiam à perseverantur illam mutabilitatem, qua potest nolle, non auferat.* Ex quo periculo deducit: *Nunquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare, qua Apostolus dicitur: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem,* Matth. 26. Atque ad finem eiusdem capituli, ait, eos, qui iuuantur, vt in fide mancant, habere in sua potestate, vt exeant, id est, non perseverent. In eodem lib. 2. cap. 12. sub initium dixerat: *Ideo liberum esse discedere, vt non discessisse sit premium; & quod non potest nisi cooperante Spiritu Dei, fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.*

Qui defectus in praedestinati potestate.

Prædestinatio increata.

2.

Creata praedestinatio.

3.

Dei potestas.

4.

5.

Quadruplex est defectus in potestate praedestinati, quorum vnusquisque solus sufficeret, vt non simpliciter, sed tantum quodammodo, seu secundum quid, praedestinatio posita esset in eius potestate; quantum magis sufficient omnes quatuor defectus simul sumpti.

Primus est, quia licet increata, & æterna praedestinatio per nostram considerationem limitetur ad effectus, qui sunt in potestate praedestinati, videlicet credendi, sperandi, pœnitendi, & similes; adhuc æterna, & increata praedestinatio non est in hominis potestate: sicut probatum est sect. praecedenti conclus. 1.

Secundus defectus est, quia licet minus proprie sumatur praedestinatio pro collectione omnium effectuum, quam disp. 6. creatam praedestinationem vocabimus; adhuc potestas hominis praedestinati non simpliciter, & totaliter eam praedestinationem complectitur, quia plures effectus praedestinationis non sunt in potestate praedestinati, vt vidimus sect. 2. conclus. 1. probat. 3.

Tertius, quoniam illi praedestinationis effectus, quos Deus esse voluit in potestate praedestinati, non sunt in eius potestate simpliciter & absolute, sed dependenter à suppositione, & conditione diuinæ gratiæ primò, & principaliter excitantis, & adiuantis.

Quartus defectus est, quoniam etiam praesupposita gratia excitante, & oblato adiutorio supernaturali diuinitis parato, Deus potest efficere, vt homo velit, & indeclinabiliter operetur eos praedestinationis effectus, quos posuit in hominis potestate: similiterque potest permittere, vt illos non operetur tali permissione, ex qua certissime sequatur, actus illos esse omittendos. Ita potest potestas Dei est vltima, & supremataratio, propter quam nec ipsa praedestinatio creata, nec illius effectus simpliciter sunt in hominis potestate.

Hanc postremam rationem, quæ consistit in quarto defectu, corroborant omnia loca Scripturæ, & Patrum, quæ supra disp. 27. 28. & 29. probant, Deum in nobis operari, vt velimus, & faciamus; & quæ disp. 21. sect. 4. probant actiones supernaturales, etiam vt procedunt à libero arbitrio, esse praedestinationis effectus. Quod magis applicatum ad rem præsentem probatur sequentibus testimonijs. Augustinus lib. 1. ad Simplician. q. 2. versus medium: *Illud, inquit, manifestum est, frustra nos velle, nisi Deus miseretur. Illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim miseretur, etiam volumus. Ad eam quippe misericordiam pertinet, vt velimus. Cuius postea rationem reddidit, quia cuius miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respiciat.*

Idem lib. de corrept. & grat. cap. 14. sub initium, ait: *Volenti saluum facere, nullum hominis resistit arbitrium. Sic enim velle, & nolle in volentis, & nolentis est potestate, vt diuinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem.* Similia scribit lib. de gratia,

gratia, & libero arbitrio, cap. 14. in medio. Celebratissimum est illud in Enchirid. cap. 97. fine: Quis porro tam impiè desipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, & ubi voluerit, in bonum non posse convertere?

6. Quod ipsum Fulgentius lib. de Incarnat. & gratia, cap. 31. prope finem ita probat: *Sola Dei voluntas humana saluationis est causa. Ira enim in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* & paucis interpositis: *Sic ergo quos vult, saluat, quemadmodum quos vult viuificat. Nihil namq. voluit, & non fecit, qui, Scriptura teste, omnia, quaecumque voluit, fecit.*

7. Prosper epist. de libero arbit. ad Ruffin. inter med. & finem: *An dicendum est, inquit, voluntati Dei humanas obistere voluntates; & tam feroci, tamq. intrahabiles horum hominum mores, ut Evangelium ideo non audiant, quia praedicationi impia corda non pateant? Et quis istis corda mutauit, nisi qui fixit sigillatim corda eorum?* Similia docet lib. 1. de vocat. gent. cap. ultimo, & ad Excerpta Genuen. respon. 8. post med. necnon Petrus Diaconus de Incarnat. & grat. c. 7. 8. & 9.

8. Bernardus serm. de Conuersione ad Clericos cap. 1. à medio: *Viuus est, inquit, sermo Dei, & efficax, & vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Ipse dixit, & facta sunt. Dixit: Conuerimini filij hominum, & conuersi sunt. Ita plane conuersio animarum opus diuinae vocis est, non humana.*

9. Graeci Patres eandem potestatem Dei tradidere priores, vt videre est apud Chrysostomum homil. 2. in Psalm. 50. colum. 5. ab illis verbis: *Si Deus dixerit adultero: Iam nolo, ut adulter sis; verba statim vertuntur in opera. Si dixerit fornicatori: Cessa ab immunditia tua; illico mens eius in melius mutatur;* & reliqua. Gregorius Nyssenus orat. 5. in Cantica inter principium & medium, exclamat: *O vim mandati huius! Reapse vox Dei est vox potestatis, &c. En modo prolatis ad iacentem verbis hisce: Surge, & veni; mox emanato sit opus. Simul enim atque vim, potestatemque sermonis illa recepit, exurgit, & assistit ei, & reliqua.*

10. Potestas humana.

Denique quam frigida langueat potestas humanae voluntatis, nisi Deus suam potentissimam energiam exerceat in ea trahenda, ostendit exemplum Loth, & familiae illius, de quibus Genes. 19. *Egressus est, inquit, Loth, & locutus ad generos suos: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc; & visus est eis, quasi ludens loqui.* Hoc autem euenisse, propter eorum malitiam Deo permittere resistentiam, atque nolente tribuere generis Loth eam misericordiam, quam ipsi dederat, notat Chrysostomus ibi homil. 43. inter med. & finem. Caeterum neque Loth, neque eius familiam euasuros fuisse incoolumes, nisi Deus potiori quadam energia fecisset, vt vellent, & effugerent, ostendit sequens contextus: *Sed & Loth, cum esset manè, cogebant Angeli, dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes; ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum uxoris, ac duarum filiarum eius, eo quod parceret Dominus illi: eduxeruntque, & posuerunt extra ciuitatem.*

11. Quod exemplum ita ponderat Cyrillus Alexandrinus lib. de adorat. in Spiritu, & veritate, in med. *Iudicium tibi sit valde manifestum, dum non solis verbis nos extimulat, & adorationibus menti immisissis, ut discedamus à peccato; sed tantam benig-*

gnitatem nobis etiam exhibet vniuersorum Saluator. Deus, vt efficaci subsidio adiuuet, secundum quod scriptum est: *Apprehendisti manum dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me.* Subiungit autem, *hoc subsidium esse fortius, quam vt malum praesens, & violentum preualere possit.* Ad eandem veritatem corroborandam inuenies plura praecedenti tomo de prouidentia disp. 6. sect. 1. & disp. 10. sect. 2.

Ex hac & praecedenti sectione deducitur solutio ad argumenta, posita sect. 1.

Ad primum respondetur quadruplici solutione, iuxta quatuor expositiones illius loci, quas vidimus disp. 53. sect. 7. argum. 7. Primum namque si nomine electionis intelligamus praedestinationem ad gloriam non simpliciter, & absolute, sed tantum secundum quid, & ex suppositione diuinae gratiae, positum est in potestate praedestinati facere certam suam electionem (sicut in hac & praecedenti sect. probatum est) nihilominus opus est magna diligentia satagere ad hoc ipsum praestandum.

Respondetur secundo, Si electionem ibidem intelligamus solam praedestinationem ad fidem, spem, & charitatem, praescindendo ab electione ad perseuerantiam, & ad gloriam: ex eo quod habeas in tua potestate certam reddere talem electionem, non sequitur, te habere in tua potestate praedestinationem incretam Dei; quia non alia ratione certa redditur illa electio, nisi procurando, vt perueniat ad finem perseuerantiae, & ea ratione non aberret à scopo, ad quem dirigitur. Si verò non simpliciter certam, sed magis certam facere, suadet Apostolus ibi, quantum ad nostram securitatem, & fiduciam, vel quantum ad proximorum notitiam: manifestum est, inde non inferri praedestinationem esse positam in nostra potestate.

Ad secundum respondetur, illud vulgare proloquium aliqua ratione posse verificari, vt significet, si nondum fecisti opera, quae requiruntur ad vitam aeternam, illa fac, vt saluus sis, vnde sequetur, te esse praedestinatum. Etenim praedestinatum posse facere, vt saluus fiat, constat Matth. 17. & Luca 17. *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdat eam. Actuum 16. Quid me oportet facere, ut saluus sim? Crede in Dominum Iesum Christum, & saluus eris.* 1. Timoth. 4. fine: *Attende tibi, & doctrina; in ista in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.*

In hoc igitur sensu verificari potest, quod Hypognosticon dixit, *Iudicium mutare damnationis, iudicando, quod in sequenti tempore non est damnatione dignus, qui tempore praecedenti fuerat damnatione dignus, quod potius est iudicare mutationem obiectiuam in meritis; & propterea gratiam praedestinationis praerogare, dando conuersionem, & poenitentiam illi cui damnatio debebatur.* Fauet huic modo loquendi Augustinus de bono perseuer. cap. 22. prope medium, dicens: *Fortassis enim sic praedestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, qua velint esse, & efficiantur electi.* Obserua postrema verba. Similiter Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 35. ante med. ait: *Frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, vt electi sint.*

Ad tertium respondetur. Vt maior illius sit absolute vera, duo requiruntur: alterum est, vt causa rem vnam habeat in sua potestate simpliciter, & absolute, non verò dependenter à condi-

12. Argumentorum solutio.

13. Electiois varia accipiones.

14. Intellectus loci illius, Satagite, &c.

15. Explicatur illud, si non es praedestinatus, &c.

16.

Perseuerantia quomodo in potestate praedestinati.

tionem alterius potestatis; alterum est, vt illa potestas non sit ita subordinata, & subiecta potestati alterius, vt possit illam flectere quocumque voluerit. Nunc verò praedestinati non habent in sua potestate perseuerantiam, nisi praesupposita conditione diuinae gratiae praeueniens, & adiuuantis, & ea potestas ita subordinata est diuinae, vt possit Deus hominis voluntatem flectere ad perseuerandum, vel non flectere, sed permittere lethalia peccata. Quod Augustinus significauit, dicens, *perseuerantiam non sic esse hominis, vt ei non sit ex Deo*, lib. de corrept. & gratia cap. 6. in medio. Quod fufius probat lib. de corrept. & gratia toto capit. 12. praesertim ad med. ex Apostolo Roman. 14. *Potens est enim Deus statuere illum.* Propterea praedestinato licet necessario coniuncta sit cum perseuerantia, non est simpliciter & absolute in potestate praedestinati, praeter alias rationes positas in sect. 2. pro conclus. 1.

17. Consentire vocationi.

18. Effectus praedestinationis.

19. Dependens à Deo.

20. Vocatio congrua.

Ad quartum respondetur distinguendo minorem. In potestate praedestinati est consentire, vel non consentire vocationi diuinae, praescindendo à praesentia, qua Deus certissime nouit, fuisse consenturum, si talis ei vocatio cum talibus circumstantiis, & opportunitatibus tribueretur; at verò praesupposita praesentia, & in sensu composito cum illa non potest non consentire vocationi. Propterea igitur in sua potestate non habet, vt non sit praedestinatus, quoniam eius praedestinato supponit illam praesentiam, quam homo non potest tollere, nec potest impedire, ne Deus vtatur illa scientia.

Ad primam confirmationem consequentia negatur, propter rationem expositam in solutione tertij argumenti. Quia nimirum effectus praedestinationis non sunt in hominis potestate absolute, sed dependenter ab aliena potestate Dei, qui potest hominem inclinare, vt liberè cooperetur ad illos, & potest permittere, vt non cooperetur.

Eodem modo soluitur confirmatio secunda, nam ea formalitas vocationis, & aliarum rerum; qua constituuntur praedestinationis effectus, principaliter, & primario pendet ex Deo, qui potest indeclinabiliter impellere voluntatem hominis, vt liberè praestet, quod ex sua parte requiritur ad effectum praedestinationis constituendum.

Ad tertiam confirmationem respondetur. In eo sensu positum est in potestate praedestinati, vt vocatio sit congrua & opportuna, quatenus ipse potest ei consentiendo, cooperari, vt ipsa principaliter exerceat in actu secundo munus congruae, & opportuna vocationis. Caeterum praedestinati potestatem omnino superat, quod est in solius Dei potestate, vt detur, vel non detur vocatio, & vt illa talibus circumstantiis contemperetur, & adapretur huius hominis arbitrio, & multo minus est in hominis potestate scire, quantum sit illa vocatio, cui consentiret arbitrium, si daretur ei. Propterea, simpliciter & absolute loquendo, non est in potestate praedestinati habere vocationem congruam, & consequenter neque praedestinari.

Ad quintum argumentum respondetur, exponendo minorem. Quilibet enim baptizatus habet in sua potestate saluari, subintelligendo semper, supposita Dei gratia praeueniens, & adiuuante. Quae limitatio, quia non potest sine saluata de Praedestinatione.

itate, & absurditate poni etiam in conclusione; propterea conclusio male inferitur. Etenim vt homo praedestinationem habeat in sua potestate, non potest supponi diuina gratia praeueniens, & adiuuans, quoniam haec supponit praedestinationem iam existentem, & determinatam, cum sit illius effectus.

Præueniens gratia supponit praedestinationem.

SECTIO IV.

Utrum in potestate reprobi sit positum non praedestinari, vel reprobari.

Tenentur affirmare, qui supra sect. 1. initio formaliter, aut virtualiter asseruerunt, praedestinationem esse in potestate praedestinati. Sed praeterea ex illis Theologis, qui fatentur, praedestinationem non esse in potestate praedestinati, non desunt, qui putent, nihilominus in potestate reprobi positum esse non praedestinari, & reprobari. Vazquez autem, quia distinguit asserens, dari causam electionis ad gloriam, non autem electionis ad gratiam; consequenter asserit, esse in potestate praesciti reprobationem à regno caelorum; sed non esse in eius potestate non praedestinari, quoniam hoc nomine solam negationem praedestinationis ad gratiam intelligit, vt constat ex illius disputatione 92. & 95. cap. 9. colum. 2. & sequentibus.

Harum opinionum argumenta partim accipiuntur ex testimoniis Scripturae, & Patrum, quibus docemur, in omnibus hominibus praecessisse meritum reprobationis, sed nullum praedestinationis. quae praetermittimus, quoniam posita sunt in variis disputationibus, praecipue disput. 10. sect. 1. & 2. & disput. 14. sect. 1. 2. & 3. & disput. 15. sect. 2. Aliae verò probationes ex libertatis impedimento, vel aliis capitibus solutae sunt disput. 12. sect. 6. & sequentibus, & in aliis disputationibus sparsim, & amplius soluentur inferius.

Sit igitur prima conclusio. Non praedestinari non est in potestate reprobi, siue intelligamus negationem praedestinationis ad gratiam, siue negationem praedestinationis ad gloriam.

Probatur primò, nam eadem ratio est, ne reprobis habeat in sua potestate non praedestinari, quae nuper sect. 2. probauit, in potestate praedestinati non esse positum praedestinari; sunt enim haec immediate opposita, proptereaque libera potestas ad vnum eorum negari non potest, nisi neganda sit libera potestas ad alterum. Quemadmodum qui non habet liberam potestatem vt non ambulet, non habet liberam potestatem, vt ambulet; libera quippe potestas est ad vtrumlibet. Sic enim ex Aristotele sect. 2. sub initium vidimus: *Quibus in rebus in nostra potestate situm est agere, in ijs & non agere, & in quibus non agere, in ijs & agere.*

Magis autem explicatur, breuiter applicando probationes positas in sect. 2.

Primò, quia non est in reprobi potestate situm impedire Deum, ne tribuat illi congruentem & opportunam vocationem ad poenitentiam, & ad perseuerantiam in gratia, qua Deus faciat, vt homo liberè velit, & operetur quicquid requiritur ad suam praedestinationem. Nec est in potestate reprobi determinare Deum, vt permittat illius peccata, & obstinationem in illis; nec, vt tribuat

1.

2.

3. Non praedestinari.

4. In potestate reprobi quae non sit.

tribuat diuitias, honores, vires corporis, & alias temporales felicitates, aut ærumnas, quibus possit, Deus præsciuit, fore, vt homo pertinaciter hæreret in peccatis vsque ad mortem.

Secundò, quia non prædestinare positum est in potestate Dei simpliciter & absolute, sicut prædestinare. Nam vtriusque oppositi potestas simpliciter Deo tribuitur Roman. 9. An non habet potestatem figulus lutæ ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud autem in contumeliam.

7. Prædestinatio creatæ, quæ comprehendit omnes effectus prædestinationis; nullus reprobis habet in sua potestate situm, impedire Deum, ne tribuat illi talem vitam longitudinem, aut breuitatē, talem indolem, ingenium, doctrinam, magistrōs, sodales, & adiutoria reliqua tam naturalia, quàm supernaturalia, quibus possit, Deus præsciuit, hominem fuisse conuertendum, & perseueraturum in gratia.

Postremò, quæcumque tota disp. 8. & quatuor sequentibus probant ex parte reprobi nullam fuisse causam discriminis, propter quam illi potius, quàm alteri prædestinatio negaretur; sed Deum pro merito beneplacito suo negasse prædestinationem quibusdam, qui non tenebantur maioribus demeritis, quàm alij, quos prædestinauit; eadem probant negationem prædestinationis non esse in potestate reprobi.

6. Potestas reprobi secundam quid.

Secunda conclusio. De potestate secundum quid, vt non prædestinetur, aliquid amplius habet reprobis, quàm prædestinatus habet, vt prædestinetur. Ratio est, quoniam operationis libertæ, quibus adultis impedit suam prædestinationem, quatenus apud sunt ad eam impediendam propter suam malitiam, procedunt principaliter à reprobo, vel potius totaliter; quoniam earum, quæ ratione sunt peccata, & prædestinationem impediunt, Deus nullo modo est author, & causa; imò nec ad materiales operationes concurrir, nisi coactus ex munere causæ vniuersalis, vt sæpius probatum est, Osee namque 13. Perditio tua ex te Israël, tantummodo in me auxilium tuum; de quo plura vidimus disp. 3. 8. sect. 2. Sed e contrario quæcumque operationes libertæ, quibus adultis suam prædestinationem promouet, à Deo procedunt tanquam à principali causa, prout explicatum est duabus sectionibus præcedentibus.

Deum nō author peccati.

Confirmatur multiplici discrimine, ratione cuius nullam causam ex parte nostra supponere, conuenit reprobationi minus propriè, & minus vniuersaliter, quàm prædestinationi, sicut probatum fuit disp. 1. 5. sect. 5.

7. Reprobatio negatiua.

Tertia conclusio. Reprobatio negatiua non est in potestate reprobi, sed positiua reprobatio est in eius potestate. Primum membrum satis constat ex dictis hucusque. Quia negatiua reprobatio nihil aliud est, quàm negatio prædestinationis, prout est à Deo libero decreto constituta; sed hoc decretum non prædestinandi non est in potestate reprobi; igitur reprobatio negatiua non est in potestate reprobi.

8. Positiua reprobatio.

Secundum conclusionis membrum probatur, quia reprobatio positiua est decretum puniendi; hoc autem decretum prouocare, vel impedire, situm est in potestate reprobi; quia tale decretum à Deo non constituitur, nisi propter peccata præuisa, tanquam absolute futura. Quapropter punitiua reprobationis & finalis in peccati

Punitiua reprobationis causa.

causæ sunt personalia peccata, sicut probatum fuit disput. 1. 5. sect. 3. Consultò prætermitto multa, quæ Suarez lib. 5. de reprob. cap. 9. num. 4. & sequentibus videtur in contrarium docere.

SECTIO V.

Vtrum prædestinatus possit damnari, reprobisque saluari.

1. Negat absolute Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 35. dicens: Firmissime tene, & nullatenus dubites, nec perire posse aliquem eorum, quos Deus prædestinauit ad regnum colorum; neque quemquam eorum, quos non prædestinauit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Sic Augustinus in Enchirid. cap. 103. dicit: Necessè est saluum fieri, si voluerit Deus. Gregorius in lib. 1. Regum suo lib. 5. cap. 4. inter medium, & finem: Qui ergo, ait, non prædestinati sunt, siue audiant Doctorum verba, siue non audiant, vocari in Dei habitaculum nequeunt; quia per nequitiam, in qua sunt ante constitutionem mundi præcogniti, locum in se malignis spiritibus parauerunt.

I.

Commentaria in epist. ad Roman. inter opera Ambrosij (quorum doctrinam de prædestinatione fuisse collectam ex aliis libris Ambrosij, ostendimus disput. 1. 1. non procul à principio) in cap. 9. ad illud, Cum nondum nati fuissent, ait: Aliud non potest euenire, quàm sciri, & proposuit in illo, vt salute dignus sit. Cui consequens est, quod scribit Ricardus lib. 1. sentent. dist. 40. art. 3. quæst. 3. sine, neminem posse dignè penitere, nisi ad hoc fuerit prædestinatus.

2.

Non est mirandum, Patres ita fuisse locutos absque distinctione vlla, quoniam apud omnes antiquos Philosophos, & Theologos, etiam apud Aristotelem, vsque ad Hugonis tempora, quælibet propositio modalis reddebat sensum coniunctum, siue compositum, & ea propter si non poterant simul coexistere prædicatum, & subiectum, propositio modalis de possibili censebatur absolute falsa, & eius contradictoria simpliciter vt vera docebatur; sicut fusiùs ostendi tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 1.

3. Modalis propositio.

Verùtamen in eunte tempore Doctores Scholastici, coacti contrariis argumentis, inuenere distinctionem, quæ satisfaceret vtriusque. Cùm enim euidenter demonstraretur, Dei præscientiam non posse falli, nec posse frustrari prædestinationem, aut voluntatem Dei; huic parti satisfaciunt, dicentes: In sensu coniuncto, siue composito, nec prædestinatus potest damnari, nec reprobis potest saluari. Ad quam veritatem confirmandam faciunt, quæ diximus disp. 28. sect. 1. 2. & 13. exponentes, quo sensu diuinæ voluntati non possit resisti.

4.

Aliunde tamen videntes, quemlibet viatorem, etiam in gratia confirmatum, posse peccare, & posse non penitere: rursùmque posse consentire diuinæ gratiæ, & penitere quemlibet peccatorem, etiam præscitus sit ad mortem; huic parti satisfaciunt, dicentes; In sensu diuiso, prædestinatus potest damnari, & reprobis saluari. Quamuis enim non sit in potestate reprobi prædestinatio, nec illius negatio, seu reprobatio negatiua, simpliciter loquendo (sicut probatum est sect. præcedenti) nihilominus in potestate reprobi

5.

Distinctio sensu composito & diuiso.

reprobi per diuinam gratiam positum est, implere cuncta præcepta Dei, iustificari, & in diuina gratia perseuerare; consequenterque positum est in eius potestate saluari, sicut probatum est supra disput. 39. & sequentibus vsque ad 46. in quarum prioribus explicuimus, quibusdam esse concessam potentiam proximam, & plenam; in alijs autem reprobis potentiam manifeste remotam, & diminutam, propter eorum culpam & negligentiam.

6. Qui primus author huius distinctionis.

Omnes Scholastici tam antiqui, quàm recentiori conueniunt in eadem distinctione, diuersis tamen vocibus explicata. quam primus tradidit Hugo Victorinus eruditionis Theolog. summæ sentent. tract. 1. cap. 12. in medio, dicens: Per se, id est, seorsim esse verum. Prædestinatus potest damnari, quia posset non esse prædestinatus; sed non potest vtrumque simul esse, quòd prædestinatus sit, & damnetur. Eodem modo distinguit propositionem alteram. Reprobis potest saluari. Quod idem alijs verbis significauit quæstionibus in epist. ad Roman. quæst. 218. prope initium, nomine sensus coniuncti, atque diuisi. quem imitatus est Magister 1. dist. 38. cap. vltimo, dicens: Coniunctim, vel diuisim, & dist. 40. cap. 2. & 3. dicens prædestinatum posse damnari, secundum diuisionem, non secundum coniunctionem.

7. Non tantum hæc nomina, sed etiam re ipsa significata per hanc distinctionem, coepisse videtur ab Hugone, nec enim reperitur apud alium antiquiorem. Inde tamen manauit distinctio sensu compositi, propter quem modalis propositio appellatur aliquando composita; & sensu diuisi, propter quem propositio modalis appellatur aliquando diuisa. Vtitur his vocabulis S. Thomas in præsent. quæst. 23. art. 6. ad 3. & supra quæst. 14. art. 13. ad 3. & lib. 1. contragentes cap. 67. prope finem, & de verit. quæst. 2. art. 12. ad 4. & q. 6. art. 4. ad 8. Clarior autem est modus loquendi, significans sensum compositum, videlicet, hæc duo simul esse vera, quo vtiur 2. 2. quæst. 24. art. 1. corp. His igitur vocibus sensus compositi, & diuisi frequentius vtiuntur Scholastici, & Dialectici.

8. Varia explanationis.

Quamuis igitur omnes in ea re conueniant, quæ vocibus istis significatur: Prædestinatus damnari potest in sensu diuiso, non in sensu composito, similiterque, Reprobis saluari potest in sensu diuiso, non in sensu composito; nihilominus distantiſsimæ sunt, & maximè repugnantes explanationes, & applicationes. Duæ sunt extremæ sententiæ (reliquæ mediæ viam eligunt, de quibus sectionibus sequentibus.)

9. Suppositio casualitatis.

Prima sententia quorundam ex recentioribus est, prædestinatum nullatenus potuisse tollere suppositionem causalitatis, & gratiæ, quin potius hanc suppositionem extitisse prorsus independentem ab exercitio libertatis humanæ, non solum vt absolute futuro, sed etiam vt conditionaliter futuro; nihilominus existimat se retinere libertatem simpliciter ex eo solum, quòd Petrus posset damnari, & posset in peccatis mori, si non esset prædestinatus, nec prædestinatio per gratiam illum moueret.

Hæc opinio plus nimio credit sensui diuiso, siquidem putat esse satis ad defendendam libertatem, etiam quando suppositio est antecedens; cùm tamen non sufficiat, nisi quando suppositio est consequens, id est, posita in potestate Ruiz de Prædestinatione.

personæ, de cuius libertate tractatur. Hæc enim de causa licet in sensu diuiso verum sit, Petrum in carcere vincitum catenis duabus posse perambulare ciuitatem, & totam prouinciam; nihilominus hæc perambulatio non est libera Petro; quia non est in eius potestate solui catenis, & dimitti è carcere. Eadem ratione cæcus in sensu diuiso videre potest; nihilominus illi non est liberum videre; quia cæcitatē suppositionem auferre non est in eius potestate, sed Dei. Propterea prædicta sententia libertatem eripit prædestinatis, & reprobis; quoniam prædestinationis, & reprobationis causalitatem affirmat esse prorsus independentem ab humana libertate, quod ipsum est in re suppositionem antecedentem esse.

10.

Quòd autem omnis suppositio antecedens eripiat libertatem consequentis, quod ex ea necessariò sequitur, fusiùs probatum fuit tomo de scientia Dei disput. 33. & multis sequentibus vsque ad 59. & tomo de voluntate sparsim plerisque disputationibus. Summa rationis est, quia si non est in potestate libera voluntatis impedire ne ponatur suppositio, nec positam tollere, nec in potestate libera positum impedire, ne sequatur actus, qui necessariò sequitur ex illa, contradictionem implicat libera potestas omittendi, vel faciendi talem actum.

11.

Sed magis apertam falsitatem præsert doctrina Catherini lib. 3. de prædestinat. capit. vltim. dicentis, prædestinatum necessariò saluari, & impossibile esse damnari. Vocat autem prædestinatos eos tantum, quos Deus tali gratia præuenit, vt ipsis liberum non sit in gratia non perseuerare. Concedit igitur illis antecedentem necessitatem salutis. Plura miscet Catherinus consequenter ad suam sententiam, quæ referre maioris erit dispendij, & oneris, quàm vtilitatis.

Catherini placitum.

12. Quid anti-

Contrarium extremum tenuerunt antiquiores Scholastici ferè omnes. Quibus constans & firmum decretum euitandi semper antecedentem necessitatem, vt contrarium Catholicæ libertati, fuit occasio dicendi, quamdiu non sunt in tempore factæ actiones liberae, quas Deus præsciuit, aut efficaciter voluit, aut prædestinauit, toto illo tempore contingens esse atque possibile, tales actiones Deum non præsciuisse, nec efficaciter voluisse, nec prædestinasse, nec homines elegisse, nec reprobasse; quas omnes operationes Dei, dicunt, in statu contingentia manere, quamdiu manent in statu contingentia futuræ operationes hominum.

Quid anti-

13. Hanc igitur rationem concordia primis inuenit Magister lib. 1. sentent. distinct. 39. cap. 2. clariùs autem sequenti distinct. 40. cap. 3. quasi ex aliorum Theologorum doctrina. Neminem autem reperio, qui prior illam tradiderit expressè. Potuit autem Magister ita intelligere, quæ scripserat Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. part. 2. cap. 17. post medium, & cap. 18. initio, & cap. 22. in medio, illis præcipuè verbis: Si mutaretur euentus, quod fieri potest, nec mutaretur, nec cassaretur prouidentia; sed potius nunquam fuisset præuisum, &c.

13.

14. Apertè tamen, quam retulimus, Magistri doctrinam defendere conantur sequentes Scholastici, quorum duplicata loca referimus, quoniam in prioribus agunt de diuina præscientia, E E e 2 sed

14.



sed in posterioribus de diuina voluntate & prædestinatione. Albertus 1. p. quæst. 61. membr. 6. & q. 63. memb. 3. art. 2. Alexander 1. p. q. 24. memb. 7. ad 3. vsque ad finem quæstionis, & quæst. 28. memb. 4. art. 3. præsertim ad finem, Armacanus lib. 16. de quæstionib. Armenorum cap. 11. & 14. S. Bonauent. 1. distinct. 38. quæst. vltima, & dist. 40. art. 2. quæst. 1. post medium, S. Thomas 1. dist. 39. quæst. 1. art. 1. corp. & ad 1. & de verit. quæst. 6. art. 3. ad 10. & q. 23. artic. 4. ad 4. (quamuis alibi retractauerit, vt infra videbimus.) Scotus 1. dist. 40. quæst. vnica ad 1. Durandus dist. 38. quæst. 3. num. 25. & dist. 40. quæst. 1. num. 7. & 8. Ricard. dist. 39. artic. 1. quæst. 2. & dist. 40. art. 2. quæst. 2. Carthusianus istorum, & aliorum verba referens, & approbans dist. 38. quæst. 2. & dist. 39. quæst. 1. & dist. 40. quæst. 2. Ocham dist. 38. quæst. vnica prope finem, & dist. 39. & 40. quæst. vnica artic. 2. ad finem, & artic. 3. dub. 1. & 8. & dist. 40. quæst. vnica artic. 2. conclus. 3. & art. 3. Gregor. 1. dist. 38. quæst. 2. art. 3. in 5. præmittendo, & in 2. probatione principali, & ad 2. & 3. rationem, & §. Respondeo ergo aliter, & dist. 40. quæst. vnica, artic. 3. colum. 2. Adam. lib. 3. sentent. dist. 14. quæst. 2. concl. 6. & sequentibus, & quæst. 3. dub. 2. Marfilus lib. 1. quæst. 40. artic. 2. post conclus. 4. 5. & 7. & prope finem articuli, & quæst. 41. artic. 1. notab. 4. num. 7. & 8. & in corollariis vsque ad finem quæstionis, Nicolaus de Orbellis 1. sentent. dist. 39. artic. 2. & dist. 40. artic. 2. Maior dist. 38. quæst. 5. prope finem, & dist. 39. quæst. vnica §. Insultus, Ferraricus lib. 1. contra gent. cap. 67. §. sed tamen. Citatur pro eadem sententia Syluester in confessorio quæst. 22. artic. 5. Videtur eandem tenere VValdenfis libr. 1. Doctrinalis capit. 27. præsertim colum. 2. Valde inclinatur Capreolus dist. 40. art. 3. & distinct. 45. art. 2. colum. penultima, licet oppositum dixisset dist. 38. art. 2. tota conclus. 6.

15. Ex recentioribus opinionem Magistri, quam retulimus, sequuntur Driedo de concord. liberi arbitrij cum prædestinatione part. 2. cap. 2. & 3. Albertus Pighius lib. 8. de libero arbitrio cap. 1. Vega lib. 2. in Tridentin. cap. 17. ad obiect. 3. & lib. 12. cap. 23. ante medium. Corduba lib. 1. quæstionarij q. 55. dub. 12. opin. 2. prope finem, & opin. 3. quam censet veritatem, in fine quæstionis, Valentia 1. p. q. 14. punct. 5. §. 3. circa finem, Bañez 1. p. q. 14. art. 13. Pennottus lib. 4. propugnac. cap. 24. num. 2.

16. Multo plus ab omni probabilitate recedunt, qui futurorum, quæ Deus reuelauit, contingentiam catenus seruant, quatenus vt si res non euenierit, Deus faciat, vt nulla reuelatio facta fuerit, nec ipse præscinetur eam rem esse futuram, neque prædixerit. Ita Dionysius Cisterciens. 1. dist. 38. quæst. vnica, art. 2. conclus. 4. & dist. 40. quæst. 2. & dist. 46. quæst. vnica Michael à Bononia 1. dist. 39. quæst. vnica, & dist. 40. & 41. Similia docet Holkor lib. 2. sentent. quæst. 1. ante quemdam art. 1. sub litera z & quæst. 2. art. 9. & Petrus de Aliaco 1. sentent. quæst. 12. toto art. 3. Omnes igitur citari Doctores prædictis modis exponunt sensum diuinum, in quo verè sint istæ propositiones, Prædestinatus potest damnari, Reprobatus potest saluari. Futurum præscitum, & prædictum à Deo, potest non euenire, & homo potest non facere, quod Deus præscit, aut quod prædestinavit.

Nihilominus absolutè & simpliciter iam esse necessariam diuinam prædestinationem, & reprobationem, tam quoad intellectiones, quam quoad volitiones, quas includunt, vel supponunt, ita vt Deus nunc efficere nequeat, vt non prædestinaverit Petrum nasciturum, nec vt non reprobauerit alium hominem nasciturum; hoc totum in præsentem supponimus, esse certum propter demonstrationes ex professo traditas tomo de scientia Dei disp. 31. sect. 4. & sequentibus, & tomo de voluntate Dei disputat. 16. sect. 5.

Itaque non tantum est impossibile Deum efficere, vt maneat simul vera prædestinatio, & æterna damnatio eiusdem hominis; aut reprobatio, & æterna beatitudo alterius hominis; sed etiam in quocumque sensu composito, vel diuiso, sit nunc absolutè impossibile Deum efficere, vt non prædestinaverit talem hominem futurum, & vt non reprobauerit alium hominem futurum; perinde sicut est nunc impossibile Deum efficere, vt non creauerit mundum. Cuius summaria ratio est, quia diuinæ prædestinationi & reprobationi quamuis repugnet ea conditio præteriti, quæ negat præsentem existentiam; perfectissimè tamen conuenit ea conditio præteriti, quod aliquando fuerit. Ex hac autem parte sequitur contradictionis implicatio, si concedatur effici posse, vt præteritum non fuerit.

Mirum autem est, quàm pauci ex antiquis Scholasticis veritatem hanc animaduertent circa Dei scientiam, ex quibus vix reperitur vltus, qui eam expressè applicauerit prædestinationi, vel reprobationi, vel diuinæ voluntati. De scientia igitur prædictam necessitatem irreuocabilem docent S. Thomas supra quæst. 14. artic. 13. ad 2. vt colligit Caietanus ibi, & lib. 1. contra gentes cap. 67. versùs finem. latè & bene Capreolus 1. dist. 38. quæst. vnica artic. 2. conclus. 6. (licet parum constanter) Palacios 1. dist. 38. disp. 2. versùs medium, & post medium conclus. 2. Molina 1. p. quæst. 14. art. 13. disputat. 16. Suarez lib. 1. de scientia futur. cap. vltimo num. 9. Albertinus tomo 1. quæst. 1. Theolog. ex 4. princip. philosoph. difficult. 2. num. 9. Zumel 1. p. quæst. 14. art. 13. disput. 5. concl. 5. Ledesma tract. de auxiliis disput. 2. affini difficultati primæ dub. 6. ratione 3.

Supra cæteros omnes promptissima foret conciliatio libertatis, si vera fuisset opinio, putans, ab æterno nihil increatum & immanens in Deo fuisse præter scientiam simpliciter necessariam, & volitionem simpliciter necessariam. Cuius primarius author est Aureolus 1. dist. 40. artic. 4. fine, vbi consequenter ad ea, quæ de scientia scripserat præcedenti dist. 39. art. 4. §. restat nunc, & quæ de voluntate diuina scribit 1. dist. 47. artic. 1. Cuius sententiam, & alias multas illi coherentes, aut consequentes refutauius tomo de voluntate Dei tota disp. 11. & 12. Omnibus enim eiusmodi sententiis nomine tenus conceditur Deo præscientia, & volitio, & prædestinatio futurorum; attamen re ipsa negatur, & ea de causa Dei præscientiam, volitionem, & prædestinationem conciliare cum futuris contingentibus, non est aliud, quàm ipsa futura cum se ipsis conciliare.

SECTIO

SECTIO VI.

Determinata præscientia conditionalium futurorum requiritur, vt cum libertate conciliari possit prædestinatio ante præuisa opera.

1. Sententia negans, prædestinationem fuisse constitutam ante præuisa opera, tanquam absolutè futura (quam retulimus disput. 7. sect. 1.) non requirit conditionaliam scientiam, quæ certitudinem prædestinationis cum libertate concordet. Quia tota certitudo prædestinationis robur accipit ex præscientia bonorum actuum absolutè futurorum, quibus ab æterno præcognitis vt præsentibus, Deus prædestinavit. Vnde fit, non esse antecedentem necessitatem, sed consequentem illam, quam affert eiusmodi prædestinatio, quia scientia visionis supponit futuritionem absolutam, & liberam, & prædestinatio supponit illam scientiam visionis. Verumtamen aliunde prædictam sententiam minus consonam esse Scripturæ, Patribus, & rationi, satis probatum fuit disputat. 8. & multis sequentibus.
2. Authores igitur alij, sectatores veræ sententiæ de causa prædestinationis, multo magis laborant in eius concordia cum libertate: cuius difficultas eos disperfit in plurimos ac diuersos modos conciliandi, quos retulimus, & qua parte sunt falsi, refutauius tomo de scientia Dei à disp. 33. vsque ad 50. Nunc igitur vnum tantum, aut alterum artingemus eorum, qui proximiores esse videntur nostræ sententiæ, ne verum illius intellectum impediatur.
3. Dico igitur primò. Prædestinatio, antequam opera præuideantur vt absolutè futura, certò prædefiniens, & causans opera pietatis, afferret hominibus antecedentem necessitatem, vel se periculo frustrationis exponeret, nisi sequeretur ductum præscientiæ de bonis operibus conditionaliter futuris. Ratio est, quoniam implicat contradictionem intentio finis certissima & prudentissima, quæ neque temerè præcipitur, nec exponatur frustrationis periculo; nisi præsupponatur ad illam scientia certissime dictans, quæ media forent habitura suum effectum, & de facto consecutura finem, si adhiberentur. Deus igitur non poterit efficaciter intendere fidem, spem, charitatem, poenitentiam, perseuerantiã, & premium æternæ gloriæ, retribuendum huic homini, nisi certò præsciat, quæ vocatio, quanta claritas illustrationis, quanta suauitas inspirationis, quibus in circumstantiis interioribus, & exterioribus obtineret ab eo consensum ad prædictos actus elicendos.
4. Confirmatur primò, quia voluntas secundum totam lineam voluntatis præcisam ab alia linea intellectiois, non habet certam directionem, vt finem intentum infallibiliter assequatur. Quocirca licet voluntas sit infinite perfecta, sicut est diuina, non potest certò & tutò statuere de tali fine consequendo, nisi certitudinem accipiat ab altera linea scientiæ dictantis, quibusnam mediis adhibitis certò perueniretur ad eum finem.
5. Confirmatur secundò, quia nec ipsos naturales effectus, prorsus independentes à libertate creata, potuisset Deus efficaciter velle, nisi præter scientia necessaria, dictans, quòd si talis causa de Prædestinatione.

farum collectio producatur à Deo, talique prudentia gubernetur, tales effectus producentur ab illa. Quapropter eadem ratione non erit possibile efficaciter velle effectus dependentes à libertate creata, nisi præluente aliqua scientia, quæ certò dicet, quòd si voluntas creata circumueniretur talibus mediis, & circumstantiis, tales effectus produceret. Rursus si scientia hæc fuerit simpliciter necessaria, quam humanum arbitrium auferre nulla ratione poterit; afferret antecedentem necessitatem operibus pietatis prædefinito, vel prædestinatio, quia nullo modo supponet exercitium libertatis creata. Consequens igitur est, requiri scientiam, quæ non sit absolutè necessaria, sed poterit aliud scire, sicut libertas creata potuit ad aliam partem se determinare.

Confirmatur tertio, quælibet enim opinio, quocumque modo concedens vnus saltem hominis prædestinationem ante præuisa opera, vel vt minimum concedens prædefiniendum vnus actus liberi, supponit aliquam scientiam conditionaliam, vt constabit per singulas opiniones discutendo. Nam & illa, quæ liberis effectus prædefinit per physicam prædeterminationem, supponit, Deum certò præsciuisse necessariam illationem, virtute cuius si huic voluntati adhiberetur physica prædeterminatio ad talem volitionem, talis volitio necessariò procederet ab illa voluntate. Quo genere scientiæ conditionalis, prædicta sententia putat, Deum cognouisse, Tyrios, & Sidonios poenitentiam fuisse acturos, si apud illos facta fuissent miracula, & prædicatio Christi Domini. Similiterque loquitur de aliis conditionalibus, quas legimus in literis sacris. Rursus Scholastici, qui putant, homines communiter non fuisse prædestinatos, nisi post præuisa opera, tanquam absolutè futura; nihilominus fatentur id, quod nefas esset in dubium vocare, Beatissimam semper Virginem, & quosdam insigniores Sanctos fuisse prædestinatos ante præuisa opera. Quorum vnicus erit satis, vt probet, quam intendimus, indigentiam conditionalis notitiæ, dictantis, quæ media consensum liberum obtinerent, si talibus voluntatibus adhiberentur.

Confirmatur quartò, quia licet de facto nemo fuisset prædestinatus ante præuisa merita; quin etiam licet de facto nulla prorsus actio libera fuisset prædefinita, negari non posset, saltem de potètia absoluta fuisse possibilem eiusmodi prædefiniendum, atque prædestinationem; cuius sola possibilitas supponit iam de facto penes Deum esse quiddam ex parte intellectus effectus simpliciter necessarium, vt prælueret decreto libero prædestinandi ante præuisa opera, vel decreto prædefiniendi. Proptereaque supponit, Deum pollere scientia consensum conditionaliter præstandi à voluntate, si talibus mediis & circumstantiis incitaretur ad illum.

Dico secundò. Scientia, qua Deus comprehendit vagas infallibilitates humanorum actuum, non satisfacit totaliter & adæquatè prædestinationibus omnium hominum, & earum perfectissimæ certitudini. Ad cuius explicationem & probationem suppono, S. Thomam aliquando recurrisse ad vagas infallibilitates, vt prædestinationem, aut reprobationem conciliaret cum libertate. Sic enim de verit. q. 6. art. 3. corp. post med. ait: *In homine, quem Deus prædestinat, vt adminicula preparat, quod vel non cadat; vel si cadat, quòd resurgat; sicut exhortationes, & suffragia orationum,*

17. Prædestinatio & reprobatio iam necessaria.

18.

19.

20.

6. Scientia conditionalis à diuersis opinionibus supponitur.

Virgo Beata.

7.

Prædefinitio nis possibilitatis.

8. Afferunt secundum. Scientia comprehendens vagas infallibilitates.

orationum, donum gratia, & alia eiusmodi. Quod ipsum obscurius, & breuius attingit in presenti q. 23. art. 6. ad 2. dicens: Licet sit possibile, secundum se consideratum, eum, qui est predestinatus, mori in peccato; tamen hoc est impossibile, postea, prout scilicet ponitur, eum esse predestinatum. Quia nimirum Deus adhibebit media, ut non cadat, vel si ceciderit, mortem non inferet, donec ad poenitentiam eum adducat. & in art. 3. ad 3. dixerat: Licet aliquis non possit gratiam adipisci, qui est reprobatus a Deo; tamen quod in hoc peccatum, vel in illud labatur, ex eius libero arbitrio contingit.

9. Quam retulimus doctrinam S. Thomæ ex q. 6. de veritate, recipiunt Capreolus 1. dist. 40. q. vnica conclus. 7. vbi Deza artic. 3. notab. 4. Ferrariens. lib. 3. contra gentes cap. 94. colum. penultima, & colum. vltima; Caietanus autem nullibi meminit huius doctrinæ. Verumtamen de his, & de meritoris operationibus Christi Domini, quibus vaga tantum necessitas fuerit imposita, copiose diximus præcedenti tomo de prouidentia disput. 8. sect. 6. Nihil igitur est mirandum, si recentiores aliqui recurrant ad hunc modum concordia. Quemadmodum Ioan. Mariana lib. 2. de morte & mortalitate cap. 11. & 12. & lib. 3. capit. 8. Cartagena discursu 4. versus finem pag. 72. & discursu 10. dub. 2. pag. 338. Henriquez tomo 2. lib. vltim. de sine hominis c. 4. §. 2. præsertim cap. 5. §. 5. & in Glossa litera B. Et quantum ad insigniter prædestinatos idem existimat Carherinus in opusc. de prædestin. lib. 1. cap. 3. de certitudine prædestinat. & alibi sæpe.

10. Attamen S. Thomæ nunquam fuit animus negandi prædefinitionem, seu prædestinationem bonarum actionum determinatè, & in particulari. Nam quod aliquæ saltem ita prædefiniantur, docet 1. 2. q. 9. art. 6. sine iuncta q. 112. art. 3. corp. & 2. 2. q. 24. artic. 11. corp. initio, & aliis multis locis, quorum verba ponderauimus præcedenti tomo de prouid. disp. 9. sect. 2.

11. Mens igitur S. Thomæ colligi potest ab exemplis, quæ præmittit in illo præcipuo testimonio de veritat. quæst. 6. artic. 3. Quale est illud: Omnia singularia vnus speciei sunt corruptibilia; & tamen per successionem vnus ad alterum, potest in eis secundum numerum saluari perpetuas speciei, diuina prouidentia taliter gubernante, quod non omnia deficiant, vno deficiente. Hoc modo est in prædestinatione, &c. Foret autem error nimium crassus, si per hæc verba negaretur Deo præscientia quorumlibet indiuiduorum in particulari, quæ producuntur à causis naturalibus, & determinata voluntas, ut illa producantur. Itaque per illa verba tantummodo significatur modus suauitatis, qui seruatur in ipsis effectibus, quorum vnus succedit in locum alterius. Eodem igitur modo proportionaliter intelligendum est, quod de prædestinatione docet, videlicet, ex parte effectuum diuina prædestinationis seruari suauitatem illam vnus medij, succedentis in locum alterius, quo non obtinetur effectus; reuera nihilominus apud Deum certissima præscientia, dictante, quo particulari medio consequendus esset effectus prædestinationis, si adhiberetur, & voluntate efficaci adhibendi illud medium post alia propter suauitatem, magis conformem reum naturis, & quia nonnulla media, præcedentia, disponunt, ut sequentia media consequantur effectum.

Suauitas prædestinationis.

Redeo iam ad probandam assertionem secundam, videlicet prædestinationibus omnium hominum, & illarum perfectissimæ certitudini, non esse satis solam scientiam infallibilitatis, quæ vagatur per plura media. Primò, nam ex vi talis scientiæ præcisè, Deus non potest prædestinare, & causare, ut tale medium in particulari, & indiuiduo cum talibus circumstantiis haberet effectum: ideòque non posset prædestinare, ut talis actus liber fidei, vel charitatis, vel alterius virtutis, eliceretur per hæc indiuidua auxilia, in hoc instanti, cum tanta intensione, & extensione obiectiua, tantæque constantia duracionis. Necessarium igitur est ad aliam partem diuinæ præscientiæ recurrere, cuius directione prædestinatio possit totam illam perfectionem & determinationem præconstituere, & causare.

Confirmatur, quia licet sine dubio Deus cognoscat infallibilitates vagas obiectorum, & illas velit (ut suo loco probatum fuit); nihilominus diuina scientia maneret diminuta, & confusa, si careret alia parte præscientiæ, quæ distinctè & determinatè singulas veritates conditionales de quibuslibet obiectis euidenter penetraret; maximè cum ratione perfectionis istius probata sit certitudo numeri prædestinatorum, non modò formalis, sed etiam materialis, supra disput. 53. sect. 2. & 3.

Probatur secundò, quia si diuina prædestinatio gubernaretur sola scientia infallibilitatis vagæ; compelleretur Deus obseruare, & quasi expectare, num priora media succederent, & obtinerent finem intentum; nam eo consecuto foret superfluum vltiora media subrogare. Si verò Deus per scientiam visionis animaduerteret, prioribus mediis effectum non esse productum, deberet alia subinde media multiplicare, nec ab illis cessare, donec scientia visionis ostenderet intètum finem peruenisse ad effectum. Hoc autem foret incidere tentando, & ex rerum euentibus addiscendo; proptereaque foret indignum infinita sapientia, & omnipotentia.

Tertiò probatur, obiectiua namque certitudo tota, quæ sciri potest in obiectis, præcisè sub ea ratione, qua sunt vagæ, & non determinatè infallibilia, est imperfectissima certitudo; siquidem non modò physice, sed etiam moraliter possibile fuit non existere quodlibet indiuiduum illius collectionis, etiam vltimum (quamuis inde non sequatur, posse frustrari prædefinitionem, factam virtute illius infallibilitatis, ut ostendimus præcedenti tomo de prouidentia disput. 8. sect. 9. & sequentibus.) In illa igitur diminuta certitudine obiecti sistere prædestinationem Dei, nec inuenire posse in obiectis maiorem aliam certitudinem, foret imperfectio magna diuinæ scientiæ, & voluntatis.

SECTIO VII.

Scientia moralis infallibilitatis, etiam determinata, & in indiuiduo, non plenè conciliat prædestinationem cum libertate.

Recolendum est, dari non rarè gradum quemdam libertatis, in quo minima reperitur indifferentia propter summam infallibilitatem moralem, ex pondere motiuorum, & circum

12. Probatio secunda conclusio.

13. Præscientia distincta & determinata.

14. Scientia visionis.

15. Obiectiua certitudo.

1.

circumstantiarum prouenientem; ex quibus determinata, & particularis volitio inferitur per consequentiam non physice necessariam, sed tantum moraliter infallibilem: sicut est infallibile, pauperem, & fame pereuntem, aut siti, protinus accepturum esse commodum cibum, & potum oblatum, & filiis esse daturum, si sufficiat omnibus. quam infallibilitatem in præcedenti tomo de prouidentia tota disp. 10. probauimus.

2. Quidam igitur Theologi, nullam aliam scientiam agnoscentes conditionalium futurorum, nisi eam, quæ prædictam infallibilitatem comprehendit, ex ea desumunt concordiam libertatis cum prædestinatione facta ante præuisum consensum liberi arbitrij tanquam absolute futurum. Hæc est sententia Gabrielis Vazquez, ut constabit attentè consideranti & inter se conferenti varia loca, præsertim disp. 67. cap. 3. & 4. & disp. 68. c. 4. & disp. 99. c. 6. 7. & 8. quem nonnulli Theologi sequuntur hoc tempore.

3. Nihilominus sit conclusio. Prædicta scientia moralis infallibilitatis non plenè conciliat prædestinationem cum libertate. Ratio prima est, quia diuina prædestinationis certitudo non potest esse perfectissima, & omnimoda, nisi præsupponat præscientiam futurorum conditionalium, prout in se ipsis existerent, si Deus adhiberet talia motiua cum talibus circumstantiis. Et enim infallibilitatem morali non obstantem, manet adhuc physice & absolute possibile non elici consensum, qui per illationem moraliter infallibilem ex talibus motiuis, & circumstantiis inferitur.

4. Ad cuius rationis declarationem & confirmationem obiectio sic. Scientia consecutionis moraliter infallibilis, est metaphysice certa, vsque ad eò, ut contradictionem implicet, non verificari quod dicitur. Igitur prædestinatio, quæ duceretur ea tantum præscientia, foret similiter certa metaphysice, proptereaque nullatenus exposita periculo frustrationis, ita ut contradictionem implicaret illam suo effectu fraudari: quemadmodum probatum fuit præcedenti tomo de prouidentia disp. 10. sect. 4. §. 5. & 6. & tomo de scientia Dei disp. 50. sect. 7. Quamobrem ad prædestinandas operationes moraliter infallibiles non erit necessaria alia scientia præter istam.

5. Responderetur. Quod ad præsens attinet, duplex est certitudo: alia namque præcisè & formaliter solam scientiam afficit, & perficit; alia verò certitudo non est in sola scientia, sed etiam est in eius obiecto, quod realiter à scientia distinguitur. Cuius euidentis exemplum esse possunt pluri mi consensu liberi, qui nulla infallibilitate, sed sola quadam probabilitate, propter exiguum excessum ponderis motiuorum, inferuntur ex illis. Nam in huiusmodi obiectis Deus comprehendit probabilitatem illationis istius, & illa comprehensio certissima est & euidentissima (sicut demonstratum fuit tomo de scientia Dei disp. 70. sect. 1. & sequent.) nihilominus in obiecto nulla certitudo cognoscitur, quia nulla est. Similiter in actibus liberis ex eo præcisè, quod Deus sciat, illos infallibiliter inferri ex motiuis, & circumstantiis, quantum est ex parte obiecti cogniti, certitudo, quæ scitur, est minor, quàm illa obiectiua certitudo, quæ cognoscitur per scientiam, quæ versatur circa tales actus liberos, tanquam æternitati præsentem, prout in se ipsis existerent in aliqua differentia temporis, quæ foret sub ta-

Infallibilitas moralis.

2.

3. Conclusio.

Præscientia conditionalium.

4.

5. Duplex certitudo.

libus motiuis, & circumstantiis, modo explicato in eodem tomo de scientia Dei disp. 75.

6. Prædicta verò inæqualitas obiectiua certitudinis, euidenter ostenditur; nam ex suppositione, quod talis consensus liber in se ipso foret æternitati præsens, & in sensu composito cum ea suppositione sequeretur non tantum moralis, sed etiam physica impossibilitas oppositi, contradictionem implicans. Quia sicut implicat Petrum non currere, ex suppositione, quod currit, & in sensu composito cum illa suppositione; sic etiam implicat contradictionem, quod Petrus non curreret, licet ei adhiberentur talia motiua, talisque circumstantia: si supponas, quod sub illis motiuis & circumstantiis Petrus esset currens, & loquaris in sensu composito cum hac suppositione.

7. Econtrario tamen ex ea præcisè suppositione, quod talis consensus per moralem infallibilitatem inferatur ex talibus motiuis, & circumstantiis, non sequitur physica impossibilitas omittendi consensum; sed adhuc in sensu composito cum ea infallibilitate manet physice, & absolute possibilis omissio consensus eiusdem, qui est moraliter infallibilis. Alioqui per physicam necessitatem inferetur consensus ex illa suppositione, quæ nullo modo penderet à libertate prædestinati: proptereaque necessitas erit absoluta, & antecedens, directè repugnans creatæ libertati. Altior igitur, & perfectior erit certitudo diuinæ prædestinationis, si non sistant in sola infallibilitate illationis, nec illam solam decernat (quam solam decernere potest, prælucente sola scientia infallibilis illationis,) sed vltius progrediatur, decernens in obiectis totalem, & omnimodam certitudinem, virtute cuius contradictionem implicet omitti consensum liberum in sensu composito cum tali prædestinatione, seu prædefinitione illius.

8. Confirmatur, quoniam euidentis est, & metaphysice certa pars illa diuinæ scientiæ, qua Deus cognoscit, aliquem consensum probabiliter & non infallibiliter inferri ex talibus motiuis, & circumstantiis: nihilominus indignum est Deo, virtute solius eiusmodi scientiæ prædestinare liberas operationes, non querendo maiorem certitudinem in obiectis cognitis. Tunc enim in sensu composito cum tali prædestinatione, foret physice, & moraliter possibile & probabile, omittendas esse prædictas operationes. Ad eum igitur modum, licet euidentis & metaphysice certa sit scientia, quæ dicitur moralem infallibilitatem illationis, foret indignum Deo prædestinare solius illius luce præeunte: quoniam in sensu composito cum tali prædestinatione, foret physice, atque simpliciter compossibile, nunquam elici consensus liberos, quos Deus ita prædestinasset.

9. Atque inde confurgit probatio secunda, quia quod est physice possibile, simpliciter, & absolute est possibile, consequenterque non est impossibile simpliciter & absolute loquendo; sed omitti consensum prædestinarum directione solius scientiæ infallibilis illationis foret physice possibile etiam in sensu composito cum tali prædestinatione (quemadmodum probatum est loco citato:) igitur omitti consensum ea sola scientia prædestinarum, foret simpliciter, & absolute possibile, etiam in sensu composito cum illa prædestinatione. Quapropter in sensu composito cum

Necessitas ex suppositione.

Physica possibilis.

Certitudo prædestinationis.

Quid absolute possibile.

illa prædestinatione. Quapropter in sensu composito cum illa prædestinatione foret simpliciter possibile prædestinatum damnari, & reprobum saluari, & vniuersaliter foret possibile, non fieri quoslibet actus liberos, quos Deus efficaciter voluisset fieri, si prædicta sola scientia niteretur.

10. Consequens autem esse falsum, probatur, quia sacra literæ, & Patres tanquam de re simpliciter impossibili loquuntur de omissione, vel impedimento cuiusvis actus liberi, quem Deus vult fieri, ac peculiariter circa prædestinatos: de quibus Ioan. 10. *Nemo potest rapere de manu Patris mei.* & Matth. 24. *Ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Qua parenthesi supponitur, electis esse simpliciter impossibile finalem errorem, vt omnes expositores agnoscunt, ac peculiariter Gregorius lib. 33. moralium cap. 27. parum à principio notat ideo subiunctam esse parenthesim illam, *Quia fieri non potest, ut in errorem electi capiantur.* Apocalyp. 3. *Ecce dedi coram te ostium apertum; quod nemo potest claudere.* Sic Fulgentius relatus sect. 5. initio docet, non posse perire prædestinatum, nec posse saluari, qui non est prædestinatus. Et Augustinus ibidem ait, necesse esse saluari, quem Deus vult saluum fieri: quapropter oppositum erit simpliciter impossibile. Anselmum lib. de concordia prædestinationis cap. 2. post medium docet, esse necesse fieri, quæ præsumuntur, & quæ prædestinantur.

11. Confirmatur Isaia 14. *Iuravit Dominus exercituum, dicens: Si non ut putavi, ita erit: & quomodo mente tractavi, sic eueniet: ut conteram Assyrium, &c.* & post pauca: *Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta; & quis auertet eam? Quibus verbis non difficultatem, sed impossibilitatem significari, notat ibi Hieronymus, & præterea notandum est impossibilitatem istam simpliciter dictam, non tantum referri ad frustrationem diuini decreti, sed etiam ad ipsos effectus perficiendos per liberas causas inimicorum debellantium, vt constat ex sequenti contextu.*

12. Plura recollere poteris ex disp. 28. sect. 12. Vnde magis directe ad rem præsentem S. Thomas lib. 3. contra gentes cap. 94. *Impossibile est, inquit, quod aliquod agens diuina prouidentia executionem impediatur, sibi contrarium agendo.* Consequens igitur est, efficacem & absolutam Dei voluntatem prouidentem, siue prædestinantem præsupponere lucem, & ductum talis scientiæ, virtute cuius absolute sit impossibile non fieri, quod volitum est, aut prædestinatum: proptereaque non sufficere scientiam infallibilitatis moralis.

13. Terria probatio conclusionis est, quia scientiæ solius illationis moraliter infallibilis, non tantum deficit in obiecto certitudo physica (sicut ratione prima probatum est,) sed etiam deficit amplitudo, quæ possit extendi ad dirigendas prædestinationes omnium Angelorum, & hominum, & ad omnes reprobationes, insuper ad prædestinandas quaslibet operationes liberas, quæ malæ non fuerint. Quod probatur, supponendo, plurimas esse operationes non tantum physice, sed etiam moraliter liberas, quæ non inferuntur ex tota collectione motiuorum, & circumstantiarum per infallibilitatem moralem, quas nos appellamus æquabiliter liberas. quarum veritas probata fuit tomo de scientia Dei disp. 74. Tales igitur operationes æquabiliter libere, non pote-

runt esse prædestinationis effectus, licet ad augmentum gratiæ & gloriæ conducant: nec à Deo prædestinari poterunt dirigente sola scientia moralis infallibilitatis. At verò tales operationes esse prædestinationis effectus, constat ex dictis supra disp. 21. sect. 4. & sequentibus: omnes autem operationes bonas esse prædestinatas, probatum fuit tomo præcedenti de prouid. tota disp. 9. præsertim sect. 8. & 9.

14. Confirmatur primò, nam in operibus pietatis, quæ prædestinatis augent meritum, & gloriam, magis quam in aliis operibus, expedit, & multo probabilius est, à Deo prædestinari non tantum substantiam actus, sed etiam gradum intentionis & mensuram extensionis obiecti, durationem, & alias omnes circumstantias, omnes enim valde conferunt ad explendam mensuram gratiæ, & gloriæ, ad quam quisque fuit electus, quod probatum fuit disp. 53. sect. 5. & 6. Karissimum autem est intentionis gradum, extensionis mensuram, ac durationem infallibiliter inferri ex motiuis, & circumstantiis (vt vidimus tomo de prouid. disp. 10. sect. 7.) Quapropter earum prædefinitioni, seu prædestinationi non potest lucem asferre sola scientia infallibilitatis moralis.

Confirmatur secundò, quia secundum prouidentiam ordinariam euenire poterit non rarè, prædestinatum aliquem in peccato mortali deuenire ad mortis articulum ita breuem, vt restet perexigua morula vitæ, vel saltem vsus rationis, ante raptum, aut phrenesim. Tunc autem esse videtur incredibile, quod Deus non possit efficere, vt ille prædestinatus conuertatur quàm celerim; quamuis ei non adhibeat vehementiora motiua, fortiorisque circumstantias, quàm solent adhiberi hominibus aliis, qui solent in vitæ curriculo conuerti sine illa morali infallibilitate illationis. Quod si Deus hoc potest efficere tanta securitate, quæ prædestinationis certitudini satisfaciatur; necessariò præsupponitur scientia, dictans, quibus mediis & circumstantiis conuertetur ille moribundus absque illatione moraliter infallibili. Virget autem magis hæc ratio in prædestinato peccatore, qui mortem proximè impendentem penitus ignoret.

Confirmatur tertio, nam Angelorum omnium prædestinationes & reprobationes vnico singulari consensu terminatæ sunt, qui consensus fuit omnibus Angelis moraliter liber, nec in eo potuit esse moralis infallibilitas; vt vidimus disp. 50. sect. 5. Ad eos igitur prædestinandos, aut reprobandos ante præuisa merita nullam lucem, ac certitudinem asferre poterat sola scientia infallibilis illationis, sed opus erat alia scientia futurorum conditionalium in se ipsis comprehensorum.

15. Quartò. Multa decreta Dei efficaciam circa bona, colligenda ex Adami peccato, vel ex aliis peccatis moraliter liberis, non potuissent constitui, quousque illa peccata præuiderentur vt absolute futura. Quod esse falsum ostendimus frequenter in hoc & in præcedenti tomo de prouidentia, præsertim, quoniam Deus eo sine permittit peccata, vt ex illis bona colligat.

14.

Pietatis opera quomodo prædestinatur.

15. De prædestinato moribundo in peccato.

16. Angelorum prædestinationes.

Bonum ex peccato & quomodo.

SECTIO VIII.

Conditionali præscientia congruentis, & opportune vocationis, & gratiæ, libertatem cum prædestinatione conciliat Augustinus.

1. Probatur primò, quia lib. de bono perseuer. cap. 11. sub initium: *Maiores, inquit, etiam hic, quos præiudic, si apud eos facta essent, suis miraculis crediduros, quibus non vult subuenire, non subuenit: de quibus in sua prædestinatione occulte eudem, sed iuste aliud indicauit.* Vnde sequitur euidenter, si voluisset eis subuenire misericorditer in sua prædestinatione; certò, & absque frustrationis periculo id fieri potuisset, faciendo miracula apud eos, quos præsciebat illis credituros, si apud eos facta fuissent.

2. Secundò, quia nullius Deus frustra miseretur: cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, vt vocantem sequatur; sicut scribit Aug. lib. 1. ad Simplician. q. 2. versus medium; & post mediū: *Non potest, inquit, effectus misericordiæ Dei esse in hominis potestate, vt frustra ille miseretur, si homo nolit, quia si velle etiam ipsorum misereri, possit ita vocare, quomodo illis aptum esset, vt mouerentur, & intelligerent, & sequerentur.* Scientia igitur, quæ Deus præscit, vocationem talem esse congruentem, & aptam, vt talis homo per illam moueretur, & intelligeret, & sequeretur vocantem, est primaria ratio certitudinis diuinæ prædestinationis, propter quam frustrari non potest, nec effectu carere, sed necessarium est liberum consensum obtineri.

3. Confirmatur, nam præcedentes, & sequentes sententias Augustinus potissimum dirigebat, vt ostenderet quomodo diuina vocatio sit effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eam vocatus sequatur; cum tamen vt vocatus obtemperet, in eius sit positum voluntate: & cum velle, & currere Dei sit & nostrum, Dei vocando, nostrum sequendo. Cuius difficultatis solutionem accipit ex eâ vocatione, quæ sit apta vocatis: huius autem aptitudo nihil prodesset, ad certitudinem afferendam vocanti, nisi vocans præciseret esse aptam, & opportunam, cui vocatus obtemperaret, si per illam vocaretur.

4. Sic igitur Augustinus in eadem quæst. 2. prope medium continuò postquam proposuit prædictam difficultatem, respondet: *An forte illi, qui hoc modo vocati non consentiunt, possent alio modo vocari accommodare fidei voluntatem; vt & illud verum sit: Multi vocati, pauci verò electi. Ut quamuis multi vno modo vocati sint, tamen quia non omnes vno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capienda reperiuntur idonei, & illud non minus verum sit: Igitur non volentis, neque currentis; sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem.*

5. Quod licet proposuerit inquirendo, per modum interrogantis, eo tamen animo proposuisse, vt affirmaret (sicut Aristoteles vt plurimum in libro problematum) constat, quoniam eandem sententiam, absque vilo dubitantis indicio, afferendo repetit non semel, veluti quando subiungit: *Ad alios autem vocatio peruenit, sed quia talis fuit, qua moueri non possent, nec eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi.* Vbi quod ait, *qua moueri non possent*, exponendum est per verba sequentia: *Nec eam capere apti*

essent. Ex suppositione namque, quod Deus præsciuerit, eos tali vocatione non esse mouendos, moueri non poterant: maximè cum verbum posset, apud Augustinum aliisque Patres non rarè valeat idem, quod subiunctiuum faceret, vel non faceret; sicut probatum est tomo de scientia Dei disp. 66. sect. 1.

Inferius autem iterum: *illi electi, ait, qui congruenter vocati; illi autem, qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamuis vocati. Item verum est: Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; quia etiam si multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, vt sequantur.* Huius autem vocationis aptitudo nisi certò præsciretur à Deo, priusquam decerneret eam adhibere, non procederet ab efficaci voluntate miserendi talibus hominibus potius, quàm aliis.

7. Proponit deinde quæstionem: *Cur ergo Esau non sic est vocatus, vt vellet obedire? Videmus enim alios aliter, eisdem rebus demonstratis, ad credendum moueri, quod variis exemplis, ex Euangelio petitis, confirmat.* Et in medio quæstionis eiusdem ita concludit: *Cum ergo alius sic, alium autem sic moueatur ad fidem, eademque res sapè alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat; alium moueat, alium non moueat: quis audeat dicere, desuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est? Desuisset autem ille modus vocandi, si non esset Deo notus, nec potuit esse notitia fidei tanquam absolute futuræ in Esau, quippe qui de facto non credidit ea fide: quocirca debuit esse notitia conditionaliter futuræ fidei, si tali modo vocaretur Esau. Quod ipsum paulò inferius repetit, dicens: *Cum Deus deserit, non sic vocando, quomodo ad fidem moueri potest: quis etiam dicat, modum, quo ei persuaderetur, vt crederet, etiam omnipotenti desuisse?**

8. Tertiò probatur, quia libro de bono perseuer. cap. 14. non procul à principio ait: *In massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur. Vbi Tyrus, Tyrus & Sidonij relictæ sunt, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam vt crederent, non erat eis datum, etiam vnde crederent, est negatum.* Hanc verò prouidentia diuersitatem exerceri negando, vel concedendo vocationem, quam Deus nouit vniuersi cuiusque ingenio congruentem esse, ostendit continuò subiiciens: *Et quo apparet habere aliquos in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentia, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. Et tamen si Dei altiori iudicio à perditionis massa non sunt gratia prædestinationis discreti: nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina, vel facta, per que possent credere, si audirent vtrique; vel viderent.* Quod autem illud verbum possent intelligat, credidissent, constat ex superiori, & inferiori contextu, in quo manifestè dicit de Tyriis, *credidissent, & de Iudæis, quod non poterant credere; constat etiam ex originali textu Matth. 11. Olim in iudicio & cinere penitentiam egiissent.* Non enim penitentia dicitur ibi nuda, sed actus conditionaliter futurus.

9. Probatur quartò, quia lib. de Spiritu, & lit. c. 34. cum dixisset: *Visorum, iustis omnibus agere Deum vt velimus, & credamus: consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire propria voluntatis esse;* subiungit: *Iam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet, cur illi ita suadentur,*



Modus suadendi Deo non.

ut persuadeatur; illi autem non ita: duo sola occurrunt interim, que respondere placeat: O altitudo divitiarum, & nunquid iniquitas apud Deum. Est igitur Deo notus modus ita suadendi singulis hominibus, ut illis cum effectu persuadeat, ut velint, & credant. Hæc autem notitia non est volitionis, & fidei absolute futurarum, sed conditionaliter futurarum: siquidem præsciuntur de pluribus hominibus, in quibus nunquam sunt futuri, sed forent, si Deus vellet illis persuadere.

Confirmatur, quia lib. de corrept. & grat. cap. 5. post medium tanquam exploratum supponit, Deum posse, quem velit, etiam nullo corripiente, corrigere, & ad dolorem salubrem poenitentia occultissima, & potentissima medicina sua potestate perducere. & paucis interpositis: Tunc autem correptione proficit homo cum miseretur, atque adiuvat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter, atque alij aliter dixeris, & innumera bilibus modis vocentur, ut reformentur, absque, ut dicimus, iudicium luxi esse debere, sed figuli. Figulus igitur iudicat, & discernit, quibus modis reformarentur omnes homines, non tantum illi, qui prædestinandi sunt, ut reformentur, sed etiam illi, qui non sunt prædestinandi, in quibus reformatio nunquam, ut absolute futura, sed tantum ut conditionaliter futura præscitur. Propter eandem rationem colligitur idem ex Augustino lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 19. dicente: Trahitur miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intrinsece in ipsis cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex non volentibus fiant.

Voluntas ex non volentibus.

11.

Probatur quintò, nam in lib. sex questionum contra Paganos epist. 49. quæst. 2. inter medium & finem: Tunc, inquit Augustinus, voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. His enim temporibus, & his locis, quibus Evangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali presentia fuerunt, qui in eum, nec suscitatis ab mortuis, credere voluerunt. & post pauca: Tam infidelibus plenum orbem terrarum Christum prioribus seculis noverat, ut eis apparere, vel prædicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat?

12. Reconfortum solutionibus occurritur.

Occurres autem aliquorum neotericorum solutionibus, observando prædictam doctrinam ab Augustino nullibi refutari tanquam falsam, sed solummodo declarari plenius, ut Theologis satisfaciatur. Nam lib. de prædestinat. Sanctior. cap. 9. prope finem: Quid enim est verius, inquit, quam præscisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? Sed verum, prædicato sibi Christo, & se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi: id est, utrum tantummodo eos præsciverit, an etiam prædestinauerit Deus, quæerere, ac differere tunc necessariò non putant. Quod idem fusiùs explicans, nihil aliud intendit, quam præscivisse Deum, quibus mediis, & auxiliis exterioribus, & interioribus, & quibus opportunitatibus temporum fuissent conditionaliter convertendi, vel non fuissent convertendi, quos prædestinare voluisset, aut non voluisset prædestinare.

13.

Tam certa igitur de præscientia Dei, & prædestinatione sententiam retractare non potuit Augustinus; quamvis in lib. de bono persever. c. 9. adductis verbis ex epist. 49. quæst. 2. quæ nu-

per retulimus, adiungat: Hac certe de Tyro, & Sidone non possumus dicere, & in eis cognoscimus ad eas causas prædestinationis hæc divina iudicia pertinere, sine quarum causarum latentium præiudicio tunc ista respondere me dixi. Quantum ad hunc articulum Augustini doctrinam recipit S. Thomas 3. p. q. 1. art. 5. ad 2. Sed magis ex professo, quam diximus, fuisse mentem Augustini, probarum fuit tomo de scientia Dei disp. 66. sect. 2. Quam etiam corroboravimus testimoniis Chrylostomi Colossen. 1. homil. 4. à medio vsque ad finem, & homil. 9. ad populum, colum. 2. & Gregorij Nysseni orat. catechet. cap. 29. & 30. & oratione de Nativitate paulo post principium, Theodoret lib. 6. de Græcorum affectionibus, qui est de providentia, prope finem, Athanasij orat. 2. contra Arianos prope med. & aliorum Patrum.

SECTIO IX.

Iterum Augustinus, & alij Patres prædestinationis concessæ, vel negatæ rationem, aut concordiam ex præscientia conditionata desumunt.

Conciliationem prædestinationis & gratiæ cum libertate Augustinus perpetuò declarat, & probat ex conciliatione divinæ præscientiæ, maxime verò in lib. de bono persever. quando diluit Semipelagianorum obiectiones, inferentium, correctiones, & exhortationes esse inutiles, aut impossibiles, ut constat cap. 15. & quatuor sequentibus.

Probatur primò, quia cap. 15. ad med. Sicut non deterremur, inquit, à constituenda præscientia Dei, si quis de illo populo sic loquatur, ut dicat: Sine nunc rectè vivatis, sine non rectè, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse præscivit, vel boni, si bonos; vel mali, si malos. Quam rationem pluribus confirmat, ut inde colligit, neminem esse deterendum à constituenda Dei gratia, id est, que non secundum merita nostra datur, & à constituenda secundum eam prædestinatione Sanctorum. Hoc autem argumentum Augustini nullo negotio diluerent aduersarij, si Augustinus ageret de sola scientia visionis, quæ supponit existentiam rerum absolute futurarum. Hæc enim præscientia conciliata cum libertate, adhuc peculiaris & longè maior difficultas restaret ad concordiam libertatis cum prædestinatione ante præuisa opera; loquitur ergo Augustinus etiam de præscientia, quæ præsupponitur ante divinum decretum tribuendi libero arbitrio, ut velit, & faciat opera pietatis.

Probatur secundò, nam id manifestius ostendit in cap. 17. prope initium, dum certitudinem irreuocabilem divinæ vocationis efficacis, de qua Roman. 11. Sine poenitentia, inquit, sunt dona, & vocatio Dei; ita confirmat: Nam in sua, que falli, mutariq. non potest, præscientia, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quidquam est, nisi prædestinare. Sicut autem ille, quem castum futurum esse præscivit, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille, quem castum futurum prædestinauit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit, ut castus sit. Oblerua primò argumentum, à concordia præscientiæ, colligens prædestinationis concordiam, sicut nuper de capite 15. dicebamus. Secundò, præscientia, in qua futura disponuntur, non est præscientia visionis: nam ea supponit, futura

A Dei gratia constituenda non deterrendus.

2.

Præscientia aliqua futurorum prior prædestinationis ordine non

non solum esse disposita, sed etiam facta. Quapropter debet esse præscientia futurorum aliqua prior, quàm dispositio, & ordo prædestinationis.

3.

Scientia simpliciter intellecta non vocatur præscientia.

Confirmatur, nam id, in quo aliqua actio exercetur, præsupponitur ad talem actionem: ergo præscientia, in qua futura disponuntur, seu prædestinantur, præsupponitur ante dispositionem, seu prædestinationem futurorum. Neque potest hoc limitari ad solam scientiam simpliciter intelligentiæ: nam per illam formaliter non præsciuntur futura, sed tantum sciuntur possibilita, ideòque non solet à sapientibus appellari præscientia, cum tamen Augustinus in presenti non solum insistat in nomine præscientiæ, sed etiam exprimat esse futurorum, & addat: Quem castum futurum esse præscivit, &c.

4.

A præscientia concordia.

Probatur tertio, quia præscientia, qua Deus præscit, quòd donaturus est, non præsupponit existentiam rei donandæ; ac proinde non est scientia visionis, nec est scientia simpliciter intelligentiæ; quoniam non esset in Deo, si Deus nollet: quapropter esse debet alia tertia scientia interiacens inter utramque. Huiusmodi autem est præscientia, vnde concordiam sumit Augustinus in dicto cap. 17. de bono persever. nam propius ad initium, quàm ad med. ita redarguit: An forte nec ipsa dicunt prædestinata: ergo nec dantur à Deo, aut ea se daturum esse nesciunt. Quod se & dantur, & ea se daturum esse præscivit, profectò prædestinauit. Et inde probat exhortationes non impediri propter prædestinationem, sicut non impediuntur propter præscientiam donorum Dei. Et prope initium eiusdem capitis dixerat: Ista igitur sua dona quibuscumque Deus donat, proculdubio donaturum se esse præscivit, & in sua præscientia præparavit.

5.

Prædestinatio præscientiæ nomine aliquando.

Quòd idem pluribus confirmans tandem in fine capitis ita concludit, & inchoat caput 18. Hæc Dei dona, si nulla est prædestinatio, quam defendimus, non præsciuntur à Deo: præsciuntur autem. Hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus. Vnde aliquando eadem prædestinatio significatur etiam nomine præscientiæ, sicut ait Apostolus: Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. Hoc, quod ait, præscivit, non rectè intelligitur, nisi prædestinauit, quod circumstantia ipsius locutionis ostendit. Et circa medium eiusdem capitis 18. Plebem, inquit, propterea Deus non repulit, quia præscivit. Denique tam in fine eiusdem capitis, quàm in sequenti cap. 19. Patres antiquiores dicentes, Deum prædestinasse homines, quos præscivit facturos esse bona opera, exponit intelligendos de operibus, quæ Deus præscit sua gratia, & prædestinatione faciendâ.

6.

Euaresones.

Occluduntur.

Scientia mediocrum.

Duabus præcedentibus probationibus aliquis respondebit, Augustinum his in locis egisse de præscientia, per quam bona opera quasi absolute futura præsciuntur à Deo, non in se ipsis, qua ratione presentia sunt in aternitate; sed in diuino decreto, quo Deus vult efficaciter facere, ut fiant. Hoc tamen nihilo debiliores reddit prædictas probationes, quoniam ut Deus in suo decreto, & voluntate efficaci certò præsciat tanquam absolute futura opera, liberè faciendâ ab arbitrio creato, necessarium est scire, quòd media, & motiua, quæ decreuit adhibere ad eos effectus consequendos, talia sunt, ut manente integra potestate non volendi, certò alliciant arbitrium ad volendum, & operandum talia opera. Hæc autem scientia de mediis, & de illorum idoneitate, aptitudine & congruentia, si certa sit, ut esse debet,

est scientia de futuro conditionato: siquidem non est scientia de futuro absolute, cum hæc supponat decretum efficax, & prædicta scientia de idoneitate mediõrum præsupponatur ante decretum efficax. Consequens igitur est, eam scientiam, de qua loquitur Augustinus in locis nuper adductis, aut esse scientiam conditionatam, aut eam quiddam claudere quasi simpliciter necessariam ad cognoscendos actus liberos in diuino decreto.

7.

Confirmatur primò, nam si Augustinus ageret de sola scientia, qua Deus in suo efficaci decreto cognoscit res ut absolute futuras, nullum inde argumentum sumere posset aduersus eos, qui negabant tale decretum absolute Dei, quia consequenter negarent aliquid in decreto sciri.

Confirmatur secundò; argumentantis enim vitium est, argumenti vires penitus eneruans, supponere in antecedenti illud ipsum, quod probare intendit: Augustinus autem his in locis probare intendebat, efficax decretum prædestinandi ad bona opera, & ad gloriam, non impedire libertatem, nec exhortationes, & correctiones; hoc autem probat, quoniam ea non impediuntur Dei præscientia: ergo vitium esset, hanc rationem sumere à præscientia supponente prædictum decretum.

Supponere quòd probandum argumentantis vitium.

Confirmatur tertio, nam argumenta sumenda sunt ab iis, quæ conceduntur ab aduersariis, vel saltem possunt facilius, & clarius probari, quàm conclusio. Huiusmodi autem non erat scientia supponens decretum, sed scientia vniuersaliori & certiori consideratione desumpta. Idem autem clarius colligitur ex testimoniis statim adducendis.

Argumenta vnde sumenda.

Quarta probatio ducitur ex proprietate electionis, de qua Augustinus lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. colum. 4. Nemo, inquit, eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reijcitur. Vnde quòd dictum est, quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem, non video, quomodo sit dictum, nisi præscientia. quæ apud Augustinum intelligi non potuit absolute futurorum: ut constat ex tota disp. 10. Restat igitur, solam præscientiam conditionaliter futurorum ostendisse distantiam, quam homines eligendi fuissent habituri, si tales illis circumstantiæ, motiuaque alia donarentur, ut fusiùs ostendimus tota disp. 10. sect. 4.

8. Electionis proprie.

Quamobrem idem colligitur ex Augustino ferm. 7. de verbis Domini secundum Matth. initio. Nam de illo tractans, qui se obrulerat, dicens: Domine sequar te, quocumque ieris, obseruat fuisse reiectum, quia si sequeretur Christum, sua quaesturus erat, non qua Iesu Christi. & infra ponderans illud Roman. 11. Reliqui mihi centum millia, &c. Quid est, inquit: Reliqui mihi? Ego illos elegi, quia vidi mentes illorum de me presumptas, non de se, nec de Baal. Quòd autem Augustinus hæc non intelligat scientiam absolute futurorum, sed scientiam, quæ sit prior, quàm absoluta futuritio, constat ex iis, quæ de eisdem Apostoli verbis Augustinus disserit multis in locis, quæ retulimus disp. 8. sect. 8. à principio, & disput. 10. sect. 5. à principio.

9.

Prosper, & Fulgentius, multoties ad præscientiam Dei recurrunt, ut defendant, fuisse iustam reprobationem quorundam hominum, & esse certissimam prædestinationem, ac reprobationem, non obstante libertate. Quorum testimonia non posse aliter explicari, quàm de scientia conditionata;

10.

ditionata, probatur multis, quæ prætermittuntur modò, quoniam fusè tradita sunt disp. 11. sect. 2. Quibus adde, colligi eandem concordiam rationem ex Prospero lib. 1. de vocat. gent. cap. 10. in medio, quia tractans illud Roman. 11. Non repulit Dominus plebem suam, quam præsciuit, infert: Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, & sunt qui in Christo iustificati sunt, &c. & lib. 2. de vocat. gent. cap. 33. circa medium, ex præscientia Dei tantquam ex ratione deducit electionis diuinæ certitudinem, quæ nullis contrariis euentibus potuerit impediri, sed eos sibi faciat famulari.

11. Notentur illa præsertim verba: Nihil obistere diuina gratia potest, quominus id, quod voluerit, impleatur. & post pauca: Omnes varietatum compugnancia, & vniuersa dissimilium euentuum causa, quas inuestigare, & discernere non valemus, in illa æterna scientia simul nota, simulq; diuise sunt. & ad finem illius capitis: De plenitudine quippe membrorum corporis Christi præscientia Dei, quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa præcognita, atque in Christo ante secula æterna præelecta. Sic etiam certitudinem numeri prædestinatorum, & reprobatorum ad præscientiam reuocat in eodem lib. 2. de vocat. cap. 29.

12. Beda, & Anselmus transcribunt Augustini verba ex cap. 18. de bono perseverant. quæ retuli n. 5. & inferunt suis commentariis ad Roman. 11. ad illud: Non repulit Dominus plebem suam, &c. dicentes: Plebem suam propterea Deus non repulit, quia præsciuit; & rationem reddunt: Præsciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratia fuerat ipse factururus, hoc est, prædestinavit. Beda rursus lib. de variis quæstionibus, q. 13. post med. tom. 8. prius libertatem conciliat cum prædestinatione ad mortem, quoniam supponit præscientiam futuri peccati. Vnde infert: Sicut ergo prædestinatio ad mortem non coëgit malos, ut pereant: ita etiam prædestinatio ad vitam non coëgit bonos, ut saluentur.

13. Clarius tamen Anselmus lib. de concordia prædestinat. & grat. cap. 1. circa medium, ad necessitatem consequentem ex libera voluntate, quam Deus præsciuit, ita concordiam reuocat: Has necessitates facit voluntatis libertas, quæ priusquam sint, eas cauere potest. Hac omnia Deus, qui scit omnem veritatem, & non nisi veritatem: sicut sunt spontanea, vel necessaria videt, & sicut videt, ita sunt. Hac ergo consideratione palam est, quia sine omni repugnancia, & Deus præscit omnia, & multa sunt ex libera voluntate, quæ antequam sint, fieri potest, ut nunquam sint: & tamen quodammodo sunt necessitate, quæ necessitas, ut dixi, descendit de libera voluntate. Quam concordiam in sequenti cap. 2. post medium extendit ad prædestinationem, sic vnus cum altera comparationem concludens: Patet igitur ex his, quæ dicta sunt, si bene considerentur, quia nec prædestinatio excludit liberum arbitrium, nec liberum arbitrium aduersatur prædestinationi. Siquidem omnia illa, quibus supra monstrauimus, liberum arbitrium præscientia non repugnare, pariter ostendunt illud prædestinationi concordare. Quæ, & alia multa eiusdem Anselmi testimonia, ponderauimus tomo de scientia Dei disp. 33. tota sect. 2. Eandem concordiam rationem sequitur Hugo Victor. lib. 1. de Sacrament. part. 2. ad cap. 16. præsertim cap. 22. in medio, & in quæstionibus circa epist. ad Rom. q. 217. prout fusius ponderauimus eadem disp. 33. de scientia sect. 4.

14. Probatur sextò, quia futurorum præscientiam esse priorem electione, prædestinatione, vel re-

probatione, atque vtrique præluere, ne incurrat periculum frustrationis, nec libertatem violer humanam, sæpe docent Chrysostronus, & alij Patres; sed tamen eos intelligere non aliam, nisi scientiam conditionatam, probatum est disp. 11. sect. 2. & sequentibus. Nam in eius sect. 3. probatum est, Chrysostronum docuisse prædestinationem, quæ faciat homines dignos sortis Sanctorum, & sit causa meritorum: ideòque non nisi præscientiam practicam, & factiuam intelligere potuisse, quando dixit, esse priorem prædestinationem, probatum est ibidem sect. 6. Ex qua notetur peculiariter illa verba: Vocauit, quando obtemperaturos sciebat; & iterum de Paulo vocato: Quando obtemperaturos erat; & non antea, quia illi non renixurum sciebat. & iterum de latrone: Vocatus ille non parauisset ante crucem, & reliqua, quæ retulimus ibi.

15. Talia multa retulimus in eadem disp. 11. sect. 7. ex Cyrillo Alexand. Theodor. Theophylacto, Oecumenio, Photio, Origene, Theodulo, Anastasio Nicæno, Philone Alexand. necnon in sect. 8. ex Latinis Patribus Hieronymo, Ambrosio, & autore Commentariorum ad Rom. apud Ambrosium, atque etiam Sedulio, Gregor. Magno, Beda, Anselmo, Concilio Valentin. 111. Hugone Victorino, autore Hypognoticon, Glossa Ordinaria, Cassiodoro, Laurentio Iustiniano, & aliis.

Septima probatio non minus valida resultat ex morte, quam Deus prædestinatis affert multoties, quoniam præuidet futura peccata, quæ committerent, si diutius viuerent: & ex morte, quam aliquibus reprobis infert, quamuis præciat penitentiam, quam agerent, si diutius viuerent, de quo diximus satis supra disp. 24. tota sect. 6.

Probatur octauò plurimis testimoniis Patrum, qui libertatis concordiam accipiunt ex præscientia; sed non ex præscientia rerum, ut absolute futurarum: quemadmodum probatum est tomo de scientia disp. 69. sect. 12.

Confirmatur primò, quia non solum de præscientia, sed etiam de prouidentia loquuntur.

Confirmatur secundò, nam si quis voluerit eorum testimonia limitare ad malas actiones, adhuc negare non poterit, quin eas Deus permittat præsciis infallibiliter futuris, si permittantur, ut ostendimus præcedenti tom. de prouid. tota disp. 12. & 13. Quapropter ante suam permissionem Deus certò præscit futuritionem prauæ operationis, si permittatur.

Vnde confirmatur terriò. Nam sicut ante permissionem certò præsciuntur actiones malæ, sic & potiori iure ante prædefinitionem, seu prædestinationem præsciri debent actiones honestæ, ut conditionaliter futuræ.

Hi Patres sunt omnes, qui affirmant non ideo liberas actiones esse futuras, quia præsciuntur à Deo, sed potius ideo præsciri, quoniam futuræ sunt. Quod licet frequentius declarent exemplo malarum actionum; nihilominus vniuersaliter id affirmant de quibuscumq; actionibus etiam honestis, cum discrimine tamen: nam honestarum actionum Dei præscientia, & prædestinatio principalis causa est. Sed quoniam non est causa, nisi dependenter à libera cooperatione voluntatis: propterea Patres affirmant, eas actiones non præsciri, nisi supponendo ex parte obiecti cooperationem liberi arbitrij. Hoc significat vtraq; propositio causalis affirmatiua, & negatiua, cum referretur ad actiones honestas: quæ tamen simpliciter

Præscientia futurorum, conditionata.

15.

16. Prædestinati mors.

Mors reprobis.

17. Libertatis concordiam unde sumant Patres.

Bona & mala actiones quomodo præsciuntur.

18.

Honestæ actionis quo pacto auctor Deus.

ciorem intellectum reddit, quando refertur ad actiones prauas.

19. Huiusmodi est, quod Augustinus tradit lib. 5. de ciuit. c. 10. vbi non solum de prauis, sed etiam de bonis actionibus differit, ut ostendimus tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 3. & idem Augustinus lib. 3. de lib. arbitrij. c. 2. & 4. ut ostendimus in eodem sect. 3. Eodem modo de libertate cum certitudine præscientiæ componenda differunt Iustinus in lib. quæstion. Christianis à Gentibus positarum, q. 58. Athanasius ferm. de Passione, & Cruce Domini propius ad princip. quam ad med. Chrysostronus homil. 60. in Marth. ad illud capit. 18. Necesse est, ut veniant scandala. Cyrillus Alexand. lib. 9. in Ioannem, cap. 10. ad finem, & lib. 11. cap. 21. post med. Epiphani. lib. 1. hæresi. 38. post med. Hieronymus dialogo 3. aduersus Pelagianos col. 5. & Jerem. 26. & Ezech. 2. Damascenus dialogo contra Manichæos prope med. & pag. antepenult. Origenes lib. 2. contra Celsum longè ante med. & lib. 7. in cap. 8. ad Rom. Eusebius de præparat. Euangel. lib. 6. cap. 9. circa med. Leo Magnus ferm. 16. de passione cap. 2. & alij Patres: quorum omnium testimonia perpendimus dicta disp. 33. tota sect. 4. In quibus Patribus illustris est testimonium Boëtij lib. 5. de consol. philosophica, prosa 6.

20. In eisdem Patribus postremò obseruandum est, clarius agere non solum de prauis, sed etiam de bonis actionibus, Iustinum, Athanasium, Epiphanium, Hieronymum, Damascenum, Origenem, Eusebium, Leonem, & Boëtium: prout obseruatum est ad singulorum testimonia in prædicta sect. 4.

21. Scholasticorum tandem autoritas eandem concordiam rationem corroborat; communiter enim omnes (paucis recentioribus exceptis) propterea libertatem illam seruari putant, quia prædestinatio supponit præscientiam; præscientia verò supponit aliquam futuritionem actionis liberæ. Quorum omnium verba posuimus tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 6. 7. 8. & 9. Ex quibus in sect. 7. monstrauimus eam esse mentem Angelici Doctoris, receptam ab omnibus antiquis illius scholæ sectatoribus. Quòd autem ea præscientia, quæ supponitur ad prædestinationem, esse debeat conditionaliter futurorum, ex eisdem Scholasticis probatum fuit in eodem tomo de scientia Dei disp. 67. Peculiariter autem quòd attinet ad S. Thomam, probatum est ibi sect. 2. præterquam quòd præscientia futuritionis absolute supponit factum esse futurum, propterea que non potest dirigere decretum faciendi illud, neque prædestinationem: ut probatum est eodem tomo de scientia disp. 69. sect. 12. Quocirca non restat alia præscientia, quam Scholastici potuerint supponere ad prædestinationem factam ante præuisa opera, vel ad solam vnus operis prædefinitionem.

SECTIO X.

Rationes à priori, propter quas concordia prædestinationis, & reprobationis exigit scientiam conditionalium futurorum.

1. Dico primò. Concordiæ ratio à priori, communis prædestinationi & quibuslibet Reuz de Prædestinatione.

cretis absolutis, duo distinguit, quæ possunt in eis considerari. Alterum est causalitas præcisè ratione sui taliter efficiens, ut libertatis indifferentiam conseruet illam. Hæc igitur causalitas, abstrahendo illam à præscientia, propterea libertati concordat in prædestinatione, quoniam suas partes relinquit humanæ voluntati, ut tanquam secundaria causa, & subordinata Deo, possit suæ prædestinationi cooperari, & non cooperari: sicut probatum fuit disp. 27. & nouem seqq.

Alterum in prædestinatione considerandum est ineuitabilis, & inuincibilis certitudo. Quæ est prouenire non potest à causalitate, præcisè considerata; consequens est, ut proueniat ex præscientia, & ex eo, quòd absolutum Dei decretum sequatur ductum illius, & innitatur eidem præscientiæ: quemadmodum probatum fuit sect. 6. & 7. Vnde tandem efficitur, prædestinationem, aut reprobationem, & quamlibet prædefinitionem, aut decretum absolutum Dei neque postulare, neque admittere aliam concordiam libertatis, nisi quam præscientia præstiterit, quæ totius certitudinis est origo.

Dico secundò. Conditionalis scientiæ necessitas ad reprobationem, & permissionem peccatorum infallibilem cum libertate conciliandam, est clarior, quam ad prædestinationem conciliandam. Huius autem causa est, quia turpes operationes Deus non prædestinat, neque prædefinit, neque causat, ut fiant, (quemadmodum probatum fuit tomo de voluntate Dei disp. 27. vsque ad 50.) quamobrem non poterit homines reprobare ante præuisa peccata sicut absolute futura; nisi certò præciat, sub quibus circumstantiis, & motiuis forent liberè peccaturi, non obstante possibilitate non peccandi, & obtinendi salutem, quam Deus collatis, & oblatis auxiliis subministrat.

Confirmatur primò, nam hoc genere concordiam facilius, plenius & clarius satisfiet reprobatorum querelis de prouidentia Dei circa ipsos, & vitabitur desperationis præcipitium, temperabiturque rigor, & species crudelitatis, quæ videtur inesse reprobationi. Hic enim concordie modus non modò non imponit antecedentem necessitatem peccandi, verum etiam non semper imponit, nec permittit moralem necessitatem, aut excæcationem, vel obdurationem, sed integram relinquit libertatem physicam & moralem, maximè ad primum & vnicum peccatum lethale, propter quòd aliquis est damnandus: in eo quippe vel maximè nimis videretur esse rigor, & species crudelitatis.

Confirmatur secundò, quia primum Adami peccatum, & quòd in via commissum fuit ab Angelis, & quæ committuntur ab hominibus iustis, quando sunt remoti à vehementioribus tentationibus, & occasionibus peccandi, & alia non pauca sunt moraliter libera. Quorum permissio & euentus esse non potuit omnino certus, nisi per scientiam conditionaliter futurorum in se ipsis.

Confirmatur terriò, prædefinit enim Deus non tantum permissionem vnus cuiusque peccati in particulari, sed etiam intentionis, extensionis, durationis, & totius grauitatis, atque ita prædefinit, ut, supposita permissione, certissima sit futuritio eorum omnium, quæ permittit (ut probatum est tomo præcedenti de prouident. disp. 12. sect. 2. 3. & 4.) Cum igitur quantitas intentionis, extensionis, durationis, & grauitatis valde rarò sequatur infallibiliter ex circumstantiis; consequens est, ut pluri

Causalitas decreti.

2. Vnde certitudo prædestinationis.

3. Scientia conditionalis.

4.

Modus huius concordie.

Peccata moraliter libera qua.

5. Dei prædestinatio circa peccati permissionem etiam quoad intentionem, &c.

plurimum esse moraliter liberam quantitatem intentionis, extensionis, & durationis: proptereaque prædefiniri non posse permissionem illarum, nisi per scientiam conditionaliter futurorum in se ipsis comprehensorum.

6. In reprobatione non formalitates.

Vnde corollarium est, ad conciliandam reprobationem cum libertate, nihil opus esse distinguere formalitates illas, quas in prædestinatione distingimus initio præsentis sectionis. Etenim omnes reprobationis effectus, qua ratione sunt effectus reprobationis, sunt à solo Deo, non faciente, vt eos faciat homo: vt constat de pœna, de permissione peccati, de negatione; aut concessione gratiæ, de creatione reprobis, & omnibus circumstantiis naturalibus: quos effectus retulimus disp. 3. sect. 5. & seqq. Nam si qua formalitas pœnæ, & excæcationis, in peccatis inclusa, est effectus reprobationis, homine liberè concurrente ad illam, diuina reprobatio non procurat, nec facit, vt homo concurrat ad illam, quia ille concursus est malus.

7. Conditionalis scientia peccatorum.

Dico tertio. Necessaria est conditionalis scientia peccatorum ad conciliandam libertatem peccantium cum prædestinatione, tam eorumdem hominum, qui peccant, quam aliorum electorum, & diuinæ gloriæ.

Ex peccatis bona colligit Deus.

Probat, nam ex peccatis reproborum Deus colligit plurima bona, veluti ostensionem iustitiæ punitiæ, suæ bonitatis maiorem gloriam, & plurimas vtilitates prædestinatorum: sicut ex professo probatum fuit disp. 16. sect. 5. & seqq. Item ex peccatis prædestinatorum Deus multa bona colligit in eisdem, vel in aliis prædestinatis, vt probatum fuit disp. 23. sect. 3. Hæc autem bona non potuisset Deus sua prædestinatione tutò & certò decernere sine præuia luce conditionate scientiæ, certò dictantis, quòd illa peccata forent committenda à talibus hominibus, si constituerentur à Deo sub tali rerum collectione ex se bona, permittendo talia mala.

Hæc autem impossibilitas clarior emicat in illis bonis, quæ necessariò dependent à peccatis committendis; sicut pœnitentia, martyrium, & iusta punitio populorum fidelium, quam exequuntur iniuste tyranni, & hostes Ecclesiæ.

8. Mirabilis dispositio Dei.

Confirmatur, quoniam aliquando Deus prædestinat, vt aliqua bona sortiantur effectum per eandem ipsas actiones peccatorum, per quas peccatores conabantur illa impedire: sicut per venditionem Iosephi fratres intendebant impedire principatum illius, per eandem autem cooperati sunt illi. Sed de his, aliisque plurimis, quæ circa peccata disponi nequeunt sine scientia conditionata, plura diximus præcedenti tomo de prouidentia disp. 12. & tomo de voluntate Dei disp. 44. sect. 5. & seqq.

SECTIO XI.

Soluntur obiectiones aduersus concordiam habentis explicatam.

1.

Quædam obiectiones directè non pugnant, nisi contra scientiam conditionalem, causando falsitatem, aut incertitudinem, aut naturalem necessitatem, aut nouitatem, aut Semipelagianismum illius. Quibus omnibus quoniam abundè satisfecimus tom. de scientia Dei disp. 62. & multis seqq. nihil opus est modò respondere.

Quæ verò magis directè pertinent ad præsens institutum, hæc sunt.

Prima, quoniam absurdum videtur, & à Dei clementia, & bonitate alienum, homines vocare tali modo vocationis, & sub talibus circumstantiis exterioribus, sub quibus nouit, illos non esse obtemperaturos, sed repugnaturus.

Confirmatur primò, quoniam ita vocare, videtur secundùm moralem æstimationem, idem esse, atque velle, vt homines illi non conuertantur, neque saluentur. Nam si Deus vellet, vt conuerterentur, adhiberet congruam vocationem, & opportunas circumstantias, vel saltem non obseruaret, nec studiosè quæreret occasiones, & vocationis modum hominis ingenio minimè contempturum.

Confirmatur secundò, quia difficultatem auget innumerabilis hominum multitudo, quibus incongrua auxilia conferuntur, & pereunt.

Respondetur. Tali modo vocationis, & sub talibus circumstantiis exterioribus vocare, sub quibus nouit Deus homines non esse obtemperaturos, foret indignum infinita clementia, & bonitate, si Deus intenderet, procuraret, causaret, quæreret, aut captaret incongruitatem, & importunitatem auxiliorum. Nihilominus plurima, & copiosa auxilia conferre, permittendo eorum incongruitatem ab hominibus culpabiliter causatam est modus prouidentie dignissimus infinita sapientia, clementia, bonitate, atque iustitia.

Probat, & explicatur. In illa quippe vocatione, & auxiliis, quæ sunt incongrua, continentur quamplurima beneficia naturalia, & supernaturalia, interiùs, & exteriùs, generaliter, & specialiter omnibus præcitis, aut plurimis illorum exhibita eo tempore, quando ipsi nihil aliud merebantur, nisi extremum supplicium. Hæc beneficia numerauimus supra disput. 17. & 18. Adde quòd semper, aut ferè semper Deus confert plura, & magis copiosa auxilia, quam simpliciter necessaria sunt, vt homines conuerti possint, quando voluerint. Rursus illa omnia quantum est ex parte Dei, semper essent congrua, & efficacia: vt probatum est disp. 39. & multis seqq. præsertim 41. Quòd autem sint incongrua, & inefficacia, hoc habent præcisè ex malitia hominum, qui liberè resistunt, cum foret illis absolute possibile consentire, & cooperari.

Vnde colligo secundam rationem, propter quam non est indignum infinita bonitate prædicto modo vocare, & auxiliari: quoniam quidquid auxiliorum, potestatis, beneficij, & gratiæ reperitur in talibus auxiliis (quod est dignitate, & magnitudine penè incredibile) totum prouenit à Dei benignitate merè gratuita, reddentis bona pro malis, & pluentis etiam super iniustos. At verò quidquid inefficaciæ, & consequenter incongruitatis reperitur in talibus auxiliis, hoc totum prouenit tanquam à totali causa per se, & directè causante à sola malitia hominum liberè resistentium.

Idem confirmant rationes, quæ supra tota disput. 17. probant, Dei bonitatem, clementiam, & liberalitatem ostendi, & exerceri etiam in creandis, & conseruandis hominibus, quos præcise esse damnandos.

Ex dictis colligitur solutio ad confirmationem, negando antecedens: imò contrarium manifestè probatur. Nam voluntas Dei ostenditur in illis effectibus, quos Deus per se intendit, &

4. Voluntas Dei in quibus effectibus ostenditur.

& causat, non verò in aliis, quos non intendit, neque causat, sed tantùm permittit fieri contra suam voluntatem antecedentem, & contra virtutem actiuam, quam ex se habet causalitas gratiæ. At verò effectus, quos Deus per se intendit, & causat, solummodo sunt auxilia, & beneficia quamplurima naturalia, & supernaturalia, exteriùs, & interiùs, generaliter, & peculiariter collata: quæ omnia per se prouocant ad consentiendum gratiæ, & ad salutem æternam procurandam.

5. Effectus permitti à Deo.

Cæterum effectus, quos Deus non intendit, neque causat, sed tantùm permittit fieri contra suam voluntatem antecedentem, & contra virtutem actiuam, quam ex se habet causalitas gratiæ: ij, inquam, effectus sunt inefficacia, & incongruitas proueniens à malitia, & resistentia liberi arbitrij. Ergo præbere huiusmodi auxilia quantumcumque incongrua secundùm prudentem æstimationem est idem atque ardentissimè velle, desiderare, & procurare indefesso & patientissimo labore salutem eorum hominum, qui mille millies merebantur omnino destitui, & in æternum damnari; & serè & ex animo procurare non minus, quam si speraret eorum salutem. Nihilominus vtrò concedimus, ex prædicto modo conferendi auxilia incongrua rectè colligi, voluntate absoluta & efficaci Deum non velle tales homines saluare, sed eorum damnationem permittere.

6. Peccati mortalis pœna.

Totus præcedens discursus confirmatur primò, quia ferè omnes incongruitates gratiæ simpliciter requisitæ ad explenda præcepta, & obtinendam salutem, iuste possunt infligi in pœnam præcedentium peccatorum mortalium, aut venialium magnæ multitudinis, & grauitatis, iuxta dicta tomo de prouidentia disput. 15. Ideo quemadmodum Deo non est indignum præcedentia peccata punire permissione sequentium peccatorum: ita non est indignum Deo permittere suorum auxiliorum incongruitatem à peccatore causari.

7. Naturalis bona.

Confirmatur secundò, quoniam frequenter ad incongruitatem auxiliorum conferunt eadem naturalia bona, quæ Deus concedit hominibus desiderantibus, & enixè petentibus, & summo labore quærentibus.

Confirmatur tertio, quoniam in omni sententia certum est, Deum, quoscumque voluisset, potuisse conuere, & saluare. Vnde quoscumque Deus voluisset ita vocare, quemadmodum illis aptum esse nouerat, potuisset: vt Augustinus notat lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. vt vidimus sect. 8. Quapropter cuiuscumque Catholico superanda est ea difficultas, quæ in obiectione proponitur.

8.

Confirmatur quarto, quia si quis negauerit, Deum præcise, quoniam forent repugnaturi talibus auxiliis, & sub talibus circumstantiis, & asseruerit, homines non prædestinari, nisi post præuifa opera finalia: hic ( præter alia obseruanda contra solidam Theologiam, & Augustinianam prædestinationem) non effugiet præsentis obiectionis difficultatem: quoniam negare non poterit, quin Deus vel experientia ipsa tot sæculorum didicerit, eam mensuram auxiliorum, quam pluribus nationibus communicat, esse talem, cui quamplurimi resistent. Cur igitur Deus persisterit in eodem auxiliorum modo, atque mensura tribuendo. Denique apud alios authores, qui per-

Rursus de Prædestinatione.

tant Dei reprobatione physice prædeterminari materiales actiones peccatorum, quanto maior sit istius obiectionis difficultas, facillè patebit consideranti.

Quod autem tangitur in secunda confirmatione obiectionis de tanta multitudine hominum, quibus incongrua conferuntur auxilia, id ipsum probat hominum fragilitatem, & liberam malitiam esse maximam, qui tot & tam copiosis auxiliis non respondeant: & consequenter auget Dei bonitatem, patientiam, & benignitatem in eis non modò tolerandis, sed etiam bonorum spiritualium & temporalium affluentia cumulandis.

Si verò rationes inquiras, ob quas Deus tam magnæ multitudini dederit auxilia, quæ nouerat incongrua fuisse euasura, idem erit, ac si rationes inquiras, propter quas Deus tam magnam multitudinem reprobaerit: de quibus diximus supra disp. 16. sect. 9.

Secunda obiectio. Si prædestinationis certitudo nititur in præscientia vocationis congruæ, cui Deus præcise adhibendum fuisse consensum, sequitur posse contingere, vt sit impossibilis prædestinatio alicuius hominis. Consequens autem esse falsum, constat ex sect. 7. & 8. & ex tota disp. 8. Sequela probatur, quia consensus adhibendus cuilibet vocationi, est contingens: ergo potest accidere, vt nunquam esset futurus. Quòd si nunquam esset futurus, nunquam foret præcitus per scientiam conditionatam: ac subinde nulla foret vatio congrua, qua talis homo conuerteretur efficaciter.

Confirmatur, quoniam poterit aliquis esse sic obstinatus, obduratus, & excæcatus, vt nullius vocationis vel fortitudine conteri, vel suauitate contingat emolliri.

Respondetur. Sequela non est bona, nec illatio argumenti, quo probatur. Alioqui probaret etiam euenire posse, vt aliquis homo sine vllis auxiliis supernaturalibus, cum solis ordinariis auxiliis Gentilium nunquam peccaret mortaliter, nec venialiter: quoniam quilibet consensus, peccatis adhibendus, est contingens. Recolendum est igitur ex tomo de prouid. disp. 8. plurimas actiones posse contingere, singulas diuine: quæ tamen omnes collectiue non possunt contingere; sed necessariò eneniet illarum illiqua vagè, & indeterminatè. Atque hæc ratio probat, quemlibet hominem posse à Deo vocari per eam congruitatem, quæ relinquat libertatem moraliter indifferentem, & æquabilem. Cæterum vt minimum euidenter erit, Deum posse quemlibet hominem efficaciter conuere per auxiliorum abundantissimam copiam, ex qua per illationem moraliter infallibilem sequatur liber consensus: prout demonstratum est tomo de prouid. disp. 8. sect. 3. sine, & tota disp. 12. præsertim sect. 3.

Vnde responderetur ad confirmationem, distinguendo antecedens. Nullus potest esse quidditatiue, & essentialiter obstinatus, obduratus, & excæcatus. Quoniam foret eius anima, & eius intellectus, & voluntas intrinsecè mala: quod implicat contradictionem in operibus diuinis. At verò accidentaliter multi sunt obstinati, excæcati, & obdurati; sed omnem accidentalem obstinationem, & obdurationem Deus facillè remouebit annihilando habitus erroris; & vitiorum in intellectu, voluntate, & æstimatione, & appetitu sensitivo: & non concurrente ad actualia propofita resistendi gratiæ, & infundendo copiosas ill-

9. Hominis fragilitas & malitia.

Dei bonitas.

10.

11.

12.

13. Obstinatus essentialiter repugnat.

Non accidentaliter.

Remotio obstinationis quomodo.



Illustrationes, & suavitates tam in voluntate, quam in appetitu sensitivo, caput, cor, & reliquum corpus aptissime temperando, remouendo quasi tentationes, & impedimenta extrinseca: quod in Scriptura appellatur cordis noui creatio, seu ablatio cordis lapidei, & largitio cordis carni: quo facto nullus erit, qui vocanti non consentiat.

14. Totam solutionem confirmat August. lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. circa medium, cuius verba ponderauimus sect. 8. cum ait: Cum ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem; eademque res sepe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat; alium moueat, alium non moueat; quis audeat dicere, defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque conuinceret. Deinde quamlibet obstinationem auferri posse libera voluntate Dei, probat, quoniam omnis obstinatio est poena liberè per Dei iustitiam permisa, quam poenam similiter reuocare potest. Ideo subiungit: Quod si tanta potest esse obstinatio voluntatis, ut contra omnes modos vocationis obdurescat mentis auersio, quaritur, verum de diuina poena sit ipsa duritia? Cum enim Deus deservit non sic vocando, quomodo ad fidem moueri potest; quis etiam dicat, modum, quo ei persuaderetur, ut crederet, etiam Omnipotenti defuisse.

Obstinatio poena permisa.

15. Sed instant aliqui contrariæ sententiæ auctores, quoniam data hypothesi impossibili, quod homo nunquam fuisset liberè consensus, sequeretur à Deo non posse efficaciter conuerti. huic plenè satisfacimus tomo de prouidentia Dei disp. 11. sect. 4.

16. Tertia obiectio. Quælibet suppositio antecedens, libertatem eripit, afferendo necessitatem antecedentem; sed prædestinatio, quæ nititur præscientiæ conditionaliter futurorum, est suppositio antecedens: igitur talis prædestinatio libertatem eripit, afferendo necessitatem antecedentem. Maior fusè probata fuit tomo de scientia Dei disp. 33. sect. 2. & seqq. Minor verò probatur ex principiis ibidem traditis, quia suppositio antecedens est illa, quæ ponitur prorsus independenter ab exercitio libertatis humanæ, & qua posita non est in potestate voluntatis impedire, ne sequatur actus, quem infert: at verò prædestinatio, quæ nititur præscientiæ conditionaliter futurorum, ponitur prorsus independenter ab exercitio libertatis humanæ; siquidem in eius potestate non est, ut Deus decernat sibi tribuere vocationem, cui præsciat adhibendum fuisse consensum, si tribuatur. Insuper posita prædestinatione, prout nititur illi præscientiæ, non est in potestate voluntatis impedire, ne sequatur actus, quem infert: igitur eadem prædestinatio est suppositio antecedens.

17. Prædestinatio, an suppositio antecedens, vel consequens sit.

Respondetur, minorem vtriusque syllogismi falsam esse, quia prædestinatio, quæ nititur præscientiæ conditionaliter futurorum, non est suppositio antecedens totaliter, sed aliqua ex parte consequens, quod sufficit, ut tota simpliciter denominetur suppositio consequens: sicut tota propositio copulativa est contingens, si aliqua pars illius est contingens. Quamuis ergo prorsus independenter ab exercitio libertatis humanæ Deus eligat vnum hominem potius, quam alium, & decernat illi tribuere auxilium congruum & opportunum ad salutem: nihilominus præscientia, qua Deus nouit hoc auxilium esse opportunum, & congruum, supponit libertatis exerci-

tium conditionaliter futurum. Poterat enim voluntas auxilio dissentire, si vellet: quod si dissentiret, Deus non præsciret, illud auxilium esse opportunum, & ideo ex præscientia Dei non inferretur talis actus. Hac igitur ratione conditionalis scientia libertatem participat, prout fusiùs explicatum fuit tomo de scientia Dei disp. 76.

Confirmatur primò, nam omnis suppositio, quæ non existeret, nisi facturum esset arbitrium aliquem actum, quem posset ommittere, eo ipso est suppositio consequens.

Confirmatur secundò, quia suppositio consequens non imponit, sed postponit necessitatem: ideòque libertatem non alligat, neque determinat, quousque illam inueniat à se ipsa determinatam.

Ex eodem fundamento soluitur obiectio quarta. Videbatur enim ex præscientia congruitatis inferti, quod reprobis non possit obseruare præcepta, nec possit obtinere gratiam, & gloriam: quoniam vt consensum liberum præbeat, requiritur vocatio congrua, & illa congruitas est simpliciter necessaria, vt fortiatur effectum: at verò nullus homo potest efficere, vt Deus velit ei præbere vocationem congruam.

Confirmari potest, quia nemo potest perseuerare sine dono perseuerantiæ: hoc autem reprobis caret.

Respondetur. Congruitas vocationis ad consensum, & iustificationem est simpliciter necessaria necessitate consequente, non verò necessitate antecedente. Vnde fit, vt actualiter consentire vocationi sufficienti, quamuis illa non sit congrua, & opportuna, sit absolute possibile, videlicet antecedenti possibilitate: quamuis secundum quid sit impossibile, videlicet impossibilitate consequenti, quæ supponit exercitium libertatis, quæ dissentiret, & repugnaret, fuisse præcognitum. Vnde soluitur etiam confirmatio, quia reprobis perseuerare potest absque dono perseuerantiæ possibilitate antecedenti; licet possibilitate consequenti non possit, quia supponitur esse præscita negatio perseuerantiæ.

Tota solutio confirmatur primò: etenim vt aliquis homo simpliciter possit obseruare præcepta, & perseuerare, non requiritur quod de facto sit obseruaturus, & perseueraturus (quemadmodum vt simpliciter possit statim claudere librum, quem legis, non requiritur, quod statim sis clausurus: ) ergo non requiritur, quod Deus præsciuerit te fuisse obseruaturum præcepta, & perseueraturum. Consequenter igitur vt reprobis simpliciter possit obseruare præcepta, & saluari, non requiritur congruitas: hæc enim supponit præscientiam obseruationis, quæ foret.

Confirmatur secundò per terminos magis phisicos eandem solutionem explicando sic. Congruitas vocationis, & auxiliorum ad eorum effectum obtinendum est necessaria, non tanquam realis causæ, nec pars causæ, nec tanquam conditio causæ, sine qua non possit suum effectum producere; sed tantum est necessaria tanquam extrinseca certitudo futuritionis. Cum igitur ex eo, quod reprobo desit congruitas auxiliorum, non sequatur illi deesse causam, neque partem causæ, neque conditionem, sine qua non possint agere; consequens est reprobo non deesse simpliciter possibilitatem obseruandi præcepta, perseuerandi, & obtinendi salutem.

Confir

Potestati reprobi ad consensum.

Confirmatur tertio, quia licet reprobis efficere nequeat, vt Deus eum excitet tali vocatione, & sub talibus circumstantiis, sub quibus prænouit fuisse consensus: cæterum absolute potest consentire vocationi, & auxiliis, quæ Deus de facto illi præbet, quibus si consentiret, Deus ab æterno præsciuisset, eam vocationem esse congruam; quod si non obstante ea præscientia, voluisset illam præbere, voluisset eo ipso talem hominem prædestinare.

23. Quintam obiectioem aliqui auctores opponunt, quoniam ex tali prædestinatione, quæ gubernetur scientia conditionata sequitur bonum vsus liberi arbitrij, quo prædestinatus salutem æternam obtinet, non reduci in Dei prædestinationem & gratiam, sed vltimò reuocari ad innatam libertatem arbitrij, & ad circumstantias naturales.

24. Prædestinatio variis efficiis.

Breuius tamen respondetur ex his, quæ fusiùs probata sunt tota disp. 31. Salus æterna, iustificatio, & consensus ipse liberi arbitrij, quem prædestinatus gratiæ præstat, reducit in diuinam prædestinationem, & gratiam, tanquam in causam, primò, & principaliter efficientem, vt homo consentiat absque antecedenti, & absolute necessitate consentiendi. Reducitur nihilominus ad innatam libertatem, velut in causam secundariam, & longè minus principalem atque subordinatam, & suauiter actam à principali causa. Quodammodoque reducit ad circumstantias naturales, quatenus illæ suo modo iuant: sicut probatum fuit tota disp. 24. Quamobrem vltimo reductio deuoluit tandem ad primum motorem, qui est Deus prædestinans, vt tali gratia, talibusque circumstantiis naturalibus homo circumueniatur, quoniam præscit fore, vt consentiet.

25. Sextam obiectioem addunt, quia Petrum fuisse consensus, si tali vocatione sub talibus circumstantiis excitaretur, propterea Deus præscit, quoniam Petrus esset consensus: ergo certitudo scientiæ conditionatæ prouenit radicaliter à libero arbitrio Petri, & consequenter etiam certitudo prædestinationis radicaliter proueniet ab arbitrio prædestinati, non autem ab ipsa prædestinatione.

26. Respondetur. Illa causalis, quæ ponitur in antecedenti, sic debet intelligi, sicut omnes ferè Patres dicunt, propterea Deum præsciuisse futuram proditioem Iudæ, quoniam Iudas erat proditurus (idem de cæteris peccatis.) Inde tamen absurdissimum erit inferre, certitudinem, & perfectionem diuinæ præscientiæ prouenire à proditioem Iudæ: solam quippe habet rationem obiecti propositi, vt veri, nullam immitentis speciem, nulloque modo causantis, vt videatur: ideòque tota certitudinis causa, vel ratio est perspicacitas, & acumen intellectus æterni. Petrum igitur fuisse consensus, si tali vocatione, sub talibus circumstantiis excitaretur, propterea Deus præscit, quoniam Petrus esset consensus, denotando solummodo rationem determinantem ex parte obiecti diuinæ præscientiæ propositi. Quo supposito tota certitudo præscientiæ, totaque perfectio prædestinationis à Deo prouenit, qui vult ita vocare; cum posset non vocare, vel aliter vocare, vel nunquam creare, vel interficere Petrum.

27. Septimò obiciunt ex nostra concordia sequi, causam prædestinationis ex parte nostra dari: Ratiõ de Prædestinatione.

quia propterea Petrus prædestinatur, quia consensus esset tali vocationi. Verumtamen hanc illationem non valere, fusiùs ostendimus disp. 5. sect. 6. & multo plura soluta sunt in præcedentibus disputationibus.

DISPUTATIO LVI.

Vtrum alicui certa sit sua, vel aliorum prædestinatio.

SECTIO I.

Negatiua pars deducitur ex Scriptura.



NON esse verum Christianum, qui non eadem fidei certitudine credit, se habiturum esse vitam æternam, qua credit esse Deum, & Christum, delirauit Bucerus in colloquio Ratisbonen. Petrus Martyr ad Roman. 8. Caluinus lib. 3. Institut. & in Antidoto Concilij Tridentini, Kemnitius in Tridentin. cap. 12. quos refert Bellarminus lib. 3. de iustificat. cap. 12. Quinetiam in ipso Concilio Tridentino fuit inter viros literatos aliquis, qui se iactaret, cerò scire se esse prædestinatum, simulatus nempe Catholicus, animo verò Lutheranus. Quamuis enim Lutherus id nunquam apertè docuerit; euidenter tamen inferitur ex duabus illius assertionibus: asserbat enim, hominem esse certum se esse iustum, & non posse amittere iustitiam semel acceptam. Hac refert Castro lib. 12. verbo prædestinatio, hærefi 2. sub initium.

1. Hæreticorum deliramenta.

2. Aduersus errorem hunc Tridentinum sess. 6. cap. 12. Nemo, inquit, quando in hac mortalitate viuatur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usque adeò presumere debet, ut cerò statuat, se esse in numero prædestinatorum. Additque: Nisi ex speciali reuelatione sciri non potest quos Deus sibi elegerit. Vnde in can. 15. Si quis dixerit hominem venatum, & iustificatum veneri ex fide ad credendum, se cerò esse in numero prædestinatorum, anathema sit. & sequenti can. 16. Si quis magnum illud usque in finem perseuerantiæ donum se cerò habiturum absolutum, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit, anathema sit.

3. Multis argumentis hæc veritas deducitur ex Scriptura, quorum tantum attingenda sunt capita, quoniam singula pertinent ad varias controuerfias de gratia, & copiose tractantur à multis authoribus huius ætatis.

Sit igitur probatio prima, quia Dei prædestinatio pendet ex sola Dei voluntate, nec est in potestate prædestinati (vt probatum fuit disp. 55. sect. 2. & 3.) sed liberam Dei voluntatem de futuris euentibus, nemo scire potest absque speciali reuelatione Dei: ergo suam prædestinationem scire nemo potest absque speciali reuelatione Dei.

Prædestinatio ex sola Dei voluntate.

Confirmatur, quia Deus cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat, Roman. 9. vt propterea exclamet Apostolus Roman. 11. O altitudo diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis cognouit

gnovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Igitur nemo scit, vtrum Deus arcano consilio, iudicioque suo decreuerit, ipsius misereri potius, quam alterius, quem indurat, praesertim cum sint multo plures reprobi, quam praedestinati, vt supra probatum fuit.

4. Probatur secundò, quia nemo scit, vtrum in praesenti tempore habeat gratiam iustificantem, neque scit vtrum futuro tempore sit acquiriturus illam, & multò minus nouit, vtrum sit perseveraturus in gratia: nemo igitur scire potest, vtrum sit peruenturus ad aeternam gloriam; & consequenter nemo scit, se esse praedestinatam. Consequentia est manifesta, quia nemo praedestinator est, nisi qui tempore mortis habet gratiam iustificantem. Antecedens verò probatur, discurrendo per singula membra. Nam incertitudo iustificantis gratiae traditur Eccles. cap. 9. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen nescit homo, vtrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Quod aptè ad rem praesentem exponit Hieronymus in commentario.

5. Confirmatur primò Prouerb. 20. Quis potest dicere, mundum esse cor meum, purus sum à peccato. Ecclesiast. cap. 8. Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi in formam facta habeant. Sed hoc vanissimum iudicio. Secundò, nam & Iob cap. 9. Si venerit, inquit, ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam. Si iustificare me voluerit, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. & infra: Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti. Cui concinit Psalm. 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. & 1. Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, &c.

6. Secundum membrum, videlicet neminem scire, vtrum futuro tempore sit acquiriturus gratiam, si fortè nunc caret illa, vel amissurus est postea; probatur Ecclesiast. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur. & post pauca: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictae disperdet te. Consequens igitur est, vt nesciat homo, num repentina morte praecipue significatur Ecclesiast. cap. 9. Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenierit.

7. Confirmatur primò, nam in poenam praesumptuosae temeritatis differendi poenitentiam, saepe Deus permittit, vt homines discedant à vita sine vera poenitentia: sicut probatum fuit disp. 54. sect. 3. versùs finem.

8. Confirmatur secundò, poenitentia quippe, sicut oportet, vt remissionem & gratiam obtineat, multas condiciones requirit, de quibus nemo potest esse certus, vtrum eas nunc expleuerit, vel sit obseruaturus sequenti tempore. Propterea namque sub dubio promittitur remissio poenitentibus, cum alioquin dubitari non possit, poenitentibus, sicut oportet, iustificationis gratiam esse concedendam. Sic Daniel. 4. Peccata tua, inquit, elemosinis redime. Forsitan ignorasset delicta tua. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto

corde vestro, &c. Quis scit, si conuertatur, & ignoret Deus? Idem legimus Ionæ 3. Actuum 8. Poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte conuertatur, & ignoret tibi. 2. Timoth. 2. Ne forte det illis Deus poenitentiam, & respiciant.

8. Tertium verò membrum, videlicet, neminem scire suam futuram perseverantiam, probatur Prouerb. 27. Ne gloriaris in crastinum, ignorans, quid superuentura pariat dies. & Ecclesiast. 11. Ante mortem ne laudes quemquam; aliàs, ne beatum dixeris. Quod aptè ad rem praesentem ponderat Ambrosius in commentario ad 1. Psalmum col. 2. Hieronymus lib. 2. aduersus Pelagianos col. 5.

9. Confirmatur primò, propterea namque Dei praeepto tenentur omnes viatores, etiam nullius peccati conscij, timere, Roman. 11. Tu autem fides, noli altum sapere, sed time, &c. Ne forte & tibi non parcat. Philippens. 2. Cum timore, & tremore salutem vestram operamini. Psalm. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & percutis de via iusta. Prouerb. 2. Beatus homo, qui semper est pauidus.

10. Confirmatur secundò, nam hoc periculum debet semper Dei seruos sollicitare ad orationem, & diligentiam. Matth. 26. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. 2. Petri 1. Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. 1. Corinth. 10. Qui stat, videat, ne cadat. & Ioan. in 2. epist. Videte, ne perdatis, qua operati estis; sed vt mercedem plenam accipiat. Apocalyp. 3. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Hebraeorum 4. Festinemus ingredi in illam requiem, ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

11. Vnde confirmatur tertio, quia Lucae 8. multi ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. & Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet enim. & infra: Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arascet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Matth. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quis autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ezechiel. 18. Cum auerit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in illa. Cum igitur his, aliisque pluribus testimonijs, & exemplis doceamur, iustos, & amicos Dei non rarè per mortale peccatum gratiam perdere: nemo potest certò scire, num in eam miseriam sit ipse quoque lapsurus, cum ei constare debeat de propria fragilitate, & de negligentia, & vitis venialibus, quae Deus aliquando permittit crescere, & propter illa permittit etiam mortalem culpam.

12. Confirmatur quartò, nam vt iustus perseueret vsque ad mortem, vnum è duobus singularibus Dei beneficijs requiritur. Aut enim Deus affert iusto mortem ante imminens lapsum, quod ipsum est facere, vt periret vsque in finem vitae: sicut vidimus supra disp. 24. tota sect. 6. Vel facit vt longo tempore perseueret, quod beneficium requirit specialem protectionem, & abundantiora auxilia gratiae. Nemo igitur certò scire potest, vtrum Deus decreuerit sibi tribuere alterum ex his beneficijs specialibus.

In praedicta probatione notandum est, quod libet ex tribus membris supra numeratis, licet ipsum solum esset incertum, inferre sufficienter totius

totius praedestinationis incertitudinem. Eius quippe certitudo constare non potest, nisi omnia collectiue certa sint. Vnde constat longissimè distare à certitudine, quoniam omnia & singula illa membra sunt incerta, & singula pendent ex multis alijs incertis, vt colligi potest ex praecedenti discursu.

13. Tandem eadem fundamenta fortius probant, neminem certò scire praedestinationem alterius, de cuius conscientia, & puritate, vel vitis, minorem notitiam habere potest, quam suam.

SECTIO II.

Patres docent incertitudinem praedestinationis, & utilitates illius.

1. Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 13. Aparum à principio: Quis, inquit, ex multitudine fidelium, quando in hac mortalitate viuatur, in numero praedestinatorum se esse praesentem, quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic caeuenda est elatio, vt etiam per Satanae angelum, ne extolleretur, tantum colaphizaretur Apostolus. Et ante medium tractans de illis, qui post sanctitatem peccant, & damnantur, ait: Quorum si nemini conuictisset, tantum haberent homines istum saluberrimum timorem, quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam, qua pie viuatur, peruenirent, deinceps iam securi numquam se ab illo esse casuros. & cap. 15, non procul à principio: Nescientes enim quis pertineat ad praedestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. quod inferitur cap. corripiamur, 24. q. 3.

2. Idem lib. de bono perseuerant. cap. 8. prope medium: Deus melius esse iudicauit, misere quosdam non perseueraturos certo numero Sanctiorum suorum, vt quibus in huius vita tentatione securitas, non possint esse securi, & cap. 13. de vocatione secundum propositum ait: Ad hanc vocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa assuetatione dicendus, nisi cum de hoc saeculo exierit, ad hoc autem supra dictam rationem miscendi non perseueraturos cum perseueraturis. Aliud ex cap. 22. referemus inter verba Prosperi. Quibus adde quod scribit epist. 121. ad Probam col. 2. Sicut sibi quisque ita notus est, vt sit de sua crastina conuersione securus.

3. Libro octoginta trium quaestion. q. 65. Praedestinatio, inquit, vocationis nostro occulta est. Rursus lib. 1. de ciuit. cap. 35. à med. De correctione quorundam multo minus est desperandum, si apud apertissimos aduersarios praedestinati amici latitant, adhuc ignoti etiam sibi. Perplexae quippe sunt istae duae ciuitates, inuicemque permixtae, donec ultimo iudicio dirimantur. Iterum autem lib. 11. de ciuit. cap. 12. Licet Sancti de sua perseuerantia premio certi sint; de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione, profectique iustitia perseueraturum vsque in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto, latentique iudicio non omnes instruit, sed neminem fallit. Eandem incertitudinem de dono perseuerantiae docet de bono perseuerantiae cap. 1. sub initium. Denique tomo 9. prope finem libro vnico, siue homil. de ouibus cap. 10. sub initium: Scit praedestinatione, & praesentia oues, & hircos ille solus, qui praedestinare potuit, qui praescire. Modò quia omnes ad gratiam Dei accedunt, quem te putas, hircum te fortè Deus nouit.

Eusebius lib. 6. de preparatione Euangelica cap. 9. post med. ita rationem reddit, ob quam Deus quasi dubitans de futura poenitentia, dicit: Forsitan audient, & agent poenitentiam, vt Ezechiel. 2. & 3. Si conuersionem eorum omnino futuram praedixisset, huiusmodi praedictio dissolutionis causa fuisset, faceretque ne viriliter in voluptatem insurgerent. & post pauca: Si malos futuros se prauiderent, desperatione sui; si bonos, dissolutione ac enervatione distraherent.

5. Chrysostomus homil. 11. ad Philip. in fine ante morale, ponderans illud: Persequor autem, si quomodo comprehendam; ait: Si verò Paulus ita persequens, tamè passus, adhuc dicit: Si forte apprehendam, quid nos dicemus? Hieronymus lib. 2. aduersus Pelagianos col. 5. Ne gloriaris, ait, in crastinum. nescis enim quid aduenies pariat dies. Vnde scriptum est: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem. Quando enim viuimus, in certamine sumus, nulla est certa victoria. & paulò inferius: Nemo scit, quid futurum sit, quia sicuti est, quis annuntiabit ei? Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum; & sunt impij, ad quos peruenit quasi opus iustorum.

6. Prosper lib. 2. de vocat. gent. c. 36. fine, & c. 37. initio: Ob hoc, inquit, in remotissimo ab humana cognitione secreto, praesentio huius electionis abscondita est; & de nullo ante ipsius finem pronunciari potest, quod in electorum gloria sit futurum: vt perseuerantem humilitatem, vitis metus seruet, & qui stat, videat, ne cadat. Et si forte aliqua victus tentatione conuerit, non absorbeat tristitia, nec de eius miseratione diffidat. & quae sequuntur.

7. Idem in epist. ad Ruffin. de liber. arbitri. multo propius ad finem, quam ad medium: Nec impatienter, inquit, feramus, quod quae, aut quanta sint electionis uas, non nouimus. Quia & in anterioribus saeculis, quando de vnus gentis populo dicebatur: Notus in Iudaea Deus, &c. futura gentium latebat electio, & postmodum immotuit. Ad Excerpta Genuens. dub. 9. post medium verbis Augustini de bono perseuerantiae cap. 22. De vita, inquit, aeterna, quam filijs promissionis promissi non mendax Deus ante tempora aeterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit vita, quae tentatio est super terram. Generalius autem de latentibus diuinorum operum consilijs circa gratiam, & praedestinationem, loquitur lib. 2. de vocatione gent. cap. 30. Denique ad 12. obiecit. Vincentianam, initio: Praedestinatio, inquit, Dei apud nos, dum in praesentis uita periculis versamur, incerta est.

8. Gregorius lib. 21. moral. cap. 18. ad illud: Numquid nostri ordinem caeli? notat caelestium iudicio secretum esse hominibus ignota, maxime circa eas dispositiones Dei, quae praedestinationem adiuuant, vel impediunt. quod idem tractat lib. 27. cap. 2. & 3. Idem Gregorius suo lib. 6. in 1. lib. Regum cap. 16. suo cap. vlt. post medium: Spiritus ubi uult spirat, & nescis, unde ueniat, aut quò vadat: quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudicium Omnipotentis Dei imperscrutabile est, unde ueniat, aut quò vadat, homo nescit: quia sciri non potest, an quis in gratia quam recipit, perseuerare in perpetuum debeat.

9. Ildorus lib. 2. sentent. de summo bono cap. 6. sub initium: Sicut ignorat homo terminum lucis, & tenebrarum, vel utriusque rei quis finis sit: ita plenius nescit, quis ante suum finem, luce iustitia praenatur, vel quis peccatorum tenebris vsque in suum terminum obscurerit, aut quis post lapsum tenebrarum, conuersus resurgat ad lucem. Cuncta haec Deo parent, homini uero latent.

Incertitudo gratiae iustificantis.

Incertitudo acquirendi gratiam.

Presumptuosae poenitentiae.

Multa poenitentiae conditiones.

Perseuerantia incertitudo.

Oratio & diligentia.

10.

Beneficia ad perseuerandum.

12.

Secreta iudiciorum Dei.

Finis nostrae seu terminus incertus.

latent. Quamuis infortum conuersio in hac vita probabilis sit, incertum tamen hominibus esse, ad quem sint finem predestinati; sed omnia referuari futuro examini. Idem eleganter admonuit Prosper toto epigrammate 59. cuius hæc referre satis erit:

Scire volens, in qua rerum sit parte locandus,  
Discite, quid timeas, quidve sit id, quod amas.  
Nam cuncti hoc gemino nascuntur fomite motus,  
Respondentque suis germina principijs.  
Et quod quisque bonum sibi tempore duxit in isto,  
Hoc summi Regis iudicio capiet.

Bernardus tractat. de gratia & lib. arbit. fine. Ea, qua dicimus, inquit, nostra merita, spei quedam sunt seminaria, charitatis incentiua, occultæ predestinationis indicia, futura felicitatis presagia, via regni, non causa regnandi: denique quos iustificauit, non quos inuenit, hos & magnificauit.

10. Idem serm. 1. de Septuagesima, sub initium: Quis potest dicere: Ego de electis sum? Ego de predestinatis ad vitam? Ego de numero electorum? certitudinem vixque non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate, penitus cruciemur. & epistol. 107. inter medium, & finem: Datur, inquit, aliquid presentire de sua ipsius futura beatitudine, quemadmodum ab eterno latuit in iustificante plenius appariturum in beatificante. De qua tamen iam percepta sumet ex parte notitia, in terram quidem gloriatur in spe, nondum tamen in securitate. Similia scribit sermone 2. in Octaua Paschæ in medio, & sermone 5. in dedicatione Ecclesiæ paulo post medium. Probè quidem, & ex mente prædictorum Patrum S. Thomas in præfenti quaest. 23. artic. 1. fine: Etiam si aliquibus, ait, ex speciali privilegio sua predestinatio reuelatur, non tamen conuenit, ut reueletur omnibus: quia sic illi, qui non sunt predestinati, desperarent, & securitas in predestinationis negligentiam pararet.

Predestinationis reuelatio.

SECTIO III.

Moralis certitudinis quis gradus, & quibus signis haberi possit de predestinatione.

Certitudo metaphysica.

Moralis omnino.

2. Post mortem aliquorum predestinatio moraliter certa & quomodo.

1. Quamlibet certitudinem, cui non possit subesse falsum, & reddat omnino securum animum à formidine deceptionis, & ab omni dubitatione de propria predestinatione reiciendam esse, probant Scriptura, & Patres citati sectionibus præcedentibus. Quocirca non modò negant certitudinem fidei diuinæ, sed etiam metaphysicam certitudinem, qualis est de primis principiis, vel de conclusionibus euidenter illatis; sed etiam certitudinem moralem omnino tutam, & indubitabilem, qualis est, qua certi sumus Indorum esse regiones, & alias multas, quas sola fama cognouimus.

Nihilominus sit prima conclusio. Post aliorum mortem viuentibus multoties solida & vera certitudo moralis (non excludens omnino formidinem oppositi) conceditur, ut prudenter tantquam predestinatos venerentur, & laudent eos, qui diu vixerunt cum eximio sanctitatis exemplo.

Probatur primò, nam Scriptura, & Patres citati præcedentibus sectionibus totam formidinem referunt ad tempus huius vitæ, concedentes laudare post mortem eos, qui bonis operibus diem clauserint. Exemplòque nobis sunt historiae

multæ, necnon orationes panegyricæ à sacris Doctoribus scriptæ, & pronuntiatæ statim ab obitu quorundam Sanctorum, aut insignium virorum.

3. Probatur secundò, nam & August. lib. quinquaginta homiliarum, homil. 41. post medium dicit, esse securum, & certum, si quis agit penitentiam, quando peccare potuit, ante morbum: quod recipitur in decreto de penitentia dist. 7. cap. si quis, & à Magistro 4. dist. 20. sub init. & Bonauentura dubio literali 1. explicat de certitudine non scientiæ, sed coniecturali. Idem, quod Augustinus, docent Isidorus lib. 2. sentent. de summo bono cap. 13. post med. §. si quando, & §. qui autem, & Hugo Victorinus lib. 2. de Sacramentis, parte 14. cap. 5. à medio.

3. Penitentia ante morbum secuta.

4. Secunda conclusio. De viuis nunquam est possibile ille gradus certitudinis moralis, quem diximus esse possibilem de mortuorum predestinatione. Ratio est, quia licet non raro prædictus gradus certitudinis persuadeat esse in gratia & amicitia Dei eos, qui feruenter, & alacriter longo tempore se continent à vitis, & bonis operibus insistant, de nullo tamen certum est, vtrum sit perseveraturus, an casurus, cum ex sacris historiis, & quotidiana experientia compertum sit, non paucos in fine totius navigationis fecisse naufragium, & amisisse plurimas spirituales diuitias, diuturno, & magno labore comparatas: quos dignis lamentationibus prosequitur Basiliius homil. 12. in principium Prouerbiorum versus finem.

4. Non tanta certitudo de viuis.

Finis multorum depiorandus.

5. Propterea quod Bernardus aliqua signa predestinationis appellare solet indubitabilia, & certissima; quemadmodum serm. 1. in Septuagesima parum à principio, & serm. 2. in festo Pentecostes versus finem, intelligendum est, ac temperandum iuxta doctrinam eiusdem, quam retulimus sect. præcedenti prope finem, de certitudine, & indubitabilitate, quam patiuntur pericula vitæ præntis, qua tentatio est super terram.

5.

6. Tertia conclusio. Iustus in hac vita, post dignos fructus penitentiae, & diuturnam exercitationem in operibus mandatorum Dei, & multò melius consiliorum, conceditur inspiratione diuina quidam gradus moralis certitudinis, qui non excludat omnem dubitationem, & timorem, sed tamen spem in Deum valde corroborat, cum diffidentia virium humanarum. Probatur, quia Deus inspirat huiusmodi fiduciam, & moralem certitudinem prouenientem à theologicis coniecturis. Sic enim Bernardus sermone 5. in dedicatione Ecclesiæ paulo post medium: Quod de nobis, ait, latet in corde Patris, nobis per ipsius Spiritum reuelatur, & Spiritus eius testificans persuadent spiritui nostro, quod filij Dei sumus. Persuadeat autem vocando, & iustificando, &c.

6. Iustus qua certitudo de sua predestinatione.

7. Et sermone 2. in festo Pentecostes inter principium & medium: Pignus, inquit, salutis, ut ipse Spiritus reddat testimonium spiritui tuo, quod filius Dei sis: qui certissima signa predestinationis tua cordi tuo imprimat, & ostendat: qui donet lætitiæ in corde tuo, & de rore caeli, si non continuè, tamen sapissime mentem tuam impinguet. Similia reperies serm. 1. in Septuagesima parum à principio. Quinetiam Gregorius homil. 13. in Euangelia, ad illud: Confestim aperiatis ei; Qui autem, ait, de sua spe & operatione securus est, letus indicem sustinet, & cum tempus propinqua mortis aduenit, de gloria retributionis hilarescit.

7.

Quarta

8. Indicii maximum predestinationis.

8. Quarta conclusio. Solidissimum, & maximum predestinationis signum, & indicium erunt opera bona perseveranter facta vsque ad imminente vitæ finem. Probatur 2. Petri 1. Magis satagite, ut per bona opera certam vestram uocationem, & electionem faciatis. Vbi certam, id est, compertam aliis fidelibus, videntibus opera, exponunt Oecumenius, Beda, Glossa, Thomas Anglicus, & Carthusianus, probabiliter quidem; licet expositiones alias dederimus disp. 53. sect. 7. arg. 7.

9.

9. Confirmatur primò, nam 2. Timoth. 2. Firmum fundamentum Dei stat, cognouit Dominus, qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Recedit autem per veram penitentiam, & perseverantem emendationem vitæ. Ideo Augustinus lib. de bono perseverant. cap. 22. inter principium, & medium: De ipso, inquit, cursu vestro bono, rectèque condiscite, vos ad predestinationem diuina gratia pertinere. & inter medium, & finem: Vos ipsam obediendi perseverantiam à Patre luminum sperare debetis, & quotidianis orationibus postere, atque hoc faciendo considerare, non vos esse à predestinatione populi eius alienos, quia etiam hoc ut faciatis, ipse largitur.

10. Observantia diuina legis.

10. Inde corollarium primum est, licet vita æterna, regnumque cælorum in sacris literis propter virtutes varias promittatur, nullam tamen promissionem esse magis purificatam à qualibet conditione, quæ subintelligi debeat eam limitare, quàm illam: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, Matth. 19. & alteram Matth. 10. & 24. Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Diuturna igitur, & perseverans observantia diuinæ legis est præcipuum signum predestinationis.

11. Signa predestinationis.

11. Secundum corollarium est, ex prædicto signo tanquam ex capite, vim participare reliqua, quæ verè signa sunt. Cuiusmodi est audire conciones, ut sibi dictas, & applicatas, nimirum ad executionem. Quod signum bene ponderat Bernardus serm. 1. in Septuages. parum à principio. Deinde penitere de præteritis peccatis, cauere à futuris, & virtutibus studere, tanquam potissima predestinationis signa tradit serm. 2. in Octaua Paschæ in med. Virtutes alias enumerat serm. 2. in festo Pentecostes versus finem, ac epist. 107. ad Thomam post medium. Ad hæc igitur reducuntur septem signa, quæ numerat Bernardus Sermon. 3. serm. de amore inter Deum, & animam, art. 3. cap. 3. post medium. omnia namque pertinent ad perfectam observantiam præceptorum.

12. Professo religionis observantia.

12. Tertium corollarium ex præcedentibus sequitur, ideo religionis observantis (non relaxatæ) professionem esse magnum predestinationis signum; quoniam hic statum valde iuuat ad observantiam omnium mandatorum, & quorundam consiliorum. Propterea quippe Laurentius Iustinianus lib. de disciplina, & perfectione Monastica cap. 7. inter princip. & med. ait: Securè speret post hanc peregrinationem, ad illam supernam intrare Ierusalem, quicumque in iustorum congregationem fuerit uocatus. Magnum quippe electionis indicium est huius fraternitatis habere consortium. Facileque ab illa excluditur, qui ab hac fuerit segregatus. Propterea religiofus docet remedium euitandi periculum expulsiōis à religione. Quod autem in lib. de fasciculo amoris cap. 11. inter medium, & finem ait, quod nos oderint homines, esse predestinationis indicium, & aduersitates, atque flagella

Religiosi expulsi.

lib. de casto connubio cap. 6. inter principium, & medium, verum est, quatenus hæc iuuant, vel exerceant observantiam præceptorum.

Denique non inutiliter Vega lib. 12. in Trident. à cap. 12. vsque ad 20. probat octo beatitudinibus singulis esse promissum regnum cælorum. Sed omnes illæ promissiones tacitam conditionem includunt, si non violaueris alia præcepta. Posset idem vir doctus, & pius multò plures virtutes numerare, multòque plura de singulis dicere: veluti de fide, de fiducia in Deum, de oratione, de voto, de elemosyna, de ieiunio, & cæteris operibus mortificationis, de temperantia, & sobrietate, de voluntaria castitate, de vigilantia, paupertate, obedientia, silentio, solitudine, de sui ipsius despicientia, & odio Euangelico, de patientia, constantia, fortitudine, veracitate, iustitia, prudentia, cæterisque virtutibus. De quibus omnibus illud solum in præfenti necessarium est dicere, quanto plures illarum virtutum, seu beatitudinum simul concurrunt, & longiori tempore, tanto probabilius esse predestinationis signum.

13.

Virtutes per longum tempus predestinationis signa.

ART. VIII. Utrum predestinatio possit inuari precibus Sanctorum.

DISPUTATIO LVII.

Utrum Christus Dominus fuerit causa predestinationis, & reprobationis hominum, & Angelorum.

SECTIO I.

Finalem causam cuiuslibet predestinationis fuisse Christum Dominum.



1. PRIMO certum est Christum Dominum esse causam finalem nostre predestinationis, sicut & omnium bonorum. Probatur Ephes. 1. Predestinavit nos per Iesum Christum in ipsum. Vbi præpositio per denotare videtur meritoriam causam; sed præpositio, in, causam finalem. Quo sensu paulo superius dixerat: Benedictus sit in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. 1. Corinth. 3. Omnia vestra sum; vos autem Christi; Christus verò Dei. Nec essemus Christi, nisi nostra felicitas ad eius gloriam ordinaretur: quemadmodum omnia nostra sunt, quoniam ad nostram felicitatem ordinantur. Eodem igitur sensu Hebr. 1. Christus dicitur constitutus hæres vniuersorum.

1. Præpositio in, significat causam finalem.

2. Primogeniti excellentia. Primogeniti nomen eandem excellentiam significat Roman. 8. Quos præcisi, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, id est, primarid intentus à diuina prouidentia. Sic enim Colossens. 1. rationem, ob quam Christus Dominus sit primogenitus omnis creaturæ, sic reddit: Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, & ipse est ante omnes, & omnia in

2. Primogeniti excellentia.



in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiae, ut sit ipse in omnibus primatum habens. Hebr. 2. Decbat enim eum, propter quem omnia, &c. Denique quamplurimi Patres ita intelligunt illud Prouerb. 8. Dominus possedit (sive creauit) me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio, &c. vt Chrylasmus, Basilius, & Gregorius Nyssenus, quos retulimus tomo de Trinitate disp. 4. sect. 1. n. 27. & 28.

3. Ex his testimoniis Cytillus lib. 5. Thefauri tomo cap. 8. praecipue in medio, & in fine colligit, quod quantum ad praescientiam, & consilium, & propositum Patris, & totius Deitatis, Christus ante saecula fundatus est; & in eo salutis fundamento gratia praescientis omnia Dei, nos fuisse vocatos ante saeculum, & antequam essemus facti.

4. Ad istius veritatis explicationem dico primò. Non tantum praedestinationis hominum, sed etiam praedestinationis Angelorum Christus Dominus fuit causa finalis. Quod praeter ceteris magis expressit Rupertus lib. 13. de gloria Trinitatis, & process. Spiritus sancti cap. 20. Religiosè, inquit, dicendum, reuerenterque est audiendum, quia propter hunc hominem gloria & honore coronandum Deus omnia creauit. & infra: Rectius dicitur, non hominem propter Angelos, sed propter quemdam hominem Angelos quoque factos esse, & cetera omnia.

5. Colligitur autem ex factis literis ea ratione, quia secundum optimum prouidendi modum, omnia membra eiusdem corporis mystici destinantur ad caput, tanquam ad finem, & ministri tanquam ad finem ordinantur ad Dominum. Angeli verò sunt ministri, & membra mystica Ecclesiae triumphantis: Christus autem est Dominus, & caput, Colossens. 2. Qui est caput omnis principatus, & potestatis, & Ephes. 1. Constitutus ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius; & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. ideo Matth. 4. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei.

Confirmatur. Sic enim aptius inuicem correspondent omnia membra, si Angeli quoque, sicut homines praedestinati fuerint propter Christum, vt propter finem.

6. Dico secundò. Christus Dominus non est finis, qui per nostram praedestinationem producendus sit; quemadmodum aeterna beatitudo nostra, & extrinseca Iesu Christi gloria est finis per nostram praedestinationem producendus. Itaque Deus non propterea puros homines praedestinat, vt Christus existat, vel incarnetur; sed puros homines praedestinat propter Christum, vt propter finem, cui; quemadmodum famuli sunt propter dominum.

7. Dico tertio. Christus Dominus realiter fuit causa finalis praedestinationis creatae, quia praedestinationem creatam, videlicet vocationem, iustificationem, & ceteros omnes effectus realiter Deus voluit propter Christum Dominum vt propter finem, cuius intentione reali produxit illos. Ceterum increata praedestinationis non realiter, sed tantum secundum rationem fuit causa finalis Christi Dominus, quoniam Christi Domini praedestinatio non realiter, sed minima distinctione rationis ratiocinata distinguitur à

Causa realiter finalis, Christus D. respectu praedestinationis creatae, non in creatae.

praedestinatione ceterorum: & Deus ob eam praecipue rationem boni ceteros Sanctos praedestinare voluit, vt auerent gloriam sui Vnigeniti incarnati.

Dico quartò. Christus Dominus in quantum causa finalis, non potuit esse causa discriminis, propter quam praedestinetur hic homo potius, quam ille.

Probat, quoniam ad Christi gloriam nihil interest, hunc hominem potius, quam illum praedestinari; cum Deus aequalem potentiam habuerit comparatione omnium, & omnes homines existentes, & possibiles aequalem potentiam obedientialem habuerint, vt Deus illis, quem voluerit, tribuat sanctitatis gradum, & aequalem inde Iesu Christi gloriam colligat.

Confirmatur, quia gloria Dei aequaliter colligi poterat ex praedestinatione aliorum hominum, qui non sunt praedestinati: proptereaque gloria Dei non fuit ratio praedestinati Petrum potius, quam Iudam, sed mera Dei libertas: eadem autem est ratio, ne gloria Christi, nec Christus vt finis cui, rationem discriminis afferret, vt vnus potius, quam alter praedestinetur; sed vt quaecumque persona praedestinetur, non tantum in communi, sed etiam in particulari ordinaretur ad Christum vt ad finem.

8. Discriminis causa in reprobatione, & praedestinatione.

Dei libertas.

SECTIO II.

Exemplaris causa cuiuslibet praedestinationis Christus Dominus.

Secundò certum est, exemplarem causam nostrae praedestinationis esse Christum Dominum. Hoc significat Apostolus Roman. 8. dicens: Quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, ut sit ipse Primogenitus in multis fratribus. Nimirum ad eum finem praedestinavit, vt sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis, 1. Corinth. 15. Peculiariter autem de gloria corporis Philip. 3. dicit: Reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae.

Praedicta verò conformitas imaginis Filij Dei, non respicit nudum Verbum, nec humanitatem praecisam à Verbo; sed respicit totum compositum ex Verbo, & humanitate: sic tamen, vt praedestinationis nostrae praecipuum exemplar sit Christus Dominus, qua ratione praedestinator fuit, vt esset filius naturalis Dei, ad cuius imitationem nos praedestinator, vt simus filij adoptiui, ut sit ipse Primogenitus in multis fratribus.

Hoc itaque modo reuocantur ad concordiam Patres, quorum alij de Filio, prout est Deus, alij, prout est homo, intelligunt citatum locum Roman. 8. quos singulos retulimus, & exposuimus tomo de Trinitate, disput. 4. sect. 7. Nec enervabis praedictum testimonium, licet concedens, homines esse praedestinos conformes fieri imaginis Filij Dei, negaueris, hanc conformitatem esse tanquam effectus exemplari cum sua causa exemplari. Nam ad hanc solam conformitatem significandam proponere posset aliud extremum similitudinis, vt Beatissimam Virginem, aut Petrum, aut Ioannem: maximè quoniam ab his Sanctis nostra similitudo minus distat, & minus admixtum habet dissimilitudinis. Voluit igitur Apostolus omnium praedestinatorum similitudinem referre ad prototypum, & exemplar eorum.

1.

2. Conformitas imaginis quid respiciat.

3. Praecipuum exemplar praedestinationis.

Praeterea

3. Praeterea probatur ex Augustino, & Fulgentio. Ille namque lib. de praedestinat. Sanct. cap. 15. initio: Est etiam, inquit, praclarissimum lumen praedestinationis & gratiae ipse Saluator, ipse Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Qui vt hoc esset, quibus tandem suis vel operum, vel fidei praecedentibus meritis natura humana, que in illo est, comparauit, & quae sequuntur. Vbi causam exemplarem intelligunt S. Thomas, & alij Scholastici statim citandi. & lib. de bono perseuer. cap. vlt. in med. Nullum, ait, est illustrius praedestinationis exemplum, quam ipse Iesus. Quod explicat, & probat toto contextu sequenti; vnde versus finem concludit: Qui facit illum talem, vt nunquam habuerit, habiturus fore se voluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos praedestinavit, quia in illo, vt esset caput nostrum, & in nobis, vt eius corpus essemus, non praecessura opera nostra, sed opera sua futura praesciuit.

4. Conceptio Christi D. Nec tantum Christi Domini praedestinatio, sed etiam corporalis conceptio fuit exemplar nostrae praedestinationis, & iustificationis. Quod attigit Augustinus lib. de praedestinat. Sanct. cap. 15. prope medium, illis verbis: De ipso Spiritu quilibet Christianus est renatus, de quo Christus est natus. Magis autem explicuit Fulgentius de Incarnat. & grat. Iesu Christi cap. 20. prope init. dicens: Forma praecessit in carne Christi, quam in nostra fide spiritualiter agnoscamus. Nam Christus Filius Dei secundum carnem de Spiritu sancto conceptus, & natus est. Carnem autem illam nec concipere Virgo posset aliquando, nec parere, nisi eiusdem carnis Spiritus sanctus operaretur exoritur. Sic ergo in hominis corde, nec concipi fides poterit, nec auergeri, nisi eam Spiritus sanctus effundat, & nutriat. Ex eodem namque Spiritu nati sumus, ex quo natus est Christus.

5. Christi D. praedestinatio quomodo exemplar. Ad huius causalitatis explicationem notanda sunt, quae sequuntur. Primum est. Christus Dominus, & eius praedestinatio non ita est causa exemplaris, sicut idea existens in mente artificis; sed sicut obiectum ab artifice cognitum, ad cuius imitationem format effectus exemplatos: non quia sit illi necessarium hoc obiectum; sed quoniam liberè voluit, ad illius imitationem alios inferiores effectus producere.

6. Secundò notanda est communis doctrina Scholasticorum, dicentium, Christum Dominum non esse nostrae praedestinationis exemplar, secundum ipsum actum praedestinationis; quoniam vno modo, & eodem actu aeterno praedestinavit Deus Christum, & nos: proinde quantum ad praedestinationis terminum, & effectus solummodò, praedestinationem Christi esse nostrae praedestinationis exemplar. Ita S. Thomas 3. part. quaest. 24. art. 3. corp. & lib. 3. sentent. distinct. 10. quaest. 3. art. 3. Alexand. 3. part. quaest. 3. membr. 5. S. Bonauent. 3. sent. dist. 11. art. 1. q. 3. alij Scholastici 3. dist. 10. vbi Albert. art. vlt. Ricardus art. 4. quaest. vlt. Durandus q. 3. Palud. q. 1. art. 3. concl. 2. & 3. Gabriel 3. dist. 19. art. 2. post 4. conclus. Carthus. 3. sentent. dist. 7. q. 3. col. penult. referens alios. Caietanus & recentiores Thomistae 3. part. quaest. 24. art. 3. Hoc tamen ita est intelligendum, vt realis causalitas exemplaris exerceri non possit in actum aeternum, & immanentem diuinam praedestinationis.

7. Nihilominus secundum rationem exemplaris causalitatis exerceri potuit, quatenus altera veluti pars immanentis actus diuinæ praedestinationis à nobis concipi debet, quasi constituta ad imita-

tionem alterius. Imitatio autem est quantum ad obiectum volitum, praecipue tamen quantum ad modum volendi, seu determinandi suae libertatis indifferentiam ad talem personam: iuxta ea, quae differimus disp. 3. sect. 2. & 3. Ea namque pars aeternae praedestinationis, quae respicit puros homines, vult hominibus bonum ad instar alterius boni, quod Christo Domino voluit eius praedestinatio. Haec enim voluit, vt Christus Dominus esset Filius Dei naturalis, & haberet gloriam quasi Vnigeniti à Patre, plenus gratiae, & veritatis, quantum ad omnem habitum, & actum supernaturalem, & quantum ad eminentissimum gradum visionis beatificae. Sed altera pars praedestinationis voluit, vt homines essent adoptiui filij, quod ipsum est participare, & imitari Filium naturalem, & eo potissimum similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Mediae quoque probationis per patientiam laborum, & tribulationum vsque ad mortem, voluit hominum praedestinatio ad instar praedestinationis Christi Domini.

8. Tertio ac praecipue notandus est volendi modus, quo Deus suam indifferentiam determinauit, vt hominem hunc potius, quam illum praedestinet: imitatur enim vt exemplar Christi Domini praedestinationem. Etenim Christus Dominus praedestinator est merè gratis, ac merè liberè, quia non modò nullis praecedentibus meritis, sed etiam nulla existente ratione discriminis, propter quam haec natura humana potius, quam alia, foret assumenda in vnitatem personae, quod Augustinus dicere cepit locis proximè citatis. Notentur illa verba cap. 15. de praedestinat. Sanct. ante med. Cur non sim quod ille? (videlicet Filius naturalis Dei.) At enim gratia ille talis ac tantus est. Cur diuersa est gratia, ubi natura communis est? Certe non est acceptio personarum apud Deum. Quis non dico Christianus, sed in sanis hoc dicat? Appareat igitur nobis in nostro capite ipse fons gratiae, vnde secundum vniuersumque mensuram se per cuncta eius membra diffundat. Ea gratia fit ab initio fidei sua homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio factus est Christus.

9. Quarto notandum est corollarium ex praecedentibus illatum. Exemplaris causalitas praedestinationis Christi Domini nullam omnino rationem discriminis subministrat, propter quam hic homo potius, quam ille, praedestinetur. Omnes enim homines possibiles, secundum se considerati, erant aequaliter inepti, & secundum obedientialem potentiam aequaliter apti, vt Deus decerneret eos effingere ad imitationem Christi, cuius causalitas exemplaris non magis respiciebat vnum hominem, quam alium, quousque Deus, vel homo Christus pro sua libertate constituit in praedestinati discrimen, quo magis eum imitarentur.

10. Quintò. Non tantum praedestinationis hominum, sed etiam praedestinationis Angelorum Christus Dominus fuit exemplaris causa; quoniam Deus illos etiam praedestinavit independentè ab operibus prauiis, praedestiniens eorum opera, gratiam, & gloriam. Idque conueniens erat ex suppositione, quod Christus Dominus etiam Angelorum caput, & finis erat, vt vidimus sub initium. Laborum autem patientiae, & mortis exemplar Angelis non fuit.

Sextò denique Christus D. omnibus adultis proponitur vt exemplar praedestinationis, vt quemad

Dei volentis modum hunc & non illum praedestinare. Christus D. merè gratis & liberè praedestinator.

Angolorum praedestinatio.

quemadmodum ille cooperatus suæ prædestinationi, comparavit gloriam sui corporis veri, & mystici: sic & omnes cooperemur nostræ prædestinationi ad nostram gloriam obtinendam per laborum tolerantiam, & obedientiam usque ad mortem.

## SECTIO III.

## Sententia de causalitate meritoria prædestinationis ex parte Christi Domini.

I. Nihil attinet in præsentem commemorare Doctores, qui iudicant, esse impossibile aliquam causam diuinæ, & increatæ prædestinationis, quos citauimus supra disp. 3. sect. 2. & videtur idem sentire locis citatis in sectione præcedenti versus finem. Sed tanquam exploratum supponimus fuisse possibile, ut Christus Dominus fuerit causa meritoria nostræ prædestinationis, etiam quoad ipsum æternum, & increatum actum diuinæ voluntatis, & intellectus. Potuit enim eius meritum infinitum, esse obiectum, cuius cognitione moueretur diuina voluntas, ut propter illud tanquam propter meritum decerneret prædestinare, quos prædestinauit, atque ita decerneret, ut ex vi modi volendi, quem Deus exercuit de facto, non prædestinaret homines alios, nisi voluntatem illius ad hoc alliceret præcognitum meritum Iesu Christi. Possibilitas hæc satis probata fuit dicta disp. 3. sect. 3. sed magis vniuersaliter & ex professo tomo de voluntate Dei disp. 15. Quapropter non inquirimus solum, an Christus Dominus fuerit meritoria causa gratiarum, quas Deus hominibus prædestinauit, sed inquirimus etiam, vtrum fuerit meritoria causa diuini actus, quo Deus elegit, & prædestinauit. Dicemus iterum aliquid de hoc infra sect. 6.

2. Prima igitur sententia negat, meruisse Christum nobis æternam electionem, aut prædestinationem. Ita docet Franciscus Sonnius demonstrationis Euangelicæ tract. 3. qui est de Passione Christi cap. 19. in medio, Driedo de captiuit. & redempt. generis humani, tract. 2. cap. 2. parte 3. art. 4. ad 1. obiect. inter princip. & med. solutionis, Adamus in epist. ad Ephes. ad illud: *Sicut elegit nos in ipso*. Ad hanc sententiam magis inclinatur Valentia (quamuis ad voces quæstionem reuocet) 1. p. q. 23. punct. 4. col. 5.

3. Eadem sententia deducitur euidenter ex eorum doctrina, qui putant, Christum Dominum non meruisse nobis omnes dispositiones remotas ad iustificationem. Hæc autem collectio fundatur in regula generali, quam statuimus disp. 5. sect. 5. difficult. 2. iuxta quam, si non datur causa gratiæ, non datur causa prædestinationis ad illam gratiam, nec ad gloriam. Etenim quæ fuerit causa prædestinationis, eo ipso causabit omnes effectus prædestinationis. Fidem igitur, & alias dispositiones ad iustificationem, non propter merita Christi dari, docuit Capreolus 3. dist. 18. quæst. vnica, art. 3. ad argumenta Scoti contra 4. conclusionem, Ferrarientis 4. contra gentes c. 55. §. *an autem*. Driedo loco nuper citato, & in eodem libro de captiuit. & redempt. tract. 4. cap. 2. part. 8. membr. 6. Adamus ad Philippenf. cap. 1. sub finem, & in illud 2. Petri cap. 1. *In iustitia Dei*.

Causa effectuum prædestinationis quæ.

Præterea prima sententia deducitur etiam ex doctrina Scoti 3. sentent. distinct. 19. quæst. 1. §. *in ista quæstione, & §. sed hic sum*; quia licet agnoscat, Christum Dominum fuisse primum omnium prædestinatorum ante præuisum peccatum Adami: cæterum asserit omnes homines fuisse prædestinatos prius ratione, quam præuideretur peccatum originale, priusque quam ordinarentur Christi Domini merita ad salutem prædestinatorum.

Vnicum autem est argumentum, quod primam sententiam probabilem reddat (aliorum namque fallacia constat ex dictis) quia nimirum Incarnatio, passio, & omnia merita Christi Domini sunt effectus nostræ prædestinationis (quemadmodum probatur sectione sequenti); igitur non potuerunt mereri prædestinationem nostram. Consequentia probatur, quia si Christus Dominus mereretur nostram prædestinationem, eo ipso mereretur omnes effectus prædestinationis, ac proinde mereretur sua merita, suam passionem, & Incarnationem, quod est impossibile saltem de potentia ordinaria. Quod si hæc non meruit, sequitur non meruisse omnem effectum nostræ prædestinationis, ac subinde nec ipsam prædestinationem. Huic argumento respondebit sectio 4. & 5. præsertim post medium.

Ad eandem primam sententiam reuocari potest modus dicendi Molinæ 1. part. quæst. 23. artic. 5. disput. 2. vbi quamuis affirmet, simpliciter esse concedendum, Christum Dominum esse causam nostræ prædestinationis, nunquam tamen loquitur de actu diuino, & æterno; sed tantum de creatis effectibus, ex quibus solus effectus supernaturalis, ait, meruisse Christum, excepta Incarnatione, & meritis infinitis, quos esse fatetur nostræ prædestinationis effectus.

Secunda sententia fatetur, Christum Dominum hominibus meruisse non tantum ut diligerentur, & prædestinarentur à Deo, sed etiam ut eligerentur ad gratiam & gloriam illi singulares homines, qui de facto sunt electi. Hanc sequitur Vega lib. 4. in Tridentin. cap. 5. fine, Vi-guer. de institut. Theolog. cap. 20. §. 8. versic. 3. circa finem, Catherinus lib. 1. de eximia prædestinatione Christi sub finem quædam probatione 9. & lib. 2. in principio, Gaspar Cassalius lib. 1. de quadripart. iustitia cap. 4. qui magis expressè, quam alij, docet, Christum Dominum meruisse non tantum prædestinationis effectus, sed etiam ipsum actum increatum, & æternum diuinæ prædestinationis. Idem docuit Zumel in præsentem quæst. 23. artic. 5. quæst. 2. conclus. 3. & 4. & in eadem generali doctrina conueniunt Cartagena, Suarez, Trigofus, quos referemus pro tertia sententia, & Lessius citandus pro quarta, & Pennottus pro quinta sententia.

Citatur pro secunda sententia Albertus Pighius lib. 8. de libero arbitrio, cap. 1. 2. & 3. & lib. 10. cap. 1. Sed hos legendi non inueni copiam. Referuntur pro eadem S. Thomas, S. Bonauentura, Alexand. Albertus, & alij Scholastici, quos præcedenti sectione citauimus, post medium. Illi tamen omnes causalitatem Christi Domini limitant ad solos effectus creatos, negantes causalitatem comparatione prædestinationis æternæ, & increatæ.

Tertia

9. Tertia sententia præcedentem sequitur, & addita limitatione magis explicat. Cum ea quippe concedit, merita Christi Domini ab æterno præuisa fuisse causam, seu rationem æternæ prædestinationis, & electionis increatæ. Addit tamen, Christo Domino non fuisse datam optionem, ut per voluntatem humanam determinaret, quibus hominibus in particulari potius, quam aliis, decerneret, & postularet, sua merita efficaciter applicari, sed prius hoc fuisse determinatum à Patre independentem à præcognita determinatione voluntatis humanæ Christi Domini, sed tamen propter eius merita. Hanc sententiam primus, quem sciam, copiosè & eruditè discussam, in lucem protulit Cartagena de prædestinat. discursu 11. conclus. 2. parte 3. & ad argumen. 10. dicto 2. & 3. pag. 371. & 379. & 401. Tradita fuit eadem à Suarez 3. p. tomo 1. disp. 41. sect. 4. & sequentibus, & postea propugnata lib. 2. de prædestinat. cap. 24. num. 12. & sequentibus. Sequitur etiam Trigofus 1. p. q. 18. artic. 10. conclus. 5. & 6.

10. Argumenta secundæ, & tertiæ sententiæ, qua parte probant meritum electionis æternæ, & increatæ, pro nobis sunt, & afferuntur sect. 6. sed qua parte refutant optionem eligendorum Christo datam, soluenda venient sect. 8.

11. Quarta sententia verbo tenus amplectitur secundam; sed re ipsa recedit ab illa. Negat enim esse possibile causam meritoriam prædestinationis, quantum ad actum æternum, & increatum Dei. Nihilominus asserit, Christum Dominum esse meritoriam causam prædestinationis, quoniam omnibus electis meruit efficaciter applicari sua merita, & singulos eorum in particulari designauit, (illis exceptis, qui mortui fuerant ante Incarnationem) & propter hanc applicationem præcognitam ab æterno decreuit Deus prædestinationem illorum. Ita Vazquez 1. p. disp. 94. c. 2. & sequentibus; quem sequuntur, quantum ad optionem, & determinationem eligendorum, Lessius tract. de prædestinat. sect. 3. num. 42. 43. & 44. Arrubal. 1. p. disput. 78. cap. 1. Sed Lessius expressè concessit causalitatem comparatione diuini actus æterni, & increati, ut constat in eius sect. 1. n. 4. De Arrubal longum esset ratiocinari.

12. Huius sententiæ argumenta quædam directè pugnant contra doctrinam à nobis tradendam inferiùs, & ea soluentur sect. 4. & sequentibus. Maior autem pars argumentorum eius afferetur à nobis sect. 6. & 7. ad probandam causalitatem meritoriam ipsius electionis æternæ, & increatæ, determinando personas in particulari. Nam Christi meritum limitatum ad solos effectus creatos iam à nullo Theologorum negatur, nec à nobis in præsentem probandum suscipitur, quia pertinet ad disputationes de Incarnatione.

13. Quintò. Prædictam sententiam ampliat Herice 1. p. disput. 29. cap. 4. num. 46. ut Christus Dominus suis orationibus determinauerit prædestinationes omnium electorum, etiam eorum, qui præcesserunt Incarnationem. Pennottus autem partim ampliat, & partim limitat, asserens, tam ex his, qui præcesserunt Incarnationem, quam ex his, qui postea vixerunt, non omnes electos, sed aliquos determinasse Christum, quibus specialiter voluit sua merita efficaciter applicari, & quidem quantum ad Patres antiquos saltem per modum gratia-

Ruiz de Prædestinatione.

rum actionis. Ita Pennottus lib. 6. propugnaculi cap. 28. fine, & cap. 30. num. 5.

## SECTIO IV.

## Incarnatio, Passio, &amp; merita Christi Domini qua ratione fuerint nostræ prædestinationis effectus.

I. Ad ea, quæ magis directè satisfaciunt præsentem controuersiam, viam expeditam sternere cupientes, præmittimus solutionem huius difficultatis. Multi namque Doctores, ut defendant, Christum Dominum fuisse meritoriam causam electionis, & prædestinationis nostræ; simpliciter negant Incarnationem, & eius merita fuisse nostræ prædestinationis effectus. Ita Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 5. Zumel 1. p. q. 23. artic. 5. sua q. 2. ad 5. Trigofus 1. p. q. 18. artic. 10. dub. 2. conclus. 5. Arrubal disp. 78. cap. 2. Herice disp. 29. cap. 2. num. 12. & cap. 3. prope finem. Pennottus lib. 6. cap. 29. num. 2.

2. Eandem sententiam absolute sequitur Suarez 1. p. lib. 2. de prædest. c. 24. n. 32. addens nihilominus limitationem, ut sit effectus prædestinationis quorundam hominum oratio specialis, vel specialis oblatio suorum meritorum pro illis; ideòque rogare pro Petro, ut non deficeret fides illius, fuit effectus prædestinationis Petri. Huius sententiæ argumenta diluimus sect. sequenti.

3. Contrariam sententiam docent authores præcedenti sect. citati pro prima sententia. Peculiariter verò Molina in præsentem quæst. 23. art. 5. disp. 2. conclus. 3. & Valentia quæst. 23. puncto 4. colum. 5. *dixi autem*.

4. Dico igitur primò. Incarnatio, Passio, & merita Christi Domini sunt effectus prædestinationis omnium electorum. Probatur, quia quæcumque res à Deo causantur per volitionem, & imperium nostræ prædestinationis, eo ipso sunt effectus nostræ prædestinationis; & huiusmodi sunt omnia, quæ proueniunt in salutem hominum, siue simul ad eorum productionem concurrant volitio, & imperium generalis prouidentie, siue sola prædestinatio, sicut fufius probatum fuit disputat. 21. sect. 1. & 2. Nunc autem Incarnationem, Passionem, & merita Christi Domini fuisse à Deo causata per volitionem, & imperium nostræ prædestinationis, probatur ex sacris literis, supponendo, Filij, seu Verbi missionem fuisse Incarnationem, quemadmodum fufius probatum est tomo de Trinit. disp. 108. præcipue sect. 2. & 3. multorum Patrum testimonij.

5. Quo supposito ponderandum est motiuum, & finis mittendi Filium vnigenitum, quem ipse testatur Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum vnigenitum daret, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Vbi notandum est primò, dilectionem mundi fuisse motiuum impellens Patrem, ut nobis daret Filium. Dedit autem per Incarnationem, & missionem, ut constat ex verbis sequentibus: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum*. vnde Filium dari idem esse, quòd mitti, probauimus tomo de Trinit. disp. 75.

Merita Christi Domini prædestinationis effectus.

Amor Dei erga mundum.

G G g Secundò

Secundò notandus est finis intentus à Patre, *Vi omnis, qui credit in ipsum, non percat, sed habeat vitam æternam.* Quibus verbis prædestinati vel soli, vel principaliter significantur, quippe qui soli vitam æternam habent, eo quòd soli perseveranter vsque ad mortem credunt fide viva.

6. Confirmatur primò, quia Dei dilectio simpliciter dicta vult hominibus bonum simpliciter, quod est ipse Deus clarè visus; & hoc bonum vult illa volitione, quæ simpliciter est volitio, & simpliciter amor, & amicitia, videlicet, absoluta, & efficaci volitione, quæ solos prædestinatos respicit. Igitur volitio prædestinandi homines causavit Incarnationem.

7. Confirmatur secundò 1. Ioan. 4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.* Vbi charitatis nomen significat magis apertè vim amicitia, quæ præcipuè respicit eos, qui futuri sunt in æternum amici, videlicet prædestinatos. Nec solum Incarnatio significatur per missionem, sed etiam merita Christi Domini significantur, cum ait: *Ut vivamus per eum,* veluti per causam meritoriam, sicut ex Ioan. 3. dixit: *Salvetur mundus per ipsum.* Sed magis apertè sequentibus verbis: *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.* Vbi propitiationis nomine cõprehenduntur omnia merita Christi, propter quæ remittuntur peccata nobis, & restituiuntur in gratiam Dei; igitur propterea Pater voluit Christum Dominum acquirere merita, quia dilexit nos amore charitatis & amicitia, proindeque non tantum Incarnatio, sed etiam merita Christi sunt effectus dilectionis, qua Deus voluit homines prædestinare.

8. Confirmatur tertio Ioan. 6. *Hac est autem voluntas eius, qui misit me, Pater; ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem eum in novissimo die.* Vbi manifestè de prædestinatis agitur, iuxta illud paulo superius ante citata verba: *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eieciam foras.* Iam verò totam Incarnationis dispensationem, & aduentum Christi volitum fuisse à Patre propter hunc finem salutis prædestinatorum, ostendunt, quæ continuò sequuntur. *Quia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.*

9. Quartò similis confirmatio sumi potest ex verbis Galat. 4. *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Huius missionis causam fuisse charitatem Dei erga suos electos, ostendit Ephes. 2. *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui in peccatis, conuiuificauit in Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in caelestibus in Christo Iesu.* Hac igitur omnia sunt effectus, procedentes ab illa causa, videlicet, charitate nimia, quia dilexit nos.

10. Confirmatur quintò Roman. 8. *Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Igitur & Filium donauit nobis, ut cum illo donaret cetera. Quòd esse nostræ donatio potissimum volita sit propter electos, apertè colligitur ex contextu præcedenti, atque sequenti. Premiserat enim: *Quos præcinit, & prædestinauit, &c.* vsque ad illud: *Glorificauit,* continuòque subiungit: *Quid ergo dicemus ad hoc? Si Deus pro*

*nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio, &c.* & continenter post citata verba subiungit: *Quis accusabit aduersus electos Dei?*

Postremò possent ad idem probandum afferri plurima testimonia Patrum alserentem prædictam charitatem Dei erga genus humanum; ad cuius redemptionem Filium suum misit. Verumtamen neque prædicta Scripturæ testimonia necessarium esset expendere, nisi timendum esset, ne vir auctoritatis eximia Vazquez in contrariam sententiam multos raperet, quando 1. p. disp. 94. c. 5. §. *verumtamen*, asserit; iuxta phrasim Scripturæ, & Patrum nullo modo vocari effectus nostræ prædestinationis Incarnationem, & merita Christi Domini.

Dico secundò, Prædictis testimoniis fortissimè, euidentiùsque probatur, merita & Incarnationem Verbi fuisse effectus prædestinationis hominum saltem in communi, & yagè. Atque hoc solum valde iuuare potuit ad explicandum ordinem prædestinationis Christi comparatione nostræ prædestinationis. Nihilominus valde probabiliter ex eisdem testimoniis infertur, Incarnationem, & merita Christi Domini fuisse effectus prædestinationis efficacis Petri, & Pauli, & quorumbet electorum in particulari. Ratio autem istius illationis est, quoniam illi non obstat causalitas, qua Christus est causa meritoria nostræ prædestinationis; hæc enim non excludit reciprocam rationem effectus in diuerso genere, sicut ostendimus sect. sequente; & aliunde perfectior modus eligendi ex charitate, & ordinandi media propter amicos, est illos in particulari & determinatè diligere, & ad illos ordinare omnia media salutis.

Confirmatur; si enim hæc perfectio conceditur humanæ voluntati Christi, *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*; Ephes. 2. potiori iure concedenda est diuinæ voluntati, ut quia me singularem determinatum dilexit, dederit, & tradiderit unigenitum; nam & hoc magis auget rationem gratitudinis, & rependendæ dilectionis, & aliunde nulla ratio sufficiens hoc prohibet.

Dico tertio, Quamuis Incarnatio, & merita Christi Domini verè proprièque habeant quidquid requiritur ad essentiam effectus nostræ prædestinationis; attamen absolute loquendo & absolute maiori declaratione, potius appellanda sunt causa nostræ prædestinationis, quam effectus. Denominatio namque sumenda est à præstantior; at multo principalior est causalitas, quam Incarnatio, & merita Christi Domini exerceri in nostram prædestinationem, quam ea causalitas, per quam efficiuntur ab illa.

SECTIO V.

*Declaratur modus, & ratio prædestinandi Christum, & ceteros electos cum dependentia, & causalitate reciproca.*

Cum probatum fuerit sect. præcedenti, merita, & Incarnationem Verbi esse nostræ prædestinationis effectus, & aliunde sectionibus sequentibus probanda veniat multo præstantior causalitas, qua Christus Dominus meruit nostræ prædestinationem; operæpretium fuit explicare modum concordia inter utramque causalitatem, quoniam

quoniam illius difficultas multos à veritate deterreret, & resiliere compellit.

Sit igitur conclusio prima. Totam Ecclesiam triumphantem, quæ complectitur Christum Dominum vt caput, & ceteros prædestinatos vt membra, simul eadem dilectione, & decreto prædestinauit Deus ab æterno cum mutua dependentia membrorum à capite, necnon capitis à membris, ita vt principalis causa proxima & immediata diligendi, & prædestinandi hæc membra fuerit dilectio, & prædestinatio capitis ad talia merita præuia, quibus influeret in membra; rursus autem motuum & causa prædestinandi hoc caput, fuerit amor, & prædestinatio membrorum, quæ ab illo capite fuerant viuificanda & gubernanda.

Probatum primò, quoniam hic est perfectior modus prouidendi toti reipublicæ supernaturali. Quemadmodum enim Adamum creare volens Deus, non priùs decreuit creare caput Adami, deinde verò decreuit de ceteris membris; sed vno simplicissimo decreto voluit totum Adamum creare, simul volens vt membra subsisterent capiti, & vt caput vitam communicaret omnibus membris corporis; sic illa infinita capacitas intellectus & voluntatis diuinæ simul & cum mutua dependentia voluit totum integrum hominem nouum, seu nouum Adamum, videlicet Christum Dominum cum omnibus membris mysticis.

Confirmatur primò, quia non expediebat caput existere solum sine membris etiam in particulari; ergo minus perfectus modus amandi, & prædestinandi caput, esset ille, virtute cuius membra illius in particulari non essent prædestinata propter dignitatem & gloriam, & plenitudinem capitis. Aliunde membra singula viuere nequeunt sine capite. Igitur minus perfectus modus amandi & prædestinandi membra foret ille, virtute cuius caput non esset prædestinatum ad viuificanda membra. Consequens igitur est, prædestinandi modum fuisse talem, ex vi cuius caput & membra cum mutuo respectu & dependentia fuerint prædestinata.

Confirmatur secundò, quia totam œconomiam Ecclesie triumphantis Deus voluit, & prædestinauit per modum vnus familiae, in qua naturalis Filius esset primogenitus in multis fratribus, filiis adoptiuus Dei, iuxta illud Rom. 8. *Quos præcinit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Vnde constat, prædestinationem hominum ordinatam fuisse ad eum finem gloriae Christi Domini. Porro Christus Dominus nequaquam prædestinari potuit, vt esset primogenitus in multis fratribus, nisi prædestinarentur etiam fratres. Et quamuis de potentia absoluta non implicet, priùs fuisse prædestinatum Christum Dominum, vt esset Filius naturalis Dei, deinde verò fuisse prædestinatum, vt esset primogenitus in multis fratribus; nihilominus longè perfectior modus prouidentia fuerit simul absque vlla prioritate rationis prædestinare totam illam dignitatem Christi; quemadmodum passiones, & potentias, quibus ornanda sit essentia hominis, vult Deus non quidem posterius ratione, quam velit essentiam hominis, sed simul vult essentiam ornatam potentiis & passionibus.

Confirmatur tertio, nam in vnoquoque com-

posito quælibet pars affert cæteris aliquid commoditatis, vtilitatis, & pulchritudinis; & ea de causa congruentior est rerum naturis, & eo ipso perfectior modus volendi, quo totum simul, & omnes eius partes eliguntur per modum vnus, & cum mutua dependentia. Sic enim in domo, vel templo rectam à fundamentis & parietibus sustinetur, quibus rependit vices, protegens à pluuio & aliis inclementiis cœlorum, & ornans, atque perficiens. Sic etiam in composito physico forma corruptibilis à materia sustinetur, & causatur in genere causæ materialis, nec sine illa posset operari, nec existere; sed eadem forma multò maiorem vtilitatem confert materiae.

Confirmatur quartò, defuisset enim Christo Domino magna pars felicitatis accidentalis, si defuisset aliorum hominum prædestinatio. Crederet enim ei lætitia inenarrabilis ex augmento gloriae Patris, & ostensione maiori diuinorum attributorum; ex reformatione imaginum Dei, ex fecunditate tot filiorum, qui sicut nouellæ oliuarum, erunt in circuitu mensæ suæ; ex regno, & multitudine, ac felicitate subditorum, ex laborum fructu. Maximè verò, nam Christus, prout est homo, naturaliter est animal politicum, & sociabile; quæ naturalis propensio perficitur, & eleuatur ad altiorem gradum per charitatem, quæ cum sit amicitia perfectissima, summopere congaudet veræ felicitati amicorum, & eis coniuuere, & communicare vult.

Secundò probatur eadem conclusio prima, quia nisi cum mutua dependentia supradicta fuerint prædestinati simul Christus Dominus & ceteri electi, non possunt in concordiam redigi duæ veritates, sufficienter probatæ sacris literis, & Patribus, videlicet, Incarnationem & merita Christi Domini effectus esse nostræ prædestinationis (quod probatum fuit sect. præcedenti) sed magis principaliter Incarnationem & merita Christi Domini causam esse nostræ prædestinationis, quod ostendent sectiones sequentes.

Secunda conclusio. Quamuis extrema prædicta simul ratione prædestinata fuisse, dixerimus propter mutuam dependentiam; nihilominus absolute possumus etiam concedere, prædestinationem Incarnationis, & meritorum Christi Domini simpliciter esse priorem nostræ prædestinationi; quatenus ea causalitas, per quam nostra prædestinatio pendet à prædestinatione Christi Domini, multo præstantior est, quam illa, per quam prædestinatio Christi Domini pendet à nostra. Cæterum hucusque rationis prioritatem in eo sensu negauimus, quo significarem, tale fuisse de facto prædestinationis decretum, vt non rectè nec plenè concipiatur Christus vt prædestinatus de facto, quin simul intelligantur omnes electi cum mutua dependentia.

Ad cuius maiorem lucem duo notanda sunt. Primum est, nihil supra dictis obstare, quod supra disputat. 13. sect. 4. & 5. probatum est, plures, & diuersos homines de facto fuisse prædestinatos post præcognitum originale peccatum, vt absolute futurum; pauciores autem, & diuersos fuisse prædestinandos, si perseverasser status innocentia. Hoc, inquam, nihil obstat, siue dixeris Christum Dominum fuisse prædestinatum dependenter ab originali peccato, siue independenter ab illo. Nec enim supponebatur scientia visionis, quæ supponit existentiam peccati in se ipso; sed tantum supponebatur scientia in de-

Dependentia forma à materia.

Magna lætitia Christi D. ex conformatio prædestinatorum.

8.

9.

Incarnatio Christi D. simpliciter prior nostræ prædestinationi.

Duo notabilia.

Videte Deum bonum hominis simplicitate.

Quid per missionem Christi D. significatur.

Dei charitas.

10.

11.

12.

13.

14.

1.

2. Ecclesiastium phant.

3. Prouidentia Dei circa reprob. supernaturalem.

4. Dependentia membrorum à capite.

5. Christus D. primogenitus.

Dependentia prædestinationis Christi D. à prædestinatione electorum.

6. Pars vtilis tota.



creto creandi primos parentes cum talibus circumstantiis; ex vi cuius supposita scientia cunctorum, quæ sub conditione futura essent, evidentiſſimè Deus sciebat Adamum esse peccatum, qua scientia præsupposita simul voluit Christum, Adamum, & cæteros omnes electos prædestinare, modo supradicto.

Secundò ne te suspensum teneat sollicitudo de Incarnatione Verbi, quam, probabilis est, ex vi præsentis decreti fuisse peragendam, licet Adamus non peccaret, (vt obiter diximus disp. 52. conclus. 4.) Nota nihil obſtare supradictum modum prædestinandi. Porrit enim Deus tanta appetitione diligere Christum, vt ex vi præsentis dilectionis, eum prædestinaret simul cum aliis hominibus prædestinandis in statu innocentia, si non fuisset peccaturus Adamus. Cæterum, quia præcognouit futurum peccatum Adam; propterea Christum eundem ad passionem, & redemptionem prædestinavit simul cum omnibus hominibus efficaciter redimendis, & dependenter ab illis.

Ex his constat solutio ad argumentum, negando consequentiam; ad cuius probationem antecedens negatur. Quamuis enim Christus D. meruerit prædestinationem nostram, & eo ipso meruerit omnes effectus nostræ prædestinationis, qui non inuoluunt diuersum genus causalitatis; attamen non meruit nostræ prædestinationis effectus inuoluentes diuersum genus causalitatis. Huiusmodi autem sunt Incarnatio, & merita Christi Domini. Vitium autem prædictæ consequentiæ manifestatur exemplo physico. Nam corruptibilis forma causat, & in genere causæ formalis conseruat materiam, & eius dispositiones, & omnes effectus illarum; nihilominus nec causat se ipsam in genere causæ formalis, nec se ipsam informando conseruat, licet verè causetur à materia disposita; quoniam inter formam & materiam mutua causalitas est diuersi generis.

Sic ergo Incarnatio, & merita Christi Domini tanquam meritoria causa nostram prædestinationem, & omnes alios effectus illius causauit. Inde tamen non licet inferre, quod Incarnatio & Christi merita meruerint, & causaerint se ipsa, licet sint effectus nostræ prædestinationis, quoniam in alio diuersissimo genere causalitatis procedunt à prædestinatione nostra, nimirum quatenus non expediebat caput esse sine membris, nec redemptorem, & redemptionis pretium existere sine captiuis efficaciter liberatis, nec præceptorem sine discipulis, nec sponsum sine sponsa, nec Regem sine regno, nec primogenitum sine fratribus.

Hæc ipsa solutio diluit præcipuum argumentum contrario modo conceptum, quo Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 5. probare contendit, nullo modo vocati nostræ prædestinationis effectus Incarnationem & merita Christi Domini, quoniam sunt illius causa.

Alterum autem argumentum illius videtur supponere, quod Incarnatio & merita Christi Domini forent prima gratia, & prædestinatio Christi Domini foret prædestinatio electorum ad primam gratiam illorum, si forent effectus prædestinationis nostræ merita Christi Domini, & Incarnatio. Consequens autem esse falsum probat, quoniam Augustinus & alij Patres contra Pelagium frustra contenderent, probantes pro-

11. Incarnatio ex vi præsentis decreti etiam si Adamus non peccaret.

12. Quos effectus nostræ prædestinationis meruerit Christus Dominus.

13. Incarnatio & merita Christi Domini se ipsa non meruerunt, nec causarunt.

14.

mam gratiam absque meritis dari; quia nec Pelagius, nec alius hæreticus asseruit Incarnationem, & merita Christi Domini fuisse nobis data propter nostra merita.

Responderunt, Christum Dominum ipsum, & eius merita fuisse propriissimè gratiam, traditur Hebr. 2. *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* & ad Titum 2. *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, &c.* 2. Corinth. 8. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, vt illius inopia vos diuites essetis.* Augustinus autem lib. de corrept. & grat. cap. 11. prope init. de lapsis hominibus ait: *Potentiori gratia indigent isti. Quia autem potentior, quam Dei vniuersus Filius pro eis factus homo?* De quo suppetunt alia eiusdem, & aliorum Patrum testimonia, sed omittuntur, quoniam hoc euidenter conuincit quidditas gratiæ. Nam Christus, & eius merita sunt donum merè liberali Dei dilectione collatum humano generi. quod etiam probant Scripturæ, quas retulimus sect. præcedenti.

Cum igitur indubitabile sit esse gratiam Christum Dominum, & eius merita, prætereque principium esse cæterarum omnium gratiarum; dubitari non potest, quin sit prima gratia. De illa tamen contra Pelagium non differbant Augustinus, & alij Patres, sed de illa prima gratia, quæ est initium inherentis iustificationis, iam applicatæ ad particularem hominem propter merita Christi. Quibus adde, multos esse nostræ prædestinationis effectus, qui non sunt propriè & intrinsecè gratia; vt vidimus disp. 21. sect. 2. & tota disputat. 24. Quapropter si aliunde non probaretur, Incarnationem & merita Redemptoris esse gratiam, non posset inferri gratiam esse, ex eo, quod sint effectus prædestinationis nostræ.

SECTIO VI.

*Æternæ, & increatæ dilectionis & prædestinationis hominum causam meritoriam fuisse prædestinationem Christi Domini, & illius passionem, & opera.*

Probatur primò, quoniam hoc pertinet ad maiorem dignitatem Christi Domini & meritorum illius, & aliunde non repugnat aliis dogmatibus theologicis, vt facile colligi potest ex præcedenti sectione.

Declaratur amplius, & confirmatur, nam infinita gratia, per quam Christus Dominus gratus est Patri, causa est cuiuslibet gratiæ, per quam homines sunt Deo grati, sed increata dilectio & prædestinatio Dei est præstantissima gratia, summa liberalitate collata prædestinatis; igitur etiam istius dilectionis & prædestinationis hominum causa est infinita gratia, per quam Christus Dominus gratus est Patri. Minorem, videlicet, dilectionem, & prædestinationem hominum esse præstantissimam gratiam, probauimus disput. 1. sect. 7. dicto 4.

Maiorem autem non modò persuadet pietas ad maiorem gloriam nostri capitis propensa; sed etiam sacra litera significant non obscurè Ioan. 1. *Plenum gratia, & veritate. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, quia*

15. Christus Dominus gratia.

16. Christus Dominus principium omnium gratiarum.

Christus Dominus gratissimus Patri.

A gratia Christi Domini cætera causantur.

2.

propter gratiam, qua Christus est plenissimè gratus, nos accepimus gratiam, qua grati sumus Deo, & propter quam à Deo diligamur. Sicut & Roman. 5. *Multo magis gratia Dei, & donum vniuersi hominis Iesu Christi in plures abundauit.* Ephes. 1. *Gratificauit nos in dilecto Filio suo.* Prima verò gratificatio, cæterarumque fons, est dilectio, & prædestinatio nostra; de qua sub initium eiusdem capitis dixerat: *Benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso,* de quo statim.

Denique Ioan. 17. *Diexisti eos, sicut me dixisti.* Vbi dictio *sicut* ponitur pro *quia*, sicut Augustinus notauit tract. 110. nec immeritò, quia Christus Dominus meruit imitaricem dilectionem ad instar sui. Hieron. autem lib. 2. in Iouin. ait: *Ideo nos diligit, quia Filii dilexit Pater.* Idem est sensus in postremis verbis eiusdem capitis 17. *Vt dilectio, qua dixisti me, in eis sit, & ego in ipsis.* Constat autem apertissimè, totam illam orationem Christi ad Patrem, agere de solis prædestinatis, prout discernuntur à mundo.

Secundò probatur eodem cap. Ephes. 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsam, secundum propositum voluntatis suæ.* Vbi præpositio *per* denotat meritoriam causam apud omnes expositores. Atque vt minimum significat, Christum Dominum fuisse causam meritoriam, vt Deus nos adoparet in filios, conferendo nobis fidem, spem, & charitatem; atque hoc tantum in suis commentariis exprimunt Chrysoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, Ambrosius, Hieronymus, & alij. Quamuis autem inde non inferatur necessariò, Christum Dominum meruisse diuinum & æternum decretum, quo Deus nos prædestinavit in adoptionem filiorum; nihilominus ille contextus absque vlla violentia recipit hunc sensum, vt per Iesum Christum veluti per causam meritoriam Deus nos prædestinauerit in adoptionem, ita vt ipsam etiam increatam prædestinationem meruerit Christus Dominus; & hoc est ei honorificentius, & non excluditur à prædictis Patribus, licet ab eis non exprimatur.

Confirmatur verbis proximè præcedentibus: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti.* Vbi particula *in* ponitur pro particula *per*, & significat electionis causam, vt Chrysoſtomus, & alij Græci docent, & ex Latinis sequuntur Ambrosius, & S. Thomas. Sic enim in aliis verbis Apostoli causam meritoriam significat *in* præpositio. Quemadmodum in eodem cap. 1. *Gratificauit nos in dilecto Filio suo.* & infra: *Instaurare omnia in Christo.* & iterum: *In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, &c.* & sequenti cap. 2. *Conuersitauit, & confedere fecit in celestibus in Christo Iesu.* & post pauca: *Abundantes diuitiis gratia suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.* & iterum: *Creati in Christo Iesu in operibus bonis, qua parauit Deus.* His & aliis in locis præpositio *in* denotat meritoriam causam, sicut præpositio *per*. Ideòque Chrysoſtomus homil. 1. ad Ephes. ait: *Per quem nos benedixit, per eundem nos elegit.* Eodem modo exponit Theophylactus, & Phorius apud Oecumenium ait: *Benedixit per Filium, elegit per Filium, charos fecit per Filium.* Quin etiam ad mala merita refertur eadem præpositio de Prædestinatione.

3. Sicut aliquando pro quia.

4.

Christus Dominus causa meritoria increata etiam prædestinationis.

5. In pro per.

sitio sub eodem sensu. Veluti Thren. 4. *Captus est in peccatis nostris.* & Michæa 1. *In scelere Jacob omne istud.*

Quamuis autem ea dictione meritoriam causam intelligamus, simul etiam possumus intelligere finalem causam propter fecunditatem facti Verbi (quemadmodum intelleximus sect. 1.) eo vel maxime, quoniam vtraque causalitas, finalis, & meritoria continetur in vnica ratione capitis, in quo nos vt membra sumus electi. Denique recolendum est ex Patribus, quos citauimus disput. 8. sect. 6. prædictis verbis ad Ephes. 1. præcipuè significari electionem æternam, & increatam, cuius nulla fuit ratio ex parte nostra, sed tantum ex parte Christi Domini.

Tertiò probatur 2. ad Timoth. 1. *Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, qua data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Vbi dictio *in* significat meritoriam causam, sicut in locis nuper adductis. Porro nulla gratia cum effectu nobis data extitit actualiter ante tempora secularia, nisi præstantissima gratia dilectionis, & electionis æternæ, qua Deus nos prædestinavit. Quod si volueris intelligere creatam & temporalem gratiam eo sensu nobis ab æterno fuisse datam, quoniam ab æterno Dei prædestinatione fuit præparata; inde quoque deducitur, hanc æternam præparationem in Dei prædestinatione fuisse in Christo, id est, propter eius merita. Dicit enim Apostolus datam esse in Christo Iesu ante tempora secularia.

Quartò probatur Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum; & reliqua, quæ ponderauimus sectione 8. sine.*

Valde tamen ad eiusdem veritatis explicationem, & corroboracionem conferet animaduertere, quantum hæc nostra sententia distet ab alia, quæ voce tenus concedit electionem hominum determinatam, & in particulari factam fuisse propter merita Christi Domini. Nam ad hoc simpliciter verificandum in re ipsa, non est satis, meruisse Christum Dominum omnes creatos effectus prædestinationis, etiam primam vocationem congruam, & ordinem rationis, quem amor Dei necessarius per extrinsecam denominationem recipit ab his effectis; sed necessarium est, meruisse ipsum æternum & increatum decretum prædestinandi hunc hominem, & illum determinatè, & in particulari.

Hoc autem probatur primò, quia propter orationem Stephani dedit in tempore Saulo congruam vocationem, vt conuerteretur, & perueraret in gratia; nihilominus hoc, non fuit factis, vt Stephanus dicatur meruisse electionem, & prædestinationem Pauli; vt magis constabit disp. 58. sect. 2.

Probatur secundò, quia de facto iusti bonis operibus merentur gloriam; nihilominus non merentur electionem, & prædestinationem ad gloriam. igitur mereri primam gratiam vocationis congruæ, atque cæteras omnes gratias, non est mereri electionem & prædestinationem ad illas omnes gratias. Antecedens fusè probatum fuit disput. 12. præcipuè sect. 3. vsque ad 6. Consequentia verò probatur; propterea namque

6. Finalis causa.

7.

Gratia creatam.

8.

9.

Stephani oratio pro Paulo.

Iusti non merentur suam electionem ad gloriam.

10.

iusti bonis operibus non meruerunt electionem ac prædestinationem ad gloriam, quoniam Deus merere gratis & independenter ab operibus, præcognitis vt absolute futuris, decreuit talem hominem ad gloriam perducere, tanquam ad coronam iustitiæ, & ea intentione decreuit, ei conferre gratiam, & opera, quibus eam mereretur, vt vidimus in eisdem sectionibus. Sed potuit Deus similiter, nec minus independenter à meritis Christi Domini, præcognitis vt absolute futuris, decernere talem hominem ad gloriam perducere, ac potuit ea intentione decernere, vt Christus Dominus illi homini mereretur primam gratiam vocationis congruæ, & cæteras omnes gratias, ipsam quoque perseverantiam: tunc autem Christus mereretur primam vocationem congruam, & omnes gratias; nihilominus non mereretur electionem ad illas. Ergo mereri prædictas gratias, non est mereri electionem ad illas.

11. Probatur tertio, nam vniuersaliter ad causandam rem illam, quæ est causa, non est satis causare effectum ex illa, nec necessario procederet; quamuis e contrario ad causandum effectum, sit satis causare causam, ex qua necessario procedit. Cum igitur mereri sit genus causandi moraliter, vt aliquid sit causa meritoria rei, quæ est causa, non erit satis mereri effectum ex illa necessario secutum. At verò diuina electio, & prædestinatio causa est, ex qua necessario sequitur vocatio congrua, & cæteræ omnes gratiæ prædestinatorum; quapropter vt Christus mereatur electionem, & prædestinationem nostram, non erit satis nobis mereri prædictas gratias creatas.

Mereri est genus causandi moraliter.

12. Occurrit tamen Gabriel Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 4. colum. 2. & sequentibus, contendens, non potuisse sub meritum Christi cadere increatum & æternum ipsum actum electionis & prædestinationis nostræ; quia id, quod increatum est, non pendet vilo modo ex precibus & meritis creatis, ita vt illis non existentibus, non existeret; sed ex se ita necessario est, vt non existeret non sit possibile.

13. Cæterum in hoc & aliis argumentis inuoluit quas alias generales difficultates de actu libero Dei.

Actus liber Dei.

Altera est, quomodo potuerit non esse in Deo libera dilectio, si ea dilectio tota prout circa creaturas realiter versatur, & est illarum efficax causa, est ens diuinum, increatum, & æternum. Cui abundè satisfecimus tomo de voluntate Dei disp. 11. 12. & 13.

Altera difficultas est, qua ratione possibile sit ex rebus creatis Deum liberè sumere causam, siue rationem suæ voluntatis efficacis; de qua dictum est satis supra disp. 3. sect. 3. 4. & 5. & tomo de voluntate Dei disp. 15. sect. 3. & sequentibus. Quæruim grauißima doctrina quoniam obscuratur, elanguet, atque sordeßcit nimia breuitate, propterea nunc non attingitur.

SECTIO VII.

Ipsius etiam electionis, prout discernit, & discrimen constituit prædestinatorum à præcitis, meritoria causa fuit Christus Dominus.

1. Dvplici modo potest intelligi, quod in præcedenti sectione probatum fuit, Christum

Dominum fuisse meritoriam causam electionis nostræ, prout nos discernit à massa perditionis.

Primus & facilior modus est, si Christus Dominus meruerit, vt Pater pro suo beneplacito deligeret, ac discerneret à præcitis, quos ipse Pater vellet, Christo non interponente preces, nec merita pro vno homine magis, quam pro alio, quantum est ex parte voluntatis humanæ, sed totam determinationem discriminis relincente voluntati diuinæ, nullam ei rationem discriminis conferendo, sed tantum perendo, & merendo, vt multos prædestinatos eligat, & discernat à massa perditionis.

2. Secundus verò modus erit, si Christus Dominus per humanam voluntatem pro quibusdam hominibus potius, quam pro aliis intercesserit, & sua merita eis efficaciter applicari petierit. Pater autem propter has preces, & voluntatem Christi, præcognita vt absolute futura, decreuit ab æterno, Petrum eligere, prædestinareque potius, quam Iudam, & sic cæteros prædestinatos. Breuitatis autem, & claritatis causa deinceps hunc modum significabimus hoc nomine: *Electio determinata per merita.* Priorem verò modum significabimus hoc nomine: *Electio determinanda per arbitrium Patris.*

3. Dico igitur primò. Prior ille modus, videlicet, electio determinanda per arbitrium Patris, erat sufficiens, vt absolute verificaretur, Christum Dominum meruisse, & suis orationibus impetrasse cunctorum electionem, etiam sub ea ratione, qua electio discernit, & discrimen constituit in prædestinato, separando illum à grege reprobatorum. Atque hoc vt minimè concedi debet meritis Christi Domini. In hac conclusione conueniunt Vazquez 1. p. disp. 94. c. 3. §. præterea, & Suarez 1. p. lib. 2. de prædestin. n. 16. 17. & 22. nec contradicit 3. p. tomo 1. disp. 41. sect. 4. nec non Lessius, Arrubal, Herice, & Pennottus citati sect. 3. sub finem.

Electio determinanda per arbitrium Patris.

Ratio manifesta est, quia nisi Christus Dominus nos redemisset, & suas orationes ac merita Patri obtulisset, omnes homines relinquerentur in eadem massa perditionis, nec ab illa secernerentur, nec eligerentur ad gloriam, nec acciperent discrimen, quo superant homines præcitos; quamuis electio fuerit determinanda per arbitrium Patris; igitur ille modus merendi electionem sufficiens esset, vt absolute verificaretur, Christum Dominum meruisse, & suis orationibus impetrasse electionem, quatenus discrimen constituit.

Virtutes maxima nobis ex Christo Domino.

4. Declaratur, & confirmatur exemplis; quia si quis à figulo emisset mille vasa ad vsus honorificos menæ, quamuis emptor non determinauerit partem luti, quæ separanda erat à plurimis vasis, aptandis ad vsus sordidos, & viles; sed tota determinatio partium luti, quæ formandæ fuissent ad vsus honorificos, relicta fuerit arbitrio figulij, nihilominus ille emptor dato pretio causa meritoria fuisset, vt figulus ex eadem massa luti pro suo arbitrio separaret mille partes, formandas in vasa honoris, & ad vsus menæ.

Similiter Rex alicui redemptori tribuens tantum argenti pondus, quantum scit esse necessarium ad mille captiuos redimendos; quamuis ipse Rex non determinasset personas, sed redemptoris arbitrio commisisset, vt personas, quas voluerit vsque ad eum numerum redimeret, adhuc verè

verè & propriè Rex sua liberalitate fuisset causa, propter quam redimerentur, & deligerentur isti homines potius, quam illi, quoniam ad hanc electionem faciendam pretium dedit redemptori.

5. Determinata electio à Christo D. respectu videntur post incarnationem.

Dico secundò. Christus Dominus hominibus, post eius Incarnationem viuentibus, meruit determinatam electionem, videlicet, vt hic homo determinatè, & in singulari eligeretur (& sic de cæteris electis) præteriens cæteros præcitos. Hanc assertionem re ipsa tenuit Lessius, vt vidimus sect. 3. pro quarta sententia: de alijs autoribus non affirmo; eam tamen verbo tenus docuit Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 3. §. cæterum, & sequent. Re tamen ipsa nihil amplius docet, quam primam vocationem secundum propositum, & cæteras omnes gratias de facto fuisse datas propter merita Christi Domini: quod iam hodie nemo Catholicorum negabit. Hæc igitur ratio Doctorem eundem impulit, vt tanquam indubitabilem doctrinam istam persuadere nitatur. Nos autem eisdem verbis rem infinito intervallo distantem significantes, nimirum æternam & increatam ipsam electionem Dei, non possumus hanc assertionem vt indubitabilem proponere, sed tantum vt magis probabilem.

6. Ratio maioris probabilitatis est, quoniam ita dispositam fuisse prædestinationem hominum propter merita Christi Domini, per ipsius voluntatem humanam applicata determinatè ad particulares personas: hoc, inquam, cedit in maiorem gloriam Christi Domini, & consequenter in maiorem gloriam Patris, magis absque limite glorificans Filium, & quamlibet possibilem potestatem tribuentis, vt quos voluerit filios in gloriam adducat. Idem etiam providendi modus reddit prædestinatos maiori obstrictos beneficio, & altiori deuinctos debito charitatis humanæ voluntati Christi Domini, quæ maiorem eis gratiam præstat, eos nominatim & singulariter determinando. (quod esse maioris charitatis & beneficij fateretur contraria sententia.) Aliunde verò nulla repugnantia prohibet eam potestatem fuisse collatam Christo Domino, nec ei resistunt sacra literæ, sed potius aliquantulum fauent.

7. Hoc autem probatur primò, nam Lucæ 22. Ego, inquit, rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vbi quamuis oratio illa Christi Domini potuerit terminari ad impetrandum solum effectum temporalem, & creatum perseverantiæ Petri in fide, & conuersionis futuræ ad utilitatem fratrum: altius aliquid, & magis proportionatum infinitæ dignitati Christi fuerit intelligere, Christum Dominum sua oratione ab æterno præuisa, præbuisse causam meritoriam, & impetratoriam, vt Pater decerneret, Petrum prædestinare ad perseverantiam in fide, & ad conuersionem.

Oratio Christi D. pro Petri fide.

8. Orationes sanctorum quid impetrant, & mereantur.

Confirmatur primò, nam & Stephanus suis orationibus meruit conuersionem Pauli, & multri alij sancti suis meritis & orationibus impetrant determinatis hominibus auxilia supernaturalia, & opportunitatem vocationem. Nihilominus eo quodd sunt inferioris ordinis, non attingunt supremam excellentiam merendi, & impetrandi æternam & increatam electionem ad illam gratiam illis hominibus determinatè præstandam. In hoc autem genere dignum est aliquid altius & melius sentire de liberalitate Patris erga Christum, ita vt eius humanæ voluntati dederit optio-

nem, quam ab æterno præuisam approbauerit, & decreuerit prædestinatio diuina.

Confirmatur secundò, quoniam adulti omnes ita merentur suis operibus gloriam, vt illa merita non fuerint Deo ratio eligendi illos ad gloriam: altiorem igitur expedit esse modum, quo Christus Dominus meruit hominibus gloriam, merendo etiam æternam Dei electionem ad illam.

9. Secundò potest idem argumentum vrgeri oratione Christi Domini Ioan. 17. potissimum illis verbis: *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; & infra: Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.* Quibus verbis dubitari non potest, quin meruerit Apostolis gratiam congruam & efficacem, qua vsque in finem perseverarent: cumque pro illis potius, quam pro aliis orauerit Christus Dominus, certum est illis hanc gratiam potius, quam aliis obtinuisse.

Verumtamen inde necessariò non sequitur, meruisse & impetrasse increatam & æternam electionem Apostolorum. Colligitur autem probabiliter propter rationem dictam probatione prima.

Confirmatur, quia singulari vocatione Nathanaëlem, Zachæum, Magdalenam, & alios attrahens, significabat specialem affectum ad eorum electionem.

10. Tertio. Quando pro crucifigentibus & insultantibus orauit: *Parce eis Domine*, non est dubium cognouisse, quinam ex illis futuri essent, qui post eius mortem reuerterentur percutientes peccata sua, & post Pentecostem plenius conuertebantur ad fidem. Quæd autem prohibet eis potius, quam aliis voluisse Christum Dominum suæ orationis efficaciam, & ita meruisse, vt à Patre prædestinarentur ad conuersionem, & perseverantiam.

Oratio Christi D. pro crucifigentibus.

11. Quarto probatur, nam in sacris literis volendi verbum, applicatum ad relatiuum quod, vel quos, aut simile, significat liberam optionem, & electionem. Quemadmodum Ecclesiastici 15. *Ad quod volueris, porrige manum tuam.* quam significationem multis aliis testimoniis corroborauimus tomo de scientia Dei disp. 39. sect. 7. & 8. Sed hanc phrasim de Christo Domino prout erat homo, dictam legimus non raro: veluti Marci 3. *Vocauit ad se, quos voluit ipse, & venerunt ad eum, & fecit, vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos, &c. Matth. 11. Nec Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Ioan. 6. *Sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificat, ita & Filius, quos vult, viuificat.* & Ioan. 17. *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum.*

Verbum volendi in Scriptura quid.

12. Quod si Christus Dominus per claram visionem in essentia diuina videbat, iam à Patre determinatas fuisse personas illas independenter à præcognito futuro delectu & optione faciendâ per ipsum in tempore: vel prorsus ligatur libertas optionis, vel maxima sui parte debilitatur, atque deprimitur. Si verò Christus Dominus videbat in essentia diuina, sicut determinatio diuini decreti ad prædestinandos homines habuit pro ratione præcognita merita in tempore futura; sic etiam determinationem eiusdem decreti ad hos potius, quam illos prædestinandos, habuisse pro ratione futurum delectum, & applicationem peculiarem meritorum: hac ratione non ligatur libertas optionis datæ Christo Domino, nec debilitatur, aut deprimitur: sicut nullum istorum

Viso beata Christi D.

inconueniens sequitur ex eo, quod Christus Dominus in essentia diuina videret, praedestinationem hominum habuisse pro ratione praecognita futura merita.

13. Restabat autem probare Christum Dominum suis orationibus, & applicatione meritorum determinasse praedestinationem caeterorum electorum, qui post illius Incarnationem fuerant morituri. Hoc autem colligitur a paritate rationis. Quia cum Christus Dominus tam visione beatifica, quam scientia infusa praecognosceret vt sibi praesentes omnes homines iam natos, & nascituros, & qui nasci poterant: potuit eorum omnium habere delectum, sicut & Apostolorum, & discipulorum, & omnes rationes nuper ponderatae suam vim obtinent in omnibus electis.

14. Confirmatur primò, quia Ioan. 17. suas orationes ad omnes praedestinos ampliat, dicens: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. Vbi credituri strictè significantur, qui fide viuam & perseveranti sunt credituri, de quibus Marci ultimo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

15. Confirmatur secundo, quia peculiarem quandam amoris affectum ostendit erga iuuenem quemdam bene moratum, quando Marci 10. Iesus intuitum eum, dilexit eum. Magis ergo, quam alios homines sibi non familiares, dilexit eum. Nihil proinde prohibet, Christum Dominum erga caeteros homines in sua visione beatifica sibi praesentes exercuisse discrimen creaturae dilectionis, quosdam praeter alios eligendo.

16. Quintò probatur eadem conclusio secunda, quoniam de hac plenitudine potestatis ad omnem electionem determinandam, commodè possunt intelligi aliqua Scripturae testimonia; cuiusmodi est illud Psal. 67. Dum discernis caelestis Reges per eam. Nam hic caelestis est, de quo statim in eodem Psalmo: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. & idem, de quo Paulus 1. Corinth. 15. Secundus homo de caelo caelestis; & ipse apud Ioan. saepe monet, se esse de caelo, & de caelo venisse. Iam verò discernere propriissimum est cauantis in electione discrimen, iuxta illud 1. Corinth. 4. Quis enim te discernit; quod ponderauimus disp. 34. Denique Reges sunt omnes praedestinati, Apocal. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Quod totum plenius tribuitur homini Christo Domino, si decreuit ipse, atque discreuit regnatos.

17. Confirmatur primò; sic enim plenior intelligitur eximius ille fauor Patris ad Filium dilectissimum, Psal. 2. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Quamuis enim dare potuisset independenter ab eius precibus; maluit audire prius orationes, & praescire futura merita, & ei postulanti concedere.

18. Notandum est autem Christi Domini hereditatem proprie, & primario vocari solos electos (licet horum attributione quadam extendatur nonnunquam hereditas ad caeteros homines.) Sic enim Psal. 126. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filij, mercus, fructus ventris. Psal. 105. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad laudandum in laetitia gentis tuae, vt lauderis cum hereditate tua. Plenius igitur & altius intelligitur ille fauor, si Pater concesserit Filio, non solum vt in generali postulet electos, sed etiam vt singulos in particulari postulet, & ita postulet, vt eius praecognita preces fuerint Patri ratio meritoria,

propter quam ab aeterno decreuerit eorum praedestinationem.

17. Confirmatur secundo Isai. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Inde namque colligi potest in manu, hoc est, in libera voluntate humana Christi Domini propter passionis merita fuisse positum dirigere voluntatem Patris, hoc est, postulando determinare ad hos homines in particulari iustificandos in aeternum; de quibus statim dicitur: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersiam ei plurimos; id est, plurimos ei distribuam in partem hereditatis, vt copiose comprobatur Hieronymus ibi.

18. Sextò probatur, quia Numer. 11. Dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, &c. & auferam de spiritu tuo, tradamque eis. Quibus verbis arbitrium, & optio concessa sunt liberae voluntati Moysi, vt eligeret, quos vellet, & dignos iudicaret, quibus per Moysen electis Deus conferret gratiam gratis datam gubernationis. Non inficior esse verisimilius, illos fuisse prius electos a Deo ad illud munus, & ad eum finem fuisse praedefinitas eorum electiones a Moysè factas. Verumtamen quia Moyses ignorabat electionem prius a Deo factam; ideo multum honoris accepit a Deo, quia non minus liberè, quos voluit, elegit, quam si Deus non eos prior elegeret. At verò Christus Dominus videbat electionem a Deo factam, ideòque si Deus prior elegerat Apostolos, & septuaginta duos discipulos, multo minorem eligendi potestatem, & minus honorificam commissionem habebat, quam Moyses. Verumtamen licet concedamus aequalem fuisse, indignum est Filium non decorari ampliori honore, quam famulum (iuxta doctrinam Apostoli Hebr. 3.) etiam quantum ad modum commissionis.

19. Explicatur amplius, quia Filius & Dominus omnium praeficiendus est negotiis paternis, non tanquam merus executor, sed tanquam potestatem habens statuendi pro suo arbitrio, & prudentissima, rectissimaque voluntate, qua vellet. Foret autem merus executor praedestinationis, si cognouisset, independenter a suis orationibus praecognitis, fuisse iam a Deo determinatas in particulari singulas personas. Vnde praeterea sequeretur, quantum ad hanc amplitudinem, non verificari, quod Christus Dominus Matth. 28. dixit: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra; de qua Ioan. 13. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.

20. Dico tertio. Ipse quoque gradus gloriae, necnon etiam gratiae tam iustificantis, quam gratis datae, cunctaque media praedestinationis ac differentiae munerum, & dignitatum in Ecclesia, determinata sunt in eisdem hominibus per electionem humanam Christi Domini, cuius meritum & impetrationem habuit pro ratione diuina electio. Huius assertionis non est alia ratio, quam extensio congruentiae, qua probata fuit praecedens assertio.

21. Dico quarto. De numero distinguendum est, nam eorum incrementum, ne pauciores essent, meruisse Christum Dominum, persuadet etiam ratio supra dicta; sed aliter se habuit Christus ad terminum paucitatis, ne plures praedestinentur, vt videbimus sect. 9.

Dico

22. Dico quinto. Patriarchis veteris Testamenti, & caeteris praedestinis, qui mortui sunt ante Incarnationem, Christus Dominus non meruit determinatam electionem, videlicet, vt hic homo potius, quam alter, eligeretur ad gratiam, & gloriam. Vt probem suppono, de potentia absoluta fuisse possibile, Christum Dominum etiam Patriarchis meruisse determinatam electionem. Nulla quippe contradictionis implicatio prohibet, quominus Christus Dominus in vita mortali, considerans Iacob, & Esau fratres, vt erant prius quam quidquam boni egissent, aut mali, peculiarem affectum haberit ad Iacob potius, quam ad Esau, & ille peculiaris affectus Christi Domini praecognitus vt futurus, fuerit ratio meritoria, vt Deus ab aeterno diligeret Iacob potius, quam Esau.

23. Hoc tamen de potentia ordinaria fuit impossibile, quoniam ordinatus modus determinandi, quod a superiori voluntate confirmandum, & decernendum est, postulat orationes, per quas impetretur applicatio determinata merito, nec satisfit illi per simplices affectus. Quapropter vt Christus Dominus secundum meliorem prouidentiam modum humana voluntate determinaret in singulari homines a Deo eligendos, necessarium erat pro illis specialiter orare, vt illis efficaciter applicarentur sua merita. Sic tamen orare pro hominibus iam existentibus extra viam, & qui iam non poterant a gratia Dei, nec a spe gloriae cadere, non esset consonum essentiae orationis, quae non respicit iam facta, & quae non possunt non esse, sicut sunt, sed eas res tantum postulat, quae sunt adhuc in statu contingentiae, vt possint fieri, & non fieri. Solus autem affectus singularis ad vnum hominem, iam existentem in sinu Abrahae, potius, quam ad alium hominem, iam additum aeternis poenis inferni, videtur minus consonus prudentiae, & rectae rationi.

24. Obiiciunt. Christus Dominus de facto meruit gratiam, & gloriam collatam omnibus qui praecesserunt Incarnationem, & illis omnibus meruit electionem ad illam, vt vidimus sect. praecedenti: ergo potuit eodem modo mereri electionem determinatam ad hunc hominem potius, quam ad alium. Consequentia probatur, quia sicut pretio credito, & anticipata retributione reddita fuit meritis Christi Domini electio determinanda a Patre, potuit etiam reddi electio determinata per ipsa merita, & orationes.

25. Respondetur negando consequentiam. Ratio disparitatis est, quia pretium vt sic, non respicit futura, sed potest perfolui pro bonis iam acceptis in communi, & absque discrimine: caeterum optio, delectus, & determinatio personarum respicit futuras operationes, & adhuc possibiles fieri, & non fieri, sicut nuper dicebamus.

26. Instabis autem, quia saltem gratiarum actio respicit res praeteritas; potuit autem Christus Dominus gratias agere Patri peculiari affectu pro vno homine praedestinato potius, quam pro alio: igitur illa peculiaris gratiarum actio, ab aeterno prauiua, potuit esse ratio, vt vnus homo potius, quam alter eligeretur ad gloriam.

27. Confirmatur, quia licet omnes gratiarum actiones, sicut & omnes aliae operationes Christi Domini fuerint aequales, quantum ad infinitum valorem, prouenientem a persona diuina; nihilominus quantum ad creatam & intrinsecam quidditatem erant inaequales, sive in specifica perfe-

ctione, sive intensione, duratione, frequentia, vel aliis circumstantiis; quemadmodum melior modus redimendi fuit per passionem, & caeteras virtutes, exercitas triginta tribus annis, quam foret, si solo primo actu dilectionis in instanti Incarnationis redimeret. Vnde quorundam solutio conuincitur insufficientia.

28. Respondetur. Sicut ex parte hominum fuit impossibile rationem inueniri, propter quam expedit vnus hominem praedestinari potius, quam alium (quod probatum fuit disp. 8. multisque sequentibus); sic etiam impossibile fuit rationem inueniri, propter quam Christus Dominus prudenter ageret gratias pro praedestinatione vnus hominis maiori affectu, & peculiari bonitate intrinseca operationi; non autem aequaliter esset acturus gratias pro alio homine, si praedestinetur ad eundem gradum gratiae, & gloriae. Nam in hoc beneficio nulla ratio maioris gratitudinis reperitur, quam in illo. Alia verò ratio persuadet eligendo determinare res futuras, quarum optio conceditur. His enim, licet ex se sint aequales, inaequalitatem afferre determinando, prudentissimum, & necessarium est.

SECTIO VIII.

Soluuntur argumenta, quae contendunt Christum nullis hominibus meruisse electionem determinatam per sua ipsius merita.

1. Praecipuum argumentum est, quod Suarez prius tradiderat 3. p. disp. 41. sect. 4. post med. §. in hac re dicendum, sed fortius vrget 1. p. lib. 2. de praedestinat. cap. 24. num. 24. vsque ad 26. cui nos aliquid addemus. Argumentum autem est, quia Christum Dominum suis orationibus postulauisse, vt sua merita efficaciter applicarentur Petro, & Ioanni potius, quam Iudae, vel aliis praescitis, hoc totum originem duxit a diuina voluntate.

2. Confirmatur primò, nam incredibile videtur, & absurdum, aeternam dispositionem caelestis beatitudinis, & mediorum omnium ad illam, nec non gradus, mansiones, & numerum praedestinatorum, non aliter fuisse determinata a voluntate diuina, nisi conformando se cum voluntate humana Christi Domini. Talis enim ordo videtur inuersus; potius enim humana voluntas debuit in his omnibus se conformare diuinae, & illius determinationem sequi.

3. Confirmatur secundo, quia Deus praedestinuit ab aeterno quilibet bonas operationes, in tempore faciendas, maxime verò Christi Domini operationes pertinentes ad salutem praedestinatorum: earum quippe quanto maior est dignitas, & necessitas, tanto certius est, de facto fuisse praedestinitas. Consequens igitur est, orationes Christi Domini, quibus determinatè Petro, vel Ioanni petiuit efficaciter applicari sua merita, fuisse praedestinitas a Deo. Rursus praedestinitio talium orationum eo ipso continebat determinationem, vt Petrus, & Ioannes obtinerent salutem propter merita Christi: fuit igitur ex parte diuina praedestinitio determinatio electionis Petri, & Ioannis, prior, quam praecognosceretur humana voluntas Christi, peculiariter illos eligens, vt oraret pro illis efficaciter peculiari.

Confirma

Electi post Incarnationem morituri.

Alia confirmatio.

Praedestinati Reges.

Hereditas Christi proprie & primario electi.

17.

18.

19.

20.

21.

Christi D. electio humana.

Numerus praedestinatorum.

Gubernationis gratia.

Prauium pro quo soluentur.

25.

23.

22. Praedestinitio mortui ante Incarnationem quid meruerit Christus Dominus.

26.

1.

2.



3. Confirmatur tertio, quia Christus Dominus ad omnes operationes agebatur à Spiritu sancto, sicut qui naturalis filius erat (etenim, *Qui Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.*) Vnde etiam Deus erat, qui operabatur in homine Christo & velle, & perficere pro bona voluntate sua: Deum igitur voluisse vt Christus homo peculiariter oraret pro Petro, & Ioanne, fuit prius, quàm illæ orationes Christi Domini præcognoscerentur esse future. Quapropter diuina voluntas prius determinauit salutem Petri, & Ioannis.

4. Ad principale argumētum respondetur in primis in authorē retorquendo. Quod enim Christus Dominus postulauerit, vt sua merita applicarentur hominibus, originem duxit à diuina voluntate; nihilominus Christus Dominus potuit esse causa meritoria, vt Deus ab æterno decerneret homines prædestinare: igitur quamuis orationes, quibus Christus Dominus postulauit, vt sua merita efficaciter applicarentur Petro, & Ioanni, duxerint originem à diuina voluntate, fieri potuit, vt acceptarentur à Deo tanquam meritoria causa, propter quam Deus ab æterno decreuerit determinare, & in singulari prædestinare Petrum, & Ioannem.

*Orationes Christi D. causa meritoria etiam in partibus laui.*

5. Solutionem igitur petamus ex dictis sect. 5. Voluntas diuina decreuit simul, & cum mutua dependentia in diuerso genere, quod Christus Dominus liberè deligeret Petrum, & Ioannem, peculiaribus orationibus pro illis rogans, vt efficaciter à Deo prædestinarentur, ita vt causa meritoria prædestinandi Petrum potius, quàm Iudam, essent illæ orationes, quas Deus suo decreto prædestinuit, à Christo Domino fundendas esse. Ex vi cuius decreti electio Petri potius, quàm Iudæ in mente diuina pro ratione meritoria habuit illam eandem, quam Deus habere decreuit, nimirum orationes liberè fundendas à Christo Domino pro Petro potius, quàm pro Iudæ; sed in alio genere, quod Christus Dominus orauerit peculiariter modo pro Petro, manauit ex eodem decreto Dei prædestinante, & relinquente libertatis optionem merè liberam, sicut relicta fuit in actionibus meritoriis Christi Domini, quæ prædestinac fuerunt: de quo non est locus in præsentis disputandi.

6. Vnde respondetur ad primam confirmationem. Iure videri posset illud incredibile, & absurdum, nisi primam originem acciperet à diuino decreto prædestinante. Nihil autem absurditatis, & incredibilitatis est, supposita prædicta origine. Quod enim diuina voluntas se conformare voluerit humanæ voluntati Christi Domini, quantum ad totam dispositionem prædestinationis, non est inuersus ordo, sed rectus, supposito, quod vltimate conformatio illa recurrit ad voluntatem diuinam, quæ prædestinuit, & ordinauit, vt humana Christi voluntas deligeret talem dispositionem prædestinationis, cui se conformauit Christi Domini voluntas humana: & supposita infinita dignitate, & infinitis meritis Christi, prout fuit probatum fuit sect. præced. Quod si de Iosue, quoniam præfigurabat Iesum, Scriptura dicit: *Obediente Deo voci hominis*, Iosue 10. quid miramur, ipsi Iesu Christo concessam fuisse facultatem superiorem nostro captu angustissimo semper, ac pusillanimo?

7. Ad secundam confirmationem respondetur. Prædestinatio, præordinans, vt Christus Dominus rogaret Patrem pro efficaci prædestinatione

Petri, & Ioannis, continebat determinationem, vt Petrus & Ioannes obtinerent salutem propter merita Christi Domini, tanquam propter causam meritoriam, propter quam Deus volebat suam libertatem determinare ad electionem illorum. Ideo licet ex parte diuinæ prædestinationis fuerit aliqua determinatio electionis Petri, & Ioannis; illa tamen decreta est dependenter à meritis Christi Domini præcognitis & prædestinitis, vt applicandis Petro, & Ioanni peculiaribus orationibus Christi Domini. Quomodo diuina prædestinatio, præordinans orationes, quibus Christus Dominus rogaret Patrem, vt sua merita efficaciter applicarentur ad obtinendam increatam, & æternam prædestinationem hominum (licet nullos in singulari designaret, sicut vult author præsentis argumenti) continet determinationem, vt homines efficaciter salutem consequantur propter merita Christi Domini, tanquam propter causam meritoriam non tantum æternæ salutis, sed etiam meritoriam electionis ad illam: vt vidimus sect. 5.

8. Obiicit autem aliquis, ex prædicta solutione sequi, non fuisse concessam Christo Domino liberam optionem, vt quos vellent, eligeret ad efficacem applicationem suorum meritorum, aliis hominibus prætermisissis. Etenim omnes illi homines in singulari diuina prædestinatione determinati erant.

Respondetur, negando consequentiam, quæ si valeret aliquid, probaret, non fuisse Christo Domino datam liberam optionem suarum omnium operationum, quæ meritoria fuerunt: nam illæ omnes erant à Patre prædestinac.

9. Maior autem, & euidentior ratio libertatis certitur in hac applicatione suorum meritorum ad particulares personas. Etenim aliæ orationes meritoria præceptæ erant, propterea quæ simpliciter impossibile fuit Christo Domino earum impletionem ommittere. Contra verò preces, & orationes, quibus Petro potius, quàm Iudæ postulauit applicari suorum meritorum efficaciam, non erant præceptæ, nec expediebat eas præcipere, quia non erat maior ratio boni in eo, quod tales homines ex eadem & æquali massa deligerentur potius, quàm alij.

10. Amplius explicatur, & confirmatur exemplo, nam omnino liberum fuit Christo Domino, quando manducabat, hanc partem panis manducare, relicta alia parte prorsus æquali, & hanc partem potus accipere, relicta alia parte prorsus æquali, non obstante diuina prædestinatione, quæ sciebat Christus Dominus præordinatum fuisse, vt hanc partem panis & potus, & non aliam sumeret: & hæc cognitio non impediēbat Christum, quominus tanta indifferentia deligeret partem panis, & potus, quanta eam deligeret, si nulla fuisset prædestinatio. Similiter ergo libertatis indifferentia, vt Christus Dominus eligeret Petrum, relicto Iudæ, non minor fuit in Christo Domino, supposita prædestinatione, quàm foret, si nulla fuisset in Deo prædestinatio.

Propter eandem rationem ex prædicta prædestinatione Dei, nihil minuitur ratio gratitudinis eximia, quam Petrus debet Christo Domino, propterea quod ipsum elegerit potius quàm alium: quoniam, vt diximus, tanta libertate illum elegit, ac si nulla prædestinatio supponeretur.

Ex his colligo, nec esse necessariam, nec veram solutionem

*Preces Christi D. libera.*

*Prædestinatio diuina non oberrat Christi D. libertati.*

*Gratitudo Christo D. debita.*

10.

solutionem aliam, quæ putat, ideo Christum Dominum Petrum elegisse potius, quàm alios, quia sciens Dei voluntatem, voluit suam illi conformare. Hoc, inquam, non est verum. Quamuis enim ad excellentissimam eius charitatem pertinuerit, semper affectare confirmatam cum Patris voluntate præcipiente, vel consulente, vel amplectente perfectius bonum in obiecto: nihilominus ex eo præcisè, quod fuerit voluntas prædestinans, non elucebat sufficiens ratio, propter quam Christus Dominus eo motiuo diceretur ad electionem, vt ipsas conformaret diuinæ prædestinationi: quemadmodum si Christo Domino nulla fuisset reuelata prædestinatio, sed tantum reuelata fuisset præscientia futuritionis absolutæ, vel futuritionis conditionatæ, non foret motiuum electionis Christi affectum conformandi se cum diuina præscientia. Quin potius expediens fuit, ita reuelari Christo Domino præscientiam, & prædestinationem futurorum, vt nihil eius libertatem impediret, petinde ac si non esset reuelata, & ita operans Christus melius se conformabat cum prouidentia & voluntate Patris.

11. *Solutio confirmationis certæ. Spiritus sancti inspiratio in Christi Domini voluntatem, quando & qualis.*

Ex his etiam colligitur solutio ad tertiam confirmationem. Primo namque respondetur. Spiritus sanctus sua inspiratione agebat semper voluntatem Christi, eam inclinando ad omne bonum maioris perfectionis, & maioris gloriæ diuinæ. Cæterum vbi nulla maioris perfectionis elucebat ratio, nihil erat, propter quod Spiritus sanctus inspiraret vnam partem potius, quàm aliam. Nec enim expediebat inspirare, vt vnam partem aquæ potius, quàm aliam partem æqualis vitilitatis biberet, nec vt vnam partem panis comederet potius, quàm aliam æquè commodam & vtilem. Ideo non expediebat inspirare, vt hunc hominem potius, quàm alium, eligeret: quoniam (vt diximus) æqualis erat ratio eligendi hos homines, vel illos. Inspirabat autem Spiritus sanctus gradus, & dignitatem in generali, quoniam melius erat illis triumphantem Ecclesiam ornare. Quod autem in hoc gradu, vel dignitate collocaretur hic homo potius, quàm alter, nullam afferebat rationem maioris boni.

12. Respondetur secundò. Dato, quod Spiritus sanctus inspiratione sua Christi Domini voluntatem ageret, vt hos homines deligeret potius, quàm alios: inde non sequitur Dei voluntatem priorem determinasse salutem illorum hominum, nisi dependenter à præcognitis meritis Christi Domini, peculiariter applicandis per humanam ipsius voluntatem: sicut nuper dicebamus ad secundam confirmationem.

13. Secundum argumentum est, nam inspiratio, facta animæ Christi, vt Petrum potius, quàm alium, eligeret, vel certè prædestinatio eiusdem electionis, fuit eximium beneficium Petro collatum, summopere conduens ad eius æternam salutem: consequenter igitur fuit effectus prædestinationis Petri. Quapropter etiam oratio, qua postulauit sua merita Petro applicari, fuit effectus prædestinationis: ergo non potuit esse causa meritoria prædestinationis Petri, ne foret causa meritoria omnium effectuum, & consequenter etiam sui ipsius, & illius inspirationis, seu prædestinationis.

14. Respondetur. De inspiratione, nuper dictum est, nullam fuisse datam, vt Christus Dominus Petrum potius, quàm alium hominem, eligeret,

pro cuius prædestinatione rogaret. At verò prædestinatio talis orationis, licet fuerit effectus prædestinationis Petri, non fuit causatus ab oratione illa Christi, tanquam à causa meritoria, quia causa meritoria prædestinationis solum causat eos omnes effectus, qui non inuoluunt aliud diuersum genus causæ: sicut dictum fuit sect. 5. post medium. Vnde potest hoc idem argumentum in authorem retorqueri. nam oratio, qua Christus Dominus postulauit, hominibus efficaciter applicari sua merita, licet non determinaret hos homines potius, quàm alios, esset effectus prædestinationis hominum in communi, procedens ab inspiratione diuina; nihilominus, secundum eundem authorem, fuit meritoria causa prædestinationis hominum in communi: causam igitur meritoriam prædestinationis esse non repugnat eidem rei, quæ fuerit effectus eiusdem prædestinationis.

*Qui effectus causa meritoria prædestinationis.*

15. Tertium argumentum, quia si Christus Dominus esset causa determinans, vt Petrus potius, quàm Iudas, prædestinaretur; eo ipso foret causa determinans, vt Iudas potius, quàm Petrus reprobaretur. Consequens autem est falsum, de hoc argumento dicendum est ex professo sect. 9.

16. Quartum argumentum; si enim orationes Christi Domini determinassent electionem hominum, viuientium post Incarnationem: eadem ratione determinassent electionem omnium Patrum Veteris Testamenti, huic satisfecit sectio præcedens.

17. Quintum argumentum, quoniam Apostolus non in voluntatem humanam Christi, sed in diuinam refert electionem hominum Ephes. 1. quando post illa verba: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, adiungit inferius: *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis sue.*

Respondetur. Apostolus his verbis posuit & primam originem electionis, quæ est voluntas Dei, & meritoriam causam illius, quæ est Christus Dominus. Vnde sicut author argumenti colligit, Christum Dominum meruisse ipsam æternam & increatam electionem hominum: nihil est, quare non colligat, etiam determinatè meruisse determinationem electionis ad hos homines potius, quàm alios, quantum est ex vi verborum illorum.

Sextum argumentum, quoniam vt Paulus significaret, determinationem electionis non fuisse factam propter vlla merita, vltus est nomine sortis in eodem cap. 1. dicens: *In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.*

18. Respondetur. Nomen sortis excludit merita, quibus homines meruerint suam prædestinationem, aut primam gratiam (vt vidimus disp. 8. sect. 5.) sed non excludit aliorum merita. Quia licet Christus Dominus meruerit electionem determinatam Petri, non minus casualis, & fortuita contingit Petro, præter opinionem, & supra dignitatem illius, quàm si Deus illam decreuisset sine meritis Christi Domini.

19. Septimum argumentum, quia Christus Dominus semper electos, & prædestinatos vocat *datos à Patre*, scilicet, per æternam electionem, vt exponit Adrianus Papa epistol. 1. ad Episcopos Hispaniæ, & indicant alij Patres. Sic Ioan. 6. *Hæc est voluntas Patris mei, vt omne, quod dedit mihi,*

15.

16.

17.

18.

19.

nihil, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. & longè inferius: Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit à Patre meo. Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti. & infra: Non pro mundo rogo, sed pro ijs, quos dedisti mihi, quia tui sunt. & iterum: Quos dedisti mihi, ego custodiu; & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. & Iſaia 8. Ecce ego, & pueri, quos dedisti mihi. quæ uerba dicta fuisse ex persona Christi Domini, exposuit Paulus ad Hebr. c. 2.

20. Respondetur. Rectè, proprièque datum esse dicitur, non solum illud, quod non erat postulatam in singulari, & determinatè, sed tantum in communi; uerum etiam illud, quod in singulari, & determinatè fuerat postulatam. Quamuis autem Christus Dominus, ex iustitia suis meritis debitam acceperit hominum predestinationem; nihilominus illa quoque uocari potest gratis, & ex misericordia donata Christo Domino, prout erat homo: tum quoniam omnia merita procedebant ex gratia facta humanitati, tum etiam quoniam singulare quoddam, & merè gratuitum priuilegium fuit, concedere creatæ uoluntati optionem eorum, quorum electionem postularer: qua ratione etiam gloria, quam adulti bonis operibus de condigno merentur, est gratia, ut alibi probauimus.

Predestinatio homini quomodo data gratia Christo D.

21. Octauum argumentum; quia Matth. 20 Sedere, ait, ad dexteram meam, uel sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Ergo fatetur Christus, in quantum homo, non esse suum determinare, ut isti potius, quam alij, talem mansionem, & sedem obtinerent in gloria, sed Pater hoc præparauit.

Christus Dominus iustus in reprobatione.

Respondetur. Contrarium potius colligitur. Asserit enim expressè Christus Dominus, esse suum mansiones, & sedes gloriæ dare iuxta leges à Patre dispositas, uidelicet, ut unusquisque mercedem accipiat secundum suum laborem, non autem affectu cognationis, & sanguinis. Quod satis indicauit, prius interrogans: Potestis bibere calicem, &c. Alioqui Lucæ 22. Ego, inquit, dispono uobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos, indicantes duodecim tribus Israël. Vbi Christum Dominum agere de se ipso secundum humanitatem, ostendunt illa uerba: Sicut disposuit mihi Pater meus regnum. Sic igitur Christus, secundum humanitatem Apostolis disposuit primos accubitus in mensa, & primos thronos in regno.

SECTIO IX.

Vtrum Christus Dominus fuerit causa reprobationis.

1. Reprobatio negatiua non causata meritorie à Christo D.

I. Dico primò. Certum est, Christum Dominum non fuisse causam meritoriam reprobationis negatiuæ, id est, non meruit, ut hominibus multis negaretur predestinatio, nec meruit, ut illis negaretur uocatio congrua, nec ut multis negarentur auxilia proxima, & abundantia, nec ut permitterentur eorum peccata, nec ut indurarentur, nec meruit, ut interficerentur in statu peccati. Et absolute loquendo non potest appellari causa harum diminutionum diuinorum fauorum. Ita expressè notarunt

pauci ex recentioribus; cæteri uerò supponunt, licet non exprimant.

Probatum à quatuor repugnantibus. Quoniam hoc repugnat primò muneris Redemptoris, & Aduocati: secundò quidditati meritorum: tertio charitati creatæ, quam homo debet aliis eiusdem naturæ confortibus, & imaginibus Dei: quarto affectui Ecclesiæ.

Primò namque Redemptor, & Aduocatus uniuersalis, quantum est ex parte sua, debet procurare omnium salutem, aut saltem ei nullum impedimentum apponere. Non enim misit Deum Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Ioan. 3. & cap. 10. Ego, inquit, ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant. Ioan. 6. Hac est uoluntas eius, qui misit me, Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem in nouissimo die. Cui consequens est illud Ioan. 17. Quos dedisti mihi, ego custodiu; & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Non dicit se illum perdidisse, nec unquam legitur, Christum Dominum significasse, minus suum fuisse salutem alicui negare, vel ali-quod ei impedimentum apponere. Foret autem impedimentum maximum mereri, aut impetrare, ut alicui negaretur predestinatio.

Secundò probatur, quoniam orationes, & merita, prout talia sunt, quidditatiuè destinantur ad obtinendum bonum, quod est uile merenti, & oranti, uel personis, quarum nomine orat, & merita offert. Quocirca contra suam quidditatem detorquebantur merita, & orationes, si per illas impetraretur negatio summi boni, summopere utilis hominibus, quorum nomine, & pro quibus Christus Dominus sua merita offerebat.

Confirmatur, quia contra quidditatem redemptionis est, eam offerri ad obtinendum impedimentum libertatis, & relinquendum in sua captiuitate eundem hominem, qui redimitur, quantum est ex parte Redemptoris: sicut etiam est contra quidditatem pretij offerri pro obri-nenda negatione, uel amissione rei pretio æstimabilis, pro qua pretium illud expenditur.

Tertio probatur, quia contra charitatem peccaret mortaliter homo quicumque, qui uel inefficaciter, uel efficaciter desideraret reprobationem suis parentibus, aut fratribus, aut cuilibet homini extraneo; nisi ea præcisè ratione coactus, ut impleatur diuina uoluntas irruocabilis, quam per reuelationem didicisset: sicut probauimus olim 1. 2. quæst. 19. art. 10. Creatam uerò charitatem Christi Domini fortior obligationis ratio premebat, quia non solum uigebat in eo communitas humanæ naturæ, & in ea impressæ Dei imaginis, sed peculiaris cognatio ueluti parentis in filios, licet ingratos, & prodigos, & Aduocati in suos clientes.

Quam ob causam non dubito, quin abundauerit in humanitate Christi Domini, quandiu fuit uiator, maxime uerò tempore passionis, affectus ei conuenientissimus, uidelicet intensissimus dolor uehementissimæ compassionis erga uiatores omnes, quos sciebat esse damnandos. Ex vi cuius reuelatam sibi uoluntatem Patris, ut non plures, quam in tanto numero predestinarentur, tollerabat patienter quasi coactus, præoptans, quantum ex se erat, ut plures, & omnes predestinarentur, nisi obstarer ratio. Hunc affectum significarunt lachrymæ fusæ super Hierusalem.

Quartò

2. Redemptori munus.

3. Orationis quidditas.

4. Creatas charitas Christi D.

5. Dolor Christi D. uiatoris erga damnandos.

6.

Ecclesia orationis.

7. Ad ostensionem iustitiæ diuinæ non opus Christo, & cur.

8. Causa per accidens negatiua reprobationis merita Christi D. & quomodo.

9.

10. Reprobatio punitiua.

11.

Quartò probatur, nam & Christus Dominus orabat, & merita offerebat tanquam Ecclesiæ caput, eundem spiritum, & affectum influens in suum corpus. Constat autem, Ecclesiam, quod ex se est, omnium hominum salutem desiderare, nec unquam petere, ut fiat, quod pertinet ad uoluntatem consequentem reprobationis, sed solum petere, ut in omnibus fiat Dei uoluntas antecedens.

Quintò probatur, & simul refutatur quorundam opinio, quoniam ut detur ratio & occasio ostendendæ iustitiæ diuinæ, nihil opus est Christo, quoniam homines suis peccatis superabundanter prouocant, & rationem præbent huius attributi ostendendi. Solum ergo necessarius erat Christus ad ostendendam misericordiam in homines, accepta iusta satisfactione Christi.

Dico secundò. Merita Christi Domini quodammodo uocari possunt causa per accidens reprobationis negatiuæ; quemadmodum sol per absentiam est per accidens causa noctis in qualibet parte mundi; peculiariter autem circa polum utrumque, quando maximè recedit ab illo. Cum autem aliquæ causæ per accidens aliquid influant in effectum, aliæ nihil, merita Christi Domini profus nihil influunt ad reprobationem negatiuam; sed ea solum ratione uocantur causa per accidens, quia si Christus Dominus uoluisset pro illis rogare, sicut rogauit pro aliis, ut eis efficaciter applicarentur sua merita, includendo illos intra limites numeri limitati per uoluntatem Patris, & alios excludendo, quos de facto selegit, Pater illos predestinaret, sicut predestinauit alios electos à Christo Domino.

Vnde collige, diuinam uoluntatem fuisse per se causam, ut non predestinarentur plures, quam tot homines; quo supposito libera uoluntas Christi Domini se determinans ad alios singulares homines predestinandos, quibus eum numerum expleuit, causa fuit per accidens, ut non predestinarentur cæteri homines. Denique notandum est, hanc causalitatem per accidens intelligi solum comparatione hominum uiuentium post Incarnationem; nam eorum, qui præcesserunt, delectum diuinæ uoluntas habuit, non accipiens rationem discriminis à meritis Christi Domini, supra sect. 7. asserzione quinta.

Dico tertio. Reprobationis punitiue supremum effectum, qui est æterna damnatio, ex suppositione mortis in peccato mortali, Christus Dominus petiit, & meruit, prout est iusta uindicta suarum iniuriarum, quas rebelles, & peccatores inferunt Christi meritis, & gratiæ.

Probatum primò Ierem. 11. Videam, inquit, ultionem tuam ex eis; tibi enim reuelauit causam meam. Vbi Hieronymus ait: Iuxta assumpti corporis sacramentum loquitur Filius ad Patrem, & imprecatur iudicium eius, ut ipse reddat populo, quod meretur, eorum uidelicet, qui in scelere perseverarunt, & non eorum, qui uertuntur ad penitentiam. De illis ait in Cruce: Pater ignosce illis.

Confirmatur Psalm. 40. Tu autem Domine, miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Quod Hieronymus refert ad futurum iudicium, & Psalm. 68. Quia quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem uulnere meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non inuenit in iustitiam tuam. Delectantur de libro uis. Ruiz de Predestinatione.

uentium, & cum iustis non scribantur. Qui uertus, sicut & præcedentes, qua parte significat cæcitatem, & calamitates Iudæorum in uita præsentis, non imprecantur, nec maledicunt, sed futura prædicunt prophetando; sicut in præsentis notant Augustinus, & alij; cæterum qua parte pertinent ad futurum sæculum, imprecantur iustam uindictam, & comminantur. his similia legimus Psalm. 108.

Probatum secundò, quia Christus Dominus postulauit, & meruit quidquid pertinet ad accidentalem gloriam suæ uitæ mortalis, & passionis; uindicta uerò sumenda erit in futuro sæculo, non solum de Iudæis crucifigentibus, sed etiam de quocumque peccatore, Quis Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratia contumeliam fecerit, Hebr. 10. Nam letabitur iustus, cum uiderit uindictam, &c. Psalm. 57. & Psalm. 109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominare in medio inimicorum tuorum.

Dico quartò. Finalis causa reprobationis tam negatiuæ, quam positiuæ fuit Christus Dominus primariò ut Deus, & secundariò etiam ut homo. Quod intelligendum est eisdem explanationibus, & rationibus, proportionaliter acceptis, quibus sect. 1. diximus Christum Dominum esse finem predestinationis nostræ. Præsertim quoniam Christus Dominus est uniuersalissimus finis omnium, quæ Deus exequitur in tempore.

Præterea probatur, quia sicut ad Dei gloriam pertinet ostensio iustitiæ, & misericordiæ, seu gratiæ exercitæ in ipsos etiam reprobos (ut uidimus disput. 16. sect. 5. & 6.) sic etiam ad gloriam Christi hominis pertinet ostensio iustitiæ, & misericordiæ, quam seruat in puniendo. Nec enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio; ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, Ioan. 5.

Confirmatur, nam utilitas omnium predestinatorum est finis intentus in reprobatione pereuntium (ut probatum fuit eadem disp. 16. sect. 7. & 8.) unde non solum sequitur mediata reductio ad Christum tanquam ad finem superiorum, ad quem ordinatur quæcumque predestinatorum utilitas; sed etiam sequitur immediata ordinatio, quatenus gratia & gloria Christi Domini magis elucet comparatione reprobatorum; & quoniam illi Christum exercuerunt in uita mortali, non solum qui tunc uiuentes contradixerunt, sed etiam omnes, qui usque ad finem mundi peccaturi erant, quorum omnium, suis humeris impositum, peccatorum onus graue quasi præsens summo cum dolore, atque labore portabat.

SECTIO X.

Predestinationis Angelorum Christus Dominus fuit causa, sed non reprobationis.

Christum Dominum fuisse finale & exemplarem causam predestinationis Angelorum, iam uidimus sect. 1. parum à principio, & sect. 2. notabili 5. restat igitur solum explicanda causalitas meritoria. Christum igitur fuisse meritoriam causam electionis, & predestinationis

HHh Ange

12.

13. Finalis causa reprobationis utriusque.

14.

1.

Angelorum, negant virtualiter quicumque Doctores generaliter asserunt, Christum Dominum in Angelos non influxisse gratiam, neque gloriam essentialem, sed influxisse solum illuminationem, & aliquod gaudium accidentale. Hos auctores refert Vazquez 3. p. tomo 1. disp. 49. c. 2. & eandem sententiam ipse sequitur in eo, & sequentibus capitibus.

2. Econtrario Christum Dominum fuisse meritoriam causam electionis, & praedestinationis Angelorum, perspicue docent Cartagena discursu 6. de praedest. dubio 2. praesertim concl. 2. Suar. 3. p. disp. 42. sect. 1. propius ad med. quam ad fin. Fautent eidem sententia Doctores generaliter asserentes, Christum Dominum etiam Angelis meruisse gratiam, & gloriam, quos referunt Suarez & Vazquez nuper citati. nobis enim ad alienas disputationes digredi non vacat.

3. Breuiter ergo dico primò. Christus Dominus sanctis Angelis electionem meruit, & praedestinationem.

Christus D. vniuersalissima causa meritoria cuiuslibet gratiae; praestantissima verò gratia, & fons ceterarum omnium, in Angelos emanantium, est eorum electio, & prae destinatio ad gloriam: Christus igitur meruit Angelis electionem, & prae destinationem. Antecedens ex professo probatur in tract. de Incarn. nunc illud sufficiat Ioan. 14. *Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Nam distributiva vox *nemo*, comprehendit etiam Angelos, sicut quando dixit: *Nemo bonus, nisi solus Deus*, Marci 10. & Ioan. 10. *Nemo potest rapere de manu Patris mei.*

4. Confirmatur primò, nam ordo hierarchicus postulat non tantum ut inferiora Dei lucem per superiora sibi communicatam accipiant, sed precipue, ut membra recipiant influxum à suo capite, Angeli autem à Christo Domino, nodum existente, non potuerunt alium influxum habere, nisi causae meritoriae; hunc igitur influxum acceperunt ab illo. Nam illorum omnium fuisse caput, per quod etiam Angeli totius boni communicationem participant, Apostolus docet Colossens. 1. *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, sine throni, sine dominationes, sine principatus, sine potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium primogenitus ex mortuis, & sequenti c. 2. Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis.* Significat ergo principatus, & potestates esse repletos in Christo ut in capite, & propter illud caput, sicut homines repleti sumus.

5. Quod idem significat Ephes. 1. sine, vbi postquam ostendit, etiam omnes Angelos esse subiectos pedibus Christi Domini, concludit: *Et ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.*

Angeli Ecclesiae membra. Cum igitur Angelos fecerit Apostolus huius Ecclesiae membra sub capite Christo, dicatq; Christum esse plenitudinem totius Ecclesiae, & ipsum Christum impleri, quandocumque membrum aliquod totius Ecclesiae adimpletur; consequens est Christo Domino dari à Patre, quidquid gratiae datum est Angelis, & consequenter esse datum propter eius merita.

6. Inde confurgit probatio secunda, quia suppo-

sita dignitate capitis in ordine ad Angelos, non minus conueniens, ac decorum fuit omnem gratiam, atque aded electionem, & prae destinationem ipsam Angelorum habuisse Christum pro causa meritoria; nec minus pertinuit ad excellentiam Christi Domini, quam prae destinationis & electionis nostrae fuisse meritoriam causam, ut probatum est sect. 5. & sequentibus.

Confirmatur, quia de ratione capitis est influxus ad vitam membrorum; igitur quod non praestiterit influxum ad essentialem vitam, sed tantum ad accidentalem, non erit caput simpliciter, & substantialiter, sed erit caput secundum quid, & accidentaliter. Quapropter ut Christus Dominus sit caput simpliciter, & substantialiter Angelorum, opus fuit in eos influere gratiam, & gloriam essentialem.

Vnde colligo & dico secundò. Modus exponendi dependentiam prae destinationis Angelorum à meritis Christi Domini debet idem esse, quo supra sect. 7. assertione 5. pependit eorum hominum prae destinatio, qui mortui sunt ante Incarnationem. Illis enim Christus Dominus non determinauit, quis esset eligendus potius, quam alter, nec illis peculiariter applicauit efficaciam suorum meritorum. Meruit tamen, ut Patre delectum faceret eorum, quos voluisset, & meruit, ut eorum esset maxima multitudo. Meruit autem credito pretio, & credita solatione, & anticipato praemio, quod suis meritis debebatur.

8. Inde praeterea sequitur, & dico tertio. Omnes Angeli simul cum Christo, & cum hominibus prae destinati sunt cum mutua dependentia diuersi generis causae, sicut explicatum est sect. 5. & sequentibus. Ibi namque concessimus hanc totam prae destinationem fuisse factam praesupposita praecognitione peccati originalis sicut absolute futuri; non autem dependenter ab illo, per scientiam visionis in se ipso praesenti. Nihilominus inde non sequitur, Incarnationis decretum fuisse dependens à futuratione peccati originalis. Sed de his plura diximus non solum sect. 5. & sequentibus, sed etiam tota disp. 52. nec est in praesenti locus hac amplius examinandi.

Dico quartò. Christus Dominus non fuit causa reprobationis Angelorum, nec per se, nec per accidens, nec illo modo, quo potuit vocari causa per accidens reprobationis eorum, quos post Incarnationem existentes adhuc in via, potuit Christus Dominus eligere. Totum hoc constat ex praecedenti sect. 9. praesertim assertione 2.

DISPUTATIO LVIII.

Utrum aliquis purus homo fuerit causa prae destinationis alterius hominis.

SECTIO I.

Finalis, & exemplari causa negata, refertur sententia, concedens causam meritoriam.

FINALIS causa suprema sub Deo, nullus homo purus esse potest, supposita prae destinatione Christi Domini, qui finalis est causa cuiuslibet prae destinationis; ut vidimus

Quid de absoluta potentia.

mus disput. praecedenti sect. 1. Ceterum de potentia absoluta, sublata prae destinatione Christi Domini, nulla contradictionis implicatio prohibebat, quominus Deus aliquem purum hominem eueheret ad gratiam, & gloriam altiozem ceteris prae destinatis, & ad eius accidentalem gloriam & honorem ut ad finem supremum sub Deo, destinaret omnium hominum prae destinationes.

2. Quin etiam de facto videtur probabilius, insigniores quosdam prae destinatos esse causam finalem inferiorem Christo Domino, & magis proximam aliis prae destinatis. Nam & ad gloriam accidentalem Abrahami pertinent omnes credentes, in cuius semine benedicuntur, & quorum pater appellatur; & ad gloriam accidentalem Apostolorum omnes, qui per eorum doctrinam peruenierunt ad beatitudinem. Similiter discurrere poteris circa fundatores religionum, & alios eminentes Sanctos.

3. Eadem ferè distinctione causalitas exemplaris erit exponenda sic. Supposita Christi Domini prae destinatione, nullus homo purus esse potest exemplaris causa suprema, quoniam hac dignitas debetur perfectioni Christi Domini, iuxta dicta praecedenti disput. sect. 2. Si verò Christus Dominus non extitisset in rerum natura (quod etiam horret sola cogitatio) de potentia absoluta, potuisset Deus aliquem purum hominem efficere perfectissimum, & supremum prae destinatum; & potuisset ad illius imitationem disponere ceterorum hominum prae destinationes. De facto tamen nemo Sanctorum, quantalibet sanctitate pollens, fuisse videtur exemplar secundarium post Christum, quod intens Deus ad illius imitationem effinxerit alios Sanctos; quamuis plures Sancti fuerint à Deo propositi, tanquam exemplar imitandum ab aliis Sanctis, & ea ratione causauerint in illis aliquos effectus prae destinationis, pronocando illos ad imitationem.

4. Meritoria causa. Primaria difficultas est de causa meritoria, vel imperatoria. De qua prima sententia fert, aliorum Sanctorum merita & orationes fuisse causam meritoriam de facto, propter quam ab aeterno praesens Deus decreuit aliquos alios homines prae destinare. Sic docet expressè Cartagena de praedest. discursu 11. pagina pen. quadam concl. 3. & Lessius de praedest. sect. 2. ratione 10. sub finem. Videtur idem sentire Vazquez disp. 94. c. 3. circa mod. §. neque verò, & c. 5. verumtamen in sensu valde distat, quia semper loquitur de solis effectibus creatis, nec vllam diuini actus meritoriam causam admittit. Arrubal verò disp. 79. c. 2. videtur idem proferens, quod Cartagena sentire, licet verba sonent possibilitatem.

Primum fundamentum illorum est, quia nulla oratio, nullumve meritum est effectus prae destinationis alterius hominis; proptereaque nihil obstat, quominus sit causa meritoria prae destinationis obtinendo primam vocationem, & reliquos omnes effectus prae destinationis, à primo vltimo.

5. Verumtamen aduersus hoc militat primò communis sensus Patrum, & Scholasticorum, affirmantium, tales orationes procedere à prae destinatione illorum electorum, quorum saluti proficiunt, ut vidimus disput. 25. sect. 1. Praeterea quae destinantur ad probandum, eas orationes non esse effectus prae destinationis alio-

Ruiz de Prædestinatione.

rum hominum, soluta sunt praecedenti disp. 57. sect. 4.

Refutatur secundò, nam ut aliquid sit causa meritoria prae destinationis ipsius, non sufficit mereri omnes effectus in tempore procedentes à prae destinatione; sed necessarium est mereri aeternum, & immanentem actum, ita ut Deus propter temporale meritum, praecognitum ab aeterno tanquam absolute futurum decreuerit prae destinationem, ut ostendimus disp. praecedenti sect. 6.

6. Secundum eorundem auctorum fundamentum est, quia quidquid est causa meritoria alicuius doni, eo ipso est causa meritoria prae destinationis ad illud. Quapropter quidquid est causa meritoria omnium effectuum prae destinationis, erit causa meritoria ipsius prae destinationis. Nec enim potest ordo & causalitas diuinorum actuum discrepare ab ordine obiectorum.

Nihilominus hoc fundamentum ex professo refutauimus disp. 12. sect. 5. & 6.

7. Praecedenti fundamento proximum est tertium, ex eisdem principiis natum, quia si homo suis operibus sibi esset causa primae gratiae, foret etiam sibi causa prae destinationis ad primam gratiam; ergo si alius illi sit causa primae gratiae, erit etiam causa prae destinationis ad illam. Antecedens dicunt esse doctrinam Augustini, & aliorum Patrum.

8. Verumtamen aliter se res habet. Quamuis enim apud Augustinum, & alios Patres, haec sit bona consequentia: non datur ex parte nostra causa, vel ratio primae gratiae; ergo non datur ex parte nostra causa, vel ratio prae destinationis ad illam, nihilominus econtrario nihil valeret affirmatiuum argumentum. Datur ex parte nostra ratio, vel causa primae gratiae; ergo datur causa prae destinationis ad illam. Nec vnquam Augustinus, nec alij Patres eam illationem approbant ut bonam. Cuius manifestum indicium est, nam expresse docent, supposita diuina gratia, nos per fidem, spem, & contritionem de congruo mereri primam iustificationem, nihilominus prae destinationem ad illam non habuit vllam rationem, aut causam meritoriam ex parte nostra, iuxta doctrinam eorundem Patrum. Sed de hoc fufius egimus disput. 12. sect. 5. & 6. praesertim ad sextam confirmationem.

9. Quartum, quia si Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet, ut August. ait serm. 1. de sancto Stephano.

Respondetur. Eodem argumenti genere probari posset, vnumquemque sibi esse causam suae prae destinationis, quia, *Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum*, Matth. 5. & cap. 18. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum.* Cum igitur ex tali forma loquendi non colligatur, hominem sibi causam esse prae destinationis, sed tantum esse causam alicuius effectus, quem prae destinatio principaliter, & liberum arbitrium secundariò causet; ex illis verbis Augustini non potest amplius inferri, quam Stephanum fuisse causam meritoriam alicuius effectus prae destinationis.

10. Quintum ex Augustino de bono perseverant. cap. 22. dicente: *Fortassis sic destinati sum, ut nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, atque efficiamur electi.* Verum ex his potius colligitur, nostras orationes pro aliis, effe-

HHh 2



Etus esse prædestinationis eorum, vt vidimus disp. 25. sect. 1.

11.

Sextum fundamentum addit Cartagena, & Arrubal, quoniam oratio vnus Sancti pro alio prædestinando, potest procedere à generali providentia supernaturali; potestque Deus præcognoscere illam orationem vt absolute futuram prius ratione, quàm prædestinet illum hominem, & ex præcognitione talis obiecti moueri potest diuina voluntas, vt propter illius meritum, & impetrationem concedat aeternam prædestinationem. Hoc fundamentum rectè procedit de potentia absoluta, non autem de potentia ordinaria, & multo minus de facto, vt iam dicemus sect. 2.

SECTIO II.

Nullus homo purus de facto meruit electionem alterius licet non implicet contradictionem.

1.

Dico igitur primò. De potentia Dei absoluta fuit possibile purum aliquem hominem fuisse causam meritoriam prædestinationis aliquorum, vel etiam omnium electorum. Idque duplici modo Deus disponere potuit.

Quid & quibus modis de potentia absoluta.

Primus modus est, quem retulimus sect. præced. fundamentum vltimo, nulla quippe contradictione inuoluitur in eo.

Secundus modus altior excogitari debet ad instar illius mutæ dependentiæ, quam inter prædestinationes Christi capitis, & omnium membrorum posuimus præcedenti disputat. 57. sect. 5. & sequentibus. Potuit enim Deus omnium prædestinatorum caput constituere aliquem purum hominem, eleuatum ad eminentiorem gradum gratiæ, & gloriæ; potuitque tale caput simul cum membris prædestinare. taliter vt membra non prædestinaret, nisi propter merita capitis, præcognita vt absolute futura, & caput non prædestinaret, nisi vt illa merita influerent in illa membra ad eorum prædestinationem.

2.

De potentia ordinaria quid.

Dico secundò. De potentia ordinaria non fuit possibile, purum hominem esse causam meritoriam prædestinationis alterius hominis. Ratio est, quoniam hæc excellentia summa debuit referuari excellentissimo capiti, habenti meritum infinitum; vt magis constabit ex assertione sequenti.

3.

De facto.

Dico tertio. De facto nullus homo purus meruit, nec impetrauit alteri prædestinationem illius. Hæc est sententia Patrum, quos retulimus disp. 25. sect. 1. Omnes enim testantur aperte, Deum sua prædestinatione prædestinasse quascumque orationes, quas Sancti fundunt pro aliis electis. Sed magis apertis, perspicuisque verbis hanc assertionem testantur Scholastici in eadem disp. & sect. citati, qui probant, quoniam omnes orationes hominis puri pro alio electo, sunt effectus prædestinationis illius, pro quo oratur.

Confirmatur primò, nam orationes illæ non sunt altioris ordinis, nec maiorem habent dignitatem, quàm orationes, quas iidem Sancti pro se ipsis fundunt. Sed nemo per suas orationes præbet causam meritoriam siue impetrationem suæ prædestinationis; ergo multominus

prædestinationis alterius hominis. Etenim ex natura rei, & lege ordinaria maiorem vim habent merendi & impetrandi personæ oranti, quàm alteri personæ. Vnde confirmatur secundò, quia nulla probabilitate fingi poterit, de facto concessam esse alicuius Sancti orationibus illam excellentiam, quam nuper assertionem prima referebamus, fuisse Christo Domino concessam.

Via propria orationis ex natura rei maior quàm alterius, sed de lege ordinaria.

4.

Probatum secundò, quia Christus Dominus nulli hominum, præterquam sibi soli, tribuit electionem, dicens Ioan. 15. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos. Deòque soli propter Christum Apostolus tribuit Ephel. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. & infra: Prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Vnde sic arguitur. Asserendo causam electionis esse liberam voluntatem Dei, ac Christi, non magis excluditur causalitas ex parte ipsius prædestinati, quàm ex parte cuiusque alterius puri hominis; sed ex prædictis testimoniis, quoniam asserunt, electionis causam esse liberam voluntatem Dei, & Christi Domini, colligunt multi Patres, & Scholastici cum Augustino, nullam causam meritoriam prædestinationis datam fuisse ex parte prædestinati (vt vidimus disput. 8. sect. 6.) ergo pari ratione colligere debemus, nullam omnino causam dari ex parte alterius puri hominis.

Nullus homo purus meruit alterius prædestinationem.

5.

Confirmatur à fortiori, nam ex natura rei, & ex institutione diuina qualibet orationes, & merita minorem vim habent, vt aliis hominibus obtineant beneficia, quàm eidem personæ oranti. Quapropter si non obtinent sibi electionem ad futura beneficia, veluti ad perseuerantiam, & ad mortem opportunam; multò minus aliis hominibus obtinebunt electionem.

Filiorum electio non à parentibus.

6.

Tertio probatur, nam si concedenda fuisset vnus hominis electio propter alterius merita; maximè filiorum electio concedenda fuisset propter merita parentum, idque potissimum in lege veteri, cuius religio propagabatur à parentibus in filios, & parentum merita puniebatur in filiis; quemadmodum etiam virtutes remunerabat, sicut in Salomone, & posteris remunerauit merita Dauidis. At verò filiorum electio non conceditur propter merita parentum, etiam in lege veteri; ergo nullius hominis electio conceditur propter merita alterius puri hominis.

Minor probatur Roman. 9. ab illis verbis: Non enim omnes, qui ex Israël sunt, is sunt Israëlita; potissimum autem illis: Sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, & c. Duo enim exemplis ostendit Apostolus, obtinendæ diuinæ electionis & gratiæ nullam omnino fiduciam in parentum meritis esse collocandam. Prius exemplum est filiorum Abraham, qui multi fuerunt, & inter eos priores, non de ancilla, sed de libera vxore, videlicet Cetura nati, Genes. 25. initio. Nihilominus solus Isaac natu minimus sortitus est electionem pro se ipso, & pro successoribus.

7.

Sed quia poterat aliquis causari maiora merita Abrahami iam senis, & maiora merita Saræ, quàm aliarum matrum, & promissionem Dei, conceptumque supra vires naturæ, subiungit Apostolus secundum exemplum filiorum Isaac, qui gemini ex eodem patre ab eadem matre

SECTIO III.

Alterius hominis reprobationem vtrum aliquis meruerit.

Num. testis

1.

Eiuter hanc difficultatem attigit Cartagena in fine omnium discursuum de prædestinatione; sed alius nemo, quem viderim, illius meminit. Potest autem illius decisio deduci ex principiis traditis in aliis disputationibus.

Negatiua reprobatio quomodo merita ab Adamo.

Positiua.

8.

Confirmatur, quoniam Apostolus illis verbis proponit Iacob in exemplum prædestinatorum, vt quæ docet de causa & ratione prædestinandi Iacob, intelligantur esse dicta de quibuslibet prædestinatis (quemadmodum probatum fuit disputat. 8. sect. 1. 2. & 3.) sed ex illis verbis: Antequam quidquam boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, & c. Augustinus, & alij Patres & Scholastici colligunt vniuersalissimam doctrinam, in qua nullus excipitur homo purus, & nullum opus illius excipitur, quod potuerit esse meritoria causa prædestinationis ipsius; igitur eadem ratione non minor vniuersalitatè amplitudò colligi debet ex verbis proximè præcedentibus in eodem contextu; nec licebit excipere personam aliquam, etiam coniunctissimam, & sanctissimam, & à Deo positam, vt aliis impetret beneficia; nec licebit opus aliquod, aut orationem excipere, cui Deus concesserit priuilegium merendi, vel impetrandi prædestinationem alterius hominis.

9. Nec tota prædestinatio creatis alicuius ab altero puro homine.

10.

Nemo præter Christum D. alteri meretur nisi de congruo.

Dico quartò. Purus homo de facto nullus fuit, qui meruerit alteri rotam prædestinationem creatam, id est, omnes effectus prædestinationis; aliquos tamen effectus, etiam primam vocationem aliqui meruerunt; sed non ea eminentia, qua Christus Dominus.

Primum assertionis membrum constat ex prima probatione præcedentis assertionis. Vnus enim ex effectibus prædestinationis est oratio, quam alter Sanctus offert pro alio, cuius salutem petit; illa autem oratio non meruit se ipsam.

Secundum membrum probatur; Stephanus enim orando meruit Saulo vocationem primam, vnde ceteri posteriores effectus duxerunt originem, & Isaac precibus impetrauit natiuitatem Iacob, qui fuit etiam effectus prædestinationis, iuxta dicta disp. 24. sect. 7.

Tertium denique membrum probatur primò, quia Christus Dominus de condigno, & rigorosa iustitia meruit nobis omnes effectus nostræ prædestinationis; sed nemo alius potest alteri mereri beneficium vllum, nisi tantum de congruo.

Secundò probatur, quia Christus Dominus vt caput membris ex certa & infallibili lege meruit omnes & singulos effectus prædestinationis immediate, & in particulari, nec tantum in generali, & virtualiter in radice. Nullus autem hominum omnia immediate meretur, sed quædam immediate, alia verò mediate, quæ virtualiter continentur in illis; & hæc non vt caput membris, nec ex certa & infallibili lege meretur.

Reiz de Prædestinatione.

H H h 3 impli

Dico secundò, licet vnus hominis peccatum non fuisset originale, nec transfunderetur in alios, Deus potuit de potentia absoluta, propter illud vt propter causam demeritoriam negatiuè reprobare homines alios, quoscumque veller. Probatum, quia negatiuè reprobare quoscumque homines de potentia absoluta Deus potuit, licet nullum fuisset peccatum ab vilo commissum (sicut probatum fuit disputatione 14. sectione 1.) igitur à fortiori poterit data aliqua causa demeritoria ex parte alicuius hominis.

2. Propter quodcumque peccatum posuit Deus quosque reprobare.

Confirmatur, nam & Angelos negatiuè reprobaui, nulla profus præsupposita demeritoria causa, sicut vidimus disputat. 50. sect. 4. & sequentibus.

Ampliarum autem prædicta conclusio, vt vnus hominis peccatum alteri fuisse causa demeritoria discriminis, ob quam ille potius, quàm alter, negatiua reprobatione reprobareretur, & potuerit esse causa communis & indifferens ad multos sine discrimine. In hoc enim nulla inuoluitur contradictio, nihilque contrarium diuinæ sapientiæ & bonitati.

3.

Dico tertio. De potentia ordinaria, nullus homo est causa demeritoria, propter quam vnus homo negatiua reprobatione reprobareretur potius, quàm alter. Probatum, quia si quæ demerita Deum prouocarent ad alios homines reprobandos, maximè peccata parentum ad reprobandos eorum filios; hæc autem non sunt causa reprobationis filiorum, sed potius illius effectus, vt vidimus disp. 38. sect. 4. 7. & 8.

4. Quid de ordinaria potest.

Venio iam ad reprobationem posituam, siue punitiuam, & dico quartò. Paruos positiuè reprobare sine alterius peccato ipsis imputabili, contradictionem implicat. Nihilominus de facto reprobandum positiuam poena damni propter originale peccatum.

5. Reprobatio parvulorum.

Dico quinto. Adultos reprobare positiuam poena sensus ante præcognitum personale peccatum eorum vt absolute futurum, accipiendo pro motiuo demeritum peccatorum, quæ committuntur ab aliis hominibus, esset contrarium diuinæ sapientiæ, & iustitiæ; ideoque contradictionem

6. Adultorum.

implicaret vnum hominem alteri adulto mereri reprobationem positivam; vt colligitur ex dictis disp. 14. sect. 1. Potuit tamen Deus propter vnus hominis peccatum, alterius aeternam punitionem intendere, & eo sine permittere peccata personalia illius, vt in aeternum puniat simul cum alio, vt constat ex dictis disp. 16. sect. 5. dicto secundo. Caterum de facto Deus neminem adultu positiva reprobatione reprobatur, nisi propter personalia peccata, praecognita vt absolute futura, sicut diximus disp. 15. sect. 3.

Personalis peccata.

7.

Sexto denique. Quicumque quolibet modo causat personale peccatum alterius hominis, propter quod positivè reprobatur à Deo, eo ipso mediata causat eius reprobationem positivam; sed non est causa demeritoria, nisi quando punitur ille ipse in aliena reprobatione; sicut parentes puniuntur in reprobatione filiorum, quos ad peccandum prouocauerunt, vel ad bonum dirigere neglexerunt.

DISPVATIO LIX.

Quis ordo prioritatis secundum rationem seruatus fuerit inter actus, quibus diuina praedestinatio, vel reprobatio perficitur.

SECTIO I.

Generaliores regulae prioritatis.

1.



Ecce propterea reseruat fuit ad huc locum, quoniam epilogus erit in vnum colligens plura, quae variis disputationibus sparsim tractata sunt, & ea supplens, quae deesse videbantur, maxime, quia Christi Domini causalitas nuper explicata, caput est totius ordinis. Prius autem oportet recolere generalia fundamenta, quae fusiùs probata sunt tomo de voluntate Dei disput. 22. 23. & 24. peculiariter autem collecta sunt eadem disp. 22. sect. 5.

Operationes diuinae immanentes.

2.

Scientia & amor necessarius.

Secundò. Summus & perfectissimus prioritatis gradus est illius operationis, quae praesupponitur, & praerequiritur ad aliam, sed nullo modo dependet ab illa. Quomodo tota scientia simplicis intelligentiae, & totus amor necessarius, quo Deus se ipsum, & creaturas possibles amat simplici complacentia, priores sunt omnibus volitionibus liberis, pertinentibus ad generalem prouidentiam, & pertinentibus ad praedestinationem, ac reprobationem; eadem verò ratione priores sunt quibuslibet intellectionibus Dei, quarum obiecta non essent vera, nisi praedictis volitionibus à Deo decernerentur.

3.

Inter diuinas operationes aliquando dependetiam mutua.

Tertiò. Contingit autem non raro mutuam dependentiam esse inter duas operationes diuinas; tunc autem si dependentia sit aequalis, dicentur illae volitiones esse simul; si verò maior

sit dependentia vnus operationis, illa, quae magis pendet, poterit appellari simpliciter posterior, licet alia minori ratione sit prior.

Summus igitur ille prioritatis gradus operationis, quae supponitur, & praerequiritur ad aliam, quam nullo modo supponit, nec praerequirat, vocari solet prioritas in quo; sed alia vocatur prioritas à quo.

Denique rationis instantia non penitus reiciimus, possunt enim tyronibus deservire, quibus manuducantur ad apprehendendas praedictas prioritates, quibus cognitis, reiciantur fictiones instantium.

4. Ordines executionis & intentionis.

Quartò. Non sunt in Deo distinguendi, & separandi ordines executionis ab ordinibus intentionis in volitionibus diuinis, sed ea distinctio conuenit solis obiectis; nam in volitionibus ipsis prorsus est idem intentionis, & executionis ordo. Quia secundum rectum & ordinatum modum intelligendi, volitio, qua Deus intendit gloriam dare propter merita, non est distinguenda à volitione, qua exequitur retributionem gloriae propter merita. Generaliter autem in Deo efficax intentio finis non distinguitur ab efficaci volitione exequendi finem, sicut nec efficax intentio mediorum distinguitur ab efficaci volitione exequendi media. hoc fundamentum satis probatum fuit disp. 12. sect. 7.

5. Ordo diuinae cognitionis & volitionis cum rebus extrinsecis quibus.

Quintò. Diuinae cognitionis, & volitionis ordo multoties discrepat ab ordine, quem res extra Deum productae seruant, quantum ad executionem. Quemadmodum in executione transeunte prior est gratia, quam gloria, & priores fuerunt Patriarchae, quam Christus Dominus; sed in intentione Christus Dominus fuit prius volitus, & gloria fuit prius volita, quam gratia. Diximus aliquid de hoc disput. 12. sect. 5. circa medium, sed magis ex professo tomo de voluntate Dei disp. 22. sect. 3. & 4. & tota disput. 24. Propterea non est verum, quod aliqui recentiores, alioqui sapientes, asserunt, inter praescientias absolute futurorum (sive futura cognoscantur in decreto diuino, sive per scientiam visionis in se ipsis) eundem ordinem esse, qui est inter decreta producendi res illas futuras.

6. Scientia media.

Sextò. Scientia media, qua Deus nouit, quid vnaquaeque voluntas liberè veller in quibuslibet circumstantiis, obtinet illum summum, & perfectissimum gradum prioritatis, quem supra diximus de scientia simplicis intelligentiae: nam hoc modo scientia media prior est tota praedestinatione, & reprobatione, imò & tota prouidentia generali, quae gubernat actus liberos, sive praedestinando, sive permittendo illos. Talis enim scientia necessariò praerequiritur, vt dirigat volitiones Dei, sed nullo modo praerequirat ipsas volitiones, vt actu existentes; ideoque nullo modo est posterior illis.

7. Decretum Dei circa vnus.

Septimò. Authores aliqui putant, decretum producendi res omnes naturales, & constituendi totum ordinem vniuersi, quantum ad omnia indiuidua, & circumstantias naturales, fuisse prius quolibet decreto praedestinandi, vel reprobandi, & prius etiam scientia conditionata, quam nuper dicebamus. Hæc doctrina refutata fuit disp. 15. sect. 7. sub init. & maior illius refutatio deducitur manifestè ex dictis tota disp. 24. praesertim

tim sect. 7. Cum enim hominis substantia, & eius creatio, indoles, ingenium, valetudo, ceteraque circumstantiae sint effectus praedestinationis; non possunt hæc obiecta efficaciter amari, nisi praesupposita praedestinatione. Quemadmodum etiam multae res naturales sunt effectus reprobationis, vt vidimus disp. 38. sect. 9. conclus. 2. proptereaque volitio efficax illarum rerum necessariò supponit priorem volitionem reprobandi.

8.

Generaliter autem loquendo prius Deus decreuit supernaturalia bona, & propter illa posterius decreuit naturalia bona, prius, aut posterius, quam alia bona: sicut volebat vnum bonum deservire ad aliud bonum obtinendum, vt magis constabit ex sectione sequenti.

SECTIO II.

Praestantioribus rebus in particulari prioritatis ordines assignantur.

1. Decretum praedestinationis Christi D.

Prius Christi Domini amor efficax, & decretum praedestinandi illum, fuit primus omnium actuum liberorum, quos Deus habuit, & consequenter prior fuit praedestinatione hominum, & Angelorum omnium. Quamuis enim mutua prioritas fuerit inter praedestinationem Christi ex vna parte, & praedestinationes Angelorum & hominum ex alia; nihilominus multo principalior est prioritas Christi Domini: proptereaque praedestinatio illius est dicenda simpliciter prior. Quod totum probatum fuit disp. 17. sect. 5. & sequentibus, quantum ad homines, & quantum ad Angelos sect. 10.

2. Praecognitio peccati originalis.

Secundò. Nec Christum Dominum, nec ceteros homines praedestinavit Deus, nisi post originale peccatum praecognitum vt absolute futurum, non quidem scientia visionis, quae supponeret existentiam ipsius peccati in se ipso, sed ea scientia, qua nouit, quid ipse permittitur sit in libero decreto permittendi, hæc constant ex dictis supra disp. 13. sect. 4. & 5.

3. Inter praedestinationes hominum qua prioritatis.

Tertiò. Nullam esse prioritatem inter praedestinationes omnium hominum, probare contendit Suarez lib. 1. de praedestinat. cap. 12. & lib. 6. cap. 4. Idque verum est, quantum ad hoc, quod vno, & eodem actu simul Deus voluit praedestinationem omnium membrorum Christi. Nihilominus aliqua prioritas est necessariò concedenda, quantum ad hoc, quod executio praedestinationis vnus hominis peccat à praedestinatione alterius, & non è contra: sicut executio praedestinationis Pauli pendeat à praedestinatione Stephani: & executio praedestinationis omnium nostrum pender à praedestinatione Apostolorum, qui fundarunt Ecclesiam; sed è contrario praedestinatio Apostolorum nullo modo pendeat à nostra praedestinatione. Quapropter ad hoc probandum valent omnia, quibus supra disp. 25. probatum fuit, vnus hominis bona multoties esse effectus praedestinationis alterius hominis, & proximè praecedenti disp. 58. sect. 2. probatum est, aliquos iustos mereri effectus praedestinationis aliorum hominum.

4. Angelorum praedestinatio.

Quartò. Angelorum praedestinatio non fuit prior, quam hominum praedestinatio, nec reprobatio Angelorum fuit prior, quam hominum praedestinatio, vel reprobatio. Quod probatum fuit supra disp. 52. in cuius sine declaratum fuit,

quomodo praedestinatio hominum vagè fuerit prior determinata praedestinatione Angelorum.

5. Numerus praedestinatorum.

Quintò. Formalis numerus praedestinatorum prius fuit praedestinitus, quam numerus materialis eorum, sicut probatum fuit disp. 53. sect. 3. versus finem. cui non obstant quae dicta sunt disp. 57. sect. 5.

6. Primus actus liber circa praedestinatorum qui & quatuor.

Sextò. Primus actus liber circa praedestinos est absoluta voluntas dandi gloriam illis. Quae voluntas circa paruulos simul vult dare illis in lege gratiae Baptismum, & antiquitus circumcisionem, aut remedium legis naturalis. At verò circa adultos eadem est efficax voluntas dandi gloriam, quasi praemium meritis debitum, & quasi coronam iustitiae. Quapropter simul cum hac volitione datur etiam efficax volitio dandi merita, & dandi auxilia opportuna, quibus Deus certò sciat ea merita fore comparanda. Ideoque volitio gloriae, & volitio meritorum pendent abinuicem, proptereaque reciprocam prioritatem, atque posterioritatem habent. Sed absolute pronuciari potest, esse priorem volitionem gloriae, quoniam eius prioritas est praestantior, magis enim pendent à fine media, licet vnica sint, & simpliciter necessaria: minus autem pendent finis à mediis, quantumcumque simpliciter necessariis: magis, inquam, pendent, quantum ad hoc, vt amentur à voluntate libera, quidquid sit de alia dependentia.

7. Mediorum volitio.

Septimò. Praedicto genere prioritatis, quod admixtum est cum alia posterioritate, prior est in Deo volitio mediorum, quae propinquiora sunt fini; posterior autem volitio mediorum, quae remotiora sunt. Ratio ex dictis colligitur, quia propinquiora media habent rationem finis proximi, & subordinati comparatione mediorum, quae remota sunt. Ideo Deus intelligi debet prius voluisse iustificationem, quam voluit actus fidei, spei, charitatis, aut contritionis, quibus ad iustificationem disponimur, & prius voluisse liberos actus virtutum, ad quos vocat, quam voluerit congruam vocationem ad illos.

8. Futurorum praescientia comparatur cum praedestinatione.

Octauò. Si comparemus praescientiam absolute futurorum cum praedestinatione, dicendum est, Primò. Scientia visionis, & intuitiua, supponens existentiam futurorum in se ipsis, est posterior tota praedestinatione: sicut dictum fuit disp. 1. sect. 6. assertione 4.

Secundò nihilominus praescientia absolute futurorum, quae cognoscuntur in ipso libero decreto producendi illa, nec est prior, nec posterior praedestinatione, quoniam est ipsissima praedestinatio, vt vidimus disp. 1. dicta sect. 6. Qui verò non in cognitione intellectus, sed in decreto voluntatis constituunt essentiam praedestinationis, consequenter dicunt, praedictam praescientiam futurorum in decreto, posteriorem esse praedestinatione.

Tertiò. Non dubito, quin praescientia quorundam effectuum vt absolute futurorum sit prior, quam praedestinatio aliorum quorundam effectuum, quos Deus non veller producere, nisi producerentur alij effectus.

9. Praedestinatio prior reprobatione negatiua.

Nonò. Praedestinatio prior est, quam tota reprobatio negatiua, quoniam hæc consistit in eo, quod praedestinatorum numerus expletus fuerit ex aliis personis; non includendo tales & tales homines. Quapropter negatiua reprobatio, secundum rectum modum intelligendi, non intel-

Positiva.

ligitur, nisi post expletum numerum prædestinatorum. Denique reprobatio negatiua prior est, quàm reprobatio positua.

Decoratum creandi homines.

Decimò. Decretum creandi Iudam, aut alios homines in particulari, est prius, quàm eorum reprobatio negatiua: sicut diximus disp. 38. seçt. 9. conclus. 1. quamuis decretum creandi Petrum, Ioannem, & alios homines in particulari, sit posterius, quàm eorum prædestinatio: sicut diximus seçt. 1. ad finem.

9.

Ex quibus tandem efficitur, nullam seriem diuinarum actuum posse verificari, si taliter ponuntur vnus post alium, vt idem, qui posterior est in vno genere dependentiæ, non sit prior aliis, qui sunt in alio genere dependentiæ prioribus illo. Quod vt aliquo materiali exemplo declaratur vtcumque, non est illa prioritas, quemadmodum radix est prior truncò, & truncus prior ramis, & rami priores foliis; sed quemadmodum in foliis quarundam arborum cernuntur quædam venulæ multiplici nexu complicatæ, & abinuicem dependentes, recedentes, abinuicem, & iterum inter se coeuntes. Aliorum autem de hac re sententias consultò prætermitto, ne rei obscuræ, & difficili maiores tenebras offundam, & diutiùs immorari compellar.

Arboris similitudo.

QVÆSTIO XXIV. DE LIBRO VITÆ.

ARTIC. I. Vtrum liber vitæ sit idem, quod prædestinatio.

ARTIC. II. Vtrum liber vitæ sit solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum.

ARTIC. III. Vtrum aliquis deleatur de libro vitæ.

DISPVATIO LX.

Quænam rei veritas significetur omnibus metaphoris pertinentibus ad librum vitæ.

SECTIO I.

Metaphoricam esse significationem libri & scribendi, ac delendi.

1.



IRCA librum vitæ quæcumque tractantur à Theologis, facilia sunt, & vix exigentia Scholasticum examen, quia pertinent ad positiuam expositionem verborum potius, quàm rerum Scripturæ. Propterea prætermittuntur à quibusdam Scholasticis omnino: veluti à Scoto, Henrico, Gregorio, Gabriele, Marsilio. Sed ab antiquioribus Scholasticis copiosè & accuratè tractantur. Qui

omnes quoniam conueniunt in præcipuis articulis totius decisionis, referantur hic præter morem, à nobis huc vsque seruatum, ne postea sit opus singulos citare.

Disputant igitur de libro vitæ copiosè Alexander 1. part. tota quæst. 33. Albertus 1. p. quæst. 69. S. Thomas non solum in præsentem quæst. sed etiam de verit. quæst. 7. artic. 5. 6. & 7. & lib. 1. sentent. dist. 40. quæst. 1. & lib. 3. dist. 31. quæst. 1. art. 2. & quæst. 2. S. Bonauent. lib. 4. sentent. dist. 43. art. 2. fusè, breuius autem 3. sentent. dist. 31. dub. 2. Durand. 1. dist. 40. quæst. 1. fine, vbi Carthus. dist. 40. quæst. 3. fine. Maior dist. 41. quæst. 2. Ricard. 3. dist. 31. art. 2. vbi Argentina artic. 2. Recentiores Theologi ad præsentem q. 24. 1. partis S. Thomæ, vbi Vazquez in commentariis, Suarez lib. 1. de prædestin. cap. 20. Expositores quoque sacre Scripturæ, Exodi 32. Daniel. 12. Lucæ 10. Apocalypf. 3. & 17. præcipuè Ribera Apocalypf. 3. & Pererius in Daniel. lib. 15. & Roman. 9. disp. 4. & Apocal. 3. disp. 7. 8. & 9. Lorin. Psal. 68. versu 29.

Supponendum est autem, librum vitæ semel, aut iterum in sacris literis poni absolutè, & sine genitiuo vitæ, nam propter suam excellentiam potest antonomasticè vocari liber, vt Danielis 12. In illo tempore saluabitur omnis, qui inuentus fuerit in libro. Exodi 32. Si non facis, dele me de libro, quem scripsisti. Quo supposito propono sequentes quæstiones.

Prima est, vtrum metaphoricum sensum semper afferat liber vitæ, & scribi, vel deleri de illo.

Cui responderet affirmatiuè, iuxta sententiam omnium Theologorum, quorum aliqui magis expressè metaphoram tradunt, alij verò supponunt vt manifestam; cuius ratio constabit ex sequentibus. liber enim propriè, ac sine metaphora dictus, est aliquid corporeum, hominis arte factum, & characteribus ad placitum significantibus depictum, ad reficiendam memoriam: quæ omnia repugnant diuinæ notitiæ, quæ est liber vitæ. Metaphoræ occasionem dedit humana consuetudo conscribendi in aliquo libro nomina eorum, qui eliguntur ad aliquod munus honorificum, vnde Senatores olim dicebantur Patres conscripti, & milites militiæ nomina dare.

Excipio tantum Ecclesiastici 24. vbi propriam significationem exercet liber vitæ. Nam commendato prius ardentissimo studio veræ sapientiæ, per quam acquiritur æterna vita, subiungit: Hæc omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis. Legem mandauit Moyses in præceptis institutarum. Quasi diceret: Quæ prius commendauerat de sapientia, contineri in libro Moyfi, & testamento veteri, quoniam ille docebat omnem sapientiam illi populo tunc temporis necessariam. Quapropter sacram Scripturam esse librum vitæ ab Ecclesiastico significationem, docet ibi Glossa. quam sequuntur Hugo Institut. Monast. de Claustro animæ cap. 33. à principio, Alexander 1. parte quæst. 33. memb. 1. art. 1. Albert. 1. parte quæst. 69. memb. 1. S. Thomas quæst. 24. art. 1. ad 1. & de Verit. quæst. 7. art. 1. corp. Ricardus 3. sentent. dist. 31. art. 2. quæst. 1. ad 1. Maior 1. dist. 41. quæst. 2. initio, Agidius, quem refert, & approbat Carthusian. 1. sentent. dist. 40. quæst. 3. fine, Argentina 3. dist. 31. quæst. vnica, art. 2. sub initium, Ianse-

2.

3.

4.

Libro vitæ metaphoricè ita dicitur.

Quid propriè liber.

Libro vitæ aliquando propriè.

Sacra Scriptura.

6.

nus in comment. Ecclesiast. 24. & alij recentiores, tractantes de libro vitæ.

Cætera omnes exceptiones reicio. Quapropter accommodatio, vel ampliatio quædam potius, quàm literalis sensus est, qua Beda libros Scripturæ sacre, putat esse, quos aperiendos in die Iudicij legimus Apocalypf. 20. quia tunc euentus probabit, verissima fuisse, quæ de illa die scripta fuerant. Quamuis igitur in supremo iudicio reuocanda sint in memoriam hominum, quæ illis erant tradita & præcepta in sacris literis; hæc tamen omnia sunt indifferentia prædestinatis, ac reprobis. Quapropter vt verificetur, quod statim subiicitur; Et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, necessarium est, illos libros continere historiam, siue plenariam informationem omnium operum, propter quæ damnandi sunt peccatores, & iusti coronandi.

7.

Præterea non metaphoricè librum, sed propriè dictum fuisse à Moyse Exodi 32. illis verbis: Dele me de libro, quem scripsisti. Burgenfis est author in eius loci additione, referens quemdam librum, in quo scribebantur præclara facinora virorum insignium populi Israël. Cui interpretationi fauere videntur Hilarius, & Hieronymus in id Psal. 68. Deleantur de libro viuientium. Hunc aliqui putant esse librum iustorum: cuius mentio fit in libris Iosue, & Regum.

8.

Sententia Burgen. de materiali libro refutatur.

Iure tamen hæc expositio reicitur, primò propter secutam repositionem Dei: Non, sed qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Quamuis enim aliqui deleantur de libro virorum illustrium, propter grauissima scelera: nihilominus non est generalis lex, vel regula delendi de tali scripto, propter quodcumque peccatum. Hic autem peccatum ponitur vt generalis & adæquata ratio delendi de libro Dei: quapropter non est alius liber nisi notitiæ approbationis, in qua Deus scriptos retinet iustos.

Secundò reicitur, nam ille liber virorum illustrium non videtur peculiariter à Deo scriptus: fuit enim priuilegium singularis legis, eius tabulas scriptas fuisse digito Dei.

Tertiò, quia materialis quicumque liber, continens historiam, aut nomina virorum illustrium, non erat dignus honore tanto, quem ipse Deus scriberet, & per antonomasiam appellaret librum suum.

SECTIO II.

Vtrum præscientia prædestinatorum ad vitam, sit liber vitæ.

1.

Quid vitæ liber.

ICO primò. Dei notitia, siue præscientia, prout firmiter retinet, quos homines prædestinauerit ad vitam, & quibus meritis, est liber vitæ. Quapropter firmitas, simultas, & inuariabilitas, qua Dei notitia simul omnia & inuariabiliter repræsentat, est ratio metaphoræ, secundum quam libris nostris assimilatur. Hic est communior sensus antiquorum Patrum Scholasticorum, & expositorum. Sic Augustinus lib. 20. de ciuit. cap. 15. fine: Non Deum liber iste commemorat (id est, non admonet Dei memoriam) ne obliuione fallatur; sed prædestinationem significat eorum, quibus æterna dabitur vita. Nec enim nescit eos Deus, & in hoc libro legit, vt sciat:

sed potius ipsa eius præscientia de illis, qua falli non potest, liber est vitæ, in quo sunt scripti, id est, præcogniti. Idem in Psal. 68. ad illud: Deleantur, &c. Præcius, inquit, est, prædestinavit omnes ante constitutionem mundi, regnaturus cum Filio suo in vita æterna. Hos quos conscripsit, ipsos continet liber vitæ.

Ex Cassiod. Glossa Ordinaria in Psal. 68. verbo, libro viuientium, ait: Notitia Dei, qua prædestinavit ad vitam, quos præsciuit conformes fieri imaginis Filij sui. & Apocalypf. 20. verbo, Alius liber, sub distinctione ait: Vel liber est præscientia Dei, quia tunc aperit scientiæ mali, se non esse prædestinatos ad vitam, quam in mundo existentes sibi promittebant. S. Iulianus Archiepiscopus Toletan. lib. 3. prognosticon cap. 39. transcribit verba, quæ retulimus ex Augustino lib. 20. de ciuitate. Theophylactus Lucæ 10. illud: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis, exponit: Non encausto, seu atramento, sed memoria Dei, & gratia. & in Psal. 68. ad illud: Cum iustis non scribentur, ait: Per libros Scripturæ variam ac multiplicem Dei cognitionem significat. & Psal. 138. ad illud: In libro tuo omnes scribentur. Liber Dei est summa eius scientia; scriptura verò perpetua memoria.

Anselmus in Apocalypf. cap. 3. inter princip. & medium: Liber, inquit, vitæ, præscientia dicitur diuina. & Philipp. 4. Quis est liber vitæ, nisi memoria Dei, in qua sunt illi, qui viuunt in æternum. Ambrosiaster, id est, author commentariorum, quæ tribuuntur Ambrosio, Apocalypf. 3. illa verba: Non delebo eum de libro vitæ, sic exponit: Librum vitæ prædestinationem vocat, &c. Ricard. Victorin. in Apocalypf. parte 2. lib. 1. cap. 9. inter med. & finem: Liber, inquit, vitæ est sapientia Dei, in qua omnes electi rectè dicuntur scripsi, & ad vitam æternam sunt prædestinati.

Hugo Victorin. tomo 1. lib. quæstionum in epist. ad Roman. quæst. 243. initio ait: Scribi in libro vitæ secundum præscientiam, est esse præscitum, & præordinatum ad vitam. In monast. autem Institut. de Claustro animæ cap. 33. quartum librum vitæ numerat librum diuinæ præscientiæ. Ioachimus Apocalypf. 3. Per librum, inquit, vitæ memoria illa Dei accipienda est, de qua dicitur: In memoria æterna erit iustus, Psal. 111. Consonat Basilius in Scholiis Psal. 138. Nam illud: In libro tuo omnes scribentur, sic exponit: Hæc non ideo dicit quod liber quisquam sit in caelis, sed vt libri mentione exactam scientiam significet.

Ex aliis quoque Patribus manifestè colligitur. Primò namque non pauci pro eodem accipiunt, quod Lucæ 10. dictum est Apostolis: Nomina vestra scripta sunt in caelis, atque: Nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. In caelis autem propterea scripta sunt nomina; quia præsciti sunt Apostoli, & prædestinati ad æternam gloriam, quæ summum, & maximum obiectum est solidissimi gaudij. Propterea namque Dominus dixit: Gaudete autem, quia nomina vestra, &c. hoc enim solum erat, quod omnibus grâtiis, & virtutibus huius vitæ præferendum esset. Sic Chryostomus Philip. 4. homil. 13. prope morale: Quod Apostolis dixit Christus: Non gaudete, quod demonia vobis obediunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ, huius testimonium istis dat Apostolus, dicens: Quorum nomina sunt in libro vitæ.

Cyrellus Isaïæ cap. 4. suo lib. 1. orat. 3. referens,

2.

3.

4.

5.

6.



rens prædicta verba Christi Domini, pro scripta in cælis, ponit, scripta in libro vita. Tantam identitatem sensus supponit esse in utrifque verbis. Hieronymus Isaia 4. illud: *Sandus vocabitur vnus, qui scriptus est in vita in Hierusalem*; de Apostolis exponit, quibus Dominus loquebatur: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis*. Itaque in vita in Hierusalem scribi, & scribi in cælis, idem est. (eodem propè modo exponit Basilius suo commentario in Isai.) Rursus in Pfalm. 68. Hieronymus exponens illud: *Cum in- stis non scribantur*, asserit, *librum instorum esse*, de quo Dominus dixit, *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælo*.

7. *Moyse quid prescribit dicit de. Dele me, etc.*  
 Secundò, non minus efficaciter colligitur ex Patribus, qui putant, Moysem, dicentem: *Dele me de libro, quem scripsisti*, prælegisse, Dei visionem, & æternam beatitudinem amittere, quam Israëlitas in æternum damnari. Ita Chrysolto- mus, Bernardus, & alij, quos referemus sect. 7. circa medium. Magis expressè præscientiam, seu noticiam Dei, qua nouit electos, esse librum vitæ, docet S. Thomas, S. Bonauentura, Albert. Alexan. Ricar. Durandus, & ceteri Scholastici, & expositores citati sect. 1. sub initium.

8. *Qui dicitur scribi in corde & mente.*  
 Ratione probat S. Thomas in art. 1. Dicitur enim metaphoricè aliquid scriptum in corde, vel in mente, quod firmiter retinetur non solum in memoria, sed etiam in decreto efficaci: Ierem. 31. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam*. Quod asserit Aposto- lus Hebr. 8. & ad illud alludit 2. Corinth. 3. *Episto- la scripta non atramento, sed spiritu Dei viuus*, &c. & Prouerb. 3. *Describe illa in tabulis cordis tui*. Deus autem summissimè retinet non tantum memo- ria, sed etiam in decreto efficaci nomina præ- destinatorum. 2. Timoth. 2. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, nouit Dominus, qui sunt eius*.

9. *Liber vita quomodo dif- ferat à præ- destinatione.*  
 Dico secundò. Liber vitæ formaliter differt à prædestinatione, non quasi distinctus actus, sed quasi diuersa formalitas, diuersaque perfe- ctio eiusdem actus. Quod in hunc modum ex- plicatur, & probatur. Apud eos authores, qui prædestinationis quidditatem constituunt in de- creto voluntatis, prædestinatio est actus quasi specicè distinctus à præscientia, siue notitia il- lius, quæ est liber vitæ: sicut distinguitur actus voluntatis ab actu intellectus. Apud nos verò, qui prædestinationis quidditatem constituimus in practica, & operatiua cognitione Dei, qua nouit, quos decreuerit efficaciter in gloriam per- ducere, & quibus medijs (suprà disp. 1. sect. 6.) liber vitæ est ipse prædestinationis actus, quasi reflectendo prout cognoscit suum decretum ef- ficax, & suum imperium, & nominatim cog- noscit electos singulos in particulari: abstra- hit autem, vt sic, ab efficacia practica, & ab or- dinatione medijs. Prædestinatio verò dicit formaliter efficaciam practicam, & ordinationem medijs, & non dicit formaliter & expressè re- flexionem, qua se ipsam cognoscit.

10. *Discrimen primum.*  
 Secundum discrimen fit, quia liber vitæ di- rigit Deum in dando gloriam electis, vt S. Tho- mas ait de Verit. quæst. 7. artic. 1. corp. Sed præ- destinatio non dicit hoc formaliter, & explicite, sed potius quòd per illam Deus dirigat homi- nes ad gloriam.

Tertium discrimen non contemnendum ad- dit Alexander 1. parte quæst. 33. memb. 2. post

medium, quòd prædestinatio est *præscientia & præparatio beneficiorum Dei*, videlicet, qua ratio- ne sunt Dei; sed liber vitæ est eorundem noti- cia, prout sunt merita nostra, quibus reddimur digni æterna vita.

Ex his conciliantur aliqua saltem ex parte, tam affirmantes, quam negantes, librum vitæ esse prædestinationem. Affirmant enim Augu- stinus, Glossa, & Ambrosiaster relati sub initium præsentis sectionis, Albertus 1. parte quæst. 69. memb. 2. corp. S. Bonauent. in 4. sentent. dist. 43. artic. 2. quæst. 2. Econtrario librum vitæ non esse prædestinationem, sed noticiam illius, do- cet S. Thomas in præsentis quæst. 24. artic. 1. fine, & 3. sentent. dist. 31. quæst. 1. artic. 2. & quæst. 2. & de verit. quæst. 7. art. 4. Agidius, quem re- fert & sequitur Carthusianus 1. dist. 40. quæst. 3. fine, vbi quatuor discrimina numerat: Argentina 3. dist. 31. q. vnica, artic. 2. Vazquez hic q. 24. art. 1. fine.

Dico tertio, quòd ex dictis sequitur, librum vitæ esse quid essentiæ, commune tribus per- sonis, quamuis per appropriationem tribuatur Filio, iuxta Glossam Pfalm. 39. ad illud: *In capite libri scriptum est de me*, id est: *Apud Patrem, qui est caput meum*. Ita docet S. Thomas 1. parte q. 39. artic. 8. argument. 4. & de veritate quæst. 7. artic. 2. & 3. Alexander 1. parte quæst. 33. memb. 1. artic. 2. Bonauent. 4. sentent. dist. 43. artic. 2. quæst. 2. initio.

SECTIO III.

Utrum vita gratiæ, ac bonorum operum sit etiam liber vitæ.

Videtur non modò vitam gloriæ, sed etiam vitam gratiæ significari, quando dicitur *liber vitæ*. Primò namque Basilius regular. fastidus disputat. quæst. 3. prope finem ait, Moysem *ab- iecisse gratiam* propter Israëlitarum charitatem, quando dixit: *Dele me de libro tuo, quem scripsisti*. Videntur autem idem sentire Augustinus, Hie- ronymus, & Beda citandi infra sect. 7. & illi Pa- tres, præsertim, qui putant Moysem illis ver- bis desiderasse quòd Paulus, *anathema* esse in Christo.

Secundò, nam & merita conscribuntur in li- bro vitæ, iuxta Glossam Luca 10. sic exponen- tem illud: *Nomina vestra scripta sunt in cælis*. *Si- ne cælestia, siue terrestria opera quis gesserit: per hoc quasi literis annotatus apud Dei memoriam æternali- ter est affixus*. Proinde merita, quibus prædesti- nati gloriam assequuntur, esse conscripta in li- bro vitæ, docet Albert. 1. parte quæst. 69. memb. 2. corp. Alexand. 1. parte quæst. 33. memb. 2. corp. S. Bonauent. in 4. sentent. dist. 43. artic. 2. quæst. 2. dicit etiam finalem gratiam esse scri- ptam in libro vita. Agidius autem quamcum- que gratiam etiam reprobatorum in libro vitæ conscribit, quem refert, & sequitur Carthuf. 1. dist. 40. q. 3. fine.

Dico primò. Gratiæ & merita, quibus pro tempore florent aliqui præcitorum, non per- tinent ad librum vitæ ( nisi fortassis indirectè qua ratione iuuant prædestinatos: ) quia liber vitæ est principaliter æternæ vitæ, quæ solis præ- destinatis conceditur; ideòque nihil ad repro- bos pertinens, ad hunc librum per se, directè- que

que reuocatur. Et ita supponunt Scholastici nu- mer citati, & S. Thomas statim citandus dicit ma- gis expressè.

4. Quòd si obiciat. Etiam vita gratiæ in repro- bis, est vita supernaturalis, ad quam illi homi- nes prædestinantur: siquidem prædestinatione Deus ea præscit, quæ fuerat ipse facturus. Similiter autem eorundem opera, quibus aliquando bene viuunt, sunt à Deo prædestinata, vt vidimus disp. 1. sect. 2. & 3. igitur eorum præscientia erit liber vitæ.

Vita & præ- destinatio secundum quid.

Respondetur, ea omnia esse vitam secundum quid, & quodammodo, consequentèrque præ- destinationem ad illa secundum quid, & non simpliciter esse prædestinationem, ideòque præ- scientiam illorum non esse librum vitæ simpli- citer dictum: postèr autem appellari liber vitæ secundum quid, quia secundum quid eliguntur ad gratiam homines non perseveraturi, vt S. Thomas ait art. 2. fine.

5. Gratiæ præ- destinatio quomodo ad librum vitæ pertinet.

Dico secundò. Gratiæ, & merita prædestina- torum pertinent ad librum vitæ simpliciter di- ctum: verumtamen ad hunc non pertinent pri- mariò, nec simpliciter, nec propriè, sed tantum secundariò, & secundum quid; liber enim est principaliter, propriè, ac simpliciter solius vitæ gloriæ. Ita S. Thomas in præsentis quæst. 24. art. 2. corp. & lib. 1. sentent. dist. 40. quæst. 1. art. 2. ad 5. & quæst. 3. ad 3. & de verit. quæst. 7. art. 5. 6. & 7. & alibi sæpè, & alij Scholastici referendi sect. 6. Sic igitur intelligendi sunt Basilius, & alij Patres, atque Scholastici citati pro rationibus dubitandi.

Probat S. Thomas, quoniam liber importat conscriptionem quamdam electorum: at verò non conscribitur aliquis ad media, sed ad finem, sicut non eligitur ad media, sed ad finem (sicut miles non eligitur vt armetur, sed vt vincat) quapropter propriè non conscribitur aliquis, nisi ad vitam gloriæ, quæ sola finis est: gratia namque tantum est medium. Colligit ex his S. Thomas, librum vitæ non esse respectu vitæ natu- ralis. Nihilominus quatenus vita naturalis est effectus prædestinationis, ad eius finem ordina- tus, potest reductiue pertinere ad librum vitæ.

SECTIO IV.

Per attributionem ad primum analogatum alie res dicuntur liber vitæ.

1. Sicut primariæ significationi sanitatis non contradicimus, afferentes aliquem cibum, vel ærem, aut pulsum esse sanum: sic etiam Pa- tres afferentes esse librum vitæ res alias, à diuina præscientia distinctas, non contradicunt prima- riæ significationi declaratae sect. 2. & 3. quoniam illa dicunt per attributionem ad primum li- brum vitæ, qui est diuina præscientia.

Primò namque Gregor. lib. 24. moral. c. 6. inter princip. & med. sic exponit illud Apocalypf. 2. *Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vi- ta, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris*. Liber namque vita est ipsa visio aduenientis iudicij. In quo quasi scriptum est omne mandatum: quia quisquis eum viderit, max. esse conscientia, quid non fecit, intelligit. Cum autem à transgressoribus mandatorum iudex non possit videri secundum diuinitatem, manifestè sequitur, apud Grego-

Viso venien- tis iudicij.

rium hoc loco vitæ librum esse Christum secun- dum humanitatem.

Secundò. Sanctos esse libros aperiendos in die iudicij, Gregorius ibidem subiungit, di- cens: *Libri etiam aperti referuntur: quia instorum tunc vita conspiciuntur, in quibus mandata cælestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris: quia in ostensa vita instorum, quasi in expansione librorum legunt bonum, quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum, qui fece- rum, comparatione damnantur*. Similiter Augusti- nus scripserat lib. 20. de cinit. cap. 14. à medio: *Illi libri, quos priori loco posuit (Apocalypf. cap. 20.) intelligendi sunt Sancti, & veteres, & noui, vt in il- lis ostenderetur, quæ Deus fieri sua mandata iussisset*. Vtramque acceptionem libri, & librorum reci- pit Hugo in situ. Monast. de Claustro animæ cap. 33. post medium. Priorem autem acceptionem libri vitæ pro Christo Domino sequitur Glossa verbo, *Alius liber*, sub distinctione ta- men, vt vidimus sect. 2. sub initium, S. Tho- mas 3. sentent. dist. 31. quæst. 1. art. 1. quæstionc. 1. ad 2. & de verit. quæst. 7. art. 1. corp. Alexan- der 1. parte quæst. 33. memb. 1. Albertus 1. parte quæst. 69. memb. 1. Bonauent. 4. sent. dist. 43. art. 2. q. 1. argum. 2. Ricardus 3. sentent. dist. 31. art. 2. q. 1. ad 2.

Verumtamen acceptiones prædictæ nec lite- rales sunt, nec vndique quadrantes in textum Apocalypf: quia licet Christus Dominus sit vniuersalissimum sanctitatis exemplar, non re- præsentat particulariter vitam cuiuslibet: vt notat S. Thomas nuper citatus. At verò liber vitæ repræsentat peculiariter vitam, & merita prædestinatorum, sicut alij libri repræsentant particulariter vitam reprobatorum: nam omnes mortui iudicati sunt ex his, quæ scripta erant in li- bris secundum opera ipsorum.

Tertio. Vitæ librum esse vim quandam diui- nam, qua cuiuslibet conscientia nota sicut sua, vel aliorum facta, docet Augustinus lib. 20. de cinit. cap. 14. post medium, dicens: *Et alius, inquit, liber apertus est. Quadam igitur vis est in- telligenda diuina, qua fiet, vt cuique opera sua vel bo- na, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & men- tis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset, vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul, & omnes, & singuli iudicentur. Quæ nimirum vis diui- na, libri nomen accepit; in ea quippe quodammodo le- gitur quidquid à faciente recollitur*. Recipitur hæc acceptio à S. Thoma in præsentis q. 24. art. 1. ad 2. & de verit. q. 7. art. 1. corp. Alberro, Alexan- dro, Bonau. Ricardo, & alijs citatis sect. 1. sub initium.

Sed neque ista acceptio quadrat ex omni par- te, quoniam indifferenter complectitur repro- bos, & prædestinatos. At iuxta Danielelem, & Apocalypf. liber vitæ solos prædestinatos con- tinet, Daniel. 12. *Saluabitur omnis, qui inuentus fuerit in libro*. Apocalypf. 13. *Adorauerunt bestiam omnes, qui habitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ agni*. & cap. 17. *Mirabuntur in- habitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi videntes bestiam, &c.* Apoc. 20. fine: *Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis*. & sequent. c. 21. fine: *Non intrabit in eam aliquod coquinatum, &c. nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni*. Ezech. 13. *In scriptura domus Israël non scribentur, nec in terram Israël ingredientur*.

Fuit

6. Fuit autem Augustino prædictæ declarationis occasio corruptus codex Apocalypsis, in quo legebat: Liber vitæ uniuscuiusque; cum tamen in textu Latino & Græco non legatur uniuscuiusque, sed tantum vitæ. Quapropter Augustinus paulo ante citata verba dicit: In illo autem, qui est vitæ uniuscuiusque, quid horum (mandatorum) quisque non fecisset, sine fecisset, ostenderetur. & in fine sequentis capituli 15. præscientiam Dei exponit esse librum vitæ in postremis verbis cap. 20. Apocal. ubi non legebat, uniuscuiusque, sicut retulimus sect. 2. sub initium.

7. Conscientia singulorum libri.

Quartò. Conscientias singulorum significari nomine librorum, Apocalyp. 20. exponit Hieronymus in commentario Danielis 7. ad illa verba: Indicium sedit, & libri aperti sunt. Psalm. verò 81. sub initium: Putat, inquit, aliquis, libros esse in celo, ubi scribantur peccata? Ego libros puto conscientias nostras, quæ tunc aperientur, & videbit unusquisque quod fecit. Ricardus etiam Victorin. 1. parte, tract. de iudiciaria potestate non longè ante medium: Quid intelligimus, inquit, per hos libros, nisi conscientias singulorum? Aperio ergo librorum manifestatio est conscientiarum. Idem sequitur Ricardus de Media villa 3. sent. dist. 31. art. 2. corp. Argentinæ eadem dist. q. unica art. 2. initio. Tribuitur idem Augustino propter verba, quæ paulo superioribus retulimus ex lib. 20. de civit. c. 14. verum sine sufficienti fundamento.

Confirmari solet Apostoli verbis Roman. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, &c. in die cum indicabit Dominus occulta hominum.

8. Impugnatur expositio.

Hæc expositio minus discrepat à textu, quam præcedens, quia non librum vitæ singularem, sed libros generaliter dictos, extendit ad omnium hominum conscientias. Nihilominus impugnari potest, primò, quoniam in eo die non aperientur conscientiæ priùs scriptæ, sed denuò conscribentur per illam vim divinam, quam nuper Augustinus dixit. Secundò, nam Apocalyp. 20. mortui iudicati sunt ex his, quæ scripta erant in libris. Iudicat autem Dominus potissimum ex suo libro, & præscientia tanquam ex instrumento litis originali, continente illius acta; unde tanquam exemplaria describuntur reis danda, quibus agnoscant, nullam sibi defensionem suppetere. Quapropter conscientiarum manifestatio poterit appellari librorum apertio, quatenus subordinatur divinis libris, sicut exemplaria transcripta deferuntur iudicibus.

9. Lumen naturalis rationis.

Quintò denique lumen rationis naturalis, dicans bonum, appellare librum vitæ, singulare est, & à sensu sacrarum literarum alienum. Vnus ita loquitur Hugo Victorinus in tit. Monast. de Claustro animæ cap. 33.

SECTIO V.

Utrum scriptus sit etiam liber mortis.

1. Dei præscientia de damnandis.

TANquam explorata supponuntur duo. Primum est, in Deo verè ac realiter existere, quod significari potest, hoc nomine complexo, liber mortis, seu liber mortuorum. Pollet enim Deus non minus incommutabili præscientia, & æterna memoria quorumcumque, qui sunt æterna morte plectendi, quam eorum, qui sunt in cælis coronandi.

Secundò certum est, hoc complexum liber

mortis, nullibi scriptum esse in sacris literis. Quamobrem difficultas eò tantum deuoluitur, utrum consentaneum sit Theologicis, & sacris locutionibus admittere librum mortis, sicut expressè legimus librum vitæ.

2. Fundamenta pro parte affirmatiua.

Dico igitur primò. Appellatio libri mortis non exiguum fundamentum habet in sacris literis, Patribus & ratione Theologica, propterea que non poterit reprehendi.

Probatur primò, Indas enim sub initium epistolæ suæ: Qui olim, ait, prescripti sunt in hoc iudicium, impij, &c. Quidquid autem scribitur, in libro scribitur, maxime si plurima sint scribenda, pertinentia ad eandem causam: maior autem erit eorum multitudo, quæ pertinent ad prescriptos impios, quam ad prædestinatos. Probatur secundò Apocalyp. 20. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & indicati sunt mortui ex his, quæ erant in libris secundum opera ipsorum. Vbi sine dubio reproborum opera, leguntur in prioribus libris scripta: siue illi libri contineant simul opera prædestinatorum, siue tantum opera reproborum, quod ad præsens nihil refert.

3.

Probatur tertio Daniel. 7. Indicium sedit, & libri aperti sunt, videlicet, in quibus scripta erant opera singulorum, ut exponit Hieronymus Isaia 34. sub initium. Addit autem Daniel. 7. Bonus liber ille est, quem saepe legimus, liber viuentium. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu, de quo Apocal. Accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & Propheta dicit: In terra scribantur. Dicitur autem iste liber esse in manu accusatoris, quoniam ex eius exemplari descripto sumit accusationis capita, quæ nihil omnino valerent, nisi reperirentur scripta in originalibus instrumentis iudicis.

4.

Quartò probatur Psalm. 138. In libro tuo omnes scribentur. Vbi quamuis Augustinus, & Prosper ad solos prædestinatos limitare videantur: alij tamen extendunt ad omnes homines, etiam præscitos, ut Cyrillus Alexand. Malach. 3. prope finem, Euthymius autem in comment. Psalmi colligit: In libro igitur diuina scientia omnes scribentur tam iusti, quam peccatores. Verum hic liber diuina scientia magis est vniuersalis. Est enim alius liber magis priuatus, &c. Idemque Euthymius ad illud 68. Cum iustis non scribantur; Est, inquit, alius liber, in quo peccatores scribantur. Indicium enim sedit, & libri aperti sunt. In his omnibus Scripturæ verbis non casu, sed diuino consilio, varietas inspirata fuit scriptoribus. Nunc enim vnicus liber ponitur, nunc verò plures, nunc liber separatus, ac peculiaris prædestinatorum, nunc verò liber communis omnibus hominibus, ut erigantur animi legentium ad cogitandam vnitatem diuinæ præscientiæ, quantum ad obiectum formale, comparatione quorumlibet futurorum: & simul aduertant diuersitatem obiectorum materialium, ac præcipuè distantiam electorum à reprobis.

Varietas librorum.

5.

Quintò probatur ex Patribus. Fauent enim libro mortis Hieronymus, Cyrillus Alexand. & Euthymius nuper citati. Sed magis apertè Basilus Isaia 4. paulo post medium exponens illud: Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Hierusalem, collatòque testimonio Ierem. 17. Recedentes à te in terra scribentur, infert: Iuxta sensum igitur hunc duo intelligi debent descriptiones. Una quidem est eorum, qui ad vitam, altera autem eorum

eorum est, qui scribuntur ad perditionem. & in Scholiis ad Psalm. 68. illud: Deleantur de libro, &c. Librorum, inquit, ipsorum meminit Daniel. Indicium, inquit, sedit, & libri aperti sunt. Quod autem dicit, tale est: Haud potiantur beatitudine, quam nos per tuam gratiam adepti sumus.

6. Missa defunctorum.

Nazianzenus item orat. 9. ad Iulian. inter medium, & finem, num. 4. Nisi forte, ait, de quodam viuentium, pereuntiumque libro nihil unquam audisti. Illic omnes scribentur, vel, ut rectius dicam, iam inscripti sumus, pro merito quisque iam confecti vitæ curricula. & post pauca: Omnes Dei digito descripti sumus, nobisque in reuelationis die liber aperietur. Fauet etiam loquendi modus authoris soliloquiorum apud Augustinum tomo 9. cap. 28. post medium. Ecclesia denique in Missa defunctorum canit: Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus iudicetur. Ex his facile colligitur Theologica ratio, quia cum liber in Deo generaliter significet præscientiam indelebilem, & obliuionis incapacem, ideòque dicitur vitæ liber eorum, qui potiuntur æterna vita, consequens est, ut econtrario liber mortis appelletur indelebilis eorum præscientia, qui perituri sunt in æternum.

7. Præferatur sententia negatiua.

Nihilominus dico secundò. Magis conueniens est modo loquendi Scripturæ, magisque congruit Theologicis rationibus, non dicere librum mortis; sed tantum dicere librum omnium hominum. Hoc sensu S. Thomas docet, nullum librum dici librum mortis. ita in præfati q. 24. art. 1. ad 3. & lib. 3. sent. dist. 31. q. 1. art. 2. & q. 2. & de verit. q. 7. artic. 8. corpore. Idemque sentiunt Scholastici statim citandi pro secunda congruentia, Suarez quoque lib. 1. de prædestinat. cap. 24. num. 8. & sequentibus. Nec dissentit Vazquez in præfati q. 24. art. 2. fine; nam solum asseruit quod nos supra dicto primo.

8.

Primam rationem congruentiæ S. Thomas reddit, quia non est consuetum eos conscribi, qui repudiatur à muneribus, & dignitatibus, sed eos tantum, qui eliguntur.

Obiicit. Consuetum est conscribi eos, qui puniendi sunt.

Respondetur. Si omnes, qui repudiatur à muneribus honoris in hominum republica, forent capitali pœna digni, non esset opus eorum catalogum scribere, nam ex electorum catalogo constaret, illos esse morte plectendos, quia non sunt in eo scripti.

Quòd si iustes, opus esse conscribi singulorum scelera, & illorum grauitatem; libenter admittimus, in Scriptura sacra dari librum istorum, ut ex Apocalyp. & Daniele, & ex Patribus vidimus probantes conclusionem primam. Solum igitur negamus librum mortis.

9.

Vnde sumitur secunda congruentia, quia nimium superfluum est liber mortis; etenim ex libro vitæ indirectè, & illatiuè constabit, quinam sint filij mortis. Idque significatur Apocalyp. 20. fine: Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Itaque ut mittatur in stagnum ignis, opus non est alium librum conscribere, præter librum vitæ; licet ad pœnæ grauitatem alij libri consulantur. & sequenti c. 21. fine dicitur in Hierusalem non intraturos, nisi qui scripti sunt in libro vitæ. Plura recolere ex sect. 4. circa med. Ideo glossa Apocalyp. 20. de libro vitæ: Liber, inquit, iste est præscientia, quia tunc scient mali se non esse prædestinatos. Quam rationem tra-

Ruiz de Prædestinatione.

dunt Alexander 1. p. quæst. 33. memb. 2. prope finem, Albertus 1. p. quæst. 69. memb. 1. & 2. & memb. 4. Bonauentura lib. 4. quæst. 43. art. 2. q. 3. sine, Ricard. lib. 3. sentent. dist. 31. art. 2. quæst. 2. Aduertunt autem Albertus & Alexander, quòd mali non legent in libro vitæ, sed Christus Dominus ut homo, constituens illos à sinistris, & sententiam pronuncians, ostendet, non fuisse scriptos.

10.

Tertiam congruentiam addunt Alexander, Albertus, & Ricardus locis citatis, & S. Bonauentura dicto art. 2. quæst. 1. sine, quia liber vitæ dicitur non modò propter certitudinem scientiæ futurorum, aut præteritorum, sed etiam propter causalitatem exemplarem, & efficientem. Ex eo namque Deus nouit quid, & quomodo, quibus in hominibus sit operaturus. Hæc autem ratio cessat circa mortem, cuius Deus author non est, nec exemplar; propterea reticet librum mortis.

11. Finitis scribendi libros.

Quarta congruentia similis est præcedenti, quia liber scribitur, ut ante oculos versetur illius, qui vult scribere librum. Ideo non scribitur liber eorum, à quibus auertit faciem, & quæ patitur quasi inuitus. At verò, Non est voluntas ante Patrem vestrum, ut pereat vnus de pusillis istis, Matth. 18. Est autem voluntas ante Patrem, & coram illo, ut æterna vita donentur. Ideo Malachia 3. Scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum; & explicatis favoribus electorum in futuro sæculo, adiungit: Videbitis, quid sit inter iustum, & impium, &c. Itaque quod pertinet ad voluntatem antecedentem reddendi vitam æternam, scribitur, coram & ante Patrem. Et inde sciatur discrimen impiorum. Attigit etiam hanc rationem Alexander dicta quæst. 33. memb. 3. artic. 4. post medium.

12.

Quinta congruentia deducitur ex eisdem Malachia verbis. Etenim liber monumenti scribitur ad perpetuam rei memoriam, quæ solis iustis debetur Psalm. 111. In memoria æterna erit iustus. Iniquorum enim Deus obliuiscitur Osee 1. Obluione obliuiscar eorum, & cap. 4. Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Ideo Cyrillus Alexandrin. ad citata verba Malach. 3. prope finem: Cum in reos, inquit, pœnam aqualem constituere oporteret; hoc etiam iniuria immemor prætermittit. Scribit autem librum monumenti timentibus ipsum.

13. Quæ dicitur à Deo sciri, & nesciri.

Huc etiam spectat mos Scripturæ, dicentis, ea tantum scire Deum, quæ probat, ea verò nescire, quæ reprobatur; ideo liber est vitæ, quò Deus ea sciat, quæ probat; nullus autem est liber mortis, ut nesciat ea, quæ reprobatur. Sic Euthymius in Psalm. 138. ad illud: In libro tuo omnes scribentur; Est, inquit, alius liber scientia Dei magis priuatus, in quo soli iusti scribuntur ea ratione, quòd eos tantum cognoscere, hoc est, approbare dicitur, iuxta id, quod scriptum est: Nouit Dominus viam iustorum. cui adde Prouerb. 6. Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus; peruersa verò sunt, quæ à sinistris sunt. Quemadmodum autem homines ad sua conuiuia, vel ad familiarem cohabitationem non admittunt extraneos, & ignotos, sed nos, & familiares; ita Deus iis, quos reicit, in Scriptura dicere solet, Nescio vos, ut Luca 13. & Matth. 25. & 1. Corinth. 14. Qui ignorat ignorabitur.

SECTIO VI.

Vtrum aliquis deleatur de libro vite.

1. D Vbitandi ratio est pro negativa parte im- mutabilitatis diuinae praesentiae; sed pro altera parte modus loquendi Scripturae affir- mantis, Exod. 32. Dele me de libro tuo. Psalm. 68. Deleantur de libro viuientium. Apocalypf. 3. Qui vicerit, &c. non delebo nomen eius de libro vite, quod significatur esse delendum, qui fuerit victus.

2. Dico primò. Quantum ad rem ipsam est in- dubitabile, neminem prius scriptum in libro praedestinationis, postea deleri, quasi Deus postea sciat non esse praestitatum eum, quem prius sciebat esse praestitatum. Ideo Augustinus ad praedictum versum Psalm. 68. Non sic accipere de- bemus, inquit, quod quemquam Deus scribat in li- bro vite, & delet illum. Si homo dixit: Quod scripsi, scripsi, &c. Confirmat autem ex certitudine praesentiae, & praedestinationis. Deinde quoniam Apocalypf. 20. Consentient Antichristo omnes, qui non sunt scripti in libro vite. Proinde sine dubitatione non erant consensuri, qui scripti sunt. Isti ergo quo modo inde delentur, ubi nunquam scripti sunt? Sic Hieronymus in eundem Psalm. asserit, persecuto- res, & impios nunquam scriptos esse in libro vite. Idemque significat Hilarius ibidem, atque aperte supponunt omnes Patres infra referendi, quorum aliqui magis perspicuis verbis id asse- runt; & estque doctrina Scholasticorum, & expo- sitorum omnium locis infra citandis.

3. Dico secundò. Later emphasis, & vtilissima significatio in modo loquendi, cum dicitur ali- quis deleri de libro vite. Significatur enim primò mutatio in cogitationibus hominum, tam eorum, qui delentur, quam aliorum, quantum ad opinionem scriptiois in libro vite. Secundò si- gnificatur mutatio in moribus eorum, qui de- lentur, quantum ad praesentem iustitiam. Primum significatum exposuit Augustinus in praedictum versum Psalm. 68. Deleantur de libro viuientium; Hoc dictum est, inquit, secundum speciem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est, deleantur de libro vite? Et ipsi constet non eos ibi esse. Ex quo loco Au- gustini, & ex Cassiodoro glossa sumpsit eiusdem loci commentarium, iuxta quem non aliter de- lentur, nisi secundum speciem illorum, qui scriptos se putant. Commentarius in Apocalypf. apud Am- brosium ad illa verba: Non delebo; Homines, in- quit, qui eos (scilicet delendos) iustos esse putant, etiam in libro Dei esse scriptos existimant. Sed in die iudicii hac inscriptio, atque falsa suspicio à mentibus eorum delebitur.

4. Ricardus Victor in Apocalypsim, parte 2. c. 9. inter med. & fin. Psalmum 68. sic exponit: Deleantur, id est, agnoscantur deleri, imò potius nunquam scripti. Rupert. lib. 4. in Exodum c. 29. ante med. Delere dicitur Deus, quod multos, qui scripti esse sibi videntur, eo quod consueant se nosse Deum, de memo- ria tollat per iudicium factorum, quia factis negant. Recipiunt eandem expositionem antiquiores Scholastici, cum illa copulantes etiam secundum significatum, quod magis explicabimus infra. Sic Albertus 1. p. q. 69. memb. 3. & 4. S. Bonau. lib. 4. sent. dist. 43. art. 2. q. 2. S. Thomas in praesenti q. 24. art. 3. corp. & ad 3. Argentina 3. sentent. dist. 31. q. vnica art. 2. fine.

5. Hic autè sensus illustratur consuetudine Scri-

Prædestina- tus non dele- tur quantum ad ipsum v.

Quid signifi- catur per de- leri de libro.

pturæ, multoties enim ab hominibus ea fieri di- cuntur, quæ ipsi falsis, aut veris existimationi- bus opinantur; veluti Matth. 12. Aut facite arbo- rem bonam, & fructum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum eius malum. & alibi sæpe. Deus autem facere tunc dicitur aliquid, quando reuel- lat. Quo sensu: Ego hodie genui te; Paulus exponit, Filium esse genitum, quando per resurrectionem fuit declaratus, & cognitus, Actorum 13. dicens: Resuscitans Iesum, sicut in Psalmo secundo scriptum est: Ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mor- tuis, &c. Sic igitur homines in libro vite scri- bunt se ipsos, aut alios, quos existimant aeterna vita dignos; Deus autem hanc scripturam delet, cum ostendit, non esse scriptos, vel confirmat, cum ostendit esse scriptos.

Prædictam expositionem non reicit S. Tho- mas vt falsum, sed admonet esse aliquid adden- dum ei, videlicet, quosdam esse scriptos in libro vite simpliciter, quia re ipsa sunt habituri vitam æternam, & hos nunquam deleri, quosdam alios esse scriptos in libro vite secundum quid, eo quod per gratiam, quam actualiter habent, ordi- nantur ad gloriam, quam actualiter non habe- bunt, quia non perseverabunt in gratia. Sic S. Thomas in praesenti art. 3. corp. & 1. sent. dist. 40. quæst. 1. art. 2. ad 5. & quæst. 3. ad 3; Similia scri- pserat Alexand. 1. p. quæst. 33. memb. 3. art. 3. ad 1. & vltimum, & Albertus locis nuper citatis. Ricard. 3. sent. dist. 31. art. 2. q. 3. Durand. 1. dist. 40. q. 1. fine, Maior 1. dist. 41. q. 2. Caietanus, & alij expositores ad praesentem art. 3. Pererius Apocal. 3. q. 9. Suarez lib. 1. de praedest. cap. 24. ad fin. Istud igitur est illud secundum significatum, quod in asseritione 2. proposuimus.

De quo Basilus Iſaiæ 4. post medium: Dicitur, inquit, hoc: Deleantur, &c. illud item: Dele me de libro; de his dicitur, qui dignos se exhibuerint prius, vt in libro Dei conscriberentur. His verbis maiorem declarationem adiungit S. Thomas in Catena Lucae 10. ad illud: Scripta sunt in caelis, fortè non acceptam ex ipso Basilio, quamuis tãquam ipſius sit intexta. Anselmus in Apocalypf. cap. 3. ad il- lud: Non delebo; Liber, inquit, vite praesentia di- citur diuina, in qua secundum suam diuinitatem, nihil ascribitur, vel inde delentur, sed dicitur hoc secundum praesentem statum cuiusque, vt si quis se habeat in bono, dicitur ascriptus in libro vite; si ad malum se habeat, dicitur delentur de libro vite. Similia scribit Hugo Victorin. in epist. ad Roman. quæst. 243. & 244. & Ricard. Victor. in Apocalypsim parte 2. lib. 1. cap. 9. ait: Licet aliquando sint scripti per sanctita- tem, nunquam per praedestinationem, quod fusiùs explicat Ioachimus in Apocalypf. 3. cuius verba recitat Pererius ibidem disput. 7. §. 2. sequuntur idem Lyra, & alij expositores.

Vt aliorum quorundam obiectionibus occur- ratur, obseruandum est, non esse necessarium al- terum librum vite spiritualis, sed non aeternæ; sed satis esse librum vnicum aeternæ vite. Nam in eo vno soli praedestinati sunt simpliciter scri- pti; sed reprobi, quando sunt in gratia, non sunt scripti simpliciter, sed tantum secundum quid, quatenus habent ius, vt scriberentur, & nunquam delerentur, si forent perseveraturi.

Dico terriò. Sine praedictis significatis effet ni- mium aridum, & minus dignum locutionibus sacris verbo, delendâ; tantum significare negatio- nem scribendi. quæ expositio tribuitur Anſber- to, & Haymoni, Apocal. 3.

SECTIO

6.

7.

8.

9.

Vnicus liber vite aeterna.

SECTIO VII.

Vtrum diuina visionis carentiam aeternam petierit Moyses Exodi 32. dicens: Dele me de libro tuo; eandemque deside- rauerit Apostolus Roman. 9.

1. Q Vamuis aliqui referant, quòd Chryso- stomus, Theodor. Theophyl. OEcumen. & An- selmus existimauerint, Paulum optauisse tantum ad aliquod tempus beatorum felicitate carere, quando Roman. 9. dixit: Optabam ego ipse anathe- ma esse à Christo pro fratribus meis. Verumtamen ij Patres absolute loquuntur absque limitatione temporis, & aliquando manifestè dicunt aeter- nos cruciatus. Sic Chrysoſtomus homil. 1. de laudibus Pauli inter medium, & finem ait, vo- luisse de gloria aeternitate decidere, & seq. homil. 2. paulo post med. dicit, se ipsum à caelorum gloria cupiebat excludi. & iterum dicit, se ipsum perire. ho- mil. 79. ad populum, inter medium, & finem, aeterna gloria excidere; & lib. 3. de prouident. inter medium, & finem: Optabilis, inquit, mihi erat, in gehennam incidere, quam Israelitis insidiales, & in- credulos videre. & lib. contra Gentiles versùs med. Vt alijs, ait, bene esset, sibi ipse excidium imprecabatur. Item lib. 1. de compunctione cordis circa me- dium absque limitatione vlla, multique ampli- ationis additis ad omnia tristitia non tantum possi- bilia, sed etiam impossibilia, declarat hoc deside- rium Apostoli. Denique Rom. 9. serm. 16. à prin- cipio sine limitatione vlla declarat optasse Pau- lum esse alienum, & separatam ab amicitia Chri- sti; quemadmodum 1. Corinth. 16. ipse dixit: Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema.

2. Hoc eodem modo declarat Theodoretus in commentario. Sed aeternitatem huius detrimen- ti magis significauit Theophylactus, dicens: Se- parari à cœtu eorum, qui cum Christo aeternum viuunt. Theonas apud Cassian. collat. 23. cap. 6. Vellem, ait, non solum temporaliibus, verum etiam perpetuis ad- dici supplicijs. Ricardus Victor. lib. de gradibus violentæ charitatis ad finem dicit absque limita- tione: Cupit à Christo separari pro fratribus.

3. S. Thomas in comment. Rom. 9. lect. 1. in med. disunctiue ponit optasse, vel simpliciter, vel ad tem- pus à Christo separari. Commentarius sub nomi- ne Ambrosij intelligit immortalia præmia amitte- re, & abscindi à corpore Christiano. Videtur itaque pœnam aeternæ separationis intelligere. Hieronymus Michææ 2. post med. ad illud: Uti- nam non essem, &c. nomine Pauli dicit: Solus peri- rem, nihil amplius explicans. Aeternam separatio- nem à Christo multi recentiores intelligunt, vt Soro, Salmeron, Catherinus, Cornel. Cornelij. Eiusdem sententiæ videntur esse Basilus in regu- lis fusiùs disputatis, quæst. 3. versùs finem, cuius verba referemus inferiùs; Bernardus epist. 78. ad Sugerium Abbat. parum à princip. Beda in col- lectan. Roman. 9. Ricardus Victorin. quæst. 232. in epist. ad Roman. sub disunctione dicens, salu- tem tantæ multitudinis salutis propria præpo- suisse; videtur enim agere de aeterna salute.

4. Alij manifestè limitant ad tempus separatio- nem à Christo Domino. Sic Nazianz. orat. 44. in Pentecost. paulo post med. Anathema, inquit, à Christo esse, ac non nihil vt damnatus perpe- ti. & orat. 1. paulo post med. n. 95. Tanquam impius ali- Ruic de Prædestinatione.

Separatio ad tempus.

quid perpe- ti non recusat, modo ipse salutem consequatur. & orat. 26. de moderat. in disput. col. vit. Vt Israel in ipſius locum subrogatus, ad Christum introdu- ceretur. Nicetas in orat. 44. Nazianz. num. 12. re- perit illud: Non nihil vt damnatus perpe- ti. Phorius apud OEcumen. Apostolici desiderij rationem reddit, quia separatus Paulus pro Christi gloria, & Iudaorum in ipſo vnione, facile rursum vniretur, & coniungeretur.

5. Anselmus in commentario ait, Voluisse perire non in perpetuum, sed in praesentiarum, in carne, vt alij saluentur in spiritu. Idem scribit Eucher. in quaestio- nibus Noui Testamenti circa epist. ad Rom. Aimo, quem refert, & sequitur Petrus Lombar. in commentario: Ad horam, inquit, vel in hac vita, vel post mortem separari à Christo. S. Thomas 2. 2. quæst. 27. art. 8. ad 1. Ad tempus priuari fruitione di- uina. Idem quæst. 182. art. 2. corp. fine, & S. Bona- uent. 3. sentent. dist. 29. art. vnica, quæst. 3. fine. Lyra sub disunctione ponit eandem expo- sitionem.

6. Moysen Exodi 32. dicentem: Aut dimitte vis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, desiderasse visionem Dei aeterna carere, & addici cruciatibus aeternis pro salute populi, do- cent Chrysoſtomus homil. 79. ad populum An- tioch. inter med. & finem, & homil. 1. de laudibus Pauli inter med. & finem, & lib. contra Gentil. versùs medium. Bernardus serm. 12. in Cantica propius ad med. quàm ad princip. & epist. 78. ad Suger. parum à principio. Ricard. Victor. lib. de gradibus violentæ charitatis ad finem. Hugo Vi- ctorin. sub disunctione loquitur, vt nuper retu- limus.

7. Videtur idem sentire Augustinus lib. quæstio- num in Exodum quæst. 147. & in Psalm. 77. ad il- lud: Et non accendit omnem iram suam, dicens: Pa- rator deleri pro ipsis, quàm ipsos, sciens apud miseri- cordem se id agere, qui quoniam nullo modo deleret ipsum, etiam illis parceret propter ipsum, quod idem sequitur Beda Roman. 9. sub initium. Prior eam rationem attingit Hieronymus Ionę 1. sub initium simul tractans de Moysè, & Paulo: quam eandem fusiùs, & elegantius declarauit Paulinus epist. 20. ad Amandum, versùs finem. Cui similis est, quam Basilus in regulis fusiùs disputat. quæst. 3. prope finem de Paulo, & Moysè rationem reddit, quia non ignoraret, non posse fieri, vt is alienaretur a Deo, qui ob charitatem, Dei gratiam abiiciſſet, seque ob eam causam multo plura accepturum, quàm qua dedisset. Magis aperte recentiores aliqui dicunt, Moysen desiderasse in aeternum perire, vt Soto Roman. 9. vbi Salmeron, Cornelius.

8. Non in perpetuum, sed tantum in praesentiarum in carne perire voluisse Moysen, existimat Anselmus Roman. 9. sub initium, idem sequitur Eucherius in quaestioibus Noui Testamenti, circa epist. ad Roman. Valde significat Cassianus collat. 17. cap. 26. post medium. Clarius Nicetas in orationem 44. Nazianzeni num. 12. de Moysè, sicut de Paulo dicit: Non nihil vt damnatus perpe- ti. Colligi potest ex sequenti responso Dei: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Peccans ve- rò non delentur in aeternum, nam si poenitere ve- lit, reproducitur scriptura illius.

9. Nihilominus statuo conclusionem. Probabi- lius videtur, Paulum, & Moysen optasse, Dei præ- sentia, & visione carere in aeternum, si foret opus ad spirituale salutem sui populi, dummodo sine peccato illorum proprio contingeret. Adducor

5.

6.

7.

8.

9.

Quale fuerit desiderium Pauli & Moysi.



potissimum autoritate Chrysostomi, qui toties tam constanter ita existimauit absque ulla dubitatione, vir singulari & eximio lumine Spiritus sancti praeclatus ad inuestigandam mentem Apostoli.

10. Secundò ducor ratione Chrysostomi, quia nisi Paulus dicitur foret aliquid valde superans caprum auditorum, quod summopere difficile fuisset credere; nihil opus esset praemittere tam exaggeratam affirmationem, testimonio Spiritus sancti comprobata. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia, &c.

Confirmatur, quia rationes, quas subiungit, mouentes ad singularem amorem erga populum Israël, ostendunt, aliquid amplius pro illis desiderasse, quam pro Gentibus tolerare.

11. Tertio probatur, quia tale desiderium est supremus gradus charitatis, & propterea dignus Paulo, & Moyse: nec enim habet aliquid contra charitatis ordinem. Etenim Dei maior iniuria magis detestanda est, quam aliqua diminutio diuinæ gloriæ; sed ex perfidia Iudaici populi contra Deum erumpabant innumeræ, turpissimæque blasphemiae, detrahentes veracitatem promissionum, & Testamenti, & multo maioribus contumeliis afficientes humanitatem Christi Domini: aliunde tamen ex eo, quod Paulus absque peccato, careret in aeternum Dei visione, solummodo sequebatur aliqua diminutio diuinæ gloriæ, sine illius iniuria. Seruabat igitur perfecte charitatis ordinem Apostolus, si grauiori tristitia cruciabatur de blasphemis illius populi, quam tristaretur de priuatione beatitudinis suæ: proptereaque praeparet carere Dei visione, si possent ea ratione vitari praedictæ blasphemiae & peccata. Propterea Chrysostomus, & alij Patres citati rationem illius affectus Apostoli fuisse, dicunt, ad cuiusdā blasphemias Iudaeorum.

Ex perfidia Iudaeorum quibus turrimus blasphemias.

12. Quarto probatur, quia maior gloria Dei laudabiliter praefertur minori Dei gloriæ; sed ex salute tantæ multitudinis Deo maior gloria resultabat, quam ex aeterna beatitudine solius Pauli (licet ad gradum altissimum foret peruentura): ergo secundum rectum ordinem charitatis, & laudabiliter Apostolus praefert potuit aeternam salutem tantæ multitudinis pereuntis. Idem seruata proportione intellige de Moyse, cui etiam non minus, quam Paulo, quadrant duæ probationes sequentes.

bonum commune.

Quinto probatur, quia commune bonum, utpote diuinum, laudabiliter praefertur bono priuato. Quocirca licet praescinderemus excessum gloriæ diuinæ, considerata praecise salus multitudinis innumerabilis potuit laudabiliter à Paulo, & Moyse praeponi salutis propriae illorum, & emolumento priuato.

13. Amicitia conditio.

Sextò probatur, quamuis enim amicitia summopere desideret perpetuam, & arctissimam coniunctionem cum amico per visionem & fruitionem: magis tamen amat quidquid amico magis placet, magisque gloriosum est illi. At verò ex genere & ex obiecto Deo magis placet, & magis gloriosa est salus copiosissima cuiusdam multitudinis, quam salus vnius hominis: iuxta illud Prouerb. 14. In multitudine populi dignitas Regis. Quod argumentum, ad gloriam humanitatis Christi relatum, maiorem vim habet, quippe cuius accidentalis gloria maxima ex parte confurgit ex multitudine praedestinatorum.

Aduersus has probationes obiici potest primò, nam ex illis sequitur, talem affectum Apostoli, & Moyse fuisse maiorem charitatem, quam mortem oppetere pro salute proximorum: consequens autem esse falsum, constat verbis Christi Domini Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

14. Obiectio prima.

Respondetur. Quantum ad absolutum & efficacem affectum, qui possit peruenire ad effectum, non est possibilis charitas maior, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: nihilominus quantum ad uelleitatem conditionalem, quæ non possit effectum sortiri, maior charitas est, optare, quod Paulus optabat.

Uelleitas conditionalis in charitate.

Obiicies secundò. Christus Dominus per humanam voluntatem, & charitatem infusam valde superabat charitatem Apostoli; nec tamen optabat pro salute mundi totius separari à Dei visione, vel separari à persona Verbi, soluta vnione hypostatica: talis igitur affectus non pertinet ad perfectionem charitatis, sed potius ab illa deficit.

15.

Respondetur primò, magnum esse discrimen inter humanam voluntatem Christi Domini, & Pauli. Etenim humanitas à Verbo assumpta in unitatem personæ, digna est, ut à propria voluntate, & à qualibet alia creata voluntate diligatur appretiatione maiori, quam omnes creaturae simul sumptæ. Insuper sola gloria humanitatis Christi Domini maiorem gloriam afferebat Deo, quam salus totius mundi, secundum eam mensuram gloriæ, quæ de lege ordinaria communicatur puris creaturis. Propterea voluntas humana Christi Domini secundum rectum charitatis ordinem suam vnionem cum Deo, quantum ad hypostaticam, & quantum ad visionem praeferebat spirituali salutis totius vniversi.

Christi Domini voluntas.

Respondetur secundò. Christus Dominus per infusam, & creatam charitatem, saltem virtualiter, paratus erat, ut toleraret aeternam carcerem visionis beatificæ cum quolibet alio malo tristi: si hoc expediret ad maiorem gloriam Patris, & ea resultaret ex remedio totius humani generis. Parum ab hac differt alia solutio, quam praebet Salmeron in cap. 9. ad Roman. disp. 25. sub fine.

16. Charitas Christi D.

Constat ex his, quid dicendum sit de preparatione Beatissimæ Virginis siue in via, siue in patria, & de quibuslibet beatis.

SECTIO VIII.

Ampliatur desiderium illud ad carentiam iustificationis, & adduntur limitationes, & alia explicationes.

Aduersus conclusionem praecedentis sectionis occurrit obiectio tertia, quoniam ex illius probationibus sequeretur, Paulum, & Moysem desiderasse carere Dei gratia, fide, spe, & charitate, cunctisque supernaturalibus habitibus, si talis priuatio conducere ad vniversalem salutem sui populi, & ad vitandas blasphemias, nullo tamen interueniente peccato. Consequens autem esse falsum probari potest verbis S. Bonauenturae 3. sentent. dist. 29. art. vnice. q. 3. fine: Sicut essenziale est natura appetere esse, sic essenziale est gratia appetere Deo placere, & Deo adhaerere: ideo Deus nunquam illud à nobis exigit; & ex contextu constat eum loqui non tantum de pracepto, sed etiam de consilio maioris perfectionis.

1

Valentia

2. Valentia tomo 3. disp. 3. q. 4. punct. 3. col. 3. negat hoc desiderium licere. Probat autem argumentis duobus.

Primum accipitur ex verbis Christi Domini Marth. 16. Quid prodest homini, si vniversum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur.

Secundum argumentum est, quia charitas essentialiter habet amare se ipsam (sicut probatum fuit in eius disputationibus); cōsequenter autem essentialiter affert obligationem retinendi se ipsam: igitur est impossibile charitatem inclinare ad desiderium carendi charitate ipsa.

3. Nihilominus dico primò. Verisimile est, Moyse, & Apostoli desiderium conditionale fuisse ampliatur ad omnimodam separationem à Deo (praeciso peccato) ita ut carerent gratia, fide, spe, charitate, cunctisque supernaturalibus habitibus. Ita significant Chrysostomus, Theodoretus, & Theophylactus, generaliter dicentes à Dei amicitia separari, locis praecedenti sectione citatis, & Photius apud Oecumenium, dicens: Eligere non nondum ad eum venisse, si per hoc vos accessissetis. Basilus in regulis suis disputatis interrog. 3. fine, dicens: Dei gratiam abiicisset. Rupertus lib. 40. in Exod. cap. 30. Et generale nomen separationis à Christo, quam significat anathema, complectitur hæc omnia. Hanc ferè sententiam tenet Capreolus 3. sentent. dist. 27. quæst. vnica ad argumenta: & eam probare possunt rationes adductæ sect. praecedenti.

4. Peccati detrimentum. Ad primum igitur argumentum respondetur primò. Christus Dominus Marth. 16. voluit, peccati detrimentum nullo totius mundi lucro recompenfari, tunc vel maximè, quando fides coram tyranno negatur.

Respondetur secundò. Si detrimentum animæ generalius ampliatur ad amissionem cuiuslibet utilitatis spiritualis, euenient absque peccato; hoc detrimentum non debet tolerari pro vilo temporali lucro totius mundi, quem homo possidendum lucretur. At salus spiritualis totius mundi plus prodest homini, prout habet charitatem, ac Deum diligit supra se ipsum; quoniam salus totius mundi cedit in maiorem Dei gloriam, vt sect. praecedenti dicebamus.

5. Charitatis inclinatio. Ad secundum argumentum vnà cum verbis Bonauenturae respondetur. Nulla supposita hypothesis impossibili, sed absolute loquendo, impossibile est charitatem inclinare desiderium carendi charitate ipsa; potest tamen ad hoc desiderium inclinare, supposita hypothesis impossibili, quod priuatio charitatis cederet in maiorem Dei gloriam, vel in salutem, & charitatem plurimorum, qui Deum diligenter.

Probat, quia charitas essentialiter habet Dei gloriam amare plus, quam se ipsam, & vniversale bonum praefert bono priuato.

Confirmatur, quia sui conseruationem non amat charitas, nisi propter Deum, ideoque si maior Dei gloria redundaret ex destructione sui, magis inclinaret charitas ad sui destructionem appetendam: & hoc ipso magis amaret se ipsam, quia talis appetitus esset summum exercitium charitatis. Nec mirum est, supposita hypothesis impossibili, charitatem simul amare sui conseruationem, atque destructionem; nam ex impossibili sequuntur plures contradictiones.

6. Ex dictis infero & dico secundò. Credibile est de charitate Moyse, & Apostoli, desiderasse cruciatus aeternos sub eadem conditione: vt Ruis de Praedestinatione.

Theonas apud Cassianum docuit coll. 23. cap. 6. & Chrysostomus lib. 3. de prouidentia inter medium & finem: idemque significat lib. 1. de compunctione cordis circa medium, vt vidimus sect. praecedenti.

Probat à fortiori, quilibet enim cruciatus est minus malum, à Deo minus separans, proptereaque minus repugnans charitati, quam aeterna priuatio charitatis, aut visionis beatificæ: quocirca qui praedictam priuationem libentius toleraret, quam perditionem populi; consequenter libentius toleraret quoslibet aeternos cruciatus.

Dico tertio. Charitati contrarium foret, desiderare simul cum pereuntibus Israëlitis perire, nec aeternam vitam obtinere; si morte damnentur aeterna. Ratio est, quoniam inde nec maior Dei gloria, nec maior utilitas proximorum consequitur; ideoque simpliciter melius est, & cadens sub intrinseca obligatione charitatis, velle propriam felicitatem, & aeternam coniunctionem cum summo bono; licet alij separati maneant, & damnentur. Quapropter excessisse videntur Chrysostomus homil. 79. ad populum inter medium & finem, & lib. contra Gentiles, versùs medium, & Bernard. serm. 12. in Cantica inter medium & finem, dicentes, Moysem perire cum Israëlitis pereuntibus, elegisse potius, quam sine illis saluari.

7.

Dico quarto. Valde probabilis est expositio, dicens, Apostolum & Moysem non desiderasse spirituales separationem à Christo Domino; sed tantum subire temporalem mortem cum dedecore summo, quasi sceleratissimos à Christo penitus alienatos & abiectos, ad instar ipsius, qui peccatorum personam suscepit, quasi leprosus, percussus à Deo, & humiliatus Isaiæ 53. & ab eo derelictus Psalm. 21. Nam & apud Græcos anathema dicebatur homo, qui ad eluenda scelera populi, arcendisque calamitates, tanquam victima diis manibus & inferis mactabatur. Hanc expositionem tradit Origenes ad Roman. 9. Nazianzenus orat. 1. paulo post medium, num. 95. Hieronymus epist. 151. ad Algasiam, dum respondet non quæstioni, & epist. 150. ad Hedibiam quæst. 10. & ad Galatas 1. qui de Paulo & Moyse idem existimat, sicut & Origenes citatur; & Hilar. Psalm. 68. ad id: Deleantur de libro viuientium, de Paulo simul & Moyse loquens. Nazianzenus autem citatus solius Pauli meminit, sicut etiam Hugo Cardinalis Roman. 9.

8. Mors temporalis cum dedecore à Paulo & Moyse desiderata.

De solo Moyse loquentes eodem modo intelligunt verba Deuter. 32. Dele me de libro tuo, Gregorius lib. 10. moral. cap. 7. aliàs cap. 4. post med. & lib. 20. cap. 8. aliàs 6. Euthymius ad illud Psalm. 68. Deleantur de libro viuientium. Illustrant magis, atque defendunt hanc expositionem Pererius Roman. 9. disp. 1. 2. & 3. & Iustinianus noster in commentario Roman. 9. Colligi verò potest ex cap. 11. Numerorum, vbi Moyse ita precatur: Sin alior tibi videtur, obscuro te, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, nec tantis affliciar malis; videlicet gubernatione proteruorum, & murmurantium. Pro hac expositione citatur etiam Hilarus in Psalm. 8. cuius commentarium non habent mei codices, nec alibi reperitur apud Hilarium.

9.

Dico quinto. Multò minus probabilis est expositio, referens hoc desiderium Apostoli ad illud tempus, de quo audiuit Christum, dicentem:

10.

*Quid me persequeris?* Tenuit hanc commentarius ad Roman. sub nomine Hieronymi, & Caietanus, Toletus, & alij Roman. 9. vbi eam quoque significat Glossa, & Rupertus lib. 4. in Exod. c. 30. Sub disfunctione verò simul cum alia explicacione tradunt hanc S. Thomas 2. 2. quæst. 27. art. 8. ad 1. & Nicolaus de Lyra Roman. 9. Quamuis S. Thomas in commentario Roman. 9. reprobet illam. Vazquez autem 1. part. quæst. 24. in obseruationibus col. vlt. magis probat hanc expostionem. Eadem falsò tribuitur Ambrosio, Anselmo & alijs.

11. Dico sextò. Non caret probabilitate expostio Hieronymi in Psal. 68. ad illud; *Deleantur de libro vinentium. Vbi ille liber, inquit, est vinentium, in quo ante aduentum Dei Propheta, ac Patriarcha scripti sunt. De quo Moyses ait: Si non dimittis eis noxam, dele me de libro, quem scripsisti, &c.* Caietanus similiter Exodi 32. existimat, Moysen tantummodo postulasse deleri de principatu, & regimine, quam expostionem satis probabilem iudicat Suarez lib. 1. de prædestin. cap. 20. n. 5. Verumtamen refutari potest eisdem argumentis, quibus sect. 1. ad finem refutauimus librum virorum illustrium. Maxime quoniam hac delectatione supposita, non bene coherent sequentia verba Dei respondentis: *Qui peccauerit mihi, delebo eum.* Nec enim Deus à principatu & regimine, nec ab officio Prophetæ, vel Patriarchæ remouebat protinus propter quodcumque peccatum, nec propter peccatum finale, quia defuncti iam eo


ipso deleri erant à principatu, & regimine, nec opus erat eos delere.

12. Septimò denique videtur aliena, & indigna expostio, hyperbolicè dicta putare verba Moysis Exodi 32. quam prior docuit Abulensis q. 44. in Exodum: sequitur autem Molina 1. p. q. 24. sine, referens pro illa Augustinum q. 147. in Exodum, vbi nonnihil fauet verbis, quæ retulimus sectione præcedenti. Nec magis fauet Lyranus, quem pro eadem refert. Certè res tam seria, præsertim agendo cum Deo, non pariebatur hyperbolicas locutiones. Quæ tamen magis repugnant attentionibus, & iuramentis, quæ præmittuntur à Paulo.

Iam verò, candide Lector, vt imponentes operi finem, ipsum, qui est intentus potissimum fructus, colligamus; ne postquam de prædestinatione, ac libro vitæ disputantes, multo labore defudauerimus, deleros nos inueniri contingat: ambo totis animi viribus, omni que contentione desiderij clamemus ad Authorem prædestinationis, vt nobis, qua potest, inuincibili potentia, constantem inspiret obedientiam mandatorum, & laborum tolerantiam, qua reddamur conformes imagini Filij sui. Ad hoc debemus nostros omnes conatus, & curas conuertere, nec aliter de libro vitæ curare. Deus quippe certissimè scriberet indelebiliter, quos ita vsque ad mortem præstitit vixisse constanter, cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum.

F I N I S.

INDEX



# I N D E X

Locorum S. Scripturæ, quæ in hoc opere aduocantur, & explicantur.

*Prior numerus paginam, alter columnam, tertius numerum marginalem denotat.*

## EX VETERI TESTAMENTO.

### Genesis.

CAP. 14. **B**ENEDIXIT ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsus, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus suis sunt. 378.2. in it.

### Exodi.

9 Ad hoc ipsum excitauit te (Pharaonem) vt ostendam in te virtutem meam, & annuntietur nomen meum in vniuersa terra. 64.1.20  
32 Dele me de libro quem scripsisti. 646.1.7. & 651.1. sect. 7.

### 1. Regum.

13 Quæsiuit sibi virum iuxta cor suum, & præcepit, vt esset dux super populum suum. 6.1.4

### 1. Esdræ.

3 Stetit Iosue, & filij eius, &c. vt instarent super eos, qui faciebant opus in templo Dei. 227.2.9

### Iob.

10 Vitam & misericordiam tribuisti mihi. 351.2.10  
18 Et decipula eius super semitam. 234.2.18  
22 Sublati sunt ante tempus suum. 406.1. in it.  
24 Calcatis torcularibus sitiunt. 184.1.36  
28 Trahitur sapientia de occultis. 285.1. in it.  
40 Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum. 185.2.53  
41 Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. 185.1.47

## Psalorum.

7 *Gloriam meam in puluerem deducat.* 364.1.7  
*Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, &c.* 392.2.11  
*Indica me Domine secundum iustitiã tuam, & secundum innocentiam meam super me.* ibid.  
9 *Adiutor in opportunitatibus, in tribulationibus.* 236.2.1  
15 *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* 69.2.24  
18 *Nec est qui se abscondat à calore eius.* 415.2.19  
27 *Ne simul trabas me cum peccatoribus.* 283.1.15  
30 *In manibus tuis sortes meæ.* 69.1.20  
41 *Apud me oratio Deo vitæ meæ.* 351.2.10  
68 *Deleantur de libro vinentium.* 649.1. in it. & 653.2.8  
118 *Ne repellas me à mandatis tuis.* 57.2.2  
*Os meum aperui, & attraxi spiritum.* 284.2.16  
131 *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius; sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* 393.1. in it.  
142 *Spiritus tuus bonus deducet, &c.* 276.1.5  
146 *Qui numerat multitudinem stellarum.* 596.1.2

## Prouerbiorum.

1 *En proferam vobis spiritum meum.* 414.1.5  
21 *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud.* 311.1.2  
27 *Qui seruat ficum, comedet fructus eius, & qui custos est domini sui, gloriabitur.* 362.2.12

- Ecclesiasticis.**  
 7 Ne impie agas mulierum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. 406.1.1. init.  
 9 Verti me ad aliud, & vidi sub Sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium pacem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus. 273.1.1
- Canticorum.**  
 1 Trabe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. 282.2.7
- Sapientia.**  
 4 Quoniam gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus super electos illius. 13.1.4  
 Confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum. 405.2.11  
 7 Optavi, & datus est mihi sensus; & innocentia, & venit in me spiritus sapientia. 325.2.4
- Ecclesiastici.**  
 11 Ante mortem ne laudes hominem quemquam. 378.1.4  
 15 Quod placuerit ei, dabitur illi. 349.2.10  
 Non dixeris, per Deum stat; quæ enim odit, ne feceris. 458.2.3  
 33 Quare dies diem superat, & annus annum a Sole. 66.2.2  
 Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud, & disponere. Omnes via eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius, qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. 67.2.9
- Isaiæ.**  
 5 Et nunc viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meam: quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? An quod expectavi, ut faceret vinas, & fecit labruscas. 464.2.2  
 28 Sicut in valle Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, alienum opus eius; ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. 181.1.6  
 40 Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas, ut aquila. 311.2.7  
 41 Gentes mutant fortitudinem. ibid.  
 53 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum. 131.2.9  
 In scientia sua iustificabit ipse iustus servus meus multos. ibid.
- Ieremiæ.**  
 10 Scio, Domine, quia non est hominis via eius, neque viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. 274.1.7

- Osee.**  
 14 Convertimini ad Dominum, & dicit ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos laborum nostrorum. 354.1.15

**EX NOVO TESTAMENTO.**


- Matthæi.**  
 CAP. 10. **Q**ui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. 362.2.12  
 20 An non licet mihi quod volo facere. 8.2.1.1.1  
 25 Venite benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. 164.2.6  
 Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo, & angelis eius. ibid.
- Ioannis.**  
 1 Conuersus autem Iesus. 298.1.10  
 Vidit Deus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. 363.2.2  
 6 Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. 278.2.1  
 Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. 285.1.1.1.1  
 9 Me oportet operari opera eius, qui misit me, quandiu dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. 547.2.6  
 12 Iesus clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. 255.2.4  
 15 Sine me nihil potestis facere. 309.2.2.5.310.2.34  
 17 Quos dedisti mihi, custodini, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. 19.1.2  
 Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi. 71.2.4
- Actuum Apostolorum.**  
 1 Cecidit fors super Matthiam. 69.1.23  
 13 Crediderunt quotquot præordinati erant, in vitam æternam. 34.1.2
- Romanorum.**  
 8 Quos præsciuit, & prædestinavit. 34.1.2. & ibid. 2.4. & 85.2.1  
 9 Ut ostenderet diuitias gratia sue in vasa misericordia, quæ preparauit in gloriam. 34.1.3. 77.1.19  
 Iacob dilexi, Esau autem odio habui. 57.2.1. 75.1.23  
 O homo, tu quis es, qui respõdeas Deo. 64.2.1  
 Aut aliquid boni egissent, aut mali. 105.1.9  
 Cui

- 1. Corinthiorum.**  
 3 Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus. 467.2.8  
 4 Quis te discernit? Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti. 342.2.1.348.2.1  
 5 Quam sapientiam prædicationis Euangelicæ prædestinavit Deus in gloriam nostram. 6.1.3  
 15 Abundanter in illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. 348.1.10
- 2. Corinthiorum.**  
 8 Nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos. 390.1.6
- Ad Galatas.**  
 4 Cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo. 343.1.6
- Ad Ephesios.**  
 1 Prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei. 6.1.1.13.1.4  
 In quo & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum voluntatis eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. 68.2.16  
 Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. 70.1.9
- 2. Petri.**  
 2 Ipsius enim factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit Deus, ut in illis ambulemus. 76.2.10  
 Ad Philipenses.  
 2 Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere. 265.1.1  
 Ad Colossenses.  
 1 Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. 68.2.17  
 2. ad Timotheum.  
 1 Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum, & gratiam Dei. 81.1.1.1.1  
 Ad Hebræos.  
 2 Gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. 13.1.5  
 6 Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora saluti, tamen si ita loquimur. Non enim iniustus Deus, ut oblitiscatur operis vestri, & dilectionis. 390.1.8
- Iacobi.**  
 1 Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni. 70.2.10
- 1. Petri.**  
 1 Ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi. 363.1.16
- 2. Petri.**  
 1 Satagite ut per bona opera. 600.2.13. & 621.1.8
- 1. Ioannis.**  
 5 Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis. 510.1.8  
 Qui scit fratrem suum non peccare ad mortem, petat, & dabitur ei, &c. ibid. 2.1.1
- Apocalypsis.**  
 2 Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, & indicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. 647.2.1

FINIS.

INDEX





# INDEX

Rerum, & verborum notabilium, quæ hoc volumine continentur.

Prior numerus, paginam; alter, columnam; tertius, marginalem. pagina numerum denotat. Ubi numerus marginalis solum apponitur, ad proximè designatam paginam refertur.

## A

*Abraham.*

**A** BRAHAMI peregrinatio. 532.  
2.19

*Acceptio.*

Acceptio personarum. 195.2.1  
Opponitur iustitiæ. 196.2.7

Acceptio personarum aliquibus negatur prædestinatio. 196.1.2

Acceptioes prædestinationis. 4.1.1. & seqq.

Accipit Deus ab homine. 354.1.14

Accipere ad opera pietatis relatum, quo pacto sumatur. 349.1.7

Accipere, & habere, quid apud Augustinum. 349.2.12

Accipere, & custodire dona Dei, quomodo sit in libero arbitrio. 352.1.14

Acceptum. 344.1.15

*Actio, Actus.*

Actio entitatis naturalis concepta per auxilium supernaturale. 43.1.1. init.

Actio eadem nõ potest esse meritoria sui. 50.1.1.16

Actio libera est causa reprobationis. 157.2.18

Actio tota à Deo, & tota à libero arbitrio. 218.1.2

Actio qua ratione procedit à libero arbitrio, est effectus prædestinationis. 218.2.5

Actio supernaturalis dupliciter consideratur. 220.2.3

Actio moraliter bona effectus prædestinationis. 229.2.3

Actio libera cur dicatur nostra, & non nostra. 255.1.2

Actio Dei trahentis pro permissione. 285.1.15

Actio totalis vnica vnam totalem causam respicit. 296.2.7

Actio materialis peccati. 394.2.3

Actio honestæ quo pacto auctor Deus. 612.2.18

Actioes humanas prædestinari. 6.1.5

Actioes immanentes nihil ponunt in obiectis præter extrinsecam denominationem. 10.1.12

Actioes peccati materiales. 28.2.9

Actioes tantum conditionaliter futuræ non sunt aptæ ad mouendam diuinam voluntatem quasi meritoria. 29.2.11

Actioes supernaturales an sint effectus supernaturales. 218.1.1

Actioes vnde specificentur. 260.2.29

Actioes bonæ & malæ quomodo præsciantur. 612.2.17

Actus liber Dei. 630.1.13

primus Actus liber circa prædestinatos qui, & qualis. 643.2.5

omissio Actus necessarii ad salutem, à Deo non intenditur. 170.2.3

Actus requisiti ad reprobationem. 21.2.1

Actus fidei, spei, &c. quomodo ad suos habitus disponant. 46.2.6

Actus supernaturales fiunt à Deo per hominem. 334.1.10

vt Actus supernaturales eliciant homines, à Deo petimus. 385.1.2

Deus hominem rogat vt eliciat actus supernaturales. ibid.2.5

Actus intellectus in prædestinatione. 577.1.1. init.

Actuum diuinorum causa. 31.2.13

*Adam.*

Adam habuit auxilium sufficiens vt perseueraret in gratia. 130.1.2

Adami peccatum quale posteris in statu innocentie. 133.1.17

Adami electio. 139.2.28

Adamo collata gratia, & omnia dona pertinentia ad statum innocentie. 130.2.3

Adamo non peccante nullus nasceretur dignus reprobatione ex vi generationis. 133.1.3

Adamo non peccante eisdem homines nascituros, qui modò sunt prædestinati. 134.1.2

Nascituros solos electos. ibid.2.6

Plurimos non fuisse prædestinatos. 7

Idem de reprobis. ibid.

Plures nascituros, qui modò non nascuntur. 9

Adamo non peccante numero diuersa forent alimenta plurima. 135.1.14

Multa diuersa coniugia inirentur. ibid.2.16

Non

## Index Rerum & Verborum.

Non contigisset diluuium. 17

An Christus D. fuisset prædestinatus. 136.2.20

*Adiutorium.*

Adiutorium prædestinatorum quod. 79.2.1. init.

Adiutorium Angelis necessarium ad perseuerandum. 563.1.3

Adiutus à suo adiutore pendet. 331.1.14

*Administrator.*

Administratoribus Ecclesiæ datur auxilium sufficiens ad operationes gratiæ gratis datæ. 540.2.5.

*Adoratio.*

Adoratio quid. 371.2.12

Quibus debetur adoratio diuersa ab adoratione Dei, debetur honor diuersus ab honore Dei. 372.1.14

Adoratio & laus quæ debeatur humanitati Christi D. 373.1.24

*Aduentus.*

Aduentus Domini. 225.2.12

Aduentus Christi vt in virtute crescamus. 546.2.1.

*Adultus.*

Adulti. 588.2.6

Adulti & paruuli differunt. 444.1.4

Adultorum & paruulorum discriminis duplex ratio. 501.1.12

Eorum puritas. 13

Adultorum fidelium quinta saltem, aut etiam quarta pars saluatur. 589.2.15

Adultorum reprobatio. 641.2.6

ex Adultis fidelibus pauciores esse prædestinatos probabilis est. 589.2.16

*Edificatio.*

Edificatio domus. 313.2.11

*Egyptus.*

Egyptij. 504.1.1

*Æqualis, Æqualitas.*

ex Æqualibus faciens inæquales, eos discernit. 345.2.10

Æqualitas duplex. 469.2.4

*Affectus.*

Affectus terreni in morte. 595.1.3

*Ago.*

Agere dupliciter accipitur. 297.1.1

Proprie. ibid.

Stricte. 3

*Agricultura.*

per Agriculturam auxilia significantur. 548.2.13

*Alexander.*

Alexander & Pompeius non sunt ausi prophanare templum. 532.2.18

*Alimentum.*

Alimenta plurima forent, & diuersa, si Adam non peccasset. 135.1.14

*Ambrosius.*

Ambrosij eloquentia. 244.1.4

*Ambulo.*

Ambulo perseuerantiam denotat. 76.2.10

Ambulare in perfectione quid. 551.1.7

*Amicus, Amicitia.*

Amici effectus prædestinationis. 230.2.3

Amicitia lex. 360.1.6

Conditio. 652.1.13

*Amor.*

Amor Dei maior erga totam Ecclesiam, quam erga singulos. 541.1.7

Maior erga aliquos homines, quam erga Angelos. 564.2.13

Amor Dei erga mundum. 625.2.5

Amoris diuini vis. 122.1.1. init.

*Analogia.*

Analogia dierum & annorum. 66.2.1

Luti. 67.2.9

Sortis. 10

*Angelus.*

Angelus Assyrius interficiendus. 532.1.17

nullus Angelus habuit infallibilitatem moralem. 567.2.1. init.

Angelus sine distractione voluntaria. 17

Angeli prædestinati. 7.2.17

Angeli quodammodo causant hominum beatitudinem. 245.2.3

Alligant diabolum. 246.1.4

Diabolo catenam laxant. 5

Ad quas operationes physice influant. 247.2.5

Omnibus prouinciis præfunt. 523.1.1

Ad salutem hominum procurandam mittuntur. 523.1.3

Angeli pedagogi & magistri. 526.1.15

Miseri negatiue. 562.1.3

A peccato non redempti. 4

Præuenti ne peccarent. ibid.2.5

Quo sensu saluandi. 7

Omnes ad primam gratiam prædestinati. 563.2.4

Quomodo vniformes in merendo. 565.1.1. init.

Prædestinati ante merita præuisa. 18

Ab externis rebus independentes. 567.1.14

Sine difficultate ac labore. 569.2.13

Mali non præcognouerunt ruinam. 15

Facti per vnum hominem, scil. Christum. 574.2.1. init.

Membra Ecclesiæ. 638.1.5

Angelorum & hominum non est eadem ratio. 139.2.31

Angelorum prædestinatio. 142.1.19

Angelorum bona effectus prædestinationis hominum. 245.2.1

Angelorum & hominum prædestinationes mutuo concatenatæ. ibid.

Angelorum custodia. 523.1.1. sect.4

Electio. 562.1.1

de Angelorum prædestinatione ante præuisa opera nil in Scriptura. 564.2.1. init.

Angelorum & hominum prædestinatio. 565.2.1

Angelorum creatio. 2

Angelorum & hominum libertatis indifferentia. 566.1.6

Angelorum & hominum perseuerantia quid differat. 7

Angelorum liberum arbitrium. ibid.2.9

Angelorum reprobatio mitior, quam hominum. 569.1.10

Angelorum libertatis æquabilitas. ibid.2.12

Eorum reprobationis causa. 16

Prædestinationis causa. 1

Effectus. 572.2.1

Angelorum, & præcipue superiorum bona. 3

Angelorum reprobationis effectus qui. 573.1.6

Angelorum reprobatio non prior prædestinatione hominum. 574.1.8

Angelorum prædestinatio dependens à prædestinatione Christi D. 575.2.2.3

Eorum prædestinatio independens à prædestinatione puri hominis. 576.1.24

Angelorum prædestinationes. 608.2.16.622.1.4. 623.2.10.637.2.1.10.643.2.4

Angelorum prædestinationis dependentia à meritis

*Index Rerum & Verborum.*

titis Christi D. qualis. 638.2.7  
 bonos Angelos prædestinandi ratio. 564.1.5  
 Angelis qua æqualitate prædestinatio ad primam gratiam concessa. 6  
 Angelis circumstantiarum qualis varietas. 570.1.3  
 Angelis collata gratia ante lapsum. 571.2.13  
*Anima.*  
 Anima rationalis qua virtute existat. 30.1.5  
 Cur corpori adstricta. 357.2.15  
 Animæ individuatio à materia signata. 134.2.8  
 Eius viuificatio. 313.2.8  
 Seruatio. 10  
 Custodia. 13  
 Animæ cum nauis comparatio. 551.2.12  
 Animas suas quo pacto homines commendent. 362.1.9  
*Annus.*  
 Annorum & dierum analogia. 66.2.1  
*Antecessio.*  
 Antecessiones, siue præcedentiæ quatuor. 3.2.4. & seqq.  
*Antiochus.*  
 Antiochus non petebat peccatorum veniam. 529.2.10  
*Antonius Magnus.*  
 Antonio M. sapientia diuinitus concessa. 551.1.6  
*Apostoli.*  
 Apostoli prædestinati ad gratiam Apostolatus. 6.2.7  
 Apostolorum collegium. 595.2. init.  
*Appetitus.*  
 Appetitus inordinati non semper pungunt. 539.1.20  
*Approbatio.*  
 Approbationis scientia duplex. 86.1.10  
*Aptitudo.*  
 Vide 232.1.1  
*Aqua.*  
 Aqua in deserto. 235.2.9  
*Arbitrium.*  
 Arbitrium non est in suo genere completa causa actionum supernaturalium. 296.1.3  
*Arbor.*  
 Arboris similitudo. 644.1.9  
*Arca.*  
 Arce pulchra comparatio. 594.2. init.  
*Ars.*  
 Ars effectus prædestinationis. 230.2.3  
 Ars dæmonis in tentationibus intermittendis. 539.1.19  
*Audis, Auditus.*  
 Audire, pro obedire. 286.1.12  
 Auditus. 314.1.2  
*Augmentum.*  
 Augmentum gratiæ meretur de condigno. 120.1.9  
 Ortum à pœnitentiâ. 584.2.2  
*Aureolus.*  
 Aureoli error. 20.1.1  
*Auxilium.*  
 Auxilium dupliciter sufficiens. 408.2.1  
 Auxilium proximè & remotè sufficiens probatur ex Scriptura. 409.2.9  
 Auxilium sufficiens multis negatur. ibid.  
 Remotè sufficiens ad perseverandum omnibus offertur. 2  
 Immediatè, vel mediatè sufficiens omnibus adultis viatoribus tribuitur. 410.1.1  
 Auxilium sufficiens quomodo negent hæretici. 420.1.1

Auxilium remotum. 454.1.5  
 quod Auxilium subtrahatur obduratis & excæcatis. 6  
 Auxilium efficax quandoque datur indignis, & aliis multa indignitate impeditis negatur. 471.1.16  
 Auxilium sufficiens omnibus quantumuis barbaris dari certum est. ibid.2.23  
 Auxilium semper offerri. 536.2.11  
 Auxilium ad euitanda peccata singulis instantibus offertur. 1  
 Etiam vt bene moraliter operemur. 2  
 Vt præcepta negatiua expleamus. 3  
 Auxilium sufficiens non datur ad omnes operationes gratiæ gratis data. 540.1.1  
 Auxilium quod datur infidelibus ad charitatem. 542.2.18  
 Auxilium ad opera supernaturalia requiritur. 543.2.10  
 Datur ad opera præcepti. ibid.  
 Auxilium semper paratum. 546.2.13  
 Auxilium omnibus ad perficiendum. 549.1.17  
 Auxilium remotum. 454.1.5  
 Auxilium plenè sufficiens infantibus impossibile. 555.2.1  
 Auxilium sufficiens quid. ibid.  
 Refertur ad cooperationem alterius. 2  
 Minus propriè parulis. 3. & 556.1.7  
 Non eodem gradu. ibid.  
 Auxilium adultorum, & paruulorum. 557.1.16  
 inter Auxilium paruulorum, & adultorum conuenientia. 561.1.9  
 Auxilium perseverandi. 566.1.8  
 proprium Auxilium prædestinatorum. ibid.2. initio.  
 Auxilium Angelis bonis & malis datum quod. 567.1.11  
 Homini imperfectiori aliquando maius Auxilium, non tamen Angelo. 13  
 Auxilij conferendi Deus causa est subtrahendi peccata. 317.2.2  
 Auxilij sufficientia obiecto, & certitudini spei proportionatur. 492.1.2  
 Auxilij carentia aliquando ex originali. 639.1.21  
 quominus Deus Auxilia sufficientia negaret, non esset iniustus. 198.2.23  
 Auxilia simpliciter requisita non subtrahuntur nisi propter liberi hominis culpam. 453.2.4  
 Semper & quibuscumque hominibus per interualla ministrantur. ibid.  
 Auxilia ad salutem requisita, non mortua, sed animata. 466.2.2  
 Auxilia interiora iuxta qualitatem & quantitatem exteriorum collata. 468.1.15  
 Auxilia ad proficiendum magis, ac magis. 546.2.12.552.2.2  
 Auxiliorum promissio reprobo nociua. 195.1.10  
 Auxiliorum inæqualitas probatur ex Scriptura. 197.2.18  
 abundantior Auxiliorum copia quandoque probatur propter merita. 453.2.1  
 Quandoque sine merito. 2  
 Plerumque subtrahitur sine culpa. ibid.  
 Quandoque negatur propter demerita. ibid.  
 Peccatum originale huius subtractionis causa. 3  
 Auxiliorum exteriorum nomine interiora præcipuè intelligenda. 468.2.20  
 Auxiliorum naturalium & supernaturalium proportio. 533.2.25  
 Auxili

*Index Rerum & Verborum.*

Auxiliorum tenuitate posita, infallibile est, neminem confensurum. 534.1.27  
**B**  
*Baptismus.*  
 Baptismus vnicum remedium paruulorum de lege ordinaria. 556.2.11  
 Baptismus ex Dei gratia. 561.1.11  
 Baptismus sanguinis. ibid.2.12  
 Baptismi quidditas. 556.2.10  
 Non extenditur ad nondum natos. ibid.  
 quo pacto velit Deus impedimenta Baptismi infantium. 559.1.14  
 in Baptismate applicando prouidentia Dei occulta. 554.2.5  
*Barbarus.*  
 Barbari per ignorantiam inuincibilem excusantur ab infidelitatis peccato. 531.1. init.  
 Barbarorum excitatio & inspiratio qualis sit. 528.2.14  
 Barbarorum sufficiens auxilium quantum distat ab auxilio fidelium. 15  
 Barbaris datur auxilium sufficiens. 518.1.1  
 Quæ gratia præueniens concedatur. 525.1.5  
 Barbaris violentibus legem naturæ Deus quantum ex se est dat supernaturales inspirationes. 528.1.10  
 Barbaris quibusdam clariore infunduntur illustrationes. 534.1.28  
 Barbaris sine miraculo potest Deus fidei notitiam præbere. 30  
 Barbaros motione gratiæ ad vitæ emendationem indui. 528.1.9  
*Bardeſianus.*  
 Bardeſiani error circa prædestinationem, & reprobationem. 37.2.2  
*Beatus, Beatitudo.*  
 Beati de reprobatorum bonis gaudebunt. 185.2.51  
 Beatitudo hominum accidentaliter auget frequentia Angelorum. 245.2.2  
 Beatitudo finis diuinæ gloriæ subordinatus. 247.1.5  
*Bellum.*  
 Bellum effectus prædestinationis. 230.2.3  
 in Bello multorum morientium periculum. 591.2.4  
*Benedictio.*  
 Benedictio Dei bona causa. 91.2.3  
 Benedictio pro laude. 378.2. init.  
 Idem quod gratia abundans. 547.1.3  
*Benefactor.*  
 Benefactori honor & reuerentiâ debetur. 383.2.6  
*Beneficium.*  
 Beneficium merè gratuitum. 142.1.17  
 quibusdam Deus inæquale Beneficium confert. 199.2.29  
 Beneficia merè gratuita æqualiter distribuenda. 195.2.1  
 Beneficia quæ iustitiam sapiunt nisi æqualiter distribueret Deus, fuisset personarum acceptor. 200.2.1  
 Beneficia præscitis concessa prædestinationis effectus. 213.2.9  
 quælibet Beneficia naturalia prædestinationis effectus. 230.2.1  
 Beneficia duo comparantur. 471.2.20  
 Beneficia naturalia. 572.2.3  
 Beneficia ad perseverandum. 618.2.11  
 Beneficiorum sex genera. 200.2.2  
*Ruix de Prædestinatione.*

Beneficiorum naturalium æqualitas. 202.1.11  
*Beneuolentia.*  
 Beneuolentia Dei erga reprobos. 193.2.15.466.2.1  
 Beneuolentia in prædestinando ante præuisionem meritorum. 570.1.2  
*Bigamia.*  
 Bigamia nulla in statu innocentie. 135.2. init.  
*Bonum, Bonitas.*  
 omne Bonum Deo tribuendum. 83.2.1.571.1.10  
 quodlibet Bonum est effectus Dei. 84.1.2  
 totum Bonum Deo tribuendum, & cur. 248.1.1  
 Bonum etiam minimum causare maioris esse valoris, quàm bona plura destruere. 133.2.7  
 Bonum licet tribuendum sit Deo, tamen nostrum est. 346.1.15  
 quodlibet Bonum à Deo ordinandum. 370.1.25  
 Bonum vnus ut fiat alterius. 390.1.6  
 Bonum commune. 652.1.12  
 Bonum ex peccato, & quomodo. 608.2.16  
 Boni amor. 186.1.3  
 Boni impossibilitas desperationem causat. 205.2.5  
 omnia Bona referuntur Deo accepta, & cur. 85.1.15  
 Bona quæ Deus colligit ex peccatis prædestinatorum, sunt effectus prædestinationis. 226.2.1  
 Bona naturalia. 229.2. init. & 615.1.7  
 Bona temporalia spei obiectum. 231.1.7  
 Bona reprobatorum. 242.1.1  
 Bona naturalia quorundam prædestinatorum multoties sunt effectus prædestinationis aliorum hominum. 243.2.1  
 Bona Angelorum, & præcipuè superiorum. 572.2.3  
 Bona ex peccatis reprobatorum. 614.1.7  
 Bonorum naturalium duplex consideratio. 240.2.11  
 Bonorum præteritorum memoria rarè habenda est. 392.2.7  
 Bonorum exempla, pro testibus. 477.2.14  
 Bonitas diuina quomodo finis vltimus, & primus. 33.1.8  
*Bravium.*  
 Vide 594.2.7  
**C**  
*Cæcus, Cæcitas.*  
 Cæcitas mentis. 421.1.4  
 Mortis. 507.2.3  
 Cæcorum illuminatio. 314.1.1  
*Calor.*  
 in Calore virtus productiua caloris & ignis est ipsa caloris quidditas. 341.2.4  
*Caluinus.*  
 Caluini error. 210.1.6.253.2.22.269.1.2.306.2.1  
*Captiuitas.*  
 Captiuitas Babylonica. 532.1.15  
*Caput.*  
 Caput finis membrorum. 622.1.3  
 Caput Christus Dominus. ibid.  
*Carentia.*  
 Carentia auxilij aliquando ex originali. 539.1.21  
*Catholicus.*  
 Catholici Pelagiani dicti ab hæreticis. 339.2.24  
*Causa, Causalitas.*  
 Causa discernens prædestinatos Deus est. 71.1.14  
 Causa adæquata puniendi poena sensus quæ. 147.1.5  
 K K K , Causa

*Index Rerum et Verborum.*

Causa materialis effectuum prædestinationis. 247.1.1  
 Formalis. 2  
 Efficax principalis. *ibid.* 2.3  
 Secundaria. 4  
 Causa quæ adiuuatur ab alia non est totalis in toto genere efficientis. 294.1.6  
 Causa in vno genere partialis, in alio totalis. 296.1.4  
 Causa completa quæ. *ibid.* 2.9  
 Causa producens formam est causa effectus formalis. 298.2.15  
 Causa dupliciter partialis. 300.2.5  
 Causa principalior operum supernaturalium. 333.1.3  
 Causa principalis imponit terminum actionibus. 337.2.6  
 Causa merè instrumentalis nihil meretur. 7  
 Causa adæquata iustificationis adultorum. 452.2.6  
 Causa finalis reprobationis vtriusque. 637.2.13  
 Causa exemplaris. 639.1.3  
 Meritoria. 4  
 Causa effectuum prædestinationis quid. 624.1.3  
 de Causa prædestinationis doctrina Augustini. 343.2.8  
 Causa totalis triplex genus Deo conuenit. 292.2.9  
 Causæ sibi met causæ mutud. 299.2.23  
 Causæ & effectus naturales naturaliter impediuntur. 533.2.25  
 Causæ superiores non producant præuium influxum in inferioribus. 299.1.21  
 impedit Deus Causarum naturalium cursum aliquoties. 169.2.11  
 Causas liberas per se agere. 308.1.13  
 Causalitas diuinæ gratiæ duplex. 262.2.4  
 Causalitas diuina. 291.2.1  
 Causalitas prædestinationis non minuitur. 357.2.14  
 Causalitas decreti. 613.2.1.1.1  
 Causalitatis discrimen. 317.2.2  
*Cautela, Cautio.*  
 Cautela, & humilitas. 183.2.29  
 Cautio circa spem habitam de arbitrij visibus. 392.1.5  
*Certitudo.*  
 Certitudo prædestinationis. 70.2.11.577.2.11.607.2.7.613.2.2.  
 Certitudo prædestinationis duplex. 576.2.1.609.1.5  
 Contra eandem certitudinem errores. 576.2.2  
 Certitudo diuini decreti quid. 577.1.6  
 quanta sit ista Certitudo, & quomodo vnus gradus illius inferatur ex alio. 577.2.9  
 Certitudo numeri non repugnat libertati. 585.2.4  
 Certitudo secundum aliquos indicium salutis. 586.2.14  
 Certitudo numeri formalis & materialis ex vi prædefinitionis. 587.1.2  
 Certitudo obiectiua. 606.2.15  
 Vide 261.2.1.1.1  
 Charitas nunquam alios laudare obligat. 378.2.10  
 Charitas viæ & patriæ quid differant. 538.2.17  
 Charitas valde operatiua. 550.1.27

Charitas cur sine termino. 551.1.9  
 Nunquam remittenda. *ibid.*  
 Charitas Dei. 626.1.9  
 Charitas creata Christi D. 636.2.3  
 Charitas Christi. 652.2.15  
 Charitatis lex. 360.1.6  
 Charitatis cum igni comparatio. 550.1.28  
 Charitatis inclinatio. 653.1.5  
*Christus.*  
 Christus D. in quantum homo, prædestinatus dicitur. 7.2.1.1.1  
 Cur suam doctrinam dicat non suam. 255.1.2  
 Exaltationem suam meruit. 366.2.9  
 Pro omnibus mortuus. 415.1.15  
 Cur omnes ad humilitatem, non verò ad miracula hortetur. 425.1.8  
 Causa exemplaris prædestinationis. 571.1.1.1  
 Caput. 622.1.5  
 Finis quomodo. 6  
 Merè gratis & liberè prædestinatus. 623.2.8  
 Primogenitus. 627.1.5  
 Gratia. 628.2.15  
 Principium omnium gratiarum. 16  
 Gratissimus Patri. 1  
 Causa meritoria increata etiam prædestinationis. 629.1.4  
 In negotiis Patris non merus executor. 632.2.19  
 Quid meruerit prædestinatis mortuis ante Incarnationem. 633.1.22  
 Iustus in retribuendo. 636.1.2.1  
 Christi humanitas prædestinata ad vnionem. 7.1.14  
 Christi materia quomodo determinata. 136.1.21  
 Eius meritum. 138.2.18  
 Christi prædestinatio nostræ prædestinationis exemplar. 139.2.29  
 Christi humanitas diuinitatis instrumentum. 334.2.16  
 Eius gloria à Patre. 366.1.5  
 Christi humanitati debetur laus & gloria à laude & gloria personæ diuinæ distincta. 372.2.22  
 Quæ adoratio & laus debeat. 373.1.24  
 Christi aduentus. 546.2.1  
 Prædestinatio independens à reprobatione Angelorum. 575.2.22  
 Eius prædestinatio prædestinatione hominum absolutè prior. 576.1.26  
 Christi membrorum mensura ab ipso præscripta. 583.2.6  
 Christi D. conceptio. 623.1.4  
 Eius prædestinatio quomodo exemplar. 5  
 Christi merita prædestinationis effectus. 625.2.4  
 Eius missio quid. 626.1.7  
 Christi Incarnatio & merita simpliciter prior nostra prædestinatione. 627.2.9  
 Eius Incarnatio & merita seipsa non meruerunt, nec causerunt. 628.1.13  
 Christi visio beata. 631.2.12  
 Electio humana. 632.2.20  
 Preces liberæ. 634.2.8  
 Voluntas. 652.2.15  
 Charitas. 16  
 per Christum prophetiæ impleta. 573.2.4  
*Cibus.*  
 Ciborum parsimonia ad orationem utilis. 235.2.7  
*Circumcisio*

*Index Rerum et Verborum.*

*Circumcisio.*  
 Circumcisio quæ fit per gratiam Euangelicam. 487.1.24  
*Circumstantia.*  
 omnes Circumstantiæ naturales, excepta creatione, effectus reprobationis. 405.1.6  
 Circumstantiæ naturales. 617.1.24  
 Circumstantiarum varietas quanta sit Angelis. 570.1.3  
*Ciuitas.*  
 Ciuitas cœlestis Angelis & hominibus vna & communis. 574.2.10  
 Ciuitatis custodia. 313.2.12  
*Cælum.*  
 Cœli passiones imprimitur. 235.1.4  
 Cœlorum impressiones voluntatem ad aliquas electiones inclinant. 233.2.1.1  
 in Cœlis scribi, quid. 645.2.5  
*Cœlestium.*  
 Cœlestij errores circa necessitatem gratiæ, & causam prædestinationis. 39.1.1.1.1  
*Cogitatio.*  
 Cogitatio sancta, quæ initium vocationis, perdit in Adamo peccante. 145.2.2.1  
 Cogitationis initium ex Deo. 314.2.6  
*Cognitio.*  
 Cognitio Dei qualiter dirigat illius volitionem. 30.2.9  
 Cognitio Dei operatrix. 84.2.9  
 Cognitio naturalis obiecto supernaturali improporcionata. 526.1.14  
 Cognitionis & volitionis diuinæ cum rebus extrinsecis ordo quis. 642.2.5  
*Cohærentia.*  
 Cohærentia prædestinationis cum perseuerantia. 596.2.6  
*Collegium.*  
 Collegium Apostolorum. 595.2.1.1  
*Commendo.*  
 Commendare, pro rogare. 362.1.9  
*Comparatio.*  
 Comparatio fieri debet cæteris paribus. 471.2.22  
 Comparatio Dei cum causis naturalibus. 517.2.12  
 Comparatio charitatis. 550.1.28  
 Animæ. 551.2.12  
 Aræ. 594.2.1.1  
*Complacere.*  
 Complacere quid. 76.1.7  
*Complexio.*  
 Complexio effectus prædestinationis. 230.2.3  
*Compulsio.*  
 per Compulsionem illatam à Principe Deus ex inuitis facit volentes. 205.1.4  
*Conceptio.*  
 Conceptio Christi D. 623.1.4  
*Concilia.*  
 Conciliorum existimatio. 468.1.14  
*Concionator.*  
 Concionator sine Dei gratia nihil. 467.2.8  
*Concordia.*  
 Concordia prædestinationis effectus. 230.2.3  
 Concordia à præscientia. 611.1.4  
 Concordiam libertatis vnde sumant Patres. 612.2.17  
*Concurfus.*  
 Concurrere per liberum arbitrium est effectus Dei, & gratia. 258.1.1  
*Ruiz de Prædestinatione.*

Concurfus liberi arbitrij formaliter sumptus gratiæ effectus. 262.2.2  
 Et qua ratione. 263.1.7  
 Cuiusque gratiæ. *ibid.* 2.8  
 Concurfus nostro, tempore, prior non est. 326.1.8  
 noster Concurfus diuinæ gratiæ effectus. 327.2.11  
 Concurfus humani prioritas diuino concurfu posterior. 332.2.8  
 Concurfus primæ causæ prior natura concurfu secundæ. 9  
 Concurfus indifferens laudat propensionem Dei ad saluandos homines. 359.2.1  
 Concurfus liberi arbitrij quomodo inueniatur in prædestinationis obiecto & effectu. 585.2.12  
 inter Concurfum Dei, & liberi arbitrij non est prioritas in quo. 326.1.10  
*Condemno.*  
 Condemnandi modus pertinet ad exemplum comparationis. 476.2.5  
*Conditio.*  
 Conditio propter quam Deus dat auxilium. 322.1.8  
 Conditiones secundæ vt quis in Domino gloriatur. 369.1.16  
 Conditiones pœnitentiæ. 608.1.7  
*Confessarius, Confessio.*  
 quærentes consulto Confessarios ignorantes. 592.1.9  
 Confessio propriorum scelerum adhibenda. 377.1.8  
*Confido.*  
 quomodo quisque possit de se Confidere. 390.2.12  
 Confidere in humilitate. 392.1.4  
 Confidentia, vide *Spes.*  
*Confirmatio.*  
 Confirmatio in gratia, an in statu innocentia. 132.2.14  
 Confirmatio. 316.1.5  
*Conformitas.*  
 Conformitas imaginis quid respiciat. 622.2.2  
*Confractio.*  
 Confractio, de morte. 405.2.10  
*Congruitas.*  
 Congruitas vocationis. 609.1.2  
 Congruitatis nomina. 232.1.1  
*Conscientia.*  
 Conscientiæ discussio. 393.1.16  
 Conscientiæ singulorum libri. 648.1.7  
*Consensus.*  
 Consensus vocationis. 616.2.20  
 Consentire vocationi, vel non, in potestate prædestinati. 601.1.17. & 597.1.7  
*Conseruatio.*  
 Vide 314.1.14  
*Consilium.*  
 Consilium, & iuramentum Dei immutabilia. 578.1.1.1  
*Consortium.*  
 ex Consortio prædestinatorum magna letitia Christo D. 627.2.7  
*Constantia.*  
 Constantia in virtute. 551.1.10  
*Consuetudo.*  
 Consuetudo prædestinationis effectus. 232.1.1  
 Consuetudo altera natura. 234.1.14  
 Kkk 2 Con



*Index Rerum & Verborum.*

<i>Contemperatio.</i>		Credibilitatis euidentia.	234.1.15
Vide	232.1.1	<i>Crementum.</i>	
Contemperatio vocationis.	609.2.6	Crementum laudis ex difficultate operis.	358.1.19
<i>Continentia.</i>		<i>Crux.</i>	
Vide	261.2.7	Crux Christi D. quomodo adoranda.	370.2.2
<i>Contritio.</i>		<i>Culpa.</i>	
Contritio & gratia.	31.2.13	Culpa personalis non est prima ratio diuinæ punitionis.	244.2.13
<i>Conuententia.</i>		Culpa infidelitatis remota & generalis neminem infidelium excusat.	531.1.9
Conuententia reprobis ac prædestinatis.	393.2.3,4	Culpa non proficiendi.	551.1.8
<i>Conuersio.</i>		Culpa irreuerenter orare.	553.1.5
Conuersio quàm celerimè fiat.	535.2.4	Culpa improprie omittente actus superogationis.	ibid.2.7
qui conuertitur plus debet, quàm qui non conuertitur.	381.1.3	Culpa malum.	495.2.1
<i>Cooptatio.</i>		<i>Custodia.</i>	
Vide	232.1.1	Custodia ciuitatis.	313.2.18
<i>Cor.</i>		Animæ.	13
Cordis conuersio præcipitur.	312.1.11	Angelorum.	523.1.lect.4
noui Cordis productio.	13	Custodire & seruare principaliter est à Deo.	352.1.19
homo in Corde suo scribit.	312.2.14		
in Corde & mente scribi quid.	646.1.8		
Cordium pulsatio.	315.1.15		
Quomodo sine libertatis præiudicio Deus inclinet corda.	311.1.4		
hominis est propria Corda immutare.	311.2.7		
Corda & voluntates Deus præparat.	312.2.12		
Deus Corda dirigit.	8		
Aperit.	9		
Conuertit.	10		
<i>Corona.</i>			
Corona Dei, iusti.	258.2.23		
Corona, laudis testimonium.	358.2.21		
Non accipitur, nisi perdat.	582.2.6		
Coronam amittendi metus salutaris.	585.2.3		
Coronam abiicere, quid.	358.2.21		
<i>Corpus.</i>			
Corporis dispositio iuuat vt media prædestinationis fructus consequantur.	234.2.1		
Iuuat propositionem boni.	235.1.2		
<i>Correctio.</i>			
Correctionis utilitas.	244.2.2		
Ad quorundam salutem necessaria.	145.1.9		
Corrigentis & punientis opera prædestinationis effectus.	244.3.1		
<i>Corroboratio.</i>			
Vide	315.2.3		
<i>Clauis.</i>			
Clauis Christi D. quomodo adorandi.	370.2.2		
<i>Creatio, Creatura.</i>			
Creatio reprobis, reprobationis effectus.	159.1.35		
Creatio prædestinati, prædestinationis effectus.	ibid.2.38		
Creatio iuncta cum reprobatione melior homini.	289.2.3		
Creatio & conseruatio.	239.2.5		
Creatio prædestinati.	241.1.14		
Creatio non est effectus reprobationis.	405.1.4		
in Creatione Angelorum quæ æqualitas seruata.	565.2.2		
singula quæ creantur, à Deo creantur.	581.2.11		
melius Creari, quàm non Creari.	189.2.2		
Creatura noua.	76.1.8		
Creaturæ quæ secundum seipsas adorationis capaces.	371.1.8		
<i>Credo.</i>			
Credens in Deum quomodo Dei opera, & maiora faciat.	357.1.6		
Credere nostrum ex gratia Dei.	256.2.15		
Credere immediatè non datum omnibus.	530.2.7		

*Index Rerum & Verborum.*

<i>Dependentia.</i>		Causa est vt impleamur Spiritu.	ibid.2.1
Dependentia à Deo.	601.1.18	Leges scribit in corde.	ibid.2.14
Dependentia membrorum à capite.	627.1.4	Redimit dependet à libero arbitrio.	313.1.2
Prædestinationis Christi D. à prædestinatione electorum.	5	Vincula rumpit.	3
Formæ à materia.	ibid.2.1.1	A morte & peccato liberat.	4
Prædestinationis Angelorum à meritis Christi D.	538.2.7	A nobis peccata proicit.	5
<i>Derelictio.</i>		Lauat & mundat.	6
Derelictionis species duæ.	503.2.15	Viuit animos.	ibid.2.8
<i>Desero.</i>		Suscitat mortuos.	9
neminem à Deo Deseri quomodo intelligendum.	169.2.4	Seruatur animam.	10
<i>Desiderium.</i>		Ædificat domum.	11
Desiderium Moyfis.	651.2.6	Custodit ciuitatem.	12
Pauli & Moyfis.	652.1.9	Est cultus animæ.	13
<i>Defolatio.</i>		Conseruat.	314.1.14
Defolationis efficax remedium.	211.2.9	Saluum facit.	15
<i>Despectio.</i>		Illuminat.	1
Despectio pro destitutione auxiliij.	530.1.1	Audire & videre facit.	2
Pro dissimulatione Dei.	ibid.	Intellectum dat.	3
<i>Destino, Destinatio.</i>		Docet.	ibid.2.4
Destino, pro emere.	3.1.1	Gressus dirigit.	7
Pro alligare.	ibid.	Est author propinquitatis ad ipsum.	315.1.11
Pro mittere.	2	Quærit & inuenit.	13
Pro statuere, decernere, ordinare.	ibid.	Corda pulsant.	15
Cum præpositione præ, quid.	3	Perit & rogat.	16
Destino, & prædestino differunt.	4.1.8	Confortat & corroborat.	3
Destinatio de eo qui est.	ibid.	Stare facit.	316.1.4
<i>Deus.</i>		Confirmat.	5
Deus non indiget consilio.	32.2.3	Protegit & defendit.	6
Vt author naturalis viribus nature non potest videri.	41.1.7	Sanctificat.	317.1.13
Quomodo odiff dicatur, & diligere.	61.1.17	Mouet ad primos actus.	328.1.14
Causa meritorum.	69.2.1	Expectat liberum arbitrium.	331.1.5
Ante merita eligit.	2	Qua ratione discernat.	347.2.5
Alios vt amicos compellit, & ad se trahit.	72.1.11	Animam vt deceret corpori adstrinxit.	357.2.15
Sibi fideles relinquit.	ibid.2.1	Sanctos in hac vita laudat.	363.2.1
Dat cor nouum.	84.1.3	Iustos in hac vita apud se ipsos laudat.	5
Operatur velle & perficere.	ibid.	Imminente persecutione suos milites laudat.	377.1.8
Illuminat, & dat oculum videntem.	ibid.2.12	Quamlibet pœnam causare potest, quæ proprie est pœna.	394.2.5
Quosdam fidelium perire permittit, quosdam infidelium filios saluat.	87.2.7	Cum salutis difficultatem comminatur, diligentiam acuit ad difficultatem superandam.	423.1.12
Vt certè prædestinet ratio necessaria.	109.1.1	Multus ad ignoscendum.	428.2.1
Non deserit nisi prius deseratur.	140.2.5	Bonis per creationem plenitudinem contulit bonitatis.	449.2.10
Salutem omnium percipit.	146.2.1	Nobis præsens.	459.1.6
Reprobauit neminem nisi propter præuisam culpam.	149.2.13	Munus extendit.	7
Pro suo beneplacito negat auxilia congruentia.	157.1.15	Præcipiens aliquid super hominis vires, sibi conferendi auxilia necessaria obligationem imponit.	483.2.3
Non est totius reprobationis causa.	165.1.9	Est fidelis.	493.1.11
Quo sensu sit reprobationis causa.	10	Causis naturalibus comparatur.	517.2.12
Hominem creat propter splendorem omnium attributorum.	182.2.8	Non semper vocat, est tamen semper paratus ad præstandum auxilium.	538.1.14
Non vt damnet, sed vt saluet.	9	Maximè fidelis.	547.1.2
Vt ostendat suam bonitatem.	10	A nobis semper maiora experit.	550.2.3
Exercet officium particularis causæ ad actum charitatis.	295.1.12	Habet caput Angelorum & hominū.	575.1.16
Quomodo sit causa totalis, vel particularis, faciens vt velimus, & conuertamur.	297.1.1	Proprie non agit pœnitentiam.	186.1.9
Est causa adæquata initij iustificationis.	ibid.2.8	Quomodo reuocet punitionem comminatum.	ibid.
Cuiusnam iustificationis causa partialis.	ibid.	Non est author peccati.	602.1.6
Quando pendeat ab arbitrio.	301.2.14	Deus prædestinans.	617.1.24
Corda dirigit.	312.1.8	Dei voluntas consequens.	28.1.5
Aperit.	9	Concurfus ad actum virtutis.	48.1.1
Conuertit.	10	Dei voluntas in humano genere fors est.	68.2.19
<i>Ruiz de Prædestinatione.</i>		Dei prædestinatio agit filios.	84.1.4
		Dei benignitas quosdam expectans.	238.2.9
		Dei voluntas non cogit, nec imponit antecedentem.	

*Index Rerum & Verborum.*

tem necessitatem.	290.2.13	<i>Discretio.</i>	
Dei concursus nostro, tempore prior non est.	326.1.8	Vide	344.1.15
Dei similitudo in actibus supernaturalibus præcipuè consistit.	330.1.5	Discretio iusti à peccatore reducit in Deum tanquam in primū iudicem, & quomodo.	348.1.10
Dei imaginis gloria ad maiorem Dei gloriam pertinet.	359.1.28	Discernendi ratio apud Deum.	347.2.5
Dei erga reprobos benevolentia.	406.2.1	<i>Discrimen.</i>	
Dei bonitas.	449.2.10	Discrimen consistens in electione.	344.2.2
Patientia & longanimitas.	457.1.10	Discrimen vocationis congruæ.	345.1.3
Dei & hominis discrimen.	464.1.16	Iustorum ab impiis.	4
Dei comparatio.	517.1.12	Discrimen procedens à libero arbitrio secundaridè principalitè procedit à Deo.	347.1.20
Gratia omnibus præstò adest.	526.2.2	Discrimen malorum à bonis.	447.2.23
Dei veri notitiam disseminandi occasiones.	532.1.17	Discrimen inter terram bonā & malam.	463.2.10
Dei liberalitas in offerendo auxilium.	549.1.18	Inter Deum & hominem.	464.1.16
Dei iudicia.	554.2.7	Discrimen legis V. & N.	487.2.15
Misericordia.	555.1.11	Mali culpæ, & mali poenæ.	495.2.5
Providentia.	558.2.11	Sæculi præsentis, & futuri.	503.2.13
Voluntas consequens circa paruulos.	559.2.16	Discrimen inter operationes gratiæ gratum facientis, & gratis datæ.	440.2.2
Dei liberalitas commendatur.	570.1.7	Inter paruulos ex voluntate Dei.	554.2.6
Dei gratuita operatio.	571.2.14	Inter voluntatem Adam, & aliorum.	556.1.6
Notitia.	580.2.1	Paruulorum ab adultis.	558.1.5
Favor in viros.	596.1.9	Inter prædestinationem Angelorum & hominum.	565.2.1.567.1.14
Poesitas.	599.2.3	Inter perseuerantiam hominum, & Angelorum.	571.1.2
Prædefinitio circa peccati permissionem etiam quoad intentionem.	613.2.5	Discrimen reprobatorum à prædestinatis in quo consistat in præsentis.	587.2.4
Liberalitas.	614.2.2	Discrimen sensus compositi & diuisi.	602.2.4
Dei voluntas in quibus effectibus ostendatur.	615.2.9	Huius discriminis author quis.	603.1.6
Dei bonitas.	622.2.8	Discriminis inter adultos & paruulos ratio duplex.	501.1.12
Libertas.	622.2.8	Discriminis causa in reprobatione & prædestinatione.	622.2.8
Volendi modus hunc, & non illum prædestinare.	623.2.8	<i>Discussio.</i>	
Charitas.	626.1.9	Discussio conscientiæ.	393.1.16
Deum solum & totaliter facere, vt velimus, & faciamus.	302.2.1.lect.7	<i>Dispositio.</i>	
Deum esse per creatores cognosci potest à barbaris.	518.1.11	Dispositionis duplex genus.	341.1.9
Deum operari velle quomodo intelligendum.	570.2.8	Dispositionis Dei mirabilitas.	614.1.8
ex Deo & creatura non resultat aliquid intensiuè perfectius Deo.	301.2.12	<i>Distractio.</i>	
ex Deo nullum est impedimētum gratiæ.	449.1.7	Distractioes culpabiles.	553.1.5
<i>Distio.</i>		<i>Diuersitas.</i>	
Dictiones reduplicatiuæ quomodo vsurpandæ.	262.2.1	Diuersitas in homine vnde.	235.1.6
<i>Dies.</i>		<i>Diuēs.</i>	
Dies pro tempore vsque ad iudicium.	547.2.7	Diuēs auarus.	467.2.7
Dierum & annorum analogia.	66.2.1	Diuitis verba excusationem continent velatam.	465.2.2
<i>Differentia.</i>		Eius deprauatæ intentio.	3
Differentia reprobationis ac prædestinationis.	393.2.3.4	<i>Diuitia.</i>	
Differentia paruulorum ab adultis.	444.1.4	Diuitiæ Dei dicuntur nobis prædestinatæ.	6.2.11
Vide <i>Discrimen.</i>		Diuitiæ effectus prædestinationis.	230.2.3
<i>Difficultas.</i>		Diuitiæ pro gratia abundantis.	464.1.15
Difficultas operis laudem auget.	358.1.19	<i>Do.</i>	
Difficultas pro impossibilitate.	421.2.11	Dare quomodo tribuatur Deo in Scriptura.	349.1.8
<i>Dignitas.</i>		Datum.	344.1.15
Dignitas Matris Dei à Virgine obtenta per merita de congruo.	120.1.8	Docere, & doceri, quid.	285.2.10
<i>Dilectio.</i>		<i>Doctrina.</i>	
Dilectio prior electione.	129.2.8	Vide	314.2.4
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.	81.2.12	Doctrina Christi.	355.1.2
Diligere vtile, quid.	33.2.11	Doctrinæ diuinæ vis.	84.1.7
<i>Directio.</i>		<i>Dolor.</i>	
Directio gressuum.	314.2.7	Dolor Christi D. viatoris erga damnados.	63.6.2.5
Voluntatis ab intellectu.	605.1.4	<i>Dominium.</i>	
<i>Disciplina.</i>		Dominium continet potestatem indifferentem.	425.2.1
Disciplina liberales.	232.1.1	Dominij supremi & absoluti radix.	197.1.15
		<i>Domus.</i>	
		Domus ædificatio.	313.2.11
		<i>Donum.</i>	

*Index Rerum & Verborum.*

<i>Donum.</i>		Electio dilectione posterior.	8
Dona inæqualia conferri posse habentibus se æqualiter.	53.1.8	Electio Adami ad iustitiam originalem procedit ab electione ad gloriam.	139.2.28
Dona accipiendi, & non accipiendi libertas.	348.2.1	Electio Angelorum.	562.1.1
Dona Dei accipere, & custodire, quomodo in libero arbitrio.	352.1.14	Electio ad virtutes.	586.2.13
Donorum proportio.	201.2.9	Quando reddatur certa.	14
Donorum duo genera.	362.2.11	Electio determinanda per arbitrium Patris.	630.2.3
<i>Dubium.</i>		Electio determinata à Christo D. respectu viuentium post Incarnationem.	631.1.5
Dubium deficiens à vero.	526.2.17	Electio humana Christi.	632.2.20
Accedens à malo & falso.	ibid.	Electio filiorum non à parentibus.	640.2.5
		Electio vis.	73.2.8
		Electio ad gloriam factæ ante bonum vsus gratiæ autoritas magna.	92.2.6
<i>E</i>		Electio duplex acceptio.	97.1.8.129.1.3
<i>Ecclesia.</i>		Electio proprietatis.	129.1.1.611.2.8
Ecclesia triumphans.	627.1.2	Electio acceptioes variæ.	600.1.12
Ecclesiæ ministri operantur mira.	541.1.8	Eligendi modus ad determinatum gradum gratiæ & gloriæ optimus.	584.2.18
Ecclesiæ orationes.	637.1.6	non Deum nos, sed Deus nos Elegit.	584.1.13
<i>Edictum.</i>		Electus à Deo, factus est dignus.	68.2.19
Edictum Darij.	532.1.15	Electus à reiecto distat.	96.2.4
<i>Educatio.</i>		Electi in errorem induci nequeunt.	70.2.2
Educatio prædestinationis effectus.	230.2.3	Electi secundum Dei propositum.	82.1.15
Educatio filiorum, & eius necessitas.	234.1.13	Electi post Incarnationem morituri.	632.1.13
<i>Effectus.</i>		Electi propriè & primaridè hæreditas Christi.	16
Effectus prædestinationis dici possunt prædestinati.	62.8	Electorum voluntates Deus præparat.	82.1.20
Effectus prædestinati à Deo qui.	35.2.11	<i>Eloquentia.</i>	
Effectus prædestinationis, non est effectus liberi arbitrij, sed solius Dei.	221.1.7	Eloquentia Ambrosij.	244.1.4
Effectus reprobationis quis.	393.2.1.404.1.3	<i>Entitas.</i>	
Effectus reprobationis negatiuæ, & punitiuæ.	405.2.9	Entitas rerum naturalium effectus prædestinationis.	241.2.3
Effectus prædestinationis Angelorum.	572.2.1	<i>Errores.</i>	
Effectus reprobationis Angelorum.	573.1.6	Error Io. Erigene.	6.1.16
Effectus negatiuæ reprobationis.	573.1.7	Origenis.	38.2.10
Reprobationis positiuæ.	ibid.	Iauelli.	87.1.2
Effectus & medium prædestinationis quomodo distinguantur.	583.1.3	Pelagij.	269.1.1.275.2.1
Effectus omnes prædestinationis non sunt in potestate prædestinati.	598.1.9	Caluini.	269.1.2.275.2.1.306.2.1
Effectus prædestinationis.	601.1.18	Semipelagiani.	408.1.17
Effectus naturales.	605.1.5	Errores circa prædestinationem & reprobationem.	37.2.1. & seqq.
Effectus permixti à Deo.	615.1.5	Errores noui.	38.1.7. & seqq.
Effectus prædestinationis Incarnatio & merita Christi D.	626.2.12	Errores circa necessitatem gratiæ, & causam prædestinationis.	39.1.1
Effectus causæ meritoriaæ prædestinationis qui.	635.2.11	Circa animam rationalem.	14
Effectus prædestinationis finalitas.	222.1.4	Errores hæreticorum duo.	407.1.3
quos Effectus nostræ prædestinationis meruerit Christus D.	628.1.2	<i>Efsau.</i>	
Effectus prædestinationis causa quæ.	624.1.3	Efsau reprobatorum typus.	59.2.11
<i>Efficacitas.</i>		Efsau Iacob seruiuit spiritualiter.	60.1.10
Efficacitas diuinæ voluntatis refutat antecedentem necessitatem.	290.1.8	Et temporaliter.	ibid. 2.11
<i>Elatio.</i>		Cur non inuenit poenitentia locum.	529.2.9
Elatio humana.	545.2.3	<i>Euge.</i>	
<i>Electio.</i>		Euge laudantis vox.	362.1.10
Electio supponit dilectionem.	367.1.8	<i>Excæcatio.</i>	
Electio Sanctorum.	70.1.8	Excæcatio ex peccatis.	161.1.14
Electio ad perseuerantiam, & ad gloriam eadem.	78.2.13	Contrahitur in actu primo propter præcedentia peccata.	ibid. 2.16
Electio hæreditatis regni causa.	93.1.6	Excæcatio & induratio quid.	398.2.2
Hæreticorum causa.	94.1.13	Excæcationem Deus permittit, non directè causat.	163.1.29
Congruæ vocationis causa.	15	qui potuerint Excæcari propter demeritum solius originalis.	162.2.26
Electio ad gloriam soluitur, & probatur.	ibid. 2.1	<i>Excellentia.</i>	
Electio quæ addat supra dilectionem.	97.1.11	Excellentia primogeniti.	621.2.2
Electio ad gratiam.	ibid. 2.9	<i>Excitatio.</i>	
Electio diuina non requirit disparitatem.	129.2.5	Excitandi modus per inspirationes supernaturales.	528.1.8
		<i>Executio.</i>	
		Executionis & intentionis ordines.	642.2.4
		KKk 4	<i>Exemplum.</i>

*Index Rerum & Verborum.*

*Exemplum.*  
 Exemplum prædestinationis & reprobationis. 346.2.17  
 Exemplum diuitis mali. 467.2.7  
 Exempla prouidentiae Dei. 559.1.12  
 præcipuum Exemplar prædestinationis. 622.2.2  
*Exhortatio.*  
 Exhortationes ad bene operandum, & perseueranter. 547.1.4  
*Expectatio.*  
 Expectatio alia realis, rationis alia. 455.1.1.461.1.28  
*Extremum Iudicium.*  
 Extremi Iudicij acerbitatem vitare possumus. 428.2.2  
**F**  
*Facinus.*  
 Facinus Iudith. 532.2.in.it.  
*Facio.*  
 Facere vt velimus, quid. 247.2.6  
*Facultas.*  
 Facultas poenitendi in statu innocentiae. 572.1.2  
*Fama.*  
 Fama desiderium virtutis stimulus. 368.2.11  
*Fauor.*  
 Fauor Dei in viros. 596.1.9  
*Felicitas.*  
 Felicitas status innocentiae. 572.2.in.it.  
*Fidelis.*  
 Fidelis recedentes ab Ecclesia. 74.2.20  
 Fidelium preces. 238.2.10  
 omnium Fidelium existimatio. 468.1.14  
 Fidelium maxima pars irretitur auaritia. 590.2.8  
 ex Fidelibus multo plures prædestinati, si numerentur infantes baptizati. 588.2.5  
 ex Fidelibus multo plures moriuntur sine poenitentia. 591.1.1  
 ex Fidelibus quam pauci saluentur. 593.1.19  
*Fides.*  
 Fides, Dei opus. 259.19  
 Fides quorundam conuincens infideles. 477.2.13  
 Fides implicita. 525.2.9  
 Fidem car Deus vni potius tribuat, quam alteri. 71.2.3  
*Fiducia.*  
 Fiducia in diuino auxilio. 548.2.16  
*Figulus.*  
 Figuli & luti similitudo apud Paulum. 64.2.1  
 Eius similitudine probatur prædestinatio ante præuisa opera. 65.1.4  
*Filius.*  
 Filius in potestate patris, vel ætate minor nihil differt à seruo. 427.2.2  
 Filiorum electio non à parentibus. 640.2.5  
*Finis.*  
 Finis à Deo intentus. 31.2.16  
 Finis intentus in perditione reprobatorum quis. 180.2.1  
 Finis diuinæ gloriæ subordinatus beatitudo. 246.1.5  
 Finis vltimus Deus est. ibid.2.1  
 Finis Deo proximior gloria. 3  
 Finis minus principalis damnatorum tristitia. 247.1.6  
 Finis diuinæ gloriæ. 370.1.24  
 Finis per diuinam reprobationem intentus. 400.2.2

Finis prauus cui praua vita. 592.2.15  
 Finis noster, seu terminus incertus. 619.2.9  
 Finis scribendi libros quis. 649.2.11  
 Finem prædefiniri, non verò peccatum. 128.1.2  
 qui vult Finem, vult & media. 559.2.18  
 Fines à Deo intenti in permissione peccati Adami, & primi peccati mortalis in homine iusto. 180.2.39  
*Finalitas.*  
 Finalitas effectus prædestinationis. 222.1.4  
*Fœmina.*  
 Fœminæ quasi virorum martyres. 596.1.5  
 Plus virtuti deditæ quam viri. 6  
 Fœminarum prædestinararum numerus. 595.2.6  
 Fœminarum numerus maior communiter, quam virorum. 596.1.7  
 Cur illarum peccata minus demereantur misericordiam diuinam. ibid.  
*Formalitas.*  
 Formalitas poenæ fundata in formali malitia peccati. 395.2.12  
 Formalitas poenæ in formali malitia peccati inclusa. ibid.  
*Fortitudo.*  
 Fortitudo voluntatis diuinæ inuicta. 289.2.4  
 Fortitudo Dei donum. 315.2.1  
*Futurum.*  
 Futura prædicantur quasi facta. 578.1.15  
 Futurorum præscientiæ comparatio cum prædestinatione. 643.2.7  
**G**  
*Generalitas.*  
 Generalitas diuinæ voluntatis ad salutem omnium. 414.1.8  
*Generatio.*  
 Generationis terminus in statu innocentiae. 130.2.7  
*Gens.*  
 Gentes vias suas permissi ingredi. 530.1.1  
*Gloria.*  
 Gloria causatur à gratia. 30.2.8  
 Gloria corporis, & nominis exaltatio Christo D. vt præmium proposita. 120.1.7  
 Gloria effectus prædestinationis. 213.2.2  
 extrinseca Gloria laudis & magnificentiae prædicationis per accidens pertinet ad quorundam prædestinationem. 214.2.10  
 Gloria accidentalis. 230.2.8  
 Gloria, finis Deo proximior. 246.2.3  
 Gloria subditorum commendat gloriam Principis. 358.2.20  
 Gloria quid. 361.1.1  
 Gloria humilibus tribuenda. 362.2.15  
 Gloria ad virtutem prouocat. 363.1.19  
 Gloria Christi D. à Patre. 366.1.5  
 Gloria nominis Christo D. concessa, est clarificatio paterni nominis. ibid.2.7  
 Gloria humanitatis Christi D. non minuit gloriam Dei. 8  
 Gloria membrorum est gloria capitis. 367.1.10  
 Gloria & laus, Angelis, & hominibus propria, recurrit in laudem & gloriam Dei. 373.2.10  
 Gloria, & media ad illam. 572.2.2  
 Gloria duplex acceptio. 361.2.3  
 Gloria diuinæ finis. 370.1.24  
 inanis

*Index Rerum & Verborum.*

inanis Gloria periculum. 375.2.9  
 Gloria accidentalis mensura certa. 584.2.1  
 Gloria diuinæ aliquid detrahi affirmat Lutherus. 355.2.4  
 ad Gloriam ordinati Christo D. dantur. 76.1.5  
 exclusio à Gloria per modum poenæ indigna Deo. 140.2.3  
 Gloriandi modus & mensura. 375.2.9  
 per seloquendo licite potest homo Gloriarum, & laudare seipsum. 380.1.10  
 in Domino vt quis Glorietur quæ conditiones seruandæ sint. 369.1.16  
 vt quis in Domino Glorietur, non sufficit iudicare bona sua esse Dei dona. 374.2.2  
 indicia inordinati affectus Gloriandi. 375.1.3  
 Gloriatio. 544.1.15  
 interior Gloriatio in conscientia nonnumquam necessaria. 364.2.11  
 Gloriatio vera quæ. 368.1.2  
 Gloriatio cum modestia Patribus licita. ibid. 2.9  
 Gloriatio cui indicio niti debeat. 370.1.25  
 Vide *Laus.*  
*Gondecalcus Monachus.*  
 Vide 38.1.5  
*Gradus.*  
 Gradus certitudinis quantum ad personas. 410.2.2  
 Quantum ad actiones. 4  
*Gratia.*  
 Gratia, pro prædestinatione. 13.1.4  
 Quomodo causetur gloria. 30.2.8  
 Gratia & contritio. 31.2.13  
 Gratia præueniens quomodo suaforia. 46.2.6  
 Gratia qua saluati sumus fors est. 69.1.20  
 Gratia & prædestinatio differunt. 76.2.11  
 Gratia prima iustificans propter merita de congruo. 120.1.8  
 Gratia effectus prædestinationis. 215.1.2  
 Gratia in essentia animæ. 222.2.10  
 Gratia duplex. 230.1.5  
 Gratia causa principalis bonorum operum. 257.1.19  
 Gratia auxiliatrix duplex. 263.1.5  
 Gratia præueniens medium, quo Deus operatur in nobis. 267.1.20  
 Gratia Dei quo sensu non sit causa totalis. 292.2.8  
 Gratia in suo genere causa totalis. 9  
 Gratia excitans negatur à Semipelagianis. 324.2.9  
 Gratia & habitus infusi instrumenta Dei. 341.2.3  
 Gratia diues merita nobis tribuens. 357.2.11  
 Gratia præueniens sine vlla dispositione per vires naturæ habita, tribuitur. 524.1.10  
 quæ Gratia præueniens concedatur barbaris. 525.1.5  
 Gratia præueniens quidditatiuè supernaturalis. 6  
 Gratia non denegatur facienti quod in se est. 527.1.4  
 Gratia excitans ad idem supponit propositas rationes credibilitatis. 533.2.24  
 Gratia datur per singula opera. 534.2.6  
 Gratia Dei pulsatrice ideo suauius, quia se accomodat humano modo. 538.2.18  
 Gratia ex se semper prouehit. 549.2.23  
 Gratia ad orandum. 553.1.5  
 Gratia prima. 563.1.4  
 Gratia datur per redemptionem. 566.1.in.it.  
 Collata Angelis ante lapsum. 571.2.13

Collata prædestinatis. 16  
 prima Gratia, & dispositiones ad illam. 572.2.2  
 Gratia prædestinatorum primò à Deo intentæ. 583.2.9  
 Gratia præueniens supponit prædestinationem. 601.2.in.it.  
 Gratia iustificans incerta. 618.1.4  
 Gratia creata. 629.2.7  
 Gratia duplex vsurpatio. 13.1.4  
 Gratia maxima necessitas. 40.1.1.2  
 Gratia augmentum meretur de condigno. 120.1.9  
 augmentum Gratia effectus prædestinationis. 223.1.in.it.  
 Gratia acceptio laxa, & impropria. 240.1.in.it.  
 Gratia gratis datæ effectus prædestinationis eorum, quos ad æternam vitam adiuuant. 243.1.10  
 Gratia diuinæ causalitas duplex. 262.2.4  
 Gratia præuenientis realis prioritas. 325.1.1  
 Gratia sigillum discernens iustos à peccatoribus. 346.2.16  
 Gratia & prædestinationis summa laus. 356.2.4  
 Gratia diuinæ laus in quo ponatur. 357.2.13  
 Gratia subtractio. 401.1.in.it.  
 Gratia priuatio reprobationis effectus. 403.2.1  
 Gratia subtractio effectus negativæ reprobationis à gratia, & à gloria. 404.1.2  
 ex Deo nullum est impedimentum Gratia. 449.1.7  
 Gratia & liberi arbitrij cooperatio quodammodo prior & posterior. 461.1.27  
 Gratia abundantia diuitiæ apellantur ab Apostolo. 464.1.15  
 Gratia opportunitates variæ. 533.2.26  
 Gratia abundantioris defectus ex nostra negligentia. 549.2.24  
 Gratia in statu innocentiae comparatio. 567.2.8  
 Gratia perseuerantia in Angelis. 571.2.16  
 Gratia augmentum à poenitentia ortum. 584.2.2  
 Gratia & gloriæ mensura qua ratione prædestinata. 585.1.3  
 Gratiam primam non dari propter illius bonum vsu. 55.1.14  
 per Gratiam plures liberantur à peccatis, qui tamen non prædestinantur. 142.1.18  
 vltra Gratiam operantem datur gratia cooperans. 293.2.2  
 ad Gratiam producendam Deus vt potest quantumque substantia. 338.1.10  
 concedere Gratiam reprobis, eorum reprobationis effectus quodammodo. 404.1.5  
 negare, & concedere Gratiam prædestinatis effectus reprobationis. ibid.2.8  
 Gratiam omnibus esse paratam Luthero displicet. 420.2.6  
 in Gratia crescentes capaciores sunt. 548.1.12  
 in Gratia & gloriæ p. vni ex hominibus æquales. 575.2.in.it.  
 à Dei gratia confitenda nemo deterrendus. 610.2.1  
 à Gratia Christi D. cætera causantur. 628.2.1  
 Gratia gratis datæ non dicuntur prædestinari. 6.2.5. nisi improprie. 6  
 Gratia gratum facientes prædestinationis effectus. 243.1.11  
 Gratia gratis datæ non sunt in manu cuiusque. 424.1.1  
 Gratia gratis datæ non in propriam, sed in communem

*Index Rerum & Verborum.*

munem vtilitatem.	425.2.init.	Est Dominus eorum quæ Deo dat.	353.1.6
<i>Gratiarum actio.</i>		Sibi dat.	354.1.17
Gratiæ hominibus agenda.	384.2.11	Deum excitat vt iustificatio impediatur.	445.2.7
Beatæ Virgini debentur.	ibid.	Homo etiam ignorantissimus excitari potest ad ea, quæ implicite continent supernaturalem beatitudinem.	525.2.10
Debentur etiam Apostolis.	12	Aliquando non sentit illustrationes diuinas, intentus ad alia.	538.1.13
Gratiarum actio ad Deum referenda.	77.1.15	In operationibus virtutis gradatim procedit.	539.2.22
hominibus Gratiæ agentes Deo gratias agimus.	384.2.14	Incipientem se semper existimat.	551.1.6
<i>Gratitudo.</i>		Homo Deus caput Angelorum & hominum.	575.1.16
Gratitudo & oratio an probent liberum arbitrium seipsum secundario determinare ad agendum, nec totaliter à Deo prædeterminant.	380.2. disp. 36	Homo non potest peruenire in hac vita ad statum, in quo non potest mereri.	585.1.4
Gratitudo iustorum reprobis rationem ingrati- tudinis adimit.	382.2.16	nullus Homo purus meruit alterius prædestina- tionem.	640.2.4
maior Gratitudo magis benefactoris bonitatem commendat.	382.2.17	Hominis accidentaliter beatitudo augetur Ange- lorum frequentia.	245.2.2
Gratitudo respectu Dei religionis, respectu ho- minis iustitiæ species est.	383.2.3	Hominis est propria corda immutare.	311.2.7
debita hominibus Gratitudo Deo debita maxi- me commendat.	384.2.13	Hominis non conuertentis causa quæ.	319.1. sect. 2. & 3
Gratitudo Christo D. debita.	634.2.9	Hominis resistentia.	321.1. sect. 4
Gratitudinis erga Deum rationes augentur, si li- bero arbitrio conceditur, vt se ipsum secun- dario determinet ad bona opera.	380.2.1	Hominis in potestate quid.	597.2.init.
Gratitudinis erga homines nulla potest ratio sub- sistere, nisi liberum arbitrium se ipsum deter- minat ad benefaciendum.	383.1. sect. 2	Hominis prædestinatio independens à lapsu An- gelorum ex vi præsentis decreti.	575.2.init.
ad Gratitudinis humanæ secundarium princi- pium quid requiratur.	383.2.4	Hominis fragilitas & malitia.	615.2.9
Gratitudinis proprium, laudem exhibere, & glo- riam.	384.1.8	Homini in pura natura darentur auxilia natura- lia sufficientia.	524.1.12
<i>Gressus.</i>		Hominem prædestinari ad perseuerandum.	79.1.19
Gressuum directio.	314.2.7	Homines ex volentibus fiant volentes.	71.2.4
<i>Gubernatio.</i>		Homines duo æquales in culpa & pœnitentia.	153.1.12
Gubernationis gratia.	632.2.18	Homines ad quas operationes physicè influant.	247.2.5
<b>H</b>		Homines aliquid operari simul cum Deo princi- paliter operante.	250.1.1
<i>Habitator.</i>		Homines iusti semiperfecti.	273.1.init.
Habitatores Palestinæ.	505.1.8	Homines peccando possunt reniti contra ordi- nem diuinæ sapientiæ.	291.1.19
Habitatores orbis Occidentalis primi ex antiquo orbe migrarunt.	533.1.21	Homines quo pacto commendent animas suas.	362.1.9
<i>Habitus.</i>		Homines quod rogentur cedit in maiorem Dei gloriam.	386.1.9
quilibet Habitus pertinentes ad iustificationem effectus prædestinationis.	222.2.9	Homines diuinis auxiliis resistent.	448.2.1
Habitus supernaturales non habent solam ratio- nem habitus.	295.2.15	Homines prædestinati qui.	565.2.4
Habitus infusi instrumentum Dei.	341.2.3	Homines magis à Deo dilecti, quàm Angeli.	574.2.12
Habitus supernaturales qui manent in peccatore non semper excitant ad suos actus.	538.2.17	Homines in particulari prædestinati dependen- ter à reprobatione Angelorum.	575.2.20
Habitus supernaturales, & perseuerantia.	572.2.2	Homines & Angeli nullo modo prædestinati in eodem rationis signo.	576.1.15
Habituum & actuum distinctio.	371.2.10	plures Homines prædestinati quàm Angeli.	595.1.6
<i>Hereticus.</i>		Hominum & Angelorum non est eadem ratio.	139.2.31
Hereticorum deliramenta.	407.1.3.617.2.1	Hominum sanctificatio.	317.1.13
<i>Hebraus.</i>		Hominum sufficiens numerus à Deo instructus.	531.2.12
Hebræi per varias mundi partes dispersi.	532.1.15	Hominum prædestinatio ad reprobandas Ange- lorum sedes à quibus, & quibus rationibus probetur.	573.2.2
<i>D. Hieronymus.</i>		Hominum saluandorum numerus maior quàm Angelorum qui ceciderunt.	574.2.13
D. Hieronymus à calumnia liberatur.	38.2.11	Hominum prædestinatorum numerus soli Deo notus.	575.1.17
Hieronymi motibundi tremenda verba.	592.2.15	Hominum mensura & Angelorum.	585.1.5
<i>Hircus.</i>			
Hirci oblati pro peccato, Leu. 16.	318.1.3		
<i>Homo.</i>			
Homo nouus Dei prædestinatione creatur.	76.1.9		
potuit Homo sine eius culpa obdurari.	162.1.23		
Homo in corde suo scribit.	312.2.14		
Homo per liberum arbitrium facit vt ipse con- uertatur ad Deum.	346.1.14		
Homo dat quodammodo.	352.2.2		

*Index Rerum & Verborum.*

Hominibus etiam reluctaturis Deus gratiam præbet.	55.1.12	<i>Impetu.</i>	
<i>Honor.</i>		Imperus & impulsus gratia præueniens.	277.2.22
Honor prædestinationis effectus.	230.2.3	<i>Impletio.</i>	
Honor ad virtutem prouocat.	363.1.19	Impletio spiritus.	312.2.1
Honor quid.	372.1.16	<i>Impœnitentia.</i>	
<i>Humanitas.</i>		Impœnitentia finalis.	399.1.5
Humanitas Christi instrumentum diuinitatis.	334.2.16	<i>Impossibilitas.</i>	
Humanitati Christi D. debetur laus & gloria, à laude & gloria personæ diuinæ distincta.	373.2.12	Impossibilitas resistendi diuinæ voluntati vnde.	291.1.16
Humanitati Christi quæ laus debeatur & ado- ratio.	373.1.24	Impossibilitas consequens ex libertate descendit.	421.1.2
<i>Humilitas.</i>		Impossibilitas consequens.	422.2.17
Humilitas & cautela.	183.2.29	Impossibilitas ex libera Dei voluntate prouen- iens nihil derogat eius omnipotentia.	423.1.23
Humilitas Christiana.	360.2.9. & seqq.	Impossibilitas secundum quid procul abest à le- ge Euangelica.	485.1.3
Humilitas Pauli.	545.2.3	quomodo Scripturæ loca Impossibilitatem cre- dendi afferentia exponantur à Patribus.	421.1.1.
Humilitas Xauerij.	552.1.init.	<i>In.</i>	
Humilitatis lex.	361.1.13	In proposito causam finalem indicat.	621.2.1
ad Humilitatem, non verò ad miracula cur Chri- stus D. hortetur.	425.1.8	<i>Pro per.</i>	629.1.5
in Humilitate confidentia.	392.1.4	<i>Incarnatio.</i>	
Humiliter de se sentiendum.	545.2.3	Incarnatio & merita Christi D. effectus prædesti- nationis.	626.2.12
<i>Humor.</i>		Simpliciter prior nostra prædestinatione.	627.2.9
Humorum dispositio mouet passionem in appe- titu sensitiuo.	235.1.3	Incarnatio ex vi præsentis decreti etiam si Ada- mus non peccaret.	628.1.11
<b>I</b>		Incarnatio & merita Christi D. seipsa non me- ruerunt, nec causarunt.	13
<i>Iacob, &amp; Esau.</i>		Incarnationis solas circumstantias meruere Pa- tres.	55.2.16
Iacob & Esau non esse propositos in exemplum prædestinatorum, & reprobatorum qui pro- bare conantur.	572.init.	Incarnationis disparitates vt sint principium me- riti.	17
Iacob & Esau fuisse propositos in exemplum prædestinatorum & reprobatorum.	59.1.init.	<i>Incertitudo.</i>	
Iacob & Esau prædestinationis & reprobationis exemplum.	346.2.17.581.2.14	Incertitudo acquirendi gratiam.	618.1.4
<i>Iactantia.</i>		Incertitudo gratiæ iustificantis.	ibid.
Vide	379.2.2	Incertitudo perseuerantiæ.	ibid. 2.8
<i>Iauellus.</i>		<i>Inclino.</i>	
Iauelli error refellitur.	87.1.2	Vide	311.2.6
<i>Ierusalem.</i>		<i>Indicium.</i>	
Ierusalem lapidibus electis ædificatur.	74.1.15	Indicium factæ pœnitentiæ multorum pericli- tantium.	592.1.6
<i>Ignominia.</i>		Indicium maximum prædestinationis.	621.1.8
Ignominia prædestinationis effectus.	230.2.3	<i>Indifferentia.</i>	
<i>Illustratio.</i>		Indifferentia arbitrij probatur.	385.1.1
Illustratio cæcorum.	314.1.1	Indifferentia actiua, & passiuæ.	482.2.6
Illustrationes diuinas aliquando homo non fen- tit ad alia intentus.	538.1.13	Indifferentia libertatis Angelorum & hominum.	566.1.6
<i>Imago.</i>		<i>Indoles.</i>	
Imaginis Dei gloria ad maiorem Dei gloriam pertinet.	359.1.28	Indoles effectus prædestinationis.	230.2.3.232.2.1. & 233.2.12
Imaginis conformitas quid respiciat.	622.2.2	Indoles qua ratione iuuat à gloria.	241.1.15
Imagines Christi quomodo adorandæ.	370.2.2	<i>Induratio.</i>	
Imaginaria generationi deseruit.	135.1.13	Induratio & reprobatio differunt.	165.2.3
<i>Imitatio.</i>		Induratio secundus effectus reprobationis. ibi- dem.	
Imitatio vitæ Apostolicæ nobis possibilis.	550.1.25	Induratio quid.	398.2.2
<i>Imperium.</i>		Indurationis strictior acceptio.	399.1.4
Imperium formaliter est prædestinatio.	111.6	Indurare, pro reprobare.	165.2.2
Imperium solum assertiuum datur in Deo.	7	<i>Infalibilitas.</i>	
Imperium Dei permissionem peccati ordinat, non autem peccatum ipsum.	23.1.13	Infalibilitas vaga operis liberi longo tempore in homine, & non in Angelo.	563.2.3
Imperium & edictum Darij.	532.1.15	Infalibilitas vaga.	564.2.12
Imperium & decretum diuinum dupliciter cer- tum.	577.1.5	quibus de causis iust spermittatur Infalibili- tas ad peccandum.	569.2.14
		Infalibilitas diuinæ pœnitentiæ.	586.1.init.
		Infalibilitas moralis.	607.1.init.
		<i>Infans.</i>	



*Index Rerum & Verborum.*

<i>Infans.</i>		<i>Intentio.</i>	
Infantes in quo æquales.	153.1.14	Intentio reprobationis qualis sit.	24.1.7
Infantes quomodo credant.	557.2.3	Intentio efficax gloriæ mouet ad volitionem mediorum.	117.2.5
quo pacto velit Deus impedimenta Baptismi Infantium.	559.1.14	<i>Introitus.</i>	
Infantibus in vtero nullum remedium sufficiens.	557.1.14	Introitus cœli diuitibus difficilis.	590.2.6
Infantibus quomodo profint omnes.	561.2.13	<i>Io. Erigene.</i>	
Vide <i>Parvulus.</i>		Ioannis Erigene error.	6.1.16
<i>Infidelis, Infidelitas.</i>		Eius delirium contra necessitatem gratiæ, & diuinam prædestinationem.	40.1.5
Infidelis vt iustificetur quàm varij actus requirantur.	539.2.23	<i>Iob.</i>	
Infidelitas Iudæorum grauius plectenda, quàm Ethnicorum.	469.1.3	Iob adhuc viuens à Deo laudatus.	363.2.3
Infidelitatem multi prius exterius, quàm interiorius sequuntur.	25.1.1.1.1.	<i>Ira.</i>	
<i>Infirmitas.</i>		Ira & supplicio dignos nos esse fatendum.	392.2.7
Infirmas contracta ex libera gratiæ abiectione.	421.1.4	<i>Israël.</i>	
Infirmas voluntatis.	507.2.3	Israël in Ægypto captiuus.	531.2.14
<i>Ingenium.</i>		ex Israël plurimi reprobi.	61.1.16
Ingenium prædestinationis effectus. 230.2.3. & 232.1.1		<i>Iudas.</i>	
Ingenium vnde confurgat.	ibid.2.5	Iudæ superabundantia auxilia collata sunt.	499.1.8
lunar ad gratiam.	234.1.17	<i>Iudæus.</i>	
<i>Ingratitudo.</i>		Iudæi maiora beneficia contempserunt.	469.1.2
Ingratitudo, & iactantia.	379.2.2	Iudæorum infidelitas grauius plectenda, quàm Ethnicorum.	469.1.3
Ingratitudo in Deum Ignatio difficilis.	552.1.18	Iudæorum inimici interficiuntur.	532.2.1.1.
<i>Inimici.</i>		Iudæorum perfidiâ quàm plurimâ perfidiæ.	652.1.11
Inimici prædestinationis effectus.	230.2.3	<i>Indicium.</i>	
Inimici Iudæorum interficiuntur.	532.2.1.1.	Indicium Dei prædestinationem instituit.	11.2.10
<i>Initium.</i>		Huius Iudicij perfectiones quæ.	12
Initium præbere proprium causæ præuenientis.	445.2.6	In hoc Iudicio quæcumque scientia ad prædestinationem necessaria continetur.	12.1.15
Initium iustificationis duplex.	460.2.1.1.	<i>Inimicus.</i>	
<i>Innocentia status.</i>		Inimicus in eos, qui sunt excæcati.	73.1.6
Vide <i>Status innocentia.</i>		Indicium prædestinationis effectus.	230.2.3
<i>Inspiratio.</i>		Indicium Dei seculare.	619.2.8
Inspiratio barbarorum prima quæ.	528.2.14	cui Iudicio niti debeat g'oriatio.	370.1.25
Inspiratio Spiritus S. in voluntatem Christi D. & qualis.	635.1.1.1	Iudicia Dei.	554.2.7
Inspiraciones quo sensu naturales quoad substantiam, & supernaturales quoad modum.	528.1.12	<i>Inditib.</i>	
<i>Instauratio.</i>		Iudith facinus.	532.2.1.1.
Instaurare idem, ac recapitulare.	573.2.3	<i>Ius.</i>	
<i>Instrumentum.</i>		Ius proprietatis, seu libertatis.	253.2.17
Instrumentum ad opera supernaturalia.	333.1.1	<i>Iustificatio.</i>	
Instrumentum mouetur, & determinatur à principali causa.	337.1.4	Iustificatio prædestinationis effectus.	221.2.2. & 223.1.1
Instrumenta Dei gratia & habitus infusi.	341.2.3	Iustificatio finalis.	222.1.3
<i>Intellectio.</i>		homo Deum excitat vt Iustificatio impediatur.	445.2.7
Intellectiones & volitiones diuinæ sunt eiusdem speciei infimæ.	16.2.8	Iustificacionis initij Deus adæquata causa.	297.2.8
Intellectiones & volitiones diuinæ differunt.	33.1.6	Cuiusnam initij Iustificacionis causa partialis, ibid.	
Intellectionum obiectorum & volitionum ordo quis.	31.1.12	Iustificacionis initium à Deo.	445.1.2
<i>Intellectus.</i>		A fide.	3
Vide	314.1.3	Iustificacionis adultorum causa adæquata.	450.2.6
Intellectus perfectior cum æquali lumine gloriæ non vidit Deum perfectiùs.	304.2.4	Iustificacionis duplex initium.	460.2.1.1.
Intellectus creatus ad videndum Deum, non est merum instrumentum.	340.2.4	Iustificacionis initium præberi nequit, nisi eliciatur actio supernaturalis.	525.1.3
Intellectus actus reperiuntur in prædestinatione.	577.1.1.1.	principium impediens Iustificacionem semen est ex parte hominis.	360.1.5
Intellectus æterni perspicacitas.	617.1.26	Iustificacionem impediendi initium à nobis est.	445.1.1
		<i>Iustificatus.</i>	
		nondum Iustificatus potest Deus deserere, sed non deserit, nisi ab eis prius deseratur.	146.1.26

*Iustitia.*

*Index Rerum & Verborum.*

<i>Iustitia.</i>		<i>Lex.</i>	
Vide	186.1.1	Lex scripta in cordibus electorum.	84.2.8
Iustitia punitiua, & permissio peccati perficiunt vniuersum.	176.1.13	Lex amicitia.	360.1.6
Iustitia originalis.	224.1.10	Lex Euangelica facilis & suavis.	485.1.2
Iustitia Dei in die iudicij.	444.2.9	Lex naturæ quid possit si adiuetur à gratia.	526.2.1
Ab impiorum calumniis defenditur.	10	quandoque Lex charitatis obligat ad referendas proprias laudes.	376.1.1
Iustitia diuina.	637.1.7	Propter laudem veritatis.	2
ostensio Iustitiæ an fuerit completus finis reprobationis.	175.1.1	Proximorum necessitate.	ibid.2.5
Potuit esse adæquatus.	ibid.2.6	Vehementem tribulationem.	377.1.8
Iustitiæ diuinæ congruentior generalitas.	444.1.6	Vitationem scandali.	ibid.2.13
<i>Iustus.</i>		Vt auditores prouocentur ad imitationem.	14
Iustus perseuerantiam mereri sibi & aliis potest de congruo.	120.1.9	Legis diuinæ vires.	103.2.9
Iusti, corona Dei.	258.2.23	Legis veteris præcepta obseruatiu facilia.	485.1.2
Ab impiis differunt.	345.1.4	Legis veteris & nouæ discrimen.	487.2.25
In hac vita à Deo laudati.	363.2.5	Legis diuinæ obseruantia.	621.1.10
Obligantur ad proficiendum.	556.2.1.1. & 4	Legis præscriptio.	200.2.2
Non merentur suam electionem.	629.2.10	<i>Legislator.</i>	
Iustorum solida laus realiter & in specie à Deo laude distincta.	371.1.7	Legislator possibilis debet præcipere.	547.1.3
Iustorum gratitudo reprobis rationem ingrati tudinis adimit.	382.2.16	<i>Liber.</i>	
Iustos in Domino gloriari licitum.	367.2.1	Liber vitæ metaphoricè ita nominatus.	644.2.4
in Iustis duplex obligatio.	550.1.1	Liber vitæ propriæ.	ibid.
Vide <i>Sancti.</i>		Liber vitæ quid.	645.1.1
		Liber vitæ quo differat à prædestinatione.	646.1.9
		Liber vitæ vis quædam diuina, secundum Augustinum.	647.2.4
		Liber mortis, seu mortuorum.	648.1.1
		Librorum varietas.	ibid.2.4
		Liber vnicus vitæ æternæ.	650.2.8
		ad Librum vitæ nihil præcitorum pertinet.	646.2.3
		ad Librum vitæ quomodo pertineat gratia prædestinationum.	647.1.5
		in Libro vitæ scribi, quid.	645.1.4
		Libri Sancti.	647.2.2
		Libri, conscientia singulorum.	648.1.7
		Libros scribendi finis.	649.2.11
		<i>Liberalitas.</i>	
		Liberalitas Dei in offerendo auxilio.	549.1.18
		Liberalitas Dei commendatur.	570.2.7.614.2.2
		Liberalitatis diuinæ eximia gloria.	360.1.3
		<i>Liberatio.</i>	
		Liberatio à morte, & à peccato.	313.1.4
		<i>Libertas.</i>	
		Libertas Dei.	614.2.2
		<i>Libertas.</i>	
		Libertas prædestinationis.	8.1.6
		Libertas à peccato, effectus prædestinationis.	36.2.5
		Libertas necessitate soluta esse debet.	254.2.7
		Libertas accipiendi, & non accipiendi dona.	348.2.1
		Libertas ad dona supernaturalia.	427.2.6
		Libertas omni necessitatis vinculo soluta.	488.1.4
		Libertas Angelorum & hominum.	566.1.6
		omnimoda Libertas in hominibus prædestinatis.	566.2.9
		Libertas Angelorum maximè æquabilis.	569.2.12
		Libertas.	617.1.24
		Libertas Dei.	622.2.8
		Libertatis cum prædestinatione concordia.	112.2.9
		Libertatis seruandæ vtilitas.	259.1.25
		Libertatis indifferentia.	349.2.10
		Libertatis concordiam vnde sumant Patres.	612.2.17
		<i>LLI</i>	<i>Libertum</i>

Index Rerum & Verborum.

*Liberum arbitrium.*  
 Liberum arbitrium per solas vires naturæ non disponit sufficienter ad gratiam. 41.1.8  
 Ut se moueat quid necessarium. 291.2.20  
 Deo subordinatur. 292.2.10  
 Cooperatur gratiæ. 293.1.init.  
 Est aliquando instrumentum Dei ad opera supernaturalia. 333.1.1  
 Propriè & in rigore est instrumentum Dei ad opera supernaturalia. 335.2.sect.2  
 Cuius discriminis sit causa adæquata. 347.1.19  
 An seipsum secundariò determinet ad agendum, nec totaliter à Deo prædeterminetur. 380.2.disp.36  
 Liberum arbitrium Angelorum. 566.2.9  
 concursus Liberi arbitrij sub ratione talis effectus Dei. 218.2.4  
 Liberi arbitrij cooperatio etiam vt ab ea procedit necessaria ad salutem. 220.1.15  
 concursus Liberi arbitrij formaliter sumptus gratiæ effectus. 262.2.2  
 Et quo sensu. 263.1.7  
 Cuiusque gratiæ. ibid.2.8  
 Liberi arbitrij cooperatio. 303.2.9.313.1.3.& seqq.  
 Liberi arbitrij virtus partialis est naturalis. 305.1.7  
 Liberi arbitrij realis posterioritas. 325.2.3  
 Causa principalis ad producendas operationes supernaturales. 336.2.1  
 Causa secundaria discernens à minus ad magis bonum. 346.2.18  
 Indifferentia. 383.1.1  
 Tribus argumētis probatur. 384.1.7.& 385.1.1  
 Liberi arbitrij & gratiæ cooperatio quodammodo prior & posterior. 461.1.27  
 Liberi arbitrij concursus quomodo inueniantur in prædestinationis obiecto & effectu. 586.2.12  
 Liberum arbitrium Deus expectat. 331.1.15  
 Liberum arbitrium propriè & in rigore esse instrumentum Dei ad opera supernaturalia. 335.2.sect.2  
 per Liberum arbitrium bono facit vt ipse conuertatur ad Deum. 346.1.14  
*Lis.*  
 Lis prædestinationis effectus. 230.2.3  
*Longanimitas.*  
 Longanimitas Dei. 457.1.20  
*Lotio.*  
 Lotio & mundatio. 313.1.6  
 Vide *Lucidum presbyter.* 38.1.init.  
*Ludus.*  
 Ludi puerilis similitudo. 464.2.sect.2  
*Lumen.*  
 Lumen rationis naturalis. 648.1.9  
*Lutherus.*  
 Lutheri error circa prædestinationem & reprobationem. 37.2.3  
*Lutum.*  
 Luti analogia.  
 M  
*Magister.*  
 Magister sine Dei gratia nihil valet. 467.2.8  
 Magistri prædestinationis effectus. 230.2.3

*Malitia, Malum, Malus.*  
 Malitia ex obiecto. 253.2.4  
 Ex ingratitude. 154.1.init.  
 Malum pœnæ, & culpæ differunt. 495.2.5  
 Mali permissio ob maius bonum. 19.2.7  
 Mali permissio quomodo supernaturalis. 24.2.1  
 Mali à bonis differunt. 447.2.23  
 Malorum ruinæ permissio. 572.2.4  
 Malos prædestinari ad pœnam. 5.2.12  
*Mandatum.*  
 Mandatorum obseruantia. 259.1.9  
*Manichæi.*  
 Manichæorum error circa causam prædestinationis & reprobationis. 37.2.1  
 Vide  
*Manna.* 235.2.9  
*Mansio.*  
 Mansionu diuersitate quid significetur. 584.1.10  
 Mansionum multitudo præparata à Deo. 12  
*Martyrium.*  
 Martyrium remedium pueri. 555.1.10  
 ad Martyrium datur sufficiens auxilium vrgente persecutione. 542.1.16  
*Massilienses.*  
 Massiliensium error. 92.2.5  
*Mater.*  
 Matris Dei dignitas à Virgine obtenta per meritum de congruo. 120.1.8  
*Materia.*  
 Materia de qua quis gloriatur. 369.1.16  
*Matrimonium.*  
 Matrimonium in statu innocentie. 135.1.11  
 in Matrimonio cōtrahēdo motiua varia. 135.2.16  
*Medici.*  
 Medici spirituales spem erigunt. 393.2.17  
*Medium.*  
 Media quomodo moueant. 33.1.9  
 Qua ratione amentur. 10  
 Media vult Deus ex efficaci intentione finis. 118.1.7  
 Media eligendi ordo congruentior. ibid.2.10  
 Media quæ Deus præfinire nequeat. 128.1.4  
 quomodo velit Deus Media ad paruulorum salutem. 559.2.19  
 Media prædestinationis determinatè sunt illius effectus. 583.1.1  
 Media prædestinationis præcipua quæ. 2  
 Media reprobationis certa quæ. 588.1.10  
 quæ collatio Mediorum omnibus hominibus generalis. 560.1.21  
 Mediorum volitio. 643.2.6  
*Melancthon.*  
 Melancthonis error circa prædestinationem, & reprobationem. 37.2.3  
*Membrum.*  
 Membrorum gloria, est gloria capitis. 367.1.10  
 Membrorum Christi mensura ab ipso præscripta. 583.2.6  
*Mens.*  
 Mentis cæcitas. 421.1.4  
*Mensura.*  
 Mensura in propriis laudibus tenenda. 377.2.17  
 Mensura membrorum Christi ab ipso præscripta. 583.2.6  
 Qualis ea sit. 7  
 Mensura gloriæ accidentalis certa. 584.2.1  
 Mensura gratiæ & gloriæ qua ratione prædefinita. 585.1.3  
 Mensura hominum non est æqualis mensuræ Angeli. 5  
 Mensura

Index Rerum & Verborum.

*Mensura peccatorum & pœnarum prædefinita quantum ad terminum magnitudinis, & quomodo.* 588.1.9  
*Merces.*  
 Merces secundum laborem. 584.1.14  
*Meritum.*  
 Meritum non est necessarium prius actu existere, quàm præmium. 49.2.10  
 Meritum Christi D. 138.2.18  
 Meritum de condigno. 201.1.4  
 De congruo. 5  
 Meritum, donum Dei. 259.1.13  
 Meriti principium non cadit sub meritum, axiomata Theologorum. 50.1.15.55.2.15  
 Merita conditionaliter futura non imputari. 50.1.init.  
 Merita à Deo tribui. 68.2.18  
 Mortificata reuiuiscunt. 223.1.2  
 Merita ad gloriam non dantur post mortem. 547.2.8  
 Merita Christi D. sufficientia. 556.2.9  
 Effectus prædestinationis. 625.2.4  
 Reprobationis negatiuæ causa per accidens, & quomodo. 639.1.8  
 propter Christi Merita tam in veteri, quàm in noua lege omnibus oblata est sufficientium auxiliorum copia. 488.1.1  
 Meritorum præuio supponit electionem. 108.2.7  
 Meritorum reuiuiscencia. 138.2.init.  
 nemo præter Christum D. alteri Meretur nisi de congruo. 641.1.10  
*Metus.*  
 Metus amittendi coronam salutaris. 585.2.3  
*Ministri.*  
 Ministri Ecclesiæ operantur mira. 545.1.8  
*Miraculum.*  
 non est Miraculum interius Deum supernaturalium mysteriorum notitiam præbere. 533.1.22  
 non est Miraculum quod est necessarium ad finem supernaturalis prouidentie. 533.1.23  
*Misericordia.*  
 Misericordia, pro prædestinatione. 13.1.4  
 Misericordia in electione. 73.1.6  
 Misericordia Dei maior erga prædestinatos, quàm erga reprobos. 115.1.12  
 Misericordia in prædestinatos. 186.1.2  
 in reprobos. ibid.  
 Misericordia Dei. 555.1.init.  
 Misericordia diuina quid regulariter faciat. 595.1.4  
 Misereri, pro prædestinare. 165.2.2  
*Missæ.*  
 Missa defunctorum. 649.1.6  
*Missio.*  
 Missio Christi D. 626.1.7  
*Modus.*  
 Modus, quo prædestinatio causat suos effectus. 247.2.1  
 Modus, quo Deus adiuuat à nobis. 254.2.4  
 Modus perfectus prouidentie Dei gloriam exaltat. 359.2.30  
 Modus quo adipiscenda perfectio. 546.1.9  
 Modus eligendi ad determinatum gradum gratiæ & gloriæ optimus. 584.2.18  
 Modus suadendi Deo notus. 610.1.init.  
 Modus prouidentie Dei altissimus. 614.2.2  
*Momentum.*  
 Momentum quid apud Patres. 542.2.2  
*Ruiz de Prædestinatione.*

*Mores.*  
 Mores & ingenia iuuant ad gratiam. 234.1.17  
*Mors, Mortuus.*  
 Moriendi necessitas. 133.1.1  
 Morienti in peccato profunt minimè suffragia viuorum. 594.2.2  
 multi Moriantur in statu peccati. 592.1.8  
 Moribundi Hieronymi tremenda verba. ibid.2.15  
 Moribundo quàm difficile sit elicere attritionem. 591.2.5  
 Moribundis quid suggerendum. 595.2.9  
 Mors opportuna prædestinationis effectus. 238.2.12.405.2.10  
 Mors Christi D. 415.1.15  
 Mors prædestinati. 612.2.16  
 Reprobi. ibid.  
 Mors temporalis cum dedecore à Paulo & Moyse desiderata. 653.2.8  
 Mortis cæcitas. 507.2.3  
 Mortem æternam omnes fugimus. 5.2.19  
 Mortem Deus ordinat occulto iudicio. 93.2.12  
 Mortem differentibus periculum condemnationis ex Scriptura. 593.2.init.  
 Mortuorum suscitatio. 313.2.9  
*Motuum, Motor, Motus.*  
 Motuum ad prædestinandum. 43.1.1  
 Motor primorum actuum Deus est. 328.1.14  
 Motus idem quod actio. 259.2.init.  
 Motus magis principali causa, quàm instrumento tribuitur. 335.1.21  
 subiti Motus sensualitatis in pœnam originalis. 539.1.21  
 Moueri, genus causandi moraliter. 630.1.11  
*Moyse.*  
 Moyse faciens miracula in Ægypto. 532.1.15  
 Moyse quid petierit dicendo, *dele me*, &c. 646.1.7  
 Moyse desiderium pro salute populi. 651.1.6  
*Multitudo.*  
 Multitudo paruulorum quàm maxima. 588.2.5  
 De adultis sentiendum. 6  
 Multitudo prædestinatorum copiosissima secundum se. 588.1.1  
 Multitudo purorum morientium ante vsum rationis. 589.2.14  
*Munus.*  
 Munus Redemptoris. 636.2.2  
*Musica.*  
 Musicæ voluptas. 236.1.11  
 N  
 Athanaëlis laus. 363.2.2  
*Natura.*  
 ipsa Natura non procurat suam salutem sine intermissione. 539.1.20  
 Naturæ Angelicæ excellentia. 569.1.11  
*Nazianzenus.*  
 Nazianzenus defenditur. 269.2.6  
*Necessarium, Necessitas.*  
 Necessarium quod sæpe accidit. 507.2.4  
 Necessitas consequens. ibid.1.2  
 Necessitas ex libero alicuius finis amore proueniens. ibid.  
 Necessitas, pro difficultate. 3  
 Necessitas moralis. 4  
 Necessitas ex propensione vehementi. ibid.  
 Ex diuturna consuetudine. ibid.  
 Ex defectu proximæ potentie. 508.1.5  
 L L I 2 Ne

*Index Rerum & Verborum.*

Necessitas moralis non omnibus hominibus ad perseverandum. 566.1.6  
*Negatio.*  
 Negatio prædestinationis quomodo permaneat. 150.2.5  
 Permanet in præcitis quando sunt in gratia. 7  
 Est effectus originalis. 151.1.8  
 Negatio est causa negationis, axioma Philosoph. 450.1.3  
 Negatio congruentis auxiliij. 508.1.5  
 Negligentia magnum ruinæ periculum. 512.1.1  
*Nomen.*  
 Nominum voluntatis antecedentis & consequentis qui primi authotes. 121.1.17  
*Notitia.*  
 Notitia Dei qualis. 580.2.1  
 Notitiâ veri Dei disseminandi occasio. 532.1.17  
*Nox.*  
 Nox idem ac mors. 547.2.6  
*Nuditatis.*  
 Nuditatis turpissima apud Deum. 365.2.11  
*Nullus.*  
 Nulli remedium nisi per fidem. 557.1.13  
*Numerus.*  
 Numerus hominum salvandorum maior, quam Angelorum qui ceciderunt. 574.2.13  
 Numerus hominum prædestinatorum soli Deo notus. 575.1.17  
 Numerus prædestinatorum certus ex fide. 579.1.1  
 Numerus prædestinatorum etiam materialiter certus Deo. 579.2.10  
 Numerus prædestinatorum per electionem merè gratuitus. 581.1.7  
 Numerus prædestinatorum quos amplectatur. 581.2.13  
 Numerus reproborum quomodo prædefinitus. 588.1.17  
 Numerus feminarum prædestinatarum maior quam virorum. 595.2.1  
 Numerus feminarum maior communiter quam virorum. 596.1.7  
 Numerus prædestinatorum formalis & materialis diuinæ præscientiæ certissimus. 579.1.4  
 Numerus prædestinatorum quis. 632.2.21.643.2.4  
 Quid negauerint Massiliensis circa certitudinem Numeri prædestinatorum. 580.1.15  
 Numeri prædestinatorum certitudo ex præscientiâ conditionata potissimum. 582.1.1  
 eiusdem Numeri certitudo quantum ad excludendum augmentum, vel diminutionem diuersa, & in quo. 582.1.2  
 Numeri certitudo nõ repugnat libertati. 585.2.4  
 Numeri formalis & materialis certitudo ex vi prædefinitionis. 587.1.2  
 ex Numero prædestinatorum nemo perit. 73.1.17  
 Numerum virorum & mulierum non est verissime esse æqualem. 135.1.12  
 certum esse Numerum prædestinatorum, ac non salvandorum ex vi prædefinitionis non tutus loquendi modus. 579.2.6  
*Nutritus.*  
 Nutritij prædestinationis effectus. 230.2.3

*Obduratio, Obduratus.*  
 Obduratio quodammodo effectus reprobationis. 392.83

Obduratio, in potestate obdurati. 502.1.1  
 Obduratio in actu primo & secundo. ibid.  
 Obdurati qui. 162.2.28  
 Tenentur præcepto pœnitentiæ. 503.1.8  
 Obduratorum status. 508.1.7  
*Obeundi verbum.*  
 Vide 83.1.26  
*Obiectum.*  
 Obiectum formale mouet supernaturale virtutem liter cognitum. 526.1.1  
 Obiectorum, intellectuum & volitionum ordo quis. 311.1.12  
*Obligatio.*  
 Obligatio præcepti. 482.1.2  
 Obligatio duplex in iustis. 550.1.1  
 Obligatio proficiendi quo gradu omnibus Christianis conueniat. 552.2.20  
 Obligatio propriæ & impropiæ sumpta. 553.1.4  
*Observantia.*  
 Observantia mandatorum, opus Dei. 259.1.9  
 621.1.10  
*Obstinatio, Obstinatus.*  
 Obstinatio pœna permessa. 616.1.14  
 Obstinatio remotio quomodo. 615.2.13  
 Obstinatus essentialiter repugnat. ibid.  
 Non accidentaliter. ibid.  
*Odiu.*  
 Odium peccatorum quomodo in Deo. 20.2.1  
 Odio habere, quid. 61.2.17  
 Odiu habere, pro reprobare. 166.2.17 & seq.  
*Omnipotencia.*  
 Vide 186.1.4  
*Operatio.*  
 Operari vt velimus, quid. 298.1.12  
 Operandi potestas libera ad humilitatem nostram proficit. 360.2.9  
 non Operandi potentia, sed actualis operatio præcipitur. 482.1.3  
 Operatio Dei gratuita. 571.2.14  
 Operationes supernaturales dona Dei. 219.2.12  
 singulas Operationes liberas Deus prædefiniuit. 219.1.7  
 Operationes inter gratiæ gratum facientis, & gratis datæ discrimen. 540.2.2  
 Operationes diuinæ immanentes. 642.1.1  
 inter Operationes diuinas aliquando dependentia mutua. 642.2.3  
*Opus.*  
 nullum Opus per solas vires naturæ potest esse causa prædestinationis. 42.1.7  
 Opus bonum, nostrum, ac nobis proprium, supposita diuina gratia. 251.2.1 & seqq.  
 nullum boni Operis initium propriis viribus adscribendum. 269.1.17  
 Operis mali initium ab homine. 426.1.4  
 filius prodigus, Luc. 15. probat liberam possibilitatem actualiter Operandi. 427.1.17  
 Opera quæ fieri possunt per vires naturales non disponunt sufficienter ad gratiam. 41.1.8  
 Non merentur de condigno gratiam auxiliatricem, neque gratiam iustificantem. 9  
 Opera bona sunt id, a quo pender prædestinatio. 221.2.8  
 Opera gratiæ gratis datæ, & gratiæ gratum facientis supernaturale auxilium requirunt. 424.1.1  
 Opera

*Index Rerum & Verborum.*

Opera pietatis per auxilia gratiæ sunt in manu cuiusque. 424.1.1  
 bona Opera in nobis sunt. 432.1.8  
 bona Opera maculata venialibus. 553.1.4  
 Opera supererogationis vocationem magis certam faciunt, & quomodo. 586.2.14  
 Opera pietatis quomodo prædefinita. 608.2.14  
 bonorum Operum causa principalis quæ. 257.1.19  
 Operum duo genera. 290.1.9.356.2.5  
 Operum præteritorum obliuio. 392.1.6  
 ad Opera pietatis, Dei & liberi arbitrij concursus requiritur. 292.2.8  
 ad Opera consilij transeuntia ad præceptum, auxilium sufficiens nunquam deest. 542.1.13  
 ad Opera mera consilij aliquando datur auxilium sufficiens. 542.1.17  
 ad Opera magna perfectionis plurimi egent auxilio sufficienti. 542.2.18  
 ad Opera supernaturalia requiritur auxilium gratiæ. 543.2.10  
*Opportunitas.*  
 Vide 232.1.1  
*Oratio.*  
 Oratio ex se ordinatur ad salutem. 172.2.17  
 Oratio Stephani pro Paulo. 629.2.9  
 Oratio Christi D. pro Petri fide. 631.1.7  
 Pro crucifigentibus. ibid. 2.10  
 Orationis proprius effectus probat indifferentiam arbitrij, vt secundariò se determinet. 385.1.17  
 Orationis quidditas. 636.2.3  
 Orationis propriæ vis. 640.1.3  
 Orationes vnius Sancti prædestinationis effectus. 242.1.2  
 Oraciones Sanctorum quid impetrent, & mereantur. 631.1.8  
 Oraciones Christi D. causa meritoria etiam in particulari. 634.1.4  
 Oraciones Ecclesiæ. 637.1.6  
 Oraciones quomodo profunt in fontibus. 561.2.13  
 Orandi necessitas. 85.1.16  
*Orbis.*  
 Orbis occidentalis habitatores primi ex antiquo orbe migrarunt. 533.1.21  
*Ordo.*  
 Ordo intentionis & executionis in actionibus diuinis. 31.2.15  
 Ordo volitionum Dei plerumque diuersus à rerum ordine. 122.2.20  
 Ordo inrentionis & executionis non distinguitur in Deo. 124.1.20  
 Ordo executionis ordini intentionis contrarius. 126.2.14  
 Ordo prioritatis inter prædefinitionem numeri formalis & materialis. 582.1.3  
 Ordo hierarchicus. 638.1.4  
 Ordo diuinæ cognitionis & volitionis cum rebus extrinsecis quis. 642.2.5  
 Ordinem causarum naturalium Deus suauiter gubernat per causas liberas. 163.2.8  
 Ordines prædestinationis duo. 579.2.8  
 Ordines executionis & intentionis. 642.2.4  
 Ordinari ad gloriam Christo D. dantur. 76.1.5  
*Origenes.*  
 Origenes errat circa discrimen prædestinatorum, ac reproborum. 38.2.10  
 Errat circa animam rationalem. 39.1.14  
*Ruix de Prædestinatione.*

In multis non sibi constat. 17  
*Os.*  
 Os instrumentum Doctoris. 333.2.6  
*P*  
*Palmas.*  
 Palmas in vite permanens ad ferendum fructum aliquid confert. 310.1.29  
*Parabola.*  
 Parabola cogentium pauperes & cæcos. 72.1.7  
 Sinapis. 298.1.11  
 Talentorum. 550.2.3  
 De inuitatis ad nuptias. 590.2.9  
 Virginum. 593.2.25  
 Parabola decem Virginum quid significet. 595.1.7  
*Parentes.*  
 Parentes prædestinationis effectus. 230.2.3  
*Pars.*  
 Pars vtilis toti. 627.1.6  
*Parfimonia.*  
 Parfimonia ad orationem vtilis. 235.2.7  
 cur Deus populum ad Parfimoniam compulerit. 8  
*Partialitas.*  
 Partialitas in genere causæ particularis, & in genere efficientis vt sic. 295.2.17  
 Partialitatis ratio specialis Deo competit. 295.1.11  
*Paruulus.*  
 Paruuli an reprobentur ante præuifam negationem Baptismi, & mortem. 163.1.1  
 Paruuli ab adultis differunt. 444.1.4.558.1.5  
 Paruuli nullam suæ salutis impedimentum apponunt. 557.2.17  
 qui Paruuli habeant remedium in voluntate aliena. 17  
 Paruulorum diuersitas. 106.1.1  
 Prædestinatio. ibid. & seqq.  
 Paruulorum reprobationis causa parentum demerita. 163.1.3  
 peccatum originale esse causam communem reprobationis Paruulorum. 5  
 in Paruulorum reprobatione nulla causa discriminis. 163.2.6  
 Paruulorum mors. 259.1.13  
 Discrimen ex voluntate Dei. 554.2.6  
 Dependentiâ à tutoribus & aliis. 556.1.8  
 quomodo velit Dominus media ad Paruulorum salutem. 559.2.19  
 Paruulorum quàm maxima multitudo. 588.2.5  
 Reputatio. 641.2.5  
 Paruulis, morientibus ante rationis vsum, vt prædestinentur, nulla possibilis est causa, ex parte illorum existens. 48.1.22  
 quatuor rationes facilius negando prædestinationem Paruulis. 164.1.17  
 Paruulis sufficientiæ gradus varij. 555.2.4  
 Paruulis in vtero morientibus auxilium quod. 556.1.9  
 Paruulis non datur auxilium plene sufficiens in voluntate aliena. 557.1.15  
 de Paruulis saluandis voluntas Dei. ibid. 2.2  
 pro Paruulis orandum. 558.1.17  
 de Paruulis occidendum præceptum Dei. 559.1.13  
 Christus D. voluit Paruulis sufficiens remedium esse voluntate diuina, sed non plena. 560.2.4  
 pretium Christi pro omnibus Paruulis. 560.2.6  
 L L l 3 ex

*Index Rerum & Verborum.*

ex Paruulis maior pars prædestinatorum. 589.  
2.16  
erga Paruulos Dei beneuolentia. 501.1.10  
Paruulos plurimos interire sine Baptismo ab-  
que culpa parentum. 554.1.2  
circa plurimos Paruulos non datur remedium  
proximè sufficiens. 558.2.8  
circa Paruulos voluntas Dei consequens. 559.  
1.16  
Vide *Infans.*  
Vide *Passio.* 235.1.3.4  
Pater Filio prædestinatos dat. 71.1.1  
Patris tractio non imponit antecedentem neces-  
sitate. 280.1.13  
Patres solas Incarnationis circumstantias me-  
ruerunt. 55.2.16  
Patrum existimatio. 468.1.14  
Patribus cum modestia gloriari licitum. 368.  
2.9  
Vide *Patientia.* 186.1.3  
Patientia Dei. 457.1.20  
Patria. *Patria.*  
Patria prædestinationis effectus. 230.2.3  
*Patriarcha.*  
Patriarchæ propter Christi D. meritum iustifi-  
cati. 55.2.15  
*Pauca.*  
Pauca prædestinatorum confirmatur ex arca  
Noe. 594.1.1  
Ex intransibilibus terram promissam. 3  
Pauca rectè viuunt. 5  
*D. Paulus.*  
Paulus de sua prædestinatione certus. 587.1.  
16  
Pauli humilitas. 545.2.3  
Optantis anathema esse genuina expositio.  
587.1.17  
*Paupertas.*  
Paupertas prædestinationis effectus. 230.2.3  
*Pax.*  
Pax effectus prædestinationis. *ibid.*  
*Peccatum, Peccator.*  
Vide 394.1.1  
Peccatum primum quo sine permissum. 23.2.5  
Peccatum præuidetur ante voluntatem repro-  
bandi. 101.2.3  
Peccatum Adami quale posteris in statu innocen-  
tiæ. 133.1.17  
Peccatum reprobationis negatiua causa. 155.1.  
14  
Peccatum Deo non intenditur. 170.1.1  
Peccatum peccati solum malum est. 190.1.7  
Peccatum in quantum est pena peccati, an sit  
effectus reprobationis. 394.2.6  
Peccatum alterius peccati pena dupliciter. 395.  
1.7.9  
Peccatum monstrum est. 396.2.10  
Peccatum, in quantum est pena peccati, est effe-  
ctus reprobationis. 398.1.19  
Propter quodcumque peccatum potuit Deus  
quosque reprobare. 641.2.2  
Peccatum neque mortale, neque veniale est cau-  
sa reprobationis. 157.2.18  
Nec personale, quod dimittendum est repro-  
bo, neque finale. *ibid.*  
Nec finale, nec præuisum sub ratione peccati  
abstrahendo à substantia finalitatis, ne-

que præuisum sub formalitate finalitatis.  
*ibid.*  
Peccatum mortale summum malum. 187.2.7  
Peccatum primum quo sine permissum. 23.2.5  
Peccatum originale remouetur misericordiam.  
128.2.10  
Non est causa simpliciter necessaria reprobationis  
negatiua. 141.2.12  
Est reprobationis negatiua causa. 145.1.16  
Non est causa discriminis. 142.2.1  
Esse reprobationis causam reprobis nunquam  
iustificandis. 143.2.1  
Esse causam reprobationis positiua. 3  
Potuit Deus remedium originalis negare. 145.  
1.14  
Peccatum originale originans se solo reprobationis  
causa. 147.1.3  
Originatum quorundam hominum reprobationis  
causa. 4  
Peccatum originale nulli hominum causa reprobationis.  
*ibid.* 2.1  
Non est causa reprobationis positiua. 149.1.5  
Est causa reprobationis per accidens, & remouetur  
iis, quibus renouitur. 151.1.11  
Peccatum originale non solum culpa, sed etiam  
pena æqualiter remittitur omnibus infantibus  
per Baptismum. 153.1.12  
Peccatum originale & personale differunt. *ibid.*  
2.17  
Peccatum originale causa negandi gratiam, &  
originalem iustitiam. 163.1.1  
Reprobationis causa. 399.2.5  
Peccatum personale nulli causa reprobationis  
negatiua. 157.1.17  
Reprobationis punitiua, & obdurationsis causa.  
160.1.1  
Vt futurum cognitum, reprobationis punitiua  
causa. *ibid.* 2.6  
Vide 642.1.6  
Peccati actiones materiales. 28.2.9  
Peccati originalis præscientia requisita ad præ-  
destinationem & reprobationem. 137.2.13  
Peccati originalis reuoluntaria. 153.2.1  
nullus tenetur petere Peccati sui permissionem.  
172.1.13  
Permissio peccati quæ contineat. 173.2.2  
non est dicendum reprobos ad permissionem  
Peccati prædestinati. 3  
Peccati permissio utilis ad virtutem. 225.2.3  
Peccati originalis permissio effectus prædestina-  
tionis vagæ. 224.2.5  
quo pacto prædestinuerit Deus permissionem  
Peccati finalis. 587.2.3  
Peccati mortalis pena. 615.1.6  
Peccati originalis præcognitio. 638.2.8  
Peccati detrimentum. 653.1.4  
Peccata non sunt prædestinata. 4.1.1  
Peccata personalia immanentis uolitionis causa.  
161.1.1. *ibid.*  
Supponuntur præcognita in decreto. 10  
Peccata execrationis causa. 14  
Propter præcedentia peccata contrahitur execra-  
tio in actu primo. *ibid.* 2.16  
Peccata pertinent ad ordinem gratiæ, & qua ratione.  
169.1.1  
Peccata non sunt effectus prædestinationis. 224.  
1.1  
Neque eorum materialis entitas. *ibid.*  
Peccata reprobatorum, & bona, quæ ex illis colliguntur,  
effectus prædestinationis. *ibid.* 2.6  
Peccata

*Index Rerum & Verborum.*

Peccata peccatorum poenæ. 397.1.14  
Per Dei gratiam omnes peccata mortalia vitare  
possumus. 490.1.8  
Omnia venialia vitare impossibile. 10  
Peccata quanta diligentia vitanda. 529.2.9  
Peccata populi quantum damnum afferant. 541.  
2.10  
Venialia à solo Deo mundantur. 548.2.14  
Mortalia libera quæ. 613.2.4  
Peccatorum odium Deo propriè conuenit. 20.2.  
1.1  
Secus eorum Angelorum & hominum, qui  
reprobi sunt, etiam pro tempore, quo sus-  
tinent poenas inferni. *ibid.*  
Peccatorum, quæ committuntur à prædestina-  
tis, permissio effectus prædestinationis. 224.  
2.7  
Peccatorum venialium periculum. 569.1.8  
Peccatorum & poenarum mensura prædefinita  
quantum ad terminum magnitudinis, & quo-  
moda. 588.1.9  
Eorum quantitas Deo certissima. 10  
Peccatorum scientia conditionalis. 614.1.7  
Peccator in morte non relinquit, sed relinquitur  
à peccatis. 542.1.1. *ibid.*  
Peccatores, prædestinati ad fidem. 6.1.1  
Peccatoribus nihil requisitum ad actualem im-  
pletionem præcepti deest. 483.2.2  
*Pelagius.*  
Pelagij errores circa necessitatem gratiæ, & cau-  
sam prædestinationis. 39.1.1  
Alius circa locum Apostoli Rom.9. 269.1.1  
*Pentecostes.*  
in die Pentecostes erant in Ierusalem ex omni na-  
tione. 533.1.1. *ibid.*  
*Penuria.*  
Penuria prædicationis abundantioris. 529.1.3  
*Peregrinatio.*  
Peregrinatio Abrahami. 532.2.19  
*Perfectio, Perfectus.*  
Perfectionis adipiscendæ modus. 546.1.9  
magis Perfecti melius vident suas imperfectiones.  
549.1.19  
*Periculum.*  
Periculum peccatum veniale. 569.1.8  
Pericula erroris & deceptionis. 375.1.5  
Pericula externa quantum mentem absorbeant.  
591.2.4  
*Periodus.*  
Periodus viæ in hominibus & Angelis. 567.2.16  
*Permissio.*  
Permissio quorumlibet impedimentorum accre-  
scendi meritis, & gloria, quodammodo effe-  
ctus prædestinationis. 229.1.3  
Permissio peccati originalis. 399.1.1. *ibid.* 5  
An sit effectus reprobationis. *ibid.* 2.4  
Permissio permanentiæ in originali. 400.1.8  
Permissio originalis effectus reprobationis va-  
gæ. 9  
Permissio peccati personalis. 401.1.1. *ibid.* 1  
An sit effectus reprobationis. *ibid.* 1  
Permissio primi peccati personalis, non est re-  
probationis primitiua effectus. 402.2.14  
Est effectus reprobationis negatiua. 15  
Est à Deo volita. 16  
Permissio primi peccati effectus reprobationis  
negatiua à gratia, & à gloria. 403.1.18  
Permissio ruinæ malorum. 572.2.4  
Permissionis acceptio. 169.1.14

*Perseuerantia.*

Vide 261.2.8. 572.2.2  
Perseuerantia medium est ad obtinendum pro-  
positum, apud August. 93.2.7  
Perseuerantia & mors ex intentione gloriæ de-  
cernuntur. 9  
Perseuerantia negatur in poenam peccati. 171.  
2.7  
Perseuerantia potissimum prædestinationis effe-  
ctus. 222.1.5  
Perseuerantia, opus Dei. 259.1.9  
Perseuerantia hominis & Angeli quid differat.  
566.1.1. 571.1.12  
Perseuerantia gratiæ beneficium etiam in Ange-  
lis. 571.2.16  
Perseuerantia procuranda. 599.1.18  
Perseuerantia quomodo in potestate prædestina-  
ti. 601.1.1. *ibid.*  
Perseuerantia reprobi quomodo possibilis. 616.  
2.20  
Perseuerantiæ præuisio non est ratio prædesti-  
nandi. 78.2.12  
Perseuerantiæ donum quibus præparatum. 79.  
2.22  
donum Perseuerantiæ indebitum. 152.2.10  
Perseuerantiæ possibilitas. 616.2.21  
Incertitudo. 618.2.8  
Perseuerantiam iustus sibi & aliis mereri potest  
de congruo. 120.1.9  
ad Perseuerantiam medium quod. 570.1.4  
Finis quis. *ibid.*  
Perseuerandi auxilium. 566.1.8  
ad Perseuerandum speciale auxilium gratiæ. 222.  
2.7  
necessitas adiutorij Dei ad Perseuerandum. 566.  
2.10  
*Persona.*  
Persona sola prædestinata propriè dicitur. 7.1.13  
Personæ diuinæ quantum ad perfectiones in-  
creatas sunt incapaces prædestinationis. 7.2.  
15  
*Perspicacitas.*  
Perspicacitas intellectus æterni. 617.1.26  
*Petitio.*  
Petitio actus orationis. 385.2.6  
quod Petitur ab hominibus, etiam à Deo petitur.  
386.1.10  
*Pharao.*  
Pharao & Ægyptij. 504.1.1  
*Philosophus.*  
Philosophorum virtutes. 200.1.33  
*Phrenesi.*  
Phrenesi præoccupati. 591.2.4  
*Pietas.*  
Pietatis opera quomodo prædefinita. 608.2.14  
*Pigritia.*  
Pigritia humana. 545.2.3  
*Pœna.*  
Pœna æterna positiua volita in reprobatione.  
173.2.1  
Pœna effectus reprobationis. 174.1.2. 400.1.1  
Pœna præcisa à culpa. 189.2.1  
Pœna damni. 401.1.1. *ibid.*  
Pœna æterna. 400.2.3  
Temporalis. 4  
non sola Pœna reprobationis effectus. 5  
sola Pœna sensus propriè reprobationis effe-  
ctus. 6  
Pœna iusta peccatori obliuio de Deo dum viuunt.  
592.2.13



*Index Rerum & Verborum.*

Pœna præsumptuosi.	618.1.6	stram conducit.	360.2.9
ad malum Pœnæ prædestinari reprobos.	173.2.1	Ad humilitatem peccantium requisita.	361.1.14
ratio Pœnæ quodammodo reprobationis effectus.	395.1.9	Potestas indifferens torquere damnatos.	365.2.10
Diminuit malitiam.	396.2.8	Potestas virorum in scæminas.	596.1.5
Minuit libertatem.	9	Multi illarum corruptores.	ibid.
Culpæ admixta secundum quid.	10	Potestas Dei.	599.3
Pœnæ malum.	495.2.5	Humana.	600.1.10
Pœnam cur velit Deus.	174.1.3	Reprobi secundum quid.	602.1.6
aliquam Pœnam intra essentiali peccati malitiam continendi est reprobationis effectus.	396.1.5	Reprobi ad consensum.	617.1.11
Pœnæ peccati mortalis.	615.1.6	libera Potestate sublata quilibet iustus postergloriati.	360.2.12
<i>Pœnitentia.</i>		<i>Præceptum.</i>	
Pœnitentia in toto vitæ tempore possibilis.	429.2.11. & seqq.	Præceptum Dei obligat orare pro cunctis hominibus.	193.2.12
Pœnitentia Syriorum & Sidoniorum.	469.1.2	Præceptum conuersionis quando & quomodo vigeat.	543.1.5
Pœnitentia actualis donum Dei.	470.1.7	Præceptum Dei de occidendis paruulis.	559.1.13
vera Pœnitentia vix, aut ratè contingit eam differentiis vsque ad mortem.	592.1.10	Præcepti obligatio.	482.1.2
Pœnitentia in morte valde suspecta.	ibid.2.16	Præcepti naturalis colendi Deum difficultas maxima.	520.1.15
negatio Pœnitentiæ præcisa à culpa, reprobationis effectus.	399.1.6	Præcepta legis V. obseruatu facilia.	488.1.2
Pœnitentiæ actualis donum Galilæis daretur, si ipsi voluissent.	470.1.8	Præcepta adimplendi difficultas.	520.1.15
Plurimi non habent Pœnitentiæ locum propter subitam mortem.	591.2.2	Præceptorum materia & forma.	483.2.1. & seqq.
fictæ Pœnitentiæ multorum periclitantium iudicium.	592.1.6	quod Deus Præcipit, directè vult.	559.1.13
multæ Pœnitentiæ conditiones.	618.1.7	quod Præcipitur debet esse possibile.	483.2.1
Pœnitentiam Deus non agit propriè.	586.1.9	id Præcipitur, cuius impletio est meritum, & cuius violatio est culpa.	484.1.7
Pœnitentiam ad mortem differentes innumeri decepi.	593.1.17	<i>Præcognitio.</i>	
Pœnitere Deo repugnat.	578.1.13	Præcognitio peccati originalis.	638.2.8.643.1.2
<i>Pompeius.</i>		<i>Prædestinatio.</i>	
Vide	532.1.18	Prædestinatio, pro prædestinatione.	4.1.2. & seqq.
<i>Pontifex.</i>		Prædestinatio diuina de oratione Christi.	634.1.7
summus Pontifex habet vberius auxilium.	542.1.11	Non obstat Christi D. libertati.	634.2.9
<i>Populus.</i>		Prædestinationis possibilitas.	605.2.7
Vide	505.2.10	<i>Prædestinatio, Prædestinatus.</i>	
Populus Israël cur electus, & reprobatus.	89.2.5	Prædestinatio vnde.	3.1.1
Populus Dei cum remotissimis nationibus fœdera copulauit.	532.2.19	Prædestinatio ab æterno.	4.1.8
Populi peccata quantum damnum afferant.	541.2.10	Prædestino & destino differunt.	ibid.
<i>Possibile, Possibilitas.</i>		Prædestinatio de eo qui nondum est.	ibid.
Possibile absolute quid.	607.2.9	Prædestinatio abusua, & propria quæ.	9
libera Possibilitas bene operandi.	419.1.1. & seqq.	Prædestinatio de supernaturalibus tantum apud Paulum.	5.1.11. & 6.1.1
Possibilitas proficiendi ex libertate.	549.1.20	Prædestinatio non intelligitur ad peccata.	5.2.15
Ex motione Dei.	ibid.2.22	Intelligitur ad gratiam.	6.1.11
Possibilitas prædestinationis.	605.2.7	Prædestinatio actionem honestam respicit.	6.1.1
Possibilitas physica.	607.2.7	Pro electione ad gratiam.	2
<i>Posteriores.</i>		Prædestinatio de sola persona propriè dicitur.	7.1.13
Posteriores realis liberi arbitrij.	325.2.3	Prædestinatio in propria & rigorosa significatione quid.	16
<i>Potentia.</i>		Prædestinatio in Deo.	ibid.2.1. & 8.1.3
Potentia ordinaria.	46.1.11	Negatur à Ioanne Erigene, sed refutatur.	8.1.2
Potentia circa reprobos ostenditur.	186.1.5	Prædestinatio quid.	5. & 12.2.1. & seqq.
Multipliciter exercetur.	ibid.2.9	Prædestinatio vaga quodammodo necessaria.	8.2.8
Potentia obediens naturalis.	302.1.20	Prædestinatio ab æterno.	ibid. & 9.1.3. & seqq.
Potentia vna atque eadem, quæ bene operari non potest, & quæ deinde potest.	308.2.18	Nihil ponit in prædestinato.	10.1.11
Potentia obediens intelligenti, & volendi.	340.2.6	A præscientia differt.	13.2.8. & seqq.
Potentia diuina.	558.2.11	Prædestinatio & prouidentia differunt.	15.2.1.4
Absoluta.	639.1.1	Prædestinatio pars prouidentia.	15.2.4.5.16.2.10.24.1.12
Potentia laus.	115.2.14	Prædestinatio per imperium.	22.1.9
<i>Potestas.</i>		Prædestinatio ad gloriam & pœnam.	27.2.4
Potestas saluandi.	75.2.1	Prædestinatio ad gloriam probatur.	34.1.5
libera Potestas operandi ad humilitatem non			Præ

*Index Rerum & Verborum.*

Prædestinatio ex quo talis dicta.	36.1.17	Prædestinatio hominum ad reparandas Angelorum sedes à quibus, & quibus rationibus probetur.	573.2.2
Prædestinatio, prudentia circa supernaturalia.	36.1.17	Prædestinatio hominum independens à lapsu Angelorum ex vi præsentis decreti.	575.2.11
Prædestinatio supponit electionem.	18	Prædestinatio Christi D. independens à reprobatione Angelorum.	22
Prædestinatio ad gloriam, & gratiam.	ibid.2.1.37.1.7	Prædestinatio Angelorum dependens à prædestinatione Christi D.	23
Prædestinatio, transmissio.	37.1.9	Prædestinatio Angelorum independens à prædestinatione puri hominis.	576.1.24
Prædestinatio & reprobatio differunt.	43.2.7	Prædestinatio Christi D. prædestinatione hominum absolute prior.	26
Conueniunt.	8	Prædestinatio certissima.	ibid.2.4
Prædestinatio, quoad suum integrum effectum, nullam habet causam ex parte prædestinati.	46.2.8	Prædestinatio præscientia nomine quando significetur.	581.1.5
Prædestinatio ante præuisa merita an colligatur ex verbis Rom.9	61.2.1. & seqq.	Prædestinatio permittit peccatum committi.	585.1.11
Prædestinatio & reprobatio ante opera præuisa docetur.	62.2.5	Prædestinatio ante præuisa merita quomodo intelligenda.	595.1.5
Prædestinatio ante merita probatur.	74.1.13	Prædestinatio simpliciter in potestate Dei.	598.1.7
Prædestinatio perseverantiæ causa.	78.2.14	Prædestinatio ad gratiam & gloriam.	ibidem, 2.11
Prædestinatio agit filios.	84.1.4	Prædestinatio in potestate prædestinati secundum quid.	12
Prædestinatio causa bonorum operum.	93.1.4	Prædestinatio increata.	599.2.1. 602.1.5. 8.624.1.1
Prædestinatio possibilis post præuisa merita de potentia absoluta.	113.2.1	Creata.	598.1.9. & 599.2.2
Possibilis etiam ante præuisa merita.	114.1.3	Prædestinatio & reprobatio iam necessaria.	604.2.17
Prædestinatio paruulorum.	116.1.1. & seqq.	Prædestinatio, an suppositio antecedens, vel consequens.	616.1.17
Prædestinatio possibilis est ante præuisum Baptismum, & mortem.	117.2.2	Prædestinatio causa efficiens.	617.1.24
Prædestinatio vaga independens ab originali.	130.2.5	Prædestinatio ex sola Dei voluntate.	ibidem, 2.3
Prædestinatio & reprobatio singulorum post præuisum originale.	137.1.8	Prædestinatio alterius incerta.	619.1.13
Prædestinatio multorum consequitur finem per media supponentia originale.	138.2.20	Prædestinatio Angelorum.	622.1.4. 623.2.10. 643.2.4
Prædestinatio pendens à peccato originante & originato.	139.1.23	Christi D.	623.1.5
Prædestinatio B. Virginis.	24	Hominum quomodo data gratis Christo D.	636.1.20
Prædestinatio Christi D. nostræ prædestinationis exemplar.	ibid.2.29	Prædestinatio prior reprobatione negativa.	644.1.8
Prædestinatio hominum in statu innocentia.	32	Prior positua.	ibid.
Angelorum.	142.1.19	Prædestinationis acceptiones.	4.1.1. & seqq.
Prædestinatio res gratuita.	151.1.9	Acceptio generalissima.	2
Complectitur omnia, quæ iuuant ad prædestinationem.	159.2.38	Acceptio Græcorum.	5.1.8
Thomistarum opinio.	39	Latinorum.	9
Prædestinatio sibi conficit rationem discriminis.	164.2.4	Finis primarius.	6.1.2
Prædestinatio tota ex voluntate Dei.	164.2.5	Prædestinationis effectus dici possunt prædestinari.	ibid.2.8
Aliquis sine acceptione personarum negatur.	196.1.2	Prædestinationis requisita quæ.	10.2.1
Prædestinatio ante præuisum mortem in peccato mortali.	205.1.1	Prædestinationis vis.	3
Negata ante præuisa opera non affert maiorem rationem tristitia.	ibid.2.4	Prædestinationis actus non supponit gloriam esse absolute futuram, sed potius illam causat.	11.1.5
Maius solatium, & maiorem spem salutis affert.	207.2.19	Nec supponit hominem esse futurum; nec absolute futura illius merita; sed potius causat illa omnia.	ibid.
Prædestinatio ante præuisa opera litteratis, & ingeniosis tradenda.	209.1.1	Prædestinationis subiectum, & obiectum quod.	14.1.1. & seqq.
Prædestinatio prior voluntate creandi.	239.2.1.	Eius effectus quis.	15.1.10. & seqq.
Quomodo causet suos effectus.	247.2.1	Quæ illius efficacia.	ibid.2.1
Prædestinatio ordinum ad gloriam.	562.1.1	Eius species.	16.2.9
Prædestinatio independens ab operibus per vires naturæ.	565.1.11	Prædestinationis nomen creatæ tribuitur.	25.2.3
Prædestinatio ad primam gratiam quæ æqualitate Angelis concessa.	564.1.6	Prædestinationis causa secundum rationem.	27.2.1.2
Prædestinatio Angelorum & hominum differt.	565.2.1	Istius causalitatis modus.	ibid. Præ
Prædestinatio quomodo supponat dilectionem Dei.	572.1.18		
Prædestinatio in statu innocentia ante perseverantiæ præuisam.	ibid.1		

*Index Rerum & Verborum.*

Prædestinationis ad poenam causa ex parte nostra.	4
Ex parte reprobatorum.	28.1.5
Prædestinationis effectus liberi.	7
Prædestinationis ad gloriam causa non datur ex operibus, quæ fieri possunt per solas vires naturæ.	41.2.1
Prædestinationis & reprobationis possibilitas de potentia absoluta.	44.2.3. & seqq.
Prædestinationis creatæ causa ex parte nostra.	46.1.2
Prædestinationis integer effectus quid continet.	47.1.9
Prædestinationis ratione intelligi electionem ad gratiam, & ad gloriam.	56.2.4
Prædestinationis vagæ, & indeterminatæ ratio ex parte Dei.	ibid.
Prædestinationis in particulari non dari rationem ex parte Dei.	5
nullius Prædestinationis ratio ex parte hominis.	57.1.6
Prædestinationis in particulari ratio excluditur.	7
Prædestinationis ratione negata quæ reiiciatur.	ibid.
Prædestinationis negatio probatur.	67.1.7
Prædestinationis certitudo.	70.2.1.1
Prædestinationis diuinæ infallibilitas.	84.1.5
Prædestinationis firmitas.	ibid.2.9
Prædestinationis rationes occulta.	87.1.3
Prædestinationis determinatæ, nec occulta, nec manifesta ratio.	89.1.2
Prædestinationis vagæ rationes occulta.	3
Prædestinationis occulta ratio non latet.	ibid. 2.6
Prædestinationis negatio aliquid boni, & aliquid mali continet.	128.2.8
negatio Prædestinationis partim in poenam originalis remittendi.	150.2.1.1
Prædestinationis modi duo.	ibid.
negatio Prædestinationis per media innocentia.	150.2.4
negatio Prædestinationis non fuit constituta in poenam originalis peccati remittendi.	151. 1.10
delecto originali quo pacto maneat negatio Prædestinationis.	152.2.1.1
nulla causa negandæ Prædestinationis ad gratiam.	155.2.1.7
negatio Prædestinationis ad gratiam & gloriam ante præuisa personalia peccata.	159.2.4.2
Prædestinationis doctrina vera tradenda est.	209. 2.3
Prædestinationis effectus qui.	31.1.11. 211. 2.1
Omnia ad supernaturalem beatitudinem requisita sunt effectus Prædestinationis.	212. 2.6
Non tantum species & rerum genera, sed & quælibet indiuidua Prædestinationis effectus.	7
Prædestinationis effectus conditiones quæ.	ibidem. 1
Prædestinationis causa non est illius effectus.	213.1.4
præcedentia ex generali prouidentia quatenus sint effectus Prædestinationis.	5
beneficia ex præscitis concessa Prædestinationis aliorum effectus.	ibid.2.9
gloria beatitudinis an sit effectus Prædestinationis.	ibid.2.1
An gratia.	215.1.1
An vocatio.	ibid.2.1
Prædestinationis effectus an præparatio Dei.	217.1.1
An actiones supernaturales.	218.1.1
Prædestinationis effectus iustificatio.	221.2.2
Finalitas iustificantis gratia.	222.1.4
Perseuerantia.	5
Remissio poenæ.	ibid.2.8
Quilibet habitus pertinentes ad iustificationem.	9
Augmentum gratia.	223.1.1.1
Iustificatio.	1
Renouiscentia.	3
Permissio peccati originalis.	224.2.5
Peccata reprobatorum, & bona, quæ ex illis colliguntur.	6
Permissio peccatorum, quæ committuntur à prædestinatis.	7
Bona quæ Deus colligit ex peccatis prædestinatorum.	226.2.1
Permissio quorumlibet impedimentorum accrescendi meritis, & gloria.	229.1.3
Actio moraliter bona.	ibid.2.3
Quælibet beneficia naturalia.	230.2.1
Ingenium, iudicium, scientia, prudentia, vel ars, indoles, complexio, valetudo bona, vel mala, patria, parentes, nutritij, educatio, magistri, amici, aut inimici, noti, vel extranei, studia, munera, diuitia, vel paupertas, honor, vel ignominia, concordia, vel lites, bellum, aut pax, vitæ periodus longior, aut breuior, hoc, aut illo termino maturè conclusus.	3
Vocatio exterior.	231.2.10
Congruitas indolis, ingenij, consuetudinis, & liberalium disciplinarum.	232.1.1
Vitæ breuitas, aut longitudo.	237.2.1
Prædestinationis beneficium singulare.	2
Prædestinationis effectus mors opportuna.	238. 2.12
Entitas rerum naturalium.	241.2.3
Res omnes in singulari.	242.1.1.1
Orationes vnus Sancti.	2
Gratia gratis data.	243.1.10
Gratia gratum facientes.	11
Corrigentis operatio.	244.2.1
Prædestinationis increatæ Deus est realiter causa finalis.	246.2.2
Prædestinationis causa ex Adamo.	343.2.8
Prædestinationis & reprobationis exemplum Iacob & Esau.	346.2.7
Prædestinationis & gratia summa laus.	356. 2.4
Prædestinationis causalitas non minuitur.	357. 2.14
Prædestinationis hominum & Angelorum discrimen.	567.1.14
Prædestinationis Angelorum causa.	569.2.1
Prædestinationis effectus quis.	570.1.6. 601. 1.18
Causa exemplaris Christus D.	571.1.11
Prædestinationis Angelorum effectus quis.	572. 2.1
Prædestinationis duplex certitudo.	576.2.1
Errores contra eandem.	2
Prædestinationis definitiones.	578.2.18
Prædestinationis media sunt illius effectus.	583. 1.1.
Quæ illius præcipua media.	2
Præde	

*Index Rerum & Verborum.*

Prædestinationis effectus & media quomodo distinguantur.	583.1.3
Prædestinationis cum perseuerantia coherentia.	596.2.6
Prædestinationis actus increatus à quo determinetur.	597.2.2
Prædestinationis dispositio.	ibid.
Prædestinationis effectus omnes non sunt in potestate prædestinati.	598.1.9
Prædestinationis cum perseuerantia reciprocatio.	599.1.17
Prædestinationis certitudo.	607.2.7
Prædestinationis certitudo vnde.	613.2.2
Prædestinationis reuelatio.	620.1.10
Maximum indicium.	621.1.8, 11
Præcipuum exemplar.	622.2.2
Prædestinationis effectuum causa quæ.	624. 1.3
Prædestinationis Angelorum causa quæ.	637. 2.10
Prædestinationis Angelorum dependentia à meritis Christi D. qualis.	638.2.7
Prædestinationis causa meritoria non datur ex parte nostra.	639.2.8
Prædestinationis Christi D. decretum.	642.2.1
Prædestinationem existere simpliciter liberam.	8.1.6
Prædestinationem ex gratuita benevolentia qui Patres docuerint Latini.	105.2.1
quisque Prædestinationem fieri ante opera præuisa eligeret.	208.1.2.4
ad id eligendum teneretur.	ibid.2.5
inter Prædestinationem hominum quæ prioritas.	643.1.3
nil de Prædestinatione Angelorum ante opera præuisa inuenitur in Scriptura.	564.2.1.1
in Prædestinatione actus voluntatis & intellectus.	577.1.1.1
Prædestinationes Angelorum & hominum concatenatæ mutud.	245.2.1
Prædestinationes Angelorum.	608.2.16
Vide <i>Homo</i> .	
quo actu Deus Prædestinat, eodem destinatur ad determinatam gloriam.	138.1.17
Prædestinare Deo facere est.	62.4
Prædestinare quid.	170.2.1.1
qua ratione Prædestinare sit misereri.	562. 1.2
quænam dicantur Prædestinari.	41.1
Prædestinari ante merita possibile.	53.1.10
non Prædestinari non est in potestate reprobi.	601.2.3
Prædestinandis orandum & bene operandum.	586.2.12
cur maior pars hominum non fuerit Prædestinata.	129.1.12
Prædestinatus non potest perire.	581.2.12
Prædestinatus moribundus in peccato.	608. 1.15
Prædestinatus non deletur quantum ad ipsam rem.	650.1.2
Prædestinati creatio, prædestinationis effectus.	159.2.38
Prædestinati securitas.	580.2.3
Prædestinati mors.	612.2.16
in Prædestinato quadruplex ratio lætitiæ.	182. 1.17
Prædestinati Filio dantur à Patre.	71.1.1
Prædestinati cur factura Dei.	76.2.13
Prædestinati Christo D. similes.	117.1.8
Prædestinati insignes ante præuisa merita.	117. 1.10
Prædestinati quid agnoscant in culpis reprobatorum.	181.2.13
Prædestinati loco reprobatorum subrogati.	182.2. 2.1. & cur.
Prædestinati ex reprobis.	184.2.43
plures Prædestinati sunt ante præuisa opera, quàm si prædestinarentur post.	208.1.22
Prædestinati qui.	210.1.10
Prædestinati possunt consequi altio rem gradum gratia & gloria.	544.1.2
Prædestinatorum discrimen à reprobis vnde.	57. 1.9
Prædestinatorum ex numero nemo perit.	73. 1. 1.1
Prædestinatorum adiutorium quale sit.	79. 2. 1.1
Prædestinatorum numerus præfixus post originale præuisum.	131.1.9
Prædestinatorum numerus.	138.1.15. 596.1.2. 632.2.21.643.2.4
Prædestinatorum proprium auxilium.	566. 2. 1.1
Libertas.	ibid.9
Prædestinatorum numerus certus ex fide.	579. 1.1
Prædestinatorum numerus formalis & materialis diuinæ præscientia certissimus.	4
Prædestinatorum numerum certum esse, sed non saluandorum ex vi prædefinitionis non tutus loquendi modus.	ibid.2.6
Prædestinatorum duo ordines.	8
Prædestinatorum numerus etiam materialiter certus Deo.	10
Prædestinatorum numerus per electionem merè gratuitam.	581.1.7
Prædestinatorum numerus quos amplectatur.	ibid.2.13
Prædestinatorum numeri certitudo ex præscientia conditionata potissimum.	582.1.1
Eiusdem numeri certitudo quantum ad excludendum augmentum, vel deminutionem diuersa, & in quo.	2
Prædestinatorum gratia primò à Deo intertata.	583.2.9
Prædestinatorum decretum in particulari.	587. 1.2
Prædestinatorum multitudo copiosissima secundum se.	588.1.1
Prædestinatorum paucitas confirmatur ex arca Noë.	594.1.1
Ex intrantibus terram promissam.	3
ex Prædestinatorum confortio magna lætitia Christi D.	627.2.7
gratia Prædestinatorum quomodo ad libertatem vitæ pertineat.	647.1.5
Prædestinatis collata gratia.	571.2.13
Prædestinatis mortuis ante Incarnationem quid meruerit Christus D.	633.1.2.2
Dei erga Prædestinatos suauitas.	195.1.13
quomodo faciat Deus Prædestinatos perseuerare vsque in finem.	238.2.11
<i>Prædestinati, seu Prædestinati.</i>	
Prædestinati, seu Prædestinati hæretici vnde sic dicti.	37.2.4
<i>Prædestinatio.</i>	
Prædefinitionis facilis ostensio.	587.2.6
<i>Prædicatio.</i>	
Prædicationis abundantioris penuria.	529.1.3
<i>Prelati.</i>	

*Index Rerum & Verborum.*

<i>Praelati.</i>	<i>Principium.</i>
Praelati & Principes quasi Dei ministri timendi. 498.1.25	Principium meriti non cadit sub meritum. 55.2.15
Praelati & ministri Ecclesiae operantur mira. 541.1.8	Principium proportionatum causa principalis. 338.1.9
Praelati ambitiosi quomodo habeant auxilium sufficiens ad sua munera. ibid.2.9	Principium impediens iustificationes semper est ex parte hominis. 360.1.5
<i>Premium.</i>	<i>Prioritas.</i>
Praemij anticipati modi duo. 49.2.10	Prioritas realis praevientis gratiae. 325.1.1
Praemij aeterni ratio redditur ex operibus. 91.1.1	Prioritas omnimoda, & realis. 326.2.13
<i>Praordinatio.</i>	Prioritas vniuersalitatis in cauendo. 13
Praordinatio, pro praedestinatione. 34.1.2	Prioritas naturae. ibid.1
<i>Praparatio.</i>	Huius prioritatis fundamentum reale. 327.1.2
Praparatio, pro praedestinatione. 77.1.17	Prioritas in genere mouentis. 328.1.13
Praparatio Dei an sit effectus praedestinationis. 217.1.1	Prioritas in genere mouentis & applicantis se. 331.2.1
Praparatio praeuisa a circumstantiis non est effectus praedestinationis. 218.1.8	licet aliqua causa sit determinata, retineri potest illa voluntatis Prioritas. 2
Coniuncta sic. 9	Prioritas in genere causa efficientis. 332.1.6
Praparari voluntatem idem quod sanari. 83.2.31	In genere formalis, & materialis causa. 7
<i>Prascientia, Prascitum.</i>	ipsa humani concursus Prioritas diuino concursu posterior. ibid.2.3
Prascientia potest esse sine praedestinatione, non econtra. 45.2.16	Prioritas inter praedestinationes hominum quae. 643.1.3
Prascientia practica quodammodo prior, quodammodo posterior. 102.1.7	Prioritatis ratio formalis. 329.2.7
Est causa bonorum operum. 105.1.9	Prioritatem realem conatus nostri haberi ex gratia. 325.2.4
Prascientia futurorum in decreto Dei. 108.1.3	<i>Priscillianus.</i>
Prascientia quomodo dirigat executionem. ibid. 2.5	Priscilliani error circa praedestinationem & reprobationem. 57.2.2
Prascientia a praedestinatione differt. 130.2.8. & seqq.	<i>Prinatio.</i>
Prascientia, pro praedestinatione. 581.1.5.611.1.5	Prinatio gratiae reprobationis effectus. 403.2.1
Prascientia distincta & determinata. 606.2.13	<i>Profectum.</i>
Prascientia conditionalis. 609.1.3	Proficere semper in virtute debemus. 545.2.6.7.552.2.1
Prascientia aliqua futurorum prior praedestinationis ordine. 610.2.2	Proficienti possibilitas ex libertate. 549.1.20
Prascientia futurorum conditionata. 612.2.1.1.1	A motione Dei. ibid.2.22
Prascientia Dei omnimodis. 648.1.1	Proficienti obligatio quo gradu omnibus Christianis conueniat. 552.2.20
Prascientiae futurorum comparatio cum praedestinatione. 643.2.7	ad Proficientium auxilia. 2
a Prascientia concordia. 611.1.4	<i>Professio.</i>
Prasciti, praedestinati ad poenitentiam, & iustificationem. 6.1.1	Professio religionis Observantis. 621.1.12
Prasciti quandiu sunt in gratia possunt consequi altiore gradum gratiae & gloriae. 544.1.2	<i>Proiectio.</i>
nihil Prascitorum pertinet ad libertatem vitae. 646.1.3	Proiectio peccatorum. 313.1.5
Prascite & praedestinare synonyme. 4.1.8.85.2.2.343.1.6	<i>Promissio.</i>
<i>Preces.</i>	Promittens prudenter, ea solum promittit, quae ab eo possunt fieri. 114.1.4
Preces fidelium. 238.2.10	<i>Prophetia.</i>
Preces male viuientium a Deo ut plurimum non exaudita in morte. 593.2.22	Prophetia non patitur dubium. 526.2.17
Preces Christi D. liberae. 634.2.8	Prophetia communiter per modum passionis transeuntis. 540.2.4
<i>Pretium.</i>	Prophetiae per Christum impletae. 573.2.4
Pretium pro quo soluendum. 633.1.24	<i>Proportio.</i>
<i>Presumptuosus.</i>	Vide 232.1.1
Presumptuosus poena. 618.1.6	<i>Propositio, Propositum.</i>
Praeuio meritorum supponit electionem. 108.2.7	Propositiones doctrinales quomodo in Scriptura intelligendae. 593.2.21
<i>Primogenitus.</i>	Propositum efficax conferendi gloriam in praedestinatione inclusum. 341.1
Primogeniti excellentia. 621.2.2	<i>Proteccio.</i>
<i>Princeps.</i>	Vide 316.1.6
Principis gloria ex gloria subditorum. 358.2.20	<i>Prouidentia.</i>
Principes & praelati quasi Dei ministri timendi. 498.1.25	Prouidentia & praedestatio differunt. 15.2.1.4

*Index Rerum & Verborum.*

gratia naturae singulorum. 538.2.16	Regnum Salomonis. 532.1.16
Prouidentia, & amor Dei maior erga totam Ecclesiam, quam erga singulos. 541.1.7	<i>Regula.</i>
Prouidentia Dei occulta in Baptismate applicando. 554.2.5	a Regula generali quid, & quando excipiendum. 499.2.1.1.1
Prouidentia Dei erga Angelos gratuita magis, quam erga homines. 568.1.20	<i>Religio, Religiosus.</i>
Prouidentia Dei circa tempus. 627.1.3	Religio obseruans. 621.1.12
Prouidentiae quidditas qualis. 17.1.14	Religiosi expulsi. ibid.
Prouidentiae optimus modus. 114.2.7	<i>Reliquia.</i>
Prouidentiae suauitas. 186.2.10	Reliquiae tempore gratiae facilius saluae factae sunt. 73.2.11
Prouidentiae modus perfectus Dei gloriam exaltat. 359.2.30	<i>Remedium.</i>
Prouidentiae diuinae vnitas & aequalitas. 524.2.13	Remedium tentationis circa reprobationem. 208.2.28
Prouidentiae Dei exempla. 559.1.12	Remedia generalia non profunt demonibus. 560.1.21
Prouidentiae diuinae infallibilitas. 586.1.1.1.1	<i>Remissio.</i>
Prouidentiae modus vtilissimus. 614.2.2	Remissio poenae praedestinationis effectus. 222.2.8
a Prouidentia Dei seruatur qui per Christum salutare dignus est. 73.2.8	<i>Remotio.</i>
<i>Prouocatio.</i>	Remotio obstinationis quomodo. 615.2.13
quoties Prouocatur ad bonum, toties facultatem dat Deus. 547.2.1	<i>Reparatio.</i>
<i>Prudentia.</i>	Reparatio ruinae Angelicae intenta secundario a Deo. 574.2.10
Vide 186.2.10	<i>Reprobatio, Reprobatus.</i>
Prudentia praedestinationis effectus. 230.2.3	Reprobatio quid. 18.1.7.21.2.1.2
Prudentia & sapientia Dei donum. 314.2.5	Reprobatio, pro praedestinatione ad perditionem. 19.1.2
Prudentiae munus. 14.2.6	Reprobatio libera. 3
<i>Puer.</i>	Reprobatio positiua libera. ibid.2.5
Puerorum collationes duae comparantur. 471.1.18	Reprobatio vage quodammodo necessaria. 6
Puerorum morientium ante usum rationis multitudo. 589.2.14	Reprobatio in Deo proprie, non metaphoricè. 20.1.3
quare Deus Pueris in vtero decedentibus non prouiderit remedium applicandum. 561.1.11	Reprobatio absolute temporalis. ibid.2.6
<i>Pulsatio.</i>	Quomodo ab aeterno. 7
Pulsatio cordium. 315.1.15	Poenae praparatio. 21.1.1.1.1
<i>Punitio.</i>	Reprobatio quid ponat in homine, & quid supponat. 11
Punitio per accidens a Deo intenta. 5.2.14	Reprobatio per imperium. 22.1.8
ad Puniendum non est opus praecognoscere peccata vt finalia. 161.1.11	Reprobatio quid ex erymo. 24.1.10
<i>Quando.</i>	Quid apud Theologos. 11
Quando dictio, conditionalem sensum frequenter reddit. 266.1.11	Reprobatio prouidentiae pars. 12
<i>Quidditas.</i>	Et quomodo. ibid.2.13. & seqq.
Quidditas Baptismi. 556.2.10	Reprobatio vaga pendens ab originali. 132.1.9
Non extenditur ad nondum natos. ibid.	Conditionalis ab originali independens. 134.1.10
<i>R.</i>	Reprobatio negatiua supponit praescientiam originalis. 138.2.21
<i>Reatus.</i>	Subordinatur negatiuae. 146.1.24
In Reatu culpae aliquid materiale est reprobationis effectus. 594.2.4	Reprobatio multiplex. 147.2.2
<i>Reciprocatio.</i>	Reprobatio determinata. 148.1.3
Reciprocatio praedestinationis in perseverantia. 599.1.17	Vaga & conditionalis. 4
<i>Redemptio, Redemptor.</i>	Reprobatio de potentia absoluta. 154.1.1
Redemptio. 313.1.2	Punitiua duplex. 160.1.2
Redemptio secundum Dionysium quid. 562.2.5	Negatiua pendens a scientia conditionali. 4
generalitas Redemptionis, & qui, & quomodo ab ea alieni. 560.2.7	Reprobatio non causat reprobationis merita. 164.2.2
Redemptoris munus. 636.2.2	quauis Reprobatio improprie odium. 166.2.10
<i>Regnum.</i>	In quibus certo constaret propria reprobatio, non haberent rationem optandi aliam reprobationis modum. 208.2.27
Regnum suis viribus acquirit. 68.2.17	Reprobatio conuenit ac differt a praedestinatione. 393.2.3.4
Regnum Dei intra nos est. 431.1.1	Reprobatio causa eorum, quae iuuant ad eius finem. 403.1.17
<i>Ruix de Praedestinatione.</i>	Reprobatio Angelorum mitior quam hominum. 569.1.10
	Non prior praedestinatione hominum. 574.1.8
	Reprobatio negatiua. 602.1.7
	Positiua. 8
	M M m Reproba

*Index Rerum et Verborum.*

Reprobatio negatiua non causata meritorie à Christo D.	636.1.1	ad Reprobationem actus requisiti qui.	21.2.1
Reprobatio punitiua.	637.1.10	Reprobationem in Deo existere de fide est.	18.2.1
Reprobatio negatiua quomodo meritoria ab Adamo.	641.2.1	Reprobationem vagam supposuisse originale peccatum.	131.1.2
De punitiua quid.	ibid.	Reprobationem suam impleri qui peteret à Deo, peccaret.	173.1.2.1
Reprobatio paruulorum.	5	pena aeterna punitiue volita in Reprobatione.	173.2.1
Aduulorum.	6	in Reprobatione ostensio iustitiæ punitiue.	176.2.1
Reprobationis comparationes duæ.	18.1.8	in Reprobatione nulla formalitas.	614.1.6
Reprobationis nomen ad quos referendum.	ibid. 2.10	Vide <i>Prædestinatio</i> .	
Reprobationis nomine quid intelligatur in Scriptura.	11	Reprobis pro creatione gratias agere tenerur.	188.2.10
Reprobationis aternitas.	21.1.10	Reprobi creatio, reprobationis effectus.	159.1.34
Reprobationis essentiam in vnico actu constitui.	21.2.4	in potestate Reprobi quæ sint.	601.2.4
Reprobationis aliqui effectus supernaturales.	24.2.2	Reprobi potestas secundum quid.	602.1.6
Eius finis vltimus.	ibid.	Reprobo existenti in gratia dantur auxilia sufficientia.	498.2.2
Obiectum formale.	3	Existenti in peccato mortali datur auxilium sufficienti.	3
Materiale.	25.1.4	Reprobi si peterent vt deberent, impetrarent perseuerantiam.	171.2.6
Reprobationis effectus.	5. & 174.1.2. & 393.2.1	Reprobi virtutum materiam ministrat.	183.2.31
In quo differat ab effectibus prædestinationis.	25.1.6	Seruiunt temporalibus prædestinatorum commodis.	185.1.42
Reprobationis effectus præcipuus quis.	36.1.19	Prædestinatis præstant.	46
404.1.3		Iustos castigant.	185.2.50
Reprobationis & prædestinationis discrimen quod.	43.2.7	Reprobi quam prædestinati incomparabiliter plures ex sola hominum collectione.	588.2.3
Reprobationis in communi ex parte nostra datur ratio.	57.1.6	Rationes ex tali prouidentia.	4
Reprobationis causa multiplex.	140.1.1	Reprobatorum nomina varia.	17.2.1. & seqq.
permissio peccati originalis cuius Reprobationis effectus.	148.1.4	Præciti cur.	18.2.5
Non est effectus Reprobationis determinatæ.	6	in Reprobatorum culpis quid agnoscant prædestinati.	181.2.13
Reprobationis causa inadæquata, per accidens & remota, est peccatum originale remittendum.	150.1.1	Reprobatorum virtutes ordinatæ ad bonum prædestinatorum.	185.1.47
causa Reprobationis non est causa per se donationis aternæ.	151.2.2	Reprobatorum multitudo.	187.1.2
Reprobationis negatiuæ nulla causa discriminis.	156.1.3	Reprobatorum salus etiam post præuifum originale peccatum.	192.1. & seqq. 8
Reprobationis causa communis quæ.	158.1.27	Reprobatorum duplex status.	498.2.1
creatio reprobi, Reprobationis effectus.	35	Reprobatorum à prædestinatis discrimen.	587.2.4
quid requiratur ad effectum Reprobationis.	159.159.2.41	Reprobatorum numerus quomodo prædefinitus.	588.1. init.
Reprobationis punitiue, & obdurations causa, peccatum personale.	160.1.1	Reprobis, quibus remittitur originale, est causa reprobationis negatiuæ.	148.2.1
Reprobationis à prædestinatione discrimen multiplex.	164.1.1	non odit Deus Reprobos.	166.2.12
Deus non est totius Reprobationis causa.	165.1.9	Reprobos non prædestinari ad permissionem peccati.	173.2.3
Quo sensu fit Reprobationis causa.	10	Reprobos prædestinati iudicant.	182.1.17
Reprobationis causa finalis.	169.2.2	Deus Reprobos vult saluos fieri.	192.2.6
ad quid teneatur cui Reprobationis suæ fieret reuelatio.	173.1.23	Dei erga Reprobos suauitas.	195.2.14
Reprobationis finis completus an fuerit iustitia punitiua.	175.1.1.2	Reprobandi verbum.	18.1.8,9
Potuit esse adæquatus.	ibid. 2.6	cur hic potius quam alter Reprobetur.	188.2.7
Reprobationis ac prædestinationis conuenientia, & differentia.	393.2.3.4	Reprobare negatiue, est odio habere metaphoricè.	166.2. init.
Reprobationis Angelorum causa quæ.	569.2.16	Reprobare punitiue est odio habere.	9
Effectus quis.	573.1.6	Reprobare pro respuere aliquem, tanquam indignum.	167.1.15. & seq.
Reprobationis media quomodo certa.	588.1.10	Reprobare ante quodcumque præuifum peccatum possibile de absoluta potentia.	568.2. init.
Reprobationis punitiue causa quæ.	602.1.8	cur Reprobare aliquos oportuit.	174.1.4
Reprobationis negatiuæ causa per accidens merita Christi D. & quomodo.	637.1.8	aliquos Reprobari decuit.	174.2.10
Reprobationis vtriusque causa finalis.	ibid. 2.13	Reprobandi modus.	44.1.9
Reprobationis Angelorum nullatenus causa Christus D.	638.2.9		

*Res.*

Res omnes à quibusdam dicuntur prædestinari.	4.1.2
Res creatæ, sunt dispositiones ad alias.	30.1.3
Res omnes in singulari, prædestinationis effectus.	2.4.2.1. init.

*Resistentia.*

*Index Rerum et Verborum.*

<i>Resistentia.</i>		Scientia visionis supponit prædestinationem.	1.1.
Resistentia hominis.	448.2.1	1.5	
Resistentiæ quidditas.	ibid.	Scientia conditionata.	22.1.6.613.2.3
		Scientia visionis.	7
<i>Reuelatio.</i>		Scientia conditionata quomodo requiratur ad præstinationem.	28.2.10
Reuelatio pro tractione.	281.1.24.283.2.3	Scientia visionis à quo determinetur.	32.1.17
		Scientia conditionalium.	125.1.9
<i>Reuifcentia.</i>		Quo pacto requiratur ad prædestinationem.	11
Reuifcentia meritorum.	138.2. init.	Scientia conditionata originalis sufficienti.	139.1.26
Reuifcentia prædestinationis effectus.	223.1.3	Scientia prædestinationis effectus.	230.2.3
		Scientia conditionata à diuersis opinionibus supponitur.	605.2.6
<i>Renoco.</i>		Scientia comprehendens vagas infallibilitates.	8
non potest Deus Renocare quod prædestinauit.	577.1.7	Scientia visionis.	606.2.14
Nec ipsam prædestinationem.	8	Scientia solius moralis infallibilitatis non plena, nec ampla.	608.1.13
		Scientia simplicis intelligentiæ vocatur præscientia.	611.1.3
<i>Res.</i>		Scientia peccatorum conditionalis.	614.1.7
Reges prædestinati.	632.1.15	Scientia & amor necessarius.	642.1.2
		Scientia media.	ibid. 2.6
<i>Robur.</i>		Scientiæ iuuant, vt excitans gratia non respuatur.	234.1.16
Robur Dei donum.	315.2.1	Scire, & nescire de Deo.	649.2.13
<i>Roga.</i>		<i>S. Scriptura.</i>	
quod homines Rogentur, cedit in maiorem Dei gloriam.	386.1.9	Scriptura S. liber vitæ.	644.2.4
		Scripturæ sacræ vis.	466.1.6
<i>Ruina.</i>			
Ruina malorum.	572.2.4	<i>Securitas.</i>	
Ruinæ Angelicæ reparatio intenta secundario à Deo.	574.2.10	Securitas prædestinati quanta.	580.2.3
Ruinam non præcognouerunt Angeli nati.	569.2.15	<i>Semipelagiani.</i>	
		Semipelagiani negarunt gratiam excitantem.	324.2.9
		Semipelagianorum errores.	44.1.1.95.1.2.163.1.2.408.1.17
		<i>Semper.</i>	
		Semper, aduerb. quid.	544.2.4
		<i>Sensus.</i>	
		Sensus compositi & diuisi discrimen.	602.2.4
		Quis author huius discriminis.	603.1.8
		<i>Separatio.</i>	
		Separatio ad tempus.	651.1.4
		<i>Seruiatio, Seruator.</i>	
		Seruiatio animæ.	313.2.10
		Seruator omnibus viatoribus auxilia suppeditat.	429.2. init.
		<i>Si.</i>	
		Si, particula libertatem significat.	421.2.19
		<i>Sibylla.</i>	
		Sibyllis reuelata sunt supernaturalia mysteria.	534.1.29
		<i>Sicut.</i>	
		Sicut pro quia.	629.1.3
		<i>Sigillum.</i>	
		Sigillum gratiæ discernens iustos à peccatoribus.	346.2.16
		<i>Signum, Signaculum.</i>	
		Signa prædestinationis.	621.1.11
		Signaculum confert firmitatem.	580.2.1
		<i>Similitudo.</i>	
		Similitudo figuli.	77.2.3
		Similitudo ludi puerilis.	464.2. lect. 2
		<i>Simon Magus.</i>	
		Simonis Magi error circa prædestinationem & reprobationem.	37.2.2
		<i>Societas Iesu.</i>	
		Societatis Iesu Theologi defenduntur.	45.2.15

*Scientia.*

Scientia formaliter constituit prædestinationem.	10.2.2
Non item scientia necessaria.	ibid.
Nec scientia conditionata.	4

*Ruina de prædestinatione.*



*Index Rerum & Verborum.*

Solis exemplum.	<i>Sol.</i>	411.2.16	in Statu innocentiae omnes vacarent matrimo- nio. 11
Sors praedestinatio.	<i>Sors.</i>	69.1.22	Aequalis esset virorum & mulierum numerus. 12
Sors Domini quomodo accipienda.		68.1.13	Non esset bigamia. 13
Sortis vis.		67.2.10	Homines praedestinentur ante originale. 139.2.32
Sortis nomine praedestinatio gratuita significa- tur.		11	in Statu innocentiae gratia maior. 567.2.18
Sortis nomen.		635.2.18	Praedestinatio ante perseverantiam praeviam. 572.1.1
Sorte vocati sumus, & praedestinati.		68.2.16	In tali statu facultas poenitendi. 2
Sortium temperator quid agat.	<i>Spes.</i>	581.2.14	in Statu innocentiae praedestinatio similis Ange- licae, & in quibus. 3
Spes libertatis indifferentiam expeditam requi- rit.		386.2.2	<i>Stephanus.</i>
Spes secundaria collocata in libero arbitrio. 387.1.5			Stephani oratio pro Paulo. 629.2.9
Spes duplex, alia respectiva, absoluta alia. 6			<i>Sterilitas.</i>
Spes in duo respicit, bonum scilicet, & auxi- lium. 7			Sterilitas nulla in statu innocentiae. 135.1.10
Spes dupliciter ad Angelos & homines fertur. 8			<i>Structura.</i>
Spes in hominibus relata ad pietatis opera, in- telligitur supposita Dei gratia. ibid.2.2			Structura templi. 532.2.18
Spes proprie dicta non cadit in Deum. 388.2.10			<i>Suasio.</i>
Spes salutis vana sine libera cooperatione. 389. 1.12			Suadendi modus Deo notus. 610.1.11
Spes nostra Virgo Beata. ibid.2.3			<i>Suavis.</i>
Spes qua ratione damnetur in propriis viribus. 391.2.22			Suavis integram relinquens indifferentiam li- bertatis. 72.2.12
Spes de homine habita quibus conditionibus constare debeat. 392.1.2			Suavis in providentia circa reprobos duplex. 167.2.1
Spes firma, certa, & infallibilis. 493.1.7			<i>Subditus.</i>
Spes navis anchora. ibid.			Subditorum gloria Principis gloriam commen- dat. 358.2.20
Spes charitate firmior redditur. ibid.2.15			<i>Subordinatio.</i>
Spei obiectum bona temporalia. 231.1.7			Subordinatio quae erat in Christo D. & in eius membris. 334.2.16
Petitio interpretativa. 389.2.2			<i>Substantia.</i>
Obiectum formale. 396.1.10			Substantia divina quid regulariter faciat. 595. 1.4
Erectio a medicis spiritualibus. 393.2.17			<i>Subtractio.</i>
Spei obiectum, bonum arduum, futurum & possibile. 492.2.11			Subtractio gratiae. 401.1.11
Solutium. 494.1.18			Subtractio gratiae efficacis negativae reprobatio- nis a gratia, & a gloria. 404.1.4
Praeceptum generale. 495.1.23			<i>Sufficiens.</i>
Sperare licitum de homine, vel de aliqua crea- tura sicut de agente secundo, & instrumen- tali. 387.1.7			Sufficiens ad bene posse, non vero ad actualiter bene operari. 428.2.1
Sperare possumus in Angelos, & in homines. ibid.2.11			<i>Supplicium.</i>
ab hominibus quid speret Deus. 388.1.7			Supplicium aeternum expediens. 19.2.8
ab hominibus, vel Angelis aliquid sperare possumus nobis proprium. 389.2.2			<i>Suppositio.</i>
non solum aeterna, sed temporalia possumus ab hominibus in Deo sperare. 389.2.5			Suppositio consequens. 616.2.18
de hominibus illorum bonum sperare licet. 390. 1.6			<i>Suscitatio.</i>
Sperandi rationes quatuor. 493.2.14			Suscitatio mortuorum. 313.2.9
a Deo sperandum ut nobis facultatem ad ope- randum concedat. 391.2.1			
<i>Spiritus S.</i>			
cohibendus non est Spiritus sanctus, quia ali- quando moueat suorum mentes. 392.2.11			
Spiritus sancti inspiratio in Christi D. volunta- tem, quando & qualis. 645.1.11			
<i>Status innocentiae.</i>			
Status innocentiae sine labore. 566.1.7			
Status innocentiae felicitas. 572.2.11			
in Statu innocentiae, an in gratia confirmatio. 132.2.14			
in Statu innocentiae posteris Adami peccatum ef- fer possibile. 133.1.17			
in Statu innocentiae nulla fuisset sterilitas. 135. 1.10			

<b>T</b> alentorum parabola. 550.2.3	<i>Talentum.</i>
Tantummodo, dictio. 446.1.9	<i>Tantummodo.</i>
Templi structura. 532.2.18	<i>Templum.</i>
Temporis opportunitas Dei praedestinatione praedeterminata. 236.2.1	<i>Tempus.</i>
Tenebrae factae Christo in cruce pendente. 532. 2.20	<i>Tenebrae.</i>
Tentationum utilitas. 246.1.6	<i>Tentatio.</i>
Terminus noster incertus. 619.2.9	<i>Terminus.</i>
Terra sterilis. 464.1.11	<i>Terra.</i>
Terrae bonae & malae discrimen. 463.2.10	<i>Terra.</i>

*Index Rerum & Verborum.*

<b>Terra motus.</b>		<b>Veniendi verbum.</b>
in Terrae motibus pereuntium hominum quam maxima multitudo. 591.2.5	<i>Timor.</i>	Vide 280.1.13
Vide 360.2.11		Venire ad Christum, pro credere in eum. 280. 2.21
Timor filialis, & feruilis. 496.2.11		Venire, vel non venire positum in arbitrio. 281. 1.22
Illud solum timendum quod laedere potest. 497.2.21		Venire libertatis signum. 286.1.13
Nos nobis timendi. 498.1.24		<i>Verbum.</i>
Timoris obiectum. 265.2.6		Verbum Domini quod Amos praedicit, deside- randum, & non inveniendum. 529.1.3
Totalitas relata ad effectum liberum. 298.1.11	<i>Totalitas.</i>	Verba doctrinalia reddunt sensum vniuersalem. 223.1.1
Tractio Patris non imponit antecedentem ne- cessitatem. 280.1.13	<i>Tractio.</i>	Verba Hieronymi moribundi. 592
Tractio Patris idem quod reuelatio. 281.1.24. 283.2.3		<i>Via.</i>
Quid ex Theophylacto. 8		Via periodus in hominibus & Angelis. 567. 2.16
Tractio Dei quod est praedestinatorum proprium completur. 284.1.12		in Via spirituali non progredi, regredi. 551. 2.14
Traho.		<i>Viator.</i>
Trahendi verbum coactionem dicit. 71.2.5		Viatoris perfectio se agnoscere imperfectum, & conari ad maiorem perfectionem. 545.1.1
Trahendi modus per coactionem inuoluntariam. 72.1.9		Viatores semper vt minimum virtualiter ad Dei gloriam referunt. 374.1.5
Trahendi modus efficaciter. ibid.2.12		Viatores licet possimus, non semper proficimus. 544.2.3
Trahendi verbum. 278.2.2		omnibus adultis Viatoribus tribuitur auxilium vel immediatè, vel mediatè sufficiens. 410. 1.1
Modus. 279.2.10, 281.1.26, & seqq.		<i>Victoria.</i>
potest homo resistere vt Trahatur. 281.2.29		Victoria Dei donum. 315.2.1
Trahendi proprietates referuntur ad diabolum. 282. 1.4		<i>Vide.</i>
Dei Trahentis actio pro permissione Dei. 283. 1.15		Videre Deum homini bonum simpliciter. 625. 1.6
Trahuntur etiam qui veniunt; & qui veniunt, aliquomodo Deum trahunt. ibid.1		<i>Vinco.</i>
Trahuntur & reprobi. ibid.2.5		Vinci in nostra potestate situm. 315.2.2
<i>Tribuo.</i>		<i>Vinculum.</i>
Tribuere, & dare important dominij translatio- nem. 351.1.9		Vinculorum ruptio. 313.1.3
<i>Tribulatio.</i>		<i>Vindicta.</i>
Tribulationes ad nostrum profectum. 548.2.14		Vindicta ab impiis in iudicij die. 574.1.6
<i>Tunica.</i>		<i>Vinea.</i>
Tunica Christi D. eos denotat qui pertinent ad sortem Sanctorum. 69.1.21		Vide 464.1.11
<i>Tyrus, &amp; Sidonij.</i>		<i>Vinum.</i>
Vide 609.2.6		Vinum in deserto. 235.2.9
Tyrus, & Sidonij ad praedicationem Apostolorum poenitentiam egerunt. 469.1.2		<i>Vir.</i>
Christo praedicante actualiter poenitentem. 470.2.12		Vir spiritualis accusator sui. 552.1.16
Tyrorum & Sidoniorum poenitentiae. 469.1.2		plures Viri quam foeminae sine Sacramentis mo- riuntur. 595.2.4
		Virorum & mulierum numerus. 135.1.12
		Eorum numerus in statu innocentiae. ibid.
		Virorum spiritualium communis accusatio de tepiditate sua. 551.2.15
		Virorum in foeminas potestas. 596.1.5
		Multi illarum corruptores. ibid.
		<i>Vires.</i>
		Vires naturales perfectiores an possint perfectius operari supernaturaliter. 304.2.4
		Vires ad bene operandum nullo antecedentis necessitatis vinculo ligandi. 428.2.1
		Vires ad salutem actualiter obtinendam suppe- runt. 428.2.2
		Viribus naturae vsus auxilij non esse tribuen- dum. 381.1.2
		<i>Virgo.</i>
		B. Virgo vt esset Dei mater praedestinata. 62.7
		B. Virgo meruit superexcellens laudem & glo- riam. 367.1.14
		Laudatur ab Angelo. ibid.2.15
		Gloriam eius praedicant Seraphim. 16
		B. Virgo spes nostra. 389.2.3
		B. Virginis praedestinatio. 139.1.24

*Index Rerum & Verborum.*

Vide	605.2.6	Vocatio vt antecedit consensum effectus prædestinationis.	217.1.11
Virginum parabola.	593.2.25	Vocatio quæ sortitur effectum iurandi ad consecutionem gloriæ, est prædestinationis effectus.	12
decem Virginum parabola quid significet.	595.1.7	Vocatio cui resistit prædestinatus.	13
		Vocatio omnium hominum.	413.2.1
<i>Virtus.</i>		Vocatio Dei est vitalis actio ab intellectu effectiue producta.	538.1.12
Virtus partialis liberi arbitrii naturalis.	305.1.7	Vocatio prima.	597.1.8
in Virtute constantia.	551.1.10	Vocatio congrua.	601.1.18
Virtutes per longum tempus prædestinationis finium.	621.2.13	Vocationis duplex acceptio.	80.2.4
Virtutum moralium actus virtualiter continent amorem Dei.	374.1.3	Congruitas.	609.1.2
		Contemperatio.	ibid.2.6
<i>Vis.</i>		Consensus.	616.2.20
Vis congenita arbitrio vt cooperetur gratiæ.	308.1.15	Vocationi consentire in potestate prædestinati.	601.1.17
Vis propria orationis ex natura rei maior quàm alterius, sed de lege ordinaria.	640.1.3	Vocantur etiam non credentes.	83.1.27
		Vocatus secundum propositum prædestinatur ante merita præuisa.	80.1.1
<i>Visio, Visus.</i>			
Visio beata quantum excedat conatus arbitrii.	41.2.2	<i>Velle.</i>	
Visio beata Christi D.	632.2.12	Vellendi modus rationabilior.	31.6
Visio venientis iudicis.	647.1.1	Velendi verbum in Scriptura quid.	631.2.11
Visiois scientia.	32.1.17.606.2.14		
Visus.	314.1.2	<i>Volitio.</i>	
		Volitio Dei non requirit imperium.	11.2.9
<i>Vita.</i>		Volitio efficax prædestinationis præcedit.	12.1.17
Vita nostra via.	548.1.11	Volitio realis in Deo libera.	20.2.5
Vita & prædestinatio secundum quid.	647.1.4	Volitio & imperium permittendi peccata quatenus contineantur in essentia reprobationis.	24.1.8
Vitæ periodus prædestinationis effectus.	230.2.3	Volitio Dei à nemine causatur realiter.	26.1.8
Vitæ breuitas, aut longitudo prædestinationis effectus.	237.2.1	Qualiter dirigatur per eius cognitionem.	30.2.7
Vitæ spatium ad bene operandum.	547.2.6	Volitio vna an causet aliam.	32.2.5
in Vita libertas ad liberandum.	548.1.9	Volitio prædestinandi, & electio differunt.	33.2.4
		Volitio finis quando pendeat à medio.	120.2.15
<i>Viuentis.</i>		Volitio mediocrum.	643.2.6
Viuentes aliquando laudantur in S. Scriptura.	378.1.5	Volitio diuina, vide <i>Intellectio.</i>	
recte Viuentium paucitas.	594.1.5	Volitionis diuinæ motio.	22.2.10
<i>Viniificatio.</i>		Volitionis diuinæ finis vltimus & inordinatus quis.	29.2.2
Viniificatio animæ.	313.2.8	Volitionis increatæ quomodo detur ratio.	33.1.7
		Volitionis diuinæ duplex consideratio.	287.2.12
<i>Vnio, Vnitas.</i>		Volitiones & intellectiones diuinæ differunt.	33.1.6
Vnio hypostatica humanitati gratis concessa.	199.1.25	Volitionum, obiectorum & intellectionum ordo quis.	31.1.12
Vnitas decreti circa gloriam & merita.	124.1.21	Volitionum Dei ordo plerumque diuersus ab ordine rerum.	122.2.10
Vnitas specifica diuinarum volitionum.	126.1.8	Volitionum diuinarum vnitas.	126.1.8
Vnitas & æqualitas diuinæ prouidentia.	524.2.13	<i>Voluntas.</i>	
		Voluntas permittendi peccatum.	23.2.4
<i>Vocatio.</i>		Voluntas Dei consequens, aut secundaria.	28.1.5
Vocatio secundum propositum.	42.2.8	Voluntas Dei in humano genere fors est.	68.2.19
Vocatio multoties in reprobo.	48.2.3	Voluntas Dei sola humanæ salutis causa.	75.2.3
Vocatio electorum prædestinatorum.	70.1.1	Voluntas non prædestinandi prior est præscientiâ peccati futuri.	101.2.4
init.		Voluntas diuina prima causa mouens.	115.1.10
Vocatio secundum propositum, & illa à Deo differt.	80.2.3	Voluntas dandi gloriam vt præmium meritorum qualis sit.	82.1.17
Vocatio generalis quandoque effectum caret.	5	Voluntas antecedens quo sensu sit communis reprobis	
Specialis illum infallibiliter sortitur.	6		
Vocatio electorum vocatio antonomastice.	81.1.9, 10		
Eorundem discrimen.	11		
Vocatio sine pœnitentia.	82.1.16		
Vocatio segregatorum proprie.	17		
Vocatio alta & secreta.	18		
Vocatio effectus prædestinationis.	215.2.1		
Vocatio secundum propositum.	216.1.4		
Vocatio conducit ad obtinendam vitam æternam.	5		
Vocatio exterior effectus prædestinationis. ibid.	2.7.23.1.2. 10.240.1.8		

*Index Rerum & Verborum.*

probis & prædestinatis.	121.1.18	Voluntatis antecedentis & consequentis nominum primi authores qui.	121.1.17
Voluntas efficax gloriæ quomodo dependeat à voluntate meritorum.	123.2.19	Voluntatis excludendi à regno, & voluntatis non prædestinandi discrimen.	140.1.3
Voluntas int en dens & exequens eadem.	126.1.9	Voluntatis diuinæ frustrationem petere non licet.	173.1.22
Voluntas complacentiæ.	127.1.19	Voluntatis diuinæ iniuncta fortitudo.	289.2.4
Voluntas antecedens saluandi homines ante præisum originale.	130.1.1	Voluntatis diuinæ efficacia refutat antecedentem necessitatem.	290.1.8
Voluntas puniendi iniusta, nisi illius ratio sit culpa.	144.1.7	Voluntatis infirmitas.	507.2.3
Voluntas positua non prædestinandi.	156.1.1	Voluntatis & intellectus actus reperiuntur in prædestinatione.	577.1.1
init.		Voluntatis directio ab intellectu.	605.1.4
Voluntas puniendi pœnâ damni, & voluntas puniendi pœnâ sensus differunt.	160.2.4	Voluntati Dei non possunt resistere voluntates humanae.	76.1.6
Voluntas deferendi & permittendi obdurationem.	161.1.12	Voluntati diuinæ posse, aut non posse resisti, quo sensu dicatur in litteris.	289.1.12
Voluntas hominis quomodo potuerit resistere voluntati diuinæ.	288.1.14	Voluntati diuinæ resistendi impossibilitas vnde.	291.1.16
Voluntas antecedens, & consequens quid differant.	ibid.2.19	Voluntatem ad quascumque volitiones præparari à Domino.	83.1.24
Voluntas Dei non cogit, nec imponit antecedentem necessitatem.	290.2.13	inter Voluntatem Adami & aliorum quod discrimen.	556.1.6
Voluntas quomodo dicatur auxilij causa.	321.2.4	Voluntates Deus præparat.	312.2.12
Voluntas antecedens Dei bonitatem glorificat.	360.1.6	Voluntates hominum continentur in voluntate Christi.	556.1.5
Voluntas sibi necessitatem imponit.	421.1.3	<i>Voluptas.</i>	
Voluntas sibi medio suo imperio necessitatem imponit.	507.1.2	Voluptas Musicæ.	236.1.11
Voluntas paruulorum continetur in voluntate parentum.	556.1.6	<i>Vox.</i>	
Voluntas Dei de saluandis paruulis.	557.2.2	Vocum significatio ens rationis.	243.2.1
Voluntas antecedens duplex.	558.1.4	<i>Vt.</i>	
Voluntas Dei antecedens, sed non plena.	6	Vt, dictio aliquando non finem, sed affectum denotat.	66.1.1
Voluntas saluandi amentes perpetuos.	7	<i>Vtilitas.</i>	
Voluntas Dei consequens circa paruulos.	159.1.16	Vtilitas seruandi libertatem illæsam.	359.1.25
Voluntas Dei antecedens quomodo dirigatur ad salutem hominum.	ibid.2.17	Vtilitates maximæ nobis ex Christo D.	630.2.3
Voluntas ex non volentibus.	610.1.1		
Voluntas Dei in quibus effectibus ostendatur.	614.2.4		
Voluntas Christi.	652.2.15		

X  
*Xauerius.*  
X Auerij eximia humilitas. 552.1.1

*INDICIS RERVM FINIS.*

